Digitized by Google

Restauré Janvier 1911

Digitized by Google

3011
B. L. E. 1 p. 95
#
Estienne
(Henri)

Digitized by Google

Ex biblioth. ff. Min. Pontisuallium

22962

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

THESAVRVS GRAECAE LINGVAE,

Ab Henrico Stephano constructus.

IN QVO PRÆTER ALIA PLVRIMA quæ primus præstitit, (paternæ in Thesauro Latino diligentiæ æmulus) vocabula in certas classes distribuit, multiplici deriuatorum serie ad primigenia, tanquam ad radices vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI,

Nunc alii intrepidè vestigia nostra sequantur:
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit.

VILLE DE LYON

LYON

ANNO M. D. LXXII,
excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CÆS. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

HENRICVS STEPHANVS lectori, de suo Thesauro.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔειπεν ἄριστον,
Πασῶν δ᾽ Ἑλλαδικὴ γλῶσσα ἀρίστη ἔφυ.
Ἀλλ᾽ ὅ με θησαυρεῖς θησαυρὸς ἀπηῦρεν, ἄριστος
Πᾶσιν ἐὼν ἑτέροις, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.

IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditántque beántque,
Et faciunt Crœsum qui prius Irus erat.
At Thesaurus me hic ex diuite reddit egenum,
Et facit vt iuuenem ruga senilis aret.
Sed mihi opum leuis est, leuis est iactura iuuentæ,
Iudicio haud leuis est si labor iste tuo.

SVMMA PRIVILEGIORVM HVIC THESAVRI editioni concessorum, quæ prodiit anno M.D.LXXII, CAL. MART.

Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in vniuersis ditionibus ipsius Cæsareæ maiestatis, locis atque ciuitatibus tam sacro Romano imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè subiectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum permissu, hunc Thesaurum linguæ Græcæ, vel quicquam eorum quæ in hanc eius editionem contulerit, excudere ante octennium, à die qua finita fuerit computandum: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publicè vel occultè aut quouis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amißionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco & ipsi Henrico Stephano, vel eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persoluendam.

Diploma vnum datum fuit Pragæ, die XV Febr. Anno M.D.LXX.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs.
maiestatis proprium,
A. Erstenberger.

Alterum datum fuit Spiræ, die XVII Sept. eodem anno.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs.
maiestatis proprium,
M. Gerstman.

Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianiß. cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amißionem librorum, mulcta arbitraria irrogatur, atque vt omne damnum eidem Henrico præstare sarciréque teneatur. Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Iulii die XIII, Anno M.D.LXI.

Subsign.

Delomenie.

Digitized by Google

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER AVGVSTO, GERMANIAE, HVNG. BOHEM. DALM. CROATIAE ET SCLAVONIAE REGI, &c.

Ac nobilissimis eius academiis, Viennensi & Pragensi:

CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.

Atque omnium eius academiarum antiquissimæ nobilissimæque, Parisiensi:

ELISABETHAE, ANGLIAE, FRANCIAE, HIBERNIAEQ. REGINAE SERENISS.

Et celeberrimis eius academiis, Oxoniensi & Cantabrigiensi:

ITEM,

ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS AC DOMINIS, FRIDERICO, COMITI PALAT. AD RHENVM, IMPERII ELECTORI PRIMARIO, &c.

Et clarissimæ eius academiæ Heidelbergensi:

AVGVSTO, SAXONIAE DVCI, IMPERII ELECTORI, &c.

Et celeberrimis eius academiis, Lipsiensi & Vitebergensi:

IOANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDEBVRGICO, IMPERII ELECTORI, &c.

Inclytæque eius academiæ, quæ est Francofurti ad Viadrum,

HENR. STEPHANVS S. D.

ISOCRATES, summus & orator & philosophus, eos qui regibus vestes vel æs aurúmve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ sibi deessent, illis contrà superessent, mercaturam maiore quodam artificio exercere aiebat quàm qui apertè institores se profiterentur. At ego sacræ tuæ Cæsareæ maiestati, itémq; vestris regiis MM. & Augg. DD. offero quæ mihi cõtrà supersunt, illis desunt. Offero enim Thesaurum quem antea (inuidia dicto absit) nusquam gentium ne venalem quidem thesauris vestris inuenistis. Ne-

que verò meum istud munus eiusmodi est vt eius vtilitas ad vos tantùm aut vestros aulicos peruenire queat, sed quàm latè ditionum vestrarum fines patent, eius vtilitas ad omnes Musarum cultores dimanabit. Quum autem maior eorum in academiis quàm alibi sit numerus, & has vobis non secus ac patribus filias, charas esse constet, rem vobis longè gratissimam facturũ me existimaui si eas quoque compellarem. Minimè enim verendum mihi fuit (opinor) ne, si vobis eas consociaré, tantum illarum honori addere, quantum vestro detrahere iudicarer: quum illæ non solùm honorem vestrum amplificare, sed etiam immortalem vobis gloriam comparare possint. Huius autem comparandæ studium præ quouis alio principes decere, iam olim Ptolemæo regi cecinit Syracusanus poeta, his versibus, (quantum quidem Musa mea Latina Græcam assequi potest) —quid enim mage principe dignum,

Quàm decus immortale sibique suisque parare?
Hoc manet Atridis saluum: caligine contrà
Nunc adoperta latent (nullus datur vnde regressus)
Quæcunque obtigerant Priami populantibus vrbem.

Vbi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quàm decus immortale saluũ manere, idem de reliquis omnibus heroibus, (vt alios innumeros fortes viros omittam) ac nominatim de Achille, canere poterat: cuius ad tumulum quum Alexander astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. At vos in academiis vestris non solùm certum vestrarum laudum præconium repositum habetis, sed etiam in illis, non secus ac patres in liberis, vobisipsis quodammodo superstites esse potestis: quandoquidem tanta vicissim in earũ alumnos liberalitas ac munificentia vestra extitit, vt vobis, secundum deum, omnia debere dici possint. Vbi verò insigniorem & principibus conuenientiorem liberalitatis materiam inuenietis quàm iis in locis quæ (vt M. Tullius domum Isocratis, officinam eloquentiæ vocauit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam sunt? quæ literariis rebuspublicis seminaria esse dici possunt? quæ denique cæteris ditionum vestrarum locis non aliter quàm animæ corporibus inclusæ videri queũt? Cyrum minorem narrat Xenophon, quum Lysander Lacedæmonius ad eum venisset Sardis, eíque dona à sociis attulisset, & cæteris in rebus comem erga illum atque humanũ fuisse, & ei quendam conseptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Lysandrum autem, admirantem proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus: dixisse, mirari se solertiam eius à quo illa dimensa & descripta essent. Cyrum autem ei respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Quanto maior & principe dignior gaudii materia est, posse de eloquentibus & sapientibus viris dicere, Hos academia mea iam inde à pueritia, tanquam teneras plantas, educauit & excoluit: hos formauit, hos omnibus quibus excellunt artibus instituit atque perpoliuit. Athenæ ob literarum studia, quæ ibi florebant, Græcia Græciæ dictæ fuerunt. quídni

Digitized by Google

& vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere diceminí? Ex Isocratis ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exiêre: nimirum qui in dicendo & scribendo principes extiterunt. quid? nónne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent ii quos à consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis? nónne inde prodeunt & illi qui velut vicariam in soliis vestris sedem obtinent, siue ius tanquam ex ore vestro dicant, siue alia in vrbibus, quarum gubernacula illis commisistis, administrent?

Neque tamen academiæ eos tantùm homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclarã vobis operam nauaturi sint. Longè enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse martia pectora inesse, & ipsi persuasum habent, & aliis persuadere conantur. Literas quidem certè inter arma silere, (sicut de legibus dictũ fuit) miniméq; gratam inter illa sedẽ aliud literarũ genus quàm poeticã Tyrtæi alicuius tubam, habere fateor: sed tantum abest vt eundem & literarum & armorum laude posse excellere negem, vt contrà, quemadmodum Græci vulgari senario eos qui literas didicerãt duplo oculatiores esse aiebant quàm cæteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quendam artis imperatoriæ vsum habere contendam. Etenim si Agamemnon meritò decem Nestores, non decem Aiaces sibi optabat, idémque & vos in bellicis vestris rebus optare debetis: nónne ex quatuor quibus imperatorium munus demandare voletis, si duo literati sint, duo illiterati, (cæteris alioqui in rebus pares) illorum magis quàm horum prudentiæ confidendum vobis existimabitis? Monumenta historicorum euoluant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant: & ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (vt alios quamplurimos silentio prætereã) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon: quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, vterque Cato: quales innumeri alii. Vel vnius certè Luculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnã literis iniuriam facere ostendit. Is enim tantus imperator in omni genere belli erat, præliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiúsque belli instrumentis & apparatu, vt Mithridates, rex post Alexandrum maximus, hunc à se maiorem ducem cognitum quàm quenquam eorum quos legisset, fateretur: & tamen cùm omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, vt in bello etiam & sub ipsis pellibus aliquid temporis illis impertiretur. Verùm quid externis exemplis opus est, quum vestræ Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines & armorum & literarum simul laude præstantes, & habuerint iam olim, & nunc quoque habeant? Vnde verò illi doctrinam nisi ex academiis vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones:

ita certè quo plures vobis similes, nimirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eo fœcundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quum ita sint, & quum academiis quas illis de causis charas vel potius charissimas habetis, gratificari modis omnibus cupiatis, gratiam me à tua S. C. M. & vestris tum RR. MM. tum AA. DD. initurum putaui, si munus offerrem quo illas, non secus ac patres filias, munerari vicissim possetis: & quod illis non solùm vtilitas, quam ex eo percepturas spero longè maximam, sed & ipsæ manus vestræ (quæ aliò etiam omni munificentiæ genere demereri iampridem earum amorem cœperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Thesauro omnes suæ erga vos beneficentiæ thesauros comites addat.

IISDEM DE HOC THESAVRO.

Hic thesaurus, hic est, tua quem Germania, Cæsar,
Hic quem Carle optat multis tua Gallia votis,
Hic est, Elisabeth, tua quem sitit Anglia dudum.
Hic illis thesauro Arabum pretiosior omni,
Pactoli auriferis fuerit mage charus arenis,
Gratior eoo venientibus æquore gemmis.
Germanos ergo hic Gallósque beabit, & Anglos:
At me, cuius opes tandem consumpsit opimas,
Vestrum est (sic vobis sint regna beata) beare.

DE EODEM.

Insperata alios thesauros lucra videmus
Ferre repertori: tristémque repentè fugari
Pauperiem, vilémque casam mutarier arce.
At me contrà inopem meus hic ex diuite fecit
Thesaurus, gazásque omnes exhausit auitas.
Si tamen hic animum vestrum pectúsque benignum
Conciliare mihi (quod ait se posse) valebit,
Tum verò haud aliter quàm quondam Pelias hasta,
Fecerit id vulnus, factóque medebitur idem.

Digitized by Google

CATALOGVS AVTORVM GRAECORVM, EX QVOrum scriptis vocabula & loquendi genera, eorum item vnde expositiones vocabulorum aut loquendi generum petitæ sunt in hoc THESAVRO GRAECAE LINGVAE.

Indicatur autem in quibusdam, etiam ex qua editione sint, in iis videlicet quorum locis nonnunquam paginæ numerus: in poetis autem, versus numerus interdum adscribitur.

POETAE,

Homerus, Hesiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, Moschus, Bion, Dionys. Alex., Coluthus, Tryphiodorus, Musæus, Theognis, Phocylides, Pythagoræ aurea carmina, Epigrammata Græca, — *Ex editione Henr. Steph.*

Apoll. Rhodius, Oppianus, Nonnus, Aristophanes, — *Ald.*

AEschylus, Sophocles, — *Henr. Steph.*

Euripides, Lycophron, — *Ald.*

Pindarus, & cæterorum lyricorũ fragmenta. — *Henr. Steph.*

HISTORICI,

Herodotus, *Ald.*

Thucydides, Xenophon, Diodorus Sicul. Dionysius Halicarnasseus, Dion, Appianus, Herodianus, — *Henr. Steph. & Rob. Steph.*

Polybius, *Germ. ann. 1530.*

Arrianus, *Germ.*

Strabo, Pausanias, — *Ald.*

Philostratus, Plutarchus, — *Ald.*

nisi numero pag. adiungantur hæc verba, Meæ editionis.

Athenæus, *Ald.*

AElianus, *Rom.*

Diog. Laertius. *Germ.*

ORATORES,

Isocrates, Demosthenes, AEschines, Demades, Lysias, Antiphon, Andocides, Isæus, Dinarchus, Lycurgus, Gorgias, Lesbonax, Herodes, Alcidamas, Antisthenes, — *Ald.*

Aristides, *Flor.*

Lucianus, *Ald.* Sunt tamen huius & historica quædam scripta.

RHETORES, seu sophistæ,

Aphthonius, Theon, Libanius.

PHILOSOPHI,

Plato, Aristoteles, Themistius, — *Ald.*

Epictetus, Philo, Porphyrius, Iamblichus, Proclus.

II EX QVORVM epistolis aliqui proferuntur loci,

Heraclitus, Democritus, Hippocrates, Euripides, Isocrates, AEschines, Demosthenes, Plato, Aristoteles, Chion, Diogenes, Crates, Anacharsis, Lysis, Musonius, Apollonius Tyaneus, Philostratus, Alciphron, AElianus, Theophylactus, Procopius, Phalaris, Brutus, Synesius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Libanius, Iulianus imp.

IVRISCONSVLTI, aut scripta ad iurisprudentiam pertinentia,

Pandectæ iuris Græcæ, Iustiniani nouellæ, Theophili interpretatio Institut. Iust. Harmenopulus.

MEDICI,

Hippocrates, Dioscorides, Theophrastus, Galenus, Oribasius, Paulus AEgineta, Aetius, Alexander Aphrodisianus, Alexander Trallianus, Hippiatriæ autores.

GRAMMATICI, AVT qui ad grammaticam pertinentia scripserũt, scholiastæ & lexicographi,

Iulius Pollux, Harpocration, Hesychius,

Suidas,
Etymologus, qui Etymologicus vulgò,
Ammonius,
Ioannes grammaticus,
Thomas Magister,
Phrynichus,
Moschopulus,
Theodorus Gaza,
Eustathius schol. Hom. *Rom.*
Didymus, qui putatur autor breuium in Homerum scholiorum,
Scholiastæ, seu enarratores: Hesiodi, Arati, Apollonii Rhodii, Nicandri, Callimachi, AEschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Pindari, Demosthenis, Thucydidis, Dionysii Areopagitæ.

Nondum autem editi libri, sunt hi, Xenophontis Ephesii historia, Charitonis historia, Statii historia, Eustathii historia, Longi Pœmenica, Iuliani imperatoris varia opuscula, Sextus philosophus, Scholia in Oppianum, Lexica duo Græca. item Lexica vetera Latinogræca, & Græcolatina, quæ recentiores Glossaria vocarunt.

SACRA SCRIPTA, AVT qui scripserunt quæ ad ea pertinent.

Testamentum vetus, ex interpr. ea quæ LXX interpretum vocatur,
Testamentum nouum,
Canones conciliorum,
Iosephus,
Iustinus martyr, — *Rob. Steph.*
Dionysius Areopagita,
Basilius Magnus,
Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, — *Ald.*
Chrysostomus, — *Ver.*
Damascenus, — *Ver.*
Clemens Alexandr. — *Flor.*
Eusebius, Theodoritus, Socrates scholasticus, Sozomenus, Euagrius, — *Rob. Steph.*
OEcumen. Arethas. — *Ver.*

IN THESAVROS LINGVAE GR. ET LATINAE.

Ausonias quondam Musas Robertus egentes
Excepit grato prouidus hospitio:
At nunc Henricus, patris vestigia sectans,
Errantes Graias excipit hospitio.
Illæ autem memores accepti muneris, ecce
AEternas Stephanis constituêre domos.
Vos æternum igitur Stephani nunc viuite. nanque
AEternum præstant viuere Pierides.
Et vos cum Stephanis æterno fœdere pactæ
Et Graiæ & Latiæ viuite Pierides.
Tu quoque musarum cultrix, Musis Stephanisque
Communes colito sedula turba domos.

IN THESAVRVM LINGVAE GRAECAE.

Eruit ille Argos Agamemnoniúsque Mycenas
Romanis Troiæ Mummius vltus auos.
Quinetiam longum Romanis fracta tyrannis
Græcia, mox Turcæ est dilaniata cani.
Sic perijt Sparte, sic vos periistis Athenæ:
Sic nihil infelix Hellados Hellas habes.
Quorsum ergo nouus hic populator tertius, (inquis)
Quæ solæ superant qui rapit vnus opes?
Immò ô te tandem isto prædatore beatam,
Quas sparsêre alij qui legit vnus opes.
O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam.
Nam te eadem ditat quæ populata manus.

IN EVNDEM.

Quid Graiis inhias spolijs nunc barbare miles?
En Graias Gallus congerit vnus opes.
Immò istas Gallus quas veras somniat (inquis)
Possideat, reliquas dum mihi linquat opes.

ROBERTO STEPH. ET HENRICO ROBERTI filio, illi quidem, Latinarum, isti verò, Græcarum Musarum fautori & alumno, TH. B. V. dicauit.

HENRICI STEPHANI AD LECTOREM EPISTOLA, SEV PRAEFATIO IN SVVM Thesaurum linguæ Græcæ.

ΓΛΩΣΣΗΣ τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης, vt Ascræus olim vates cecinit: at ego, non vt ᾠδὸς, sed vt παρῳδὸς, canere de Græca lingua non dubitarim,

Γλώσσης θησαυρὸς γλωσσῶν παρὰ πᾶσιν ἄριστος
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαρίεν τι πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Ecquis enim dici vel fingi præstantior & maior thesaurus possit quàm is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli verè sunt thesauri, quósque possessorum quilibet & facilè & tutò portare secum potest, (vt Prienensis ille Bias se omnia sua secum portare aiebat) nimirum ad omnes liberales & ingenuas artes, viam nobis aperit? Quæ verò χάριτες non comitantur eum sermonem qui ipsas etiam deas quæ ὁμωνύμως appellantur Χάριτες, reddit χαριεστέρας? Si enim alio quàm Græco sermone loquantur, non itidem χαρίεσσαν ὄπα fundere poterunt. Adeo vt quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

--λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων, αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει:

ita dici possit, (si & hic παρῳδεῖν mihi liceat)

--λόγος γὰρ Ἑλλάδος τις ἐξιὼν
Γλώσσης τι κἄλλης, αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

Et meritó: quum Græcus ille sermo dulcior melle fluat. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή: id generatim etiam de Græca (si aliæ cum ea comparentur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quę est eius miranda felicitas) quanuis suapte natura sit μέλιτος γλυκίων, valet etiam, quum res postulat, verba fundere νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. Quid quòd vnum idémque vocabulum & λεαίνειν & τραχύνειν hæc lingua potest? ánnon hoc non miræ solùm sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimuero quoniam vereor ne, si vlterius orationem meam in huius linguæ laudes prouehi sinam, latissimum illum campum ingrediatur vnde non facilè abduci possit, iam nunc eam aliò conuertendam censeo: præsertim quum ab aliis scripta illius encomia hic additurus sim, & hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari & pauca cum aliorum encomiis communia habente, tractare aliquando decreuerim.

Equidem, si quadam amoris vehementia *Res minimè pulchræ, pulchræ tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusani poetæ verbis) τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται: non erit quòd quisquam miretur si linguam hanc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, insitus mihi à teneris propemodum vnguiculis eius amor, aliquid ampliùs quàm pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum ποιητικώτατος testatur, *ignoti nulla cupido*. Linguæ enim Græcæ cupido iamtum me incessit quum vix de nomine mihi nota esset, víxq; ipsas elementorum eius notas à Latinis possem discernere. ita vt oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces fuisse minimè dici queant. Ac nihilo magis de auribus dici hoc potest, (vt illorũ canit vnus, *Pro lena multis vox sua sæpe fuit*) quandoquidẽ hæc lingua me in sui amorẽ iamtum pellexit & rapuit quum aures ne de modulatione quidẽ eius (etiamsi eas quodammodo titillare viderentur) vllum ferre iudicium possent, quin potius eius auditor tanquam ὄνος πρὸς λύραν essem. Fecit denique hic non solùm inusitatus sed præproperus etiam & præcox amor vt Græca lingua discenda mihi ante Latinam esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, nimirum in iis quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi, (ibi enim quum iis quæ de poetices laudibus scribere institueram, aliquid περὶ τῆς ἐμῆς φυσικῆς φιλομουσίας ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio) siqui iam ibi

legerint, minimè repetendum illis nunc fuerit: at iis qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus ero.

Sed vide obsecro lector quomodo in meo illo præcoci (vti dixi) Græcarum literarum amore prouidentia Dei optimi maximi iam tum semina quædam huius tam operosæ πραγματείας includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accensus, Herculeum quendam laborem, qui exantlandus in ea erat, eluctari potui: eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperaui, vt quemadmodum Prometheus & Pelopis parens dulci sono decepti laborum feruntur, ita ego sæpenumero Sisyphei quod voluebam saxi oblitus fuerim, atque id à me volui minimè senserim. Quot enim quantásque difficultates obiectas mihi fuisse putas? quàm confragosa & salebrosa, quàm prærupta per loca perrumpendum mihi fuisse credis? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verùm vt de AEnea cecinit Maro, *Vicit amor patriæ*: ita de me affirmare possum, Vicit amor linguæ. Quinetiam cum eo amore cuius ex poetis elegiacis mentionem feci, meum comparare in multorum malorum tolerantia possum. Apud eum qui omnium ingeniosissimus non immerito censetur, legemus,

Quis nisi vel miles vel amans & frigora noctis
Et denso mistas perferet imbre niues?

Alius quidam hoc de se, vt amatore, profitetur,

Non mihi sæua nocent hyberna frigora brumæ:

Proh quàm aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter à me tolerata fuerunt! Possum illi amanti simúlque illi militi in eo item me adiungere quod ab eodem poeta canitur, *Peruigilant ambo.* Magna enim ex parte vigiliæ appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inediæ tolerantia dicam? In ea me & milites & amatores quoslibet superantem non domestici mei solùm sed etiam quicunque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Vnum addam, in quo itidem multos me id genus amatores vicisse, nemo negauerit. Canit de amica sua quidam,

Quinetiam sedes iubeat si vendere auitas,
Ite sub imperium sub titulúmque lares.

Quàm paucos in animum inducere putamus vt idem propter amicas faciant? At ego propter amicam meam linguam Græcam & præ ardenti construendi eius θησαυροῦ desiderio, penè vniuersas meas diuitiolas paulatim ἀποθησαυρισμένας repentè me ἐκτεθησαυρικέναι, vtinam non tam verè dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorum genere, partim cum eorum multis, partim cum paucis communia habeo. (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versiculi meminerit, ἡδύ τοι σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων) at verò quod in eorundem malõrum tolerantia commune cum illis non habeo, id demum est quod me solatur: nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis coniuncti fuerunt laboribus, non à me tantùm sed à multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Vt autem & ipse de hac spe mea déque opinione quam concepi iudicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, & in quibus potissimùm præstandis sudauerim. Primùm quidem mea est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, qua earum maxima pars ad suas origines, tanquam riui ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, reuocantur: qua deriuata nonnunquam ducenta, interdum trecenta ad vnum primitiuum ita reducuntur vt interim ne ipsa quidem permixtim collocentur, sed in certos ordines distribuantur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauro fuit, vt etiam in præfatione illi præfixa docui) vix dici potest quàm multa huius linguæ studiosis afferre commoda & adiumenta possit. tria quidem certè affert longè maxima: quòd lector magno labore quærendi per diuersos sparsa locos, & eadem in diuersis legendi, leuetur: quòd à primitiuis deriuatiua dignoscat, & quomodo factæ sint deriuationes, primo aspectu intueatur: quòd vno eodémque loco & in promptu habeat quæ mutuam quodammodo lucem sibi afferant, & sese mutuò explicent. Adde quòd hæc series ditiores (vt ita dicam) reddere videtur Græcæ linguæ diuitias: & quæ antea locupletissima verborúmque omnis generis fœcundissima esse visa est, facit vt multo etiam locupletior fœcundiórque quàm credita sit comperiatur: vt etiam dixi in epistola ante biennium excusa, qua ad multas multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatímque de meo Thesauro linguæ Græcæ, respondi: vbi & alia pleraque non solùm hac de re sed etiam

de aliis ad hunc Thesaurum & ad vulgaria lexica pertinentibus disserui: quæ in hac præfatione (quam & properans & animo minus quàm in vlla operis parte tranquillo scripsi) non immeritò desideraturus sis. Cæterùm tu quoque pulchram esse hanc meam vocabulorum antea permixtorum & confusorum dispositionem, fateberis, sat scio: sed ad καλὰ, addito χαλεπά: & Græcum prouerbium hac in re, non minus quàm in alia vlla earum quæ ad linguam Græcam pertinent, ἀληθεύειν existimato. Atque vtinam non tam expertus loquerer: vtinam dispositionem illam mihi asserere non possem: vtinam mihi nihil deberet: nec me viæ ducem esse, sed monstratam ab alio quopiam sequi oportuisset. Vix enim vllis exprimi verbis potest cum quibus mihi difficultatibus luctandum fuerit, & quoties de me dici illud potuerit,

Vt stat & incertus qua sit sibi nescit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Quum enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem & labyrintheo similem cernerem, quomodo non hæsissem? sic autem hærens animus qui potuisset in varias sententias non distrahi? Nec verò mihi in his labyrinthis aliquod Ariadneum filum, tanquam alteri Theseo, auxilio erat: sed idem quod Terētiano Getæ vsuueniebat, vt in me omnis spes esset mihi. Lexicographos omnes, scholiastas, grāmaticos, cunctos denique qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens scripsissent interrogabam: sed in maxima parte eorum quæ sciscitabar, magis muti quàm pisces erant: sicubi autem sententiam suam proferebant, idem mihi contingebat quod Demiphoni apud eundem comicum, quum ab aduocatis quos consuluerat, incertior quàm antea reuerteretur. De plerisque enim deriuationibus aut tacere aut inter se dissentire veteres quoque grammaticos, de nonnullis verò eosdem diuersa diuersis locis, aliquando etiam contraria, sentire comperiebam. Scio autem fore multos qui & huiusmodi dissensionum & aliarum quas dixi difficultatum exempla requisituri sint: sed ea in Thesauri huius corollarium iam inchoatum reseruanda censui: vbi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc à quoquam tractata (inter alia autem, ea quæ ad Atticam dialectum & cæteras pertinent) Deo fauente tractabuntur. Sed interim siquis hoc ipsum opus euoluere non grauabitur, suo desiderio aliqua ex parte satisfactum esse dicet. In aliquot enim locis, & illius discrepantiæ & multorum quæ lexicographi vel scholiastæ vel alii grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mendaciorum mentionem simul & reprehensionem inueniet. Quòd si verum est illud, --*in magnis & voluisse sat est*, mihi æquus esse debebis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnaui, plurimas verò oppugnatas, etiam expugnaui.

Illum tantum circa talem vocabulorum dispositionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo maior, disponendi itidem ordine certo significationes, & singulas quoad fieri posset aptis exemplis confirmandi: quinetiam eas quæ in superioribus lexicis turmatim (vt ita dicam) collocatæ essent, examinandi, & veras à falsis diiudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerunque vna significatio primum locum certis de causis mereri videbatur: sed ecce statim aliam, quæ de primatu cum ea contendebat, & cui itidem rationes suæ deesse non videbantur, adeò vt subinde vsurpare illud possem,

Et magis hæc nobis & magis illa placet.

Quid? an leuem hanc difficultatem fuisse existimas, quum animus meus, quamcunque se in partem verteret, nihil nisi varias dubitandi causas intueretur? Quid certi, quæso, statuere poteras qui vagabatur & errabat, -- *vt à ventis discordibus acta phaselus*? Expectandum certè erat dum vtrisque rationibus, quæ prima fronte ἰσόρροποι esse putabantur, in vtraque lance positis, alterutræ præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manere eas videbam, lectores admonebam. Vulgaria enim lexica ne hic quidem vllo mihi adiumento erāt: vtpote in quibus tam parua vel potius adeò nulla huius ordinis significationum habita fuerit ratio, vt linguæ huius vel mediocriter periti multa ibi præpostera esse animaduertere possint: & caput plerunque ibi poni vbi ponendi pedes erant: nonnunquam verò in magna permixtarum significationum turma siue caterua nec caput nec pedes apparere. Adde quòd sæpe in iisdem contingit vt ex duabus significationibus vna planè falsa sit, & quam aliquis ex malè intellecto quopiam loco somniauerit: altera, vera quidem sit, sed falsum quod ad confirmationem eius subiungitur exemplum: id est, falsò (vtpote nihil commune cum illa habens) afferatur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quòd quum vulgaria illa lexica, non πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ, sed contrà παῦρα μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ λυγρὰ, habeant, (idque potissimùm in significationibus recensendis) vel vtraque sint ἀδιάστατα, vel τῶν λυγρῶν potius

quàm τῶν ἐσθλῶν autor nominetur. Cui enim adscribenda hæc essent diuinandũ mihi erat, deinde ad inuestigationem veniendum. Mihi siquidem propositum hoc erat, vt quoad fieri posset, nihil quod alicuius momenti & minimè vulgare foret, sui autoris nomine careret: vt nimirum hoc modo ab alienis mea discernerem, ac neminem honore suo fraudarem. Sed paulatim ita me diuinationi illi assuefeci, vt quid Budæi, quid Erasmi, quid Petri Victorii, quid Ioachimi Camerarii, quid aliorum esset, coniectura facilè assequerer. Vnde fiebat vt in plerisque locis, vnoquoque eorum quos nominabam, suas repetente plumas, furtiuis coloribus bella illa lexica nudarentur. Interim tamen non dissimulabo me autores non inuenisse quorundam quæ non contemnenda erant, quorundam etiam quæ erant eiusmodi vt si non omnino vera, saltem aliqua ex parte verisimilia viderentur. Sed quum minimè prætermittenda censerem, quanuis de iis ἐπέχειν cogerer, (præsertim quum nullis confirmarẽtur exemplis, aut eiusmodi quæ non facilia inuentu apud ipsos scriptores essent: præterquam quòd ne quærere quidem semper vacabat) hanc rationem inii, vt saltem in vulgaris seu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro autoris nomine quod celant, afferens, simúlque fidem penes ea esse volens. Ipse autem non solùm multas significationes ab aliis omnibus prætermissas, aut omissa earum exempla addidi, vel aliis aptioribus confirmaui, sed etiam quoties in alicuius vocabuli significatione, aut alicuius loci interpretatione, vel à doctissimo Budæo, vel ab alio quopiam dissensi, id minimè dissimulaui, (quippe qui in nullius magistri verba iurassem) sed semper aut certè plerunque rationem cur ab aliis dissentirem adiunxi. Ac istorum quoque omnium exempla in eo cuius paulo antè memini Thesauri corollario habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus à doctissimi Budæi sententia discessi, spero fore vt si iis quas illic attuli rationibus tibi non satisfeci, vel in eodem Corollario, vel quum edam illius in linguam Græcam commentarios satisfaciam. Cogito enim de libri illius editione quæ habeat cùm alia quibus multo quàm antea vtilior reddatur, tum verò meas in quosdam locos annotationes.

Hæc sunt, lector, quæ ad illustrandam Græcam linguam, præsertímque ad discutiendas tenebras quas ei lexicorum vulgarium consarcinatores offuderant, primus ego præstiti: parentis mei Roberti Stephani (cuius tot tantáque in rempub. literariam merita extant) exemplum sequutus. Eum enim in suo Latinæ linguæ thesauro multas itidem errorum nebulas quæ in præcedentibus dictionariis erant, discussisse, nemo est qui ignoret. Spero autem fore vt paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Thesauri Latinæ linguæ opus cùm aliis rebus tum verò vocum dispositione ei simili qua in Græcis vsus sum, luculentius reddam.

Sunt quidẽ certè & per hoc ipsum opus sparsa nonnulla quæ obiter de quorundam Latini sermonis vocabulorum aut loquendi generum significationibus annotaui, non prius (quod quidem sciam) à quoquam indicata. Quinetiam animaduerti, dum ipsum conscriberem, multo plura Latinos à Græcis sumpsisse vocabula, & plura etiam ex Græca phrasi mutuatos esse, siue pluribus modis linguam Græcam esse imitatos, quàm vulgò existimẽtur. Ex vocabulis quæ à Græco sermone sumpsisse mihi visi sunt, (à nemine tamen adhuc annotatis, quod sciam) sunt Bifarius & Trifarius. Nec enim dubito quin hæc Bifarius & Trifarius (vnde sunt aduerbia Bifariam & Trifariam: ad quorum formam fictum fuit Multifariam) originem habeant à Græcis διφάσιος & τριφάσιος. vt nimirum ita hic mutarint σ in r, vt in quibusdam aliis quas ex eodem sermone in suum transtulerunt vocibus: veluti in Valerii & Furii, pro antiquis Valesii & Fusii, in Muses & Plusima & Asena, pro Mures & Plurima & Arena, aliísque quorum Varro & Fabius meminerunt. Nihilque nos talis mutatio literæ vnius mouere debet, quum videamus in aliis quoque mutatione esse vsos: & ita quidem vt alicubi hanc literam in illam, & vicissim illam in hanc verterint. veluti quum pro μελετῶ dixerunt Meditor, λ in d mutantes: vicissímque Lacryma seu Lacruma pro δάκρυον, (licet Liuium Andronicum Dacruma dixisse testetur Festus) itidémque Vlysses vel Vlyxes pro Ὀδυσσεὺς, ex δ facientes l. Verùm vt ad alia veniam exempla illorum quæ dixi vocabulorum, (quæ nimirum à Græcis orta mihi visa sunt, quanuis hanc illorum originem à nemine obseruatam inuenerim) nomen Cachinnus Latinos ex Græcis & quidem comicis habere comperi: nimirum ex voce illis vsitata καχλάη. Nec dubito quin AEmulor sit ab ἁμιλλῶμαι: quin Pronus sit à προνεύω, (hinc enim deducere malo quàm à πρηνὴς) quin Spolia sit à σπόλια, quod fortasse γλωσσηματικὸν est, significans τὰ παρατιλλόμενα ἔρια ἀπὸ τῶν σκελῶν τῶν προβάτων, teste Hesychio. Ex κολώνη non solùm Collis, sed etiam Columna deduci existimo. Atque vt ex γιγνώσκω seu γινώσκω fit Nosco, aphæresi prioris syllabæ, & ex ἀμέλγω, Mulgeo: sic ex νόμος factum esse puto nomen Mos, ex κυκλοτερὴς factum esse suspicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, vt In præpositio est ex ἐν, ita En pro Ecce, esse ex

ἠὼ, (vnde est ἠὼ ἰδοὺ dictum ἐκ παραλλήλου, siue ἦν ἰδού) & Dum, in Ehodum & Agedum, esse Græcum δή, quo vtuntur itidem in ἄγε δή, propemodum persuasum habeo. Quinetiam vnum idémque vocabulum in vna significatione Græcam originem habere puto, in altera non item. vt Ita. hoc enim aduerbium, quum adiunctam habet particulam Ne, ex εἶτα esse arbitror, sed eo quod indignationi seruit. Animaduerti præterea quædam esse vocabula quæ ab alia voce Græca deducenda sint fortasse quàm deduci soleant. In exemplum afferam nomen Forma. (quòd meliora quædam & certiora exempla in mentem nó veniant) quanuis enim rationi consentanea sit deriuatio à μορφῇ, sic inuerso syllabarum ordine vt in Tæda ex δᾳτή, (licet & δετὴ inueniatur) aliquis ex φορμὸς potius sumptum esse suspicetur, quanuis huius deriuationis ratio ignota sit. Obseruaui insuper, ex iis etiã vocabulis quæ apud priscos Latinos in vsu erant, pleraq; originem Græcã habuisse. Quo in numero est Cluere, à κλύειν: item Clepere à κλέπτειν. (neq; enim dubitare debuit Varro essétne hoc à Clam, an ab illo Græco verbo: potuitque fortasse & κλέπτειν dicere) Item Calare à verbo καλεῖν. vnde Calata comitia, & Nomenclator: pro quo alii scribunt Nomenculator. Necnõ Antlare & Exantlare, ab ἀντλεῖν & ἐξαντλεῖν. quod non animaduertentes quidam, dubitarũt an altera scriptura, Anclare & Exanclare, reiicienda esset. In hoc numero est etiã Dædala (quo & Virgilius vsus est) pro Græco δαιδάλλοντα. Quibus cùm alia plurima possunt addi, tum verò præpositio Endo, pro In. nam Endo ex ἔνδον esse, persuasum habeo: licet & simpliciter pro In accipiatur: sicut εἴσω apud Homerũ legitur pro εἰς. Huius autẽ præpositionis vsum apud Lucretium quoque non vno in loco habemus. Sed quũ eius significatio ignoraretur, & vox corrupta esse crederetur, è quibusdam locis eiecta fuit, in quibusdam superiorum editionum, & alia in eius locum reposita, nimium audaci (vt in aliis plerisque locis) coniectura. Sic & apud Lucilium,

Quàm lepidè lexeis compostæ vt tesserulæ omnes
Arte pauimento atque emblemate vermiculato,

pro *Endo pauimento*. Neque Endo tantùm, verùm etiam Indu dicebant, sed potius in compositione.

Iam verò & comici multa è Græcis mutuati sunt, è quibus nõnulla cæteri itidẽ scriptores post eos vsurparunt, quorundam verò paruus apud alios aut etiam nullus vsus fuit. Neque enim quædam duntaxat composita in Latinam linguam introduxerunt comici quæ apud Latinos appellationem non habebant, aut non tam significantem: vt Sycophanta, & ab eo deducta, Sycophantia, Sycophanticus, Sycophantiosus, (vnde & aduerbium Sycophãtiosè apud Plautum) Sycophantari. Quibus adde Parasitus, Parasitor, necnõ Parasitaster. Adde & Asymbolus. (quãuis enim Donatus hoc nomen inter parasitos confictum atque compositum esse tradat, in eo compositionis Græcæ analogiam seruari, & apud Græcos quoque inueniri constat. Sed & substantiuum Symbola, vnde illud adiectiuum factum est, vocabulis quæ comici Latini è Græcis primi sumpserunt, annumerare possumus: & in plerisque eorum locis vbi Symbolum legitur, hoc reponere debemus) Quibus adiici possunt hæc, OEnopolium, Thermopolium, Myropolæ, & alia quamplurima. Non inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum sermonẽ introduxerũt, sed etiam Danista, & Machæra, & Phylaca, necnõ Astu, de Atheniensiũ vrbe dixerunt, & alia non pauca, palliatæ comœdiæ conuenientia. Dicam autem pro Græco δίκη, nõ illi solùm verùm alii quoq; post eos dixerunt, (inter quos est Cicero) sed duntaxat in certis quibusdam loquendi generibus. Quinetiã credibile est singulis comicis certa quædam vocabula Græca præ aliis placuisse, ideóque vsum eorum apud hunc vel illum magis quàm apud alios frequentem fuisse. Sic videmus voce Basilicus Plautum identidem vti: dicentem, Basilicus victus, Basilicus status, Basilica facinora: eundémque vsu hinc deducti aduerbii Basilicè gaudere. Apud eundem extat verbum Harpagare, & passiuæ vocis participium Harpagatum. Idem Architectonem alicubi dicere maluit, declinatione Græca, quàm Architectum. Neque verò mirum est comicos hisce Græcis nominibus sub terminatione Latina esse vsos, quum etiam voces quasdam Græcas nihil immutatas suo sermoni intermiscerẽt: & quidem in iis etiam locis interdum vbi Latinis idem significantibus vti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo οἴχεται, in Trinummo, *--ratio quidem hercle apparet, Argentum* οἴχεται. Quinetiam alicubi dicit λῆροι λῆρον, quum alibi Nugæ & Meræ nugæ dicere soleat. Apud eundem legimus Vendere λόγους. At Terentius dixit λόγοι ea significatione qua alibi Verba: vbi scribit, Verba isthæc sunt. Neque tamen Plauto suam in vsurpandis quibusdam Græcis rationem defuisse existimo, quę nobis sit incognita.

Verùm vt ad vocabula è Græcis sumpta reuertar, hoc quoque obseruatione dignum est, quædam habuisse linguam Latinam in quibus terminationẽ Græcam in suam mutauisset: quæ à nobis ignorentur. Coniecturam facio ex nomine Auliones pro Aulœdi. Nam in ve-

teri lexico Latinogræco, cui Gloſſarii nomen à recentioribus datum fuit, ſcriptum eſt, Auliones, αὐληταί. Enimuero huius lexici mentio quædam verba mihi in memoriam reuocauit quæ ſuperioribus poſſunt adiungi. Vnum eſt, Gnetonſum, quod ibi exponitur ἀμαυρὸν & σκοτεινόν: quum Cnephoſum apud Feſtum legatur, ita ſcribentem, Cnephoſum antiqui dicebant tenebricoſum. Græci enim κνέφας appellabant obſcurum. De quo vocabulo Gnetóſum hoc tantùm dico, dubium eſſe poſſe debeátne mutari in illud Cnephoſum, an in Gnophoſum, à γνόφος. Alia autẽ ſunt de quibus maior & difficilior moueri quæſtio poteſt, quod ad ſignificationẽ attinet. Ecce enim, verbum Andruare Feſtus exponit Recurrere, à Græco verbo ἀναδρᾶν: (pro quo repono ἀναδραμεῖν) at in Gloſſario illo Andruare exponitur Græco verbo ἀνδρίζεσθαι. In eodem legimus, Auxillæ, μικρὸ πέτρα, ὡς Βάῤῥων. quum Feſtus ſcribat, (ſi modò non mentiuntur quæ extant eius editiones typographicæ) Auxilla, Olla paruula. Illam quidem certè Gloſſarii expoſitionem, ſi μικρὸ πέτρα pro μικρὰ πέτρα aut per imprudentiam aut etiam conſultò ſcriptum eſſe dicamus, confirmat quod ibidem legitur: videlicet, Auca, πηλινόν. adeò quidem vt verear ne pro Olla in illo Feſti loco reponi debeat Auca. Inueni porrò apud eundem ſcriptorem quædam Græca vocabula ſecus etiam quàm à lexicographis Græcis expoſita. Eorum vnum eſt μῶμαρ, quod Siculis ſtultum ſignificare dicit: at Heſych. exponit μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος: itidémque apud Lycophronem pro μῶμος poſitum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibuſdam ex earum numero quas ſermo Latinus è Græco mutuatus eſt, peculiare eſſe obſeruaui: nimirum eas non ex communi Græcæ linguæ vſu, ſed ex aliqua dialecto ſumptas eſſe: qualia vocabula ipſi Græci γλωσσηματικὰ nominant. Neque enim quum hic dialectum dico, vnam tantùm ex illis quatuor generalioribus, ſed etiam quamlibet intelligo. Ac poſſunt fortaſſis illa duo nomina διφάσιος & τριφάσιος (vnde Latinos ſumpſiſſe Bifarius & Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum eſſe. Neque enim dubito quin Ionica ſint. Equidem præterquam quòd in Ionicarum vocum collectione quadam (à me ſubiuncta libello Galeni qui inſcribitur τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις) inter illas recenſetur τριφάσιοι, Herodotum aliquot locis vtrunq; vſurpare cõſtat. Præſertim verò ex Dorica dialecto multa vocabula in ſuum ſermonẽ Latini tranſtulerunt: quos etiam in iis quæ Dores cum cæteris Græcis habent cõmunia, Doricam ſcripturam amaſſe videmus. veluti quum Fagus dixerunt, η quod eſt in φηγὸς, mutantes in α. Sic in Fama maluerunt φάμα quàm φήμη: non illud tantùm α quod terminationis eſt, ſed alterum etiam ex Dorico ſermone accipientes. Sic in Garrio videmus γαρύω magis illis placuiſſe quàm γηρύω. Sic Ganeum dixerunt, non ἀπὸ τῆς γῆς, ſed ἀπὸ τῆς γᾶς deriuantes. ſi tamen verum eſt quod ſcribit Donatus; Ganeum dictam eſſe meretricum tabernam, quòd ſit in terra. Dubitationem enim mouet quod ſcribit Heſychius, γανιταί, δίαιται, ἄσωτοι. Pro quo fortaſſe ſcribendum aliquis putet γανυταί, à γάνυμαι) Sic & in aliis pleriſque Doricam ſcripturam imitati eſſe comperiuntur. Nam & pronomen Tu ex Dorico τύ, non ex σύ, eſſe videmus. Eodémque modo Pratum ex Dorico πρατὰ ſumpſiſſe literam τ exiſtimatur. Atque adeo vocem Bos eſſe ex Dorico βῶς, non ex βοῦς, non abſimile vero eſt. Alias autem eiuſmodi obſeruationes, & quidem his etiam inſigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) hoc in opere inuenies: quanuis Fabius non Doricæ rationi ſed Æolicæ ſermonem Latinum eſſe dicat ſimillimum. Verùm quod ad voces attinet quæ non ſcriptura tenus ſeu terminatione ſed omnino ſunt Doricæ, incipiam à nomine Cubitum. Dicunt enim Latini Cubitum eadem ſignificatione qua & κύβιτον apud Græcos legimus: verùm hoc Græcos omnes commune inter ſe non habuiſſe, ſed Dores ſibi vendicaſſe, & quidem eos qui Siciliam incolebant, cùm aliunde tum ex Polluce diſcimus. Eius verba ſunt, καὶ κύβιτον εἴποις ἂν, ὡς Ἱπποκράτης. δοκεῖ δ' εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα, τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων. Quibus addit, Hinc factum eſſe vt Epicharmus κυβιτίζειν dixerit, ſignificare volens παίειν τῷ ἀγκῶνι. Euſtathius tamen, doctiſſimus alioqui ſcholiaſtes, hoc ignorans, κύβιτον pro Latina voce habuit. Horũ Sicilienſium Dorum eſt etiam Nummus: quod alioqui nemo non putet Latinum eſſe vocabulum. præſertim quũ Suetonius apud Suidam à Numæ nomine deductum eſſe tradat. Pollux l. 9, ὁ δὲ νοῦμμος, δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Sed ὀρέων apud eum legitur, pro quo repono illud Δωριέων. Ex eodem diſcimus, Vnciam Siculorum fuiſſe vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet Nummus, à Siculis ortum eſſe & ipſe teſtatur: ſed hoc poſterius pro Latino habet. quippe qui ſcribat, Vncia ab vno. Atque his annumerari poteſt & nomen Libra, ex Polluce, vel potius ex Ariſtotele apud eum: quanuis Galenus Romana vocabula λίτραν & οὐγγίαν eſſe dicat, ſicut & ξέστην. ſed cur illi potius fidem adhibendam eſſe dicemus? Quinetiam nominis

Campus origo Siculis tribuitur. κάμπος, (inquit Hesych.) ἱππόδρομος, Σικελοί. Huic subiungo vocem Allia. siquidē hanc quoque à Doribus manasse arbitror, quū ἄγλιθες eorum esse scribat Corinthus. Si autē vera sit hæc mea coniectura, dicta fuerint Allia quasi Aglia. Quinetiam Ruta Latinum non est, si scholiastæ Nicandri credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam ῥύτην Peloponnensium vocabulum esse tradit, significans πήγανον. Dicunt autem Syracusanæ mulieres apud Theocritum, --Πελοποννησιστὶ λαλεῦμες. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Hoc porrò in memoriam mihi reducit & Σαυκόν, quod Hesychius exponit ξηρόν, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certè nemo non suspicetur manasse Latinam vocem Siccum. Verùm vt aliqua ex aliis etiam dialectis sumpta recenseam, quis verbum Ridere à Græcis oriundum esse credat? Strattis tamen apud Athen. lib. 14. Thebanis ἐκριδδέμεν esse ait γελᾶν. Ne Capra quidem Latinorū est, si Hesychio fides adhibenda est. tradit enim esse Tyrrhenorum. Sed nec Verres Latinum esse videtur: quum ἔῤῥας extet apud eundem lexicographum, sed exponentem κριός. (sic autem Caper aliud Latinis esse videmus quàm Græcis κάπρος, quanuis hinc esse credi possit) Quoniam tamē non addit è qua dialecto sit sumptū, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni quæ Græci quipiam scriptores pro Latinis attulerint. Sunt certè & alia quædam Latina vocabula, quæ licet in Græco sermone inueniātur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inueniatur annotata dialectus cui adscribi debent. Ex iis est Caballus. inuenitur enim καβάλλης de vili itidem equo dictū. Sunt præterea quæ à Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est Sanna, vnde factum est Sannio. Nam Σάννας de quouis stulto dicitur, siue à cuiusdam stulti nomine, vt quidam arbitrantur: siue (vt alii volunt) à nomine cuiusdam gentis Asiaticæ: siue (vt nonnullis placet) à verbo σαίνειν. At Hesychius scribit Σάννορος significare μωρόν Tarentinis, vsúmque eius extare apud Rhinthonem. Simul autem obseruandum hîc est quomodo Latini à significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam obseruaui, habere Latinam linguam vocabula ex Græcis sumpta, sed qui ea & ipsi aliunde mutuati essent. Tale est Cadus. hoc enim est à Græco κάδος, istud ab Hebraico כד esse constat. Eodémque modo Saccus ex σάκκος, hoc ex Hebraico שק profectum est. Sic etiam Mitra Latini à Græcis, Græci à Syris habent. Sic Arrhabo Latina lingua sumpsit è Græca, hæc è Syriaca. (nisi potius Hebraicæ adscribi debet: in qua sententia plerosque esse scio) Idémque & de nomine Turris dici potest. Quinetiam vocabula quædam inueniuntur quæ Latini à Græcis, Græci à Persis, vel aliis, hi quoque aliunde sumpserunt. Quanuis autem aliquot huiusmodi in construendo Thesauro obseruarim, vnicum nunc occurrit, Paradisus. cuius mentionem minus libenter facio, quòd à nostræ duntaxat religionis hominibus vsurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur. & quidem significationem eius restringentibus. Paradisus enim vox est è Græcis sumpta: Græci ex Persis, Persæ ex Hebræis sumpserunt: nimirum ex eorum vocabulo פרדס.

Obseruaui præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quàm vulgò credamus, ad imitationem Græci (vt ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (vt ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci ἄνους, ex α priuatiuo & nomine νοῦς, (ex qua voce ἄνους Festus nomen Anus ortum videri posse existimat: eadémque est & in synonymo ἄφρων compositionis forma) ita & ipsi Amens dixerunt, ex litera a priuandi vim habente, & nomine Mens. Atque vt illis ἔξαιμος, ex præpositione ἐξ priuandi itidem vim habente, & nomine αἷμα: sic istis Exanguis dicere placuit, in quo præpositionem eadem vi præditam & nomini Sanguis itidem præfixam habemus. Item, verba quæ apud Græcos impersonalia sunt, apud hos quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quæ apud illos in præterito significationem præsentis habent, vt οἶδα, μέμνημαι, apud hos quoque: qui pro illis dicunt itidem Noui, Memini. Omitto terminationem primæ & secundæ personæ verborum in vtroque sermone eandem: id est, in eandem literam: omitto & alia, eodem pertinentia, sed leuia: & ad verba quæ desideratiua vocantur, venio: cuiusmodi est Bellaturio. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Græcos voluisse, sed vertentes literam σ in r. nam vt in Bellaturio (ea forma dicto qua Empturio, Vomiturio, & alia) habes terminationem in RIO, ita πολεμησείω, quod eam significationem habet, in σειω desinere videmus. Quinetiam metaphoras Græcas in plerisque verborum & simplicium & compositorum significationibus imitati sunt: veluti quum dixerunt Conferre pro Prodesse: planè exprimentes Græcum συμφέρειν: sic quum Seducere pro Decipere vsurparunt. Vt enim Seducere est seorsum ducere, sic ἀπατᾶν est quasi abducere ἀπὸ τοῦ πάτου. In nominibus quoque permultis metaphoras Græcas seruari non obscurum est: sed in multo pluribus, vt opinor,

eas inueniremus, si non tot veteres scriptores, ac præsertim comicos, desideraremus. Sunt verò & apud eos quos habemus nonnullæ quæ plerosque latent. vt ῥυπαρὸς apud Platonem, eodem planè modo quo Latinè Sordidus, de auaro. Sic ῥυπαρία de auaritia, ex Critia Pollux affert. Nónne Sordes & Sordidus horum exemplo dixisse Latinos de auaritia & auaro credere debemus? Verùm alicubi translationem Græcam non ad verbum expresserunt, sed potius alia simili vsi sunt. veluti quũ pro σχολὴ (quod propriè otium significat) ludum vel ludum literarium dixerunt. Non dubito autem quin huiusmodi omnia sint ab iis orta qui Græca in Latinum sermonem conuertebant: præsertum quum ipsum etiam Ciceronem, in iis quæ interpretatur, quædam vsurpare videamus quorum nullus alibi apud eum est vsus. Iam verò præter illa quæ attuli imitationis exempla, omnibus obuia, aliáque id genus varia, hoc in opere obseruata: quædam sunt vocabula in quibus Latinam linguam omnino Græcã exprimere, non itidem facilè nec à quolibet animaduerti potest. Exempli gratia, quis in aduerbio Denuo repræsentari sermonis Græci formam existimet? Inclusa tamen sunt in eo duo hæc verba ἐκ νέης, expresse (vt ita dicam) reddita: quæ in ista significatione apud Herodotum leguntur. Eodémque & nos modo dicimus *Denouueau* pro Rursus, πάλιν. Huic autem vocabulo aptè adiungetur aliud quod itidem ex aduerbiorum numero est, nimirum Sedulo. Minimè enim dubium est quin hoc fingentes Latini ad Græcum ἀδόλως respexerint, atque adeò ipsum exprimere voluerint: dicentes nimirum Sedulo quasi sine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quæ ad institutum sermonem pertinent celare volo, (nisi quid meipsum memoria celauerit) aliud addam, quod dum Thesaurum hunc construerem animaduerti: linguam Latinã, quanuis à Græcæ diuitiis longissimè absit, in multis multo esse quàm credatur ditiorem: & (quod maius est) aliquam nobis relinqui eam ditandi nouis quibusdam vocabulis, ac præsertim compositis, artem: qualia nonnulla memini me aliquot huius operis locis finxisse. Non inmeritò certè dicit Fabius, Latinos aduersus seipsos esse iniquos iudices, adeóque paupertate sermonis laborare. Verùm quod Fabius de Latinis generatim dicit, non tam de priscis quàm de eorum posteris dici potest. Quid enim in fingendis vocabulis non ausos esse putabimus eos qui arietem reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum vocare non dubitarunt? qui testudinem terrigenam, tardigradam, domiportam appellarunt? Quinetiam ipsemet Fabius repandirostrum & incuruiceruicum affert ex Pacuuio. Sed paulo pòst, Quum κυρταύχενα (inquit) mirati sumus, incuruiceruicum vix à risu defendimus. Possumus certè vel ex his coniecturam facere quàm audaces fuerint prisci Latini in imitandis huiusmodi compositis vocibus linguæ Græcæ: aut saltem quanto posteris suis audaciores: vt omittam quæ apud Lucretium doctæ huius audaciæ exempla habemus. Quinetiam Catullus, veterum poetarũ imitator potius quàm vetus poeta dicẽdus, cùm alia eiusmodi protulit, tũ verò Falsiparens: vt Græcum Herculis epithetum ψευδοπάτωρ assequeretur. Illa certè audacia multa illis alia epitheta suppeditauit, quæ ad sequentis ætatis poetas non transierunt, aut certè transisse non existimantur. Possumus tamẽ interim aliqua nobis permittere, & ea quidem præsertim quæ cum vsitatis comparata analogiam seruare videmus. Ecce enim, quum de vsu compositi Dulcisonus non dubitemus, cur non itidem Argutisonus ad exprimendum Græcum λιγύθροος, dicere audebimus? Si Monticola dicere fas est, cur non & Rupicola? Si ποντοπόρους νῆας pontigradas naues appellare possumus, cur non πετροβάμονα rupigradum vocabimus? Neque verò hîc consistendum est: sed si Tardigradus etiam admitti dicemus, cur Tardiuorus reiiciemus? Equidem multo etiam audaciora istis fingi posse existimaui (vt aliquot huius Thesauri loci docebunt) ad exprimendam Græcorum vim. Sic certè in vertendis quibusdam versibus talia nonnulla mihi permisi: veluti illud Tardiuorus in interpretatione horum,

> Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
> Τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

Hoc enim epigrammation ita verti,

> *Tardipes es nimium, nimiúmque es dentibus acer:*
> *Tardiuorus pede sis, dentéque tardigradus.*

Præsertim verò hîc locum habere videtur, vtpote inter duo eiusdem generis composita collocatum. Verti alioqui idem epigramma & aliis viginti modis, quædam alia pluribus etiam: atque adeò vnum plusquam trecentis modis interpretatus sum. Ex qua exercitatione Latinã linguam non tam esse pauperem quàm vulgo creditur, & ipse didici & alios docui. Multo tamen ditiorem olim fuisse & multo etiam plura eius vocabula quàm putemus, nobis periisse, ostendent & vetera quædã lexica, partim Latinograeca, partim Græcolatina, quæ propediem ex mea officina (vt spero) prodibunt. Eorum vnum est id quod Glossarii nomine appellari antea dixi.

Iam verò quoniam multa Græci habent loquẽdi genera quæ Latinæ linguæ sunt negata, quum Gallica contrà non adumbret ea tantùm, sed ad viuum (vt ita loquar) exprimat: me, Gallum hominem, & verò in ipsa Galliæ Gallia, id est Parisiis, natum atque educatum, patriæ ac linguæ meæ iniuriam facturum existimabam nisi latentes has sermonis ei familiaris diuitias in apertum proferrem, & exteris etiam nationibus conspiciendas præberem. Ideóque in multis huius operis locis, quum Latinismis destituerer, Gallicismorum auxilium imploraui, aut saltem ad eos qui à me commemorati fuerant in libello de Gallicæ linguæ affinitate cum Græca, (qui inscriptus est, *De la conformité du langage Francois auec le Grec*) lectorem remisi.

In eo quoque tuis studiis, lector, consului, quòd quorumlibet scriptorum Græcorum, sed præsertim lexicographorum, Pollucis, Hesychii, Suidæ, Etymologi, multos locos qui mendosi erãt proferens, eadem opera emendaui, aut saltem quomodo emendandi viderentur, admonui. Sed ad Suidam quod attinet, quædam in eo ex veteris etiam codicis autoritate restitui. Sæpe autem & vetusta quædam incertorum autorum lexica, quæ ex Italia attuli, in consilium adhibita, cùm ad alia tum verò ad quorundam in illis lexicographis locorum emendationem profuerunt.

Præstiti denique lector, in hoc opere, vel potius præstare conatus sum, quæ ipsum Thesauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certè titulum mihi præripere iam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiissent: sed illi θησαυρῶν eorum appellationi meritò aliquis ex prouerbio deprompttum vocabulum ἄνθρακες adscripsisset. Foris enim & titulo thesaurus erat: intus autem nihil aliud quàm vulgaris consarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, nouis aliquot futuris aucta: aut (si mauis) quædam interpolationum accessio, vt vel ex ipsa collatione perspici potest. adeò vt perinde esset acsi personatus Irus Crœsum se mentiri sub eius persona vellet. Quòd si me roges an hoc opus ita numeris omnibus esse absolutum existimem, vt in eo nihil desiderari possit, quiduis potius quàm hoc persuasum mihi de illo esse, vel aliis persuadere velle, quin potius me iam nunc plura in eo desiderare quàm quisquam fortasse desideraturus sit, respondebo. Primùm enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quanuis multo magis hac vna thesauri editione quàm multis illorum de quibus dixi lexicorum editionibus fuerit auctus, & multa vocum millia accessisse comperturus sit quicunque cum aliis conferre voluerit: insuper tamẽ extare aliqua in libris qui quotidie manibus terũtur, scio, necnõ in iis qui nondum in lucẽ prodierunt, latere multa suspicor: ex nonnullis nondum luce donatis, qui apud me sunt, coniecturam faciens. Deinde si ad significationes veniendum sit, esse vocabula plures habentia quàm quæ traditæ sint, negare nolim. Atque adeò non circa hæc solùm sed & circa quædã alia, esse quæ desiderari hoc in opere possint, ac potuisse maiora præstari, ingenuè fateor. Nam, vt de aliis me doctioribus taceã, maiora ipsemet præstare potuissem, si maiore cum otio singula expendere licuisset. Falleris enim lector si hoc opus (exceptis paucis quibusdam eius locis) aliter quàm ad clepsydram (vt loqui soleo) typographicam scriptum fuisse putas: id est, vt quemadmodum typographicæ operæ certo quotidie penso obnoxiæ sunt, ita & ipse certo certáque hora exhibendo scriptionis meæ penso obnoxius essem. Adde quòd ne id quidem conficiendi pensi tempus, licet breue, liberum ab aliis occupationibus & negotiis erat, sed ita vario eorum genere & circa rem typographicam & circa rem familiarẽ districtum atque implicitum, vt vnius interdum horæ spatio decies illa mihi scriptio intermittenda esset. Verùm occupationum istarũ nonnullas in tuum commodũ cessisse, & eius temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquam me tibi alibi impendisse, satis superque illi testantur libri quos mea officina, dum opus illud excudebatur, subinde in publicum proferebat. Hæc autem quum ita sint, quàm dura & difficilis à me suscepta prouincia fuit, tam faciles in danda mihi erratorum venia fore spero quibuscunque pectus non liuore contaminatum sed candore refertum erit: præsertim quum in illo cuius antea mentionem feci Thesauri huius corollario, non solùm multa huic operi adiecturus sim, fauẽte Deo opt. max. (eorum potissimùm quæ ad reconditiorem linguæ huius cognitionem pertinent) sed etiam eorum in quibus hîc peccauerim locorum plerosque sim emendaturus. Caueant interim siqui in hoc opere meo ingeniosi esse cupiẽt, (vel in epitomẽ redigendo, vel in certos vsus quædam excerpendo, vel alio quouis commento) ne contra mei operis ingenium (quod nulli tam benè quàm mihi perspectum esse potest) ingeniosi fuisse comperiantur: & in quibusdam eius locis suæ temeritati insidias tendi non ignorent. Præcipuè autem quod ad compendium attinet, vix alium quenquam sine sui pariter meique honoris dispendio id conficere posse arbitror: & quemlibet, ne eum periclitetur, non solùm hortor, sed etiam oro atque obsecro.

Digitized by Google

VERVM enimuero quoniã quem impendi huic Thesauro laborem, cum Herculeo comparaui, atque adeò Herculeũ vt caui, nequis hoc dictum arrogantiæ damnet, duplicem huius appellationis sensum esse, ac si non vno, altero saltem verum comperiri sciat. Herculeus nanque labor meus hac saltem ratione vocari possit, quòd aliquid in suo genere cum Augiæ stabulo comparandum repurgauerim. Quidni enim infinita errorum portenta quæ in illis vulgaribus Lexicis Græcolatinis toties interpolatis accumulata erant, sic appellem? Eorum tamen aliquot exempla statim proferre, deinde nomen illis dignum iudicio lectorum relinquere, satius fuerit. Quum autem varia sint illorum errorum genera, in varios itidem locos & velut classes digeram.

Primus autem locus tribuetur iis vocabulis quæ in illis præclaris Lexicis linguæ Græcæ affinguntur, vel potius quæ illi repugnanti & inuitæ adscribuntur: idque diuersis modis: vtpote errore ex imperitia quidem vbique, sed quæ variè allucinaretur, orto.

Κυμῆνα, (vt scriptũ est in nouissima illorum Lexicorum editione, omnium emendatissima atque locupletissima) *vocabulum est castrense, ad significandum militum seriem fluctuum instar gradientem.* Non credis lector, sed rides: At ecce tibi Arriani locum, qui aduersus tuum risum testis producitur: *ἦγεν βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί οἱ ἐν τῇ ξυντεταγμένῃ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος.* At κυμῆναν hic non est accusatiuus nominis κυμῆνα, (quod nunquam visum fuit οὐδ᾽ ἐν ὀνείροις) sed participium aoristi 1, à verbo κυμαίνω: inquies. Ita quidem vsum esse Arrianum longè manifestissimũ est, sed nouissimus λεξικοῤῥάπτης, siue λεξικοῤῥάφος, aliquid noui hic somniauit, ac nouam linguæ Græcæ vocem, quam ne vnus quidem veterum scriptorum (si omnes reuiuiscant) intelligat aut agnoscat, suo mirifico somnio excogitauit.

Συνηλλοία dignũ est quod illi κυμῆνα subiungatur. Eadem enim illa editio nouissima (nam præcedentes hoc insigni vocabulo, sicut & illo, indignæ fuerunt) hæc tradit, Συνηλλοία, ας, ἡ, *Strues & congeries,* συνάθροισις. συνηλλοία τῶν νεκρῶν, *Strages.* Hic quoque rides, & monstra tibi narrari dicis? Vide ne risum tuũ Iosephus ridiculũ reddat, ex quo istud illius συνηλλοία exemplum ibi affertur: πολλοὺς δὲ συνηλλοία περὶ ἀλλήλους ποιοῦντες ἐμπεδῶν. Imò verò (inquies) συνηλλοία apud Iosephum esset verbum præteriti imperfecti temporis, à themate συναλλοιάω. sed reponendũ est συνηλοία vnico λ, à συναλοιάω: vt simile sit simplici ἀλοιάω. Fateor, & idem fateantur omnes necesse est: sed Iosephus & quicunque illi assentimur, nihil noui, nihil nisi vulgare & tritum dicimus: at λεξικοῤῥάφος qui hoc annotauit, minimè vulgaria, sed noua & ingeniis non inuestigata priorum (vt dixit Naso) loquutus est.

Ἀγάγης, ου, ὁ, tertium locum tenebit, nouum certè nomen & ipsum atque inauditum. Rogas quid ἀγάγης sit? *Sua sponte subiectus, Adducens.* Quomodo (inquies) ἀγάγης nomẽ esse, quomodo hoc significare potest? Imo ab ἄγω est ἤγαγον, in subiunctiuo modo, ἀγάγω, ἀγάγῃς, ἀγάγῃ. Id quidem & Suidas docet, scribens, ἀγάγῃς, αὐθυπότακτον: sed debuit scribere quæ λεξικοῤῥάφος intelligeret, & quæ nullam errandi occasionem illi præberent.

Ὑθλεῖς quoque & φλυαρεῖς, verba secundæ personæ, indicatiuorum ὑθλέω & φλυαρέω, nomina ibi fiunt. Ita enim ibi scriptum est, Ὑθλεῖς, *nugatores,* φλυαρεῖς· *Suidas.* Scilicet ὑθλεῖς & φλυαρεῖς Suidas à nominatiuis ὑθλεὺς & φλυαρεὺς esse putauit. Et hæc quidem sint μεταμορφώσεως in quibusdam vocabulis exempla, qua videlicet verba in nomina transformãtur.

Alicubi autem vocabula sunt, noua quidem & ipsa, prorsúsque inaudita, sed ex alio erroris genere profecta. veluti quæ sequuntur.

Ζυθμίζειν, *Ad normam libellámque dirigere, Corrigere, Emendare.* Hanc quoque vocem explodis? Attamen ne ipsa quidem est ἀμάρτυρος. Hæc enim ibi subiunguntur, *Lucianus* ὑπὲρ εἰκόνων, *de Phidia:* ἐᾶν τὸν ἐπανορθοῦν καὶ ζυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ πλείοσι δοκοῦν. Lucianum dices ῥυθμίζειν scripsisse, nõ ζυθμίζειν: & manifestissimum vel puero (vt prouerbii verba vsurpem) fuisse hîc mendum. sed quid si quæ aliorũ omnium iudicio mendosa erant, λεξικοῤῥάφος ille emendata iudicabat?

Εὐθυμίζειν proximum ab illo tenebit locum, quòd ibidem legatur. Nam verbo illi ζυθμίζειν subiungitur, *Idem quod* ῥυθμίζειν, ἢ εὐθυμίζειν. Quibus adiicitur lepida illa interpretatio, *Ad normam libellámque dirigere.* Miraris huius verbi εὐθυμίζειν nouitatem? At ego in eo cuius ignorantia infinitis aliis erroribus perspecta sit atque explorata, nihil tale admiratione dignum iudico. Equidem vel proximè præcedens verbum ζυθμίζειν ne εὐθυμίζειν miremur facere potest. Quomodo enim sciuerit εὐθύνειν dici, non εὐθυμίζειν, qui ῥυθμίζειν, non ζυθμίζειν, dici ignorauit? Sed ad aliud transeo.

Ῥωμὰν λέξις, *perpetua elocutio vertitur ab Aquila.* Hic mendacii socium sibi Aquilam adiungit λεξικοῤῥάφος. Illi tamen ignoscendum est, quia mentiri se ignorauit, quum ῥωμὰν pro εἰρομένην diceret.

Aliud erroris genus, vel potius alia errorum genera sunt in istis, Μεθύω & Μεθύομαι, Ἀμύω, Ῥάγνω, Χερσωμένος. Siquidem μεθύω & μεθύομαι perperam afferri, tanquam significantia Inebrio & Inebrior, sicut μεθύσκω & μεθύσκομαι, nulli nisi valde huius linguæ imperito ignotum esse potest. At verò in Ἀμύω non tantùm thema vnum pro alio statui, sed vocabulum suppositi-tium genuini locum occupare dicendum est. Ibi enim scribitur, *Ἀμύω, Inclino, Cado, καταπίπτω. Submitto. Apollon. 2 Argon.* ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασι, id est, ἔκλιναν κεφαλάς, *capita inflexerunt.* Atqui ἤμυσαν non est ab ἀμύω, (quod nusquam legitur) sed ab ἠμύω. Eodémque modo καταμύω perperam pro κατημύω in iisdem lexicis habetur. Sic ῥάγνω ibi thema statuitur præteriti ἔρραγκα: quum tamen non dicatur ῥάγνω, sed ῥαίνω. At in χερσωμένος more nouo omitti augmentum quilibet videre potest.

Atque vt verbis plerisque thema vnum pro alio, sic nominibus vna declinatio pro alia datur: veluti quum ἀμφοραὶ scribitur pro ἀμφορεῖς: quasi videlicet hoc nomen ad formam Latini Amphoræ refingendum esset. Rectius autem fortasse vocabulum vnum pro alio, (nimirum adulterinum pro genuino) non tantùm declinationē pro declinatione poni dicemus. Sic certè ῥαφία Græcis incognitum pro vsitatissimo ῥαφὴ ibi scribitur. Quum enim κακοῤῥαφία legisset vnus quispiam ex lexicorum interpolatoribus, etiam ῥαφία pro sutura dici existimauit: eámque vocem Græcis lexicis assuere non dubitauit, eam scilicet autoritate illius compositæ κακοῤῥαφία confirmans. Eiusdem cum hoc ῥαφία est farinæ nomen ῥησία, quod exponitur colloquium. Quia enim in quibusdam compositis terminatio ista inuenitur, vt in ἀῤῥησία & παῤῥησία, existimauit idem ille non ῥῆσις solùm sed etiam ῥησία dici. Vel potius ne hoc quidem cogitauit, sed ῥησίας inueniens apud Hesychium ὁμιλίας expositum, ῥησία, tanquam singularem eius nominatiuum, interpretatus est colloquium.

A simplicibus vocabulis ad composita, simúlque à simplici inscitia ad compositam quandam (vt ita loquar) transeo. Quæ enim audisti, licet fœdæ ignorantiæ plena, leuia esse præ his quæ audies videri poterunt. Iam enim producere libet Ῥινοπεροκυθήρεια, & Γόναυθος, & Ἀβραδούλη, & Ἀκονήλιθος, & Φιδωνιμένος, & Χαλκοκεκαυμένος, & Ἀμφιθερμοπύλας, & Ἀναυλαπίεστης, & Ἀπυρωτεοφὴ, & Ἀρτιηχάπτηχος, & Σφιπηῆναι, & Πολυνικῶ. Quid? ánnon hic O monstrosam insci tiam exclamabis? Sed monstrificam potius appellato, quæ tot verborum monstra nobis fingit: quorum quædam poetis, quædam oratoribus, quædam historicis, quædam medicis, quædam lexicographis affingit. Suidæ quidem certè & Hesychio lexicographis affinguntur illa duo, ἀκονήλιθος, & ἀβραδούλη. neque enim talem compositionem agnoscunt, sed hic quidem scribit, Ἄβρα, δούλη: ille autem, Ἀκόνη, λίθος. Primum autem illud ῥινοπεροκυθήρεια Hesiodo poetæ affingitur. est enim ex isto eius loco sumptum, -- αὐτὰρ Ἄρηϊ ῥινοτόρῳ Κυθήρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν. Sed quidnam esse ῥινοπεροκυθήρεια tradunt illa lexica Græcolatina? Nomen proprium fictitium. Mentiuntur sanè, si vocem Fictitium ex eorum sensu interpretemur: at si aliter, verissima dicunt. Est enim ῥινοπεροκυθήρεια vocabulum quod inscitia finxit & commenta est, sicut cætera quæ illi adiunxi, & alia permulta quæ adiungere potui. Sed eorum quædam non solis lexicis Græcolatinis, vt illa, verumetiam deprauatis exemplaribus imputanda sunt. cuiusmodi est Ἀπολαιμότμος, quod Euripidi falsò adscribitur. quum enim ita legendus sit locus illius in Hecuba, Μόσχον δειλαία δειλαίαν ἐσόψει χειρὸς ἀναρπασθεῖσαν σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' ἀίδᾳ γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότος: perperam disiuncta præpositio à suo genitiuo in vulgatis editionibus, erroris illius occasionem præbuit. Talia autem pleraq; annotaui in iis quæ meæ editioni Homeri aliorúmque poetarū heroicorum præfatus sum, exempla videlicet vocum in quibus præpositiones cum aliis vocibus perperam coaluerūt. Cuiusmodi sunt istæ, Ὑπίμβρυον, Ὑπότεομος, Ὑπηνηλεῖς, Ὑφίμερον, Ἐπιπήρια, Ἐνάστειον, Περιχάμμορι, Κατειδέμεια, Ἐπιπόλιος, Πολυκέρδιον. quod postremum simile omnino est illi Πολυνικῶ suprà commemorato. Sed his addi permulta possunt quæ Lexicis illis peculiaria existimari queant. In illis enim currum Homerus non tantùm ἀπήνην vocat, sed etiam ὑπαπήνην ex isto loco, Iliad. ω, Σὺν δ' ἵπποι ἡμιόνους ζεύξειεν ὑπ' ἀπήνην. (aut ex alio quopiam, vbi eidem nomini eadem præpositio præfixa est) Atque ita videmus Homerum tali præpositionum vsu magnā laudis materiam istis lexicorum locupletatoribus præbuisse, & in posterum etiam fortasse præbiturum esse. vt enim ex loco illo ζεύξειεν ὑπ' ἀπήνην, factum fuit nouum vocabulum ὑπαπήνη, fieri poterit ab aliquo nouo locupletatore ὑπαπήνη, ex isto, -- ζεῦξαι δ' ὑπ' ἀπήνῃ. Indémque ἀπαπήνη, ab alio, hinc, -- οἱ ῥ' ἀπ' ἀπήνης ἡμιόνους ἔλυον. Quinetiam illa ἐπιπόλιος & πολυκέρδιον ab iisdem fortasse Lexicis originem habuerunt. Præbere tamen potuit & Hesychii mendosum exemplar talium errorum occasionem: sed illis duntaxat qui crassa ignorantia laborarent. Cæterùm qui multo plura exempla nouarum vocum, quas inscitia variis modis allucinata produxit, & aliarum quæ ita deprauatæ sunt vt vix ab ipsis scriptoribus Græcis agnosci queant, videre cu-

piet, ea in epistola mea cuius antea mentionem feci, extare sciat. Vtinam autem huic meo in examinandis istis labori idem non contingat quod paterno. Quum enim ille Thesaurum Latinæ linguæ construens, vocabula itidem multa consultò prætermisisset quæ in præcedentibus dictionariis erant, vtpote ab ignorantia variè errante inuecta, aut ex scriptoribus qui planè barbari suo in sermone essent, deprompta, ea tandem sedem suam in sequentibus editionibus velut postliminio receperunt. Atque hoc Venetiis primùm non sine magno dolore fieri vidit. Quum enim quandam officinam typographicam ingressus esset, sumpta in manus vna sui Thesauri, qui ibi excudebatur, charta, continuò vocabulum quoddam in eius oculos incurrit quod se olim reiecisse recordabatur. Tunc eum qui editioni illi præerat, interrogare quo consilio id vocabulum Thesauro adiecisset. Hic verò non aliud respondere quàm se non hoc solùm sed alia eiusmodi multa addidisse: quòd certo consilio fuisse omissa ignoraret. Hoc autem narrasse, saltem ad reddendum lectorem cautiorem, profuturum spero. Neque enim ab iis tantùm vocabulis quæ commemorata sunt cauere sibi debet, aliisque eiusdem generis, sed ab aliis propemodum infinitis in quibus alia errorum genera & quidem varia commissa sunt: sic tamen vt series alphabetica certo iudicio (si tantæ inscitiæ aliquod iudicium inesse dici potest) ita scripta fuisse ostendat. Talia sunt, Ἀπαναβαίνω, Ἀπανορθόω, Ἀπαμφοτερίζω, Ἀπαρήγω, pro Ἐπαναβαίνω, Ἐπανορθόω, Ἐπαμφοτερίζω, Ἐπαρήγω. Sic etiam Ἀπίβατης pro Ἐπίβατης, & Ἀπαλλαξ pro Ἐπάλλαξ. Hæc enim duobus in locis ibi ponuntur: cum α quidem inter vocabula quæ à litera α initium habent, cum ε verò inter illa quorũ prima litera est ε. Neque verò illud duntaxat ε quod est præpositionis ἐπὶ (vt in præcedentibus verbis) mutatũ fuit in α: sed alibi etiam idem mutationis erratum contigisse videmus. vt in Ἀπαλαμάθη pro Ἐπαλαμάθη, in Ἀχάσπασθαι pro Ἀχίσπασθαι, & quibusdam aliis. Atque vt in superioribus illis præpositioni ἐπὶ suum ε in α mutatur, sic in Ἀπακερδύομαι ο præpositionis ἀπὸ perperã in eandem vertitur. Vicissimque ο pro α habent in Ἀπομύνω. In iisdem est Καπεσκιάζω & Καπεσκίασμα: necnon Ἀπιλίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Plura autem exempla in illa quam dixi epistola inuenturus es: vbi etiam falsorum thematum, quorum paulo antè mentionem feci, insignia quædã sunt exempla: Διαπαρείς, *Transfixus*, *Traiectus*, à Διαπείρημι: & Ἐπελησθεὶς ab Ἐπιλήθω: & Διαδραμοῦσα à Διαδιδράσκω. Quibus addere potes Ἐρέμβομαι, & Ἐπιπλημμυρεῖν. Vt autem hic perperam præfigitur ε, ex augmento sumptum, ita nominibus quibusdam perperam præfixum est τ, quod est articuli τὸ, vel τῷ, tanquam ipsorum sit. Sic enim τανάφορον pro ἀνάφορον, & τανθρήνια pro ἀνθρήνια in illis scriptum est. Vicissimque litera in capite quarundam vocum perperam omittitur: vt in τωθαλία. Sunt verò & quædam vocabula quorũ falsæ scripturæ falsa itidem deriuatio, sed illi scripturæ consentanea, adiungitur. vt συνεχμάλωτος, quum manifesto errore scriptũ sit pro συναιχμάλωτος, dicitur esse ab ἔχμα. Sed transeo ad exempla erratorum: quæ in tradendis significationibus illi lexicorum interpolatores commiserunt: ex multis, vel potius propè infinitis, pauca deligens, & à nominis αὐτόματος interpretatione initium sumens. Quum enim Gellius caput primum libri decimitertii verbis hisce clausisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo antè Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit: quum inquam hæc Gellius scripsisset, interpretationem istam quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος dicto de morte, vulgarium lexicorum interpolatores & consarcinatores ei tribuerunt vbi dicitur de conuiua. Allato enim hoc versu Homeri ex Il. libro β, Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subiungũt, ἄκλητος: deinde hæc verba, *Quasi naturalis & fatalis, quique nulla extrinsecus vi coactus venit, autore Gellio.* Quid verò de interpretationibus dicemus quæ planè contrariam significationem nonnullis vocabulis tribuũt? ἀπαναισχυντῶ esse Inuerecundè me gero, vel impudenter, Impudentia vtor, satis notum est: at ibi contrà redditur Verecundè facio. Sic ἀποθαρσύνω quod est Hortor, ibi contrà dicitur significare Dehortor. Sic δίωξιν ποιούμενοι quod est Persequentes, redditur contrà Fugæ se mandantes. Quinetiam quibusdam locis falsæ & stultæ interpretationes, expunctis vulgaribus quæ verissimæ sunt, tribuuntur. vt videmus in nouissima illorũ lexicorum editione tradi, verbũ φρονεῖν esse Pati, in hoc diui Pauli loco, ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε; & significari, Nihil aliud mali vos passuros esse. Præsertim verò in reddendis Latinè lexicographorum Græcorũ expositionibus variè peccatũ est: vt in illo cuius antea memini huius Thesauri corollario docebo, vbi de quibusdam quæ lexicographorũ & scholiastarũ sermoni peculiaria sunt, disseram. Interim tamen & in illa cuius mentionẽ aliquoties feci epistola, talium quoq; erratorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque consarcinatores peccarunt, exempla, necnon alia quædam legere hunc Thesaurum volentibus profutura inueniri poterunt. Vale, & meis vigiliis faue.

SCIPIONIS CARTEROMACHI PIſtorienſis oratio de laudibus literarum Græcarum.

SCIPIO CARTEROMACHVS DANIELI Renerio, Patricio Veneto, ſalutem.

ORATIONEM noſtram de laudibus Græcarum literarum, multorum petitionibus & quaſi conuiciis efflagitatam, ſub tuis auſpiciis publicamus, Daniel Reneri. Non modo enim ſingularis humanitas tua beneuolentiáque erga nos id facere nos cogit, ſed & Græcæ quoque linguæ tanta experientia, vt me ego, quoties de his rebus vnà (vt fit) confabulati ſumus, adiutum abs te in ea maximè ſenſerim. Ergo tu quum eam à nobis habitam vulgo paßímque commendaris: editioni quoque plus fortaſſe iuſto fidere nos effeciſti. Sumus enim neſcio quo pacto perſuaſi, quod tu laudaris, id à nemine iri improbatum. Quod ſiue ſuccedet, tibi laudem omnem debebimus: ſiue erunt quibus ea re minus ſit ſatisfactum, tuum erit vel tueri nos, vel emendare. Vtrunque autem nobis optatiſsimum, ac voto proximum. nam & patrocinium tuum meritum videri, ampliſsimum & morum & doctrinæ teſtimonium cenſeri poterit: ac limam tuam ſubire, nil aliud erit quàm accipere τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου, καὶ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ψῆφον. Vale.

QVVM varia multipliciaque ſint, viri ſtudioſiſſimi, quæ apud diuerſos homines bona honeſtáque exiſtimantur, pro cuiuſque commodo aut naturæ conuenientia: illud profectò optimum videri debet quod conſenſu omnium, aut certè probatiſſimorum, vtiliſſimum humano generi natura edidit. Quòd enim beneficia ſumma omnibus contulit, confertque quotidie, id non eſſe optimum, dici non poteſt. metitur enim bonitatem beneficentia. Diſciplinis autem à diis immortalibus nihil vtilius datum eſſe homini, tam nemini dubium eſſe video quàm nihil animo ipſo diuinius: cuius illæ ſunt poſſeſſiones ac facultates. Neq; verò obſcura ſunt aut ignota earum beneficia hominibus: quum & audiant ea quotidie, & videant, atque omnibus pene modis experiantur. Quòd ſi diſciplinæ vtiliſſimæ, quantæ id dignitatis eſſe cenſendum eſt cuius hæc potiſſimùm beneficio manarint in lucem? certè maximæ, & cui nihil anteponi vel poſſit, vel debeat. Id autem eſſe Græcam præcipuè linguam, quum egregios in quauis diſciplina viros, non credidiſſe modò ſed & tradidiſſe, vel legerim vel audierim: ipſe quoque facile me in eandem ſententiam adduci patior. Cuius rei vos certè iudices in præſentia facio, qui quum eiuſmodi ornamentis inſigniti omnes atque honeſtati prodeatis, Græca quoque vel in vobis ipſis admiramini, vel in aliis ſtudio proſequimini. Exiſtimo autem quicquid laudis vniuerſis ſimul conueniat diſciplinis, id omne Græcæ linguæ meritis non iniuria adſcribi oportere. quod quàm verum ſit, mox audietis. Iam enim huc Græcæ linguæ laudes exploraturi acceſſimus, quantúmque ex ea manarit vtilitatis humano generi: quanquam ea Latinis præſertim hominibus contulerit ſemper, conferréque poſſit in dies magis vti volentibus.

Igitur Græca lingua (ſi Græcorum ſcriptorum ſua prodentium fidem ſequimur) vetuſtiſſima nobiliſſimáque eſt. Quippe quæ non aliunde traxerit initium, ſed apud ſuos homines veluti naturali quodam ortu prodierit in lucem, atque maioribus aſſiduè incrementis inoleuerit. Nam quũ Athenienſes, quorũ purior atque elegantior ſermo eſt, αὐτόχθονας (hoc eſt indigenas, ipſóſque ſuæ terræ perpetuos incolas, proprióſque cultores) dici cõueniat inter ſcriptores, quis non videt linguã quoque ipſam nõ minus αὐτόχθονα dici debere? Sermo enim à natura homini datus, certã hominis ætatẽ neceſſariò cõſequitur: niſi quid impediat. nõ enim poſſunt nõ loqui homines, expeditis præſertim loquutionis vocalibus inſtrumẽtis. at quãnã alia quæſo lingua vſos credamus eos qui nõ aliunde migrarint, niſi ea quæ ipſos ſemper comitata ſit? Quapropter hoc plus cæteris nobilitatis Grçca lingua ſortita eſſe videtur, quòd aliæ, hominũ inuẽta proculdubio ſunt: hæc, naturalis quodammodo exiſtimari poteſt: quandoquidẽ in eã primi illi homines nulla arte nulláque induſtria, ſed naturali quodã inſtinctu ducti fuerint. Cur enim ea potius verba in mẽtẽ venerint illis hominibus nullius adhuc rei gnaris, quàm alia? Quippe natura ipſa omniũ rerũ prouida, ea voluit lingua inſtituere illos homines quæ ad ſui poſtea indagationẽ atq; expreſſionẽ plus aliquid cæteris collatura eſſet humano generi. Quod nõ fefellit. tãto enim Græca lingua

cæteras omnes antecellere videtur in tradenda rerũ cognitione, quãto homo aliquis omniũ rerũ peritissimus, atque ingenio perspicacissimo ac propè diuino, hominem alium mediocris literaturæ, tenuissimíque à natura ingenii, antecedit. Non modò enim disciplinas omnes quotquot vnquã fuerunt, & melius & copiosius Græca ipsa & perlustrauit & tradidit, sed & si alio sermone hæc exprimere aut efferre nitare, plurimum necessariæ lucis ac propè veritatis ipsius abstuleris. Ideóque veluti mancum meritò credi potest quicquid aliis literis scriptum legatur: si cum eo conferatur quod à Græcis proditum sit. Nec id hominum tantùm causa euenire dixeris, qui nõ eam vel curam, vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut tradendis, quam Græci homines. Nam id quoque verè dicitur:(quid enim intentatum illis? vt Plinius inquit) sed ipse quoque cæterorum sermo non eam patitur expressionem quam Græcus. atque adeò vt plus naturam efficere quàm verbis monstrari possit, in aliis quidem loquutionibus non procul absit à vero: in Græca autem tantum abest vt verè dicatur, vt melius etiam aliquanto atque significantius nõnulla ante oculos ponat, quàm natura ipsa moliatur. Id autem Latini interim sermonis argumento intelligere licet: qui quum elegantissimus & sit & habeatur, à Græco tamen longè superatur. Diuus quippe Hieronymus, Proprietatẽ (inquit) Græcam Latinus sermo nõ exprimit. Quintilianus, Videtur mihi sermo ipse Romanus non recipere illam solis concessam Atticis venerem. Gellius, Adieci (inquit) sæpe animum ad vocabula rerum nõ paucissima, quæ neque singulis verbis vt à Græcis, neque si maximè pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucidè támque aptè demonstrari Latina oratione possunt quàm Græci ea dicunt priuis vocibus. Et paulo pòst, Sed huius, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim nõ obscurissimè dicere quod à Græcis rectissimè vno verbo & planissimè dicitur. Cicero, quum Aristippi illud amico scriberet, Habeo, nõ habeor à Laide: Græcè, inquit, id melius. Lucretius multa se Græcè dicere affirmat propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem. Quòd si Latinitas Græcitatem, vt sic dixerim, vsquequaque referre non potest, cui coniunctissima est, ac propè germana: quid alias linguas existimemus, quibuscum nullum est illi cõmercium, nulla affinitas: sed (quod dici solet) diametro inter se distãt? At habent & illæ suum fortasse nitorem, suam elegantiam. Equidẽ non negauerim inesse aliquid singulis propriẹ venustatis. Neque enim verisimile est ingenii cuiusvis homines nullam omnino curam proprii suscepisse sermonis. Quin potius, quemadmodũ colendorum agrorum apud omnes pro loci ac cæli qualitate vsus est, sed aliis asperius solum, ac natura ipsa horridius multum veri cultus respuit ac negligit: aliis cõtrà mitius ac placidius omnem admittit curam, omnémque industriã: sic quævis loquutio splendoris quidem aliquid in se retinet: sed cæteris multa negata sunt, Græca omnia vna cõplexa est, atque eousque vt quæ apud omnes alias peculiaria natiuáque sunt, ipsa quoque reddat non minus eleganter quàm apud illas ipsas habeantur: nulla autem vim eius penitissimã possit exprimere. Quo fit vt nostri, quoties aliquid efferre cogitant, quo nil venustius, nil elegantius intelligi velint, Atticos lepores, Atticos sales, Atticam venerem, Atticam eloquentiam, aut Atticum demum aliquid id esse dicant. Quamobrem quod de Platone inquit Cicero, Iouem, si loqui velit, non aliter loquuturum quàm scripserit Plato: si idem aut simile quiddam de Græca lingua pronuntiemus, non absurdè dicturos nos arbitror, naturã, si loqui velit, non aliter quàm Græcè loquuturam. Quod & re ipsa comprobauit. sua siquidem mysteria omnibus sanè hominibus in medio proposuit perquirẽda, vt cuiuis in eius arcanis liceret ingenium exercere: at perfectã de iis ipsis atque absolutã tradere cognitionẽ, Græcis procul dubio solis concessisse & quasi diuinitus reseruasse videtur. Itaque soleo mecum ipse quosdã ex Græcis ridere nõnunquã, qui adeò sibi inuidere videãtur vt quicquid in disciplinis Græci profecerint, id aliorũ inuentis totũ tribuere conentur. Quid enim (quæso) sunt aliorũ inuenta nisi minuta quædã & pusilla, quæ casu magis quàm ratione habita iure existimes? vt liceat in his poetica illa vti sentẽtia, τύχη τέχνην ἔτικτεν, id est, fortuna artem peperit. At verò quæ à Græcis & cõperta sunt & tradita, nõ tã homines explorasse aut retulisse credas, quàm naturã ipsam de se singula prodidisse: atq; adeò vt in cæterorũ scriptis illorum ipsorũ hominũ sermo sit, in Grǽcis natura ipsa, quod dixi, loqui videatur.

Quòd si aut tempus aut locus pateretur singulas nos vel scientias prosequi, vel artes, vt quæ à Græcis & inuenta in his & tradita sunt, cum cæterorum omnium quos scimus traditionibus cõferremus: profectò nemo vestrûm (vt arbitror) relinqueretur qui non tantùm Græca à cæteris distare magnitudine fateretur quantum elephantem à culice. Quid enim (vt alia omittam) philosophia ipsa, omnium scientiarum parẽs ac domina, adiumenti vnquam habuit ab alio genere quàm à Græcis? tãtum enim abest vt quicquã cæteri cõtulerint philosophiæ, vt si qui etiãe barbaris eius aliquãdo studio incẽsi fuerint, ad Græcos migrarint: atque iidẽ siquid ex philosophia posteris relinquere voluerint, id nõ sua magis quàm Græca lingua efferre dignũ iudicarint: nõ tam remunerãdi gratia (vt existimo) eam linguã cui acceptũ referrẽt quicquid scirẽt, quàm quòd aut

insolens aut impossibile videretur, vel disci vel tradi rectè philosophiam alio quàm Græco sermone. Hinc Toxaris atque Anacharsis è Scythia Athenas philosophandi studio se contulerunt: Chion è Ponto. Cuius, & superioris Anacharsidis, extant Græcæ quoque epistolæ perquàm elegãtes, nec minus præceptis refertæ. Phauorinus verò è Gallia, non modò plurima Græcè in philosophia conscripsit, sed & Romæ quoque, vbi vixit, multa sæpe Græcè disputauit: quemadmodum Gellius ex nostris, ex Græcis Philostratus, autores sunt. Philon Iudæus non Hebraicè magis quàm Græcè philosophiam illustrare conatus est. Musonius autem omnium Stoicorum Neronis tempestate celeberrimus, quum è Vulsinio esset, Romæ proxima vrbe, Græcis potius scriptis quàm Latinis monumentis philosophiam augere voluit. Prætereo quot Syri, quot AEgyptii, quot Thraces philosophiæ mysteria Græcè scripserint: Orpheum, Musæum. qui tametsi inter poetas connumerantur, attamen possunt & philosophiæ adscribi, quum vetus illa theologia nonnisi carminibus texeretur. Sed quid opus est alios connumerare? quum Aristotelem, ipsum philosophiæ magistrum, Thracia nobis tulerit, Græcia excoluerit. Cuius celebriores quoque expositores nõ Græci, Græcè eum interpretati sunt: Porphyrius è Phœnicia, Iamblichus è Syria, Ammonius & Philoponus ex AEgypto, Simplicius è Phrygia. Quin & in aliis quoque artibus multi multa Græcè scripserunt, non Græci: de grammatica, exactissimè Apollonius & Herodianus AEgyptii: de musica atque astrologia, Ptolemæus itidem: arithmeticam Nicomachus & Iãblichus, Syri: & geometriæ nonnihil. Dialecticæ quoq; ante Aristotelem ab Archyta Tarentino scriptum aliquid legimus. Neque id nunc dico, non posse homines aliter philosophari quàm Græcè: sed quicquid cæteri philosophati fuerint, aut inchoatum quiddam aut non absolutum cõsistere, sed quod extremam & quasi Apelleã manum desideret. At dicet aliquis, Pythagoram, Platonem, atque alios philosophandi studio in AEgyptum se contulisse. Ego verò non negauerim aliquid inde in Græciam retulisse hos viros, ex iis præsertim quæ ad diuinitatem pertinent, quæ ab Hebræis multo antè in AEgyptum pulsis manasse verisimile est. Nã & legisse Platonem Hebraica scripta, & lecta imitatum fuisse, autor est Eusebius, atque ea in Græcam linguã tralata: quãdo & Trismegistum, qui omnem penè veritatem (vt ait Lactantius) nescio quo modo inuestigauit, Græcè scripsisse videmus. Hebraicam tamen veritatem interim excipio. nam de humanis rebus atque artibus agimus, non de diuinis inuentis: quanquam hæc quoque postea à Græcis potissimùm explicata sunt, quum ratio propagandæ veritatis iam non refragabatur. Quid quòd & Indos philosophos Græcæ linguæ ignaros non fuisse scribit Philostratus, & cum Tyanensi Apollonio Græcè nonnunquam fuisse loquutos?

Atque hæc de Græca lingua, quantum vel nobilitate, vel vsu cæteras antecellat, dicta sufficiãt: nunc quantum Latino sermoni adiumẽti præstet, dicemus. Nam aliæ profectò loquutiones scri sine Græca lingua parum rectè possunt: vt verò optimè loquantur, nihil impedit. At Latinus sermo ne loqui quidem potest exactè sine Græcæ linguæ cognitione: tantum vel cognationis vel coniunctionis cum illa sortita est hæc nostra, vt esse fortasse possit sine illa, bene autem esse non possit. Quemadmodum homo sine virtute vt sit, nihil prohibet: vt verò bene sit, fieri non potest, si virtus nõ adsit. Quare quid aliud esse dicemus Græcam linguam, si ad Latinam referatur, quàm eius virtutem, ex qua sua illi felicitas comparetur? Quod si Ouidianum illud sub eius persona prætulerimus, non ab re fortasse dixerimus,

Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum. Minimè autem indignari debet sermo Latinus quod è Græco manarit, sed gloriari potius. nam quod ab optimo autore initium sui traxerit, fieri non potest quin sit & ipsum optimum, atque illi proximum. Non potest ergo non esse cuius rei accommodatissimus Latinus sermo, qui è Græco processerit: ac mihi sanè videtur, quum vtrunque considero, nihil aliud esse Latinus sermo quàm Græci exemplum atque imago: vt quicquid in illo sit, in hoc quoque eniteat. Principio enim si elemẽta, ac literas, earum inter se contextum intueare, eandem in vtrisque inueneris rationem: si verba ac voces, eodem modo significare, eodémque modo necti ac construi, ac penè vim habere eandem. Ideóque si qua etiamnum innouanda nobis ac fingenda sint, ita demum habitura fidem dixit Horatius, si Græco fonte cadant. Nam & multa nos à Græcis accepta transpositis literis nostra fecimus. μορφαὶ illi Dorica lingua dicunt, nos formam: illi ἅρπαξ, nos rapax. multa immutatis, φὼρ, fur: νὺξ, nox. multa additis, ἑξ, sex: ἑρπυλλον, serpyllum. multa eadem permansere. Infinitum esset omnia persequi, vt dictionum eadem ratio, vt nominum ac verborum inflexio, vt præpositionum, aduerbiorum, coniunctionũ eadem obseruatio: sed minutiora hæc quàm vt in præsentia examinãda sint, & à nostris grãmaticis abundè tractata. Orationis verò compositio ita pẽdet è Græco, vt quæcũq; à Græcis tradita sint in ratione dicẽdi, eadẽ à Latinis & seruẽtur & seruari iubeãtur. nã & quas dicũt sententiarũ & quas orationis figuras, in vsu à Latinis nõ minus receptæ sunt quàm à Græcis, & earũ nomina aut Græca adhuc vsurpãtur, aut Græcorũ imitatione signi-

ficantur, vim quoque rei appellatione ipsa exprimentia: quam qui non vident, rem quoque ipsam non diligenter animaduertunt. Neque verò casu euenisse dixeris tantam hanc conuenientiam, sed industria, sed prouidentia. quare nonnisi Græca lingua duce procedere Latinam posse, verissimè affirmari potest. Quemadmodum enim, si principium rei atque origo nesciatur, sciri ea res non satis rectè potest: ita Latina lingua, si Græca ignoretur, vt benè teneatur, non fit verisimile.

Quòd si te ad disciplinas artésque contuleris, ac rerum cognitionem sectari volueris: iam verò hic quàm penè nihil effeceris, si te Græcis priuaris? Omitto enim grammaticã, quæ, vt multa habet propria peculiariáque in vnoquoque loquendi genere, sic multa etiam retinet Græcæ Latinæque linguæ ita communia vt quod de altera tradatur, alteri non minus conueniat. quare Græcis quoque niti autoribus ad nostrum loquendi vsum non renuêre nostri. At verò Dialectica tam potest sine Græcis literis incolumis sciri quàm sine Aristotele. nisi forte à recentioribus vel nosci vel tradi melius existimemus: aut iis libris perdisci posse qui ex Aristotele tralati habeantur: quos si aspiciat ipse, non recognoscat, sed (quod de aquila dici solet, pullos nacta non legitimos) reiiciat, ac nolit pro suis: quippe qui Aristotelici solis radios non ferant. Possem hoc loco afferre singula quoque vocabula quibus vtuntur dialectici, quæ aut Græca habeantur, aut Græcorum imitatione sint facta: quorum etiam nonnulla malè à recentioribus accipiuntur. in his enim Græca ratio sequenda est: quam qui ignorant, sæpe falluntur. Quàm multa autem sunt apud ipsum Aristotelem, quæ aut Latinè transferri optimè nequeunt, aut, si transferantur, sensum ipsum Græcum non vsquequaque reddant? Quod ea de causa dictum velim, quòd nonnulli existimant, si legant Aristotelicas quascunque tralationes, statim se sententiam tenere philosophi. Quæ res plerosque fallit, & quidem non indoctos: quum & qui transferunt, plerunque ipsi hallucinentur, atque aliud pro alio reddant: & qui legunt, aliter plerunque accipiant quàm ab eo dicatur. Tam igitur Aristoteles sine Græcis literis intelligi optimè potest, quàm sine se. Quomodo enim vim saltem ipsam Aristotelicæ loquutionis intelligent, quam ille adeò elaborauit vt aditum eo pacto suæ philosophiæ præcluserit socordibus atque inertibus ingeniis? Quanquam sunt qui hæc sanè non magni faciant, immo verò & contemnant: qui & dialecticæ vsum longè melius teneri hac nostra tempestate affirmant quàm Aristoteles ipse calluerit. Quæ res vellem equidem, pro mea in nostros viros beneuolentia, tam verè quàm animosè diceretur. Sed nos hæc aliorum iudicio relinquimus: ne, quod Græcè dicitur, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶμεν: néue, dum alios arrogantiæ fortasse arguimus, ipsi arrogantiores reperiamur, qui supra crepidam iudicare audeamus.

Transeo igitur ad poeticam, cuius & inuentio & vsus, ita totus Græcorum est, vt quod de furore ait Plato, inanem esse hominis conatum qui sine furoris ea quam vult specie ad poeticas fores accesserit, de ignaro Græcarum literarum dici possit, incassum scilicet eum laborare. nunquam enim ingressurum musarum penetralia. Nam, vt omittam principem omniũ Homerũ,

– à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:

vt alios Græcos poetas, qui quasi viam strauere posteris ad quoduis poematis genus: nónne fabulæ ac figmenta ipsa poetica, quibus tota vis atque vniuersa penè constat poesis, ita Græcorum propria sunt, vt vel ab illis sint accipienda, vel illorum more confingenda? Quòd si qua etiam à nostris conscripta extant, ea aut è Græcis pendent, aut manca sunt, & ad Græcos nihilominus referenda. Quin & figuræ ipsæ verborum, & quos tropos appellant, tralationes, comparationes, similitudines, (quæ quasi condimenta sunt totius poeticæ compositionis) vel à Græcis mutuanda sunt, vel illorum imitatione tractanda. Ideóque inquit Horatius,

– vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Inuentio quoque ita Græcorum penè peculiaris est, vt nostri, quotiens aliquid acutius aut elegãtius afferre volunt, id totum à Græcis transferant, integris sententiis verbisque seruatis. Quid quòd & nomina ipsa vel locorum vel hominum, quibus in poesi nonnunquam vti cogare, Græca sunt magna ex parte? in quibus, si Græcam originem ignores, plerunque fallare necesse est. Quod nõ modò nostræ tempestatis hominibus contigit, alioqui nõ indoctis: sed & vetustiorũ nõnullis, vt Sidonio, Prudentio, Aratori, Iuuẽco: qui Græcorũ nominũ quantitate sæpe sunt abusi. Carminũ insuper, numerorũ pedúmq; genera, Græcã habẽt & originẽ & appellationẽ. quæ tametsi à nostris quoq; tradãtur, attamẽ à Græcis & copiosius explicãtur, & melius intelligũtur. Rursus verborũ ac rerũ copia à Gręcis tota sumẽda est: quibus (vt ait Martialis) nihil est negatũ. siqua enim sit apud nos dictionũ cõpositio facienda, aut vocabulũ innouandũ, sequẽda est Græca figuratio: ac, si qua in syllabarũ quãtitate licẽtia vti velis, nisi Græcã adhibeas obseruatio-

nem, non probabere, sed aut argutulè aut imperitè fecisse videbere. Itaque non immeritò Aristophanes nugas ac deliramenta cæteras omnes nationes existimari voluit in iudicandis poetis, exceptis Atheniẽsibus: quos & natura sapientissimos appellauit. Nec iniuria Mineruam iidem totam sibi vendicant, quum & cæteri dii, qui aut poeticæ aut eloquentiæ numina esse creduntur, Græcis & ipsi adscribantur. nam (vt inquit Horatius)

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui. Ac de poetica quoq; hactenus.

At (puto) orator euadet quis egregius sine Græcis literis, Cicerone duce. Negari profectò non potest, Marcum Tullium, veluti normam esse dicendi in sermone nostro, si tota teneatur in eo vis atque vniuersa dicendi ratio: sed id quî fieri potest sine Græcis literis? Quemadmodum enim in disciplinis, qui ante Aristotelem philosophi mathematicive claruere, vsos esse nonnunquam demonstrandi figuris, sunt qui scribant, sed demonstrationem omnino ignorasse: eodem modo potest & quis sine Græcis literis loqui fortasse ex arte aliquid, sed id vt se facere sentiat, aut quo modo fiat vt sciat, vix credi potest. Vis enim ipsa dicendi tota pendet è Græco tanquam è sui autore. Huc accedit, quòd quæ de arte à nostris traduntur, aut confusa sunt & inuoluta, aut parum idonea ad explicanda singula quæ in orationis artificio latent: quæ verò à Græcis, anxia penè dixerim diligentia & obseruata sunt & perquisita. denique cæterarum artium aut scientiarum potest in alios quoque nonnihil redundare: at oratoriæ inuentio atque vsus totus Græcis debetur. Quod ne Virgilium quidem dissimulare potuisse palam est, quum inquit, *Orabunt causas alij melius.* Nulla enim verborum magis patitur ornatum quàm Græca lingua: atque adeò vt non veritus sit pronunciare Aristides, aliorum omnium non barbarorum modò (vt ait) sed Græcorum quoque loquutionem, si cum Atheniensium sermone comparetur, puerorum esse balbutientium vocem. Quod tametsi nimis magnificè dicitur, attamen non procul abest à vero. Idem enim de Attica venere dici potest, quod de Periclis eloquutione scriptum reliquere tum Eupolis, tum Aristophanes: in eius scilicet labris leporem ac persuasionis deam insedisse: atque in eorum mentibus qui audissent, quasi quosdam aculeos relinqui solitos: demum fulgere eum, tonaréque, atque omnia permiscere. Demosthenes quoque Athenienses ipsos eo minus credi à cæteris queritur, quo paratiores sint ad dicendum quàm cæteri. Hinc Cicero noster, tametsi tantus in eloquentia, se quidem conari, Demosthenem autem perficere: se velle, Demosthenem posse, ingenuè professus est. Et Quintilianus Ciceronem à Demosthene quantus fuit, effectum scribit. Quo fit vt non falsò Aristides dixerit Athenienses solos trophæum sibi erexisse, nullo sanguine, subactis omnibus gentibus oratione ac disciplinis: proindéque homines se suósque à diis immortalibus petere optaréque vt Atheniensibus potissimum similes euadant doctrina atque ingeniorum cultu: qui cibus humani animi esse censetur: cuius inuentio non minus Atheniensibus deberi creditur, quàm frugum, quas illis primùm largita Ceres dicitur: Nec mirum profectò videri debet si ex omnibus orbis partibus Athenas olim homines confluere soliti fuerint, discendi gratia. vt enim cætera animantia eò præcipuè trahuntur naturali impetu, vbi vesci atque impleri cibo maximè possint, ita & homines (qui aut animus tantùm sunt, vt Platonici volunt: aut potissimùm animus, vt Aristoteles) illuc sua sponte duci verisimillimum est, vbi largissima sit copia spiritalis cibi, ac verè diuini: quem disciplinæ ipsæ suppeditant, quæ Athenis in primis claruere. indéque factum est vt nostri quoque poetæ doctas Athenas perpetua quasi appellatione vocitarint. Sed de oratoria satis.

Philosophiæ verò pars tantùm naturalior recentioribus Latinis in vsu semper est habita, quam Aristoteles diligentissimè est persequutus. At diuinior illa quæ Platoni adscribitur, & quam veteres quoque Romani admirati eousque sunt vt diuinitatem quandam inesse eius viri scriptis intellexerint quidem, explicare autem non ausi fuerint: ac sequuti postea nostri Græcique theologi Christianæ religioni maximè conuenire demonstrarunt: intacta hactenus iacuit nostris his philosophantibus, nunc verò à plerisq; desideratur magis quàm habeatur. Nam sine Græcis literis degustari fortasse potest, hauriri non potest.

At mathematicæ scientiæ tam possunt sine Græcis literis perfectè teneri, quàm sine Græcis autoribus. eiusmodi enim sunt quæ ab aliis traduntur, vt siquid modò vel paululum à Græcis diuerterint, in profundum labantur erroris, vnde educere sese postea atque explicare nequeant. Quemadmodum enim qui iter ingreditur, si semel excedere eum è via aut aberrare contigerit, quo longius processerit, non magis eò tendit quò vult, quàm recedit inde, ac fugit: sic qui in disciplinis, præcipuéque mathematicis, præscriptum semel ordinem liquerit, dediscenda discit. Satius enim est nescire aliquid prorsus, quàm peruersè scire: quum deterior longè sit dispositionis ignoratio, quàm negationis, vt Aristotelicè interim loquar. Quàm autem fallantur qui mathematicas res sine Græcis literis, & illotis (vt aiunt) pedibus aggressi sunt, facilè intelliget qui Campani expositiones in Euclidem cum Theonis editione

ac Procli commentariis conferet diligentius: aut Euclidis eiusdem perspectiuam, atque opus aliud de speculis, cum iis quæ Latinè scripta sunt iisdem de rebus: aut mathematicas Aristotelis quæstiones in libris quos Problematum appellant: atque in omni philosophia rimentur quemadmodū à Latinis intelligantur. Quòd si Boetii quoque arithmeticam, tametsi diligentissimi Græcéq; doctissimi, ad Nicomachi præcepta, Iamblichi ac Philoponi cōmentaria referāt accuratius, perspiciēt profectò quàm Græca ipsa nō modò exactiora, sed & veriora dicātur. De musica illud satis dictū fuerit, omnia instrumēta, sonos, proportiones, consonātias, neruos, Græcā habere appellationē. Prætereo Græcos musicæ scriptores, Euclidē, Aristoxenū, Nicomachū, Ptolemæum, Plutarchum, Briennium, Porphyrium, atque alios: quum apud nos vnicus sit Boetius, exceptis diui Augustini paucis, & Macrobii, ac Marciani Capellæ nonnullis. Nam nostram hanc musicam à vetere illa iampridem desciuisse, cùm pluribus indiciis, vt credam compellor, tum Olympiodori quoque grauis philosophi testimonio maximè moueor, qui cæterarum disciplinarum, arithmeticæ, geometriæ, astronomiæ reliquias sua quoque tempestate seruari scribit: de musica autem illum versum vsurpauit,

Ἡμεῖς μὲν κλέος ἐσθλὸν ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

id est,

Nos clarum audimus nomen, nihil inde tenemus:

quasi nihil sit reliquum veteris musicæ. In astronomia quoque multa mihi videntur esse apud Græcos quæ à Latinis desiderentur. Nam præter Ptolemæi scripta, & ea non nimium fortasse fideliter ad nos tralata, pauca sunt quæ ad veræ astronomiæ vsum aditum præbeant. Quid enim simile apud nos habetur τῶν Εὐκλείδου φαινομένων, quæ veluti astronomiæ elementa traduntur à Græcis. Quin & Theodosii σφαιρικὰ, vti principia totius astronomiæ sumi debere, autor est Philoponus: quippe quæ exactiora sint, & eandem obtineāt rationem ad astronomiam quam geometria ad opticen, ad harmonicen arithmetica. siquidem ἀυλότερα, hoc est immaterialiora, sint, vt scribit Dauid, philosophus non incelebris. Theodosii autem σφαιρικὰ sequi dicit Philoponus Autolyci opus περὶ τῆς κινουμένης σφαίρας, hoc est, de sphæra quæ mouetur: indéque postea principium sumere astronomiam, vtpote minus exactis minúsque certis demonstrationibus vtentem quàm ii faciant. quæ enim in Astronomia demonstrentur, summam extremámque certitudinem non polliceri dicit, sed quod proximè accedat. Vmbrarum insuper ratio non abesse ab astronomiæ præceptis creditur: cuius rei à Græcis quoque traduntur demonstrationes. nec desunt qui de his scribant. Sed nos hæc aliis pensitanda relinquimus. satis enim habuimus innuisse.

Medicina verò eo magis indiget Græcis literis quo maius periculum affert ignoratio medicamenti, aut ægritudinis. quod euenire illis nonnunquā verisimile est qui Græcè nesciant, quādo Græcis vocabulis omnia penè vocitentur apud medicos, & eius artis autores Græci præcipuè in pretio habeantur: à quibus siqui in alia lingua clarueruūt, veluti riuuli fluxerint manarintque, ac si quid habent, inde acceperint, quanquam non purum id sincerúmque secum ferant. Quæ res non modò à nonnullis nostræ quoque tempestatis medicis animaduersa est, sed scriptis etiā prodita. Ad summam non video quid in quauis disciplina sciri rectè possit si Græca ignorētur.

Nec fuerit iuris quoque consultis hoc inutile. nam & multa habentur in Græcis legum codicibus quæ apud Latinos nusquam legantur. siquidem (ut Politianus præceptor noster dicere solebat) multa Græcis legibus addidit Iustinianus, quippe quæ Latinis notiora existimaret quàm vt scribi oporteret: Græcis autem (vtpote alienis admodum à Romanis moribus consuetudinibúsque) explicanda latius censuit, quæ nunc remansere, illis apertiora quàm nobis, proptereáque inde petenda. Accedit & illud, quòd in Latinis Pandectis quæ nunc Florentiæ visuntur, integra legum interpretamenta Græcè inueniuntur adscripta: quæ & ipsi vidimus, legimúsque: & Græca testimonia citata, vt Homeri sæpenumero: & Græca verba addita significātiæ gratia atq; expressionis. Quod nō ab re fecisse videtur Iustinianus, inter Græcos magis quàm Latinos referendus: quādo in Græcia semper vixerit, quod ex Procopii certè historiis licet animaduertere.

Et quoniam in historiæ mentionem incidimus, quantam hac quoque in parte vtilitatē præstet Latinis hominibus Græca lingua, haud facilè dixerim, quum multa sint à Græcis petenda & nostris quoque rebus. non enim omnia adhuc ad nos tralata peruenere, sed quota pars, atque ea nescio an satis fideliter. qua de re (ne, quod dicitur, cum laruis luctér, mortuos insectando) dicere nunc supersedeo: præsertim quum iam plerique animaduertere incipiant quàm sit erratum in historicis potissimum tralationibus: & nos hæc & pleraque alia quæ perperam in singulis disciplinis traducta habentur, copiosiore oratione, non maledicendi certè studio, sed ad nostrorum hominum vtilitatem aliquando ostendemus.

Theologia demum etsi nonnihil à Græcis dissidet in præsentia, attamen multa est ab illis o-

lim mutuata, & nunc quoque potest. Sunt enim veteres Græci scriptores quibus non minus quàm nostris veritas ipsa roboretur: quippe quos sequuti nostri, quorúmque placitis innixi, totius religionis validissima firmissimáque iecerint fundamenta. Quis enim (quæso) Basilium illũ magnum non complectatur, Christianæ quoque fidei hostibus admirandum, incertúmque doctiorémne an eloquentiorem? Quis duos Gregorios, Nyssés & Nazianzenum, non duo belli fulmina, (vt poetæ Scipiones) sed duo religionis lumina, vel potius soles nunquam obscurandos? quorum alter theologi cognomentum meruit apud suos, & diuum nostrum Hieronymum quantus est, effecit: alter, propter philosophiæ quendam veluti afflatum, tanto quoque fluit lepore, ornatúque verborum, vt Basilii fratrem vel potius discipulum (vt se ipse appellat) facilè possis agnoscere. Prætereo Athanasium, minus his fortasse cultum, sed certè non minus diuinum. Transeo Damascenum, non theologum modò acutissimum, sed acrem & philosophum & dialecticum. Taceo Chrysostomum, non abs re profectò cognominatum aurei oris. Omitto & alios, quorum & scripta & sententiæ ita circumferuntur à nostris, vt pro oraculis haberi videantur. Quid quòd omnia quæ de Christo literis mandata sunt, Græcè primùm composita ferũtur, excepto Matthæi euangelio? Quare fieri non potest vt nonnullorum fides è Græco petenda non sit, quemadmodum eorum quæ à Mose aut prophetis scripta sunt, ex Hebraicis petitur voluminibus: quod facere nonnunquam videtur diuus Hieronymus, & fecisse ante eum Origenes credi potest, atque Apollinaris, vir vterq; doctissimus, & Hebraicæ linguæ studiosus. Quoquo igitur te vertas, præstò adest Græca lingua, operam suam in omnia præstatura: quam si refugias, non tam illam reiecisse quàm te necessariis admodum rebus fraudasse videare. Atque hæc sunt quæ de Græcæ linguæ vel nobilitate vel vtilitate dicenda sese nobis obtulerunt: nimium fortasse multa Latino homini. non enim videor inuidiam veritus quòd Latinus apud Latinos ita Græca extulerim, vt pene nihil nostra esse contenderim. Quod non tam laudandi gratia aliena; quàm nostros homines admonendi, dictum existimari par est. quippe quum in ea perdiscenda maiores nostri ita laborare sint soliti vt vix sine illa quicquam se scire putarent. Semper (inquit Cicero) ad meam vtilitatem cum Græcis Latina coniunxi. Quintilianus à Græcis incipiẽdum præcipit. Ouidius quoque inquit,

Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Claudius Cæsar vtranque linguam nostram appellare solebat: nec iniuria, quum ita Græcam linguam tenerent veteres Romani, vt nihil apud eos differret Græcéne an Latinè vel scriberent vel loquerentur. Ennius tria corda se habere iactabat, quòd triplicem linguam calleret, Græcam, Latinam, & Oscam. Ouidius, dum in Scythia exularet, atque aduenarum congressum nonnunquam desideraret: Eius, inquit, qui accesserit, siue Græca scierit siue ille Latina voce loqui, certè gratior vsus erit. Nero imperator apud patrem consulem iuuenis adhuc pro Rhodiis atque Iliensibus Græcè verba fecit. Vespasianus Græcis quoque iocis extemporalibus vsus traditur. Ciceronem tam Græcè quàm Latinè declamare solitum, nemo est qui ignoret: eundémque Græcè aliquãdo Rhodi orasse. quem quum audisset Apollonius, exclamasse fertur, Græcã quoque eloquentiam Romam à Cicerone transferri. Idem quum de temporibus suis Græcè scripsisset, Græcorum quorundam hortatu, Græcam omnem nationem à scribendo deterruit. Scripsit iisdem de rebus & Pomponius Atticus, qui & cognomentum adeptus creditur quòd Atticam linguam ita referre crederetur, vt natus educatúsque Athenis videretur. Quod Theophrasto, homini Græco ac diuinæ eloquentiæ viro, contingere non potuit, quominus à vetula argueretur tanquam non Atticus, sed externus, dum cupit nimium Atticus videri. Bruti Græcas epistolas (quæ adhuc in manibus habentur) & Plutarchus laudat, & Philostratus omnium imperatorũ epistolis longè anteponit: & Mithridates quidã regii generis summoperè admiratur. Marci quoque Romani imperatoris Græcas epistolas vehementer probat Philostratus. Quàm multi autem ex Romanis Græcè potius quàm Latinè historias scribere aggressi sunt? Albini meminit Gellius, Luculli Plutarchus. Diui Claudii Græcas historias, præter Suetonii attestationem, citat Stephanus, Græcus autor. Arrianum, cuius de Alexandro Macedonum rege Græcæ extant historiæ, & de Epicteti Stoici dissertationibus opus, inter primates Romanos numerat Lucianus. AElianũ, cuius multa adhuc Græcè scripta leguntur, Romanum fuisse scribit Philostratus, & (quod maius est) Græcam linguã in vrbe didicisse, ac nunquã excessisse Italia. Germanicum Cæsarem Græca quoque scripsisse poemata, autor est Quintilianus. Quin & Græca eius epigrammata adhuc leguntur: nec non Tiberii, Adrianíque, omnium elegantissima. Nostra quoque tempestate non defuere qui Græcè scriberent: vt præceptor noster Politianus, (quem & Ioanni quoque Argyropylo, Græco homini, sæpe admirationi fuisse vidimus) vt vester Hermolaus, nunquã satis laudandus. Nemini igitur mirum videri debet Græcam linguam adeo à nobis probari com-

mendarique, in qua videam maiores nostros non minus laborasse quàm in Latina: cuius & parentem & altricem illam procul dubio & crediderint & prædicarint: à qua etsi nihil aliud, disciplinæ certè nostræ fluxerint, vt ait Quintilianus. Quemadmodū autem qui de parentibus optimè mereri student, non ægrè ferre creduntur si tota eorum dignitas atque existimatio in eos referatur qui non solùm fundamenta iecerint suæ felicitatis, sed eò quoque perduxerint vnde illi nunc apud omnes in pretio sint: sic non indignari debet Latina lingua si tota eius gloria in Græcam redundet, omnium bonarum artium magistram. Quum enim vetus lex sit (vt Aristides inquit) altoribus vniuersam referre gratiam, quoad fieri potest, tantum abest vt me Latina offendere putem, Græca laudando, vt & gratificari me magis existimem Latinæ linguæ, quòd gratiam si non omnem, saltem quam possum, eius (quod dicitur) verbis, illi referam, cui & debere se plurimum & debuisse, semper ingenuè professa sit: quippe quæ nihil vnquam æquè abhorruerit atque ingrati animi vitium. Benignum est autem fateri per quos profeceris, inquit Plinius. Studium autem nostrum hac in re tantum abest vt ostentare in præsentia vobis studuerim, vt vehementer doleam, me non tam hæc dicere coactum, quàm sentire ac sequi, veráque quotidie experiri. Neque enim existimetis, me tantum laboris exhausisse ab ineunte ætate, aliena sectando, vt penè negligerem mea, nisi peruidissem & doctissimorum quorumque exemplo, & veterum testimoniis, omnem vim Latinæ linguæ in Græca consistere. Quod quum & re ipsa demum cognouerim, non committendum putaui quominus & vos & singulos quosque bonarum artium studiosos, quantum in me esset, ad eadem adhortarer, animarem, accenderem, ne difficultate rei deterreremini. Tanta est enim illi (quod iam diximus) cum Latinitate coniunctio atque affinitas, vt eadem propemodum vtrique conueniant. Quare non video quid hac in re sit cuiquam pertimescendum, quum nihil penè noui sit offensurus. Sed quod de animis nostris aiebat Plato, reminisci eos, quum essent corporibus obducti, omnium quibus multo antea diuinitus fuissent imbuti, id Latino homini euenire credendum est Græca discenti, eadem quasi resumere. quo fit vt non magis præceptore vobis opus esse dixerim, quàm mōstratore, qui in memoriam suggerat excitétque Græca veluti vestigia, quæ subobscura tenuiáque, vestris ingeniis iamdiu reposita conditáque seruantur. Ad quā sanè rem Græci fortasse hominis opera cōmodior quàm nostra: ego verò, vt non negauerim, sua melius Græcos tenere quàm nos: ita affirmauerim, nostra nos melius nosse quàm Græcos: insuperque tam posse nos res illorum perdiscere, quàm illos nostras. Quum itaque Latini docendi sunt Græca, nescio an Græci studium Latinæ sedulitati anteponendum sit. non tam enim intelligendi (quanquam id quoque) ratio habenda est, quàm explicandi. Quòd si quis pronunciationis tantùm Græcæ studio, eius ad vnguem perdiscendæ gratia, Græcum sibi cupit præceptorem, Quintilianum audiat, præcipientem, non esse dandam operam literis Græcis superstitiosè, vt & plurima oris accidant vitia, & in peregrinum sonum corruptus sermo perduret: sed ita discendam esse Græcam linguam comite Latina, vt neutra alteri officiat. quæ res à Latinis melius quàm à Græcis accipi potest. Siquis autem examussim vtrunque se præstaturum confidit, -- *illum mirabor & ipse: Et dicam, monitis non eget iste meis.* Nos verò operam nostram, quibus ingrata non videbitur, pollicemur, non magis duces præceptorésque professi nosipsos quàm comites sodalésque: quippe qui nullum laborem, nullam molestiā recusaturi simus: dum vos ita Græcis imbuamini, vt disciplinas inde omnes, quascunque libuerit, facillimè adipiscamini: à quibus eò postea perducendi sitis vbi quum fueritis, liceat iam humanam felicitatem (si qua modò est in hac vita) quasi manu prehensam tenere: quàm si dimiseritis, vobis ipsi defuisse videamini.

Non est autem cur vos moneam vlterius vti homines esse memineritis, quibus felicitas hæc quæcunque sit, debeatur. nam hoc tam cuiuis notum esse debet, quàm quòd viuat. Illud potius nostra interest, confirmare vos atque adhortari, ne laborem reformidetis, qui voluptati (quam in ipso statim limine Græcarum literarum percepturi estis) adeò iunctus est, vt non magis laborādum nobis esse videatur, quàm voluptati honestissimæ inseruiendū: qua vt ampliore quoque perfruamini, nihil mihi videor omissurus, nihil præteriturus, quod quæri à vobis aut desiderari nouerim: si modò eiusmodi sit futurū quod & nobis quoque non ignoretur. Quid enim literato homine turpius, aut ab humanitate alienius, quàm si aut scisse aut didicisse frustrà videatur? Frustrà autē & scit & didicit, qui nec commentando nec docēdo cuiquā prodest. Sicut enim in animātibus propriū ac naturale maximè opus esse censetur procreare tale aliquid quale ipsum est si integrum absolutúmque sit: ita erudito homini nihil conuenire magis dixeris quàm efficere relinqueréque post se sui simillimos in studiis ac disciplinis: si aut homo fuisse videri vult, aut non indoctus homo. hominem enim hominis causa natum credi par est. Quare neque inuidere cuiquam in literis, fas iudico, neque supprimere quicquam quod vtile futurum existimes aut viuentibus aut posteris. Nam (vt ait Theognis)

Χρὴ μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν
 Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν·
Ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δὲ δεικνύναι, ἄλλα δὲ ποιεῖν.
 Τί σφιν χρήσηται, μοῦνος ἐπιστάμενος;

Hoc est,

Musarum interpres si quid sapientius vnquam
 Nouerit, inuidia sit procul inde mala.
Núncque alia inueniat, nunc monstret, plurima condat.
 Si solus sapiat, nempe quis vsus erit?

Quippe (vt Plato aiebat) non minus ad felicitatem pertinet bonos efficere, quàm bonum esse: ideóque nulli magis idem familiarius se offerre solitus erat quàm cui plurimo vsui esse posset: quanquam se suisque rebus maximè frui valeret. Quod mihi quoque video esse faciendum, in ea præsertim ciuitate quæ non tam potentia atque imperio ipsius sit Italiæ metropolis, quàm quibusuis virtutibus, totius orbis grande specimē atque ornamentū, vel potius naturæ miraculum: quum quæ imperium vitia comitari solent, non modò ita refugerit vt non inesse possint suæ reipublicæ, sed ne excogitari quidem. Quare beatum iudico eum quem cuiuis studio incumbentem degere in ea contigerit: sed beatissimum, quem literariæ facultates exceperint: quū tot præsertim tantáque vndiq; suppetāt affluántq; ad eam rem commoda, vt fingi fortasse plura possint, haberi certè nō possint. Ibi enim (vt alia omittam) tanta librorū copia, quanta post Gotthicā ruinam nunquam fuit, nec veteribus verò Romanis aut Græcis florentibus, in his quæ extent, facilè credi par est: quum nouo hoc inuento carerent imprimendorum librorum, qui & pulcherrimi iam atque emendatissimi prodire incipiunt, Aldi potissimùm nostri opera: de quo illud habeo dicere quod de Porphyrio inquit Simplicius, Omnium bonorum nobis autor Aldus. Vobis verò illud mihi videor accommodaturus quod Demosthenes, quem interpretaturi sumus, Atheniensibus protulit. ferte autem (rogo) æquo animo Græcis me pauculis verbis vos alloqui: ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἐνετοὶ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς λέγει ὅτι τῶν Ἑλληνικῶν ὑμῖν λόγων αὐτιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ εὐτυχίας αὐτῶν φροντίζετε. hoc est, Præsens itaque tempus, ô viri Veneti, quasi emissa voce pronuntiat capessendas esse vobis Græcas literas, siquid de felicitate vestra cogitatis. Nam, vt Virgilianum quoque carmen in vos transferam, Via prima felicitatis (quod minimè remini) Graia pandetur ab vrbe. Expergiscimini igitur iam, & capessite Græcas literas, vltrò sese vobis offerentes. Dixi.

M. ANTONII ANTIMACHI DE literarum Græcarum laudibus oratio, in Ferrariensi gymnasio publicè habita.

IN degenda hominum vita, ii qui alicui prodesse conantur, quantopere laudandi sint, spectatissimi viri, non vos præterire crediderim: quum & ingenii acumine & longo rerum vsu præstetis, ac doctrina atque prudentia antecellatis. Qui verò publicæ vtilitati consulunt, ac non solùm sibi, sed & patriæ & amicis ac humanæ societati sese natos arbitrantur, quanto laudum præconio extolli mereantur, itidem vos non ignorare existimauerim. A qua sanè animi sententia quum nec ab ineunte ætate, nec etiam postquam nostra canescere cœpit oratio, vnquam abhorruerimus: nihil præclarius, nihil commodius, nihil conducibilius atque præstantius in toto vitæ cursu esse duxerimus, nihílque magis ex animo vnquam optauerimus, quàm plurimis benefacere, ac de omnibus pro virili mea (modò daretur occasio) bene mereri: amicorum precibus (quorum beneuolentiæ aliquid recusare, non solùm turpe, sed propemodum nefarium videbatur) & cohortationibus huius celebratissimi gymnasii instauratoris Lodouici Bonacioli, viri planè in omni scientiarum & virtutum genere eminentissimi, (cui ex isto hominum flore qui viuunt, paucos admodũ pares inuenias) non spe honoris aut gloriæ, cui sapiens quisque semper studuit, nec lucri cupiditate, sed potius quò id quod in animo habebã, re facilius præstare possem, Græcè profitendi publicum munus non inuiti suscepimus. Eo itaque consilio huc accessimus, vt quæ ad communem Græcè discere cupientium vtilitatem spectare videntur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus verba faceremus: non quòd ea dicendi facundia, is verborum ornatus, ea eloquentiæ vis, atque is demum orationis thesaurus & splẽdor, qui tam magno oneri sustinendo par esset ac tantæ rei dignitas postularet, necnon tot clarissimorum virorum conspectus mihi multò iucundissimus mereretur, in me reperiatur: sed vt fretus humanitate vestra, qua erga omnes qui virtutibus innituntur, vti consueuistis, huiusmodi opus aggrediar, ac propositam rem pro tenuitate ingenii mei persequar. Cuius planè tanta est magnitudo atque præstantia, vt nemini vel mediocriter erudito deesse possit oratio: sed in exitu inueniẽdo maior omnino, quàm in initio inchoando, dicere volenti se offert difficultas.

Tanta est profectò literarum Græcarum, amplissimi viri, dignitas, & tanta dignitati coniuncta vtilitas, (quarũ notas antiquissimis temporibus, seu Cadmo, siue Danao autoribus, siue Orpheo admonente, Græcos habuisse, memoriæ proditum est) vt eæ non solùm apud illos qui cæteras gentes atque nationes barbaras appellabant, verùm etiam apud barbaros ipsos maximo in vsu fuerint, & ab ortu ad occasum vsque peruaserint: quãdo Druidas Gallorum religiosos in publicis priuatísque rationibus literis Græcis vsos fuisse constat: & Romanorum tẽporibus in Heluetiorum castris tabulas repertas esse literis Græcis cõfectas, & ad Cæsarem perlatas, ex historiarum lectione latè admodum patet. Quibus in tabulis ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent: & item separatim pueri, senes, mulieré sque. Brachmanas itidem (è quorum numero celeberrimus Calanus ille fuit) & gymnosophistas Indorum sapiẽtes, easdem in vsu habuisse, easdem Indorum ipsorum regem Phraotem calluisse, compertum est. Apud Romanos verò quanto in pretio, quanto in honore semper sint habitæ, (quum penè eædem à principio cum Latinis fuerint, eas in Latium afferente Nicostrata) etiam me tacente, vel facillimè potestis intelligere.

Nullum enim studiorum genus, quod aliqua sapientiæ luce præfulgeat, nullas prorsus ingenuas disciplinas esse comperio, quæ non è Græcorum fontibus emanauerint: Latinósque in omnibus liberalibus artibus illorum sequutos imitatósque fuisse vestigia. Nam si à grammatica exordiri voluerimus, cuius inuentorem ii qui eam rem diligentius peruestigarunt, Mercurium ferũt: sine qua ad nullum scientiæ gradum peruenire valemus, quum ea duce orationis cõgruitatem assequamur, ac ad alias scientias faciles aditus adipiscamur, nónne eam totam à Græcis habere fatebimur? Quid de poetica, quæ tantopere diuinitatis est particeps, vt summus ipse rerum omnium opifex statim penè à mundo, verbo, non manibus condito, sua mysteria per eam literarum monimentis mandari voluerit, dicemus? Quid de oratoria facultate, ac flexianima omnium regina rerum oratione, quæ motus animorum quò vult impellit, loquemur? Quid de

dialectica, quæ disserendi artem aperit, verúmque à falso segregat, ac nos ad veritatem ducit, sentiemus? Quid de philosophia, legum inuentrice, morum disciplinarúmque magistra, quæ bene beatéque viuendi rationes demonstrat, ac diiudicato bonorum & malorum fine, quid fugiendū, quid ve expetendum sit, proponit, ad sedandos animi affectus atque perturbationes plurimum valet, naturæ secreta rimatur, rerum omniū causas perscrutatur, humana despicit, cogitánsque cælestia, hæc nostra & exigua & minima contemnit, immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo (ad summam cuius intelligentiam consideratione nos ducit, quantum homini licet) quàm simillimos efficit, iudicabimus? Quid de medicina, reliquarum artium parente atque educatrice, & altrice, quæ vniuersas scientias complectitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutricatur & continet, ac humanæ vitæ conseruandæ, necnon extincta morbis corpora ab inferis penè reuocandi potestatem habet, rogati respondebimus? nónne hæc omnia nos à Græcis mutuatos esse (nisi ingrati nuncupari velimus) confitebimur? quando ab ipsis & Mathematicas accepimus. Nam arithmeticam, reliquarum ducem, ex cuius numeris animam creari, ac singula constare Pythagorici sentiebant, & quaternarium numerum (in quo prima solida demonstratio inuenitur) rerum omnium opificem causámque esse affirmabant, quòd ab eo, tanquam à radice atque principio, cuncta dependérent: ac geometriam, quæ cum superiori adeò connexa colligatáque est, vt sine ea haudquaquam videatur posse consistere, quū punctum referatur monadi, linea autem numero binario, ab aliquo ad aliquid, & trinario conueniat superficies: qua (dum eius lineamentis, formis, interuallis ac magnitudinibus vtimur) mare, terras, cælúmque metimur, quin à Græcis susceperimus, nemo, vt opinor, vel impudentissimus negauerit. Musicam verò à Mercurio numeris, vocibus & modis inuentam, quam veteres omne continere dixerunt, eo quòd eorum quæ sunt, absque symmetria & analogia nihil existat, nec etiam aliquid eorum quæ fiunt, si absque congrua symmetria atque analogia confectum fuerit, vnquam bene habeat, siue arte fabrefactum fuerit, seu natura comparatum: siue sensu comprehendatur, seu solius intelligentiæ speculatione percipiatur: quæ duo nimirum in musica (totius harmonia) reperiuntur, ex cuius cognitione harmonicam mundi rationem coniicimus: & item astronomiam, (cuius scientiam Chaldæi diuturna siderum obseruatione putantur effecisse) quæ temporum varietates, totius anni ordinem, astrorum influxus, ortus, obitus, traiectiones, motúsq; stellarū, ac cæli meatus conuersionémque explicat, quid cuique euenturum sit prædicit, Græcorum beneficio (quibus tantum debemus) Latinos itidem habere fatendum est. Nec, mea quidem sententia, vllus adeò peruicax, adeò obstinatæ mentis, duræque ceruicis, ac tam peruersi iudicii reperitur, qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sanè rebus quanta hominibus cōmoda, quantæ vtilitates humano generi, quot honores proueniant, non meum est dicere, quum res ipsa per se loquatur. Ideo nō est quòd vos (qui incredibili discendi cupiditate ardetis) ad huiusmodi literarū studia, ex quibus maximos atque vberrimos fructus percipietis, nisi vobis ipsis deesse volueritis, cohortemur. Currentes enim incitare videtur absurdum: quum tantæ (sicuti accepistis) dignitatis, honoris, commoditatis, splendoris, vtilitatis atque præstantiæ sint, vt vnusquisque qui in bonarum artium studiis proficere exoptat, eas velit nolit cogatur expetere: præsertim quum illis qui eas consequuti fuerint, maxima præmia non sine nominis celebritate proponantur, amplissimi honores non absque immortalitatis gloria reseruentur. Reliquū est, vt demōstrata tantæ rei maiestate, (ex qua, vt intellexistis, innumerabilia mortalibus bona pariuntur, & ad homines cōfluunt) in ea comparanda operam, curam, diligentiam, industriam ac studium denique meum vobis pollicear. quæ omnia, sine vlla laboris aut temporis intermissione, me libentissimè præstaturum spódeo: nec aliqua in re, quæ in discédo vsui vel commodo esse possit, me vobis vnquam defuturū recipio. Quod quum contigerit, Bonaciolo, viro non minori experientia quàm doctrina ornatissimo, ac (vt suprà memorauimus) omnibus egregiis animi dotibus atque virtutibus vndecunque refertissimo, qui huius clarissimi gymnasii non minus ornamēto quàm vtilitati semper studet, mehercule velim referatur acceptum: eo quòd ipse omnium vnus procurauerit effeceritque (ne quod verum est inficiemur) vt Græcè profitendi munus obierimus. Ago insuper humanitati omnium vestræ, si non quas debeo, saltem quas possum gratias: ac si obsequendo & de vobis bene merendo gratia referri poterit, eam me quandoque libenti animo cumulatissimè relaturum, affirmare non dubitauerim: propterea quòd hodie frequenti ac iucundissimo conspectu vestro, me (quæ vestra est benignitas) ornandum amplificandúmque susceperitis, cuius beneficii memoria apud me resideat sempiterna necesse est.

EX CONRADI HERESBACHII
oratione in commendationem Græcarum literarum,
EXCERPTA.

Siue autem autore Iauam, linguæ huius, ficut & gentis, primo fundatore, literarum Græcarum initia è Babylonica illa linguarum orta varietate, atque in Græciam translata, siue temporum iniuria neglectus characterum vsus, & à patribus antè repertus, velut postliminio à vicinis, siue Phœnicibus, siue AEgyptiis (apud quos patriarcharum monumenta conseruabantur) repetitus sit, etiamsi certò non tradatur, tamen alterum probabile videtur, Græcam literaturam non simul cœptam absolutámque. Primi per figuras animantium AEgyptii sensus mẽtis explicabant: & antiquissima monumenta saxis impressa, literarum inuentores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, traditur intulisse Græciæ: hi gloriam adepti sunt quasi repererint quæ acceperant. Quippe fama est Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis eius autorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniẽsem & Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem XVI literarum formas, mox alios ac præcipuè Simonidẽ cæteras reperisse. Quum autẽ Palamedem ad deos retulisse hoc inuentum testetur Philostratus, & Plato scribat apud AEgyptios se audisse deũ quendam coli illic nomine Theuth, qui cùm alias artes, tum literas inuenerit: nonnulli ad Assyrios referant: alii denique æternum fuisse literarum vsum: verisimile apparet, sicut Latinæ à Græcis, ita Græcas ab Hebræis mutuatas: quod elementorum ipsorum vicina nomina magna ex parte comprobare, contendit Eusebius, Iosephi & Clementis testimonia citans: & sicubi varient, id non mirum in tam diuturno & variarũ gentium vsu: quum & Græcas vetustas Cadmeas in tripode incisas, ab his quibus nunc Græci vtimur, etiam discrepare Herodotus referat, & Delphicam tabulam in æde Mineruæ Romæ testari scribat Plinius: quia verò Græci & Latini earum initia ignorarunt, & ad deorum inuenta, sicut alia pleraque, ita hæc quoque retulisse, quum tamen multis antè seculis apud Hebræos fuisse deprehendantur. Porrò quum Phœnices & AEgyptios (à quibus literæ primùm in Græciam translatæ memorantur) è posteritate Cham fuisse constet, iique mox post sortitionem liberorũ Noe, pulso semine benedicto Sem, è sua hereditaria sorte ad filios Iaphet migrare compulerint: & postea Israelitæ, duce Iosua, hereditaria terra sancta recuperata, exactam Chami stirpem alias sedes quærere adegerint: quo factum vt profugi vicinas Græciæ regiones occuparint, & illuc artes plurimas & patriarcharum reliquias secum adduxerint: (vti etiam idololatriam peruersúmque per apostatam Cham, eiúsq; nepotem Nemrod, institutum deorum cultum Græcos AEgyptiis debere proditum est) & ex his fuisse Cadmum & Phœnices eius colonias, quas in Græciam deduxerat, verisimile est: quòd simul cum deorum portentoso cultu, & hoc literarum bonum è patriarcharum reliquiis attulerũt: atque hinc esse quòd alii Syris, alii Phœnicibus literarum inuentionem acceptam ferant. Syriam autem ac Phœniciam & AEgyptum, Hebræorum fuisse sedes, in confesso est, apud quos patrum monumenta conseruabantur: & constat Græcos sapientiæ studiosos discendi cupiditate frequentes eò, vt sacerdotes & prophetas audirent, profectos fuisse, (id quod de Orpheo, Musæo, Dædalo, Homero, Lycurgo, Solone, Democrito, Heraclito, Platone, aliísque innumeris memoriæ proditum) & quæ illic didicerant, Græcè tradidisse. Vnde quæ de Chaldæorum, Phœnicum, AEgyptiorúmque inuentis prodita sunt à Græcis & Latinis, ea omnia ad Hebræos & patriarchas pertinere certum est: & quæ illi diis suis inuentoribus tribuunt, ea constat longè antè ab Hebræis reperta vsurpatáque fuisse. Cui rei argumentum præbet vini inuentum, quod illi Baccho tribuunt, quum multis antè seculis à Noe patriarcha vitis cultura reperta fuerit, vt rectè post sacram historiam admonuit Lactantius. Ad eundẽ modum de frugum, medicinæ, aliísque inuentis iudicare licet, quæ omnia ad factitios mortalésque deos retulerunt illi: quum apud Hebræos vetustiores pleraque vsurpata sint priusquam ad Græcos peruenerint. Sed ob id laude sua minimè fraudandi sunt, qui ab aliis inuẽta, meliora reddiderint, atque sic excoluerint vt non aliorum sed sua inuenta esse videantur: vt mox latius declarabitur. Græciam autem felicissimam ingeniorum altricem fuisse constat: adeò vt appareat, huius vniuersi opificem, & linguarum virtutísque dispensatorem Deum Opt. Max. hominibus qui secundum naturam optimam regionem nacti, eam etiam linguã voluisse largiri quæ idoneum

tradendarum

tradendarum honestarum artium præberet instrumentum, & fida virtutis eruditionísq; custos esset. idque νὴ τὰς Μούσας citra cõtrouersiam Græca lingua assequuta. Nã etsi initio rudis & contracta, sic tamẽ exculta propagatáque, vt nulla lingua vel elegantior, vel latius se sparserit: nulla quam non hæc elegantia & copia omnique ornamentorum supellectile superarit: inter omnes tantum emicans quantum ignes inter luna minores. Nam quum linguæ potissimùm in hoc diuina dispensatione tributæ, vt quæ velis, commodè ac significãter (vt diximus) exprimas: quæ, obsecro, significantioribus magísque appositis vocibus singula declarat quàm Græca? Adeò vt non abs re Socrates apud Platonem contendat, Græcorum vocabula imprimis nõ temerè pro instituentis voluntate, sed naturali ἐνεργείᾳ natiuáque perspicuitate rẽ velut oculis subiicere. Vnde exquisita in Græcis vocibus venus καὶ εὐφωνία, Atticus lepos, Musa Attica, Laconismus, & id genus alia singularis cuiusdam appositæque in exprimendo ea lingua venustatis prouerbia pepererunt. Hinc quod grauissimus inter Latinos poetas, Graiis, inquit, dedit ore rotundo Musa loqui. Adde quòd & Musas atque adeò deos ipsos aiunt Græco sermone vsuros, si humana lingua vti voluissent. Porrò quum septuagintã duæ linguæ numerentur, ex his septẽ præcipuæ, quas recenset Volaterranus, Assyriorum, Arabum, AEgyptiorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum, Dalmatarúmque: tamen nulla ex omnibus his, quæ vel latius sparsa sit, vel præstantiora ingenia nacta sit, vel denique plures honestas disciplinas tradidit. Neque enim solùm hæc lingua se continuit ea parte quæ Græcia propriè dicebatur, hoc est AEgeo pelago & Ionio atque Isthmo conclusa: neque ea tandem regione quæ magna Græcia dicebatur: sed præter insulas & peninsulas, amplissimáque regna, Peloponnesum, Cyprum, Rhodum, Cretam, Asiam minorem, Macedoniam, Epirum, Mysiam, Illyrium, Thraciam, Dalmatiam, Syriam, AEgyptum, ob Alexandrum victorem longè latéque complexa est, sed Galliæ Germaniæque etiam communis est. Nã & Massilia celeberrimum Græcarum disciplinarum gymnasium habuit: & in nobili Cluensiũ oppido Menianæ scholæ præfectus Græcus rhetor Athenis ortus, teste Eumenio: & Druides, Celtarum sacerdotes, Græco sermone in sacris vsi. additque Iulius Cæsar, Gallos in publicis instrumentis Græcas literas vsurpasse. Britannorum pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ linguæ profitetur. Quid dicam de Germania nostra, in cuius lingua innumera vestigia Græcæ linguæ remanent? & nos obseruauimus aliquando aliquot centurias vocabulorum quæ merè Græca sunt. Postremò neque Scythas à Græca lingua abstinuisse, declarant Anacharsis & alii plerique. De Italia & Roma nihil attinet dicere, vbi Græcorum lingua propemodum ipsa Latina vulgatior fuit: & clarissimi scriptores in Italia & media Roma Græcè scripserunt. Siquidem AElianus (vt scribit Philostratus) Romanus fuit, & Italiam nunquam egressus, & tamen eius extant Græcæ historiæ. Item Plutarchus, Strabo, Dionysius, Appianus, Diodorus, & innumeri alii Romæ vixerunt, & scripta sua illic ediderunt Græco sermone: quemadmodum in Syria & AEgypto Iosephus & Philo Iudæi Græco quàm natiuo vti maluerunt. Græca lingua in ipsa Syria Romanos imperatores facundos habitos, Mutianus testatur apud Tacitum: eósque ad exercitum Græcè loquutos. Adde, imperatores ipsos, non solùm Romanos, quos omnes propè Græcè peritissimos fuisse constat, & multorum carmina extant Græca: sed Germani etiam imperatores (quos alioqui ἀμούσους esse solitos nouimus) Græcam linguã calluerũt. De Carolo magno traditur quòd Græcos legatos audiuerit, & Græcè respõderit ipse. Otho II. imperator in bello quod in Apulia cũ Saracenis & Græcis gesserat, insidiis interceptus quum Græcè sciret, eóque sermone vteretur, hostes fefellit: vt nõ animaduertẽtes eũ esse Germanũ, facilè pecunia se redimi paterentur. Porrò, si linguæ alicuius vtilitatẽ æstimare velimus, quid hac vna cõmunius, quid ve vbique ad omnes disciplinas percipiendas vel tractandas vtilius ac magis necessarium? nempe qua, velut Delphico gladio, ad omnia & vbique vti cõueniat: primum quum (vt dictum) nulla gens, nulla schola, nullum virtutis ac disciplinarũ emporium, quod hanc linguam, velut commune vtilissimúmque organum, non arripuerit. deinde nulla lingua plures vel disciplinas, vel bene viuendi præcepta tradidit, & per orbem transmisit, ac fidelius conseruauit. Quota quæque plures, eósque clarissimos in omni disciplinarũ genere scriptores exhibuit? è quorum scriptis & institutis, cùm omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi possit. Aut quæ tandem lingua vel disciplina, quæ huic colonias non duxerit? quæ indidẽ, ceu è locupletissimo mercatu, supellectilem non compararit, aut potius, ceu ex vbere artium eruditionísque fonte, riuos non diduxerit? Nã, vt Homerus de Oceano canit, Ἐξ οὗπερ πάντες, inquit, ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν: ita ex hac lingua, veluti quopiam bonorum omnium mari, disciplinæ, artes, præceptiones, atque adeò ipsa elemẽta, manarũt. Hinc poetica, rhetorica, dialectica, grammatica, disciplinæ quæ mathematicæ vocantur: hinc politica, ethica, therapeutica, physica, theologia, & (vt vno verbo multa complectar) vniuersa ipsa philosophia, disciplinarúmque omnium orbis, quam encyclopædiam vocamus. quæ omnes artes

Græcos etiam nunc fontes resipiscunt, vt ne nomina quidem alia quàm natiua & Græca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus: eóque iure se nobis permittentes, vt à fontibus secludi non patiantur. Nam & tota lingua Latina, & disciplinæ ea lingua traditæ, ex hac fluxerũt, ádque huius ductũ se sic composuerunt ut instar alumnæ & discipulæ πτερυγίζονται ἐκ τῆς τιθηνητείρας manu fulciantur ac sustenentur, ab illius ductu ne latum digitum discedentes. Id quod à literis, velut ab ouo, ordienti per omnes disciplinas ostendere, non fuerit difficile. Siquidem literæ omnes, vna duntaxat atque altera dempta, inde mutuatæ sunt: etiamsi iucundissimis illorũ caremus, altera, vocali, altera, consonante, quibus nullæ apud eos spirãt dulcius. Adde quòd nos vix quatuor literis, illi duabus exprimunt: vt apparet in dictione φθία, ἀπόφθεγμα. Scribendo autem & pronunciando (quæ sunt præcipuæ Grãmaticæ partes) quàm Græcæ linguæ rudes passim labantur ac sese traducant, satis liquet, quũ imperiti Criste pro Christe, Eleison pro Eleeson, & sonent & scribant. Neque minus in etymologiis peccatur, quũ innumera nomina (velut exempli gratia, in e primæ inflexionis, & patronymica omnia: itẽ Dido, Sappho, Laches, & id genus similia) citra Græcorũ inflexiones vsurpari legitimè non queãt. Taceo generum rationẽ, articuli in oratione vim. Quid memorẽ syntaxεως, figurarum rationes à Græcis pẽdentes? Taceo quòd Nonius Marcellus vniuersa ferè Latina vocabula repetit à Græcis. Sed, ne in elemẽtis balbutiamus, sat fuerit, si perspicuum fecerimus, Latina sine Græcis, quibus superstructa sunt, non posse subsistere: áque ipsis elementorum crepundiis Græca discentem, operæpretium facere laborisque compendium parare.

Cæterùm vt ad serias disciplinas progrediar, inter quas primas facilè sibi vendicat Poetica, (seu vetustatis autoritatem spectes, siue rerum traditarum vtilitatem atque œconomiæ prudentiam) huius & vsus & inuentio Græcorum est. vnde Horatius, poetam formaturus, ad Græcos, tanquam ad certissimos eius artis magistros, relegauit: *-vos*, inquiẽs, *exẽplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna.* Nã vt cæteros, Musæum & Orphea, poetarum antiquissimos, prætercam, ex vno Homero, tanquã vniuersæ eruditionis fonte, disciplinarum omniũ seminaria hausta, cùm per se perspicuũ, tum Plutarchus singulari libro contestatũ reliquit. neque poetas solùm indidem hortos suos irrigasse, sed oratores admirabile illud dicẽdi artificium figurásque, ac denique philosophos reip. bene viuendi præcepta mutuasse declarat. Neque vel consiliorũ vel litiũ artes, vel similitudines, vel amplificationes, vel argumẽta, vel digressiones vllæ, quæ ab illo nõ sint commóstratæ. Quid obsecro tentari potuit quod ab illo in suis poematis nõ sit excogitatum vel animaduersum? Quæ regio, quæ pugna, quæ formæ, quod remigiũ, qui deniq; motus animorũ, quæ ferarũ figuræ, quas ille cęcus nõ viderit? quũ ita nobis eas depinxerit vt eas quasi videre, quũ legimus, videamur? Ac verissimè his succinẽs poeta Latinus de Homero, *Qui quid sit*, inquit, *pulchrũ, quid turpe, quid vtile, quid nõ, Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.* Quibus hoc addere licet summę laudis loco, singula propemodũ verba ei' poetæ, quasi apophthegmata esse, & prouerbii loco vsurpari, vt testatur Macrobius. Et an à Latino Homero, alioqui absolutissim', superatus sit, apud eundẽ licet intueri, Homerica cũ Virgilianis cõferentem. Hoc cõstat, Latinos primarii nominis poetas magna cum laude Græcorũ poemata vel transtulisse, vel imitatos fuisse, inopia magis impulsos quàm superãdi fiducia fretos. Siquidẽ Virgilium, Latinorũ coryphæũ, nemo nescit bonam AEneidos partem ex Homeri poesi transcripsisse, atque in totum se ad Homerum æmulandum composuisse: Georgica ad Hesiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν imitationem feliciter scripsisse: Bucolica impari conatu ad Theocriti facilitatem expressisse, critici fatẽtur: etiamsi illorum inuentis iam frueretur. Terentius (cui proximus, mea sententia, locus inter Latinos poetas debetur) adde etiam Accium, Cæcilium, Pacuuium: nunquid Menandrũ solùm interpretantur, víxque leuem illius assequuntur vmbram, iuxta Fabii sententiam? Quãquam in comœdiis aliquid præstitisse Latinos, etiamsi totæ è Græcorũ myrothecíis mutuatæ sint, fatendũ est: tragœdia certè Græca tota est. Solius enim Senecæ apud Latinos (quod quidẽ sciam) extant tragœdiæ, atque illæ ex Euripide interpretatæ. Deus bone quàm non accedit ad illius elegantiam, artificium, ac sententiarum grauitatem! Iam, si vtrosque cum alteris conferas, annon reperies omnia Latinorum inuenta, fabularum ingeniosa inuolucra, compositiones illustres, allegorias appositas, affectus acriores, mirandos motus, cõpositiones significantiores, ac breuiter supellectilem quandam natiua quadam poeticæ copia affluentem? E regione apud nos pigriora ferè omnia, gratia non solùm inferiora, verùm etiam à dignitate plerunque & à decoro aliena. Quanquam non inscior quin nostrorum poetarum carmina, si seorsum legas, venusta appareant & eleganter scripta, atque etiam vt iis nihil melius posse fieri censeas: at si componas & conferas Græca ipsa vnde illa descripta sunt, ac singula consideratè atque aptè iunctis alternis lectionibus com'mittas, comperies vix Συρακουσίων τὴν δεκάτην, vt est in prouerbio. adeò iacêre ac putere incipiunt Latina, vt quæ Græcorum, quæ æmulari non poterant, luminibus

gratiisque obsolescant. Cuius quidem rei apud Gellium, linguæ Latinæ acerrimum censorem, requirere iudicium atque exempla licebit, vbi Cæcilii cum Menandri, Virgilii cum Homeri & Theocriti, versus exponútur, quos ab his mutuati sunt: Diomedis hercle & Glauci arma nó dispari magis pretio æstimari possunt. Atque hic mihi Cicero ignoscat, qui Latinos à Græcis sumpta, meliora reddidisse clamat. Sed quis hæc deprehendet? quis aut artificium aut translata aliunde intelligat, nisi huius linguæ supellectile instructus?

Poeticen excipit rhetorice, cùm numerorum & figurarum ornatu, tum structura orationísque filo atque charactere propemodum coniuncta: quæ quũ omnia, perinde atque inuentionis & eloquutionis, ita argumenta & formulæ à Græcis fontibus hauriuntur. Quãdoquidem in hac illi sic regnant vt Cicero fateatur hanc Athenis & inuentam & absolutam: siue diuidendi, præparandi rationem, consilium, ordinem, seu affectuum motus spectes, figurarum & troporum picturas, eorum summatim omnium apparatum inde fluere videas. Et haud scio quid aliud poetæ oratorésque nostri quàm poesin & oratoriam ciuitate donauerunt Romana: qui, siquid eximium præstiterint, id ex illorum omniiugis pratis, veluti flosculis, decerptis, illorúmque virtutum imitatione comparauerunt. Cato iam senex, Græcis alioqui parum amicus, commentarios sibi collegit, è Thucydidis orationibus & Demosthenis, quas in dicẽndo magno sibi vsui fuisse testatus est. Quid Ciceronem, Latinæ linguæ principem, in eloquentiæ illam arcem subuexit, nisi Græcorum studia, ínque iis æmulandis contentio? Nempe qui totum se ad Demosthenis vim, Platonis copiam, Isocratis iucũditatem, Periclis fulmina, Thucydidis maturitatem, neque certè infeliciter, composuisse deprehenditur, beatissima quadam immortalis ingenii benignitate suffragante: adeóque Græcorum studiis operam nauauit, vt se Græcis declamationibus exerceret: Græca vbique cum Latinis coniungens, modò Latina Græcè, modò Græca Latinè vertendo, stilum exercuit. Idémque filio (cui non nisi compendiosissimam fidelissimámque rationem præcipere potuit) faciendum suadebat. Quod si hodie iuuentuti persuaderi queat, felicius disciplinæ tractarentur, neque tam exangues ingeniorum venæ existerent. Nihil enim mirum omnes bonas disciplinas iam diu sepultas, cùm Græca lingua abolita, tum nullo declamandi exercitio: quæ tamen primaria sunt ingeniorum fomenta in eorum animis qui ad eruditionis aliquem fructum peruenire contendant.

Dialectica, rhetoricæ germana. quum vtraque alteri coniungenda esset, nostri hanc neglecta prorsus altera, veluti dextra manu, ad meras cauillationum stribiligines, aniles rixas, protraxerunt: vt nullum hodie veræ dialecticæ in scholis remanserit vestigium. Quorsum parua (praua dicere debebã) logicalia? quorsum barbara non solùm, sed inepta etiam atque inutilia illa quibus iuuentus in publicis gymnasiis oneratur commentaria? quorsum pro Aristotele, Porphyrióque, genuinis & Græcis elegantissimis, earúmque artium peritissimis magistris, ineptis & corruptissimis tralationibus vti coguntur? quas quum nec intelligant ipsi professores, tamẽ miseram iuuentutem ediscere cogunt, ad nihil profuturas. Et tamen ex ipsis fontibus artes hæ facillimè percipi poterant.

Quid de mathematicis loquar? quum peculiares eius artis voces nondum sint Latinitate donatæ, neque commodè inopia linguæ Latinæ omnes possint, fit vt identidem harum literarum imperitus in his explicandis intelligendísque offendat: quum vbique occurrant trigoni, tetragoni, monades, triades, diapente, diatessaron, excentrici, syncentrici, epicychi, eclipses, & eius ordinis tanta turba vt annus deficeret si omnia vel commemorare vel ostendere nitar loca vbi interpretes nos in fœdissimos secum errores traxerunt.

Idque non in logicis ac mathematicis solùm sed per totam philosophiam euenit. quæ quum tota sit Græcorum, nos vix faces quasdam ex illorum fontibus hausimus, easque è tam multis transfusas. Interim tamen nostri philosophastri nullis dum vel Græcis vel melioribus literis adolescentes ad philosophiam veluti πτερυγίζοντας solùm Alexandri Galli doctrinali, ceu communi omnium copiæcornu, instructos, statim Icari in morem ad philosophiæ ardua (hoc est ad volandum sine pennis) transmittunt. Cicero, alioqui Græcorũ gloriæ æmulus, philosophiã declarat citra Græcam eruditionem neque percipi neque subsistere. Nam quum apud nos pauca admodum eáque à Græcis desumpta extent digna lectu, (sophistarum enim nugas & delira cõmẽtaria nõ libet inter philosophiæ scripta referre) apud illos tã copiosa, pretiosa, nitidáque philosophicæ supellectilis monumenta nobis sunt reposita, quæ si in sua lingua legantur, & cũ Teutonicis his conferantur, (hoc est, quæ in Latinã linguam translata) iure dici poterit quod poeta de exanimato Hectore, Hei mihi qualis erat, quantũ mutatus ab illo Aristotele & Platone! Nã præter hoc quòd parum cõmodè multa versa, parúmque significãter expressa, etiã pleraque prætermissa sunt, quæ nõ sunt satis assequuti interpretes, nónulla de suo addiderũt: alicubi obscuriora relinquuntur, quæ subinde lectorem diligentẽ vel cruciãt, vel fallunt: vt cernere licet in libris

Digitized by Google

meteorologicis,& De cælo, ac physicis Aristotelis, vtilissimis quidem libris,sed à nostris nō intellecti in scholis reiiciuntur. De Platone quid dicam? is nisi sua lingua legatur, nemo iudicare poterit de illius diuina vel doctrina vel eloquentia: reclamāte quadam inexplicabili & copia & suauitate, in qua vir ille in ea lingua supra humanum ingeniū dominatur. Quare doctissimus iuuenis Thomas Lupsetus, quū alterna opera Platonē legeremus Lutetiæ, is subinde versum Platonem, nothum aut Academicam vappam appellare consueuit quoties Latinum cum Græco conferremus: adeò diuinæ illius virtutes extra Græcum sermonem percipi nequeunt. Idem de Xenophonte, Theophrasto, Plutarcho atque cæteris grauissimis philosophis,& doctrinæ castitate & eloquentiæ dotibus admirandis, iudicare licet.

Iam verò vt per cæteras philosophiæ partes progrediamur, iatrice ac therapeutice, naturalis philosophiæ & honesta & necessaria disciplina, si purè próque dignitate tractetur, certissimúmque πρὸς τὰ ἄλφιτα compendium afferens, sed barbarorum linguæque Græcæ imperitorū scabie eam occupāte, Deus bone quàm squalida & strigosa reddita, quámque periculosis erroribus & imposturis elegantissima simul vtilissimáque professio deformata est! vbi pro Hippocrate & Galeno, huius artis κορυφαίοις, & qui citra Græcorum eruditionem percipi nō poterant, nescio qui barbari Auerroes & Auicennæ in scholas recepti sunt: quum illi interim multorum instar esse poterant, & reuera Homerico encomio digni, ἰατροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων. Tota enim medicina, sicut & reliquæ philosophiæ partes, à Græcis petita. Idque indicant eius artis pharmacorum, vnguentorum, cataplasmatum, potionum, ceromatum vocabula: item animantium, plantarum, gemmarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum, mensurarum innumeræ nomenclaturæ: quæ quum apud nos etiam recepta, circulatorum atque huius linguæ imperitorum abusu detrita corruptáque, non intelligantur, non rarò fit vt indocti medici potiones pro cataplastis, & (vt dicit poeta) φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρὰ καὶ ἐσθλὰ ministrent. Id quod designauit quidam, suppositorium, hoc est pessum, pro pillulis præbens degluciendum. Et tamen hisce impostoribus non dubitamus vitæ nostræ arbitrium concedere: nempe vt per experimenta mortis agant: quum sit in nulla professione periculum maius: vt de his verè scripsit Plinius. Atqui videmus nunc, Musis benè fortunantibus, ac melioribus literis reuiuiscentibus, quosdam Græcarum literarum adminiculo fretos, strenuam operam nauare vt hæc disciplina suæ dignitati restituatur: huc iam incumbentibus Theodoro Gaza, Leoniceno, Manardo, Copo, Ruellio, & aliis plerisq; ætatis nostræ ἀρχιάτροις, qui Augiæ illud barbarorum medicorū stabulum è Græcorum fontibus abluentes, eius disciplinæ candidatos ad ea collimare docent, sine quibus ἄσκοπα τοξεύουσι.

Ad iurisprudētiam (hoc est νομικὴν) venio, professionem & amplissimam & religiosissimam, nempe Reipub. humanæque societatis ac pacis tuendæ magistram. Qua arte quum & hæc Academia maximè celebretur, & nos olim, nondum satis politiorum literarum viatico instructi, ad huius studium perpulsi, atque etiámnum studiorum nostrorum scopum defiximus: ne illotis manibus tam seriæ ac sacrosanctæ artis studium capesseremus, (quæ diuinarum humanarúmq; rerum, iusti & iniusti notitiam profitetur) Imperatoris consilio admoniti existimauimus satius παλινδρομῆσαι ἢ δραμεῖν κακῶς, vt dicitur in prouerbio: & ad vtriusq; linguæ studia, veluti ad suauissimas pellices reuersi, tantisperdum illarum consuetudine instructis atque exatiatis liceret cū legitima pro dignitate συνοικεῖν: quum citra illas, nullas seueriores disciplinas exactè tractari posse exploratum sit. Iam verò sat scio esse plerosque sic persuasos, vt existiment ad iurisprudentiæ studia Græcam eruditionem non tantoperè requiri: quos tamen, si me patienter audierint, bonam spem concipio, sententiā eos immutaturos. Primum enim nemo diffiteri potest, iuris nostri originem & reipub. instituendæ formas Romanos à Græcis petitas instituisse. Deinde (vt antè quoque commemoratum, Romanis Græcam linguam familiarem & in deliciis habitam) maiorum gentium iureconsulti, qui iustitiæ magis quàm imposturarum ac litium studiosi, quū vtriusque linguæ periti & in omni disciplinarum genere exculti essent, non existimabāt quenquam fore tam impudentem qui ad hanc religiosissimam artem accederet, nisi & ipse Græca eruditione instructus esset. Vnde subinde è Græcorum thesauris κειμήλια proferunt, quibus vel in respondendo vel interpretando iure vtuntur: non solùm voces & sententias Græcorum philosophorum, poetarum, oratorum, tanquam gemmas & lumina orationis, ad res significātius exprimendas, ádque propositum probādum infulcientes, sed & epistolas & rescripta Impp. atque aliorum iureconsultorum responsa Græco sermone subinde inserunt. Neque id abs re: quādoquidem iurisprudentiam cum philosophia coniunctam, & Cicero & Vlpianus testātur, nempe politicæ ethicæque portionem esse. Philosophia autem cum suis pedissequis orbem disciplinarum complectitur, quam Quintilianus, vir in iureconsultorum seminario cōsularis versatus, causis agendis necessariam exigit. Ad hæc iureconsulti communiter fatentur, in causis dicendis

philoſophorum,poetarum,oratorúmque autoritatem allegandam & recipiendam. Id quod Paulus iureconſ.comprobat: quum Hippocratis autoritate comprobet,ſeptimo menſe partum legitimum naſci, Et Iulianus ſequitur Ariſtotelis ſententiam in reſpondendo,qui tradit quinque ſimul liberos naſci poſſe. Emptionis venditioniſque contrahendæ modus ex Homero allegatur. Vnde hîc Accurſius, quantumuis ab his literis alienus, tamen neceſſitate veritatéque ipſa compulſus, erumpere cogitur:Nota,(inquiẽs) poetarum & philoſophorum autoritates in cauſis allegandas.Idque feciſſe iureconſultos paſſim videre licet,ſuas LL. ex horum ſcriptis locupletantes: vt cùm alias innumeris locis, tum ff.de LL.ex Demoſthene & Chryſippo & Theophraſto, item ex Ariſtotele titulo de vſuris,& Platone,ff.de nundinis l. ſecunda. Sic tit.de pœnis,animaduerſio delictorum ſuppliciorúmque ratio ex Homeri carminibus petitur,quemadmodum eo titulo capitalium cauſarum qualitas è Demoſthenis ſẽtẽtia ſancitur. ſed quæ loca deprauata lectoribus iudicibúſque ſæpe impoſuerunt. Notarúntque hæc eruditiôres litium deciſores, ob linguarum meliorúmque literarum inſcitiam capitaliter hallucinatos pleroſque. Animaduerterunt igitur iureconſulti veteres, non modò lenociniis verborum, ſed ſententiarum etiam grauitate ſcatere literas humaniores: quæ etiam teſtimoniorum & iudicati non rarò obtineant vim. Solon è ſeptem Græciæ ſapientibus vnus, Homeri verſibus ſententiam ſuam iudicibus approbaſſe dicitur: vt videlicet Salamin inſula à Megarenſibus occupata adiudicaretur Athenienſibus, abdicatis Megareis. Quare non temerè à Iuſtiniano Homerus omnis virtutis eruditioníſque parens celebratur. Et quanquã iureconſultis qui iuriſprudẽtiæ ſyluam peruagati fuerint, non eſt obſcurum, leges exactè rectéque intelligere citra Græcæ linguæ peritiam perinde eſſe acſi quis ſine pedibus ambulare tentet: tamen ſiquis hic mihi ex iis quæ dicta ſunt, ἀμαρτυρεὶ credere nolit, hunc ego iubebo mox aſpicere ea quæ ſunt ante pedes, hoc eſt ipſa iuris incunabula: & reperiet in ipſa ſtatim iuris diuiſione,ius ſcriptum & non ſcriptum vocari ad imitationẽ Græcorum νόμον ϗ ἄγραφον, vbi hactenus imperitum vulgus ridiculè legit,fonoi monoi. Verùm vt hæc leuiora, & quæ §.item pretium,tit. de empt. Et § 1.de iniur.item §. de ſuibus ad l. Aquil. & alia pleraque inſtitutionum loca trãſiliam, vnum proferam de donatione locum,vbi donationis cauſa mortis,ratio è Telemachi Homerici exemplo declaratur,locus hactenus à paucis dum rectè explicatus:ac primùm (quod equidẽ ſciam) à nobis ex Odyſſ.libro ρ. interpretatus. Id quod celeberrimi nominis iureconſ. Claudius Cantiúcula teſtari poterit: qui ex meo exemplari à me adnotata excepit, atq; hinc alii quidam imitati. Quemadmodum & de pub.iud. obſcurato loco è Xenophonte lucem addidimus. Vbi Accurſius,cum Academicis iubet lectorem ἐπέχειν, Græcũ (inquiens) hoc totum:omitte. Sicut aliâs,Hoc Græcum eſt: (inquit) quod legi non poteſt. Quid (obſecro) id aliud eſt quàm cæcum cæco ducatum præbere, & vtrunque in foueam, hoc eſt in errorem,prouoluere. ò infelicia tempora. At verò ipſas Pandectas, hoc eſt apothecas, atque adeò iuris ciuilis campos ingreſſis, Deus bone quàm hic ſe offerunt multa noſtrum inſtitutum comprobantia. Siquidẽ in ipſo limine, hoc eſt titulo libri,offendere cogitur:ac nec ipſum prooemium intelligere poterit Græcæ linguæ ignarus. vbi pro λύται,hircos,loco προλύται,coloritæ,hoc eſt, pro gneſiis Græcis neſcio quæ κνώδαλα & carcinomata,Græcæ videlicet linguæ inopia,ſuppoſita atque innata ſunt:quibus tamen nominibus Iuſtinianus iuris ciuilis gradus diſtinguere voluit,quemadmodum & hodie Baccalaureorum & Licentiatorum ac Doctorum vocabula recepta ſunt: vt totius prooemii intellectus ex his vocibus pendeat. Ad eundẽ lapidem impingitur l.2,C. de vet.iur.enucl. vbi pro κατὰ πόδα ſurrepſit nihil niſi,Hoc Græcum eſt.& mox pro παράτιτλα,natrix: perinde ac ſi quis ſcripturam interpretetur piſcem. Quid(obſecro) excogitari potuit abſurdius? quum tamen totius conſtitutionis ſententia in his lateat vocabulis,quæ de legum interpretatione loquitur. Lib.5 ff. ex Adriani principis reſcripto Græco,parum fideliter verſo, Accurſius, hircum mulget, & Bartholus ac cæteri cribrum ſupponunt: vtrique æquè inepti, priuatum Athenienſium magiſtratum,hoc eſt ἄρχοντας,ad quoslibet magiſtratus referẽtes,genuinam reſcripti ſententiam peruertunt: ita vt incertum relinquatur quid ſibi voluerit princeps, quum dixerit,magiſtratus cognoſcere de his rebus pro quibus tutores fuerint. non enim rebus tutores dantur,ſed perſonis. Ad eandem erroris regulam exigi poterunt tit.de appellat. vbi Vlpianus diſputat an aduerſus principis reſcriptum appellari poſſit: vt ſi fortè præſes aliquis ad Imp.ſcripſerit,atque reſponſum ſit,an hic appellandi locus. Iureconſultus reſcriptum Græcum citat. eius tã verba quàm ſententia corruptè reddita,tamen oraculi vice leguntur ſuppoſititia, exploſis genuinis. Nam pro eo quod Græcè,ὅτι ἂν ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλέσασθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν,horum loco legitur, Prouocare ab enunciatione licẽtia exiſtit. Ita vt Accurſius ſenſerit,ab enunciatione,hoc eſt à peruerſè principi narratis,appellari poſſe: quum ſit accipiendum de eo ad quem prouocamus,& ab ipſo reſcripto,non autem à quo. ἀπόφασις enim hîc non enunciationem(vt apud Ariſtot. ἀπόφανσις) ſignificat,ſed ſententiam & reſponſum, vt Andreas Alciatus eruditè

animaduertit. Succedunt non minoris momenti errata, inter quæ eſt Eudæmonis cuiuſdam ſupplex ad Antoninum Cæſarē libellus. Tota lex Græco ſermone à Voluſio Metriano iureconſulto refertur: ex peruerſa autē interpretatione Græcæ legis, iuris aliquot profeſſores magni nominis in eum venerunt errorem, vt huius legis teſtimonio freti, affirmarint imperium maris ad principem Rom. non pertinere: vt alio errore alium trahente, addiderunt, Venetos non eſſe ſub imperio Rom. quum Græca ipſa, ſi ritè intelligantur, exertè contrarium probent, atque omnem ambiguitatem facilè diſcutiant. ἐγὼ δὲ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. non quòd Imp. non ſit dominus maris, ſed quòd lege Rhodia iudicet, & non priuata lege. Eiuſdem notæ in L. Lucius. ff. de ſeruit. inb. pr. Bartholi lapſus. nam interpretis imperitia veluti bubulis naribus ductus, neſcio quas ἀπροσδιονύσους comminiſcitur diſtinctiones de conceſſionibus perſonalibus, & quæ ad heredem tranſeant: quum quod Græcè legitur, χαρίζομαί σοι, nihil ad heredes faciat. Poſſem innumera reſcripta, epiſtolas, legéſque integras, perinde atque alias Græcas & voces & ſententias, commonſtrare: niſi ab eruditiſſimis noſtræ ætatis iureconſultis Budæo & Alciato petere liceret, quæ paſſim per totum corpus iuris ſparſa, inſcitiáque huius linguæ deprauata, periculoſos errores pepererint, at Græcè peritis perſpicua ſunt. Cuiuſmodi ſunt, L. 2. ff. de legib. L. pen. ff. quib. cauſ. pig. vel hypo. L. Ticia, & L. Codicill. ff. de leg. 2. Adde L. cum quis ff. de legat. 3. Item Alex. reſcriptum ff. de appell. L. 2. de nundinis. L. ſepticia, ff. de pollic. Sceuolæ nuncium in L. thais, ff. de fideicommiſſ. lib. L. natorū, ff. de verb. ſign. Poſtremò totū titulum de excuſationibus Tut. Græcè ſcriptum ſi Modeſtinus ipſe non fateretur, tamen orationis ductus clamaret, ſordidus & incultus, à quodam vtriuſque linguæ æquè imperito tranſlatus: quod quiuis facilè deprehendet (niſi prorſus plumbeo ſit ingenio) ſi cum nitido & culto iureconſultorum ſtilo conferatur. Ridiculum quàm Accurſius hîc ſe torqueat, hæſitás è Latinóne in Græcum ſermonem, an contrà conuerſus ſit, in omnes formas pueriliter ſe verſans, neque elabi poteſt. vt taceam voces quæ identidem occurrunt leges peruaganti, non pœnitendi tamē momenti: in quibus ſimul & is, quiſquis eſt, qui Græca interpretāda ſuſcepit, & cum hoc gloſſatores fœdè lapſi ſunt, vel perperam ipſa Græca interpretando, vel ſubmotis germanis notha inſuentes. vt in L. 3. ff. de LL. ἐπὶ τὸ πλεῖστον: & in L. obſeruare, de off. proconſ. ἐπιδήμια, καταπλους, μητρόπολις: & L. athletas ff. de his quæ no. infa. βραβευταί. Sub tit. de edil. edi. morborum. Sub tit. de grad. nomina propinquitatis, de verb. ſignificat. omnis generis vocabula Græca occurrunt à iureconſultis citata, in quibus interpretādis ridiculus eſt Accurſius. Vnum proferam è quibus cætera, ſicut leonem ex vnguibus, licebit æſtimare. Parabolanos inquit medicos eſſe ab eo quòd multas parabolas habeant & loquaces ſint: & Archigerontes, ſacerdotes quibus delicta ſua in metallum damnati confiteantur. Atque hæc tanta fiducia ſui profert (tanquam certus ſuarum interpretationum) vt quicquid, quantumuis ineptum, in mentem illi venerit, pro oraculo recipiendum poſtulet: reuera quod à Thucydide dictum, τὴν μὲν ἀμαθίαν θρασεῖς efficere, declarans: quum alibi arrogantius iactare non pudeat, nomen ſibi Accurſio fataliter inditum ab accurrendo iuris tenebris. Equidem affirmare potius auſim, ab accerſendis tenebris nominatum. Sed dicet aliquis, de vocibus iureconſultum, ſicut nec medicum, eſſe ſolicitum, ſi de rebus conſtet. Sed quomodo (obſecro) de rebus conſtare poterit, ſi voces quibus res ſignificantur, non percipias? cui tandem diuinare dabitur germanam legis ſententiam, ſi verba quibus ea conſtet non intelligātur? Annon voces ſunt rerum notæ, ſicut & ſcripta vocis ſunt ſymbola? Quorſum attinet iureconſultos tam anxiè de vocabulorum ſignificatis diſputare? quorſum titulus de verborū ſignificationibus, & de legatis, aliiſque paſſim locis, vbi iureconſulti in legibus & edictis vocum rationes diligentiſſimè explicant. Condonari facilè poterat iureconſultis qui in feliciora ſecula inciderunt, ſi non ita terſè aut etiam Latinè ſcripſerint, quum alioqui in reſpondendo plerique ingenioſi fuiſſe deprehendantur: verùm qui tanta impudentia bona ſtudia corrumpunt atque conſpurcant, quò ſuam ignorantiam tegant, ii per Nemeſim digni ſunt vt à ſtudioſis omnibus lapidibus obruantur, aut certè ſtercore conſpergantur. Eóque maior gratia habenda Budæo, Alciato, ac ſimilibus viris immortali laude dignis, qui hoc Accurſianum nobis ſterquilinium exportant. Quanquam hîc non deſunt qui obganniant, non eſſe has cultiores diſciplinas de pane lucrando: hoc eſt, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα. Certè L. munerum, ff. de muneribus & hono. Arcadii reſponſum declarat, etiam iureconſulto neceſſariam eſſe harum cognitionem: vbi frumenti & olei coemptores, σιτῶναι & ἐλαιέμποροι appellati, à leguleis exploſi, ab eruditis Græcæ linguæ reſtituūtur. Cæterùm hîc de priori iuriſprudentiæ ſeculo. Italia verò & Roma Gothorum irruptione vaſtata, imperiique ſede Conſtantinopolim tranſlata, ipſa ſimul iuriſprudentiæ ſchola eôdem commigrauit: & quum tota Italia atque adeò Latino orbe exularet, in Græcia ſeruata eſt. Imperator autem qui legum exuuias concenturiauit, quanquam analphabetus, tamen quia Græcus ipſe, & in Græcia aulam habebat, ac denique iureconſultis vteretur Græcè quàm Latinè peritioribus, quorum opera leges deſcripſit

& quia ad populi vsum eius regionis leges conderet, necesse fuit promulgare sanctiones ea lingua qua populus vteretur. Roma enim barbarorum incursibus occupata, Beryto terræmotu diruto, sola Constantinopolis & imperii sedes & iurisprudentiæ schola fuit. Hîc à Iustiniano, (vt dixi) Græco principe, Græcæ editæ sunt Nouellæ, hoc est νεαραὶ constitutiones: quas post Pandectarum, Codicis & Institutionum editionem, princeps ille veluti proprias ac absolutũ iuris promptuarium per suos consiliarios componi iusserat, Græcóque sermone vulgarat. Sed pòst in Latinum sermonem translatæ non minus barbarè quàm ineptè, adeò vt sententiam pluribus locis parum assequi queas, hellenismo subolescente. Quum autem alibi Græcum exemplar conseruari dicatur, spes est fore vt propediem in communem studiosorum vsum & magnam reipub. vtilitatem proditurum sit. Iurisprudentia igitur iam in solis Græcorum scholis versante, factum est vt & Pandectæ κατὰ πόδας trãsferrentur in Græcum, & Institutiones, Pandectarum epitome, quò Romanorum ritus peregrinis gentibus declararentur, explicatius & copiosius in Græcã linguam translatas Politianus testatur. Et nos eas è bibliotheca Bessarionis, quæ est Venetiis, exhibitas inspeximus, & loca quædam decerpsimus: futurúmq; speramus vt aut nostra aut aliorum opera Græcum exemplar Latinis scholis illustratum in lucem propediem proditurum sit.

Sed ne diutius vos remorer in iurisconsultorum schola, & veluti in propria arena longius παρεμβαίνειν videar, ad theologiam conscendimus, eámque professionem quæ sacrosancta religionis nobis oracula tradit, atque adeò salutis nostræ summam. Ea verò quum & ipsa Græco vocabulo à verbo Dei appelletur, neque è spinosis quæstionibus, aut vanis sophistarum argutiis, sed ex nouo & veteri instrumento, éque Prophetarum & Apostolorum doctrinis, diuini spiritus dono & inspiratione haustis, reuerenter flagitanda sit: non video quo pacto eam assequaris aut certè pro dignitate tractare, déque ea rectè iudicare possis, si sermonis Græci, quo hæc tradita, rudis sis. Siquidem totum nouum testamentum (quod nobis lætum æternæ redemptionis nuncium exhibet) Græcè ab Apostolis & Euangelistis traditum: quibus reliquiis totus mundus nihil habet venerabilius. Adhæc, vt in Græcia Christiana fides plurimùm propagata, & Christiani primùm appellati, ita theologos nobis præbuit ea regio & scripturæ singulari peritia & eloquentia vitæque sanctimonia commendatos. Nam quos tulit, obsecro, ab Apostolorum temporibus vlla lingua vel ætas, quos cum Basilio, Chrysostomo, Nazianzeno, Eusebio, Origene, Theophylacto, Athanasio, Epiphanio, atque innumeris aliis, iísque grauissimis, Græcis theologis conferas?

Aliquanto pòst.

Porrò quanquam declaratum sit, nullas apud Latinos disciplinas citra Græcarum literarum eruditionem exactè tractari posse: ídque ita clarè commõstratum per omnia Latinorum studiorum genera, vt inficiari nemo possit: tamen non desunt passim in academiis literarum hostes, qui, non dico, mussitent apud se, sed publicis etiam decretis ab his linguis deterreant. Quorsum (inquiunt) hæc studiorum nouatio? quid nobis cum istis linguis, iam plus octingentis annis hîc nõ vsurpatis? & tamen hæc ætas nobis ingentia illa præbuit & theologiæ & aliarum professionũ columina: Thomam, Scotum, Bonauenturam: qui ob singularem in scripturis vel eminentiam, vel perspicaciam, doctores sancti, subtiles, seraphici, irrefragabiles appellati: item Bartholũ, Baldum, Alexandros, Durandos, iuris monarchas. in medicinis, Auerroem, Arnoldum de villa noua: in philosophia, Occam, Buridanum, Tartaretum, atque innumeros alios in sua professione celeberrimos viros, qui Græcas literas nũquã attigerint? *Paulo pòst.* Quod autẽ dicũt hãc linguam esse nouam: quid audio? nouáne hæc lingua? quia ipsi eam non didicerunt? quum Græcam constet ante Latinam fuisse, & qua omnes disciplinas traditas, ádque Latinos velut è fonte deriuatas, suprà satis demonstratum arbitror. Certè constat, hanc à nostris olim vsurpatam, & ante bis mille annos Celtas & Germanos hac lingua vsos, cùm in reliquis ferè rebus, tum priuatis rationibus & tabulis, Cæsar ostendit Comment. belli Gallici. Nihil olim apud Romanos referebat, Græcéne an Latinè loquereris, quum Romanorum literæ in fastigio essent: & Claudius Cæsar vtranque linguam, nostram appellare solebat: qui & ipse Romanus Græcas scripserit historias, quas citat Steph. περὶ πόλεων Imò & Romæ natos, neque Italiam egressos, Græca monumenta reliquisse. Adde, Gallos & Germanos hac lingua non modò in scholis, sed publicis administrationibus vsos: vt de Carolo & Friderico Impp. Inque nostra lingua tam multa eius linguæ vestigia extare, suprà admonitum. Et hinc est quòd Quintilianus (qui viginti annis iuuentuti instituẽdæ præfuit) Græca cum Latinis non solùm cõiungenda censuit, sed à Græcis etiam auspicari. quem morem sua ætate durasse, T. Liuius lib. 9. ab vrbe, narrat. Et Pontifices atque Imperatores huc respexerunt, quum decretis, priuilegiis ac stipendiis harum linguarum professores in publicis scholis instituerunt. Porrò quòd ætas hæc aliquot seculorum præclara tulerit ingenia ex omni scientiarum genere, non diffiteor: attamen longè futuros absolutiores si in feliciora secula incidissent, & huius linguæ præsidio adiuti fuissent. Ne-

gare enim non possum* quin plerique fœdè huius inopia lapsi sint: & haud dubiè longè rectius & elegantius sua quique scripta tradidissent, si Græcorum literis exornati fuissent.

Paulo pòst.

Sunt & alterius classis harũ literarũ impugnatores Suffeni, qui etsi scioli & rhetoricastri videri velint, & Latinæ linguæ deos se existimantes: id inde est quia vident huius linguæ peritos præferri, literásq; felicius tractare: vulpeculæ instar AEsopicæ, quæ, quum pira in arbore assequi non poterat, insipida cauillabatur. ad eundem modum & his literis destituti, & tamen eruditulí videri volentes, vndecunque sugillandi captant occasionem: acutè se & valde salsè impetiisse studia rati, quoties vel Græculos esuriẽtes per contumeliam appellent: vel illud ζωὴ καὶ ψυχή, ex poeta, in Græcorum mores iactent. Mirum autem quàm sibi Ciceroniani videantur, quando illas ex oratione pro L. Flacco calumniæ tabellas proferunt. Cæterùm donemus, quod Cicero testatur, Græciam à veteri illa, quæ gloria, opibus & imperio floruerit, degenerasse: fuerintq;, seruiente Græcia, tales aliquot Græculi, vel leues, vel turpiter quibuslibet quæstibus expositi, quales taxat poeta, & Lucianus notat in libello περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: an ex illis decet vniuersam gentem æstimare, aut linguam execrari tam multis modis vtilem? Peruersum per Nemesin certè iudicium. Quin pro his producunt Agesilaos, Socrates, Phociones, Aristides, & innumeros alios, vitæ continentia morúmque grauitate insignes: & totidẽ quot apud Romanos, qualescunque virtutes spectes: adeò vt Plutarchus in παραλλήλοις non dubitauerit cum Romanis præstantissimis Græcos modò & virtute non inferiores opponere. Quòd si paulatim veterum morum seueritas vnà cum imperio declinauerit, vt est rerum vicissitudo, vt nihil vsquam stabile: quid mirum? quum idem hodie liceat cùm in aliis gentibus tum in Romanis desiderare, si cum veteribus componas.

Paulo pòst.

Quòd si Græcis voces sunt ad quamlibet rem significandam, etiam parũ pudicam, appositæ, sunt in eadem lingua quæ sacrosancta mysteria eadem dexteritate exprimant. Quare non vitium hoc, sed laus est linguæ, posse significanter & viuam rem exprimere. quo dono siquis abutatur, id non linguæ sed abutentis vitium. Quòd si ea omnia abiicienda essent quæ in abusum rapi possunt, ipsa elementa tollere è medio necesse foret. Neque Græci solùm blandientibus verbis vtuntur, verumetiam Latini Corculum meum & suauium, animula vagula, blandula, dixere. Quòd siquis re per se non inhonesta malè ad obscœnitatem abutatur, impuri hominis, non linguæ, morbus est. Romanis antiquam seueritatem obtinentibus, Græcorum elegantia, luxus videbatur: nunc mirum si Cicero, Græcis alioqui parum popularis, quò causam suam, hoc est Latinæ linguæ eminentiam, commendatiorem redderet, Græcorum fidem morésque eleuarit apud suum populum, quo nullum numen præsentius duceret, palpando, atq; linguam, cuius ipse princeps fuit, velut simia suos catulos foueret? Non immeritò repetundarum (vt testatur Hieronymus) atque adeò ingratitudinis à Græcis accusatus Cicero: quum ipse fateatur præclara illa ingenii ornamenta, philosophiam & oratoriam facultatem, à Græcis accepisse, atque Athenas inuentrices vocet omnium doctrinarum: in quibus summa dicendi vis & inuenta & perfecta sit: neq; quenquã vel in philosophia vel alio quouis eruditionis genere citra hasce literas posse quicquam laude dignũ præstare. Cuius rei fidem maiorem facit, quòd filium, quem vnicè diligebat, Athenas miserit, vt suo exemplo Græca cum Latinis coniungeret: idque non in philosophia solùm, sed in dicendi quoque exercitatione. Vnde satis liquet, Ciceronem in hac causa perinde atq; in aliis quibusdam, non ex animo sed contra conscientiæ testimoniũ pleraque scripsisse. Neque dubium quin si Græcæ linguæ, vti Latinæ & à se illustratæ, patrociniũ suscepisset, aliis vsus fuisset argumentis, & diuersa longè protulisset. Verumenimuero quum Latinam, etiam (si diis placet) Græca locupletiorem facere contendat, & ostendere, Græcos voce qua inepti significatio exprimatur, carere: hìc quàm fuerit æquus, facilè intelligunt qui Græcè norunt: quum eam significationem non semel exprimant, & vocabulis oppidò quàm appositis. Id quod eruditè simul & copiosè declarat vtriusque linguæ antistes Guilelmus Budęus. Quòd si donetur Gręcos eo vocabulo carere, non tamen ex hoc protinus conuinceretur, Græcam linguam ieiunam esse, & Latinam Gręca copiosiorem: si expendamus quàm multa sint quæ quũ Latinè dici cõmodè non queant, Græcis vocibus efferimus: vt liquidius antè demonstratum.

Paulo pòst.

Iacebant logicę disciplinæ cũ mathematicis: philosophia omnis obscurata, hac lingua semel sublata: medicina cum iurisprudentia, poetica simul & historica: breuiter omnes disciplinæ & monimenta ingeniorũ sic barbarorum commentis conspurcata fuerant, vt, nisi hæc lingua reuixisset, ad solidã eruditionem perueniendi nulla spes affulgeret. &c.

THESAVRI
linguæ Græcæ,
ab Henr. Stephano constructi,

TOMVS I.

Digitized by Google

THESAVRVS linguæ Græcæ, ab Hērico Stephano cōstructus.

Ἄλφα A Α λ α α

A PRIMA AB Græcorum literæ nota est, cui nomen Ἄλφα, quod à prima Hebræorũ litera mutuatur, אלף, quãuis enim tria hæc elemẽta אלף sonent *Aleph*, sequendo ea quæ ף pe finali subscribuntur puncta, siquis tamen voluerit pro arbitrio alia subscribere, poterit alios etiã sonos literis illis dare, ex quibus sit & hic, *Alpha*. Hanc autem alioqui tam manifestam & planè indubitatam deriuationem ignorantes grammatici, Ἄλφα à verbo ἄλφω originem habere tradiderunt, quum contrà vo- B cem hanc ex illa oriundam dicere, rationi magis consentaneũ videri potuisset. vt infrà docebo. Itidem certè elementũ secundum Βῆτα ex Hebraico בית *Beth*, manasse perspicuum est: nec de hac deriuatione ambigent ii præsertim qui qualis fuerit olim τοῦ η sonus, nouerint.

Ἄλφα, præter figuras quas illi in fronte huius paginæ dedi, habet & alias quasdam in manuscriptis libris vetustioribus: quarum vna partim ad Hebraici א, partim ad Latini a formam accedit: vt aliquãdo (Deo fauente) in meo de calligraphia Græca libro videbis. Sed C vsus illius est in iis potissimum locis quibus typographi literas quas maiusculas appellant, adhibere consueuerunt.

Ἄλφα cur primam inter στοιχεῖα, id est elementa, sedem obtinuisse existimatum sit, tunc dicendum erit quum de illa à verbo ἄλφω origine disseretur: quæ si fabulosa est, (vt certe est) simul & illi rationi vel potius illis rationibus fidem derogemus necesse est.

Ἄλφα vnum est ex illis elementis quæ nomẽ suum apud omnes Græcas dialectos immutatum retinue- D runt, quum aliquæ nonnulla ex cæteris immutauerint. Nam ex Γάμμα Iones Γέμμα, ex Κάππα quidam Κόππα fecerunt: vnde putatur esse κοππατίας dictus quidam equus apud Aristoph. ab impresso videlicet illi κόππα. Nonnullis maior etiam mutatio contigit: vt τῷ Σῖγμα, quod Dores Σὰν appellarunt. Μῦ autem à Democrito vocatum fuisse traditur Μῶ, eadem forma qua Ρῶ.

Ἄλφα indeclinabile est, sicut Βῆτα, & reliqua etiam, vno aut duobus exceptis. Perperam enim Priscianus E de omnibus elementorum tam apud Græcos quàm Latinos nominibus pronuntiauit, ea esse indeclinabilia. Et sunt indeclinabilia (inquit) tam apud Græcos elementorum nomina quàm apud Latinos: siue quòd A à barbaris inuenta dicuntur: siue quòd simplicia hæc & stabilia esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinæ immobile: siue quòd nec aliter apud Latinos poterat esse, &c. Debuit certè ex hoc indeclinabilium numero Σῖγμα saltem excipere Priscianus, quod habere genitiuum singularem Σίγματος, pluralẽ Σιγμάτων apud Platonem comicum, nominatiuum & accus. Σίγματα apud Xenophontem, alibi ostendam: vbi & de vocibus agam quæ ex elementorum nominibus factæ fuerunt: cuiusmodi sunt ex hoc Σῖγμα istæ, Σιγματοειδὴς siue Σιγμοειδὴς, Ἄσιγμος, (ex quo vox Ἀσιγμοποιεῖν) item B Πολύσιγμος. Præter istud autem nomen elementi Σῖγμα, debuit fortassis & Γάμμα excipere. nam & hoc declinatum inuenisse mihi videor. Sed donec exemplum suppetat, in dubio relinquatur. Hoc addo, articulos præfixos reliquis elementorum nominibus indeclinabilibus (sicut & aliis quibuslibet vocabulis quæ indeclinabilia sunt) veluti declinationis loco esse. Dicitur enim τὸ ἄλφα, τοῦ ἄλφα, τῷ ἄλφα: itidémque in plurali, τὰ ἄλφα, τῶν ἄλφα, τοῖς ἄλφα. Eodem modo τὸ C Βῆτα, τοῦ Βῆτα, &c. Semper autem præfigitur neutrius generis articulus, quòd & γράμμα & στοιχεῖον (quæ literam & elementum significant) neutrius generis sint. Possunt tamen hunc articulorum vsum præstare & alia vocabula illis præfixa: veluti quum dicitur in prouerbio, τρία κάππα κάκιστα.

Ἄλφα numero declarando adhibetur, & primum significat, sicut Βῆτα secundum, Γάμμα tertium, itidémque in cæteris. Sed quadam velut prærogatiua in isto literarum vsu libri Homerici donati fuerunt. D Primus enim liber Iliadis siue Odysseæ, vocatus fuit Ἄλφα, secundus Βῆτα, tertius Γάμμα, atque ita deinceps. existimantúrque harum appellationum autores fuisse veteres grammatici, ac nominatim Aristarchus. Hunc autem istorum elementorum vsum videmus in versibus singulis qui libris illis præfixi sunt, & ἐπιγραφαὶ vocantur, id est inscriptiones, seu tituli: quòd singulis singulorum argumentum continetur. Verbi gratia: libro primo, Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων. Libro secundo, Βῆτα δ' ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν. E Iuncto deinde vnicuique horum nominum substantiuo dicitur ἡ ἄλφα ῥαψῳδία, (addendo aut subaudiendo τῆς Ἰλιάδος, siue τῆς Ὀδυσσείας) itidémque in genitiuo, τῆς ἄλφα ῥαψῳδίας: eodémque modo cum Βῆτα, cum Γάμμα, cæterísque omnibus

pergendo videlicet illud substantiuum & per reliquos casus declinare. Legimus porro & alii substantiuo iuncta hæc nomina apud Eustathium, dicentem & τὸ ἄλφα τμῆμα, τοῦ ἄλφα τμήματος, & ita deinceps. Vocaturque τμῆμα vnusquisque liber, respiciendo ad totum poema, quod est velut σῶμα. Sed an Eustathius hanc vocem τμῆμα in ista significatione aliunde, an à se afferat, non satis liquet. Quamuis autem hîc scribat veteres grammaticos οὕτω τιμῆσαι τὴν Ὁμηρικὴν ποίησιν τῇ προσθέσει τῶν στοιχειωδῶν γραμμάτων, idem tamen & à quibusdam philosophis in suorum librorum inscriptionibus factitatum fuisse testatur. Addit idem, hanc ob causam libros Homericos γράμματα etiam fuisse vocatos, sicut Ἄλφα, Βῆτα, & reliqua hoc nomine appellãtur. Vbi quamuis singularis numeri mentionem nullam faciat, non dubito tamen quin & sigillatim vnusquisque liber γράμμα dictus fuerit, addita numerali appellatione: hoc modo, τὸ πρῶτον γράμμα, τὸ δεύτερον γράμμα, & ita deinceps. Ex his patet quousque extendi debeat quod de Ἄλφα, cæterisque elementorum appellationib⁹ dixi, nimirum numero declarando adhiberi. Alioqui enim passim hoc declarandi numeri officio funguntur per se ipsorum elementorum notæ. Significat enim α primum, vel primam, β secundũ vel secundam, & ita deinceps. Sed ad discernendas ab aliis has literas, quum numerales sunt, seu numeratiuæ, (si ita loqui licet) lineolã illis quidam superposuerunt, alii accentum acutum: quidam cum lineola literas quibus terminatur ipsa numeri appellatio addiderunt: pro πρώτης scribentes α habens supernè lineolam cui affixa esset syllaba ης, & quidem minutiore scripturæ genere scripta: pro πρώτου, scribentes α habens supernè lineolam quæ affixam haberet syllabam ου cum accentu: pro πρώτῳ, α habens supernè lineolam cui affixa esset litera ῳ, cum accentu itidem. Quorum compendiorum (ita enim compendiariæ notæ vocari cõpendiariè possunt) formas margini apposui. Eadem est autem & accusatiui πρῶτον ratio. scribitur enim litera α, cui superponitur lineola affixam habens syllabam ον. Quinetiam in scribendo fœminino πρώτη & neutro πρῶτον idẽ mos seruatur. Hac autem de re monẽdum te eam præsertim ob causam existimaui quòd sciam à nonnullis ignoratam, vetera exemplaria legentibus, negotium illis exhibuisse.

—ης α —ου α —ῳ α

Ἄλφα penulatorum, Βῆτα togatorum iocose dixit Martialis, pro eo quod est, Primum locum tenens inter penulatos, secundum locum inter togatos obtinens. vt videlicet inter literas Alpha, primum, Beta secundum locum habet. Erasmus ἄλφα penulatorum exponit præcipuum & quasi primatem. Ego, vt ἄλφα penulatorum, primarium penulatorum, ita etiam βῆτα togatorum, secundarium togatorum (si modò secundarius ita vsurpari posset) exponendum censerem. Scazontes Martialis in quibus ita lusit, sunt isti, lib. 5, Quòd Alpha dixi Codre penulatorum Te nuper, aliqua quum iocarer in charta, Si fortè bilem mouit hic tibi versus, Dicas licebit Beta me togatorum. Talem iocum, aut certè talem ioci formam habet distichum hoc lib. 1, Si tibi Mistyllus coquus Æmiliane vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi? Quum enim vtraque harum appellationum ex Homerico isto versu sumpta sit, qui non semel apud eum legitur, Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν: ita iocatur poeta, Si tu ex primo versus Homerici vocabulo, μίστυλλον coquo tuo nomen imponere tibi permittis, cur mihi ex sequentibus vocabulis τ' ἄρα τἆλλα nomen ei dare non licebit? Sic in præcedente epigrammate, Si te nomine primæ Græcorum literæ appellaui, tu me vicissim nomine secundæ appellato. Scio tamen quibusdam videri aliquid maioris argutiæ his versibus subesse: sed vereor ne nimis arguti esse velint.

Ἄλφα καὶ Βῆτα, Alphabetum, vt vulgò loquimur. Iuuen. Sat. 14, Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ. Aratus autem apud Stephanum, & Anthol. epigramm. lib. 1, pag. 164, meæ editionis, inuerso propter metrum ordine dixit, Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. id est, Gargarensium liberos elementa docens, seu prima elementa. Hinc est factum pulchra compositione VOCAB. Ἀναλφάβητος, ου, ὁ & ἡ, Qui ne alpha quidem ac beta nouit, Omnino illiteratus, Adeo literarum rudis, vt ne ipsa quidem earum elementa habeat cognita. Gallicè ad verbum, *Qui ne scait ni A ni B*. Quidã interpr. ex Seneca, Qui nec elemẽtarius fuit. Sed in hac interpretatione alius dabitur vsus voci Elementarius quàm habeat apud ipsum Senecam, epist. 36. Fuerit enim Elementarius, qui doctus est elementa, seu institutus est in elementis, Qui elementa didicit: quum Senecæ Elementarius is sit qui elementa docetur, seu discit. Locus enim in quo voce illa vtitur, est hic, Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis & ridicula res est elementarius senex: iuueni parandum, seni vtendum est. Cæterùm afferunt hanc vocem & vulgaria lexica, sed nullius scriptoris vsu eam comprobant: vti tamen illa Athenæum sciendum est, lib. 4, vbi scribit, ὡς [κιθαρῳδίας] καὶ ὁ ἀπλειστὸς παρ' ἡμῖν ἰδιώτης, προσέτι τε καὶ ἀναλφάβητος, οὕτως ἐστὶ συνήθης ὡς ταχέα ἐλέγχειν τὰ περὶ τὰς κρούσεις ἁμαρτήματα γινόμενα.

Ἄλφα καὶ Ω μέγα quo sensu vsurpentur in Apocalypsi, dicetur in litera Ω.

Ἄλφα (vt ad alteram illam deriuationem veniam, de qua, licet vana, dicturum me promisi) deductum esse à verbo Ἀλφῶ, significante Inuenio, testatur Etymologus: eam ob causam quòd prima literarum inuenta fuerit. Moschopulus quoque (sicut & alii nonnulli) Ἄλφα vult ab Ἀλφῶ habere originem, sed aliam ob rationem: quòd nimirum ex Ἄλφα primo elemento inuenta fuerint & cætera. Eius enim in sua grammatica (eam dico quæ nondum excusa fuit) hæc sunt verba, Ἄλφα παρὰ τὸ ἀλφῶ τὸ εὑρίσκω. ἐξ αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα. At Euripidis scholiastes contra vult Ἀλφαίνω (idem significans quod Ἀλφῶ) ab Ἄλφα ortum habere. Ego verò non quidem Ἀλφαίνω, sed Ἀλφῶ, ex quo deinde factum illud fuit, ex Ἄλφα oriundum esse arbitror. Quum enim literarum inuentio, quarum prima est Ἄλφα, supra quamuis aliam celebrata & nobilitata fuerit, eos qui nomen primæ illius literæ audirent, inuentionis omnium recordari solitos, (vt ii qui Ἄλφα καὶ Βῆτα vocabant quod vulgò alphabetũ dicitur, sub duabus illis Ἄλφα καὶ Βῆτα omnes comprehendebant) hinc tandem verbum Ἀλφῶ deduxisse, non absimile vero esse videtur. Quod meum commentum tamen non ita mihi placet vt aliud probabilius non desiderem. Sed qualecunque illud est, plus fidei saltem mereri existimo quàm duo illa quibus deriuationis literæ Ἄλφα à verbo Ἀλφῶ ratio redditur. Vt enim demus (quod dandum non est) Ἄλφα non esse ab Hebraico אלף, sed aliam ei quærendam esse originem, nõ video quomodo rationi consentanea loquatur qui dicit Ἄλφα esse ab Ἀλφῶ, quòd primum omnium elementorum inuentum fuerit. quod enim secundum est, inuentum & ipsum fuit: itidémque quod tertium, atque ita deinceps. Nec video quomodo excusari commentum istud possit, nisi (si hîc iocari licet) prouerbii valde triti autoritate defendatur, quo dimidium facti habere dicitur qui cœpit. At causam quam Moschopulus reddit, quo patrocinio tuebimur? Ἄλφα, inquit, ab ἀλφῶ, significante Inuenio: quoniam ex eo & cætera elementa inuenta fuerunt. Hoc certè si verum est, si inquam primæ literæ inuentio cæterarum inuentionem præbuerit, consentaneum id quoque veteri illi prouerbio esse respondebimus. Sed vereor ne potius ipse Cadmus nobis sit aduocandus si scire velimus quomodo ex prima litera cæteras inuenerit.

Ἄλφα primo loco positum à Cadmo (nam & hæc commenta me commemoraturum sum pollicitus, quamuis ipsa quoque, stante vera illa literæ Ἄλφα deriuatione, concidant) censet Ammonius, apud Plut. Sympos. 9, quòd Phœnices Ἄλφα nominent bouẽ: cui

quidem non secundus aut tertius, iuxta Hesiodum, sed A primus inter necessarias res locus debeatur. Moschopulus autem primam sedẽ obtinuisse illud tradit quòd à seipso incipiat pariter & desinat: quum elementa cætera à seipsis inchoentur, sed non itidem finiantur.

Quos vsus habeat α præfixum vocabulis.

A στερητικὸν in quibusdam vocabulis, in nonnullis contrà ἐπιτατικὸν, in quibusdam ἀθροιστικὸν à grammaticis appellatur. Præfixum enim illis per compositionem (loquor autem de nominibus præsertim) & hos & alios quoque vsus habet. Occurrit autem frequenter στερητικὸν, id est priuatiuum, seu priuandi vim obtinens: (quẽadmodum apud Latinos frequenter particula In, nonnunquam De, vel Ex: interdum verò itidem hæc ipsa litera, vt in Amens & Auius) Exemplo sunt, βέβαιος, Stabilis: ἀβέβαιος, Instabilis. Sic σοφὸς, Sapiens, Doctus, Scitus: ἄσοφος, Insipiẽs, (si, exempli causa, sic interpretari liceat) Indoctus, Inscitus. Sic κακὸς, Malus: ἄκακος, Minimè malus. Item, ἡδὺς, Iucũdus: ἀηδὴς, Iniucundus. (In quo obserua obiter, accedente per compositionem α, mutari scripturam, verso υ in η. quod in alijs quoque nonnullis vsuueuit. Hoc autem ignorans aliquis mendosam scripturam esse putet) Sed quum vocabulum cui α præfigitur, à vocali initium habet, inter ipsum & sequentem vocalem interiicitur ν, euphoniæ gratia. vt ἄξιος, Dignus: ἀνάξιος, Indignus. ἴσος, Æqualis: ἄνισος, Inæqualis. ἐραστὸς, Amabilis: ἀνέραστος, Inamabilis. Quinetiam in illis quæ ex substantiuis fiunt, vt ἀνόλβιος, ex ὄλβος: ἀνίππος, ex ἵππος. Excipiuntur quædam: non tamẽ quæ reiicere literam ν dicenda sint, (vt vulgò tradunt) sed potius ea posse carere, posse etiam illam admittere. Nam hæc quæ in exemplum afferuntur, ab ο incipientia, Ἄοσμος, Ἄοικος, Ἄοζος, minimè reiiciunt ν: quum alicubi quidem hanc scripturam habeant, alicubi verò & istam cum ν, Ἀνόσμος, Ἄνοικος, Ἄνοζος. His autem addo Ἄυλος: pro quo reperiri itidem & Ἄναυλος cum ν, dico. Aliquando autem hæc litera eodem officio fungens opponitur particulæ εὖ. vt quum dicitur εὔμορφος, Formosus: ἄμορφος, Deformis. Itidémque, εὔχαρις, Venustus, Lepidus: ἄχαρις, Inuenustus, Illepidus. Atque hæc quidem, sicut & præcedentia, ex adiectiuis adiectiua fiunt: verùm ex substantiuis quoque adiectiua fieri quædam sciẽdum est. vt ex νοῦς substantiuo, quod est Mens, fit adiectiuum ἄνους, Amens. (Vbi obserua quomodo Latini in cõponenda voce ista Amẽs, exemplar Græcæ ἄνους sibi proposuisse videatur, vel potius proposuerint. Vtrobiq; enim vna eademq; litera vim eandem, nimirũ priuãdi, obtinet: vtrobique substantiuũ nomen in adiectiuum absq; vlla mutatione transit) Itidẽ ex substãtiuo νόσος, Morbus, fit adiect. ἄνοσος, Morbo carens, Morbi expers. Eodẽmq; modo ex substantiuo γάμος quo Nuptiæ significantur, fit adiectiuum ἄγαμος, Nuptiarum expers. Pariter ex substãt. πόνος, quo significatur Labor, fit ἄπονος, id est Illaboriosus. Et in his quidem quatuor adiectiuis, sicut & in alijs plerisque, integrum atque immutatum retinetur substantiuum: sed sunt etiã quamplurima in quibus adiectiuum aliam terminationem accipit. Sic ex substãtiuo φρὴν, quod & ipsum mentem significat, fit adiectiuum ἄφρων, quo itidem declaratur Amens, Insipiens. Ex substantiuo κέρδος quod est Quæstus seu Lucrum, fit ἀκερδὴς, Inquæstuosus, Illucrosus. (hæc enim aliquando dicta fuisse aut putemus aut certè fingamus) Ex substantiuo βουλὴ, quod est Consilium, fit ἄβουλος, Consilio carens, Inconsultus. Ex substant. χαρὰ fit ἄχαρις: ex γνώμη, ἀγνώμων: ex αἰκὼν, ἀέκοντος: (vbi obserua etiam mutationem vocalis) ex χάμμα, ἀχάμματος: ex αἷμα, ἀναίμακτος, & ἄναιμος, & ἀναίμων: id est Exanguis, particula Ex στέρησιν indicante.

A est στερητικὸν non solùm in eiusmodi nominibus H qualia sunt præcedentia adiectiua, quæ vel ex alijs adiectiuis itidem, vel ex substantiuis (aut cum mutatione, aut citra mutationem) sunt facta: verumetiam in quamplurimis eorum quæ verbalia dicuntur. Cuiusmodi sunt, φθαρτὸς, Corruptibilis: ἄφθαρτος, Incorruptibilis. Sic τρεπτὸς, Mutabilis: ἄτρεπτος, Immutabilis. Sic λυτὸς, Solubilis: ἄλυτος, Insolubilis. Sic κλητὸς, Vocatus: ἄκλητος, Inuocatus. id est Non vocatus. Sic πλαστὸς, Fictus: ἄπλαστος, Non fictus. Sic βαπτὸς, Tinctus: ἄβαπτος, Non tinctus. Iam verò & non præcedente simplici reperitur sæpe compositum verbalis formam habens: id est, cui per compositionem hoc στερητικὸν α præfixum est. Talia sunt, Ἄηττος, Ἀτίνακτος, Ἀνάλωτος, Ἀβασάνιστος, Ἀβασίλευτος, Ἀγύμναστος, Ἀδάκνωτος, Ἄδραστος, Ἀμίαντος, Ἀμάλωτος, aliáque propè innumera. Horum certè vix vllum esse puto quod absque isto priuatiuo α inueniatur: nec memini me vel Ἡττητὸς, vel Νικητὸς, vel Κολαστὸς, vel Βασανιστὸς, vel Βασιλευτὸς, vel Γυμναστὸς, vel aliud ex sequentibus legere: sed dicitur potius Ἡττημένος, Νενικημένος, Βεβασανισμένος, Βεβασιλευμένος, vel Βασιλευόμενος, Γεγυμνασμένος, itidemq; in cæteris. Præfigitur porro α istud priuatiuum iis etiam quæ non simplicia sed cum præpositione sunt composita. Cuiusmodi est Ἀδιάπτωτος, (& quidem non præcedente Διάπτωτος, sicut alteram vocem Ἄπτωτος antecedit Πτωτὸς) cuiusmodi etiam est Ἀπρόσιτος, Ἀνέγκλητος, Ἀδιήγητος. Deniq; & iis quæ bicomposita sunt (liceat enim mihi meis verbis breuitatis causa vti) præfigitur α στερητικὸν. qualia sunt, Ἀδιέξοδος, Ἀδιεξίτητος, Ἀδιεξήγητος, Ἀδιεκδίκητος, Ἀνεπαναπόδοτος. Et hæc quidem omnia quibus α στερητικὸν præfixum est, verbalium formam habent ex præterito passiuo formatorum, nimirum ex tertia eius persona singulari: sed inueniri sciendum est præfixum nõnullis etiam nominibus quæ & ipsa originem à verbis sed aliam tamen formam atque adeo formationem habent. Cuius generis est ἄαπτος apud poetas. Sed vereor ne ista subtilius persequi sit infinitum.

A est στερητικὸν in multis etiam verbis, sed ita vt prius præfixum fuerit nominibus vnde fiũt. Exemplo sunt, Ἀδοξῶ, Ἀπορῶ, Ἀχαριστῶ, Ἀγνωμονῶ: necnon passiuæ horum voces Ἀδοξοῦμαι, Ἀποροῦμαι, Ἀγνωμονεῦμαι: (omitto Ἀχαριστοῦμαι, quòd nullum eius vsum extare existimem) præcedentibus nominibus Ἄδοξος, Ἄπορος, Ἀχάριστος, Ἀγνώμων. Nonnunquã compositis etiam verbis præfigitur, veluti in Ἀναξιοπαθῶ, quod fit ex Ἀνάξιος. Sed de hoc admonẽdus mihi est lector, contingere nonnunquam vt verbum nominis significationem non sequatur. Ecce enim ἄβουλος quod consilio carentem seu inconsultum ac minimè circunspectum significat: ecce Ἀβουλῶ, quo declaratur Nolo non semel à Platone, itidémque à Demosthene. Cuius autoritas facit vt eo magis Suidæ fides derogetur, scribẽti, Ἀβουλεῖν, μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, Πλάτων. In iis certè exemplis quæ ex hoc scriptore deprompta inueniés, aliisq; aliquot quæ depromi possunt, non illam sed hanc significationem apertè obtinet. Cæterùm quum talia sint verba quibus α στερητικὸν præfigitur, ex nominibus præfixum itidem illud habentibus facta, non possum quin valde mirer participium ἀμορφούμενος, quod apud Eustathiũ legitur. Esse enim verbi ἀμορφοῦμαι, clarum est: at quo exemplo id dictum fuerit aut dici potuerit, cogitare nequeo. Nam si ex ἄμορφος verbum ἀμορφῶ (præcedat enim hæc vox actiua passiuam illã ἀμορφοῦμαι necesse est) facere possumus, quidni vicissim ἀμορφόω ex εὔμορφος, quidni & alia ex aliis itidẽ facere licebit? Si tamen Eustathiũ aliquis non sine exẽplo vocẽ illam vsurpasse existimat, eam & ipse vsurpare non dubitet: sed ego crediderim potius eum hic quod & aliis plerisque locis, in vocabulis etiam contra analogiam fingendis sibi permisisse.

A geminatum in quorũdam nominum principio, στερητικὸν est in posteriore loco, quũ in priore significationi vim addat. Cuius vsus exemplum proferam vbi de α quod ἐπιτατικὸν appellatur disseram.

A in ἄλοιπος quoque & in ἄλοχος est στερητικὸν, si Porphyrio credimus: quum pro ὁμοῦ in vocibus illis poni vulgò credatur. Qua de re plura dicam infrà.

A non omnino στερητικὸν, & ex toto (vt ita dicam) sed ex parte duntaxat esse censetur in quibusdam vo-

cabulis: vtpote in quibus ὀλίγον significet. sicut in nomine ἀμαθής. Hoc enim interdum sonare ὀλιγομαθής testatur etiam Eustath. Atque ita ἀμαθὴς non solùm erit Indoctus, sed interdum Parum doctus. Idem ἀκέφαλον eodem modo pro βραχυκέφαλον dictum testatur.

Tale est & α quod μικρὸν indicat: vt ἄφωνος dicitur interdum sonare μικρόφωνος. Ad hunc autem locũ pertinere mihi videtur & illud α quod significationẽ particulæ δυς obtinere existimatur. vt in ἄβατος, pro δύσβατος, & ἀπέραντος pro δυσπέρατος, item ἀδάμας quasi ὁ δυσδάμαστος, si scholiastæ Hesiodi credimus. Ad ἄβατος quidem quod attinet, sicut quum propriè Inaccessus significet, sonat interdum Accessu difficilis: ita etiam Latinè Auius locus, quũ propriè sit Ad quem nulla est via, interdum de illo dicitur ad quẽ difficilis patet via.

A in vna eadémque voce interdum στερητικὸν est, interdum κακὸν significat: vt docebo in nomine ἀκερδής.

A ὑπερστερητικὸν, non simpliciter στερητικὸν, vocatur à grammaticis in voce ἀάατος. Homer. Iliad. ξ, Ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ. in quem locum hæc Eustath. annotat, Vocabulum ἀάατον tribus α profertur, quorum duo sunt στερητικά. ideóque ὑπερστερητικὸν vocatur ab antiquis, tanquam geminans στέρησιν. Est autem secundum, στερητικὸν vocis ἄτη: at primum hanc στέρησιν tollit. Vnde ἀάατον est τὸ μὴ στεροῦν ἄτης τοὺς ἐπιορκοῦντας, sed quod maximè causam affert ἄτης. Tale est Ἀνάπηρος, & in Odyssea Ἀνάπυστα. Nam Ἄπηρος est ὁ μὴ ἔχων πήρωσιν at verò Ἀνάπηρος dicitur ὁ ἐστερημένος τῆς τοιαύτης στερήσεως. Itidémque Ἄπυστος est ὁ στερηθεὶς τοῦ ἀκουσθῆναι: at Ἀνάπυστος est ὁ ἀκουσθείς, nimirum στερηθεὶς τῆς τοῦ ἀπύστου στερήσεως. Obserua autem obiter vsum huius NOMINIS Ὑπερστερητικόν: quo fuisse appellatum vocabulum illud ἀάατον innuere videtur Eustath. quum dicit geminare στέρησιν: sed α quod στέρησιν tollit, meritò dicetur ὑπερστερητικὸν, tanquam sua στέρησει illam στέρησιν transcendens & exuperans.

Hactenus de α priuandi vim habente. Quot enim modis eam obtineat, multo hìc à me exactius & fusius quàm alibi vsquam traditum habes. Duo his addenda sunt, de spiritu nimirum quem accipit, quum hoc officio fungitur, itémque de quantitate eius syllabica. Sciendum est igitur α στερητικὸν tenuem spiritum accipere, vt videre est in præcedentibus ἄσοφος, ἄλοβος, ἀτρεμέος, aliísque infinitis: sed duo à grammaticis excipi, videlicet ᾅδης & ἅλυσις. nam & quod his duobus nominibus præfixum est α, volunt esse στερητικόν: licet non ita præfigatur vt in præcedentibus, sed maiori cum mutatione. Sed considerandum est, ex nomine POETICO Ἀΐδης factum esse hoc ᾅδης, in quo ἀΐδης manifestior est illius α στερητικοῦ vsus, præfixi videlicet verbo ἰδεῖν, quod est vidêre: quoniam illo nomine Orcus, (qui locus est noctis profundæ Maroni: vocarique tenebrosus ac niger à cæteris poetis consueuit) significatur. Verùm de hac deriuatione quidam grãmatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Placet enim quibusdam ab ἥδω deductum esse, per antiphrasin hunc locum, quem Latini Orcum appellant: sicut ETIAM Χάρων, qui ianitor necnon portitor Orci à Virgilio vocatur, per antiphrasin nomine isto donatus fuit. Sunt verò & qui ab ἅω factum esse contendant: sed hanc deductionem sequẽdo, eandem spiritus mutationem fateri necesse foret. Quam certè & ipse admitto, illi à verbo ἰδεῖν deductioni vt aliis simpliciori acquiescens. Alterius autem nominis Ἅλυσις deductionem minus controuersam esse puto, à verbo λύειν videlicet, seu verbali eius λύσις, præfixo α illo priuatiuo: vt videlicet catena dicta sit ἅλυσις, ex eo quòd constrictum aliquem teneat ita vt solui non possit. Nunc quod ad quantitatem syllabicam huius α στερητικοῦ attinet, corripi certè ipsum multi passim poetarum loci ostendunt: sed annotatur excipiendum esse ἀθάνατος, quippe quod metri gratia, vel potius, vt metrum heroicum ingredi possit, productam primam habet. Huic autem addo ἀκάματος & ἀπέραντος, de quibus idem planè dicendum est. Sed pro ἀπέραντος quibusdam ἀπείρατος ad producendũ α scribere placuit.

A Est contrà ἐπιτατικὸν in quibusdam vocabulis: quod sonat quasi dicas intensiuum: id est, intendens significationem vocis cui præfigitur, & vim ei addẽs. Hoc porro fit interdum magnitudinem, interdum multitudinem denotando: id est, significãdo τὸ μέγα, vel τὸ πολύ, vt grammatici loquũtur. Magnitudinẽ denotare existimat Hesych. in voce Ἀχαιΐς, quũ dicitur ἀχαιΐς πέλαγος: multitudinem in Ἄξυλος, quum ὕλη appellatur ἄξυλος. Sic NOMEN Ἀχυίνετον vult Nicãdri scholiastes esse πολύχυτον, quòd α sit ἐπιτατικόν: in isto Nicandri versu, Πῦρ ἀμαθύνοι καὶ ἀχυίνετον ἔκχεον ὕδωρ Ἀργείας. Quã expositionem habet & vnum ex meis vet. lexicis. Est autem πολύχυτον, Per multum spatium fusum, Latè fusum. Apud Hesych. extat eadem illa vox ἀχυίνετον, exposita πολλῷ: sed non dubito quin potius & ipse scriptum reliquerit πολύχυτον. Saltem πολλῷ in πολὺ mutandum fuerit, vt huic Nicandri loco conuenire possit. Itidem apud Apoll. Rhodium schol. ἀστηὲς scribit habere α ἐπιτατικὸν, & significare πολυστηές. Ita verò & in ἀφρόντιστος apud Theocritum, α denotat ἐπίτασιν, si eius enarratori credimus, valetque ἀφρόντιστος idem quod πολυφρόντιστος. Itidem ἄβιος apud Antiphontem est ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, vt tradit Harpocratiõ. Quæ & Suidas habet, ex eo sumpta. Idem verò & in illo ἀχαιΐς vult α hunc ipsum vsum habere: exponit enim τὸ ἐπὶ πολὺ κεχυμένος: quæ expositio & apud alios inuenitur: quum tamen Hesychius (vt suprà docui) tradens α nonnunquam denotare τὸ μέγα, in exemplum afferat hoc vocabulum. Verùm eodem res redit, quum τὸ ἐπὶ πολὺ κεχυμένος, esse μέγα necesse sit. Quod autem ad ἄξυλος attinet, iunctum cum nomine ὕλη apud Homerum, quanuis Harpocration, dicens ἄβιον esse τὸν πολὺν βίον κεκτημένον, addat, tale esse quale est ἄξυλος ὕλη apud Homerum pro πολύξυλος, quanuis item scholiastes Apollonii ἀστηὲς esse dicat pro πολυστηές, sicut ἄξυλος pro πολύξυλος, quanuis denique alii quoque scholiastæ ἐπιτατικοῦ α mentionem facientes, hoc ἄξυλος, tanquam & peruulgatum & minimè dubium eius significationis exẽplum afferant: aliam tamen huic vocabulo significationem quosdam tribuisse sciendum est: & in eorum numero esse Porphyrium, vt docebo suo loco, id est, inter vocabula quæ ex nomine ξύλον per compositionem sunt facta.

A geminatum in voce ἀάσχετος, priore quidem loco ἐπιτατικὸν, posteriore autem στερητικὸν esse existimatur. In hac voce (inquit Eustath.) τὸ μὲν πρῶτον α ἐπιτάσεως, τὸ δὲ δεύτερον στερήσεως, ὡς δηλοῦν τὸ ἄγαν ακατάσχετον. Hesych. tamen ἄσχετον & ἀάσχετον itidem exponit ἀκατάσχετον.

A in quibusdam vocibus vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse cẽsetur. Exemplum autem vide in iis quæ proximè sequuntur.

A ἀθροιστικὸν etiam in quibusdam vocibus appellatur. q. d. coaceruatiuum, seu collectiuum, veluti in ἅπας, id est omnis. quod α alioqui vacare hoc in nomine dici potest, quum illo omisso dicatur πᾶς eadem significatione. (Scio tamẽ posse etiam videri prius esse ἅπας quàm πᾶς & hoc ex illo factum, detracto α. sed id minimè fit mihi verisimile) Eustath. tradens Atticos ἀθροιστικὰ vocabula aspirare solitos, in exemplum affert ἅλα & ἅπας, & ἅλις. vnde etiam quosdam nomen ᾅδης (sed hoc ridiculum mihi videtur) existimasse aspirari, facta ex ἀΐδης contractione, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ ἀθροίζειν τὰς ψυχάς: Quod autem α semper aspirari dicitur quum est ἀθροιστικὸν, id in nomine ἀολλέες nequaquam verum comperitur: quare vel excipiendum hoc fuerit, vel dicendum α in eo non ἀθροιστικὸν esse, sed ἐπιτατικόν. Addam & alia de hac voce in sequenti sermonis huius tmematio.

A vel ἀθροιστικὸν vel ἐπιτατικὸν in nonnullis vocabulis esse posse existimatur. Eustathius in hunc versum Homeri, Il. ζ, Ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς, annotat, ex eo α quod sit ἐπιτατικὸν, vel ex eo quod ἀθροιστικὸν sit, posse esse nõ solùm ἀολλέες, significans οἱ ὁμοῦ ἠθροισμένοι καὶ συνειλημμένοι, (quo in loco reponendũ esse existimo συνειλημένοι cũ simplici μ) sed etiam verbũ ἀολλίζω. (superuacaneũ tamen fuit verbi ἀολλίζω mentionẽ facere. quum enim ἀολλίζω ex ἀολλέες esse manifestũ sit,

spiritum nominis ἀολλέες in verbo ἀολλίζω, quod ab eo deriuatur, seruari debere nemo negare posset) Idem alibi ἀολλέες esse annotat Homero quod Herodoto ἁλέες. hoc autem deriuari fortasse à verbo ἁλίζω, vnde esse & ἅλις. Cæterùm annotaui paulo antè ex eodem, Atticos gaudere aspiratione in vocabulis ἀθροιστικοῖς, quibus illud ἅλις annumeratū fuit. Quod certè pro iis non faciet qui α in voce illa ἀολλέες vocare ἀθροιστικὸν malent. Sed ego vt ἀολλέες, licet tenuatum, posse vocari ἀθροιστικὸν puto non minus quàm ἐπιτατικόν, ita vicissim ἅπας quanuis aspiratum, non minus ἐπιτατικὸν quam ἀθροιστικόν.

A illi ἀθροίσεως significationi vicinam habet eam qua pro ἅμα ponitur. vt in ἄβρομοι pro ἅμα βρόμῳ, & αἴαχοι siue ἀΐαχοι pro ἅμα ἰαχῇ, apud Homerum: sic tamen vt aliter etiam exponantur hæ voces.

A vt ἅμα in quibusdam vocibus, ita etiam ὁμοῦ in nonnullis significare traditum est. Plato certè huius significationis exempla affert ἀκόλουθος & ἄκοιτις: dicta esse tradens pro ὁμοκέλευθος & ὁμόκοιτις. Eius verba sunt, in Cratylo, vbi de Apollinis nomine disserit, κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὅτι τὸ ἄλφα σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὁμοῦ πόλησιν καὶ περὶ τὸν οὐρανόν, οὓς δὴ πόλους καλοῦσι, καὶ τὴν περὶ τὴν ᾠδὴν ἁρμονίαν, ἣ δὴ συμφωνία καλεῖται. Et paucis interiectis, ὥσπερ οὖν τὸν ὁμοκέλευθον καὶ ὁμόκοιτιν, ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτιν ἐκαλέσαμεν, μεταβαλόντες ἀντὶ τοῦ ο, α, οὕτω καὶ Ἀπόλλωνα ἐκαλέσαμεν, ὃς ἦν ὁμοπολῶν, ἕτερον λ ἐμβαλόντες, ὅτι ἰσόμυνον ἐγίγνετο τῷ χαλεπῷ ὀνόματι. Hæc ille. Sed in his nominibus nihilo minus (meo quidem iudicio) dicere possumus α declarare ὁμὸν (id est idem) quàm ὁμοῦ. Vt autem hoc dicam, mouent me cum alia, tum vox ἄλοχος, quæ quū illi ἄκοιτις synonyma sit, itidemque vxorem significet, in ea tamen α esse potius ὁμὸν quàm ὁμοῦ, vel hic locus Hesiodi testari videtur, —καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν. Rationi enim magis consentaneum videtur vt ὁμόλοχος (pro quo dictum esse aiunt illud ἄλοχος) resoluatur in ὁμὸν λέχος ἔχουσα quàm in ὁμοῦ λέχος ἔχουσα: quod potiùs aliqua ὁμοῦ λέχος ἔχει, cui alioqui ipsum λέχος minimè commune fit. Quæ tamen non ita dico quasi illud ὁμοῦ excusari non possit. De ἀδελφὸς autem in quo Hesychius vult α significare itidem ὁμοῦ, verba faciam in proximè sequente tmemate. Sed quod ad illa duo vocabula attinet ἄκοιτις & ἄλοχος, sciendum est Porphyrium in lib. quem ὁμηρικὰ ζητήματα inscripsit, ab iis longè dissentire qui in illis α indicare putant ὁμοῦ. Se enim credere ait ἄκοιτιν & ἄλοχον propriè appellatam fuisse eam quæ virgo esset, tanquam videlicet λέχους ἑτέρου μὴ μετασχοῦσα μηδέ κοίτης: vnde ab Homero dici κουριδίην ἄλοχον. sed postea per catachresin de aliis quoque vxoribus vsurpata hæc nomina fuisse. Ego hæc vero non prorsus absimilia mihi videri dico: quam tamen addit rationem, ex eo quòd Homerus κουριδίην ἄλοχον appellet, infirmam esse nec minus pro altera etymologia facere iudico. Cur enim κουριδίην discriminis causa additum esse minus credibile sit?

A indicat interdum & ὁμοιότητα, id est similitudinem vel ἰσότητα, id est æqualitatem. Eust. ἀτάλαντον apud Hom. (vbi Vlyssem vocat Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον) esse dicit τὸ ἰσοσταθμον. hic enim α denotare ἰσότητα, vt tradiderunt veteres: vel ὁμοιότητα, sicut in voce ἀδελφός. Quæ quū scribit Eustath. videtur omnino intellexisse ἀδελφὸς dici tanquā ὁμόδελφος, non ad ὁμοῦ & δελφὺς, sed ad ὁμὸς & δελφὺς respiciens. vt nimirum ἀδελφὸς dictus sit quasi ὁμὸς δελφύς, id est κατὰ τὴν δελφύν: aut certè, quasi cui fuerit ἡ αὐτὴ δελφύς. Tunc enim meritò dicetur α declarare ὁμοιότητα, quippe quum ὁμὸς sonet ὅμοιος. Hesychius tamen (vt antea docui) vult α significare ὁμοῦ in isto vocabulo: sicut & in ἄκοιτις, in ἄλοχος, in ἀκόλουθος, significationem hanc illi tribui dictum est. Sed in his vocibus parui referre fateor vtrius vocabuli significationem habere velimus α: at verò ἀδελφὸς si dicatur esse pro ὁμόδελφος ab ὁμοῦ & δελφὺς, hac etymologia decipi poterit aliquis, vtpote qui ἀδελφὸν arbitraturus sit vocari eū non simpliciter qui in eadem matrice (est enim propriè δελφὺς matrix) seu qui in eodē vtero: sed eum qui vnà cum alio in matrice fuerit, id est gemellum. Idem verò & de ἀγάστωρ dici potest, quod son itre ὁμογάστωρ traditur, éstque itidem fratris appellatio, plane eiusdem generis. Quòd si quis tamen in his pertinaciter tueri velit α esse ὁμοῦ, at certè in ἀγάλακτις, quod itidem pro ὁμογάλακτις poni perhibetur, à pertinacia desistere cogetur. Miretur forsan aliquis me has minutias tam accuratè persequi, & subtilius fortasse quàm par sit, examinari à me ista arbitretur: sed sciat quasdam esse grammaticas nugas quæ ad seria nos ducūt. Quasdam dico: quippe qui alioqui multas grammaticorum planè nugatorias minutias tanto prosequar odio vt maiore nullus. Dum vero in illis sunt occupati, alia quæ ad seria ducere nos possunt, vel omnino prætermittunt, vel tam negligenter atque oscitanter tractant, vt multis quæ opponere illis possint, relinquant. Equidem, etiamsi hic longior iam fuisse videri possim, pauca tamen (ne quam rudiori lectori dubitationem relinquam) addere cogor: nimirum, quum dicitur α præfixum huic vel illi voci valere ὁμὸς, sonare potius Latinè Idem quàm Similis. Neque enim ὁμόλεχος vel ὁμόκοιτις (per quod exponūtur ἄλοχος & ἄκοιτις) est quæ simili lecto vtitur, sed quæ eodem.

Quod autem attinet ad α significans ἰσότητα, exemplo illi quod affert Eustathius addi potest ἄπεδον. hoc enim exponi etiam ἰσόπεδον, suo videbis loco.

A illis quæ proximè præcedūt significationibus, ac præsertim illi qua dicitur declarare ἄθροισιν, contrariam habet eam qua μόνωσιν indicat. Huius autem significationis meminit Eustath. comm. in librum Il. γ, de ἀμαζόνων nomine loquens, & dicens quibusdam placuisse ἀμαζόνας dictas esse tāquam μονομαζόυς, (cuius etymologiæ meminit etiam in commentariis in Dionysium τὸν περιηγητήν) quòd seipsas vna ex mammis mutilas redderent (in cōment. illis in Dionys. dicit, quia dextra māma illis adhuc infantibus adurebatur) ne in emittendis arcu sagittis obstaculo illis esse posset, addit, Literam autem α significare interdum μόνωσιν quoque, apparet etiam ex nomine ἁπλοῦν, quod sonat μόνον πέλον, id est ὄν: quasi quis dicat ἅπλον: ad differentiā eius quod dicitur διπλοῦν. Hæc ille, cui fidē adhibebit qui volet: mihi certè ista etymologiarum commenta parum fide digna videntur: quanuis eas apud etymologum quoque extare non ignorem. Parua enim est apud me eius autoritas, & paruam in plerisque apud alios quoque esse debere, suis locis docebo.

A significans ὀλίγον, vel μικρόν, vide suprà inter illa quæ περὶ τῆς στερήσεως disserui. Ibidem habes & illud quod particulæ δυς locum obtinere existimatur.

A significans etiam κακὸν in nonnullis vocabulis reperitur: vt in ἄβουλος & ἀβουλία apud Sophoclē. hæc enim in quodam eius loco exponi κακόβουλος & κακοβουλία, docebo quum de illorum significatione agam. Sic & ἄδωρα δῶρα apud eum significare putantur κακόδωρα. Itidémque apud Homerū ἀμήχανι H. n quidam expos. κακομήχανι & ἀβάκχευτον δίαιταν apud Euripidem, κακοβάκχευτον. Quibus addi potest ἄξενος, ex autoritate enarratoris Apollonii. nam in hac voce α significare τὸ κακὸν scribit: ideóque ἄξενον sonare κακόξενον. Addi denique potest & ἀφυής. interdum enim pro κακοφυὴς accipi creditum est. Tunc autem aptè reddetur, Qui est malæ indolis: meliusque vis eius exprimetur quàm interpretando Malus, vel Peruersus. Sed & pro μικροφυὴς accipi, ex Eustathio suprà docui. Cæterùm quemadmodum α priuatiuum (id est, cui alioqui priuandi vis propriè conuenit) interdum τὸ κακὸν significat, ita vicissim apud Latinos aduerbium Malè priuationem nonnunquam indicare sciendum est: præsertimque apud poetas, & ex poetis Ouidium præsertim. hunc enim præ quouis alio ista aduerbii huius significatione gaudere animaduerti. Reperiuntur certe apud alios Male sanus pro Insanus, (suntq; & illo solutæ orationis scriptores interdum vsi) Malè fidus pro Infidus, (quibusdam autem Malefidus itidémque Malesanus coniunctim scribere placuit) Malè amicū

pro Inimicum, Malè concordes pro Discordes: apud Ouid. autē leges etiam Malè formosa pro Nō formosa, Deformis, Malè fœcunda pro Infœcūda, Malè firma pro Infirma, Malè fortis pro Non fortis, Malè sobrius pro Non sobrius, & alia quædam. Adhibendum tamen est iudicium iis in locis in quibus aduerbio isto vtitur: quoniam nonnulli sunt vbi hunc vsum habere videri possit, quū longè alium habeat. Hoc quoque ignorandum non est, quibusdam placere in Malè sanus aduerbium Malè sonare Parum. sed vt dem illis, quibusdam aliis adiectiuis iunctum, significationem istam habere: at cum isto non facilè illud significare credidero. Cæterùm (quod mirum alicui fuerit) vt alicubi poni pro Parum, ita vicissim pro Valde aut Nimis vsurpari existimatur: ac certè nō malè quibusdam Horatii præsertim locis significatio ista conuenire videtur. Positque credi hunc vsum aduerbio Malè tribuisse, exemplo Græci aduerbii κακῶς. Nam & hoc pro Valde positum obseruaui, sed cum verbis potius quàm cum nominibus. Iam verò (quandoquidem enim in hunc sermonem incidi, progredi longius libet) quemadmodum quum Græcis α priuatiuū (id est, quod propriè vim priuandi obtinet) interdū τὸ κακὸν significet, Latinis vicissim aduerbium Malè priuandi vim alicubi habere ostendi: ita quoque quum α, quod alioqui priuatiuū est, nōnunquam Græcis idem valeat quod ὀλίγον, (vt suprà docui de α priuatiuo agēs) Latinos vice versa aduerbio Parum nonnunquam vim priuandi tribuere dico: & quidem tam cum verbis quàm cum nominibus. Exempla proferrem, nisi finem huic sermoni tandem imponendum esse, & lectorem aliqua reperire posse existimarem.

A esse πλεοναστικὸν censetur, (id est superuacaneum) seu poni κατὰ πλεονασμὸν, vbicunque nullum ex præcedentibus vsum habet, vocabulo cuipiam præfixum. Non solùm autem quibusdam nominibus sed & verbis præfixum πλεονάζει. Nominibus, vt Ἄσταχυς pro στάχυς, Ἀσταφὶς pro σταφίς. Sic Ἀστεροπὴ pro στεροπὴ poni testatur Eustath. Sic Ἄτηκτις pro τῆκτις vsurpatum à Cratino tradit Athenæus. Sic etiam Ἀσπάλαξ pro σπάλαξ dictū fuisse nonnulli scribunt. Quidam verò & in Ἀσφοδελὸς literam hanc abundare putarunt: dici enim & σφοδελός. Verbis autem præfixum vacat, vt Ἀσπαίρω pro σπαίρω, Ἀλαπάζω pro λαπάζω. Qui verò itidem Ἀμαυρόω pro μαυρόω dici existimant, longè falluntur. non enim est pleonasmus literæ α in ἀμαυρόω, sed eius ellepsis est in μαυρόω: sicut in μαῦρον pro ἀμαυρόν. Idémque fortasse & aliis quibusdam vocibus vsuuenire potest, vt nimirum in iis abundare litera α existimetur, quum potius alteri vocabulo, quod eam nō habet, deesse dicenda sit.

Accentum autem retinent interdū vocabula quibus α præfixum est, (siue πλεοναστικόν, siue aliquem vsum ex iis habens qui enumerati fuerunt) interdum mutāt. Retinent: vt ἀνάξιος, ἀστεροπὴ, ἀσταφίς: mutant, vt ἀπειρεσίης, ἄσταχυς, ἄτηκτις.

De α vsum præstante vnius ex partibus orationis, & ita quidem vt vna illarum & censeatur & sit.

A interdum, præter eos vsus de quibus dictum est, alios etiam habet. fungitur enim aliquando vice vnius ex partibus orationis, vel potius vna illarum est: sed assumpto accentu cum spiritu, aut saltem spiritu, & eo quidem aspero. Interdum enim articulus est, interdum pronomen, nōnunquam aduerbium. Primùm autem de articulo.

Ἁ articulus est præpositiuus linguæ Doricæ, cum spiritu aspero, additum non habente accentū: pro ἡ, frequens Theocrito. vt initio primi idyllii, ἁ χίμαρος. Sic apud Moschum, Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει. Et apud Bionem, Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέστα. GENIT. Τᾶς pro τῆς. Itidémque DAT. Τᾷ pro τῇ.

Ἅ autem cum accentu articulus est postpositiuus, neutrius generis, pluralis numeri, pro Quæ. cuius vsus passim exempla occurrunt. Sed interdum ἃ pro ὧν, interdum pro δι' ἃ vsurpatur. Pro ὧν affert Suid. ex Med. Euripidea, Πράξασ' ἃ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. quia dicitur τυγχάνω τούτου, non τοῦτο. Verùm ita fortassis excusari possit ille accusatiuus vt dicatur referri ad βούλομαι: at τυχοῦσα iungi cum genitiuo subaudito ἐκείνων: hoc modo, καὶ τυχοῦσα ἐκείνων ἃ βούλομαι. Illud autem ἃ pro δι' ἃ apud Thuc. positū testatur eius schol. in quodam 4 libri loco. Præterea vt dicitur Ἔστιν οἳ ad verbum Est qui, pro Sunt qui, id est Aliqui, vel Quidam: sic in gen. NEVTRO Ἔστιν ἃ pro Aliqua, Quædam: cum apud alios, tum apud Thucydidem non raró. vt, ἔστιν ἃ εἰπεῖν βουλόμενοι. Et, ἔστιν ἃ περιχόμενος ἄλλα, apud eundem, Alia quædam. Item, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Item, καὶ ἔστιν ἃ οὐ καλῶς ἐξηγούμενοι. Item particula γὰρ interiecta inter ἔστι & ἃ: vbi scribit, ἔστι γὰρ ἃ καὶ αὐτῆς ἐγκαλεῖ ἐκείνοις. Dicitur ETIAM Ἔσθ' ἃ. vt à Demosth. in Timocr. ὡς δ' ὁ μὲν Εὐκτήμων εἰς χρήματα ἔσθ' ἃ κακῶς ἔπαθεν. Affertur ἃ redditum & aduerbio: ἃ δὲ ἐπὶ τῆς ἑορτῆς, Quatenus ad festū attinet.

Quemadmodū item dicitur Ὃς μὲν, ὃς δὲ, pro Alius quidem, Alius veró: in singul. NEVTRO, Ὃ μὲν, ὃ δὲ, Aliud quidem, aliud verò, (vt Matth. 13, ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα) sic in plur. ἃ μὲν, ἃ δὲ, Alia quidem, alia veró. Interdum redditur etiam, Partim quidem, Partim veró. Phalar in epist. ἀφικόμενος εἰς Ἱμέραν ἀνάξειας ἕνεκα πραγματείας, ἴσχυσα τὰ τοῦ Στησιχόρου ποιήματα ἀνεζευγμένα, ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγονότα, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια. Ex Plut. affertur & ἃ δὲ, præcedente τὰ μὲν: vbi scribit, τὰ μὲν ἐνδίδωσιν, ἃ δ' ἐπιτείνει.

Ἅ pronomen possessiuum, pro ἑὰ, Sua. vt τὰ ἃ πρὸς δώματ' ἕκαστος, apud Homerum. Idem Odyss. ξ, — ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος ἰὼν τὰ ἃ δώματ' ἵκηται. Sic ὅς pro ἑός etiam ponitur.

Ἁ autem aduerbium non eodem vbique spiritu nec eodem accentu notatur, sed pro significatione modò hunc modò illum spiritum itidémque accentum accipit. Dicam autem primùm de ᾇ quod est motus aduerbium.

Ἇ motus est aduerbium apud Dores, significans Quó. Theocr. ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει, quò pedes ducebant, ibat. Qui Theocr. locus extat in calce idyllii quod inscriptum est Hylas: Ἠρακλῆα μαστεύων· ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει, μαινόμενος. Existimo autem aptissimè redditum iri hoc loquendi genus ex Horatio, — ille pedes ibat quocunque ferebant. Ita enim Latinus hic poeta dixit, Ire pedes quocunque ferent: ad Græcum hoc loquendi genus, vt credibile est, respiciens. Extat hoc ᾇ & in alio Theocriti loco, ᾇ πόδες ἆγον: nimirum in idyllio quod illud proximè sequitur, éstque Κυνίσκας ἔρως inscriptum: Ὠκύπτερα μαλακὰς ἀπὸ δίφρακος ἕδρασα τήνα Ἰθὺ δ' ἀμφίθυρον καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον. Vtroque in loco scholiast. ᾇ exponit ὅπου. Constat certè significationem hanc in his locis obtinere istud aduerbium ᾇ: sed quum alibi, vbi alium vsum habet, dici possit respondere aduerbio ᾗ, facta duntaxat mutatione Dorica, non video quomodo idem hic dicere possimus, quum ᾗ talem vsum nusquam habeat, quod sciam. Potius ergo peculiarem illi dialecto hunc vsum esse existimandum est. Ἅ apud eundē poetam longè alium vsum habet, vbi ᾇ τάχος pro κατὰ τάχος vsurpat. ita enim exponit eius scholiastes, addens subaudiendum esse imperatiuum ἔρχευ. Existimo autē istud ᾇ esse pro illo ᾗ quod superlatiuo iungi solet. (constat enim interdum dici ᾗ τάχιστα, ᾗ ῥᾷστα, &c.) atque perinde fuerit, vt opinor, acsi pro ᾗ τάχιστα diceretur ᾗ τάχος. At verò exponendi alteram lectionem ὦ τάχος (quam editiones quædam habent, & nominatim Aldina atque Germanica) rationem inire nullam possum. Locus ille Theocriti extat in fine idyllii cui titulum fecit Κυνίσκας ἔρως. Quòd autem ibi quædam scholiorum editiones habent κατὰ τάχος, non dubium est quin ex errore id contigerit, & vera lectio sit κατὰ τάχος.

Ἆ est etiam aduerbium similitudinis apud Homerum, Il. ζ, Αἴθ' ὄφελες, — νόσφιν ἀλυσκάζων πολέμοιο. Sed hic pro ᾇ vulgares editiones habent ὥς: ac certè vtriusque

lectionis meminit Eustathius. Estque obseruandum, A vt hîc quædam exemplaria habent ὥς pro ἆ, sic ὦ Ϛ ἄχος in loco Theocriti pro ἆ Ϛ ἄχος habere, vt modò annotatum fuit.

Ἆ admiratiuum est, vt inquit Suidas, afferens hunc ex Agathiæ epigr. versum, Ἆ μέγα νηλειὴς κηρὸς χισπλάσατο. qui versus nondum mihi occurrit in Anthologia Græcorum epigrammatum: sed hic (qui à quibusdam sedem illius occupasse creditur) Ἆ μέγα νηλειὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Extat autem lib. 3, pag. 159, meæ editionis, in epigrammate quod Agathias in imaginem cuiusdam B adolescentis immatura morte præerepti scripsit. Non videtur certè satis conuenire versus ille qui à Suida affertur (quem tamen quidam huius locum obtinere putant, vti dixi) cum præcedentibus epigrammatis verbis. ita enim clauditur, — πῶς δὲ τηλίκον εἶπεν ἀφροσύνας Τηλίκον ἄσβεστον μοῖρ' ἐχαρίσατο, σβέσσα φλόγα. Ἆ μέγα νηλειὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Præterea, quod Suidas dicit ἆ esse θαυμαστικὸν, huic loco nō quadrat. potius enim σχετλιαστικὸν esse liquet. Cæterùm quanuis hoc in loco scripserim ἆ cum spiritu aspero, Suidā sequens, tenuatum C tamen esse in omnibus quæ in manus meas venerunt editionibus profiteor. Atque hanc scripturam autoritate Eustathii tueri possumus, vt infrà docebo. Suidas certè hoc disertè tradit, voculam hanc, quum est ἐκπλήξεως, tenuari: at quum est θαυμαστικὴ, aspirari. Verùm & hoc mirum videri possit, quòd vtrobique illam geminat: quum ἆ ἆ nullo modo legi possit in versu quem affert, sed semel tantùm ἆ. Quinetiam meritò suspectam quis habeat in hoc Suidæ loco fidem librarii, quod ex Aristoph. afferatur ἆ ἆ in significatione ἐκπλήξεως: & paucis interiectis addatur, καὶ ὅτ' ἂν ᾖ ἐκπλήξεως ὃν ψιλοῦται· τὸ δὲ ἆ ἆ θαυμαστικὸν, δασύνεται. Si D enim Suidas vocem istam in significatione ἐκπλήξεως accentu illo notasset, post δασύνεται addere hic debuisset, (nec dubium est quin addidisset) καὶ περισπᾶται. Circumflexum certè in ipsis quoque editionibus Aristophanis habet.

Ἆ autem cum tenui & circunflexo alios vsus habet. Initium sumam ab eo qui Homero frequentissimus est: nimirum, cum vocatiuis δειλὲ & δειλοὶ. vbi vocādi aduerbium esse tradit Eustathius. Quoniam porrò fre- E quentissime apud Homerum occurrunt hæc VERBA, i. δειλὲ, (sed Ἆ δειλ' ob sequentem vocalem scribitur) & Ἆ δειλοὶ, interdum & Ἆ δειλώ, & diuersum in diuersis locis vsum habent: plusculа proferre exempla libet, deinde de horum verborum significatione (vt φιλομήρῳ lectori gratificer) disserere. Legimus igitur Il. λ, v. 441, Ἆ δειλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Et paulo post, Ἆ δειλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, &c. Atq; vt hîc subiungitur particula οὐ illis verbis, sic alibi οὐδέ. vt Iliad. ρ, v. 83, Ἆ δειλ', οὐδέ τί τοι θάνατος καταθύμιός ἐστιν, Ὅς δή τοι σχεδὸν ἐστί. Quinetiam particula illa ἦ, quam habuisti subiunctam hisce duobus verbis, in versu quem primum protuli, in aliis quoque versibus subiuncta itidem reperitur. vt in alio eiusdem poematis loco, Ἆ δειλ', ἦ τέ σε πολλὰ κακὸν τὸ ἀγορεύεις. Alicubi post ἦ ponitur & δή. Il. ω, Ἆ δειλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν. Alicubi subiungitur particula τί. vt Il. ρ, Κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, Ἆ δειλώ, τί σφῶϊ δόμεν Πηλῆϊ ἄνακτι F Θνητῷ; Sic Odyss. φ, Ἆ δειλώ, τί νυ δάκρυ κατείβετον; Itidemq; eiusdem poematis libro υ, v. 350, Ἆ δειλοί, τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμέων Εἰλύαται κεφαλαί &c. (Est autem hic versus, ille ipse cuius initiū affert Suidas, sed mendosè scriptum: hoc videlicet modo, Ἆ δειλοὶ τί κακὸν) Sic cū aduerbio interrogatiuo πῇ legitur Od. κ. Ἆ δειλοί, ποῖ ἴομεν; τί κακῶν ἱμείρετε τούτων; Alicubi post ἆ δειλοὶ positus est alius nominatiuus, seu positi sunt alii nominatiui, & in sequente versu particula ὡς. vt Il. λ, v. 815, Ἆ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Ὡς ἄρ' ἐμέλλετε τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης Ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας ἀργέτι δημῷ. Inuenitur denique ἆ δειλὲ & sequente genitiuo: vt ἆ δειλὲ ξείνων. de quo vsu alius erit dicendi locus:

nunc de particula ista ἆ dicendum est, simúlque de nomine quod illi adiungitur in hisce tot versibus quos in exempla attuli. Prius tamen quæ ab Eustathio de hac particula scribuntur, proponam. Vult ille ἆ hîc esse vocandi aduerbium, maiorem habens emphasin magísque poeticum quàm ὦ: & succensentibus atque perterritis, item minitantibus esse frequens. Idem alibi scribit ἆ vocem esse hominis quiritantis, aut admirantis, vel commiserantis. Sed ipsamet illius verba afferam. In hunc igitur Od. ξ, Ἆ δειλὲ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας, Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσα δὴ πάθες ἠδ' ὅσ' ἀλήθης, B ista annotat, ἰστέον ὅτι τὸ ἆ, κλητικὸν ἐπίρρημα ὄν, καθὰ καὶ τὸ ὦ, ἴσχει σφοδρότητα πλείονα, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται, καὶ ποιητικώτερον ἐμφαίνει, ἐπὶ σχετλιασμοῦ ἢ θαύματι, κτ' ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς, ἢ καὶ ἄλλως οἴκτῳ. Quibus addit, particulam αἲ itidem dici interdum δυσφορικῶς, nonnunquam μεμπτικῶς. Idem in istum versum Iliad. ω. Ἆ δειλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν, annotat, ὅτι δὲ τὸ, ἆ δειλὲ, κλητικὸν ὂν ἤθους ἐπίρρημα τὸ ἆ, οὐ μόνον τεταγμένον περὶ τὸ ὦ, ἀλλὰ καὶ θαυμαζομένοις καὶ ἐκπληττομένοις καὶ οἰκτιζομένοις σύνηθες. Ego autem non lu- C benter hanc particulā aduerbiū vocandi appellauerim (licet casui quem vocatiuū grāmatici nominant, itidē iungatur) atque adeo miror Eustathiū, quum illi significationes illas tribueret, hoc nomine appellandum censuisse. quid enim tale significat ὦ, quod vocandi aduerbium esse constat? Nequaquam igitur particula ô (quæ Latinis est vocantis aduerbium, vt Græcis ὦ) interpretandum esse censuerim: sed quum est quiritantis aut commiserantis, (nunc enim sequor significationes quas ille grammaticus ei tribuit) aliqua harum interiectionum, Ah, Hei, Hem: quum perterriti ac perturbati, itidem vocula Hem, vel Eho: quum ad- D mirantis, Vah, aut rursus Eho. nam hæc interiectio modò perturbationem, modò admirationem indicat. Verùm vt iam non ex Eustathii iudicio pendeamus, sed ipsimet vim huius particulæ perspiciamus, considerandi sunt ii quos attuli Homeri loci. Dico igitur δειλὲ in illis, duobus modis vsurpari, sicut nostrum vocabulum *Miserable*. quum enim propriè hæc vox dicatur de eo cuius vicem dolemus, aut etiam deflemus, (interdum & præfixa voce alia dicentes, *Pouure miserable*) sæpe tamen eodem illo verbo compellamus eum E quem grauiter increpamus, & quidem minitando etiam nonnunquam. Idémque & de voce *Malheureux* dici potest. At vox Latina Infelix non itidem vsum vtrunq; habet, quod sciam: nec altera illi synonyma, Miser. Vbi igitur ἆ δειλὲ dicitur deflendo sortem alicuius, vt in illo loco Il. λ, Ἆ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες &c. (nam & ipse poeta hæc esse τοῦ ὀλοφυρομένου verba testatur, versu isto qui illum proximè præcedit, Καί ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα) reddi poterit Heu miser, vel Ah F miser. (Valla certè vim illorum verborum Ἆ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες aliis verbis aliáque orationis forma non malè expressisse videtur: ita interpretans, O indignum casum luctuosúmque fortunam principum Achiuorum: hóccine fato venerunt vt &c.) Sic etiam in hoc versu Il. ω, Ἆ δειλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν. Sic & in aliis plerísque locis. At verò quum verba illa sunt eius qui stomachatur, qui temeritatē vel ignauiam hostis sui increpat, qui illi illudit, qui denique illi insultat, tunc ἆ δειλὲ interpretari Heu miser, vel Ah miser, nullo modo rationi consentaneum esset. Talis autem locus est ille, Ἆ δειλ', οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, ἀλλ' οἰωνοὶ Ὠμησταὶ ἐρύουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Nam hæc verba proficisci ab eo qui ἐπεύχεται, ipsemet Homerus testatur hoc hemistichio, — ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ὀδυσσεύς. Itidem certè ἐπὶ χολουμένου verba erant paulo ante hunc locum, Ἆ δειλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Ἤτοι μὲν ῥ' ἐμ' ἔπαυσας ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι· Σοὶ δ' ἐγὼ ἐνθάδε φημὶ φόνον καὶ κῆρα μέλαιναν Ἤματι τῷδ' ἔσσεσθαι, &c. In quibus locis interpretandis Valla non itidem vt in illo cuius mentionem feci paulo antè, iudicium adhibuit. In priore enim loco vertit Infelix, in posteriore Miser, omissa interpretatione particulæ ἆ. At ego contrà, si ex duabus vocibus altera prætermittenda fuisset,

vocatiuum quàm illam voculam omittere maluissem. A
Nam vel sola particula Vah stomachantis verba esse indicasset. Sed quoniam prætermittendus ille vocatiuus non est, quo tandem Latino vocabulo in huiusmodi locis eum interpretabimur? Non dubito quin ei ex reliquis duabus significationibus altera dari debeat: nimirum vt reddatur Ignaue, aut Improbe, seu Nequam. (nam δειλὲ improbum etiam significare, suo loco ostendam) Alioqui certè in huiusmodi locis peculiaris quæpiam significatio nomini isti tribuenda esset. B

Ἆ admirantis est apud Antiphilum Anthol. epigr. lib.1, pag.84, meæ editionis. Ibi enim primi duo versus epigrammatis sunt hi, quibus Antiphilus admiratur simul & laudat apum in conficiendo melle industriam: Ἆ καλὸν αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι λῦμα μελισσῶν, Αἱ πλασταὶ κηρῶν αὐτοπαγεῖς θαλάμαι. Ηρωϊκοὶ ἀνθρώποις βιότω χάρις. Sed quædam exemplaria habent ἆ, non ἀ.

Ἆ exclamantis cum gaudio, vel potius præ gaudio, videtur esse apud Agathiam scholasticum, Anthol. epigr. lib.6, pag.419, Εἰπὲ δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωπόνος, Ἆ σὺ χάλαζα Βάκχῳ Ληϊδῆς καὶ θυσίαν μικρὴν ἴδωκα γέρας. C

Ἆ exclamantis est, non itidem præ gaudio, sed contrà præ dolore, atque adeo quiritantis, seu commiserantis: vt apud eundem Agathiam, in hoc quem suprà attuli loco, – σώκα [illegible] Ἆ μέγα νηλεὲς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Ita enim scriptum esse in omnibus editionibus, (quamuis Suidas cum aspero scribat) admonui antea.

Ἆ sequente particula μὴ, aduerbium est ἐπιτιμητικὸν, quod sonat q.d. increpatiuum. Aristoph. in Pluto, Ἆ, μὴ λέγ' ὦ πόνηρ' ἔπος. vbi schol. ἐπίρρημα ἐπιτιμητικὸν esse annotat. In vulg. lex. scriptum est ἆ, non ἆ. sed perperam, vt ostendit etiam Platonis locus, eandem scripturam eundémque vsum habens: in Hippia maiore, Ἆ, μὴ μέγα ὦ Ἱππία λέγ' ὁρᾷς ὅσα πράγματα ἡμῖν ἤδη παρέχομεν μὴ ὀργισθῇ ἡμῖν ἔτι μᾶλλον ὁ ἀνήρ. D

Ἆ est etiam optantis aduerbium, idem valens quod εἴθε, id est Vtinam. vt testantur non solùm Hesychius & Suidas, sed Eustathius quoque non vno in loco: additque veteres huius significationis exempla proferre. Afferunt certè Hesychius quoque & Suidas locum Callimachi in huius significationis exemplum: sed ita deprauatū vt hæc significatio minimè in eo animaduerti possit. Habet enim Hesychius, ἆ πάντα συνάγειρας. (affero scripturam quæ apud eum extat, cum aspero, non cum tenui) Suidas autem, ἆ πάντας ἐπαγείρας. E

Ἆ est præterea temporis aduerbium, significans Nunc, si Suidæ credimus, ita vsurpasse dicenti quendam Euclum χρησμολόγον. Sed hæc Suidæ verba suspecta sunt: quum scribatur, οἱ δὲ ψιλοῦσιν συστέλλουσι, τὸ νῦν σημαίνει: tanquam videlicet non facta fuerit prius huius scripturæ mentio. Et tamen paulo antè scriptum est, συστέλλουσι δὲ καὶ ψιλοῦσι δηλοῖ ἐστι. Quinetiam illis quæ de hac vltima significatione tradit, subiuncta ista, βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικήν, eiusmodi sunt quæ suspicione non careant. Sed multo magis suspectū est vel potius apertè mendosum quod apud eum legimus de ἆ significante τὸ πολὺ apud Archilochum. Postquam enim dixit ἆ significare etiam ἆ, & attulit Homeri locum, ἆ δειλὲ τί κακῶν, (pro quibus reponi hæc debent ἆ δειλοί τί κακόν) addit, significare etiam πολὺ & μέγα apud Archilochum: subiungitque hæc verba, ἆ λίαν ἄωρος. quod exemplum aliter apud Varinum scriptum extat: hoc videlicet modo, ἆ, ἰαλί ὡς τι ἄωρος. Sed non video quid commodi ex hac scripturæ illius mutatione (vndecunque sit) percipere possimus. Equidem literam hanc τὸ μέγα & τὸ πολὺ significare, & ipse antea docui, sed præfixam quibusdam vocabulis. Qualiacunque autem sint ista Suidæ, (quorum nihil extat in ea editione quæ olim Mediolano prodiit) omittenda non existimaui, ne quis per incuriam potius quàm consultò prætermissa esse putaret. Cæterùm quandoquidem in Varini mentionem incidi, addam ex eo quoque de hac particula aliquid, vndecunque sumptum sit. Eius verba sunt, Ἆ ψιλούμενον μὲν καὶ περισπώμενον, δηλοῖ τὸ ἐστιν ἴσον ἐπίρρημα τῷ φεῦ, καὶ εἴθε, F G H

ὡς ἄφελες ὥστε ἐκ τῶν παλαιῶν δῆλον. Quibus subiungit illum Callimachi locum quem & suprà ex Hesychio & Suida habuisti. His autem Varini verbis (si tamen eius verba vocari debent quæ illum aliunde descripsisse constat) tribuitur alia significatio huic aduerbio præter eas omnes quarum mentio facta in superioribus fuit: videlicet vt ponatur etiam pro καί. Quæ significatio contraria illi erit quam Suidas ei tribuit, quum dicit significare ἀπόφασιν ἀρνητικήν: sed loquēs de eo quod βραχέως & ψιλῶς scribitur. quæ verba (vti dixi) suspecta esse possint: diuinatione certè indigere videntur. Quinetiam ex Platone affert idem Varinus pro φεῦ, nam post Archilochi locum, addit, καὶ ὅτι σχετλιαστικὸν αὐτὶ τῷ φεῦ, ὡς παρὰ Πλάτωνι. Quibus subiungit quæ apud Suidam quoque leguntur, καὶ τὸ νῦν, ὡς &c. Quum autem hæc de ista significatione velut interiecta sint inter ea quæ apud Suidam habemus, ex veteri quopiā eius exemplari sumpta putarem: nisi quamplurimi eiusdem lexicographi loci, quos ille à se descriptos dedit quales & nos in vulgatis editionibus legimus, id est deprauatissimos, eum veteris codicis auxilio caruisse mihi persuaderent. Quæ ego consultò dico vt quisque quāta Varini esse autoritas debeat, admoneatur. Hoc constat, multos eum locos inemendatos reliquisse in quibus latentia menda non magni ingenii erat deprehendere, deprehensa autem, non magni laboris emendare. Sed nec addidisse de suo quicquam quod ad vocabulorum expositionem faceret, existimo: nihil tale certè ab eo additum legere me memini. Quæcunque enim apud hunc leguntur vltra ea quæ apud Hesychium, Suidam & Etymologum extant, (ex quo tamen pauca descripsit, quum contrà ex illis duobus omnia quæ ad vocabulorum expositionem pertinent sumpserit: nisi siqua per incuriam prætermissa fuerunt) ea ex Eustathio, ex enarratore Aristophanis, aliisque qui scholia in poetas scripserunt, sumpta esse constat. Verùm & ex grammaticis non pauca descripsit, & quidem nullo eorum habito delectu. vt videmus statim initio sui operis (post illa quæ de etymologia nominis ἄλφα traduntur, quæ ex Etymologo sumpta sunt) quædam de literæ huius significationib⁹ afferre, quæ ex Moschopulo petita esse constat, & eiusmodi sunt vt vix alio quàm Moschopulo digna videri possint: vtpote quib⁹ immixta sint quædā quæ si propius intueamur, inde indigna esse cōperiemus. Volēs enim ille siue grāmaticulus siue grāmatista de suo quoque aliquid addere iis quæ apud alios de illis significationibus leguntur, nōnulla dixit quæ veteres grāmatici non negarēt solùm (vt opinor) sed riderent etiā. Cuiusmodi est quod de ἀάγμι tradit, nimirū poeticè significare ἅμα ἰσχ. Mihi certe tam ridiculū visum est hoc exemplum istius significationis literæ α proponere, vt prætermittendum potius censuerim. Quæ igitur habet Varinus, ex aliis habet, (vti dixi) & quidē sine delectu ex quolibet collecta. Quòd si quid de suo adiecit, rarò id fecit: & qualecunque illud est, aliò potius quàm ad expositionem significationis alicuius pertinere comperietur. Illis quidem certè quæ à Suida scribuntur de vsu voculæ ἆ apud Agathiam, videmus adiecta quædam apud hunc esse, quæ de suo illum attulisse, aliaque huiusmodi alibi, credibile est. Vt autem hæc illius esse credam, facit quod annotat pro hoc versu, Ἆ μέγα νηλειὲς κηρὸς ἀπεσκέδασεν, in aliis scriptum esse, Ἆ μέγα νηλεὲς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. quam tamen scripturam non videri posse locum alterius obtinere, docui suprà. Sed de his hactenus. Quod autem ad illam significationem particulæ ἆ attinet, cuius postremo loco facta fuit mentio, & quam à Platone vsurpari dictum est, conuenit certè cum ea quam habet apud Homerum eadem hæc vocula cum illis nominatiuis δειλὴ & δειλοί: cuius multa exempla protuli antea.

Ἆ aduerbium quidam in VOCAB. Ἄβαλε (quod itidem aduerbium est, significans Vtinam) inclusum esse existimant. Vt enim imperatiui ἄγε & φέρε in aduerbia transeunt, sic βάλε imperatiuum verbi βάλλω transire in aduerbium σχετλιαστικὸν, & significare φεῦ,

Heu. Ei autem addi postea ἆ, quasi increpandi & ad- A
mirandi aduerbium, vt in ἆ δειλέ. Sed ego nihil tale a-
pud vllum ex veteribus grammaticis reperio. Ac for-
tassis vt hanc voculam aduerbio isto inclusam dice-
rent, eos mouit quòd produci primam eius syllabam
viderent. vt Epigr. lib. 1, pag. 73, meæ editionis, Ἄβαλε
χειμερίου με κατέκλυσε κύματι πόντου. Sic quoq; in prin-
cipio alius cuiusdam epigrammatis, Ἄβαλε μηδ' ἐγένοντο
γάμοι. Id autem epigramma Agathiæ est, si bene me-
mini. Quod si ita est, facilè crediderim hunc versum
esse illum ipsum quē Suidas protulerat (gaudet enim B
exemplis ex Agathia petitis) quū dixisset ἄβαλε signi-
ficare εἴθε. Apud eum enim ita legitur, Ἄβαλε, εἴθε, ὤφε-
λε. Quod posterius ἄβαλε esse initium vel huius vel a-
lius versus, (quem ille in exemplum afferre voluerit)
omnino persuasum habeo. Productio inquam illa pri-
mæ syllabæ in ἄβαλε ad comminiscendam hanc dedu-
ctionem illos fortassis impulerit: sed etiamsi dicamus
in ἄβαλε esse α ἐπιτατικὸν, exemplo ea productio nō ca-
rebit. Eustathius tamen tradens α corripi ante β, ad-
dit σημειωτέον hoc ἄβαλε. C

A A quoque interdum legimus, cum geminatione. sed
quemadmodum quum vnicum ponitur, non vno eo-
démque modo vbique scribitur: quin potius diuersè
etiam scriptum in diuersis exemplaribus, vnus idém-
que locus habet interdum: (vt ex iis quæ proximè di-
cta fuerunt, satis liquet) ita quum geminatur, variam
scripturam accipit. Siquidem cum circunflexo vtrun-
que spiritum, nec minus cum acuto (qui in graue mu-
tatur propter orationis ἀκολουθίαν) admittit. Quum au-
tem vtrunque dico, nolim te ita intelligere quasi v- D
trumlibet recipere possit, sed pro loco modò hūc mo-
dò illum admittere. Quatuor igitur modis scribitur
hæc vocula in geminatione: vid. licet ἆ vel ἃ & ἅ vel
ἄ. sed longè diuersa significatione. De singulis autem
eodem ordine dicam.

Ἆ Ἆ aduerbium efficiunt conueniens homini per-
terrefacto, vel perterrenti aut potius deterrenti. Ari-
stoph. in Pluto, ἆ ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι προσφέρε. vbi
ipsius poetæ scholiastes ait esse aduerbium ἐκπλήξεως
& κελεύσεως. Suidas autem (qui multa passim habet E
quæ ex illo sumpta esse manifestum est) aduerbium
μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Sed quomodo vim
κελεύσεως, id est iubendi, vel παρακελεύσεως, id est adhor-
tandi, habere possit isto præsertim loco, illi viderint.
Multo conuenientius, meo quidem iudicio, fuisset ap-
pellare hic aduerbium ἐφεκτικὸν, (vt à scholiaste Euripi-
dis vocari docebo paulo pòst) id est, cohibentis, seu re-
primentis. Nunc de scriptura huius aduerbii pauca.
Sciendum est igitur hic scriptum esse ἆ ἆ cum circun-
flexo & tenui, non in ipso duntaxat Aristophanis con- F
textu, sed in scholiis quoque. Quinetiam in eiusdem
poetæ Vespis extare quendam locum (fortassis autem
& alii alibi apud eundem inueniuntur) in quo eandem
& significationem & scripturam habet: ἆ ἆ, τί μέλλεις
δρᾷν; At Suidas vt de spiritu consentit, ita de accentu
dissentit. Legitur enim apud eum, ἄ ἄ παρ' Ἀριστοφάνει,
ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Affértque
illum ipsum ex Aristophanis Pluto locum, in quo iti-
dem aduerbium illud scribit. Ne autem hic suspecta
sit nobis fides exemplariū eius, prohibent ea quæ ver- G
bis Aristophanicis subiūgit. Postquā enim dixit illud
ἄ ἄ legendum esse κατὰ διαίρεσιν, non καθ' ἕνωσιν, (quæ
verba mox explicabo) & tenuari vtrunque debere: ad-
dit, Si enim vna pars orationis essent, non opus habe-
rent duobus accentibus, nimirum duobus acutis. Hæc
est de huius aduerbii accentu Suidæ sententia. Ex iis
autē quæ dicit de hoc scribendo κατὰ διαίρεσιν, id est di-
uisim, seu disiunctim, non καθ' ἕνωσιν, siue κατὰ συνάφειαν,
(vt paulo pòst loquitur) id est, non coniunctim: colli-
gere nos posse arbitror fuisse quibus placeret has duas H
voculas, nullo interiecto spatio, quanuis suum vtriq;
dando accentū, scribere. Nam aliud quàm quod dixi,
nō indicari verbis illis, κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, ἢ καθ' ἕνω-
σιν, ex sequentib9 apparet. Si enim (inquit) vnica pars
orationis essent, &c. Ex his autem Suidæ verbis, duas
orationis partes esse ἄ ἄ consequetur: duo videlicet
aduerbia: simulque hinc, cum sibi non constare, at-
que adeò (si verum esse id existimandum sit) erra-
rare in sui operis limine, vbi dicit esse ἐπίρρημα, non
ἐπιρρήματα, arguemus. Adeo nihil in plerisque huius-
modi lexicographorum locis est certi. Hoc verò in-
de contingit quòd penè omnia ex variis, & quibus va-
ria iudicia erant, sunt consarcinata. Cuius rei euiden-
tissimum hic exemplum habes. ecce enim, verba illa à
quibus hic, quicunque sit, Suidas opus suum orditur,
ἄ ἄ, παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρα-
κελεύσεως, esse ex enarratore Aristophanis deprompta,
(sicut alibi passim multa ex iis affert) nemo, vt opinor,
negauerit. At quæ subiunguntur de hoc eodem ad-
uerbio, aliunde sumpta sunt: & quidem ex quopiā qui
non pro vno aduerbio, sed pro duobus habendas has-
ce duas literas censuerit. I nunc, & huiusmodi lexico-
graphorum scripta non adhibita magna cautione le-
ge. Apud Hesychium quoque extant quædam quæ fa-
ciunt vt suspicer duas hasce voculas in vnum vocabu-
lum conflatas fuisse. In vno enim eius loco legimus,
Ἄα, σύστημα ὕδατος: in alio habemus, ἆ ἆ, σχετλιαστικὸν ἐπί-
φθεγμα, ἢ σύστημα ὕδατος: sed quum σύστημα ὕδατος signifi-
cari non possit illis voculis nisi coniunctim scriptis,
suspicari quis possit eum aduerbii quoque significa-
tioni scripturā illam dedisse: quæ deinde mutata fue-
rit à quopiam non animaduertente sequentem expo-
sitionem, aut certè eius rationem non habente. Alio-
qui dicendum esset, quum Hesych. scripsisset, ἆ ἆ esse
σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα, aliquem temerè addidisse ἢ σύστη-
μα ὕδατος, non animaduertentem huic significationi
aliam scripturam tribui. Sed hoc mihi parum fit veri-
simile. Venio ad locum Euripidis in quo scholiastes
ἐφεκτικὸν aduerbium esse scribit. is est in Oreste, ἆ ἆ, τί
δῆτα μέλλετ', ἐκπορίζετ' αἴγλῃ Πυρσοῖς. hic inquam ἐφε-
κτικὸν esse tradit enarrator, id est cohibentis, seu repri-
mentis. nam ἐφεκτικὸν ab ἐπέχω deductum esse con-
stat, quod Cohibeo significat: ita vt sonet illud verba-
le, Cohibendi vim habens: quasi quis dicat Cohibito-
rium. Magis tamē fortasse illi Aristophanis loco quàm
isti significatio hæc conuenire dici possit. nisi dicamus
hic cohiberi morā: quod alioqui aptius diceretur cor-
ripi vel increpari. Sed quānā Latina particula posse ex-
primi huius aduerbii vim putabimus? Ego aut parti-
culam Hau, siue Ahu, aut certè nullam esse quæ isti
aduerbio in hac significatione respondeat, existimo.
Scio scribi à Donato interiectionem esse conturbatæ
mentis, nec constantis sibi: in isto Eunuchi loco, actus
4, scena 4, PY. – An tu hunc credidisti esse obsecro
Ad nos deductum? PH. Nanque alium habui nemi-
nem. PY. Hau, Ne comparandus hic quidem ad il-
lum est. Sed quem vsum habere dicenda sit hoc loco
ista interiectio, necnon in aliquot aliis eiusdem poe-
tæ, sicut & in quibusdam Plautinis, aliis iudicandum
relinquo: geminatam certè hanc in quodam Terentii
loco reperiri dico, vbi optimè cum ἆ ἆ cohibendi
vim habente seu reprimendi, conuenire aio. Locus is
in Adelphis legitur, Act. 3, scena 2, – hau hau, mi ho-
mo, sanusne es? An hoc proferendum tibi vsquam
esse videtur? Iam verò & Ahu non absimilem apud
hunc poetam significationem habet, in isto Eunuchi
loco, – ahu, tace obsecro. Videtur certè vnū ex altero
factum esse, permutata literæ aspirantiæ sede: nisi po-
tius, quoniam altera illa particula Hau multo est vsita-
tior, hanc illius locū occupasse aliquis existimet. Non
ignoro interim Donatū velle hic esse interiectionem
perturbatæ mulieris: vt apud Græcos ἰού: sed nihil ve-
tat nos simul dicere esse ἐφεκτικὴν, seu ἐφεκτικὸν ἐπίρρη-
μα (loquendo more Græcorum) in isto loco: qui enim
dicit Tace, is certè τὴν φωνὴν ἐπέχει, seu τὸν λόγον. Et de
isto quidem vsu aduerbii ἆ ἆ (aduerbiorum etiam di-
ci posset, ea sequendo quæ ex Suida paulo antè attuli)
hæc disseruisse sit satis.

Ἅ Ἅ, VEL Ἄ Ἄ apud Euripidem quoque alios
etiam vsus habere videtur quàm eum quem ex eius
Oreste attuli, conuenientem cum eo quem ex Aristo-

phane protuleram. Legimus enim in eadem tragœdia A
hæc Electræ verba, — Ἆ ἆ, σύζυγος ὅπως πρὸς Λεπτοῦ δό-
ναχος ὦ φίλα φώνει μοι. Legimus ibidem, nō multis pòst
versibus, Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν &c. Vbi eum
accentum his voculis tribuo quem apud scholiastem
habent: quum vtrobique nō ἆ ἆ sed ἄ ἄ in textu le-
gatur. Sed quid si in priore quidem horum locorum
eundem habere vsum dicamus quem in illo qui pri-
mus ex hoc poeta allatus fuit? Certè ἐφεκτικὸν quodā-
modo videri ibi possit: vt dicamus, Electrā, quòd hæc
verba ἰδοὺ πείθομαι, altiore quàm vellet voce prolata B
fuissent, ostendere hac interiectione illum elatiorē so-
num sibi displicere, eúmque ἐπέχειν. At verò in poste-
riore loco, ἆ ἆ, siue ἆ ἆ, nō aliud esse puto quàm Ah ah.
cuius vsus multa passim exempla extant, vt proximè
sequente huius sermonis tmematio docebo.

Ἆ Ἆ, vel Ἆ ἆ, sæpe est dolētis atq; adeo ingemiscen-
tis, aut indignantis, seu quiritantis, (eodē modo quo αἰ
αἰ) σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, inquit Hesych. & tunc illi cō-
uenit ea cuius modò mentionē feci interpretatio, vi-
delicet Ah ah: nisi malis Heu heu. Hæc enim particula C
frequentius geminata inuenitur quàm illa. quæ tamē
& ipsa apud Plautum geminata reperitur à suspirante
in Milite glorioso: PY. — habe bonum animū. PA.
ah, ah, Quum venit in mentem, mores vt mihi mutan
di sient. Sed quoniam particula ista Ah multos alios
insuper habet vsus, alteram illam interpretationē ad-
hibere satius esse duco. Hanc porro significationem
habens ἆ ἆ siue ἆ ἆ, apud tragicos præsertim frequēs
est. Eurip. in Rheso, Ἆ ἆ, ὀδύνη με τείρει. Cui loco addi
potest alter eorum quos suprà ex eius Oreste attuli: ni- D
mirum posterior, Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν. A-
pud Æschylum quoque extat, cum alibi, tum in Pro-
metheo, duob' in locis, (fortassis & in pluribus) & qui-
dem præfixum alii aduerbio eundem vsum habenti:
pag. 12, meæ editionis, ἆ ἆ, ἔα, ἔα, Τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ
προσέπτα μ' ἀφεγγής. Sic pag. 37, initio. Sed hic ἆ ἆ scri-
ptum est, illic autem ἄ ἄ. quæ scripturæ diuersitas ex
veteri exemplari profecta est: quo minus mirari eam
apud cæteros debemus.

Ἆ ἆ, inquit Hesychius, ἐπὶ τοῦ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστι- E
κὸν ἐπιφώνημα. Quibus addit, ψιλωθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ.
Vbi quid significare voluerit illis verbis, ἐπὶ τοῦ μεγά-
λου, non satis liquet. Sed nihil similius vero mihi in
mentem venit, quàm vt his verbis declaretur ἆ ἆ di-
ci cum exclamatione de re quapiam magna: quæ vi-
delicet (nam & hoc subaudiendum fuerit) repentè
contigerit, aut certè oculis nostris repentè se obtule-
rit. Hoc autem modo vocabulum ἐπιφώνημα, quod se-
quitur, huc quoque pertinere censebitur. perinde acsi
dixisset, ἐπιφώνημα ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Fateor interim mul- F
ta fuisse alia verba quibus Hesychius aptius & apertius
exprimere hæc potuisset. quod facit vt hoc meum cō-
mentum parum mihimetipsi placeat, vixque illa ver-
ba non suspecta mihi esse possint. Quod subiungit,
esse etiam σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ex multis quos attu-
li locis, satis manifestum est. At vero quod tertio lo-
co de his voculis annotatur, refellitur, quod ad scriptu
ram attinet, tum Hesychii tum Latinorum comico-
rum testimonio, vt in proximè sequente tmematio
manifestum faciam. G

Ἇ ἇ autem longè alium vel potius contrarium vsum ha-
bet. est enim ridentis aduerbium. (nisi quis aduerbia
vocare malit, vt non coniunctam vim duæ istæ vocu- A
læ habere censeantur, sed vnaquæq; seorsum suā. Eo-
dem certe modo ἇ ἇ, vel ἆ ἆ, sequendo alterā scriptu-
ram, pro duobus aduerbiis a nonnullis haberi, dictum
antea fuit) Testatur autem Eustathius, & quidem ex a-
liorum obseruatione, ἇ ἇ esse ridentis: testantur idem
& Latini comici, Plautus atque Terentius: apud quos
frequenter voculis istis Ha ha he, risum indicari vide-
mus. Vnum ex illo, alterum ex hoc exemplum pro-
ferre satis habebo. Apud Plautum igitur in Pseudolo
B legimus, Vt ego te hodie accipiam lepide, vbi effece-
ris hoc opus. S. Ha ha he. P. Lepido victu, vnguen-
tis, vino. In Terentii autem loco quem afferam, hoc
ipsum dicitur, videlicet voculas istas esse ridentis. Is
est in Eunucho, actus 3, scena 1, Quid tibi ego mul-
ta dicam? domini similis es. G. Ha ha he. T. Quid ri-
des? G. Istuc quod dixti modò. Faciunt igitur apertè
tum hi loci, tum ea quæ traduntur ab Eustathio, ad-
uersus ea quæ leguntur apud Hesychium, videlicet ἆ ἆ
cum spiritu tenui, risum declarare. Sed omnino mihi
C persuadeo non penes eum sed penes librarium reside-
re culpam. ab illo enim scriptum fuisse δασυνθὲν δὲ γέ-
λωτα δηλοῖ: non, ψιλωθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Vel hoc mo-
do, ψιλωθὲν δὲ καὶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Sed illo po-
tius quàm hoc modo emendandum esse censuerim,
omisso videlicet participio ψιλωθέν: quoniam ne apud
Latinos quidem comicos coniunctæ hæ particulæ le-
guntur. Ac profectò siquis vocem vel potius so-
num ridentis obseruet, id est sonum quem aliquis ri-
dendo edit, disiungendas potius quàm coniungendas
D esse has voculas cognoscet. Quinetiam aspiratè potius
quàm tenuiter efferri animaduertet: quod & ipsum il-
lam meam emendationem confirmat. Neque enim
hoc intelligi volo de iis dictum qui aspiratione præ cæ
teris gaudent: (vt certè in quadam nostræ etiam Gal-
liæ parte sunt qui Catullianum illum Arrium imi-
tentur, qui Chōmoda nō Cōmoda, Hinsidias non Insi
dias, Hionios fluctus non Ionios, dicebat) sed de iis po
tius qui ab aspiratione non abhorrēt. Verùm his oppo
net fortasse quispiā, alio tum modo quàm nunc ridere
E solitū fuisse: quod ego prorsus ignotū mihi esse fateor,
nec vnde probari possit video. Risum quidē certe mul
to minus quàm ploratum fuisse tunc temporis, vel ex
eo colligerem quòd plurima plorantium, aut saltē ge-
mentium, seu quiritantium, paucissima ridentium aut
alioqui exultantium aduerbia reperiantur: nisi magis
varias hodiéque esse gemebundas voces quàm exulta-
bundas perpenderem: siue ex eo quòd maius doloris
quàm gaudii sit ingenium, (vt Naso cecinit, Grande
doloris ingenium est) siue aliunde id contingat. Sed
F hæc περὶ τοῦ γέλωτος sicui ἀπειρογέλωτες videbuntur, tan-
quam γελαστικῶς dicta accipiat.

Ἇ ἆ ἆ vel ridentis, vel saltem exultantis aduerbium
(siue interiectionem, si loquar more Latino) efficere
manifestum est apud Euripidem in Cyclope. vbi Sile-
nus post præstantissimi vini potum, sibi ab Vlysse do-
nati, erumpit in hæc verba, Βαβαί, χορεῦσαι παρακαλεῖ μ'
ὁ Βάκχιος. Ἆ, ἆ, ἆ. Ibi tamen legi ἄ, ᾶ, ᾶ, fateor: verùm
quum nemo negare possit eum esse harum particula-
rum quem dixi vsum, itidem retinendam & hic esse
G scripturam illam quam suprà tum aliunde, tum ex Eu-
stathio confirmaui, nemini, meo quidem iudicio, ne-
gandum fuerit.

Ἀΐζω,

ἈΆΖΩ, Fut. άσω. Præt. ακα, Exhalo, propriè, Calidum halitum efflo. Aristoteles in Probl. sect. 34, φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχὲν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. Idem ibidē, ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ στενοῦ τε σόματος. Paulo pòst, ὁ δ᾽ ἀάζων ἀθρόον ἐκπνεῖ, διὸ θερμόν. Crediderim autem deductum esse verbum à sono quem inter exhalandum edimus: quo magis mirum videri possit tenui spiritu illud notari.

Ἀασμὸς, ὁ, ὁ, Exhalatio, Halitus, Calidi efflatio. ἔστι δ᾽ ἀασμὸς, ἀθρόου ἐκπνοῆς. Differt autē à φυσασμὸς siue φυσασμός, sicut ἀάζω à φυσῶ, in loco proximè præcedēte. Bud.

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, Abacus Latinis, à genitiuo Græco suum nominatiuum formantibus.

Ἄβαξ, Abacus, Persio, id est Tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasuis figuras seu diagrāmata ducūt. Pythagorica mēsa, veteribus dicta, secūdū quosdam, qui tamen ex particulari appellatione generalem facere videntur, sed Martiani autoritate nitūtur. σανὶς φιλοσόφοις χρήσιμος εἰς διαγράμματα, inquit Eustathius. | Ἄβαξ generalius etiam pro quauis tabula calculatoria: vide ἀβάκιον.

C Ἄβαξ, Abacus, Macrobio id est Tabula aleatoria, siue Alueus aleatorius. σανὶς τε ἀβλητικὴ, inquit Eustath. quod idē valet ac κυβευτική. Nam & Pollux inter κυβευτικὰ σκεύη recenset, ἄβακα, ἀβάκιον, πύργον, &c. Ath. lib. 10, κυβεύοντες δέ ποτε αὐτοὶ, καὶ πρὸς ἀγγείλαντος ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαταράσσουσι ὥστε ἐπὶ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα.

Ἄβαξ, Tabula siue mensa cui vasa quælibet ad vsum quotidianum comparata imponebantur: quum generaliori etiam voce vtens Ammonius dicat, Ἄβαξ, ἐφ᾽ οὗ τὰ κεράμια τίθενται. Quum tamen in abaco apud D Ciceronem, Liuium, & alios, vasa potius ad ornatum quæsita exponantur.

Ἄβαξ, Canistrum, vt colligit Budæus ex verbis Pollucis p. 232, vbi in mentione καλάθρων, item κανισκίων & κανίσκου, ex Cratino affert etiam, βαλανων ἄβακα. Idem verò p. 388, eadem verba citans, ἄβακα coquinariis vasis siue instrumentis annumerat.

Abacus præterea significat Vitruuio tabulam quadram quæ supponitur epistylus siue capitulis columnarum. Idem Abacum in podiis vocat planitiē quæ E sedilis vicem præbet, inquit Bud. | Cælius Rhod. Solis corpus orbēmque inuenio discum quandoque dici. Paulo post, Obseruatum & illud, solis latitudinē scienter abacum dici, eadem qua discus notione.

Ἄβαξ pro ἄλαξ, vide in Βαζω.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, diminutiui forma, pro Ἄβαξ: id est Tabula calculatoria, siue Tabula in qua supputationes fiunt. ἐφ᾽ οὗ ψηφίζουσι, Eustathius, & Ammonius. Polyb. quinto ὄντως εἰσὶ τοῖς παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. Lysias apud Pollucem, μετ᾽ ἀβακίου δὲ καὶ τραπέζης πωλῶν F ἑαυτόν. Alexis apud Athenæum, ἀβάκιον φέρε ἐνταῦθα. fortasse pro ἀβακίου. Hinc Plinio Abaculi sunt calculi supputatorii, Hermolao teste. Hinc etiam ortum vt peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacū vulgaris consuetudo vocauerit.

Ἀβάκιον, sicut Ἄβαξ, Abacus, id est Tabula in qua mathem. &c. vt suprà in Ἄβαξ. Plut. in Catone, καταδεδραμμένοι ἀβάκιον τι τῶν γεωμετρικῶν διαγραμμάτων.

Ἀβάκιον, Vas ad ferenda obsonia commodum. ἐπὶ ὀψοφόρου σκεύους, Pollux.

G Ἀβακίσκος, ου, ὁ, Tessella pauimenti, Budæus Moschion apud Ath. 5, ἅπαντα δὲ ταῦτα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων. Vbi Eustathius, Ἔνθα ὅρα τὸ ἀβακίσκοις. Ἐκ τοῦ δῆλον ὡς οὐ μόνον ἐπὶ σανίδος ὁ ἄβαξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ᾽ ἰδοὺ καὶ ἐπὶ λίθων ὁ μικρὸς ἄβαξ ἐστὶν.

ἉΒΡΟΣ, οῦ, ὁ, Mollis, Delicatus, Effœminatus. Vel Luxui deditus, τρυφερός. vt ἁβρότερος γυναικῶν, Mollior mulieribus, Mollitie vincens mulieres, Luciano p. 33. Sic quidam apud Suidam, ὁ τρυφερὸς ἐκεῖνος καὶ ἁβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος καταγελῶς. Ἁβρὰ παθεῖν, H Deliciis frui, apud Theogn.

Ἁβρὸς, Lautus, Cultus, Elegans, Munditiæ studiosus. Philostr. epist. 40. de Ionia loquens, καὶ ἡ τῆς γῆς ἐκείνης ἁβροτέρα; Herodot. Melpomene, Ἀγάθυρσοι δὲ ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Id est, ἁβρότατοι ἐσταλμένοι, vt loquitur quidam apud Suidam. Eodem modo & Lucianus p. 53. hæc coniungit καὶ χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν. (Potest tamen & priorem illam significationem in duobus hisce locis habere pro τρυφερός, vel ἁβροδίαιτος.) | Dicitur & de re. vt ἁβραὶ κλῖναι, Æliano apud Suidam. Idē verò Suidas ἁβρὸς λειμὼν exponit χλοερώτερος καὶ εὐθαλής, quoniam prata quo floridiora & viridiora, eo sunt pulchriora. ἁβρὸν autem significare καλὸν apud Herodotum (id est pulchrum,) idem testatur. Ἁβρὰ τράπεζα, Lauta mēsa, vel sūptuosa: nā exponitur πολυτελής. B.

B Ἁβρὸς, Festiuus, Lepidus. Luc. καὶ μάλιστα ὁπόταν ἁβρὰ καὶ ἁβρὸς ᾖ τῶν Ἑλληνικῶν αὐτοῦ λυχνίων, φασί. Idem in Iudicio dearum, τῷ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν ἀπὸ ἁβρῶν μᾶλλον καὶ ἀστικῶν.

Ἁβρὸς, Magnificus, Grauitatem præ se ferens, Elatus. Vnde ἁβρὰ βαίνων exponit Budæus Magnificè sese inferens, in hoc loco quem Suidas affert, Ἐξιὼν ὅπως ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει, ἔχων τοὺς ὀφρῦς ὑπερηφάνως ἄνω. Sic apud Eurip. in Medea, — ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί, Δώροις ὑπερχαίρουσα, &c. Ipse quoque Suidas postquam dixit ἁβρεῖ significare καλὸν apud Herodotum, addit αὐθάδης, σεμνός. ad quam significationem respexisse videtur Budæus, vt sit ἁβρὰ βαίνειν quod Gallicè dicitur *Marcher en grauité*, vel *Marcher en pas d'abbé*. Et Lucianus p. 61, ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνειν dicit. Potest tamen ἁβρὰ βαίνειν alicubi ad incessum etiam referri quem Quintilianus fractum vocat, qualis esse solet hominum mollium & effœminatorū. vt Propertius de puella dixit, — vt soleant molliter ire pedes. Hesychius quoque ἁβρὰ βαίνων exponit τρυφερῶς, id est molliter viuens, tanquam videlicet molli incessu mollitiem in toto vitæ genere arguentes D vnde Æschylus Persas ἁβροβάτας appellat. Suidas autem non tantùm exponit θρυπτόμενος, sed addit etiam κολακευόμενος, id est, Qui assentatoribus aures patefacit, & se adulari sinit, vt loquitur Cicero. Sic autem exponere videtur quòd qui ab assentatoribus inflati fuerint, cū in cæteris rebus magnificè se efferre, tum ipso incessu elationē animi ostendere soleant. Animaduertēdum est item ἁβρὰ & ἁβρὸν in hoc loquendi genere (quod velut prouerbiale est) aduerbialiter poni pro ἁβρῶς.

E Ἁβρὸς alii ab ἄβω deducunt, vt sit propriè ὁ λαφῆς. alii à βαρὸς, præfixo α priuatiuo, vt sit quasi ἄβαρος, ὁ κούφως βαίνων. Vtranque deriuationem habet etymologici autor: posteriorem Eustathius, qui etiam admonet Atticè aspirari contra hanc deriuationem. Quare quin aspirari debeat dubitandum non est: quum item passim in libris etiam scriptis hunc spiritum habeat: at de illis etymologiis dubito, & stultè curiosas potius quàm veras aut verisimiles puto: sicut & alias multas, quas ideo prætermittere in hoc opere statui.

Cōp. Ἁβροχαιτής, ὅς, ὁ καὶ ἡ, Mollitie diffluens, ex ἁβρὸν & χλίω. Quidam ἀνώνυμος apud Suidam, καὶ ἁβροχαιτὴς ἦν F ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους. In vulg. lex. exponitur ἁβροχαιτής, crapula diffluens. Ἁβρόβιος, Ἁβροδίαιτος, Ἁβρομήτης, Ἁβροχαίτης, &c. vide in substantiuis.

Ἁβρῶς, Molliter, Delicatè. Retinet & cæteras nominis ἁβρῶς significationes, pro Festiuè, & pro Magnificè, &c. Eurip. Medea, Αἰεὶ διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος. Hesychius ἁβρῶς exponit ἀτηρῶς.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, Mollicies, Deliciæ, Luxus. Xenoph. Pæd. lib. 8, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἁβρότητι. Ibidem ἁβρότητα, τρύφη, τρυφήν, μαλακίας pro eodem vsurpat. Dion hist. pag. 67, τρυφὴν & ἁβρότητα coniungit. Significat & Magnificentiam siue Splendorem.

G Ἁβροσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἁβρότης, sed magis poeticum est hoc quàm illud. Eurip. in Oreste, de Menelao, — πολλὴ δ᾽ ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι τῶν Ταντάλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν. Vbi pro magnificentia & splendore poni videtur. Ab Hesychio & Suida φαιδρότης etiam exponitur.

¶ Ἁβρύνω, Fut. υνῶ (vt καλλύνω à καλὸς) Orno, Splendidum reddo. Æsch. Agam. p. 104, Καὶ τἄλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ Ἅβρυνε. Vbi schol. exponit καλλώπιζε.

Ἁβρύνομαι, Ornor, Nitesco, Cultum mihi comparo. Gall. *Ie me brague de quelque chose*, vel *Ie me fay braguard*, καλλωπίζομαι, λαμπρύνομαι, Hesych. Cum datiuo rei, Ath. lib. 12, οἷς πᾶς ὁ τῶν γυναικῶν ἁβρύνεται βίος. Itē Glorior, Insolesco, Mihi placeo, Magnificè me & lautè infero,

σεμνύνομαι, Hes. Plato Apol. ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἂν εἰ ἠπιστάμην ταῦτα. Id est, Bud. interprete, Ego quoque, si hæc scirem, nitidè elegantérque me haberem, & gloriarer, mihique ipsi placerem.

C. Ἐναβρύνω, idem quod Ἀβρύνω: & Ἐναβρύνομαι idem quod Ἀβρύνομαι. Dion hist. p. 154, τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο. Pro quo paulo ante κοσμεῖσθαι dixit.

Ἀβρίζομαι, Idem quod ἀβρύνομαι, Hes.

ΑΓΑΝ, Nimis, Immodicè, Supramodum. vt ἄγαν λυπεῖσθαι apud Plat. quod Cicero vertit, Nimis mœrere. Vide Cic. Lex. p. 7. interpretationum. ‖ Ponitur & pro Valde, Vehementer. Xenoph. Pæd. 1, περὶ ἀφροδισίων οὐ διαλεγόμεθα πρὸς τοὺς ἄγαν νέους. Iungitur & superlatiuo in hoc Chrysostomi περὶ τῆς ἱερωσύνης loco, πρὸς τοὺς ἄγαν πολεμικωτάτους. Vtranque porro significationem habere videtur ἄγαν in hoc versu, Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Ἄγαν in vtraque significatione eleganter præfixum articulum habet, & tum nominis adiectiui formam induit pro Nimius siue Immodicus, & pro Vehemens. Frequétius tamen pro Nimius siue Immodicus. Plut. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, Τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον. Plat. Pol. 8, ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν. Sic ἡ ἄγαν πλησμονή, Nimia expletio. Apud eundem αἱ ἄγαν σπουδαί, & αἱ ἄγαν φιλονεικίαι, Vehementes contentiones, Bud.

Ἄγαν in compositione aliquando ν amittit, aliquando in aliam literã mutat, vt ἀγακλειτός, ἀγάῤῥοος, &c. quæ omnia simul in Indice, singula autem suis locis in hoc opere habes.

ΑΓΑΝΑΚΤΕΩ, τῶ. F. τήσω. P. τηκα, Doleo, id est Doloris sensu afficior. B. Dioscor. lib. 5. cap. 76, ἀγανακτεῖν τοὺς ὀδόντας ἐν τῇ γενέσει. Sic & ἀγανάκτησις verbale à Platone vsurpatur, de dentibus itidem loquente, vt videbis paulo post.

Ἀγανακτῶ, Indignor, Stomachor, Ægre fero. Item Conqueror. Æsch. in Ctesiphon. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθήσεται, ἀγανακτεῖ. Itidem cum his particulis εἰ μὴ, vsus est Isocr. De pace, ἀγανακτοῦμεν εἰ μὴ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις τιμὴν ἕξομεν. Sæpe etiam dicitur ἀγανακτεῖν ἐπί τινι. vt ab eodem in Bus. encomio, ἀλλ' οὖν ἐπί γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειν. Idem in Paneg. ἀγανακτοῦσιν ἐπὶ τοῖς παροῦσι. Iungitur & datiuo sine præpositione, vt apud Plat. Phædo. p. 32, ἐνδείκνυσαι οὐκ ἀγανακτῶν τῷ θανάτῳ. Dicitur & ἀγανακτεῖν ὑπέρ τινος, & περί τινος, cum genitiuo rem itidem significante. Idem Isocr. ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρπαγῆς ἀγανακτοῦμεν. Plat. Epist. 7, πολλὰ περὶ τῆς τότε πραγματείας ἠγανάκτει. Idem præpositioni διὰ cum accusat. iunxit in eodem Phæd. loco, ὥστε διὰ ταῦτα οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ. Inuenitur & ἀγανακτεῖν πρός τινα, & κατά τινος sicut & ἀγανακτεῖν τινι. Plutarchus in Camillo, ἠγανάκτουν πρὸς αὐτούς, Cum ipsis expostulabãt. Lucian. in Timone, τί οὖν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; ‖ Rarior autem præcedentibus constructio est in eadem Phædonis Plat. p. 31, vbi accusatiuo rei iungitur, ἥκοντες δὲ δὴ αὐτοί, ἀγανακτεῖν ὃ πάλαι προεθυμοῦντο τι καὶ ἐπιποθοῦσιν. Vbi Bud. exponit AEgrè ferre vel Queri.

Ἀγανακτῶ, Gemo, στένω, apud Platonem, inquit Hes.

Ἀγανακτήσασθαι etiam dicitur voce media pro ἀγανακτῆσαι, vnde participium ἀγανακτησαμένης, Luc. in Somnio.

Composita, Συναγανακτῶ, Condoleo. Bud. Ὑπεραγανακτῶ, Supramodũ indignor, Vehemẽtius stomachor, vel cõqueror. Et ὑπεραγανακτῶ τούτου pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ τούτου.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, Dolor, Doloris sensus. Plato in Phædro, καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φύωσι, κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα.

Ἀγανάκτησις, Indignatio, Stomachatio. Thucydides, καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ.

Compos. Συναγανάκτησις, Condolescentia, Budæus apud Aristot.

Ἀγανακτητὸς, Adiect. Vnde ἀγανακτητόν, Indignè ferẽdum, Querendum. Plato, νικᾷ καὶ τοῦτο ἀγανακτητόν. Bud.

Ἀγανακτικὸς, ὁ, ἡ, Querulus, Qui facile conqueritur & ægre fert casus incommodos, ὀργίλος. Plat. Pol. 10, ἡ μὲν οὖν πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει τὸ ἀγανακτητικόν· τὸ δὲ φρόνιμον καὶ ἡσύχιον, παραπλήσιον ἀεὶ ὂν αὐτὸ αὑτῷ. Bud.

ΑΓΑΠΑΩ, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Amo, Diligo. Quidam scripserũt ἀγαπῶ, minus esse quàm φιλῶ, vt Diligo minus quàm Amo: sed vt hæc apud Latinos, ita illa apud Græcos differentia confunditur. Et fuerunt qui contrà putauerint ἀγαπῶ plus esse quàm φιλῶ. Isocr. in Hel. encomio, ἣν ἐπιδειξόμεθα τοὺς ἀγαπήσαντας καὶ θαυμάσαντας ἐκείνην. Xen. Pæd. 7, ὥστε μόνον οὐκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφερόμενοι αὐτοὺς ἀγαπῶντες. Idem Συμπ. 1, de honesto & de inhonesto amore vsurpauit simul, scribens, τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Hinc etiã ὁ ἀγαπώμενος & ἡ ἀγαπωμένη pro ὁ ἐρώμενος & ἡ ἐρωμένη, vt dicetur infrà. Vsurpatur etiam de amore rerum inanimatarum, vt Isocr. ἀγαπᾶν τὸν πλοῦτον, amare diuitias, dixit. Plato Pol. 1, ἀγαπᾶν τὰ χρήματα & ἀσπάζεσθαι pro eodem ponit: vt Latinè dixeris, Amare pecunias, vel Amplecti pecunias, pro Pecuniarum studio vel amore teneri. Dicitur autem aliquando ἀγαπῶ τοῦτο ἀντὶ ἐκείνου, vel ἀγαπῶ τοῦτο πρὸ ἐκείνου, pro, Præfero hoc illi, Antepono hoc illi, ad verbum, Amo hoc pro illo, vel loco illius: &, Amo hoc præ illo. Demosthen. Pro corona, ἀγαπᾶν τὰ δίκαια ἀντὶ τῶν κερδῶν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων. Plut. in Camillo, ἀγαπήσαντες δὲ ἧττον πρὸ τῆς ἐλευθερίας. Iũgitur & cum μᾶλλον. vt, ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα, Amo magis gloriam quàm pecunias, pro, Præfero gloriam pecuniis. Item cum infinitiuo, vt Amo apud Latinos. Arist. Œcon. 1, τοὺς Λυκίους ὁρᾶν ἀγαπῶντας τὸ χρῆμα φέρειν. ‖ Significat etiam, Amicè & hilariter accipio, Odyss. ψ, Οὕνεκά σ' οὐ τὸ πρῶτον ἐπεὶ ἴδον, ὧδ' ἀγάπησα. Vbi Eust. significare dicit ἐφιλοφρονησάμην, & ita sumi vt ἀμφαγαπάζειν. Videtur autem hic vno verbo complecti voluisse Penelope illa beneuolentiæ & amoris signa quæ Vlyssi exhibuerat, manus collo iniiciens, & caput deosculans. Vnde autor breuium scholiorum ἀγάπησα exponit hîc περιεπτυξάμην, amplexata sum expansis vlnis. ‖ Ἀγαπάω, item, pro Osculor vt ait Eustathius: qui exponens hæc verba ex fine Od. χ, Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμεναι, scribit hinc videri sumpsisse Homeri posteros vsum verbi ἀγαπᾶν pro φιλεῖν, & ἀγάπη pro φίλημα.

Ἀγαπᾶν, Contentum esse, Cicerone interprete. quod enim Plato dicit, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, interpretatur, Cõtentique esse debetus si probabilia dicentur. Vide Cic. interpret. pag. 14 in meo Lex. Ciceroniano. Sic Isocr. in Panegyrico dixit, ὥστε καὶ τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν. id est, Non iam libertate contenti essent, Non sat haberent esse liberi, Non boni cõsulerent libertatem. (Nam malè exponitur in vulg. Lexicis, Vt non iam amplius libertatem affectarent) Sic in πρεσβευτ. Libanius, ἀγαπᾶν τοῖς ἀρχαίοις ὅροις, Contenti esse antiquis finibus. Thuc. lib. 6, οὐκ ἀγαπήσοντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν. Demosth. Philipp. 1, οὓς δεῖ μὴ πλεονεξίαν τὰ παρόντα ἀγαπήσειν οἴεσθαι, Contentos fore præsenti rerum statu. Pro eodem sæpe etiam datiuo iungitur, vt significationem ita & constructionem habes verborũ ἀρκοῦμαι & στέργω. Sic apud Lysiã, ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι, &c. Non rarò & cum particula εἰ vel ἢν siue ἐὰν iungitur. Isocr. οὐδ' ἐν τοῖς τοῖς καιροῖς ἠγάπησα εἰ τοὺς οἰκείους τοὺς ἐμαυτοῦ διασώσαι δυνηθείην. Dion. Hal. ἀρχ. 11, οἵ τε ἀγαπῶντες καὶ τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν εἰδότες εἴ πως αὐτοῖς ἕξει τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἀσφαλῶς. id est, Et qui boni cõsulebant. vel, Et qui præclarè secum agi putabant, ac magnam diis gratiam habebant si, &c. Xen. Pæd. 8, καὶ ἀγαπᾶν ἢν ὁ οὕτως ἱκανεῖ αὐτὸν τρέφειν ἐργαζόμενος λαμβάνῃ. Nonnunquam etiam cum infinitiuo. Herodianus, ἀγαπήσαι αὐτοὺς μάχης καὶ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα. Sæpe cum participio. Luc. in Timone, ἀγαπῶ ἀποφέρων τέτταρας ὀβολούς. Idem alibi, ἀγαπῶ σωθεὶς μόνον. Cum particula ὅτι apud Homerum, Odyss. φ, Οὐκ ἀγαπᾷς ὃ ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν Δαίνυσαι; quod imitatus Lucianus dixit, τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμελείᾳ φωνῇ προσαγορεύουσιν, ἀγαπᾶν ἀξιοῦντες ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν. Vbi malè putatur (qui error est & in Lexic. vulgar.) ἀγαπᾶν absolutè positum hic esse pro ἱκανὸν εἶναι, satis esse: perinde ac si dixisset ἀγαπητὸν εἶναι. quum Græcè dici non possit τοῦτο ἀγα-

A τᾷ pro τῷ ἀγαπητὸν ἐστι. non igitur ita verti debet vt illic vertitur, Satis esse rati si solùm aspexerint. nam ἀγαπᾶν nõ refertur ad eos qui resaluta nt, sed ad obuios qui salutantur. Et intelligendum est, ἀξιοῦντες τοῖς ἐντυγχάνοντας ἀγαπᾶν: hoc sensu, AEquum esse iudicantes vt obuii contenti sint se fuisse ab ipsis aspectos tantummodo. Ad verbũ, Cõtẽti sint quòd solùm eos respexerint.

Ἀγαπᾶν, Acquiescere: sed non accipiendo verbum istud pro Cõtentum esse (vt quum hæc Isocr. verba, μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, Budæus interpretatur, Non iam acquiescerent in libertate) sed pro Gratum acce-
B ptumque habere, & approbare. Interdum cum datiuo, vt ἀγαπῶ τοῖς διῃτημένοις, Acquiesco iis quæ statuta sunt ab arbitris, Grata acceptáque habeo quæ, &c. vel Approbo quæ, &c. In qua significatione idem valet ἀγαπῶ quod ἀρέσκομαι, id est Acquiesco, & Mihi satisfit, & Placet conditio: vt Budæus interpretatur, citans hunc Luciani locum ex Menippo, vbi hæc duo verba copulauit, δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι τε ἀγαπᾷν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον ἡγεῖσθαι. Cum accusatiuo autem videtur idem significare in hoc Plutarchi loco, ἠγάπησε τὸ πρᾶγμα ἐξ ἀρχῆς
C τῆς γυναικὸς. perinde ac si dixisset ἀπεδέξατο. nam pro ἀποδέχεσθαι sumi author est Suidas, ponens etiam optatiuum ἀγαπῴην.

Ἀγαπάομαι, ῶμαι, Passiuum, Amor, Diligor. Aristoteles Rhetor. 1, τὸ δὲ φιλεῖσθαι, ἀγαπᾶσθαί ἐστιν αὐτὸν δι' αὐτόν. ¶ Nonnunquam & de amore venereo: vnde participia Ἀγαπώμενος & Ἀγαπωμένη, quæ tanquam nomina vsurpantur pro ἐρώμενος & ἐρωμένη. id est amasius & amasia, seu amica. Luc. in Nigr. ἀγαπῶν τὴν τέχνην, ὡς παρόντων ἐρῶν τῆς ἀγαπωμένης. Idem, χαίρει ἔχων τὴν ἀγαπωμένην.

Ἀγάπημα, Dilectio, ἀγάπησις. ¶ Item, Res seu persona quæ diligitur. Crates in quodam epigrammate, Χαῖρε θεὰ δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα. id est, Virorum bonorum amor. vt Virgil. Nymphæ, noster amor, Libethrides. τὸ ἱμερόεν ἀγάπημα. Sic Cicero dicit Antonium amores
D deliciásque suas, Phil. 6.

Ἀγάπησις, Dilectio, pro ἀγάπη, Atticorum est: vt πρέσβευσις pro πρεσβεία, vt inquit Corinthus De Attica dialecto. Plut. in Pericle, ἀγάπησιν ἐρωτικὴν vocat dilectionem amatoriam. id est, ex sagittis cupidineis prouenientem.
E Ἀγαπησμός, οῦ, ὁ, Idem quod ἀγάπησις, siue ἀγάπη. Suidas ait ἀγαπησμὸν seu ἀγάπησιν dici etiam τὴν φιλοφροσύνην. Apud Hesychium per ι scribitur ἀγαπισμός.

Ἀγαπητός, Dilect⁹, Charus, vel Amabilis. Aristot. Ethic. li. 9. cap. 12, ἆρ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι, id est gratissimum. ¶ Hieronymus annotat ἀγαπητὸν magis sonare diligibilẽ, dignum qui diligatur: quàm dilectũ, id est ἠγαπημένον. Sed in mentem venisse debuit Hieronymo, quemadmodum γνωστὸν pro ἐγνωσμένον, & κτητὸν pro κεκτημένον, item χριστὸν φάρμακον pro κεχρισμένον capitur, ita ἀγαπητὸν pro ἠγαπημένον vel ἀγαπώμενον sumi. Suidas quoque ἀγαπητὸν exponit ἠγαπημένον. Idem ἀγαπητὸν
F exponit τὰ καλὰ καὶ ἀγαθά, id est, pulchra siue honesta, & bona. ideo (opinor) quòd consequens sit vtquæ talia sunt, sint amabilia. ¶ Idem addit, ἀγαπητὸν, ὁ ἀγαπώμενος, ἢ ὁ μονογενής. Plut. περὶ τῆς ὀκλιάς conjungit μονογενῆ & ἀγαπητόν, sic, Αὐτὸς δὲ φησὶν δεῖν ἵνα τὸν παῖδα μονογενῆ τὸν ἥδιον καὶ ἀγαπητόν. at Hesychius ἀγαπητὸν exponit μονογενῆ, καὶ χαριέστατον. id est, vnigenitum, gratum.
G quòd videlicet filius qui vnicus est, magis diligatur. Plutarch. item περὶ πολυφ. dicit ab Homero vocari ἀγαπητὸν υἱόν, μοῦνον, τηλύγετον, natum parentibus alium nec habentibus, nec habituris. Locus Homeri est hic, —τῷ δ' ἔπλετο εἷς πολλῇσιν ἐπὶ γαίαν Μοῦνος ἐὼν, ἀγαπητός. vnde apparet distinguendum esse apud Plutarchum post μοῦνον, nec coniungendũ cum τηλύγετον. Sic apud Xenophontem in Pædia, παῖς ἀγαπητός, & παρθένος ἀγαπητή. Arist. quoque Rhet. 1. elegater vnicum oculum appellat ἀγαπητόν.

Ἀγαπητόν ἐστι, cum infinitiuo, Satis esse putãdum est, Non respuendum est, Boni consulendum est. Xenoph.
H Pæd. 3, ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ τῶν ἐπιβολῆς δυναίμην αὐτὸς ἀξιωθῆναι. Arist. Ethic. 1, ἀγαπητὸν δὲ περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι. id est, Satis igitur fuerit ostẽdere. Quod Erasmus malè interpreta-

A tus ẽst, Gratũ igitur fuerit, in prouerbio, Tenuiter didũcis. Idem Arist. lib. 9, ἀγαπητὸν ἂν καὶ φίλους ὀλίγους εὑρεῖν, id est, Bene nobiscum agi putandũ est si vel paucos amicos inuenire possimus. Vel, Boni consulendũ est quòd, &c.

— Ἀγαπητῶς, Aduerb. Gratè, Amabiliter. Plat. De fort. R. οὐ πάντως ἀγαπητῶς οὐδ' ἀλύπως διεξίασιν, id est, (Bud. interpr.) Haud omnib⁹ vsquequaq; voto cõpetẽtibus. Interdũ, Cupidè & libẽter. Demosth. τὴν εἰρήνην ἐποιήσατε ἀγαπητῶς. Idẽ, ὥστε πολλάκις δὲ ἐπάρχες ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τετιμημένῳ ἀγαπητῶς ἀφαρπάζεσθαι. id
B est, Ita vt præclarè tecũ agi putares quòd, &c. Herodianus, δεῖ δὲ ἀγαπητῶς ἔχειν ἕκαστον τὰ αὑτοῦ, Oportet vnumquenque suis finibus contentum esse. pro ἀγαπᾶν ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ.

Ἀγαπητικός, οῦ, ἡ, Vim diligendi habens. Habes apud Hesychium in ἀγαπήνωρ, vbi tamen videtur esse mendum.

Ἀγάπη, ης, ἡ, Dilectio, Charitas. φιλίας ποιούμενοι ἀρχὴν καὶ ἀγάπης. Plut. Sympos. 7.

Ἀγάπαι, Cõmũnia Christianorũm cõuiuia, sic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis & cõiunctionis cau-
C sa essent instituta. Iudas apost. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες. In his autem cõuiuiis sacra etiam Domini cœna solebat vsurpari. Tertull. in libro aduersus Gẽtes, cœna nostra de nomine rationẽ suam ostendit. vocatur ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Plura de his apud eundem. ‖ In vulg. lex. citatur ex lib. Cõcil. sacr. ἀγάπας ποιεῖσθαι pro Cõuiuia pauperibus dare.

Ἀγαπήνωρ, vide in ἠνορέη.

C. Ἀμφαγαπάω, Deamo, Valde amo, Charissimum habeo, ἀσπασίως ἀγαπῶ, præpositione ἀμφὶ augente significa-
D tionem. Poeticũ est. Hes. in Op. — ἐν κενεῷ ἀμφαγαπῶντες. Hesychius tamẽ ἀμφαγαπῶντες exponit simpliciter ἀσπαζόμενοι, id est amplectentes. Vide Ἀμφαγαπαζόμενος.

C. Περιαγαπάω, Valde amo: vnde Περιαγαπαζόμενος voce media apud Hesychium: sed hoc mihi suspectum est.

C. Ὑπεραγαπάω, Idẽ apud oratores quod proximè præcedens ἀμφαγαπάω apud poetas. Herod. lib. 1, ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸν ὁ Κόμμοδος.

¶ Ἀγαπάζω, apud poetas pro ἀγαπῶ, id est Amo. Item, Comiter & blandè atque hilariter aliquem excipio, Bene-
E uolentiæ signa exhibeo alicui, Amplector seu amplexor. Hom. Odyss. π, circa principiũ, Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει, Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ. vbi Didymus ἀγαπάζει exponit ἀσπάζεται, id est, amplectitur, brachia collo circundans. Vide suprà ἀγάπησεν ex Homero. Gall. vno verbo Caresser.

C. Ἀμφαγαπάζω, idem quod ἀμφαγαπάω. Dicitur & Ἀμφαγαπάζομαι voce media, Ἀμφαγαπαζόμενος πάντα τά τ' ἐστὶν ἐοικότα, Vehemẽti amore prosequens, Omnia amoris signa exhibens.

F ἈΓΆΩ, ὧ. F. ήσω. P. ηκα, & Ἀγάομαι, ῶμαι, Demiror, Cum stupore vel ad stuporem vsque miror, Stupeo. Item Inuideo. Item, Odio prosequor. Homerus Odyss. α, Τηλέμαχ' οὔ σε ἔοικε φίλον πατὴρ ἔνδον ἐόντα Οὔτι τι θαυμάζειν περιώσιον, οὔτ' ἀγάασθαι. Vbi Eust. ἔστι δὲ, inquit, τὸ ἀγάασθαι, ὅτε ἐπὶ ὑπερθαυμάζειν, ἢ ὅτε ἐπὶ ἐπὶ τὸ θαυμάζειν. Hesiod. Theog. v. 619, Ἠνορέην ὑπέροπλον ἀγώμενος ἠδὲ καὶ εἶδος, vbi Tzetzes vult esse pro θαυμάζων vel φθονῶν. Apud eũdẽ Homerũ itidẽ pro φθονῶ, vel μέμφομαι, Eust. teste, Od. ε, Οἵ τε θεαῖς ἀγάασθε παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι. & duo-
G bus versibus interiectis. Τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες. Et statim pòst pro eodẽ ponit ἀγᾶσθε. quod etiã notat ibi Eustathius. Vnde miror eum alibi ita distinxisse vt ἀγάασθαι esset idem quod ἀγάζειν, id est φθονεῖν: ἀγᾶσθαι autẽ, ἐκπλήττεσθαι. Idem in illum Od. α locũ, annotat ex veterum autoritate, ἀγάασθαι tria significare, Admirari, Inuidere, Odisse: & ab ἄγαν deriuatum esse ἀγάω. quum tamen alibi scribat, (vt modò dictum est) ἀγάασθαι non esse simpliciter θαυμάζειν, sed indicare ἐπίτασιν τινὰ τοῦ θαυμάζειν, pro ἐκπλήττεσθαι. Quod, vel ipso tacente, ex il-
H lo Homeri loco & aliis colligi posset. Tertium addam de hac eadem voce in quo non satis sibi constare videtur hic alioqui gramaticorum facilè princeps. Quũ in Odyss. θ, non aliunde quàm ab ἀγάζω deducat ἀγασθεὶς, (& abiecto σ, mutatáque tenui in aspiratã, ἀγαθεὶς) sicut à γελάζω inusitato themate, γελασθεὶς, & ab ἐργάζω, itidem

a. iii.

inusitato, ἱερεῖον & ἱπέρειον: & quum in Iliad. ψ, itidem ἀγαστὸν ab ἀγασσάμενος deriuet: addit tamen, posse etiam ab ἄγασθαι proparoxytono fieri ἀγαστόν. Vt autem hic discrepat dissentitque à seipso in iis quæ de hac voce tradit, ita & in aliarum plurimarũ deriuatione vel expositione non solùm hunc à seipso, sed cæteros quoque à seipsis, multo verò etiam magis ipsos inter se dissentire sciendum est. Quod quum ita sit, cogitet lector, vbi aliquid apud eos leget non per omnia consonum iis quæ in hoc opere à me scripta fuerint, me diuersorum opiniones, & eiusdem etiam diuersos eadem de re locos, inter se contulisse, & ad illam collationem aliqua etiam argumenta à meipso allata, aut certè coniecturas, addidisse: atque ita adhibito tanto quantum in huiusmodi rebus adhiberi à me potuit iudicio, pauca quædam multis reiectis excerpsisse: atq; hoc in toto opere meminerit. Vide & quod annotaui initio verbi Ἄγαμαι de eius formatione.

Ἄγη, ης, ἡ, Admiratio, Stupor, Obstupefactio. Etymol. vel ab ἀγῶ vel ab ἄζω deduci vult, sed ab ἀγῶ deduci constat. Hom. Od. γ, Λίαν γὰρ μέγα εἶπες· ἄγη μ' ἔχει. id est, θάμβος, vel ἔκπληξις, Hesych. & Etymol. Sic loquitur Homerus & Od. π. Sed in vulg. edit. quæ meam præcesserunt, legitur perperam ἄγημ' vtrobique coniunctim, quasi esset ἄγημα ἔχει, non ἄγη με ἔχει.

Ἄγη apud tragicos, Honor, Veneratio, τιμὴ, σέβασμος, Hesych. | Ab eodem exponitur μίασμα.

Ἀγαῖος, α, ὁ, Admirabilis. Itē Inuidiosus. Suidas ab ἀγαίομαι deducere videtur, scribens, Ἀγαίομαι, φθονοῦμαι· καὶ Ἀγαῖος, ὁ ἐπίφθονος. Ego malim cum Hes. & Etymol. ab ἄγη deducere. Esset tamē magis regularis deductio (meo iudicio) si ab ἀγὴ oxytono deduceretur, vt apud illos Ἀγαί, ζηλώσεις, & Ἀγαῖος, simul ponuntur. esset enim Ἀγάω, ἀγὴ, ἀγαῖος, vt Ἀράω, ἀρὰ, (pro ἀρὴ) ἀραῖος. Verùm hi ipsi alibi ἄγη scribunt in significatione admirationis siue stuporis: & Suidas hoc nominatim dicit, Ἄγη μὲν σὺν παροξυτόνως, ἡ ἔκπληξις· Ἀγὴ δὲ, ἡ κλάσις τοῦ κύματος. Vnde apparet mendosè apud eū scriptū esse paulo antè, Ἀγὴ, θαῦμα, &c.

Ἄγημα, ατος, τὸ, Itidem pro Stupor, annotatur in vulgar. lexicis: sed natus fortasse est error ex illis Homeri locis perperam lectis, de quibus modò dictū est. Quin tamē ab ἀγῶ formari possit ἄγημα, minimè dubium est, nimirum à prima persona præt. passiui: vt ἀγητὸς (quod proximè sequitur) à tertia formari constat. | Ἄγημα autē significans apud Macedones τάγμα ἐπίλεκτον ἱππέων καὶ πεζῶν (quod & ipsum Eustathius ab ἀγῶ deduci posse existimat, διὰ τὸ ἀγητὸν εἶναι) vide post Ἀγῶ.

Ἀγητὸς, οῦ, ὁ, Admirabilis, Stuporem excitans. Vel, Cuius præstantia obstupefacit. Od. ξ, εἶδος ἀγητόν. Il. ε, εἶδος ἀγητοί. | Legitur apud Hesychium non solùm Ἀγητοί, θαυμαστοί, sed etiam Ἀγητοί, itidem expositum θαυμαστοί.

¶ Ἀγέομαι, idem quod ἀγάομαι, Admiror. Ἀγεόμενοι, θαυμάζοντες, Hesych.

¶ ἈΓαυὸς, οῦ, ὁ, ab eodem ἀγάω, pro ἀγαὸς, interiecto Æolicè υ (secundum alios tamen à γαίω) Admirabilis, Præclarus, Illustris, Hes. Itē σεμνὸς, Eust. Venerandus, Veneratione dignus. Addit idem Eust. & καλὸς, λαμπρὸς, κόσμιος, ex veterum autoritate. Hom. Od. ι, —ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο. & Od. ο, Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυότατον ζωόντων. | Ἀγαυοὶ μνηστῆρες apud eundem Homerum (id est proci Penelopes) superbi, siue arrogātes, à quibusdam exponitur. | Ἀγαυὸς Hesychio est etiam φαεινὸς, id est lucidus.

Ἀγαυόομαι, Admiror. Opp. Hal. 4, Εἴδος ἀγαυόμενοι πολυεργέος. id est ἀγάμενοι, vel poeticè ἀγώμενοι, siue ἀγαζόμενοι.

Ἀγαυρὸς, quod ab illo ἀγαυὸς quidā deducūt, vide in Γαῦρος.

¶ ἈΓαίω, (ex ἀγάω, vt κεραίω ex κεράω) pro θαυμάζω, i. Admiror, inquit Eust. Idē alibi exponit ἐκπλήσσω. i. Obstupefacio, vel Perterrefacio. | Idē vbi significare dixit θαυμάζω, addit & μέμφομαι, Succenseo, Indignor.

Ἀγαίομαι vsitatius est quàm ἀγαίω, (vt ἀγάομαι magis est in vsu quàm ἀγάω) & inter cætera significat etiam Admiror, θαυμάζω, inquit Etym. Et apud Hom. Od. υ, ἀγαιομένου κακὰ ἔργα, breuiū schol. autor exponit ἄγαν θαυμάζοντος, ἢ χαλεπαίνοντος. | Ἀγαίομαι pro Succēseo, Indignor, vel Inuideo, cum datiuo personæ, Hesiod. in Ergois, Τῷ δ' ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται. id est (inquit Etym.) βασκαίνει, ὀργίζεται, χαλοῦται. Eustathius autem in illo Homeri loco quem modò protuli, ἀγαιομένου exponit μεμφομένου, atque ita ἀγαιομένου κακὰ ἔργα, erit, Succensentis & indignantis ob facta improba. Sic & in illo Hesiodi loco ἀγαίεται exponitur etiam μέμφεται, item ὀργίζεται. Illud autem ἀγαιομένου κακὰ ἔργα exponi in breuibus scholiis non solùm ἄγαν θαυμάζοντος, sed etiam χαλεπαίνοντος, modò dixi.

Ἀγαίομαι, Inuideor, φθονοῦμαι, Suid. Ἀγαιόμενον participium Hesych. exponit Inuidiosum, Admirabile. Item Inuidum.

ἌΓΑΜΑΙ, itidem vt præcedentia, & vt sequens ἀγάζομαι, pro Admiror, &c. sed illa themata poetica sunt, hoc prosæ scriptoribus cum poetis commune est. Deducitur autem ab ἄγημι inusitato, vt ἔραμαι ab ἔρημι. Eustathius tamen existimat potius ἄγαμαι passiuū esse præteritum perfectum, incremento carens, eodem modo factum quo ἔραμαι ab ἐρῶ. εἰπὼν γὰρ, inquit, ὡς προῦπάρχει αὐτῶν τὸ ἔρημι καὶ τὸ ἄγημι ὁμοίως τῷ ἵημι, ἀμφότερα εἶπεν. Hæc Eustath. in Il. ξ. qui tamen in Iliad. ι, vtranque deriuationē vt æquè probabilē nobis proponit. Hom. Od. ζ, Ὥς σε γύναι ἄγαμαί τε τέθηπά τε. (qui locus videri fortasse possit pro iis facere qui ἄγαμαι præter. perfect. esse putant, quòd copulatum sit cum eiusdem temporis verbo.) Xenoph. Pæd. 3, ἄγαμαι τῆς παιδὸς ἢ ὅσα βεβούλευται ἢ ὅσα πέπραχε. Isocr. ad Phil. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἄγαμαι μᾶλλον τῶν ἄλλων. Plat. Pol. 1, τὴν φύσιν Γλαύκωνος ἠγάμην. Et in infinit. ἄγασθαι. Xenophon, διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ, καὶ οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτόν. Sic idem OEcon. cū genit. πάνυ γὰρ μάλα σου ἄγαμαι τοῦ καλοῦ ματος. &c. vbi Cic. interpr. Miror. Vide pag. 44. mei lex. Cic. Ἀγαίμην ἄν, Pla. 189. Mirarer. Et partic. ἀγάμενος. Idem Ἀπομν. 1, ἀγαμένους μὲν ἑαυτοὺς, ἐπαινουμένους δὲ καὶ ζηλουμένους ὑπὸ τῶν ἄλλων.

Ἄγαμαι, Laudo, Probo. Plato Polit. 1, πάνυ ἄγαμαι ὅτι οὐκ ἐπινοεῖς μόνον καὶ αἰσθάνεις, ἀλλὰ καὶ ἀποκρίνῃ πάνυ καλῶς. Vbi notanda constructio à superioribus diuersa. Idem cum accusatiuo, ἄγαμαί σου τὴν ἀπόκρισιν, vbi videtur posse eodē modo exponi. Cum accusatiuo personæ & genitiuo rei videtur hanc ipsam significationem habere, apud Iulianum, ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον μὲν, [sub. Δαίδαλον] εἰ καὶ τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Videtur enim hic ἄγαμαι & ἐπαινῶ pro eodem posuisse. | Exponitur etiam alicubi à nonnullis Oblector, & (quod malim) Mirificè oblector. vt in hoc Plat. loco ex Pol. 1, καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα. Sed hoc partic. est ab Ἀγάζομαι, quod vide paulo post.

Ἀγαμένως, aduerb. Mirabiliter, vel Mirificé. θαυμαστῶς, Hesych. A participio Ἀγάμενος (cuius & antè positum exemplum fuit significante Admirās, vel Admiratus. nam Hesychius exponit θαυμάσας. Arist. Rhet. 3, ἐὰν δὲ ἐπαινετικὰ, ἀγαμένως [sub. λέγῃ] ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς. Vbi schol. Græcus accepit pro θαυμαστῶς. secundum quam expositionem intelligendum fuerit (vt opinor) de mirifico quodam dicendi genere, & admirationem pariente, vel traducente auditores ad magnam admirationem. Admirationem autem excitat grandis oratio, cui aptè opponetur ταπεινῶς λέγειν. Quidam tamen doctissimus vir hic interpretatus est ἀγαμένως Libenter & cum voluptate quadam animi. Sed viderit.

C. Ὑπεράγαμαι, Demiror, Supramodum miror, Vehementer miror. ὑπερθαυμάζω, Suid.

ἈΓΆΖΟΜΑΙ, eiusdē cū præcedētibus significationis: à quo hæc tempora frequenti in vsu sunt apud poetas (quædam & apud oratores.) Præt. imperfect. ἠγαζόμην, (vnde ἠγάζετο apud Orph. in Arg.) Fut. ἀγάσομαι. Aor. 1, ἠγάσθην. Aor. medius ἠγασάμην. Et participia, ἀγασάμενος, ἀγασθεὶς, ἀγασάμενος (& ἀγασσάμενος apud poetas, sicut & ἀγάσσατο pro ἠγάσατο, & ἀγασσάμεθα pro ἠγασάμεθα, item ἀγάσσασθαι pro ἀγάσασθαι.) Ἀγάζομαι, (pro quo oratores ἄγαμαι) Admiror, Suspicio, Admirationi habeo, vel Admiratione prosequor. Habet accusatiuum rei, vel genitiuū, vel etiam datiuū, & quidem interdū cum præpositione ἐπί: personæ autē vel genitiuū, vel datiuum, vel accusatiuum. Cum accusat. rei, Hom. Il. ψ, v. 19, Μῦθον ἀγασσάμενοι μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσεν, id est θαυμάσαντες, vt schol. exponit. Sic Isocr. Paneg. ἀγασθέντες τὴν ἀρετὴν

αὐτῶν. At Demosth. genitiuo iungens dixit Pro corona, τίς γὰρ οὐκ ἂν ἠγάσατο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς; Cum datiuo autem rei, vt apud Xenoph. Pæd. 6, ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Et cum datiuo iuncto præpositioni ἐπὶ, apud Suidam, ἀγασθεὶς ἐπὶ τῇ θεραπείᾳ. Personæ autē genitiuo iungitur, vt apud eundem Xenoph. ἀγασθείη τι αὐτοῦ καὶ ἐπιθυμήσειε φίλος αὐτοῦ εἶναι. Sic Plato Pol. 1, καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα. Datiuo personæ, Xen. apud Suidam, ὅταν ἐπὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν, pro θαυμάσω τινά, inquit. Sed rara est hæc constructio. At personæ accusat. habet frequentissimè. Hom. Il. γ, v. 181, ὣς φάτο· τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσατο, φώνησέν τε. i. ἐξεπλάγη, Eust. Sic Xen. Pæd. 7, ἀγασθεὶς τι τὴν γυναῖκα καὶ καλοκἀγαθίας αὐτῆς ἀπιέναι. | Quum autem simul casui rei & personæ iungitur, tum vel personæ accusatiuum, rei genitiuum, vel contrà, rei accusatiuū personæ genitiuum habet: vt ἠγάσθην αὐτὸν τῆς θεραπείας, vel ἠγάσθην τὴν θεραπείαν αὐτοῦ. Xenoph. Pæd. 1, τοῦτο ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς τῆς τε θεραπείας. Idem Symposio, ἀλλά τι σοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Hoc enim posterius exemplum proponit Budæus vnius constructionis verbi ἄγαμαι, duobus casibus iuncti: (nam mutuatur ἄγαμαι sua tēpora ab hoc
C ἀγάζομαι) pro alterius autē exēplo, hæc Iuliani verba, ἐγὼ δὲ εἰ καὶ Δαιδάλου τῆς τέχνης ἐπαινοῦ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Verùm sciendum est, quum dicitur ἠγάσθην αὐτὸν τῆς θεραπείας, & Δαιδάλου τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι, secundum quosdam grāmaticos subaudiri ἕνεκα: (quod & sensisse videtur Suidas.) subaudiētes autem ἕνεκα, genitiuum illum rei ab eo regi dicemus. Et sic videri possit in illo quoque Demosthenis loco paulo antè prolato, τίς γὰρ οὐκ ἂν ἠγάσατο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, iungendus esse genitiuus ἀρετῆς cum ἕνεκα subaudito. Quod autē ad alteram
D constructionem attinet, quum dicitur ἠγάσθην τὴν θεραπείαν αὐτοῦ, θεραπείαν quidem ab ἠγάσθην, pronomen autem αὐτοῦ à θεραπείαν regi, non itidem ab ἠγάσθην, existimo. Sic in illo Isocr. loco in Paneg. ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. Sic & in illo quē Budæus ex Xenoph. affert loco, ἀλλά τι σοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Atque ita neutra harū duarum constructionum duplex fuerit. | Interdū copulantur ἀγασθῆναι & θαυμάσαι. Plut. in Publicola, ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα. Idē in Theseo, ἐπὶ τὸ κάλλος ἐθαύμασε, καὶ τὴν τόλμαν ἠγάσθη. Sic Homerus ἄγαμαι & τίθημι
E copulauit. vide Ἄγαμαι. | Notādū præterea Hesychiū, sicut vno in loco ἀγάσαι vocem actiuam exponit θαυμάζειν, ita in alio ἀγασθεὶς exponere voce passiua θαυμασθεὶς, id est Admirationi habitus.

Ἀγάζομαι, Veneror. Anth. epigr. libr. 1, — σὺ δὲ χρυσοφαῖ παῖ, λὰς θέμις, ἣ πλήμων Γλαῦκος ἠγασάμην. Hesychio quoque ἀγάζεται inter cætera est σέβεται. quam significationem Etymol. τῷ ἀγάζει tribuit.

Ἀγάζομαι, Indignor, Succenseo, Il. ρ, — ὁ ἄρα τις Ποσειδάων ἀγάσσαιτο Ἡρῶν. & Od. κ, Ἀλλ' ἐπὶ δή μοι πάντες ἀγασσάμεθ'
F ἐξερίοντες, id est ἐμεμφόμεθα, inquit Eustathius. Legitur autem & ἀγαζόμεθ. item Il. ξ, — καί μοι τι κότον ἀγάσσεται ἕκαστος. Et cum accusatiuo rei, Od. β, — ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα. Sic idem ὑβριν ἀγασσάμενος dixit. Sed in locis huiusmodi διὰ subaudiri grammatici quidam putāt: vt paulo antè dictum est ἕνεκα subaudiri in illo genere loquendi, ἠγάσθην αὐτὸν τῆς θεραπείας. Sic & apud Latinos poetas Indignari accusatiuo iunctū reperitur. | Hesych. & Etym. has significationes ἀγανακτεῖ & βαρέως φέρει (id est Indi-
G gnatur, Ægrè fert) tribuunt voci actiuæ Ἀγάζει. Idem Hesych. habet ἀγασμένοι, μεμφόμενοι, fortasse pro μεμφόμενοι.

Ἀγάζομαι, Inuideo. Il. ρ, — εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. Il. ψ, — ἀγασσάμενοι περὶ νίκης. Cum accusatiuo rei, Od. δ, Ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτός. Vide supra Ἀγάομαι. Hesych. quoque ἀγάσασθαι (sicut & ἀγᾶσθαι) vult esse φθονεῖν.

Ἀγάζομαι, Hesychio, præter has significationes, est etiam βλάπτομαι, id est lædor: & κάμνω id est laboro: & λυποῦμαι. i. mœreo: & λιταζω, id est obsecro: & πλεονάζω, id
H est redundo. Quæ significationes tam differentes inter se, & ab iis etiā discrepantes quæ passim apud Græcos scriptores extant, valde mihi suspectæ sunt. sicut & alia propè infinita apud Græcos lexicographos erroris suspecta, plurima iam cōuicta etiam erroris leguntur.

Qua de re semel hoc in opere admonere visum est: nequis nos, quæcunque huiusmodi sunt, ab eo separasse miretur.

Ἄγασμα, ατος, τὸ, Veneratio, Vel, Quod veneramur. ἀγάσματα, σεβάσματα, Suidas, Hesych. Eust.

Ἀγαστὸς, ἡ, ὸν, Admirabilis, Admiratione summa dignus. Xenoph. Ἑλλ. 2, ἐκεῖνο δὲ κρίνω τὸ ἀνδρὸς ἀγαστόν. Est alioqui rara vox in oratione soluta. | Apud Homerum autem εἶδος ἀγαστὸν, vel ἐκπληκτικὸν, id est Stuporem afferens: vel ἐπίφθονον, Inuidiosum, Eustath.

B Ἀγαστὴς, οῦ, ὁ, Inuidus, Βάσκανος, Hesych.

Ἀγάσαις autem (si mendo caret) à secunda persona ἠγάσω (vt ἀγαστὴς à tertia ἠγάσατο) fuerit deriuatum. significat autem τὸ ἀγάσαις Hesychio ἔνδοξον, id est celebre.

|Apud eundem Ἀγάσαις legitur expositum φθόνος, id est inuidia. item σφάλμα, si mendum non est.

¶ Ἀγαθὸς, οῦ, ὁ, ex ἀγαστὸς, (inquit Eustath.) abiecto σ, & mutato τ in θ. Idem tamen ἄγαν hac voce includi tradit, vt infrà dicetur. Ἀγαθὸς ἀνὴρ, Vir bonus, Vir probus. ἀγαθὴ γυνὴ, Mulier proba. Plat. & Xen. Cui opponitur κακὸς, si-
C ue πονηρός. Cicero apud Platonē ἀγαθὸν vertit Probum, item Virtute præstātem. Idem Xenophontis hæc verba, ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ εὐδαιμονεῖς, interpretatur, Quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. Vide à me editum Ciceronianum lex. Græcolatinum. Καλὸς κἀγαθὸς, vide in καλός. Ἀγαθὴ τύχη, vide in τύχη. Ἀγαθοῦ δαίμονος, vide in δαίμων.

Ὠγαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, Compellatio quædam illi Latinæ ferè respondens, Bone vir. Nonnunquam (vt & ὦ βέλτιστε, ὦ λῷστε) videtur idem sonare quod Amabo te, Obse-
D cro te.

Ἀγαθὸς, Fortis, Strenuus, ἀνδρεῖος, γενναῖος: vt vicissim κακὸς, Ignauus, ἄνανδρος. Hom. Il. ρ, Τὸν μὲν γὰρ πάντων βέλτ' ἄπιστος ὅστις φρεὶν, Ἠ' κακὸς, ἢ ἀγαθός. In eadem significatione opponuntur inter se à Thuc. lib. 1, καὶ οὐκ ἐνδίδομεν [illegible] οὐδενὶ κακοῦ [illegible]. ἢν δέ τις ἄρα καὶ βουληθῇ, χαλεπόν ἐσται τῷ πρεσβυτέρῳ ζημία· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμῶνται τοῖς μεγίστοις ἄθλοις ἀρετῆς.

Ἀγαθὸς, Prudens. Suid. Et in hunc Il. τ, versum, Μὴ οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Eustath. ἀγα-
E θὸς hic vel strenuum vel prudētem significare. Sic verò & apud Thucydidē βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων quidam ex veteribus intellexerunt dictum pro φρονιμώτατοι.

Ἀγαθὸς, Diues, Opibus potens. Od. ο, Οἶά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες.

Ἀγαθὰ πράγματα, Res secundæ, Res prosperæ. Thuc. lib. 3, ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς πράγμασι.

Ἀγαθὴ δαὶς, Lautum & opiparū epulum. Il. ψ, Καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι ἐν κλισίῃσιν. Gall. ad verbum, Vn bon banquet. Eustath. tamen frugale epulum exponit.

F Ἀγαθὸς, Præstans, Excellens: sæpe cum accusatiuo, subaudita præpositione κατὰ, vt — βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, passim apud Homerū. Sic ἀγαθοὺς τὰ πεζικά, Xen. Pæd. 1. Idem ibidem, τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ, Excellentes in rebus bellicis, id est bellicosi, strenui milites. Pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, Plut. in Themistocle. | Aliquando præpositione εἰς accusatiuo præfixa, vt ἦν ἀνὴρ εἰς τὰ πάντα ἀρετὴν ἀγαθὸς, Idem Plut. in Publ. | Item cum datiuo, præfixa præpositione ἐν, vt idem ibidem, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος.

G Ἀγαθὸς, Peritus rei alicuius, vel potius, Bene peritus, Aptus ad rem aliquam. Cum infinitiuo, Ælianus, οἱ Κρῆτες εἰσὶ τοξεύειν ἀγαθοὶ, Cretenses artis sagittandi sunt periti. Polyb. 6, ἀγαθοὶ γὰρ μεταλαβεῖν ἔθη καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλτιον Ῥωμαῖοι. Sic apud Virgilium, Boni calamos inflare. pro, Periti inflandorū calamorum. | Aliquādo ἀγαθὸς cum substantiuo idem significat: vt quū dico ἀγαθὸς σκυτεὺς, bonus sutor, id est, artis sutoriæ bene peritus: sic ἀγαθὸς στρατιώτης, bonus miles, id est, artis militaris peritissi-
H mus, inquit Eustathius. Item in quodā loco quem citat Suidas, ἀγαθοὶ ἀκοντισμῷ, pro ἀγαθοὶ ἀκοντίζειν, id est, Boni iaculatores, pro Bene periti iaculandi: vt vicissim in loco Æliani pro τοξεύειν ἀγαθοὶ dicere possis, τοξικῇ ἀγαθοί. Ita enim hæc loquēdi genera cōuertūtur. Sic Gall. Bō

Ἀγαθὸς, Vtilis, cum datiuo personæ, vt apud Homerum, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Inter-

a. iii.

dum etiam cum datiuo rei, vt ἀγαθὸς τούτῳ, Vtilis ad hoc. A
‖ Apud Theophrastum cum genitiuo rei, vt in lib. De hist. plantarum, ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου, & ἑρπητῶν, & σπασμῶν, & ἑλκῶν, pro Vtilis aduersus comitialem morbum, serpentes, &c. ‖ Apud eundem cum accusatiuo, præcedente πρὸς, idem valet, vt ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη.

‖ Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ (substantiuè) Bonum. vt, ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγιγνόμενος, id est, interprete Cicerone, Ipsum bonum crescēdi accessionem nullam habet. Interdum & præposito articulo τὸ ἀγαθὸν, vel τἀγαθόν. Epicurus apud Athenæum, οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν, &c. B Quæ verba sic reddit Latinè Cicero, Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas, &c. ‖ Tradunt quidam, à Græcis scriptoribus, ac præsertim ab Aristotele, obseruari, vt ἀγαθὸν non præfixo articulo vsurpetur de quolibet bono: at præfixo articulo, de summo illo bono. Quibus fortasse hic Cicero videri possit ideo pronomen illud addidisse: sed id non perpetuum esse animaduerti.

Ἀγαθὸν, Commodum, Emolumentum, Vtilitas. vt, ὅπου μὲν οὐδεμίαν φέροντες, οὐδὲ ἀγαθοῦ κτῆσιν οὐδενός, συμφορὰν δὲ τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν, &c. Demosth. C

Ἐπ' ἀγαθῷ, Thuc. lib. 5, ἐπειδὴ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ὅτι καταδουλώσῃ τὴν Πελοποννήσου σπονδὰς καὶ ξυμμαχίας πρὸς Ἀθηναίους τοὺς πρὶν ἐχθίστους πεποίηνται. id est, ὅτι συμφέροντι, vt schol. exponit. Aliquando & genitiuus additur, vt, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν, Xen. Pæd. 7. id est, Commodo Cyri & Persarum. Interdum cum datiuo, vt Aristoph. Ranis, Ἐπ' ἀγαθῷ μὲν τοῖς πολίταις. Item, σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ. Xen. Pæd. 3, σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ ταῖς ζημίαις πεπεῖσθαι, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ. Id est, Cum tuo emolumento, D aut cum tuo damno, siue detrimento. Opponit enim hic ἀγαθὸν & ζημίαν.

Ἀγαθὸν cum infinitiuo. Hom. Il. α, -- ἀγαθὸν δὲ γυναικὶ πρὸς ἐν φιλότητι μιγῆναι. Sub. ἐστὶ, Cōfert, Vtile est, Iuuat.

‖ Ἀγαθὰ (pluraliter) Bona, Opes, Copiæ, Facultates, Fortunæ. Lysias in oratione κατ' Ἀγοράτου ἐνδείξεως, Τὸν τι ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά. Significat & cuiusuis generis bona: vt apud Xenophontem Pæd. 4, πολλὰ μὲν πρόβατα, πολλοὶ δὲ βόες, πολλαὶ δὲ ἅμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί. Id est, Multæ pecudes, multi boues, E multa plaustra multis bonis referta.

Ἀγαθὰ, Commoda, Emolumēta, Beneficia. Xenoph. Pæd. 4, πολλοῖς δὲ πολλὰ ἤδη φιλανθρωπίας ἕνεκα τὰ πάντων ἀγαθὰ διαπέπρακται. Res secundas Cicero interpretatur, quum hanc Stoicorū definitionem, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit, Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas. Atque hic substātiuè ponitur ἀγαθοῖς. Interdum additur substantiuum πράγματα, vt in loco Thucydidis modò citato.

Ἀγαθὸν vel ἀγαθὰ πάσχειν, Commodum vel commoda F percipere, Beneficio siue beneficiis affici. ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, Beneficia conferre in aliquem. Lysias, ὡς οὐδ' ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τι ἀγαθὸν πείσεσθαι; Isocr. in Euag. encomio, καὶ πείσεσθαι καὶ παθεῖν πλεῖστα ἀγαθά. Luc. in Toxaride, Ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο ὁ Τόξαρις ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσατο. Id est, Siquod aliud beneficium in vos contulerunt, Si qua in re præterea vobis commodarunt, Siquid præterea de vobis benemeriti sunt.

Ἀγαθὰ φρονεῖν τινι, Alicui cupere, Bene velle alicui. Hom. Od. α, -- ἀλλ' ὅ φρένας Αἰγίσθοιο Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων. G & Il. ω, Οὐ μὲν γάρ τι ἐγὼ κακὸν ὄσσομένη τόδ' ἱκάνω, Ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέουσα.

Ἀγαθὰ, Virtutes, Dotes. Isocr. De pace, τοὺς γὰρ ἀγαθοὺς ἂν ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτησόμεθα καὶ τὰς ὠφελείας ὧν δεόμεθα τυγχάνομεν. Xen. περὶ ἱππικῆς, Οὕτω καὶ ἵππου πολεμιστηρίου οὐδὲν ἂν ὄφελος εἴη, οὐδ' εἰ τἆλλα πάντα ἀγαθὰ ἔχοι, κακόπους δὲ εἴη, id est Etiamsi alias omnes dotes habeat.

Ἀγαθὸς nullum comparatiuum nec superlatiuum habet (inquit Eustathius) propter significationem aduerbii ἄγαν illo inclusam: sicut nec δῖος, quia summam H excellentiam denotat. nam vt διότερος aut διότατος non dicitur, ita apud nullum Græcum scriptorem ἀγαθώτερος aut ἀγαθώτατος inueniri scribit Ælius Dionysius. Citatur tamen ex calce cuiusdam epistolæ Synesii, τὸ ἀγαθώτατον ἑταῖρον πλεῖστά μοι προσειπε. Irregulares autē comparatiui sunt, βελτίων, ἀμείνων, κρείττων, ἀρείων, λωΐων. superlatiui, βέλτιστος, κράτιστος, ἄριστος, λῷστος. quorum comparatiuorum & superlatiuorum inuenies vnumquenque in suo loco.

Ἀγαθῶς (aduerb.) Vtiliter, apud Hippocratem. συμφερόντως, Erotian.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, Bonitas, Probitas. vt à κακὸς fit κακότης.

Ἀγαθότης (inquit Bud.) pro χρηστότης, de Deo dictū. Greg. 155.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, Idem. At in Ecclesiastico nouè pro felicitate & rebus secundis vsurpatur. Scribi autem debet ita, non ἀγαθοσύνη per ο, secundum Moschopuli & aliorum quorundam regulam.

Ἀγαθικὸς, ή, όν, Adiect. ἀγαθικὰ Suidas exponit σπουδαῖα id est Proba, Rectè & cum virtute facta vel dicta.

C. Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, Boni principium, vel Boni principatus. De Deo dicitur à Dionys. Areopagita. Hinc adiectiuum Ἀγαθαρχικός. vnde ἀγαθαρχικὴ τελετὴ ab eodem appellatur. Ex ἀγαθὸς & ἀρχή.

C. Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, Bonorum dator, vel boni: ἀγαθοδότις, fœm. gen. Bonorum datrix, apud Areop.

C. Ἀγαθοειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Boni formam habens. Ex ἀγαθὸν & εἶδος.

C. Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, Bonorum delectus. Suid. Ex ἀγαθὸν & θέλω. Vnde ad verbum sonat, Bonorum voluntas. i. Ipsa affectio qua volumus quæ bona sunt.

C. Ἀγαθολογέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Bonum dico, vel Bene dico, siue Bene loquor de aliquo, Laudo aliquem. Cum accusatiuo, Eustath. Huic opponitur κακολογῶ. Ex ἀγαθὸν & λέγω.

C. Ἀγαθοποιέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα. Bene facio alicui, Bene mereor de aliquo, Beneficia confero in aliquem. cum accusatiuo. Aliquando absolutè, pro Rectè vel Recta ago. In vsu est præsertim apud Eccles. scriptores. Ex ἀγαθὸν & ποιῶ.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Bonum vel bona efficiens, Bonorum effector. vt, ἀγαθοποιοὶ ἀπόρροιαι, Alex. Aphrod. Exponitur & Munificus, Beneficus, id est liberalis.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, Boni efficientia, vel Bonorum effectio, seu Beneficiorum collatio.

C. Ἀγαθοπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Beneficus, Benignus. Ad verbum, Bonum vel bonos decens, Bonis conueniens. Ex ἀγαθὸς & πρέπω. Hinc aduerbium apud Areopagitam, ἀγαθοπρεπῶς, pro Benignè, Vt eum decet qui bonus est. Bud.

C. Ἀγαθοτελής, έος, ὁ καὶ ἡ, Bonum efficiens, seu perficiens: aut Perfectè bonus, ex ἀγαθὸς & verbo τελῶ, aut nomine τέλος. ‖ Hinc Ἀγαθοτέλεια, Boni efficientia: aut Boni perfectio: seu Bonitas perfecta. Citatur ex Dionys. Areopagita.

C. Ἀγαθουργέω, ῶ. Fut. ήσω. P. ηκα, Compositum verbum ex ἀγαθὸν & ἔργον, eadem formatione qua εὐεργέω, συνεργέω, &c. Significat, Bene facio, Bene operor, Bonum siue bona facio. Item, Beneficus sum, Beneficentia prosequor.

Ἀγαθουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, siue Ἀγαθοεργὸς, Beneficus, Benignus. Areop. Ἀγαθοεργὸς προθυμία, apud Suidam. Promptitudo animi ad beneficentiā. Ἀγαθοεργής, έος, ὁ καὶ ἡ. Idē, apud Areop. Et ἀγαθουργικὸς apud eundem sæpe de Deo.

‖ Ἀγαθοεργοὶ, Qui ex equitibus exeunt quinque quotannis, vt Herodotus narrat. Sic apud Spartiatas. Hesychius. At Suidas ait esse qui ex ephoris deligūtur strenuitatis ergò. Vide Herodot. lib. 1.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ siue Ἀγαθοεργία, Beneficentia, Beneficium, Bonum opus.

C. Ἀγαθοφυής, έος, ὁ καὶ ἡ, Natura siue indole bonus. & Ἀγαθοφυΐα, Bonitas à natura proueniens. Ex ἀγαθὸς & φυή.

¶ Ἀγαθύνω, F. υνῶ. Bonum efficio, Bonum reddo, Beneficio afficio. Dionys. Areopagita. Iūgitur accusatiuo. At in Bibliis vsurpatū est absolutè eo loco, ἀγάθυνον Κύριε τοῖς ἀγαθοῖς, Bonus vel Beneficus esto Domine erga bonos. Nisi fortè scriptum est malè ἀγάθυνον pro ἀγαθῦνον.

Ἀγαθύνομαι, Pass. Bene afficior, vel bene affectus sum. In bonitatem sum pronus, Bonitatis sum particeps. In Bibliis, Nehem. cap. 2, ἀγαθυνθήσεται ἐνώπιόν τινος, pro eo quod Hebraica verba sonant, Placere coram facie alicuius. Daniel. 6, ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, pro, Gauisus est super

eo. Quæ significationes ab etymologia ipsius verbi alienæ sunt. Habetur & aliis locis, sed non consensu omnium exemplarium.

Ἀγαθίζομαι, Bona dico, Bona loquor, Hesych. Aristophanes, δύο τὰς ἑταίρας κἀγαθιζομένας λαθεῖν.

ἈΓΆΛΛΩ, Fut. λῶ. Præt. αλκα. Orno, Insignio, Decoro. Ex ἀγάω ἄγω deductum, vt vult Eustathius, p. 867. ideo Ἀγάω cum toto suo comitatu illi præposui. Plato De leg. lib. 11, εἰς ὅπως ἀγάλλῃ τις τιμαῖς. Arist. in Pace, καί σε θυσίαισιν ἀγαλοῦμεν ἀεί. Dion hist. p. 391, καὶ τούτοις οἷς τὰ ἔργα ἄθλοις ἀγάλλει. Suidas ἀγάλλων ἑαυτὸν exponit σεμνοποιῶν, id est Magnificè sese efferens. Itidem Hesychius ἀγῆλαι exponit σεμνῦναι. Suidæ autem ἀγάλλων ἑαυτὸν est σεμνοποιῶν.

Ἀγάλλομαι, Ornor, Decoror, signif. passiua: sed vsurpatur potius vt deponens, pro Exorno me. Hom. Iliad. σ, ἀγάλλεσθαι & ἐπαγλαΐζεσθαι pro eodem ponit. v. 131, — τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται. οὐδέ ἑ φημὶ Δηρὸν ἐπαγλαϊεῖσθαι. Id est, Quibus se exornat. Vel, Quorũ ornatu se venditat. Gall. Desquelles il se brague. Greg. in Epit. Basilii, ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασι. i. Bud. interpr. Visendæ sunt, Visuntur & memorabiles sunt.

Aleā immaniter amās, vel Aleā immani studio perse-
quēs. Nā immane studiū loquēdi dixit, vt opinor, Ouid.
Cæterū Eust. tradēs ἀγρίους in illo Od. α. loco dici prædo-
nes, ait Comœdiā homines ἀγρίους appellare, aliā notādo
improbitatē. sed quæ illa sit, non addit. Existimo autē
intellexisse de ea significatione qua ἄγριοι significāt παι-
δεραστάς. de qua vide Suid. & Aristop. sch. in illū ex Nubi
bus versu. Ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόνπερ τὸν Ξενοφάντου.

Ἄγριος de rebus dictū. Cic. apud Plat. τὸ θηριῶδές τε καὶ
D ἄγριον τῆς ψυχῆς μέρος, vertit, Illa pars animi in qua feritas
quædā sit atq; agrestis immanitas. vt videre potes in
Cic. lex. à me edito. Ἄγριος πόλεμος, Il. ρ, Atrox bellū: & Ἄ-
γριος μῶλος, eodē libro, sicut & ἄγριος αἰχμητὴς (vt modò
dixi) Atrox bellator. Possit etiā ferum bellū dici. Eust.
exponit ἀγριοποιόν. i. Feritatē inducens. Ἄγριος θυμὸς Il. ι,
Ferox animus vel Crudelis mēs, Ferum pectus: vnde &
cōpositū ἀγριόθυμος. Ἄγριος χόλος, apud Hom. Il. δ, & a-
libi itē Ἄγριον μένος, Il. χ. & Ἄγριος ὀργὴ apud Phocylidē,
& Ἄγριον μῖσος apud Luc. nomine Atrox videntur reddi
E cōmode posse, siquis aliud quàm Ferum quærat. At E-
rasmus hunc Luciani locū exponēs, μῖσος δὲ ἄγριον, φασί,
πρὸς πάντων ἔχεις ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ, nō intellexit ἄγριον dici
in hoc loquendi genere metaphora sumpta à feris be-
stiis: sed ἄγριον μῖσος appellari agreste odiū. i. quale esse so
let hominū rusticorū: quia rustici plerunq; misanthro-
pi sunt, & acerbius atque implacabilius oderunt. Vide
mea annot. in prouerbiū Odium agreste, quæ cum aliis
est in calce Chiliadum Eras. à patre meo excusarum.

Ἄγριον ἕλκος, Ferū vlcus. Theocr. (aut quisquis est au-
F tor epit. Adonidis) Ἄγριον, ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις,
Μεῖζον δ' ἁ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος. vbi poeta ludit
eleganter in cōparatione duorū vlcerū, vnius in corpo-
re, alterius in animo: epithetū ἄγριον ab illo ad hoc trās-
ferēs. Propriè enim vlcera sunt corporis, de quibus vsi-
tata medicis translatione ἄγριον dicitur: de iis videlicet,
quæ talia sunt vt nulla curatione mitescant, sed quasi
recrudescant potius. Huc pertinet ἀγρία ψώρα. Celsus de
scabie loquens, Quo asperior est, quóq; prurit magis,
eo difficilius tollitur. Itaq; eam quæ talis est, ἀγρίαν (i. fe-
G ram) Græci vocant. Hesychius autem ἀγριοψωρίαν dicit
esse morbum, aliud non addēs. ἀγριοψωρία, inquit, νόσος,
καὶ ἀγριολειχῆνας.

Ἄγρια, Feræ. Vt enim Latinè Feræ absolutè dicitur,
subaudito nomine substant. Bestiæ, aut Belluæ, aut A-
nimātes: sic Græcè ἄγρια interdū subauditū habet ζῶα.
Schol. Soph. ἀγρόνομοι, ἔνθα τὰ ἄγρια νέμεται. ὅθεν τὰ μὴ ἥμε-
ρα θηρία. Eust. exponēs ἀγρόνομοι Μασυλῆες apud Dion. De
situ orbis, dicit significare etiā posse τοὺς κατὰ τὰ ἄγρια νεμο-
μένους. i. ferarum more degentes. Primus autem Home-
H rus ita est vsus, Il. ε, Βάλλειν ἄγρια πάντα τά τε τρέφει οὔρεσιν
ὕλη. Apud eundē poetam ἄγρια itidem in plur. gene-
re neutro ponitur etiam pro ἀγριότητας. i. feritates: vel
potius ἀγριότητα, feritatē, singulari numero. Il. ω, — λέων
δ' ὣς ἄγρια οἶδεν. Itē Ἄγρια aduerbialiter pro ἀγρίως a-
pud Hesiodum in Aspide, Ἄγρια δερκομένω.

Ἀγρίως, Aduerb. Ferè, Immaniter. A

Ἀγριάς άδος, ἡ, pro ἀγρία, Agrestis. Nicand. Theriacis, Ἠὲ καὶ ἀγριάδος μαλάχης ἴκωμεσα καρπόν. Sic φηγοὶ ἀγριάδες, Apoll. 1. Argon. & ἀγριὰς ἄμπελος, Labrusca, lib. Epigr. 1, quæ & ἀγριάμπελος.

Ἀγριόεις, εντος, ὁ, pro ἄγριος, Agrestis. Item pro ἀγριοποιός, id est Ferum siue feros reddens, Feritatem inducens, apud Nicandrum Alexiph. Ὡς δ' ὁπότ' ἀγριόεντα ὑποθλίψαντες ὀπώρην. hic enim per ὀπώρην uuam intelligit.

Ἀγριότης, ητος, ἡ, Feritas, Immanitas. opponitur τῇ ἡμερότητι apud Platonem in Symposio, ἡμερότητα μὲν πλείζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων. B

Ἀγριουμένης, ἡ, Idem in Epigr.

Ἀγριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ferus, ἄγριος. vel Feritatem præ se ferens.

Ἀγριμαῖος, ου, ὁ, Ferus, Ferinus. Opponũtur enim ἀγριμαῖα τοῖς ἥμεροις, vt ostendit Eustathius ex hoc loco, πολλὰ τὰ ἀγριμαῖα ἔγκειται πεποιημένα, πολλὰ δὲ ὅπα καὶ τῶν ἡμέρων ὀρνίθων. Citantur autem & ab Athenæo hæc verba.

C. Ἐπάγριος, pro simplici ἄγριος, Agrestis, Ferus. Citatur ex Anthol. epig. C

C. Παγάγριος, Omnino ferus. Exponitur & Præferox in hoc Phocylidis loco, — ἀπὸ σκυλάκων παναγρίους.

C. Ἀγριάμπελος, ἡ, Labrusca. quæ & separatis vocibus dicitur ἄμπελος ἀγρία, item ἀγριὰς ἄμπελος, Epigr. lib. 1.

C. Ἀγριόθυμος, ὁ καὶ ἡ, Fero animo præditus, Ferum & immane pectus habens. Compositum ex duobus nominibus quæ separatim posuit Hom. Il. ι, hoc in versu, Ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν.

C. Ἀγριοπηγοί, Carpentarii, Fabri erant plaustrorum artifices, & ex omnibus agrestibus lignis opera conficientes, Schol. Aristophanis in Equitum versum hunc, Οἴμοι, σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις. addens huiusmodi ἀγριοπηγοὺς Atticis ἁμαξουργοὺς appellari. Carpentarii Latinè à quibusdam dicuntur, quanquam carpentum certum plaustri genus erat. In vulg. lexicis ἀγριοπηγοί exponitur Caprarii. Componitur autem ex nomine ἄγριος & verbo πήγνυμι. D

C. Ἀγριοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Ferum reddens, siue efferatum, Efferans, Feritatem inducens. ἄγριος πόλεμος, inquit Eustathius, dicitur quasi ἀγριοποιός. & schol. Nicandri ait ἀγριόεσσαν ὀπώρην ab eo dici pro ἀγριοποιόν. E

Ἀγριοποιὸς dicitur Æschylus ab Aristophane, quòd faceret heroas feros & immanes, id est, eos induceret immanes. Ita Suidas explicat, citãs hæc Aristophanis verba, ἄνθρωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδόστομον, &c. Locus est in Ranis. Compositum ex ἄγριος & ποιῶ.

C. Ἀγριόρνιθες, Feræ gallinæ, apud Theophilum, lib. 2. Inst.

C. Ἀγριόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Agrestem seu ferã vocem habens. Odyss. θ, Οἱ ἐς Λῆμνον μετὰ Σίντιας ἀγριοφώνους. Vbi Eustathius ait Lemnios dici ἀγριοφώνους, eadẽ ratione qua Caras, βαρβαροφώνους: aut quòd latrocinia exercere, ideòque & agresti sermonis genere de industria vti sint soliti. Compositum nomen ex ἄγριος & φωνή. F

C. Ἀγριοχήναλα, Feri anseres, apud Theoph. 2 Instit. Ex ἄγριος & χήν, vel potius χηνάλοπες, diminutiuo. ac propriè ἀγριοχηνάρια sonat Parui anseres feri.

C. Ἀγριωπός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Agrestem aspectũ habens, Qui est agresti vultu aut fero. Plutarchus, de Mario loquens, τὸ ἀγριωπὸν τοῦ προσώπου. Compositum ex ἄγριος & ὤψ ὠπός, eo modo quo ἀρρενωπός. G

¶ Ἀγριόω, ῶ, F. ώσω. P. ωκα. Agreste reddo. Item, Effero, id est efferatum reddo, Vel simpliciter, Exaspero. In passiua voce frequentius vsurpatum reperitur Ἀγριοῦμαι. apud Theophr. 5 De pl. causis, τὰ ἀγριούμενα, quæ fiunt agrestia. At προσώπῳ ἠγριωμένῳ, Xen. Pæd. 1, Facies efferata. & eodem modo Eurip. Oreste, Ὡς ἠγρίωσαι πλόκαμον αὐχμηρὸν τάλας. Apud eundem in Electra, ἀγριοῦσθαι videtur dici ferociẽs, & quem ἄγριος χόλος αἱρεῖ, vt Homerus loquitur.

Ἀγριωτής, οῦ, ὁ, Efferatus. Nomen verbale factum ex ἠγρίωται tertia persona præteriti τοῦ ἀγριοῦμαι. H

C. Ἀπαγριόω & Ἐξαγριόω & Ἐπαγριόω composita. Ἀπαγριόω, Agreste seu syluestre reddo. vnde passiuum ἀπαγριοῦται apud Theophr. lib. 8. cap. 8. hist. pl. pro Syluestre redditur, aut fit: pro quo Gaza Syluestrescit. Item Effero, vel simpliciter, Exaspero, Irrito. Hinc Ἀπαγρίωσις, Ipsa actio qua aliquid syluestrescit, Mutatio in syluestrem naturam. Gaza syluestrem habitum interpretatur lib. 4. cap. 6. Theophr. De hist. pl. διὰ τὴν τρυφὴν δι' ἣν καὶ ἀγρίων ἡ ἀπαγρίωσις. Est etiã Efferatio, Exasperatio. SECVNDVM Ἐξαγριόω, idem: à quo itidem fit Ἐξαγρίωσις, idem valens quod Ἀπαγρίωσις. TERTIVM Ἐπαγριόω, eandem & ipsum signific. habet: sed minus est vsitatum.

¶ Ἀγριαίνω, F. ανῶ. Ἀγριαίνειν vt & ἀγριοῦν, Efferare significat, Efferatum reddere, & interdum simpliciter Exasperare: sed vsitatius est ἀγριοῦν in actiua significatione quàm ἀγριαίνειν. Item ἀγριαίνω pro Tyrannum facio (inquit Budæus) apud Plutarchum in Galba. Idem valent composita διαγριαίνω & ἐξαγριαίνω.

Ἀγριαίνω, Neutraliter positum, Ferocio, Ferociter ago, Efferor efferaris. Plut. De audiendo, ἀγριαίνουσι πρὸς τοὺς παρόντας, καὶ ἀποδέχονται τὸν λέγοντα. Gregorius, οὐ θυμοῦ ἡττώμενοι ἐξοιδοῦσι καὶ ἀγριαίνουσι. Dion. Hal. Archæol. 1, ἡ δὲ λύκαινα ὑπ' ἄλλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ. Hesychius ἀγρίανεν explicat ὠργίσθη, id est Succensuit, Iratus est vel irata est. Sed ἀγρίανεν est pro ἠγρίανεν.

Ἀγριαίνομαι, F. ανοῦμαι, Passiuum, idem quod ἀγριαίνω neutraliter positum in proximè præcedentibus exemplis. Plut. in Antonio, de tributorum exactione loquẽs, πρὸς ἀπόρους γὰρ ἠγριαίνετο, πρὸς χρείττους δὲ ἡσύχαζον.

C. Διαγριαίνω & Ἐξαγριαίνω composita, idem signif. Διαγριαίνω, Effero, vel Exaspero, Exacerbo. Vnde passiua Διαγριαίνομαι & Ἐξαγριαίνομαι, Efferor, vel Exasperor, Exacerbor. Plat. De rep. ὑπὸ τῷ λόγου ἤρξατο ἀγριαίνεσθαι, cœpit oratione exacerbari, vel exasperari. Vsitatiora sunt ἐξαγριαίνω & ἐξαγριαίνομαι quàm διαγριαίνω & διαγριαίνομαι.

¶ Ἀγριάζω, Ferus sum, vel potius, Ferus fio. Hesychius tamen ἀγρίαζε exponit, Ferus esto.

Ἄγρα, ας, ἡ, Captura, Venatio, Res quam capimus, & ipse capiendi actus, Quod venamur, & ipse venãdi actus. Pro ipso venãdi actu, (& quidem late venationem accipiendo vt apud Latinos) Odyss. μ, Καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ, Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε, φίλας ὅ,τι χεῖρας ἵκοιτο. Od. χ, — χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρῃ. Plut. Sympos. 8, ποντὶς ἰχθύος ἄγρα καὶ σαγηνεία. Xenoph. in Cynegetico, τὸ μὲν εὕρημα θεῶν, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, ἄγραι καὶ κύνες. Herodot. 1, φύλακα παιδός σε ἐπὶ συμφορῇ χρηζούσῃ ἐς ἄγρην ὁρμωμένων. Pro ipsa venatione, id est præda venatu quæsita, Luc. in dialogo ἀλιεὺς inscripto, ... ὦ φιλοσοφία, καὶ τὴν ἄγραν ... Xenoph. Cynegetico, ἐὰν μή, &c. ... ἄγρας. Antiphilus in epigramm. suo de polypo & lepore, Ἀγρὶς χερσαίης πρέσβυ καὶ εἰναλίης.

Ἄγραι Locus Atticæ, extra vrbem, templum Cereris inquit Hesychius. Suidas quoque Cereris templum esse ait, apud quem ἄγρα singulari numero legitur. Apud Etymol. itẽ Ἄγρα, Δήμητρος ἱερόν: sed & pluraliter, inquit, ἄγραι pro loco. At Pausanias de eo sic, Traiecto autem Ilisso locus Agræ dictus, & templum Dianæ quæ ἀγροτέρα dicitur.

Ἄγραι dicebantur etiam milites quidam. Idem Hes.

Ἄγρηθεν, Aduerb. Ex venatione, ἀπὸ τῆς ἄγρας. Apoll. in Argonaut.

Ἀναγρία, Tempus non venandi, vt interpr. Bud. in hoc loco Xenoph. καὶ ὅταν ἀναγρία ἐμπίπτῃ, αἰαλιεύειν τὰ ἐκεῖνο ... τούτων.

Πανάγρει, ν, τό, Retis genus sic dictum, vt opinor, quasi πᾶσαν ἄγραν ἀγρεῦον, id est omne genus prædæ capiẽs. nam πανάγρει ex ἄγρα fit, non ex ἀγρέω, licet Hesychius πανάγρειν exponat τὸ πάντα ἀγρεῦοντα. Sic & πάνθηρον rete quod omnis generis feras concludit. Hom. Il. ε. v. 487, Μήπως ὡς ἁψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. Vbi animaduertendum est πανάγρου adiectiui modo iunctum esse cum λίνου. Non dubium est autem quin illa expositio Hesychii ad hũc locum pertineat. ¶ Quidam πάναγρον aliunde deducendum putauerunt, videlicet ex ἄγρω inusitato pro ἀγρέω, aut ex passiuo ἄγρομαι, vt videlicet fit τὸ πάντα ἄγρον, id est ἄγρευον, vel πάντοθεν ἀγρόμενον, quod vndique cotrahatur ad comprehendendam prædam.

¶ Ἀγρεύω, F. εύσω. P. ευκα, Venor siue feras, siue aues, siue pisces, Venatu capio. Xenoph. in Cynegetico, τοὺς κυνηγέτας μὴ κωλύειν ἀγρεύειν μηδὲν τῶν ὅσα ἐπὶ τῇ γῇ φυόμενα ἀγρεύεται. Call.

hymno in Dianam, Αἱ δέ κ' ἐγὼ πέζοις μόνιον δάκος ἤ τι πέλωρον Θηελὸν ἀγρώσσω. Bianor in Epigr. Ἀλλά μιν ἀγρώσσοντα δι' ὕδατος. Passiuum est Ἀγρώσσομαι, Venatu capior. Vtrũque vsurpauit Isidorus in epigr. de polypo & lepore, Ἀγρευθεὶς δ' ἤγρευσε. id est, captus cepit. sed intellige, venando captus. A

Ἀγρώσσω, Capto per metaphoram, vt apud Latinos Venor & Aucupor pro Capto. vt ἀγρώσσειν δόξαν, apud Phal. in epistolis, Gloriã venari, seu aucupari. Sic ἀγρώσσω ὕπνον, Capto somnum, in Epigr.

Ἄγρευμα, ατος, τὸ, Ab ἀγρεύω nõ ab ἀγρέω, Quod venatu captum est, Præda venatu quæsita. Lycophr. in Alexandra, Αἴθων ἐπακτὴρ χαλχαλᾶν ἀγρεύματι. Itẽ metaphoricè vt Præda Latinis, Captura, Res quouis modo capta, & studio ac labore parta. B

Ἀγρεύματα, Spolia vocat Euripides in Andromacha, inquit Hesychius.

Ἄγρευσις, εως, ἡ, Venatio, Ipse venandi actus, Prædatio, Captura. Hesychius Ἄγρευμα exponit εὕρημα, Ἄγρευσις autẽ εὕρεσις. sed εὕρημα & εὕρεσις in hac expositione non significant Inuentum & Inuentio (vt in vulg. lexic. habetur) sed potius Acquisitum & Acquisitio. C

Ἀγρευτής, οῦ, ὁ, & Ἀγρευτὴρ, ῆρος, ὁ, Venator. Callim. hymno in Dianam, Οὐ μὲν ἐπιμεμφθέντες Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες Μέμφονται. Theocr. in Idyllio ἁλιεῖς inscripto, Ἰχθύος ἀγρευτῆρες ἐμῶς δύο κεῖντο γέροντες. Est enim ἀγρευτὴρ poeticum, ἀγρευτὴς & poeticum & oratorium.

Ἀγρευτικός, κή, κόν, Venandi peritus. vt Ἄρτεμις ἀγρευτικὴ τὴν θηρείαν Eustath. 1247.

¶ Ἀγρεύω, F. εύσω. P. ευκα, Idem quod ἀγρώσσω. vt in epigr. Phaniæ, Αἴτε σύ γ' ἐν κύρτῳ ῥαγανοειδέας, αἴτε τι ἀγρεύεις Μορμύρους. D

Ἄγρει, imperatiuus est ab Ἀγρέω, ad verbum significãs, Venare, Cape. sed hortandi vim habet, idémque valet apud poetas quod Age, Agedum, Agesis. éstque translatum à celeritate quæ adhibetur in venatione: vnde & Eustathius in quodam Homeri loco ἄγρει vult esse perinde ac si dictum foret σπεῦδε, Propera, Festina. Odyss. φ, Ἄγρει νῦν δὴ κεῖνον ἐνὶ μεγάροισι Μελανθεῦ. Il. ε, Ἄγρει μάν οἱ ἔπορσον Ἀθηναίην ἀγελείην. pro ἄγε δή. Et in plurali Ἀγρεῖτε, Agite, Od. υ, – ἀγρεῖθ' αἱ μὲν δῶμα καλήσατε ποιπνύουσαι.

Ἀγρεσία, idem quod ἄγρευσις, Venatio. – ἄλλης ἄλλος ἀπ' ἀγρεσίης, in Epigr. E

Ἀγρεύς, έως, ὁ, Qui est super venationem, ὁ ἐπὶ τῆς θήρας, inquit Suidas. Id est, opinor, Venationi præfectus. Ita dictus est Pan, vt ex Apollodoro refert Hesychius. At schol. Apollonii ait Aristeum dictum ἀγρέα, quòd cum eius matre Apollo rem habuisset in agro.

¶ Ἀγρέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Idem quod ἀγρεύω.

¶ Ἀγρώσσω, Idẽ quod ἀγρεύω. & de omni genere venationis dicitur, vt de piscium venatione, Od. ε, Ἰχθῦς ἀγρώσσοντες. Sed Hesychius ἀγρώσσαντα exponit etiam Irritum fecit, Frustratus est. F

Ἀγρώστης, ου, ὁ, Venator. Item Operarius, Hes.

Ἀγρώστης, genus phalangii, Nicand. in Theriacis, Ἀγρώστης γε μὲν ἄλλος, ὁ δὴ λύκου εἴσατο μορφῇ. Ἀγρωστὴρ apud eundẽ in Alexiph.

Ἀγρωστῖνος, ου, ὁ, Venator. Item Rusticus, & Ἀγρωστῖναι, dictæ montanæ nymphæ, Hes. Ideo autem sic dictæ sunt, vt opinor, quod quum sint venatrices, gaudeant montibus ob ferarum in illis copiam.

C. Ποδάγρα, Pedica, Tendicula, inquit Bud. citans ex lib. 1 Pæd. Xenoph. θηρῶσιν ἐν ἀγρίοις πλέγμασι καὶ ὀρύγμασιν, ἐλάφοις τε ποδάγραις καὶ ἀρπεδόναις. Apud Pollucem lib. 5. cap. 4. Ποδάγρεια, quæ & ποδοστράβη. ita enim scribit, ἡ δὲ ποδάγρεια ἵσταται μὲν ἐλάφοις καὶ ὑσὶ ἐπὶ τὰς ὁδοὺς, καλοῖτο δ' ἂν καὶ ποδοστράβη. Eadem autem deductione dicuntur μυάγρα & γαλεάγρα & βαλανάγρα atque alia quæ suis posui locis, vt μυάγρα in μῦς & γαλεάγρα in γαλῆ. Etymolog. βαλανάγραν dictam ait παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. quem sequendo, de cæteris itidem dicemus παρὰ τὸ ἀγρεύειν τοὺς πόδας, τοὺς μύας, τὰς γαλᾶς: sed verior est deductio à nomine, vt ποδάγρα sit ἡ τῶν ποδῶν ἄγρα, & sic de cæteris. ‖ Est etiam ποδάγρα Articularis morbus, de quo vide in ἄλγος. G

C. Ζωγρέω, ῶ. F. ήσω, P. ηκα, Viuum capio, A cæde conseruo, Vitæ alicuius parco in bello. ζωὸν ἀγρέω, id est ἀγρεύω. Il. ζ, Ζώγρει Ἀτρέος υἱέ. Sic Iliad. κ, Ζώγρει. αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι. Thucyd. lib. 2, ἄνδρας τε τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τινὰς δὲ ἐζώγρησαν. Idem lib. 7, ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί. Sic apud Xen. & cæteros. ‖ Ζωγρῶ, Viuifico, Vegeto, Vegetum reddo. Iliad. ε, – περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. Vbi Eustath. exponit ἀνεζωπύρει, ἀνεγείρουσα τὴν ζωήν. addens, alibi (vt in locis quos modò citaui) apud eundem poetam ζωγρεῖν esse τὸ ζῶντάς τινας ἀγρεύειν αἰχμαλωσίας νόμῳ. Annotat etiam, quod hic ζωγρεῖν θυμὸν dixerit, alibi θυμηγερέειν ab eo dictum esse. Idem Eustathius pag. 623, hoc ζωγρεῖν esse ait ζωὴν ἀγείρειν καὶ τὴν λειποθυμίαν ἐπανακαλεῖσθαι. Et Hesychius ζωγρήσεται exponit ζωογονήσεται. Fuerat autem (secundum hanc significationẽ & deductionem) ponendum potius in ἀγείρω aut in ζωὴ hoc verbum: sed duas eiusdem verbi significationes separandas non putaui. Vide ζωάγρειον. A B

Ζωγρεία, ας, ἡ, Ipse actus capiẽdi viuũ, aut viuos. vnde ζωγρείᾳ λαβεῖν idem quod ζωγρεῖν, Capere aliquem cum vitæ conseruatione. Herodotus, ζωγρείῃ ἔλαβε τὸν Ἱστιαῖον. Idem, ζωγρείῃ αἱρέουσί μιν. In Macc. 2, legitur καὶ βουλομένου τοῦ Νικάνορος λαβεῖν ζωγρείαν, quod mẽdosum putat Bud. pro ζωγρείᾳ. Hesychius tamen ζωγρείαν exponit etiam ζωήν. ‖ Scribitur & Ζωγρεία apud Polybium. Citatur & ex numer. cap. 21, ἕως τοῦ μὴ καταλιπεῖν αὐτοῦ ζωγρείαν. vbi videntur LXX interpret. ζωγρείαν vocare ipsos qui viui capiuntur. C

Ζωγρεῖον, ου, τὸ, Viuarium. Eustathius ζωγρεῖον peculiariter dicit τῶν ἰχθύων, pag. 623. Dicitur tamẽ & de aliis animalibus. Schol. Aristoph. in Vespis, χοιροκομεῖον esse dicit τὸ καλούμενον ζωγρεῖον κλωβὸν, ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται. In vulg. lexicis ζωγρεῖον exponitur Auiarium, item Bestiarũ cauea ex Suetonio. D

Ζώγρος, idem quod ζωγρεῖον. Hesychio ζώγρος est τόπος ἐν ᾧ θηρία ἐμβάλλεται. vbi hoc postremũ verbum videtur esse deprauatum.

Ζωάγρειον, ου, τὸ, Præmium pro vita seruata. Herodot. δῶρα λάμψεται ζωάγρια Κροίσου, muneribus donabuntur ob seruatam Crœso vitam. Nonnus, Λύτρον ἑῶν ἑτάρων ζωάγρειον, Pretiũ quod pro suorũ redẽptione soluit. Ζωάγρια τίνειν, (inquit Hes.) τὰ ὑπὲρ ζωῆς παρεχόμενα δῶρα παρέχειν. ‖ Apud Homerum ζωάγρια retinet significationẽ quam habet ζωγρεῖν in loco Iliad. ε, paulo antè citato. Est enim ζωάγρεια, Præmium ob redditum vitalem vigorem spiritum vix trahenti: Odyss. θ, – ὅτι μοι πρώτῃ ζωάγρι' ὀφέλλεις. vbi Eustathius, ἀνθ' οὗ σε δηλαδὴ ζωὴν ἀγείρας (ἤγουν συναθροίσασα) τετήρηκα. αὕτη γὰρ ὀλιγοδρανέοντα τὸν Ὀδυσσέα περιεποιήσατο, ζωὴν ὀλιγοπνέοντι αὐτῷ ἀγείρασα. Et addit, ὡς ἔστιν ἄλλο τι τὸ ζωάγρειον παρὰ τὸ ἐν πολέμῳ, ὃ γίνεται παρὰ τὸ ζῶντάς τινας ἀγρεύεσθαι. In vulg. tamen lex. confunditur hæc significatio cum præcedente. E

Ἀνδράγρεια, Quæ quis homini prædatur, Spolia quæ quis homini detrahit. Sed intelligendum est, homini qui in prælio cecidit. Hom. Iliad. ξ, Ὅσσης δὴ πρώτης βροτόεντ' ἀνδράγρι' Ἀχαιῶν Ἥρατ' ἐπεί, &c. id est (inquit Eustath.) σκῦλα τὰ παρὰ ἀνδρὸς ἢ ἀπὸ ἀνδρῶν ἀγρευόμενα, ἢ ἀγρευθέντα. Et addit, ξένη δὲ, φασὶν, ἡ λέξις, ἅπαξ ῥηθεῖσα. Alibi autem, videlicet pag. 890, alteram tantùm deductionem ponẽs, explicat τὰ ἀπὸ ἀνδρῶν ἀγρεύματα, οἷον σκῦλα, ἀσπίδας. Hesychius autem σκῦλα exponit, & τὰ τῶν πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ ἀνδρῶν ὅπλα, ἀγρεύματα ὄντα, rectè addens πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ. F G

Βοάγρεια, Spolia quæ ἐκ βοῆς ἀγρεύονται, id est ex pugna colliguntur. Alii secus exponunt, aliunde deducentes. Vide in Βοῦς.

Μοιχάγρια, Quæ persoluit qui in adulterio est deprehensus, τὰ ἀποτιόμενα ὑπὸ τοῦ ἐν μοιχείᾳ ἀγρευθέντος. vel (vt Eustath.) τὰ ὑπὲρ ἀγρεύσεως, ὅ ἐστι συλλήψεως, μοιχῶν ἐκτιννύμενα, quæ pro comprehensione mœchorum persoluuntur. Hom. Od. θ, – τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει.

ΑΓΧΙ, siue Ἀγχοῦ, Aduerb. Propè, Iuxta. Cum genitiuo, vt ἐγγὺς & πλησίον. Iliad. θ, – τάχα δ' Ἕκτορος ἄγχι γένοντο. sic ω, – ἄγχ' αὐτοῖο καθέζετο πότνια μήτηρ. Interdum, sed rarius, cum datiuo, vt Iliad. ψ, – τάχα δὲ σφίσιν ἄγχι γένοιτο. Item sine casu, Iliad. π, Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος. Dicitur etiam de tempore, vt Iliad. τ, – καὶ ἐλεύσεται ἤδη Ἄγχι μάλα –, id est, Et venturus est valde propè. H

pro Breui. q.d. Propè est, Vel In proximo est tempus quo veniet.

Ἄγχιστα, Proximè, Aduerbium superlatiui gradus ab ἄγχι: quod iungitur itidem genitiuo, vel datiuo. Οἱ ἄγχιστα τῷ γένους ὄντες, inquit Bud. idem quod οἱ ἐγγυτάτω γένει ὄντες & οἱ ἐγγύτατα γένους, Qui proximo gradu contingunt defunctum. Nonnunquã ἄγχιστα, vt & ἄγχι, sine casu ponitur: vt ἄγχιστα ἐοικώς, apud Homerum Proximè similis. id est Maximè similis. nam & Erotianus apud Hippocratem ἄγχιστα exponit μάλιστα, id est Maximè. Ab hoc autem superlatiuo fit ἄγχιστος, ex quo deinde multa sunt nata vocabula, quæ proximè sequuntur. Quanquam possumus & ab ipso aduerbio ἄγχιστα illa deducere.

Ἄγχιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Propinquissimus, Proximus. apud Euripidem, Ἄγχιστος πατρὸς τῷ γένει, Genere proximus patri. Ἄγχιστον Hesychius exponit Proximum genere. Ponitur etiam comparatiuus ἀγχίων ab Etymol.

¶ Ἀγχιστεὺς, έως, ὁ, Cognatus, Propinquus. Ἀγχιστεῖς (inquit Budæus) οἱ συγγενεῖς, Agnati & cognati. Idem in Pandectis ἀγχιστεῖς καὶ συγγενεῖς affines & cognatos dici annotat. Propriè dicuntur ἀγχιστεῖς (si Suidæ testimonium fide dignum putamus) qui è fratribus & patruelibus, itẽ è patruis & auunculis gradu proximo contingunt defunctum: qui autem extra hos, sunt duntaxat συγγενεῖς. At qui per contractum matrimonium familiis admixti sunt, dicuntur οἰκεῖοι. In quo Suidæ loco vox ἀνεψιῶν, quam patruelibus reddidi, variè verti potest, vt etiam Budæus annotat in loco Isæi qui paulo pòst citabitur in Ἀγχιστεία. Porrò Ammonius ita distinguit, ἀγχιστεῖς sunt, quib⁹ quum ex eorũ genere mortuus quis fuerit, iura eiusmodi sibi vendicare lex permittit· συγγενεῖς autem qui quamuis sint ex eodem genere, à lege tamen ad iura ἀγχιστικὰ non vocantur: οἰκεῖοι verò qui contracto matrimonio admixti sunt familiæ. Bud. in lex. hac ex Pãdectis profert ἀγχιστείας (quæ ab ἀγχιστεὺς deriuatur) definitionem, Ἀγχιστεία ἐστὶν οἰκειότης πρὸς συγγενεῖς ἐκ γάμων ἡμῖν συνηρμοσμένων, συγγενείας ἐκτός. οἷον προγονὴ, νύμφη, id est, priuigna, nurus. Luc. in Timone, εἶτα ὁ γελοῖος Δημέας ὁ ῥήτωρ, συγγενὴς αὐτοῦ ἀγχιστεὺς καὶ μαθητὴς αὐτοῦ ὤν. Vbi obseruandum συγγενὴς ἀγχιστεὺς, quasi generalius nomẽ per specialius restrictum.

Ἀγχιστεὺς ponitur etiam pro συγγενὴς, vt vult Hesych. Sic & Sophoclis schol. ἀγχιστείας apud eum explicat συγγένειαν.

Ἀγχιστεὺς fit ab ἀγχοῦ, inquit Gaza. nam υ in ι mutatur in compositis ab ἀγχοῦ, vt in ἀγχίνοια, ἀγχιστεὺς, ἀγχίθυρος. At ego (quod pace Gazæ dictum sit) ab ἄγχι illa fieri potius crediderim, videlicet ἀγχίνοια, ἀγχίθυρος, & infinita alia composita quæ ordine alphabetico in indice proponam. At ἀγχιστεὺς compositum non est sed ab ἄγχιστα superlatiuo gradu formatum, aut certè à nomine ἄγχιστος facto ab ἄγχιστα.

Ἀγχιστεύω, F. σω. P. κα, Genere propinquus sum. Ἀγχιστεύουσα enim Hes. exponit, ἐγγὺς οὖσα πρὸς τὸ γένος.

Ἀγχιστεύω, Propinquitatis iure ad successionem venio. Isæus, γνώσεσθε τοῦτο ὅτι ἐμοὶ μὲν ἀγχιστεύειν, ὡς δὲ ἐκείνων γεγονέναι ἐκλῆρον, id est (Bud. interpr.) Iure propinquitatis hæreditatem cernere, aut petere.

Ἀγχιστεύω (inquit in lex. Budæus) Iosue 20 circa principium, cum accusatiuo, Iure cognationis rem venditam redimo: & Ruth cap. vltimo, Propinquitatis iure duco vxorem vel retineo. ἐὰν δὲ μὴ βούληται ἀγχιστεύειν σε, ἀγχιστεύσω σε ἐγώ. Hactenus Budæus. In vulg. lex. ex libro Esdræ 2, ἠγχιστεύθησαν ἀπὸ τῆς ἱερατείας exponitur Electi sunt de sacerdotio. sed in Compl. editione ἀπεώσθησαν legitur, non ἠγχιστεύθησαν. Ac reuera ἠγχιστεύθησαν id significare non posset.

Ἀγχιστεία, ας, ἡ, Propinquitas, vel Propinquitatis ius. Budæus in lexico explicat Propinquitas generis, Cognatio. Idem in Comm. explicat Ius successionis legitimæ, citans hunc Isæi locum, ὁ νόμος δίδωσιν ἀγχιστείαν τοῖς πρὸς πατρὸς ἀνεψιοῖς. Id est (inquit) Lex refert hæreditatem amitinis, vel patruelibus, vel agnatis. Variè enim accipitur ἀνεψιός. Idem in suo lexico, ἀγχιστείας explicat ius succedendi ab intestato. Hesychius ἀγχιστείαν exponit συγγένειαν.

Ἀγχιστεία ἡ περὶ τὸ θεῖον, Plutarchus de flamine dixit qui accedit Deo proximè, inquit Bud. in suo lexico.

Ἀγχιστεῖον, Idem: vnde apud Sophoclem in Antigone κατ' ἀγχιστεῖα genere neutro pro κατ' ἀγχιστείαν, vt schol. notat: exponens κατ' οἰκειότητα, κατὰ συγγένειαν: vt videlicet confundatur hoc discrimen quod inter ἀγχιστεὺς, συγγενὴς, οἰκεῖος, antea posuimus. Sophoclis verba sunt hæc, Ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω Γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.

Ἀγχιστικὸς, ή, όν, Adiectiuum, Ad ἀγχιστείαν pertinẽs, Ad cognationem pertinens. ἀγχιστικὰ δίκαια apud Ammoniũ in ἀγχιστεῖς, Iura eorum qui sunt ἀγχιστεῖς, Quæ debentur alicui nomine ἀγχιστείας. Id est, propter eum propinquitatis gradum qui ἀγχιστεία dicitur.

Ἀγχιστίνδην, Aduerb. Secundum gradum propinquitatis, Pro gradu propinquitatis. vt à πλοῦτος fit πλουτίνδην, ab ἀριστος fit ἀριστίνδην. Moschopulus, ἀγχιστίνδην γαμεῖ, ὅταν τις γάμον ἄγηται τὴν ἔγγιστα τοῦ γένους. id est, ἀγχιστίνδην matrimonium contrahit, quum ducit eam quæ genere proxima est.

Ἀγχιστίνδην iurans, id est, Prope aras iurans, apud Solonem, Hes.

Ἀγχιστῖνος, η, ὁ, vel Ἀγχηστῖνος, ad verbum, Propè stãs, Eust. Il. ε, de ouibus, Αἱ μέν τ' ἀγχιστῖναι ἐπ' ἀλλήλῃσι κέχυνται, i. Aliæ prope alias stantes, & minimo spatio inuicem distantes, Aliæ aliis contiguæ, Addensatæ, coaceruatæ & quasi conglobatæ, metu videlicet leonis ouilia insultantis. aut ad differentiam caprarum, quarum αἰπόλια πλατέα dicit Hom. quòd aliæ ab aliis lõgius distãtes pascantur. Hæc ferè Eustathius: qui etiam admonet, vocis huius antepenultimam per η scribi, vt ab ἄγχι & ἵστασθαι factam, mutando ι in η: quum cætera omnia vocabula deriuata ab ἄγχι, seruent eius ι. De penultima autem nihil dicit, quæ ibi in exemplari Romæ edito per η scripta est & ipsa: at alio loco apud eundem in eodem exẽplari ἀγχηστῖναι habetur, cum η in antepenultima, sed ι in penultima. Apud autorem etymologici, trifariam scribitur, per ι in antepenultima, & η in penultima: per ι vtrobique: per η in antepenultima, & ι in penultima. vt & apud Suidam habetur. At verò in Hesychii editione legitur cum ι vtroque in loco. Ego certissimam scripturam esse puto cum η in penultima, si à στῆναι fieri constet: at in antepenultima nescio cur ι in η mutare oporteat. Certè vetustissimum habeo exemplar Iliadis in quo ἀγχιστῆναι cum ι in antepenult. cum η in penultima legitur. Cuius autoritas adiuncta rationi etymologiæ, faciet vt ἀγχιστῆνος scribam: si tamen pro confesso habeatur esse inde vocem compositam. Ego enim simplicius & verius esse puto à superlatiuo ἄγχιστος hoc vocabulũ, sicut & præcedentia, deducere.

Composita ex ἄγχι, vt Ἀγχιβαθὴς, Ἀγχίαλος, Ἀγχιγείτων, Ἀγχίθυρος, Ἀγχίνοος, item Ἀγχέμαχος (in quo ι mutatur in ε) vide singula suis locis, id est, vnumquodque in nomine cum quo aduerbium hoc componitur. Gaza tamen (vt antè dixi) hæc composita ab ἀγχοῦ deducit, dicens hoc aduerbium in compositione mutare ου in ι.

Ἀγχοῦ, itidem cum genitiuo: & vsurpatur ab Herodoto, quamuis sit poeticum, sicut ἄγχι, vt lib. 1, pro In propinquo, ἀγχοῦ τῆς στρατιῆς. Comparatiuum habet Ἀγχοτέρω, id est Propinquius (vnde & nomen ἀγχότερος, Propinquior.) Superlatiuum habet ἀγχοτάτω, Proximè, quo etiam vtitur Herodotus. Et οἱ ἀγχοτάτω προσήκοντες dicuntur genere proximi, vt loquitur Terentius. Fiũt autem ἀγχοτέρω & ἀγχοτάτω detracto υ, vt πλησιαίτατα à πλησίον.

Ἀγχόθι idem quod ἀγχοῦ, siue ἄγχι, vt ἐγγύθι apud poetas pro ἐγγύς. Odyss. ν, – ἀγχόθι δ' αὐτῆς. Etymol. ait ab ἀγχοῦ formari ἀγχόθι, à quo per syncopen fieri ἄγχι. Secũdum quam deductionem ἀγχοῦ ponendum fuisset ante ἄγχι: sed controuersa est hæc deductio.

ἌΓΧΩ, F. ξω. P. χα, Strangulo, Suffoco, Constringo fauces: quæ significatio manet in nomine συνάγχη. Ab ἄγχω autẽ pro Strãgulo siue suffoco, fit ἀγχόνη, & ἀπάγχομαι. neq; enim suffocat quisquis fauces cõstringit. Apud Latinos olim in vsu fuit Græcũ verbum, mutata duntaxat litera χ, Ango. Angere (inquit Dio-

Google

medes) propriè significat præfocare siue strangulare. vnde & Angina dicta est. Lucianus initio cuiusdam dialogi, τί ἄγχεις ὦ Πρωτεσίλαε τὴν Ἑλένην προσπεσών; id est, Quid Helenam suffocas? Aristoph. in Ranis, Ὃς τὸν κύν' ἡμῶν ἐξελάσας τὸν Κέρβερον Ἀπῇξας ἄγχων, κἀποδρὰς ᾤχου λαβών. Verba sunt Æaci ad Bacchum. id est, Abduxisti fauces constringens, vel constrictis aut obstrictis faucibus. Latini dicunt Obtorto collo: Plautus pro eodem Obstricto collo.

Ἄγχω, non tantùm Fauces constringo significat, sed latius accipitur pro Quouis modo constringo, siue coerceo. pro περισφίγγω positum, siue θλίβω (id est Circunstringo, vel Premo) quæ Suidas significare vult hoc in loco, ὁ δὲ ἄγχων τὴν αὐτῆς δεξιὰν καὶ περιάγων, περιαιρεῖται τὸ ξίφος. Greg. aduersus Eunomianos, de equis loquẽs, καὶ τὴν καλῶς ἄγχουσαν ἀλάβειαν ἀποπτύσαντες. Hesychius ἄγξαι exponit etiam χαλινῶσαι, id est Frænare: nam frænum constringit & coercet.

Ἄγχομαι, Pass. Suffocor, Constringor. vnde imperatiuus ἄγχου, qui accentu distinguitur ab ἀγχοῦ, id est propè. Pro Angor, mœrore afficior, Liban. περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης, Ἤγχετο δὲ διαφερόντως τῷ τῆς ἐπιδείξεων ἀριθμῷ.

Ἄγχες, Suffocatio, Strangulatio. Hesych.

C. Ἀπάγχω, Suffoco, Strangulo, Laqueo interimo, Suspendo strangulans. Hom. Od. τ, — ὁ μὲν λαὲ νεβρὸν ἀπάγχων.

Pass. Ἀπάγχομαι, Suffocor, Strangulor. Sed frequenter ἀπάγχεσθαι pro Strangulare seipsum, Mortem sibi laqueo consciscere. Thuc. καὶ ὁ μὲν τῶν δένδρων τινὲς ἀπήγχοντο. Et sæpe aoristus medius ἀπάγξασθαι ita vsurpatur. Theocr. idyll. 3. ἀπάγξασθαί με ποιήσεις. Aristoph. Neb. ἀπαγξάμενον τρέχων.

C. Περιάγχω, Præfoco, Obtorqueo. Ad verbum, Circunstrangulo, q. d. Circuniectis manibus strangulo.

C. Συνάγχη, Παρασυνάγχη, Κυνάγχη, Παρακυνάγχη, nomina sunt à posterioribus medicis inuenta, quibus totidem anginæ species designarent. Quæ ita describũtur à Paulo Ægineta. Prima, quum interni τῆς φάρυγγος (id est faucium) musculi inflammati sunt. Voco autem fauces internum oris locum vbi simul conueniunt gutturis gulæque extrema. atque hæc proprio nomine συνάγχη appellatur. Secunda, παρασυνάγχη, quum exteriores faucium musculi patiuntur inflamationem. Tertia, κυνάγχη peculiari nomine, quando interni musculi τῆς λάρυγγος (id est gutturis) inflammantur. Quarta, παρακυνάγχη, quum externi eiusdem gutturis musculi laborant inflammatione. Hactenus Gorræus, qui se in describendis his differentiis Paulum sequi maluisse dicit quàm Galenum. Addit esse & quintam anginæ speciem, luxatis & prominentibus colli vertebris in anteriora, pueris præsertim, ex casu euenietem, & ferè incurabilem. Eam autẽ scribit Aetius, propriè κυνάγχην à veteribus appellatam fuisse, quòd lingua propter luxatum verticulum à sua radice mota & propriis sedibus excedente, factáque multùm difficili respiratione, cogantur ægri aperto semper ore hiare & respirare, & canum in morem linguam exerere. Idem Gorr. tradit κυνάγχην sibi videri significare apud Hippocratem morbum acutum in gutture consistẽtem, cum angustiæ sensu & spirandi difficultate. FIT Συναγχικός à συνάγχη & de eo dicitur qui laborat anginæ specie quæ synanche appellatur. Gal. ad Glauc.

C. Ἀργυράγχη, fictitia vox, quæ exponitur ad verbũ Argentangina. Quum Demosth. συνάγχην pati se diceret, ideóque contra Milesios loqui non posse, quidam è populo exclamauit, id nõ συνάγχην sed ἀργυράγχην esse. Quod narratur à Gellio lib. 11 cap. 9, & à Plut. in vita Demosthenis. Pollux, ἀργυράγχη, ὡς Δημάδης σκώπτων Δημοσθένη, συνάγχην λέγοντα ἐπῆφθαι. Hinc cœpit vsurpari hoc vocabulum de iis qui muneribus corrupti tacerent.

C. Ἀντάγχη, q. d. Præfocatio obluctans & obsistens. Hoc nomine appellantur inueterati faucium tumores, qui discuti non possunt. Ita exponitur in vulgaribus lexicis ex Vlp. ff. De ædil. edicto. & in illis scribitur Ἀντάγχην.

C. Λιμάγχω, χῶ, Fame neco, Inedia neco, λιμοκτονῶ. Ad verbum, Fame strangulo. q. d. Angina inediæ suffoco. B. C. 869. Pro eodem dicitur λιμαγχονῶ. quod vide infrà post ἀγχόνη.

¶ Ἀγχόνη, ης, ἡ, paroxytonum, Suffocatio, Strangulatio. πνιγμός, Hes. Apud Dioscoridem puto significare Suffocationem qualis est in suspendio: potius quàm ipsum suspendium vt interpres vertit: in hoc videlicet loco lib. 6 cap. 24, quum dicit, μύκητες ἐπιφέρουσι πνιγμοὺς ἐοικότας ἀγχόναις.

Ἀγχόνη, paroxytonum, Laqueus, Restis: at Ἀγχονή, oxytonum, indicat ipsum actum, inquit Suidas. Idem ait Aristophanis enarrator. Idem tradit Euripidis scholiastes. Viderint tamen tres illi, aut qui illos sequi volent, quem habeant autorem. Nam apud scriptores passim pro vtraq; significatione reperitur ἀγχόνη paroxytonũ. Nam vt quum dicunt ἀγχόνην scribi pro ipso actu, seu pro re ipsa, actum intelligamus non strangulationem & suffocationem (in qua significatione habes ἀγχόναις paroxytonum in proximè præcedente loco Dioscoridis) sed totum suspendium, id est totam actionem quæ est in suspendendo: id verum non reperietur in variis autorum locis, nisi falsam eorum dicamus esse scripturam. Nam in eo ipso Euripidis loco in quem scholiastes illud annotat, legitur ἀγχόνης in genitiuo pro suspẽdio, cum accentu in penultima. — ἐγὼ μὲν οὐ Δίκτυννα ἔργων ἀγχόνης, χαίρειν φίλαι. & paulo antè dixerat, Μέλλει δὲ νῦν θέλουσα ἀρτῆσαι δέρην Εἴργουσι φύλακες. vbi ἀρτῆσαι δέρην est collo laqueum innectere: quam actionẽ postea vocat ἀγχόνην. Sic apud Soph. in OEdipo tyranno, — οἷν ἐμοὶ δυοῖν Ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα. vbi ἀγχόνη nõ video quid aliud significare possit quàm ipsum suspendii actum. Philo De mundo, θάνατον οὐ καθαρὸν τὸν δι' ἀγχόνης ὑπομένων. Sic apud Lucianum, ἀγχόνη μὲν γὰρ τὸ πρᾶγμα γένοιτ' αὐτοῖς, id est, Hæc res suspendium illis fuerit. Pro, Hæc res ad suspendium eos aget, vel adiget. Denique apud Eustathium quoque ita scribitur, φασὶν ὡς τὴν ἀγχόνην ἐκρῖνεν ὁ ποιητὴς εἶναι τὸ μιαρὸν τοῦ τοιούτου θανάτου. In eo autem Aristophanis loco in quem scholiastes illud annotat, translatè ponitur ἀγχόνη: de qua significatione lege quæ subiungam. Illud etiã considerãdum, eum cuius est libellus de vocibus pro diuerso accentu diuersam significationem habentibus, huius distinctionis inter ἀγχονή & ἀγχόνη non meminisse, quamuis satis diligenter & φιλοπόνως (Philoponũ autorem esse suspicor) eas vndique cõquisierit. Quod autem ad Suidam & Aristophanis scholiasten attinet, non magis amborum quàm vnius me mouet autoritas: quia alterutrum ex altero descripsisse hoc, vt infinita alia, satis constat.

Ἀγχόνη, Pro re quæ angit & cruciat aliquem, vel vrit, vt loquitur Terentius. Æschines περὶ παραπρεσ. τοῦτο δὲ αὐτῷ ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τοῦτο. Id est, Hoc illum vrebat, Hoc eũ angebat, vel cruciabat. Metaphoram Græcam, reddẽdo Latina, ἀγχόνη ἦν τοῦτο aptissimè verti posse existimo, Crux erat illi. Potest fortasse, & significationem vocis retinendo, per verbum Strangulo exprimi. nam reperio apud Ouidium dolorem strangulare dici qui vehementer hominem cruciat, foras non erumpens. Ango quum apud Latinos olim poneretur pro ἄγχω, id est Suffoco, Strangulo, tandem cœpit metaphoricam duntaxat huius verbi habere significationem: quam & in hoc ab eo deriuato nomine ἀγχόνη seruari dicemus, si illo in loco Æschinis, metaphorã velimus esse à quolibet suffocationis genere sumptam. Quod autem de illo Æschinis loco dictum fuerit, idem & de hoc Aristophanis dicendum erit, — ταῦτ' οὖν ἔστ' οὐκ ἀγχόνη; vbi nescio quorsum annotet schol. illam cuius suprà memini distinctionem in accentu. Certè ἀγχόνη cum accentu in penultima illic legitur: id est (sequẽdo illam) Laqueũs, non autẽ suspendiũ: sed metaphoricè accipiamus ita vt laqueum. Nisi fortè aliquis ταῦτ' οὖν ἔστ' οὐκ ἀγχόνη; intelligat, Nónne hæc sunt laqueus, aut suspendium? pro, Nónne hæc sunt eiusmodi quæ ad suspendium adigere possint? vt ex Luciano modò protuli, ἀγχόνη μὲν γὰρ τὸ πρᾶγμα γένοιτ' αὐτοῖς.

Ἀγχονιμαῖος, ὁ, ἡ, Ad laqueum pertinens. ἀγχονιμαῖος θάνατος quasi dicas, Laquearis mors, pro Morte laqueo illata.

Ἀγχονάω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Suffoco, Strangulo, Suid. Itẽ, Suspendo: sequendo significationem compositorum

ἀπαγχονᾶν & ἀπαγχονίζω. Ab ἄγχω fit ἀγχόνη, deinde ex ἀγχόνη formatur ἀγχονάω, idem valens quod ἄγχω.

C. Λιμαγχονάω, & Λιμαγχονέω, idem quod λιμάγχω, paulo ante. vnde λιμαγχονούμενοι apud Basilium. Bud. Comm. pag. 869. 870.

C. Ἀπαγχονίζω, Strangulo, Suspendo strangulans, idem quod ἀπάγχω. Et passiuum ἀπαγχονίζομαι, Strangulor, Suspendor cum strangulatione. Laert. in Diogene, ἰδὼν ποτὲ γυναῖκας ἀπ' ἐλαίας ἀπηγχονισμένας. Sic Thuc. dixit ἐκ τῶν δένδρων ἀπήγχοντο.

¶ Ἀγκτὴρ, ῆρος, ὁ, Id quo constringimus aliquid. nam ἄγχω vnde fit, constringere fauces significat. Hinc pro vinculo ponitur (quia qui vinciũtur, cõstringi solẽt) siquidẽ ab Hesychio δεσμὸς exponitur. Apud Galenũ redditur Fibula, ad Glauc. 2, ἐὰν δὲ εἰς βάθος διήκῃ τὸ τραῦμα, καὶ ῥαφαῖς καὶ ἀγκτῆρσιν εἰώθαμεν αὐτὰ τὰ χείλη συνάγειν. Qui locus conuenit cum eo quod scribit Celsus lib. 5, ἀγκτῆρες fibulæ sunt quibus oræ vulnerum committuntur.

Ἀγκτῆρες, Loca in collo quibus fit suffocatio. Iul. Pollux & Etymol. atque Hesychius, qui ex illo, vt opinor, sumpserunt.

Ἀγκτηριάζω, F. σω. P. κα, Anctere cõstringo, Constringo fibula quæ ancter dicitur. ET nomẽ verbale Ἀγκτηριασμὸς, Constrictio per ancterem.

¶ Ἀγκτηλιάζω. F. σω. P. κα, Suffoco, Strangulo. ἄγχω, Hes.

ἌΓΩ, F. ξω, P. ἦχα, & Atticè ἄγηχα, deinde per pleonasmum literæ ο, ἀγήοχα. Sic Aor. 2, ἦγον, Atticè ἤγαγον. sed ἀγήοχα potius dicitur quàm ἦχα aut ἄγηχα. maximè verò ἤγαγον est in vsu. Habet autem varias significationes hoc verbum pro varia constructione: sed prima & propria videtur esse pro Duco, quum de animatis dicitur: pro Affero, de inanimatis. & quum inanimatum est quod ἄγει, tum verbo Vehere redditur. Proximæ sunt significationes quæ exprimuntur per composita à Duco. vt Deduco, Adduco, Abduco, Educo. Item Induco siue Impello. vt Latinè Ago. Item pro Traho. Sed & alio sensu vsurpatur Græcum ἄγω, itidem vt Latinũ Ago. Alicubi & per verbum Habeo interpretãdum est, vel per Duco, in phrasibus quibusdam in quibus Latina lingua Habere & Ducere indifferenter vsurpat. Interdum & pro Ducere (id est existimare) ponitur. Itẽ pro Ducere, id est regere: in qua significatione & Ago Horatius effert. Necnon pro Formare, Instituere: quod Latini tum simplici Ducere, tum composito Educere exprimunt. Quinetiam pro Delectare, quo sensu sæpe passiuum Duci ponitur. Habet & alia significata, quæ declarabimus vbi horum exempla ordine protulerimus.

Ἄγειν, Ducere, Abducere, de animatis dictum, de quibus propriè dici tradunt grammatici. Iliad. ψ, Ἦ ῥα, καὶ ἵππον ἄγεν. Iliadis η, — καὶ νίκην πίσυνοι Ἀχαιῶν ἐν νήεσσι. Eodem libro, — ἄγοι δέ ἑ πομπὸς Ἀθήνη Χειρὸς ἑλοῦσα. id est Manu ducat, vel Manu deducat. Dicitur autem ἄγω σοὶ τοῦτον, vel ἄγω τοῦτον πρός σε, adduco tibi hũc. Et ἄγω σε simpliciter, & ἄγω σε εἰς τὴν πόλιν, vel εἰς τὴν ὁδόν. Xenophon, ἐπὶ τὴν ῥᾴστην ὁδὸν ἄξω σε. Ipsa etiam ὁδὸς, id est via, dicitur ἄγειν εἰς ἕνα τόπον, id est ducere aliquò: quo sensu & Ferre vsurpatur. Plato in Apologia, τὸ ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιάν. id est, Cic. interprete, Qui maximas copias duxit ad Troiam. vbi στρατιὰ pro re animata habere debemus, quia complectitur στρατιώτας, id est milites. Alioqui verbum Duxit, locum hic non haberet. Dicitur autem aliquando ἄγειν subaudito accusatiuo, vt ἄγειν ἐπὶ φάλαγγες apud Xenophontem. Inuenitur ἄγω pro Duco duobus etiam accusatiuis iunctum apud eundem, vt ἀγαθὸν ἄγειν τὰς κύνας τὰ τραχέα. Apud eundem, ἄγειν δ' ἄμεινον τὰς κύνας τὰ ὄρη πολλάκις. nisi fortè vtrobiq; deest præpositio. Ἄγειν de inanimis dictum: vt Xen. in OEconomico, ὅτε ἦλθεν ἄγων αὐτῷ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων δῶρα. id est (vt Cicero vertit) Quũ venisset ad eum eique dona à sociis attulisset. Sic idem Xenophon Ἑλλ. 3, ἀεὶ ἦγε δῶρα αὐτῷ. Eodem modo Isocrates ad Nicoclẽ, ἄγειν σοὶ δωρεάς. Idem ad eundem, ὑμῖν τοὺς βασιλεῦσιν ἐθίζοντας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον. Sed & ante illos Homerus ita vsus est hoc verbo: vt Od. α, — ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον. & Iliad. α, — ἠ ἤγαγεν ἐνθάδε πάντα. At Latini dona aut vestes aut aurum adducere non dicerent, sed afferre aut aduehere. Ἄγειν pro inuehere, vt Demosth. Pro corona, πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἄγεις Αἰσχίνη, id est, Bellum in Atticam inuehis. quæ tamen significatio metaphoram habet. Tribuitur verò inanimatis ἄγειν & alio modo. id est, non quum dicimur ἄγειν ea quæ sunt inanimata, sed quum inanimata dicuntur nos ἄγειν: veluti naues aut currus. vt Xenophonti ἁρμάμαξαι ἄγουσι τὰς γυναῖκας.

Ἄγειν metaphoricè, vt apud Latinos Adducere. vt ἄγειν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Xenoph. Adducere ad felicitatem. id est, Facere vt aliquis perueniat ad felicitatem, Promouere ad felicitatem. Sic idem, ἄγειν ἐπὶ καλοκἀγαθίαν. Plato De repub. ζῶντας εἰς κενὰς δόξας ἄγειν. sic ἄγειν εἰς ὑποψίαν, vt Cicero, Adducere in suspicionem. Idem Plat. in Timæo, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, id est, interprete Cicerone, Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Vt autem dixit Plato ἄγειν εἰς τάξιν ἐκ τῆς ἀταξίας, sic Philo De mundo, ἄγειν εἰς διάκρισιν ἐκ συγχύσεως.

Ἄγειν pro Abducere, ἀπάγειν. Il. ι, Τέκνα δὲ τ' ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Ἄγειν, Educere, pro Extrahere, Elicere, Ciere. vt apud Dioscoridem, ἄγειν οὖρα, ἔμμηνα, γάλα, Ciere vrinam, menses, lac. Sic ἄγειν κοιλίαν, Ciere aluum, apud eundẽ.

Ἄγειν, Inducere, Impellere, vt & Latinis Agere vsurpatur. Il. ν, — τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε. Sic Iliad. β, — κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο. Interdum cum accusatiuo & infinitiuo, Apoll. Arg. 1, Εὖτ' αὖ ἄγοι χρειώ, ἄνδρας ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλεσθαι. Significat & quandam violẽtiam ἄγειν interdũ, & veluti Trahere aut Rapere sonat: vt apud Æschinẽ contra Ctesiphontem, ἄξειν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ ἀναγκάσειν ἀποκρίνεσθαι.

Ἄγειν affinem habet proximè præcedenti significationem in hac phrasi quæ frequentissima est, ἄγειν καὶ φέρειν, id est Diripere, siue (vt inquit Bud.) populari & expilare. Demosth. Philipp. 3, ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας, ἧς ἄγειν καὶ φέρειν ἔστι πολλὴν καὶ κακῶς ποιεῖν. Isocr. in Archidamo, ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Liuius 4 Decadis lib. 10, Ab hoc prælio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones: & quum ferret passim cuncta atque ageret. Vbi obseruandum, quod depopulari dixerat, postea dicere ferre atque agere. Idem lib. 8 de Maced. bello, Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agique res suas viderunt. Vbi Liuius ferre priore loco posuit: vt & Græci sæpe. Herodot. 1, ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά, id est, Tua diripiunt. Xen. Pæd. 3, καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες εἴ τι ἕκαστος ἄξιον εἶχε. Virgilius pro ἄγειν dixit rapere, hoc versu Æn. 2, — alii rapiũt incensa feruntque Pergama. Cæterùm metaphoricè etiam vsurpatur ἄγειν καὶ φέρειν, sumpta videlicet à bello translatione, pro, Quasi hostili more vexare. Erasmus ἄγει καὶ φέρει apud Lucianum significare ait, Suo arbitratu quò vult trahit: citans hunc Corn. Taciti locum in quo consimiliter est vsus, Nunc principes in Cæsaris amicitia agũt feruntque cuncta, atque ab ipso principe cum quadam reuerentia diliguntur. Est autem Luciani locus quem intellexit Erasmus, hic (vt opinor) in dialogo Iunonis & Iouis, σοῦ μὲν καὶ πάνυ ἐστὶ δεσπότης ἐστὶ, καὶ ἄγει σε καὶ φέρει, τῆς ῥινὸς (φασὶν) ἕλκων. Quanquam hic aliquantum incommodè ἄγει καὶ φέρει vertas, Suo arbitratu quò vult trahit: quum sequatur Naribus seu naso trahens. Porrò dicunt etiam ἄγειν καὶ καίειν. Xenophon Ἑλλ. 3, ἦγον καὶ ἔκαιον τὴν Βιθυνίδα. Ac fortasse Virgilius quum dixit — rapiunt incensa feruntque, ad hoc loquẽdi genus respexit, vel potius ad vtrunque simul.

Ἄγειν cum varia significantibus accusatiuis iungitur: vbi Latinè variis infinitiuis reddendum. Nonnũquam verbo Agere, vt apud Galenum, ἐν τῷ μὲν τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος ἄγοντι, Quartumdecimum agenti annum. vel, Ducenti ætatis annum: vt Cic. Ducere ætatem dixit. Idem Galenus, ἑβδόμην ἄγων ἐκείνην τὴν νύκτα, Septimam agens noctem. Sic ἄγειν ἡμέραν, Agere diem Cic. vertit, quum hæc Epicuri verba, τὴν μακαρίαν ἄγοντες ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν, sic interpretatur, Quum ageremus vitæ beatum & eundem supremum diem. Idem pro his illius verbis, εἰς τὴν εἰσιοῦσαν ἀγαθὴν παρέβαλον ἡμέραν, ista

ponit, Ad diem agendum natalem. Alioqui ἄγειν ἡμέραν verti solet Celebrare diem, vt quum de festo die dicitur. Sed & hic τῷ Agere vti possumus ex Cicer. vt ἄγειν ἑορτὴν, Diem festum agere. ἄγειν Διονύσια, agere Bacchanalia. Sic, ἄγειν ἀπραξίαν, Ferias agere Plautino dicẽdi genere vertere possumus pro Feriari. Sic εἰρήνην ἄγειν, Pacem agere, vt Sall. loquitur. Cuius dicti exemplo & σπονδὰς siue ἐκεχειρίαν ἄγειν fortasse poterimus interpretari Inducias agere. Bud. vertit, pactas inducias obseruare. Interdum verò agere vtimur in interpretatione: sed pro accusatiuo Græco ablatiuum ponimus cum præpositione, vt ἄδειαν ἄγειν In securitate agere, sicut Cornel. Tacitus dixit In bona spe agere. Nonnunquam iunctum ἄγειν præpositioni διὰ cũ genit. itidem verbo agere reddi potest: vt διὰ φροντίδος ἄγειν, Curã agere. Sic διὰ φυλακῆς ἄγειν, Curam agere. De quibus dicendi generibus paulo pòst tractabitur.

Ἄγειν accusatiuo iunctum, exprimendum aliquando substãtiuo verbo Esse, cum nomine adiectiuo, aut verbo quod vtriusque significationem complectatur: vt ἡσυχίαν ἄγειν, Demosth. Quietum esse, vel Conquiescere. Σχολὴν ἄγειν, Otiosum esse, Feriatum esse, vel Otiari, Feriari. Nam otia agere dicitur quidem à Vergilio, sed non simpliciter pro Non occupatum esse, sed pro Otiosam & tranquillam vitam agere. Ἄγειν ἀσιτίαν, apud Aristoph. Ieiunum esse, Ieiunare. Ἄγειν πένθος, Luc. In luctu esse. Apud Polybium autem ἄγειν φιλίαν pro Colere amicitiam. At illa ἄγειν γέλωτα, apud Sophoclem, pro Ridere: ἄγειν κτύπον apud Euripidem, pro Strepitũ facere: & siqua sunt similia, poetica esse iudico. vt Ducere somnum siue somnos, Latinis oratoribus non permitteretur.

Ἄγειν cum genitiuo, interiecta præpositione διὰ, sæpe vertendum per verbum habere, sed variè cõstructum: vt διὰ τιμῆς ἄγειν τινὰ, apud Synesium, Habere honorem alicui, vel, In honore aliquem Habere. Sic δι' αἰδοῦς ἄγειν Gregor. In veneratione habere. Ἄγειν διὰ μνήμης ad verbum, Mentionem habere. quo genere loquendi Fabius vtitur. vt apud Synesium Ἄγειν τινὰ δι' εὐφήμου μνήμης, est honorificam alicuius mentionem habere. Ἄγειν δι' εὐχῆς Synesio, in votis habere. Ἄγειν διὰ φροντίδος, Curæ habere: vt & Græcè pro eodem ἔχειν διὰ φροντίδος dicitur. Possunt tamen & aliter exprimi hæc dicendi genera. nam διὰ τιμῆς ἄγειν & δι' αἰδοῦς ἄγειν commode verbo Prosequi reddentur, Honore prosequi, Veneratione prosequi. At verò ἄγειν διὰ φροντίδος, verbo Agere aptè interpretabimur, vt Ἄγειν τινὰ διὰ φροντίδος sit Curam agere alicuius vel de aliquo. Sic διὰ φυλακῆς ἔχειν Custodiam agere. Liuius enim verbum agere cum vtroque horum substantiuorum vsurpat. Possunt itẽ hæ omnes loquendi formulæ singulæ singulis verbis reddi, vt διὰ τιμῆς ἄγειν, Honorare: δι' αἰδοῦς ἄγειν, Venerari: δι' εὐχῆς ἄγειν, Optare: διὰ φροντίδος ἄγειν, Curare: διὰ φυλακῆς ἔχειν, Custodire.

Ἄγειν datiuo iunctum cum præpositione ἐν, itidem verbo Habere reddi potest in quibusdam phrasibus: vt ἄγειν ἐν τιμῇ Pausaniæ, pro eo quod modò diximus ἄγειν διὰ τιμῆς, In honore habere, Honorem habere alicui. Sic ἄγειν ἐν ἀδελφαῖς Synesio, In sororum numero habere, Pro Sorore habere; vel elegãtius Sororis loco habere. Sic apud Arrianum lib. β, ἐν ἀτίμου χώρᾳ ἄγειν, Loco nullo habere, vel (vt Budæus vertit) Nullo loco ducere: vt & illud Synesii ἄγειν ἐν ἀδελφαῖς, verti potest In sororum numero ducere, vel Inter sorores ducere; vel In sororũ numero locóque ducere. Sic enim loquutum Ciceronẽ comperio.

Ἄγειν pro Ducere (in ea significatione in qua Ducere finitimum est verbo Habere) vsurpatur & cum alia cõstructione diuersa à proximè præcedente: vt ἄγω σε ἴσον ἐμαυτῷ, Duco te æqualem mihi. Arrianus historicus, ὃν ἐγὼ ἴσον τῇ ἐμαυτοῦ κεφαλῇ ἦγον, id est, Bud. interprete, Æqualem mihi ducebam, Æquè ac me æstimabam. Illud ἄγω σε ἴσον ἐμαυτῷ, videtur & per verbum Habeo posse efferri, hoc modo, Eodem loco te habeo quo meipsum. Huc pertinent illæ phrases, ἄγω σεμνότερον ὑμᾶς, Habeo vos honestiore loco. & ἄξω οὐδαμῶς μείζονας ὑμῶν, Primo loco apud me eritis, Nullos pluris æstimabo vel pluris faciam quàm vos. Quanquam illud ἄγω σεμνότερον possit fortasse & aliter accipi.

Ἄγειν, pro Ducere, Existimare, Pendere, Æstimare, vt ἡγοῦμαι, Budæus accipi etiam dicit, citans hunc Aristidis in Panath. locum, οὐχ ὥσπερ οἱ ἂν ἐθέλοι σεμνοτέρους ὑμῶν ἄγοι τις, οὐ ῥᾷδιον εὑρεῖν. Hinc παρ' οὐδὲν ἄγω, pro nihilo duco. Sic Chrysostomus, πῶς καὶ πρὸ χρημάτων ἄγωμεν, hoc pluris æstimemus quàm pecunias.

Ἄγειν, pro Ducere, id est Regere, Moderari (vt Plautus dixit, Eius ducuntur nutu, illi obtemperant) apud Plutarchum, τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἄγειν καὶ ὀρθοῦν. Sic Oppianus ἄγειν πλόῳ νῆα dixit pro Gubernare nauem, Hal. 1. sed & Horatius Agere nauem pro gubernare itidem dixit. Affinem significationem habet ἄγειν apud Gal. ad Glauc. 1, quũ dicit ἄγειν ὡς περὶ τοὺς μανέντας καὶ φρενιτικούς. magis aptè tamen exponetur tractare hoc loco. quo sensu in vernaculo sermone dicimus Regimine vti in aliquo morbo.

Ἄγειν, Formare, Instituere. quam significationẽm sæpe & in passiua voce habet, vt infrà dicetur. Lucian. in Anacharsi, ὑπὸ παιδείαις ἐλευθερίοις ἄγεσθαί τι καὶ τρέφεσθαι αὐτούς. Tamen & in actiua voce vsurpans Theophr. dixit φυταλιουργίαν ἄγειν, inquit Budæus, pro Plantas adhuc tenellas formare, vt in modum condecentem & commodum naturæ suæ crescant & expandantur. Sic autem Latini Ducere pro Formare in propria significatione vsurpant interdum, vt quum dicunt lateres ducere. hinc & opus ductile apud Vitruuium. Pro Formare autẽ metaphoricè, id est Instituere, Educere, compositum vsurpant: vnde & Bene eductus, καλῶς ἀχθεὶς, vt Xen. loquitur.

Ἄγειν, Delectare, Oblectare, vel Ductare & Oblectare, vt ait Budæus, citans hæc ex Plut. Pol. præceptis, ὅσοις χαίρειν ὁ δῆμος καὶ ὑφ' ὧν ἄγεσθαι πέφυκε, id est, Duci natura solet. Et ex eodem in Antonio, ὁρῶν δὲ τὸν δῆμον ὑπὸ τῆς φωνῆς ἀγόμενον καὶ κηλούμενον. Subiungit & hũc Ciceronis locum pro Muræna, Si nosmetipsi qui alias occupationes habemus, ludis tamẽ oblectamur & ducimur. Hactenus Budæus. Dicit autem Cicero alibi Delectatione duci, vt Hominis mens videndi & audiendi delectatione ducitur. Videtur porrò ἄγειν aliquando sumi peculiariter pro Allicere seu Pellicere (quæ significatio affinis est ei quam verba Ducere & Ductare habent interdum) Herodian. lib. 3, πάντας ἦγε, δοὺς ἀμνηστίαν.

Ἄγειν, Pendere. Demosthenes contra Timocratem, τὸ ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικούς. Citat & Suidas locum in quo id significat hoc verbum, non exponens tamen. In eo autem notandum dici ἄγουσαν ὁλκὴν χιλίων μνῶν: & verbum ἕλκειν (vnde factum est illud ὁλκή) pro ἄγειν indifferenter poni, vt apud Laertium in Platonis testamento, φιάλην καταλείπω ἀργυρᾶν ἕλκουσαν ρξέ, κυμβίον ἄγον με.

Ἄγειν absolutè positum, id est sine casu, pro Ire, & (vt Plautus loquitur) Agere se: (vnde & ἀγυιὰ, id est vicum seu viam vrbis, dici volunt) sic autem vtitur Homerus, vt notat Hesychius. Ita & à D. Matth. Marco, Ioanne vsurpatur ἄγωμεν, pro Eamus.

Ἄγειν Hesychio est etiam μέλπειν, id est Cantare, Hymno celebrare. | Pausanias apud Eustathium dicit ἄγειν & ὑπάγειν etiam pro πίνειν vsurpari, id est bibere.

Ab ἄγειν composita nomina mutant α in ε, inquit Gaza. Sed hoc tamen de omnibus non intelligendum. nam in στρατηγὸς, ὁδηγὸς, mutatur α, at in χορηγὸς, ψυχαγωγὸς, manet.

Ἄγε Aduerb. hortantis, factũm ex imperatiuo verbi Ἄγω: idem quod Latinis Age, Agedum, Agesis, Eia, quando compellatur vnus: quum autem plures, dicitur Ἄγετε, agite. Sed nonnunquam Ἄγε sermoni ad plures accommodatur: vt Od. θ, Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες. & Il. ζ, Ἀλλ' ἄγε μίμνετε πάντες. Sic apud Xen. Ἄγε δὴ ἀκούσατε ἅμα. Sic apud Latinos Agedum plurali etiam iũgitur. Sæpe autem additur particula δὴ, vt in modò citato Xenophontis loco. Sic Il. α, Ἀλλ' ἄγε δὴ, τινὰ μάντιν ἐρείομεν. Aristoph. in Pluto, ἄγε δὴ, ἄγε μοι. pro ἄγε εἰπέ μοι. Ἄγετε autem cum plurali, vti dixi. Od. φ, ἀλλ' ἄγετε μνηστῆρες.

Xenoph. Pæd. 5, ἄγετε ἐπὶ τοὺς καταλελειμμένους.

Ἄγομαι, F. ἄξομαι, P. ἦγμαι pro Ducor, in prima significatione, vt ἄγω: nec solùm de rebus animatis, sed etiā de inanimatis, vt & illud. 1. ἄγεσθαι pro Ferri, Afferri, Aduehi. Xen. Pæd. 3, ἐπεὶ χρήματα ὅσα σὺν αὐτοῖς ἄξομαι ἔπειθεν. Vsurpatur & pro Adducor, Abducor, Deducor, vt ἄγω pro Adduco, &c. Ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, apud Pauſ. Rapi vel Trahi ad mortē, potius quàm Duci ad mortē. Subauditur accuſatiuus ὁδὸν, quod articulus τὴν indicat. Reperio & ἄγεσθαι per ſe poſitum in eodem ſignificato: vt apud Plutarchum, ὀργισθεὶς αὐτῷ προσέταξεν ἐπεὶ δὴ ἄγομαι ὁ ἄνθρωπος ἔλεγε, &c.

Ἄγεσθαι in ea ſignificatione in qua & φέρεσθαι, interdum vſurpatur, & apud Latinos Habere: vt Greg. in epiſt. Baſilii, τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα ὅπῃ τῷ Θεῷ φίλον ἄγεσθαι. id eſt, Sic res noſtræ ſeſe habeant, Sic nobiſcum agatur. Sequitur, ἄγοιτο δὲ τὰ ἐκείνου πρεσβείαις ἀμείνω.

Ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι (vt ἄγω καὶ φέρω) Diripi, Spoliari, Vexari hoſtili more. Ariſtoph. Nubibus, ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. Iſocrat. ad Philippum, ἄγονται δὲ καὶ φέρονται τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας ὑπὸ τῶν αὐτῶν τῶν ὀρτηρῶν αὐτῶν.

Ἄγεσθαι φόνου, apud Plutarchum, Homicidii accerſi, ſiue arceſſi.

Ἄγεσθαι, Regi, Gubernari, Gregor. Olympio, οἷς [λογισμοῖς] ἔθος ὑπ' αὐτῶν ἄγεται, καὶ ἄγειν ἔτι πλείω καὶ μείζω, καὶ ἐπὶ μείζοσιν ἀρχαῖς.

Ἄγεσθαι, Formari, Inſtitui, Educi, vt Xen. Οἱ ἐκ παίδων καλῶς ἠγμένοι, A pueritia bene inſtituti: quod ad mores potiſſimùm attinet. Aliquando tamen additur ἤθει, vt apud Ariſtot. in Ethicis, ἤθει καλῶς ἄγεσθαι. Quanuis autē ἄγεσθαι, ſicut & ἄγειν, de inſtitutione potiſſimùm dicatur quæ eſt in moribus formandis & componendis: vſurpatur tamen & de canibus à Xenophonte in Κυνηγ. 4, τὰ μὲν καλῶς ἀχθεῖσαι [κύνας] ἄριστα γίνεσθαι πρὸς τὴν θήραν. Idem ibidem de canibus, αἱ δὲ ἠμέλημεν αἰτιασάμενος, δυσχερεῖς εἰσι.

Ἄγεσθαι, Oblectari, Duci delectatione alicuius rei. Exempla vide paulo antè inter ſignificationes actiui ἄγειν.

E Ἄγομαι, Deponens, ſignificationē actiuam habens, pro Duco, vt πόσον δὲ ἄγοιτο στράτευμα ὁ Κῦρος, apud Xenoph. pro ἄγοι στράτευμα, vel στρατιάν, vt ex Platone habuimus in Ἄγω. Item ἄγομαι, inquit Budæus, pro Mecum duco: vt conuiua vocatus vmbram ducit. Xenoph. Pæd. 1, καταπέμπεις γὰρ τὸν ταξίαρχον συνδειπνεῖν ἀγόμενον ἄνδρα ὑφ' ἑαυτοῦ. Item pro Affero, Od. ζ, — ἵνα κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι Εἰς ποταμὸν πλυνέουσα.

Ἄγεσθαι ἐν τιμῇ, apud Herodotum, idem quod ἄγειν ἐν τιμῇ, id eſt, Honore proſequi, In honore habere: vt paulo antè dictum eſt.

F Ἄγεσθαι, inquit Budæus, Vehere, Traiicere. Xen. γέμει γὰρ τὰ πλοῖα φορτίων ὅσα ναύκληρος κέρδους ἕνεκα ἄγεται.

Ἄγεσθαι, In nexum abducere. Vide Bud. Comment. in ἀγώγιμος.

Ἄγεσθαι, Accipere & Admittere, Bud. in hoc Xenophontis loco, qui eſt Pæd. 1, ἴσασι γὰρ ἐφ' οἷς ὁ Κυαξάρης αὐτοὺς ἄγεται ξυμμάχους, id eſt, quibus conditionibus in ſocietatem aſciuit.

Ἄγεσθαι, Fouere & Protegere, vt gallina pullos ſuos, inquit Bud. citans hæc Ariſt. verba ex Hiſtoriæ anim. 9. ἀναπαύονται δὲ ὑφ' ἑαυτοὺς ἀγόμενοι ὑπὸ πτεροῖς καὶ οἱ πέρδικες, ὥσπερ αἱ ἀλεκτορίδες. In quo tamen loco ἄγονται per ſe G non ſignificat Fouent & Protegunt, ſed cum ὑφ' ἑαυτούς.

Ἄγεσθαι, Accipere mulierem in matrimonium, Matrimonio ſibi aliquam coniungere, Ducere in vxorem: vt γέροντι παῖς ἀγομένῳ, Plut. in Solone. id eſt, Seni puellam in vxorem ducenti, vel potius ſine In, magis Latiné. Od. ζ, Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν Ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν οἵ κέ σ' ἄγωνται. Iliad. β, Τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης. Heſiod. Theogonia, Ἠγάγετ' Κλυμένην, ἢ ὁμοῦ λέχος H εἰσανέβαινεν. Apud Ariſtophanem νύμφην ἄγεσθαι. Aliquando additur πρὸς γάμον. Chryſoſt. De ſacerdotio, τὸ θαυμαστὸν ἐρωμένην ἐκείνην μέλλει πρὸς γάμον ἄγεσθαι. Et ἄγεσθαι γυναῖκα, Matrimonium contrahere, Maritum fieri.

A & ἠγμένος γυναῖκα, Qui vxorē duxit, Maritatus, Qui eſt maritus: abſolutè poſitū: cui contrariū eſt ἄγαμος & ἀγύναιος. Arr. hiſt. in 6, καὶ ὅσοι γε ἄγοιεν ἠγμένοι ἦσαν Μακεδόνες γυναῖκας. Nonnunquam dicitur ἄγεσθαι γυναῖκα πρὸς δόμους. Homerus cum genitiuo ſine præpoſitione dixit Od. ξ, Ἠγαγόμην δὲ γυναῖκα πολυκλήρων ἀνθρώπων. Cæterùm videtur eſſe elliptica phraſis ἄγεσθαι γυναῖκα, id eſt Ducere vxorem, pro ἄγεσθαι γυναῖκα εἰς οἶκον, id eſt Ducere vxorem domum. quam phraſin integram inuenimus apud veteres ſcriptores, Homerum, Heſiodum, B Herodotum. Hom. Il. π, Τὴν μὲν Ἐχεκλῆος κρατερὸν μένος Ἀκτορίδαο Ἠγάγετο πρὸς δώματ', ἐπεὶ, &c. Heſ. Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι. Herod. 1, ἄγεσθαι γυναῖκα εἰς οἰκία. Aliquando tamen ne accuſatiuus quidem γυναῖκα additur: vt apud Thucydidem vlt. libro, οὔτε ἐκδοῦναι, οὔτε ἀγαγέσθαι παρ' ἐκείνων οὐδ' ἐς ἐκείνους, οὐδενὶ ἔτι τῷ δήμῳ ἐξῆν, id eſt, neque illis [filias ſuas] collocare, ſiue nuptum dare, aut collocare in matrimonium, neque [illorum filias] in matrimonium accipere, vel ducere. Herod. ἐκδιδοῦσι καὶ ἠγάγοντο ἀλλήλων, Inuicem vel vltrò citróque maC trimonia contrahebant. vbi ἐκδιδοῦσι eſt pro ἐξεδίδοσαν. Vſurpatur ἄγεσθαι nō ſolùm de eo qui accipit vxorem, ſed & de eo qui dat, id eſt (vt ait Budæus) de patre filio ſuo vxorem ſtipulante, hoc eſt μνηστευομένου. Pauſanias, Ἀγαθοκλεῖ τῷ υἱῷ Λυσάνδρου γυναῖκα ἠγάγετο. Od. δ, Υἱεῖ δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην. Plut. in Catone, τῷ δὲ υἱῷ τὴν Σκιπίωνος ἀδελφὴν ἠγάγετο πρὸς γάμον, ſtipulatus eſt, deſpondit, hoc eſt, deſpondendam curauit. Hactenus Budæus, citans duos Terentii locos vbi pater dicitur ſilio puellam deſpondere. Videtur autem ἄγεσθαι in hac D poſteriore ſignificatione tam generale eſſe quàm ἐκδίδοσθαι, id eſt Nuptum dare, Collocare in matrimonium: vt ex Thucyd. & Herodoti locis modò oſtendi.

Ἀγόμενος, ου, ὁ, Participium, Qui ducitur, vel Qui ducit, Qui fert, aut Qui fertur. Item, Qui regitur, &c. vt in ipſo verbo. Ἀγόμενος, teſte Heſychio, pro ſeruo apud Archilochum.

Ἀκτέον, Aduerb. poſitionis, Ducere oportet, Ducendū eſt, vel Agendum eſt: vt ἀκτέον εἰρήνην, agenda eſt pax. Apud Xenoph. Hell. 6, ἀκτέον ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, Eundum eſt. Formatur ab ἦκται tertia præteriti τοῦ ἄγομαι, vt à γέγραπται fit γραπτέον.

¶ Ἀγωγή, ῆς, ἡ, Ductus, Adductio: & ἀπαγωγή, ait Heſychius, id eſt Abductio. Itē Portatio ſiue Importatio, Vectio, Vectura, Aduectio. vt ἀγωγὴ σίτου, ἢ οἴνου, apud Suidam, Importatio frumenti aut vini, Aduectio frumenti. Plato Polit. 2, πρὸς τὰς ἀγωγὰς χρῆσθαι ὑποζυγίοις, id eſt Ad vectiones onerum, ad vehenda onera, vti iumentis. Suidas ait ἀγωγὴν ſignificare etiam τὸ ἀγόμενον βάρος, id eſt, Onus quod vehitur.

F Ἀγωγὴ τοῦ λόγου, Ariſt. Rhet. 1, Ipſa via & ratio ducendi legem in hanc vel illā partem, id eſt eliciendi ex eius verbis nunc aut illum ſenſum. καὶ εἰ ἀμφίβολος, ὥστε στρέφειν καὶ ὁρᾶν ἐφ' ὁποτέραν τὴν ἀγωγὴν ἢ τὸ δίκαιον ἐφαρμόσει ἢ τὸ συμφέρον.

Ἀγωγή, Eductio. Vt ἀγωγὸν ἐμμήνων dicit Dioſcorides pro Educere, Elicere & ciere menſtrua, ita ἀγωγὴν ἐμμήνων ipſam eductionem menſtruorum, ipſum actum ciēdi menſtrua.

Ἀγωγή, Mutatio apud Ariſtotelem, quum dicit, φύσεώς ἐστιν ἀγωγὴ εἰς οὐσίαν. Ita Alex. Aphrod. in Top. 6.

G Ἀγωγή, Inſtitutio, Educatio. vnde ἀγωγὴ παίδων: vt Plutarchi libellus περὶ παίδων ἀγωγῆς. Ex his duobus compoſita ἡ παιδαγωγία & παιδαγωγία. Luc. in Nigrino, ἡλικίας τι καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐσχάσθαι. Polybius, τῆς Λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα.

Ἀγωγή, Ratio victus, Diæta. vnde ψυχικὴ ἀγωγὴ apud Galenum. ἀναληπτικὴ ἀγωγὴ apud eundem, id eſt ratio victus corporis recreatrix, Bud. interprete. Idem alibi exponit, Educatio & nutritio virium refocillatrix. Idē Gal. alibi ἀγωγὴ θεραπευτικὴ καὶ παραδοξοτέρα. Apud Dioſcoridem ἀγωγὴ θεραπευτική.

H Ἀγωγή, pro διαγωγή & διαίτα (inquit Budæus) in hoc Ariſtotelis loco, εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν διαγωγὴν εἶναι, id eſt, Suauiorem eſſe vitā in inquiſitione veritatis & commentatione.

Ἀγωγή,

Ἀγωγὴ, Cultus in herbis & arboribus, siue cultura. Theophr. Hist. plant. 1, τὰ δὲ καὶ διὰ τὴν ἀγωγὴν ἀλλοιότερα γίνεται, καὶ ἐκβαίνει τῆς φύσεως.

Ἀγωγὴ, Contextus ductúsque & structura orationis oratoris, inquit Budæus, citans Dion. Halic. hæc, τὸ μὲν οὖν ὕπτιον καὶ ἀναβεβλημένον τῆς ἀγωγῆς, &c. Itē hæc, τὸ μέντοι ἀγωγῆς τῆς περιόδων τὸ κύκλιον.

Ἀγωγὴ, Via, inquit Hesych. Item, Profectio nouæ nuptæ ad maritum, Rhodiis, inquit idem.

Ἀνάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, (ex α priuatiuo & nomine ἀγωγὴ) ὁ μὴ τῆς καθηκούσης ἀγωγῆς τετυχηκὼς, inquit Etymologicus. Suidas & Hesychius pro καθηκούσης ponūt δεούσης, id est, Cui non cōtigit institutionē habere qualem decebat: vel breuius, Cui non contigit institui vt decebat, vel educari. Propriè tamen ἀνάγωγος dici deberet Qui nullam habuit institutionem, Qui prorsus caruit institutione, Qui institutus non fuit. quasi quis dicat Ineducatus, quod nomen quidā ex Gellio proferunt. Quia autē ferè fit vt quibus in teneris annis defuit institutio, sint immorigeri, & ad quodlibet vitiū sint procliues, moribus etiam sint rudes: ideo ἀνάγωγος appellatus fuit Intractabilis, Contumax: item, Dissolutus, Qui vita est dissoluta: item, Imperitus, Indoctus, Ineptus. Potest tamē intelligi ἀνάγωγος & alio modo, videlicet quasi qui Institui nō potuit, Cuius ingenium nullam institutionem admittat, In cuius mores siue ingeniū aut naturā non cadat vlla institutio, aut educatio & disciplina. & ita vno verbo Ineducabilis potius quàm Ineducatus reddi deberet. Ita Xenophon ἀναγώγους vocat canes qui ad venationem institui nequeunt. Alii malunt pro Malè institutus accipere. Dicuntur tamen ἀνάγωγοι παῖδες illo potius quàm hoc sensu. Alias significationes huius nominis sigillatim tractabo. Ἀνάγωγος igitur interpretari possumus Cōtumax, Intractabilis. Dicitur & equus ἀνάγωγος apud Xenophontem, id est indomitus, vt exponit Budæus. Potest autem ἀνάγωγος in hac significatione, quam primam pono, non à metaphorica nominis ἀγωγὴ significatione pro institutione & disciplina, sed à propria, pro ductu, seu ipsa ducendi actione deriuari. vt sit ἀνάγωγος quasi Qui duci nequeat, Qui minimè sit ductilis, Qui sit inducibilis, si Latina lingua hoc nomen admitteret.

Ἀνάγωγος, Dissolutus, Qui est vitæ dissolutæ, Intemperans, Petulans. Hesychius enim ἀναγώγους exponit ἀκολαστοτέρους. Suid. ἀνάγωγον explicat φιλήδονον, ἀκόλαστον. Ex quibus videtur Budæus hanc interpretationem collegisse, vt sit ἀνάγωγος, Qui suo animo obsequitur intēperanter. Ab Hesychio exponitur etiam ὑβριστὴς, id est iniuriosus, vel procax. Videtur autem ἀναγωγότατον in hac secunda significatione accipi apud Plutarchum in hoc libri περὶ πλούτου loco, ὥσπερ ἡ πόλις ἦν ὅτ' ἐκείνων καὶ ἀναγωγοτάτων κλέος ὁ Φίλιππος, πονηρόπολιν προσηγόρευσεν.

Ἀνάγωγος, Imperitus, Indoctus. Eustathius enim ἀπαιδεύτους significare dicit, hunc citans locum, περιαγόμενος θεράποντας ὡραίους, καὶ περιδρομὴν κολάκων ἀναγώγων. Reperio autem locum hunc ab Eustathio citatum apud Athenæum lib. 12, ex Callia historico. Timon apud eūdem Athen. lib. 13, Γραμματοδιδασκαλίδην ἀναγωγότατον ζώντων. Exponitur ἀνάγωγος etiam ineptus.

Ἀναγώγως, Contumaciter. ‖ Item Petulanter, Iniuriosè, Contumeliosè. Athen. 13, ἀναγώγως δέ πως τὸ μειράκιον καὶ τραχυντικώτερον αὐτῷ συναντήσαντος.

Ἀναγώγως, Imperitè, Indoctè, Ineptè. Ath. 13, ἀναγωγότερον οὖν τοῦ στρατιώτου λέγοντος αὐτὴν εἰπόντος. Vbi Eust. ἀναγωγότερον ait significare ἀπαιδευτότερον. Gellius, Culpauit autē primùm hoc quòd Cato inerudité & ἀναγώγως (vt ipse ait) principio nimis insolenti nimisque acri & obiurgatorio vsus sit.

Ἀναγώγως, Citra inductionem & certam quandā cohærentiam, quæ species argumentationis dicitur ab Aristot. quū quis per plura singularia progrediens, vniuersale aliquod probat: id quod Platoni frequentissimum est. Hæc ad verbum in vulg. lex. Græc. sine vllo testimonio. Hanc autem annotationem sequendo, hoc aduerbium ab ἀγωγὴ inductionem significante deducendum fuerit.

A Ἀναγωγία, ας, ἡ, Defectus disciplinæ, inquit Bud. Item, Dissoluta vita, & Animus iuuenis indomitus. vt στρατιὰ ὑπὸ τῆς ἀναγωγίας διεφθαρμένη. Plut. in Pol. præceptis, τί γὰρ δεῖ λέγειν τὸν Ἀλκιβιάδην, ὃν ἀπώλεσεν ἡ περὶ τὴν δίαιταν ἀναγωγία καὶ θρασύτης; Idē περὶ τοῦ ἀκούειν, de pueris togā virile sumentibus, καὶ λύσαντες τὸ καταχρηματίζεσθαι αὐτοὺς περιβολήν, καὶ ἀποδυόμενοι τὸ αἰδεῖσθαι, ὑπὸ τῆς ἀναγωγίας, quæ exēpla citat Bud. Sciendū est autē Plut. de eodē Alcibiade idem vocabulū alibi vsurpasse, nimirū in eius vita, vbi scribit, πολυτελείας δὲ τῆς Ἀλκιβιάδου τὰς ἄγαν λαμπράς, καὶ τὸ μὴ
B καθαρεῦον ἀναγωγίας ἢ βωμολοχίας. Est igitur hic locus cū illo conferendus.

Δυσάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, & Εὐάγωγος, opposita. Εὐάγωγος enim sonat Ductilis, Qui facile duci potest: vnde pro tractabili & docili accipitur. Arist. Pol. 7. ὅτι δεῖ διανοητικοὺς εἶναι τοὺς μέλλοντας εὐαγώγους ἔσεσθαι πρὸς τὴν ἀρετὴν τῷ νομοθέτῃ. Δυσάγωγος, Qui difficile ducitur & impellitur quò volumus, Intractabilis, Indocilis. Δυσάγωγος ἵππος, Contumax equus.

Εὐάγωγα, apud Diosc. Quæ facilè reiiciuntur & ex-
C creantur. Sic in vulg. lex. Vide Δυσάγωγος.

Sunt & quædam verba composita ab Ἀγωγὴ deriuata (vt σκληραγωγῶ, vnde & σκληραγωγία) quæ suis vide locis. Alia autem (meo iudicio) est ratio huius verbi & similiū, quàm τοῦ παιδαγωγῶ, χοραγωγῶ, & similiū. Præcedit enim in his ἀγωγός: vt παιδαγωγῶ præcedit παιδαγωγός.

Ἀγώγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Duci aut vehi facilis, Ductilis, siue Vehibilis, si dici posset. Xenophon Pædiæ 6, ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνεστήκει αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς πύργους, πεῖραν ἐλάμβανε τοῦ ἀγωγίμου. id est, periculum faciebat facilitatis vehendi,
D vel rationis vehendi. nam ἀγώγιμον pro substantiuo vsurpat. hoc est, experiebatur quàm facilè aut qua ratione vehi ea possent. ‖ Apud Plut. Alcibiade ἀγώγιμος metaphoricè, quum dicit ἦν μὲν ἀμέλει καὶ πρὸς ἡδονὰς ἀγώγιμος. i. Erat is qui facilè ad voluptates duci posset, vel adduci. hoc est, Erat procliuis siue pronus ad voluptates.

Ἀγώγιμον, Adiect. Quod aduehere licet, aut aduehi solet. vel, Quod importari potest ex vno loco in aliū. Plut. Lycurgo, ἀγώγιμον οὐκ ἦν τὸ σιδηροῦν νόμισμα πρὸς
E τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. Iul. in epist. ad Serapionem, μόνα δὲ ἡ παρ' ἡμῖν χώρα ἐκεῖθεν φυτὸν ἀλλαχοῦ φῦναι μὴ δυνάμενον, ὥσπερ τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα, καὶ οἱ Περσικοὶ σῆρες, ἢ ὅσα, &c.

Ἀγώγιμον, Onus quod vehitur, ἀγώγιμα Suidas exponit onera mercatoria: citans hunc locum, αὐτοὺς μὲν τοὺς ἐμπόρους ἀπαθεῖς κακῶν ἀποπέμψαι, τὰ δὲ ἀγώγιμα σφίσιν ἀνασώσασθαι. Apud Basilium ἀγώγιμα, merces quæ naui vehuntur: quum dicit, ὅτι οἱ πλέοντες ἑκουσίως ἐκβάλλουσι τὰ ἀγώγιμα· ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὰ ναυάγια, ὑφίστανται τὴν ἐκβολήν. Bud. ἀγώγιμα exponit vno verbo Mer-
F ces in hoc Demosthenis loco, τὰ δ' ἄλλα ἀγώγιμα ὡς ὑμᾶς ἀπέστελλον. Idem in lexico scribit, ἀγώγιμα, φορτία, Impedimenta, Sarcinæ, Res promercales, Polluci sæpe: vt in nundinis, τὰ ὤνια καὶ πιπρασκόμενα, ἀγώγιμα λέγεται, Mercimonia, Merces, Demostheni.

Ἀγώγιμοι, (inquit Budæus) dicuntur quasi ductiles οἱ καταδεδικασμένοι, id est iudicati: atque in quos ius est prehensionis, vel pro crimine, vel pro ære alieno, vel aliam ob causam. ἵνα μὴ ἀγώγιμος γένωμαι, Demosthenes, πρὸς Ναύσιμ. id est, Ne addicar cui debeo. Idem in Ari-
G stocr. ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω ἐκ πάσης τῶν Ἀθηναίων συμμαχίδος, &c, Qui Charidemū occiderit, eum in nexū abducere ius esto ex omni loco, vrbe, agro, populo Atheniēsi fœderato & socio. Plut. in Solone, οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, Qui versuram faciebant corporis nexu, duci à creditoribus velut addicti poterāt, vt inde nexum inirent. Ducere Latini Græcorum more dicunt. Plura in comm. Bud.

Ἀγώγιμον Hesych. exponit etiam ὠφέλιμον, id est vtile.

H ¶ Ἀγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Dux viæ, ὁδηγὸς, inquit schol. Thucyd. in hunc locū lib. 2, ξυμπέμπουσι τε τῷ Μηλησίππῳ ἀγωγοὺς, ὅπως μηδενὶ ξυγγένηται. Aristid. in Panath. idē officium statuit eorum quos vocat ἀγωγοὺς, quum dicit, καὶ ἅμα ἀγωγοὶ διὰ τῆς χώρας αὐτὸν ἦγον, ὅπως μήτι πάθοι, μήτι τι διαλέξηται. Suidas ἀγωγοὺς dicit esse πομπευτάς: & ita malim

exponere in vtroque locorum horum quàm ὁδηγεῖ. A

Composita autem nomina cum ἀγωγὸς vide in vnoquoque corũ: vt παιδαγωγὸς (vnde παιδαγωγῶ) in παῖς, sic χειραγωγὸς in χείρ, & ὑδραγωγὸς in ὕδωρ.

Ἀγωγὸς, οῦ, ὁ, Aquæ ductus. ἀγωγὸς δημόσιος, aquæductus publicus. In Pand. pro eodem ἀγωγὸς & ὑδρεῖον. Ab Hesychio exponitur ῥύαξ.

Ἀγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Adiectiuum, Valẽs ad adducendũ, siue attrahendum, aut illiciendum: vt apud Max. Tyr. edit. meæ pag. 308, οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ἀγωγότερον, Nihil ad virtutem magis alliciens, vel, Ad virtutem alliciendi B vim maiorem habens. Item Ἀγωγὸς, Educendi vim habens, siue eliciendi, aut ciendi: vt ἀγωγὸς ἐμμηνίων, ἀγωγὸς καταμηνίων apud Dioscoridem, Vim habens ciendi menstrua, Efficax ad cienda menstrua. Idem, δύναμιν ἔχει ἐμβρύων ἀγωγὸν, id est, vim extractoriam, aut extractiuam, ad verbum. Bud. vertit elicientem & attrahentem. Plut. in Lycurgo δύναμις ἀνθρώπων ἀγωγὸς, Vis illex hominum, Vis illiciendi homines siue pelliciendi, Pellax. Facultas homines oratione adducẽdi quò volumus. Vocatur etiam homo ἀγωγὸς qui habet hanc δύναμιν ἀ- C γωγὸν, id est homo ad pelliciendum efficax, Pellax, vel (vt Bud. vertit) Dicendi vim illiciendiq; habens. Hes. ἀγωγὸν inter cætera vult esse ἐπίβουλον, id est insidiatorem siue insidiosum. quòd fortasse sæpe sub pellacia lateat insidiæ.

Ἀγωγὸν, οῦ, τὸ, Neutrum substant. positum, pro δύναμις ἀγωγὸς, Ipsa vis seu facultas pelliciendi, Illecebra, vel Illecebrositas, si dici posset, vt Plaut. dixit Illecebrosum.

Ἀγωγεύς, έως, ὁ, Dux viæ sicut ἀγωγός. vt hic ἀγωγεὺς ἀνδρὸς D στρατιώτου... [illegible]

Ἀγωγεύς, Qui litem intendit, Actor. ὁ ἐν ἄγων τὴν δίκην, ὁ διώκων. Suid.

Ἀγωγεύς, Lorum quo trahitur equus, Suidas. Habena vel lorum equi, ait Bud. citans hæc Xenophontis, ἵππου τὸν ἀγωγέα ἐπιτείνειν ὡς ἐξάλλεται, id est, Habenam intendere, vt equus transiliat post equitem qui manu trahit. Videtur idem significare apud Polybium lib. 3, vbi de equis loquens, scribit, τρεῖς ἅμα καὶ τέτταρας τοὺς ἀγωγεῖς ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς πρύμνης διαλαβόντος. Dicitur pro eodem ῥυτήρ & ἀγωγεὺς à Xenophonte. E

Ἀγωγιῶν, ου, τὸ. Pollux inter infames vrbis partes ponit ἀγωγιαῖα, si mendo caret is locus.

¶ Ἀγώγιον, ου, τὸ, Onus quod curru vehitur, apud Xenophontẽ, inquit Suidas. Sentit autem (vt opinor) de hoc Xenophõtis loco, Pæd. 6, ζεύγη ἐμβαλεῖν τὰ ἐλαφρὰ ἢ πεντεκαίδεκα τάλαντα ἑκάστῳ ζεύγει τὰ ἀγώγιμα.

C. Ἀνάγω, Sustollo, Tollo, Subueho, Subduco, Erigo, Sursum veho. quasi ἄνω ἄγω (quum tamen in quibusdam signific. non aduerbii ἄνω sed præpositionis ἀνὰ vim retineat) Isocr. in Helene, ὡς ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὴν ἀρετὴν εἰς F θεοὺς ἀνήγαγε, Sustulit ad deos. id est In cælum sustulit, Lat. Inter deos referre, & In numerum deorum referre dicunt. — ἀνήγαγον εἰς φάος αὖθις, apud Hesiodum, Subduxerunt ad lucem rursus, vel ad superas auras. Nisi quis pro Reduxerunt accipere malit, vacante aduerbio αὖθις, vt sæpe solet. Herodianus lib. 1, μὴ ἐς τὴν βασιλειον αὐλὴν ἀναγαγεῖν, id est, in aulam palatinam siue regiam subduxisse. Sunt tamen qui vertant per simplex verbum Adduxisse. Verùm non frustra Herodianus ἀναγαγεῖν, non ἀγαγεῖν dixisse putandus est: sed potius di- G xisse ἀναγαγεῖν tanquam in editum locum. Plut. in Numa, ἀνῆγεν εἰς τιμάς, Ad honores euehebat, seu promouebat. Idem in Galba, ἀνώτερον πλήμης ἀνῆγεν ἑαυτὸν, in maiorem audaciam se efferebat. Apud Gregorium, θεὸς ἡμᾶς ἀνάξει ἐκ τῶν κάτωθεν πραγμάτων. Apud eundem, τὸν λόγον ἀνάγειν, altius repetere sermonem, vt Bud. interpr.

¶ Ἀνάγω τὴν ναῦν, Nauem subduco vel subueho, vel in altum educo, è portu videlicet (quum Latini cõtra Subducere in portum siue in terram, dicant. qua de re vide in κατάγω. Hinc Ἀνάγομαι, pro Soluo, ἐκπλέω, vt infrà H dicetur. Huic ἀνάγω τὴν ναῦν opponitur κατάγω τὴν ναῦν, Reduco nauem in portum, Applico. sed κατάγω dicitur quasi κάτω ἄγω, Ex loco altiore reduco.

Ἀνάγω, Reduco, Refero. ἀναφέρω. Arist. Pol. 5, ποιεῖ γὰρ ἀνάγοι τις αὖ τὰ τυραννικὰ πρὸς τούτους τοῖς ... [illegible] ¶ Exponitur etiam Refero, eo sensu quo dicitur Referre ad A Senatum. vt εἰς τοὺς ἄρχοντας ἀνάγειν, Ad magistratus referre. Alii, Reiicere. Bud. ait ἀνάγειν accipi pro Reiicere ad maiorem potestatem, citãs hunc Aristotelis locum, ex Ethic. 4, αἴτιοι δὲ εἰσιν οἱ δημαγωγοὶ τοῦ εἶναι κύρια τὰ ψηφίσματα, ἀλλὰ μὴ τοὺς νόμους, οὗτοι πάντα ἀνάγοντες εἰς τὸν δῆμον. Subiungit alium eiusdem locum in quo ἐπανάγεσθαι eodem modo vsurpatur. ¶ Ἀνάγειν ἐπὶ πόδα, Xenoph. eo sensu quo Latini Referre pedem. vide in Πούς. Obseruandum autẽ, esse in hoc genere loquendi ἀμετάβατον.

Ἀνάγω, Redhibeo. vnde ἀναγωγή, Redhibitio. vide exẽ B plum in Comm. Bud. ex prolixo Platonis loco.

Ἀνάγω, Offero, προσάγω. Act. 7, ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ. Citatur & ex Luciano ἀνάγειν in affini significatione, in πανηγύρεις ἀνάγουσι. Quidam tamen ἀνάγουσιν exponunt celebrant.

Ἀνάγω apud Xenoph. pro ἀπάγω, i. Abduco. Suidas.

Ἀνάγω, Reiicio, Emitto. vt ἀνάγειν αἷμα. Plinius iunior dicit Sanguinem reiicere, item Sanguinem reddere. Hinc & ἀναγωγὴ αἵματος apud Galenum & Dioscoridem: C item ἀναγωγὸς & δυσανάγωγος, vt postea dicetur. Sic & ex Epigr. citatur ἀνάγειν μέλος pro Emittere cantum.

Ἀνάγω, Educo, Extraho, Eiicio. apud Dioscor. idẽtidẽ. vt lib. 2, cap. 29, vt ἀνάγει σκόλοπας. Educit aculeos. sic ἀνάγει τὰ ἔσω. Citatur ex eodem lib. 3, cap. 119 ἀνάγει πάχος ἐκ θώρακος, pro Ex pectore crassam pituitam eiicit. & ex lib. 3, ἀνάγει τὰ ἐκ πνεύμονος, pro Extrahit vitia pulmonis, vel exscreabilia facit.

Ἀνάγω, Euado, vt Bud. interpr. in hoc Aristotelis loco, ex lib. De part. an. 4, ὅπως τοῖς ὄνυξι πλάκα οὖσαν ἀπλανῆ ... ἀνάγῃ πρὸς τὸ μετεωρότερον. ¶ Idem apud D Soph. ἀνάγειν τῷ χρόνῳ interpretatur Tempore anticipare rem, ex scholiis.

Ἀνάγω, Retrocedo, ἀναχωρῶ. Xen. Pæd. 2, προαγορεύουσιν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βέλους. pro eo quod alibi dicit ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖν, id est Retrocedere paulatim, Paulatim pedẽ referre.

Ἀνάγω, Instituo, Educo, Doceo. ἀνάγει τὸν παῖδα ὁ παιδαγωγὸς, inquit Bud. Instituit, Docet. & ἀνάγειν Educare, Docere. Xenoph. de canibus, τὰς μὲ καλῶς ἀναχθείσας, ἀεὶ E στας φησὶ δεῖν ἀναγάγοις δὲ γυμνάσιας ματαίας.

Ἀνάγω, Indico sceleris autorem & in eum tendo, vt exponitur in vulgaribus lex. ex Harpocr. ¶ Exponitur præterea in vulg. lex. In memoriam reuoco. Hesychio ἀνάξειν est etiam ἀναγκάσειν (si mendo carent exemplaria) & πεῖσαι. quam expositionem sequendo ἀνάξειν tradunt quidam significare inter alia, Persuadere, Incitare, Stimulare. quæ significatio tamen verbo ἐνάγειν magis conueniet.

Ἀνάγειν τῷ χρόνῳ, Anticipare rẽ tẽpore, Bud. ex Soph. schol. ¶ Apud eundem ἀνάγειν exponitur αὔξειν in illo F loco ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τἀνθρώπεια. Sed malim interpretari euehit (vt κλίνει deprimit.) & ita cõueniet cũ significatione quæ prima est à nobis posita.

Ἀνάγω, pro simplici ἄγω apud Hom. sæpe, quod est Ionicæ linguæ, vt ait Eustath. Sic Il. δ, Οἱ δὲ τε εἰς Ἑλένην τε καὶ Αἴγας δῶρ' ἀνάγουσι.

Ἀνάγομαι, Sustollor, Tollor, Subuehor, &c. Greg. καὶ τῶν ἄγαν θεωρητικῶν τε καὶ ἀνηγμένων, id est, Ad rerũ diuinarũ contemplationem in sublime erectorum. & qui sensus altissimos è scriptura eliciunt, inquit Bud. Idem in hoc G Matth. loco, cap. 4, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον, ubi ἀνήχθη accipiendum pro Sublatus est, Subuectus est: vel ad verbum Subductus est. vt Cæsar lib. 1, Cæsar suas copias in proximum collem subducit. Citatur ex Naz. γῆ εἰς ὀρῶν κορυφὰς ἀνηγμένη, pro Terra in montium cacumina assurgens.

Ἀνάγομαι, Reducor, Referor. Aristot. Ἠθικῶν τῶν φυσικῶν lib. 4, ἐν τῇ ὑπάτῃ ἡ ἑτέρα συστοιχία εἴρηται, καὶ πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν. hoc est ἀναφέρεται. quo etiam ipse H vtitur. Bud.

Ἀνάγομαι, Educor, Extrahor, Elicior. vt ἀνάγεται τὸ βέλος, apud Alexandrum Aphr.

Ἀνάγομαι, Instituor, Educor. vnde καλῶς ἀναχθείσας κύνας suprà citatum ex Xen. in ἀνάγω, i. Instituo. Ex Diosc. citatur, ἀνηγμένος ἀπὸ παιδείας pro Eruditione excultus.

Ex Pandectis; πρὸ διατάξεως καὶ ἀνάγεσθαι δεῖ εἰς αἰγιαλούς. vbi ἀνάγεσθαι, alibi dicitur πρύμνας ἀνάγεσθαι. A

Ἀνάγομαι, absolutè positum, Soluo. nam qui soluit, è portu in altū educitur, siue subducitur, aut subuehitur. Il. α, Καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν. vbi annotat Eustathius, quemadmodum ἀναβαίνειν, ita & ἀνάγεσθαι, esse τὸ ἐκ τοῦ λιμένος ἀναπλεῖν. id est, E portu soluere. Cui opponi καταπλεῖν & κατάγεσθαι, tanquam aqua supra terram sita sit, & ita conscendatur à nauigantibus. Xenophon, ἀνήχθη εἰς Γυθεῖον, Hell. 1. Lysias, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀνήγετο, ἐπιπλέων, &c. Interdum ἀνάγομαι cum ἀπό. vt ἀνήχθην ἀπὸ Βρεντεσίου, à Brundusio solui. Dicitur etiā ἀνάγεσθαι ναυσί. Xenoph. Hell. 1, οἱ δὲ ἀνηγάγοντο ἐν αὐτοῖς ἑξήκοντα ναυσί. Apud eundem ipsæ naues dicuntur ἀνάγεσθαι. vt eodem libro, νῆες ἐξ Ἀβύδου ἀνηγμέναι εἰσὶν εἰς Κύζικον. B

¶ Citatur ex Plat. De legibus, ἀνάγομαι ὡς ἐρωτήσων, pro Paro me ad interrogandum. quasi accingor ad interrogandum. quæ significatio videtur esse sumpta per metaphoram à proximè præcedente, videlicet ab iis qui soluunt.

Ἀνάγομαι, pro ἄγομαι. vt ἀνάγειν θυσίας apud Herod. Annotaui autem paulo antè ex Eust. Homerū Ionum more ἀνάγειν pro simplici ἄγειν sæpe vsurpare. Sūt tamen qui ἀνάγειν θυσίας non pro ἄγεσθαι accipiant, id est, ducere: sed pro ἀπάγεσθαι, id est abducere. Verùm illi viderint. C

Ἀναγωγή, ῆς, ἡ, Subductio, Subuectio, Elatio apud Gr. Naz. Ἀναγωγή peculiari nomine appellatur à theologis intellectus nostri veluti subuectio ad inuestigandum recōditiorē alicui⁹ loci sensum. Apud Dionys. (inquit Bud.) ἀναγωγή & θεωρία pro eodē accipiuntur, i. pro sensu oraculorū mystico & recōdito, qui nos in cælū meditando subuehit, proptéq; Deum cernendū cōtemplantibus præbet. ¶ Item ἀναγωγή dicitur ἔκπλευσις, Exitus è portu, vel Abitio è portu, vel, Solutio è portu, si dici posset: quia tum naues è portu in altū subuehuntur. Sic dictum fuit, περὶ ἀναγωγὴν ἐγεγόνειμεν. Legimus in Athen. apud Erycem Siciliæ tēpus quoddā vocari ἀναγώγια, quòd in eo dicant ipsam deā ἀνάγεσθαι in Libyam. Dicitur & ἀναγωγὴ τῶν νεῶν à Demosthene. D

Ἀναγωγή, Reductio, Relatio. Aristot. τῶν μετὰ τὰ φυσ. lib. 4, πάντα δὲ καὶ τἆλλα ἀναγόμενα φαίνεται εἰς τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος. εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ. E

Ἀναγωγή, Reiectio, Emissio. vt ἀναγωγὴ αἵματος, Reiectio sanguinis. Galenus, λεπτοθυμοῦσι γὰρ καὶ ἐπὶ χυμανίων ῥῶ, καὶ τραύμασι, αἱμορροΐαις τε καὶ ἀναγωγαῖς αἵματος, καὶ ταῖς διὰ ῥινῶν αἱμορραγίαις. Vtitur eodem modo & Dioscorides.

Ἀναγωγή, Redhibitio. Plato, ἐὰν δὲ αἰσχρουργὸν ἀποδῶταί τις ἢ ἕτερον, εἰδότι μὲν εἰδώς, μὴ τυγχανέτω ἀναγωγῆς τοῦ ἀποδόντος τῆς πράσεως. F

Ἀναγωγή, Institutio, Disciplina. Synesius, καὶ γὰρ ἔφυ καὶ τέθραπται καλῶς, καὶ ἀναγωγῆς οὐκ ἀπέτυχεν ἀξίας τῆς φύσεως, Natus honesto loco, etiā honestè educatus est & institutus. vt interpretatur Bud. Apud Theophr. ἀναγωγὴ τῶν φυτῶν (quæ & ἀγωγή), Institutio plantarum. Theodorus Gaza educationem vertit & eruditionē. De caus. pl. lib. 3, ὁ δὲ ἀναγωγὴ καὶ ἣν καλοῦσι τοῖς τῶν φυτῶν παιδείαν, ἐξ ἁρμαπεσμὸς ἐπὶ τῇ μορφώσει τῶν δένδρων ὕψει τε καὶ πάντη τοιοῦτον καὶ πλάτει καὶ ὡς ἄλλως. Budæus per ἀναγωγὴν eum significare dicit exactiorem cultum cōformationémq; plantarum. Alibi submissionem & ductum plantarum vertit. G

Ἀναγωγὸς ζωή, dicta est à Dionysio theologo quasi sublimipeta, inquit Budæus. Ego subuectricem interpretari malim ad exprimendam actiuam significationem. Malè autem in vulg. lex. confunditur hoc ἀναγωγός cum altero quod fit ex ἄγω, præfixo α priuatiuo. ¶ Ab eodem Budæo exponitur δύναμις ἀναγωγός subductrix facultas⁹, siue potentia. Apud Athenæum libro 1, καὶ τὴν ἀνωθεν ἀναγωγός, est extractoria saliuæ. id est, vim habet extrahēdæ seu eliciendæ saliuæ. Sic Alexander Aphrodiseus dixit ἀνάγεται φλέγμα, siue πτύελον. Dicitur autem in hac significatione ἀναγωγός, accentu posito in vltima. nam ἀνάγωγος aliud significat, factum ex ἀγωγή præfixo α priuatiuo: vnde & ἀναγωγία & ἀναγωγία, vt alibi annotatum fuit. Porrò sic dicitur ἀναγωγός, vt ἐπαγωγός, προσαγωγός, συναγωγός, quæ & Bud. tanquam similiā ponit. H

Ἀναγωγικός, ἡ, ὁ, ad verbum, Subuectiuus, in actiua significatione, vel Subuectitius, in pass. Arethas in Apocal. cap. 16, ἔτι δὲ τὸ νοεῖν καὶ εἰς τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, ὡς ἀναγωγικὰς τῶν ἡμετέρων προσευχῶν. id est, subuectiuas nostrarum precationum. Minus durè diceretur subuectrices: sed non assequerer vim terminationis Græci nominis. Bud. vertit per participiū, Sursum tollētes & ad Deum perferentes nostras precationes. ἀναγωγικά (inquit idē Bud.) dicuntur mystica, & quæ à sensilibus nos ἀνάγουσι (id est subuehunt vel subducunt) ad intellectualia. Vnde τοὺς ἀναγωγικούς, apud theologos, quum sensus literalis, vt vocant, in spiritualem vertitur. & ἀναγωγικὴ interpretatio, quæ sensus remotissimos atque abstractissimos exquirit. Hinc & aduerbiū Ἀναγωγικῶς, Mysticé. vt apud Gregorium Nazian. χρονικῶς τε καὶ ἀναγωγικῶς, Et temporariè & mysticè, interpr. Bud.

Ἀναγωγεύς, έως, ὁ, Quod alligatur alicui rei, quasi ad eā sustollendam Eust. ait ἀσπίδος ἀναγωγέα dici qui propriè appellatur αὐλαφόρος. Idem alibi vult τελαμῶνα & ἀναγωγέα idem valere. Est autem τελαμὼν τῆς ἀσπίδος, lorum è quo pendet clypeus. C

c. 1. Δυσανάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, & Εὐανάγωγος. Δυσανάγωγος, Qui ægrè reiicitur, vel excreatur. Diosc. vt contrà Εὐανάγωγος, Qui facilè reiicitur, siue excreatur. Diosc. lib. 3, cap. 44, ἀνάγωγα δὲ ἐκ θώρακος ποιεῖ. id est (ex Plinio) Excreabilia pectoris vitia facit. vt quod apud eundem Dioscoridē habetur, ἀνάγει τὰ ἐκ πνεύμονος, redditur, Excreabilia pulmonum vitia facit. In vulg. autem lexicis hæc eadē significatio τῷ ἀνανάγωγος tribuitur & τῷ ἀνάγωγος. sed siqui autorum loci ἀνάγωγος in hac significatione habent, errotis mihi suspecti sunt. D

c. 2. Ἀντανάγω, & Ἀντανάγομαι, Ex aduerso in hostem prodeo, Obuiā hosti prodeo. Propriè sonat, Soluo ad prodeundum in hostem. Thuc. lib. 8, pag. 196, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἀσθόμενοι, ὁρῶσι τῆς Ἀβύδου ἀνταπήγησαν καὶ αὐτοί.

c. 2. Ἐπανάγω, Reduco. vt ἐπανάγει τοὺς φυγάδας εἰς τὰς πατρίδας, sicut κατάγειν dicit Herodianus, Bud. teste. Citatur ex Platone De leg. ἐπανάγει πρὸς τὸ φῶς, pro In lucem reducere. Interdū Reuoco: vt Pla. epist. 7, ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν, Me reuocaui à malis quæ tum erant. Alii, Me recepi à malis, &c. Apud Æsch. autem in Ctes. ἐπανάγω ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν εἰρήνην, Me refero ad pacem. id est, orationem refero, ἐπανάγω τὸν λόγον. vt Synesius dixit, ἐπαναχθεὶς δέ μοι μικρὸν ἄνω ὁ λόγος. quod vertit Budæ⁹, Res mihi altius repetenda. ¶ Ἐπανάγει (inquit Bud.) Reducere, id est Retrorsus agere. Xen. loquens de eo qui impetum capere vult vt iaculetur, προβάλλεσθαι δὲ ἐλαύνει, ἐπανάγει δὲ τὰ δεξιά. ¶ Ἐπανάγω, Reiicio ad maiorem potestatem, vt & ἀνάγω. Aristot. Pol. 4, ἀλλ' ἐπανάγεσθαι πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, sed reiiciantur rursus plebiscita ad magistratus. Bud. comm. 378 & 379. ¶ Ἐπανάγειν positum ἀμεταβάτως, pro Redire, Hes. E

Ἐπανάγομαι, idem quod ἀντανάγω, paulo antè. exponitur enim à Budæo, E portu erumpo in hostem, vt cum eo conflicturus. Polyb. 1, ἐν ᾧ δὴ καιρῷ τῶν Καρχηδονίων μετὰ τῆς προθυμίας ἐπαναχθέντων αὐτοῖς. Sic & apud Herodotum. F

c. 3. Ὑπεξανάγομαι, Clàm è littore soluo, & enauigo, Nauem ascendens lateo, & me mari subduco. Budæus ex Thucydide. G

C. Ἀπάγω, (ex ἀπό & ἄγω) Abduco. Sæpe oppositum habet προσάγω. vt Arist. Probl. sect. 31, ὁ μὲν ἐγγὺς προσάγει ἄν τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόρρω ἀπάγει. Xenophon Pæd. 7, pag. 111, ἀπάγειν περιστάντων τὴν στρατιὰν ἀπὸ τῆς πόλεως. Idem lib. 1, pag. 11, ὅπως πρὸς πολεμίους προσάγειν, ἢ ἀπάγειν ἀπὸ πολεμίων, sub. ex præcedent. accusatiuo στρατιάν. (Nisi potius vtrunque ἀμεταβάτως hic ponitur, pro Accedere & Abscedere. quod malo: quum reperiam alibi apud eundem ἀπάγειν ita positum: vt Hellen. lib. 2, pag. 153, ἰδὼν δὲ ταῦτα Ἄγις ἀπήγαγε τὸ ταχύς. Vide προσάγω.) Interdū ἀπάγω pro Auoco, vt & Lat. Abduco. Thuc. lib. 1, ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπάγειν τὴν γνώμην. ¶ Interdū ἀπάγειν significat peculiariter Abducere in carcerē, vel Ad pœnā abducere, Ad suppliciū rapere, aut ad iudicē. H

Quarum signif. exempla ex Demosth. vide apud Bud. A in comm. p. 214. Sic pass. Ἀπάγεσθαι, ad supplicium rapi, Ibidem. quod & ἀπάγεσθαι τῷ ἐπὶ θανάτῳ vel τὸ πρὸς θάνατον dicitur, vt quidam scribunt. (Potius tamen ἄγεσθαι τῷ ἐπὶ θανάτῳ, aut ἀπάγεσθαι sine adiunctione) Sic Æsch. in Ctes. ἀπάγειν εἰς τὸ δεσμωτήριον dixit, sicut & Polyb. in 5, ἀπαγαγεῖν εἰς τὰς φυλακάς. licet ἀπάγειν & ἀπαγωγὴ per se etiam id significent, teste Budæo. ‖ Ἀπάγομαι, signific. actiua, pro Abduco mecum, inquit Bud. ex Xen. Item pro Auerto, Depello, vt apud Lysiam ἀραὶ ἀπάγεσθαι καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι. Vide Bud. comm. p. 214. B

Ἀπάγειν, Reducere. Aristoph. Nub. ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξελάσας οἴκαδε. Citatur & ex Hom. in hac signif. cum eodē aduerb. Interdū πάλιν additur. vt Arist. OEcon. 2, ἱκανῶς πάλιν εἰς τὸ χωρίον ἀπῆγε. Sic Ἀπάγομαι, Reducor. Hinc ἀπαγωγὴ, Reductio. de quo infrà.

Ἀπάγειν φόρον, pro Afferre tributum. ex Aristoph. citatur. Bud. Ἀποφέρειν & ἀπάγειν pro Pensitare, ex Xenoph. profert, & ἀπάγειν δασμὸν, ex eodem, pro Pendere tributum, c. p. 214.

Ἄπαγε, Apage, Apagesis. Aduerb. est reiicientis, siue abominātis: vel potius imperatiuus verbi ἀπάγω aduerbialiter positus, siue vsum aduerbii habēs. Interdū casū ipsius verbi retinet, videlicet accusatiuū, vt apud Greg. ἄπαγε τὸ δούλην ὄντως ὑπόνοιαν, i. Absit vt de eo tanquam Deo quicquā seruile intelligas significatū à Scriptura: sic Bud., Cū genit. etiā ponitur, idq; frequēter. Philo De vita Mosis lib. 3, ἄπαγε βεβήλων καὶ ἀνοσίων ἐνθυμημάτων, apagesis ista profana & scelerata cogitata. Theophyl. 52, ἄπαγε τῆς ἀκολάστου μέθης ἀκόλαστε. Syn. epist. 3, ἄπαγε τοῦ νόμου, apagesis ista legē. q. d. (imperat. formā retinēdo) Recede vel Facesse procul ab hac lege. accipiēdo ἄπαγε tanquā verbū ἀμετάβατον, vt in exēplis suprà citatis. Posset etiā exponi, Remoue te à lege. Sic & in cæteris duobus locis, vbi genit. iūgitur, & in aliis omnibus huiusmodi. ‖ Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν, prouerb. vide in μακαρία. Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι, i. Apage hospitē in tēpestate, aliud prouerbium est, de quo lege Erasmum. C D

Ἄπαγε τὸ μόθωνα ἀπὸ κώπης, est etiā prouerbiale dictum quod Erasm. interpr. Aufer Mothonē à remo. Vide eius sensum apud eundē. Itē Ἄπαγέ με εἰς τὰς λατομίας, quod prouerbialiter dicebatur, i. Abduc me in lapicidinas. Vide apud eundē Erasm. qui ex Suida cæterisq; colligit quæ ad hæc prouerbia pertinēt. Licet autē vulg. lex. sequens, hæc prouerbia post ἄπαγε posuerim significans Apagesis, nihil tamen aliud videtur esse ἄπαγε in his quàm imperatiuus. Fortasse autem in ἄπαγε τὸ μόθωνα ἀπὸ κώπης possit & aliter exponi ἄπαγε quàm ab Erasmo expōnitur. E

Ἀπαγωγὴ, Abductio. Itē peculiariter Abductio in carcerē, Coniectio in carcerē: vt Polyb. τὴν ἀπαγωγὴν Λευκίου dixit. Vide B. p. 214. Sic ex Esaiæ 4 affertur, τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ οὐκ ἔλυσε, pro Non liberauit eos qui in carcerē abducti erāt, vel Qui in carcere erāt. Suid. ἀπαγωγὰς exponit αἰχμαλωσίας. Itē Ἀπαγωγὴ scriptū quod magistratui exhibebatur de cōiiciendo quopiā in carcerē, Vide Suid. Hesych. & Pollucem. ‖ Ἀπαγωγὴ, Reductio. vt ἡ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπαγωγὴ, reductio ad impossibile. B. p. 214. F

Ἀπαγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Abductor, Expulsor, Expellēdi vim habēs. Ἀπαγωγὸς (inquit Bud.) Expulsor & expultrix, Depulsor & depultrix. Gorg. in Encom. Helenæ, αἱ γὰρ ἔνθεοι διὰ λόγων ἐπῳδαί, ἐπαγωγοὶ μὲν ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ λύπης γίνονται, id est, adductrices voluptatis, abductrices mœroris, siue expultrices. G

Ἀπακτὸς, Abduct^9, vnde Ἀπακτέω quod proximè sequitur.

Ἀπακτέω κτῶ, pro ἀπάγω, Abduco. Soph. Aiace, Καὶ δῦμ' ἀπάκτην. Vt Schol. exponens ἄπαγε, addit, ab ἄγω, ἄξω, ἦχα ἦγμαι, ἦκται, fieri ἀκτὴ, à quo ἀπακτέω. Legitur tamen & aliter ille Sophoclis locus: vt dicetur in πακτόω.

C. Συναπάγω, Simul abduco, Simul abripio. Vnde Συναπάγομαι, Simul abducor, Simul abripior. vt ad Galat. cap. 2, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, Itaque etiā Barnabas abreptus fuit in eorū simulationē. Indicat Barnabam impetu & exēplo potius abreptū quàm iudicio fuisse impulsum. Beza. Sic & 2 Pet. cap 3, ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ, ne illorū nefariorū errore abducti, excidatis à propria stabilitate. At verò ad Rom. cap. 12, minus vsitato genere loquēdi dictū est, μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι, quod vet. interpr. reddidit, Non alta sapiētes, sed humilibus consentiētes. Alii, Humilibus obsecundantes. Alii, Humilibus se accommodantes. Ego συναπαγόμενοι τοῖς ταπεινοῖς perinde esse puto ac si dixisset, Sinentes vos ab illis quocunq; velint duci, eādémque cum illis viam in omnibus vitæ actionibus insistētes. H A

C. Διάγω, Traduco, Traiicio, Trāsmitto, vt διάγειν τὸ στράτευμα. Sic apud Xen. ἀναβ. 2, ὡς οἱ βάρβαροι διῆγον ἐπὶ σχεδίας διφθερῶν ἄρτης, trasportabant. Itē διάγω σε πρός τινα, Trāsmitto te, vel adduco, vt Bud. exponit, apud Syn. p. 379. Porro vt Latini dicūt etiā Traiicere vitā, sic Græci διάγειν τὸν βίον. Aristoph. Nub. ζῶν ἀπέλαυσεν βίον αὐτὸς ἅπαν διάξεις. Sic διάγειν τὸ γῆρας, & διάγειν τὸν αἰῶνα, apud Xen. Itē διάγειν τὸν χρόνον, & διάγειν τὴν ἡμέραν apud eundē. Apud Plut. autem διάγειν τὸν χρόνον exponitur etiā Tēpus terere, vel extrahere, in Timoleonte, ἐχρῆτο μόνοις λόγοις πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ διῆγεν τοῖς ἄλλως τὸν χρόνον. Sic διάγειν τὰ ὀλύμπια, pro Agere olympia, apud Herodot. Ponitur Διάγειν & sine casu pro Degere, Vitam traducere, Viuere, vt διάγειν ἐν εὐδαιμονίᾳ, Aristoph. Sic διάγειν ἐν ἡσυχίᾳ dicitur. Et apud Dem. διάγειν ἡδέως, itē ῥᾷον διάξει. Et generaliter διάγειν pro Versari, vt Lat. dicūt Agere in aliquo loco. Herod. lib. 1, ἐν τούτῳ δὲ τοῦτον διάγοντες ἐν θεραπείᾳ τῷ Κομμόδου. Sed & διάγειν sine casu pro διάγειν τὸν χρόνον videtur positū à Thucyd. lib. 1, οὐ προσιέναι πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ διῆγε, καὶ περιεφαίνετο. B C

Διάγω, Rego, vel Facio vt viuas, inquit Bud. citās hæc Isocratis, χρὴ γὰρ τοὺς βασιλεύοντας τὰς πόλεις ἐν ὁμονοίᾳ πειρᾶσθαι διάγειν. i. ita regere & ducere vt in concordia viuāt. Dem. Pro corona, ὁ πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀδυνατοῦσιν ἧς καὶ δυσκόλοις διάγειν ὑμᾶς τῆς τοιαύτης εἰρήνης. Ad hanc autem significationem referendū puto passiuū Διάγομαι, quo vtitur Plato De rep. lib. 10, τὸν βίον διάγουσι ἢ αἱ διαγόμενοι ἕκαστος ἡμῶν λοιπὸν τὴν ζωὴν ζῶν. ‖ Ex Aphrod. lib. 2 Probl. citatur, ὅτι τὸ πνεῦμα καλῶς μὲν ἀκμάζει, διάγει ψυχὴν πάντα κατὰ λόγον ἐνεργεῖν, & hæc Gazæ affertur interpretatio, Hic spiritus quandiu constans atque integer est, facultatem rectè cogitandi agendique omnia præstat animo. D E

Διάγω, Abduco, Dirimo, Remoror, Detineo. vt διάγω σε τούτου, pro ἀφίημι, Bud. Sic apud Philostratum διάγω σε ἀπὸ τοῦ λόγου, A sermone te abduco siue auoco, A dicendo te reuoco. ‖ Διάγω, Diduco, Diuarico. Ezech. cap. 17, διήγαγες τὰ σκέλη σου, Diuaricasti crura tua.

Διαγωγὴ, Traductio, Traiectio, Transportatio. Item Traductio eo sensu quo dicimur vitam traducere. Aristot. 8. Polit. πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν, Ad vitam traducendam in otio, Ad degendum in otio. ‖ Est etiam Institutum vitæ. Aristot. Polit. καὶ τὴν διαγωγὴν μουσικῆς ἀξίως δεῖ μὴ μόνον ἔχειν τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡδονήν. Plato genitiuum βίου addidit, Pol. 1, ἀλλ' ὁποίαν διαγωγὴν βίου ἢ αἱ διαγόμενοι ἕκαστος ἡμῶν λοιπὸν τὴν ζωὴν ζῶν; Idē διαγωγὴν non institutum sed institutionem appellasse videtur epist. 7, ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα, &c. ‖ Item Διαγωγὴ, Oblectamentum quo tædium vitatur, vt sunt ludicræ actiones & παιδιαί, inquit Bud. citans Aristot. & Strabonis locos, pag. 379. Sic Plutarch. ... mihi videtur dixisse, ἄλλως δὲ διαγωγῆς χάριν ἐπὶ θέαν ἢ ἀκρόασιν. & Athen. lib. 10, καὶ τὰς παρ' οἴνον δὲ ἀθύρσεις καὶ γέλωτας καὶ διαγωγὴν πλείων ἐν ἔπεσι καὶ διηγήσεσι. In hac autem significatione planè respondere mihi videtur διαγωγὴ voci nostrati passetemps, quum vt διάγειν interdum significat Tempus traducere, sic & διαγωγὴ hāc ipsam actionem traducendi temporis, id est traductionem temporis, si ita loqui liceret. ‖ Διαγωγὴ, Statio. Herodianus lib. 4, νύκτωρ δὲ ἐπὶ τὸ πρὸς ἐς ἀσφαλὲς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειμάζεσθαι, id est (Pol. interpr.) Naues in tutas stationes dirigunt. F G

Εὐδιάγωγος, ω, ὁ καὶ ἡ, ex Diosc. citatur pro Qui est iucundi conuictus. Suidas in Νικόλαος Δαμασκηνὸς, videtur τὸ εὐδιάγωγον appellasse quod oblectat & tædium adimit, vel quod accommodatum est ad oblectandum. H

Διαγωγικὸν τέλος, Vectigal, Bud. ex Strab. lib. 4, Fortasse vectigal quod pro traiectione penditur.

Διάκτωρ, ὁ, Internuntius: ex cuius genitiuo factus nominatiuus Διάκτορος, exponitur ὁ διάγων τὰς ἀγγελίας, q.d. Qui transmittit nuntia. Mercurii epithetum apud Homerum, vt Il.β, Αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ. Apud Nonnum βίου διάκτορος ὥρη, hora vitæ nuntia, vel administra. vt qui nuntia perferunt, sunt administri rerum gerendarum. Sed & Suidæ atque Hesychio διάκτωρ est etiam διάκονος, id est minister. Verùm alteram earum deductionum hui⁹ vocis quas affert Hesychius puto esse deprauatam: & pro τῷ διακτόρους καὶ σαφεῖς legendum esse τῷ διακτόρους καὶ σοφούς. | Idem Hesychius διάκτορσι exponit ἡγεμόσι, βασιλεῦσιν. quæ significatio optimè conueniet cum διάγω significante Rego, vt antea dictum est. HINC Διακτόρως quod ab eodem Hesychio exponitur εἰρηνικῶς, id est Pacificè. ITEM Διακτορεία, Functio perferendi mandata, vt faciunt internũtii, vel id ministerium. Affertur & ex Theophr. De historia pl. lib. 4. cap. 11, συμμύειν δὲ τὸ σῶμα τῆς γλωττίδος, ὃ πρὸς τὴν διακτορείαν ἐστὶ χρήσιμον, vbi expositio quæ datur voci διακτορείαν, magis conueniret voci διαπορείαν: de qua tamen & ipsa dubitatur. Vide διάκτορος.

c.2. Συνδιάγω, Simul dego. συνδιάγω ὑμῖν, Vobiscum dego, Vobiscum versor, Diosc. in præfat. lib. 1. Apud Aristot. Rhet. 2, ἐπὶ τοῖς ἡδέως συνδιαγαγεῖν καὶ συνδιημερεῦσαι, iucundos in conuictu.

C. Εἰσάγω, Induco, Introduco, Intromitto. Hom. Od. ξ, Οἱ δ' εὖ εἰσάγαγον μάλα πίονα πιμελῆς (?). Apud Il. εἰσάγειν δῶρα afferre munera exponitur. Verbo εἰσάγω opponitur ἐξάγω: sic Xen. τοὺς κάμνοντας ἰατροὺς εἰσάγειν dixit, Medicos intromittere ad ægrotos, vel adducere. Quidam interpr. Medicos ægrotis adhibere. Passiua εἰσάγεσθαι & ἐξάγεσθαι pro Importari & Exportari: apud Dem. Pro cor. ὑπὸ γὰρ ἐξάγεται τὸ ἐκ τῆς χώρας γιγνομένων οὐδὲν τὸ εἰσάγεται ἂν εἰσάγεται (?). Sed εἰσάγομαι actiua etiã signific. positũ reperitur, vt apud Aristot. ἀλλὰ μὴν εἰσάγονταί γε ἐφ' ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες τοὺς ἄλλους ἰατρούς, Introducũt. Exponitur & Accersunt, Acciũt. Sic ex Xen. paulo antè εἰσάγειν. Polyb. lib. 8, τούτους εἰς τὰς οἰκίας ἰδίας εἰσαγόμενοι, οὐδὲν ἀπλῶς τὸ μετ' ἀλλήλων φιλοφρονοῦντες. | Εἰσάγω, Introduco, vt quum in Scriptis nostris personas introducimus loquentes.

Εἰσάγω, verbũ forẽse, In iudiciũ sisto, vt Bud. interpr. in hoc loco Dem. in Timocr. δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν, cũ vndecimuiri in vincula coniiciunto atque ad iudiciũ sistunto. Idẽ Dem. Pro cor. ὅτ' ἐμὲ εἰσῆγον οἱ λογισταί, quũ à ratiocinatorũ præfectis rationẽ gestæ administrationis reposcebar. Dicebatur autẽ εἰσάγειν interdũ actor, interdũ iudex, qui & εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον dicitur à Dem. Cæterũ plena iuris loquutio est εἰσάγειν τὴν δίκην, vel εἰσάγειν τὴν γραφήν, dictare iudicium, de quibus vide Bud. comm. p. 111 & 112.

Εἰσάγειν apud Hom. pro εἰς ἓν ἄγειν, in vnũ adducere, vt exponit Eust. in hoc loco Hom. Il. μ, princ. – ποταμοὶ μένος εἰσαγαγόντες. | Idẽ εἰσιέναι (positũ pro εἰσάγειν) accipi ait pro εἰσιέναι vel ἐπάγειν in hoc ver. Il. τ, Λαοδίκην ἐσάγουσα θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. intelligẽs (vt opinor) esse εἰσάγουσα Λαοδίκην, pro ἄγουσα ἐς Λαοδίκην, proficiscens ad Laodicen. nam & breuiũ schol. autor habet πρὸς Λαοδίκην πορευομένη. Eust. in illo etiã præcedẽte loco ait εἰσαγαγόντες posse intelligi εἰσελθόντες, sed βιαίως καὶ μυθικῶς id intellectum iri.

Εἰσαγωγή, Introductio, Intromissio, Importatio, Syn. epist. 57, εἰσαγωγῆς ἄρτου ἀπηγορευμένης τοῖς δησμοφύλαξι. | Εἰσαγωγή (sequẽdo significationẽ τοῦ εἰσάγειν, quũ est verbũ forẽse) Constitutio iudicii in aliquẽ. Et τῆς δίκης εἰσαγωγὴν ἀφελέσθαι καὶ παραιτεῖσθαι, experiundi iuris potestatẽ auferre, certamenq; detrectare, B.c.p 51. | Est præterea εἰσαγωγὴ scriptio qua prima artis alicuius elementa tradimus, & ad eam lectores velut introducimus, id est ad eius cognitionem.

Εἰσαγωγεύς, έως, ὁ, Qui actionẽ rei dare potest, & lege agere iubere. Dem. οἱ δὲ νόμοι καὶ ὧν οὐκ εἰσὶν αἱ δίκαι προγραφὰς ἀποδιδόασι (?) περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς. i. Legibus autẽ exceptiones dantur earum rerum quarũ actiones apud iudices proditæ non sunt. Vide B. comm. p. 112.

Εἰσαγώγιμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, cui opponitur ἐξαγώγιμος. Εἰσαγώγιμος τροφή, victus qui aliunde importatur, Aristot. in Rhetor.

A εἰσαγώγιμος τέχνη, ars aduectitia, id est externa, Plato De legibus. | Εἰσαγώγιμος δίκη, Lis contra cuius exordium præscriptio obiici iure non potest, Bud. ex Dem. & Isocrate. Vide p. 112. comm.

c.2. Ἀντεισάγω, Vicissim introduco, Vel In alterius locũ introduco. ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, Greg. Hinc Ἀντεισαγωγή, Introductio quæ fit vicissim, vel in alterius locum. Est & figura quædam apud Aquilam Romanum.

c.2. Ἐπεισάγω, Superinduco, Superintroduco, Aliũde inueho, Ascisco. Athen. Φίλιππος τῇ Ὀλυμπιάδι τὴν Κλεοπάτραν
B ἐπεισάγων. Chrys. De off. episc. ἐπειδὰν ἐπεισάξει νυμφίοι τῷ (?) πατρὸς οἰκίᾳ τῷ σοῦ. Bas. in epist. ad Diodorũ, eadẽ constr. dixit, ὅπου δὲ ἀθέσμως πρόσωπα ἐπεισάξει τοῖς ἀδελφοῖς.

Ἐπεισαγωγή, q.d. Superinductio. Dicitur quũ aliquid præterea introducimus, vel aliunde inuehimus, siue asciscimus. In epist. ad Hebr. ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος Beza interpr. Ascita spes melior. | Thuc. lib. 8. p. 191, διότι καὶ τὸ τεῖχος ὅπῃ καὶ πολίχνη ἔχει καὶ ἐσόδους, ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων. vbi Valla ἐπεισαγωγὰς vertit receptacula. Præcedit autem apud Thuc. ἄλλα δὲ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι, adeo vt per
C ἐπεισαγωγὰς videatur intelligere loca per quæ commodè hostes intromitti possent.

Ἐπεισαγώγιμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Inuectitius, Importatus aliũde, q.d. Superinductitius. Sic Plato De rep. lib. 2, τὰ ἐπεισαγώγιμα vocat merces peregrinas, quæ aliunde importantur.

Ἐπείσακτος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἐπεισαγώγιμος, vt apud Dem. 194, ἐπείσακτῳ σίτῳ χρώμεθα, frumento aliunde importato, non proprio. Ἐπείσακτος exponitur etiam Aduentitius, Ascititi⁹. Herodian. lib. 1. ἐπείσακτος & πρόσκαιρος pro eodẽ vsurpasse videtur, ἴσασι δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἢ
D τύχη οὐκ ἐπείσακτον ἀλλ' ἀφ' οἱ πρὸ ἐμοῦ προσκτήτῳ σεμνυνομένοι ἀρχῇ. Polit. vertit Ascititiũ. Bud. ἐπείσακτος ab Areop. dici ait Profectitium, Aduentitium, Translatitium.

c.2. Παρεισάγω, Penitus introduco, Insinuo. Παρὰ in cõpos. (inquit Bud.) nõnunquã significat Penitus, vt in παρεισδέχομαι, παρεισάγω. Plut. in Galba, τὸν Ὄθωνα παρεισήγαγε ὁ Οὐίνιος, insinuauit in aulam & protulit. C.p. 573. Idẽ in lex. hunc Polybii locũ affert, διόπερ οἱ παλαιοὶ δοκοῦσί μοι τὰς περὶ θεῶν ἐννοίας οὐκ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν εἰς τὰ πλήθη παρεισαγαγεῖν.

E Παρείσακτος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Irreptitius, Qui se clam insinuauit. Paulus ad Galat. cap. 2, διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον, &c. Item παρείσακτος, Aduena, Aduentitius. Bud. ex Suida. à quo σύγκλυδες exponitur πλῆθος ἀνθρώπων ἐπηλύδων, συμμικτον, παρεισάκτων. Fortasse autem non malè & in illo Pauli loco παρεισάκτους interpretemur Aduentitios, vel Externos & aduentitios, vt hæc à Lat. sæpe copulantur. Apud Greg. παρείσακτος, peregrinũ & insolitum, ὡς ξένον τι τοῦτο καὶ παρείσακτον, ἀλλὰ πᾶς πάλαι καὶ τοῖς νῦν γνωριζόμενον.

F c.2. Συνεισάγω, Simul introduco, vel Mecum intromitto. πάντα τὰ ἀγαθὰ συνεισάγεται αὐτῷ, Chrysost. Exponitur & Confero (eo sensu quo dicitur Conferre in commune) apud Synesium epist. 44, καὶ νῦν περὶ τῆς καταλαβόντος πράγματος δοκῶ μοι συνεισάξειν τινὰ γνώμην, conferro aliquam sententiam, vel aliquod consilium. HINC Συνείσακτος, Simul introductus, Qui vel quæ vnà cum alio introducitur. Citatur ex Canone 3 Concilii Niceni pro aliunde importato & externo. | Peculiari autem significatione dicebatur Socius sociáve cælibatus, siue
G virgo contubernalem haberet virum, siue monachus fœminam. Quod genus olim in vsu fuit inter Christianos, sed improbatum propter suspicionem stupri. De quibus vide locum Gregorii quem Budæus affert, pag. 113 comm. Et συνεισάγω verbum eiusdem rei significatiuum, ibidem.

C. Εἰσάγω, Induco, id est Impello, Incito. Thucyd. lib. 6. p. 117, ἐσάγοντας τῆς ἐχθρῶν. Synes. πάντα ὃν τρίτῃ αὐτοὺς πρὸς τὸ καταδιαίτας μου. Sic Chrysostomus, ἐσάγει σε πρὸς τὸν μακάριον βίον. Herodian. præpos. εἰς iunxit, copulans cum
H verbo ἀναπείθω, lib. 5, ἄγειν δὲ αὐτοὺς καὶ ἀναπείθειν εἰς πράγματα καινότερα. Citatur autem ex Synesio cum alia constructione, in epist. ἐσάγειν αὐτὸν τῇ καταδοχῇ τῶν ἀνδρῶν, pro εἰς τὴν vel πρὸς τὴν καταδοχήν, incitans vel hortans ad receptionem illorum virorum. Sic pass. Εἰσάγομαι, Inducor, Impellor, Incitor. Greg. De homine,

d. iii.

εὐνοίᾳ τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν τῆς τύπως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τι ποιεῖν ἐναγόμενα. |Interdum ἐνάγω τῶτο, Suadeo hoc. Sic apud Thucyd.lib.2, ἐνῆγον τὴν ἔξοδον μᾶλλον. Sic alibi ἐνάγειν τὸν πόλεμον, quod alii exponunt Ad mouendum bellum incumbere: fortasse verti debet Vrgere bellum. Sic Bud.apud Plut.in Cam. ἐνῆγον interpr. Vrgebant, καὶ τῶν ἱερέων οἱ καλούμενοι φιλαπεῖς ἐνῆγον ἐπὶ Θεσ. ὄντες. Itidē in illo Thucyd.loco ἐναγόντων τῶν ἐχθρῶν reddi possit Vrgētibus hostibus.

Ἐνάγω, Accuso, Defero. Et pass. Ἐνάγομαι, Accusor, Deferor. Bas.Neocæs. ἀλλ᾽ αἰσχρῶς καὶ τὴν ἀπολογίαν τῷ ἐναγομένου. B. c.pag.379.

Ἐναγωγὴ, Accusatio, Delatio, ἔγκλησις, inquit Suidas, afferēs exemplum.

Ἀντεναγωγὴ in vulgaribus lexicis exponitur Compensatio: videtur tamē potius esse Mutua accusatio: & quum ἐναγωγὴ sit ἔγκλησις, ἀντεναγωγὴ esse ἀντέγκλησις siue ἀντέγκλημα.

C. Ἐξάγω, Educo. Iliad.α, — Πατρόκλεις ἔξαγε κούρην. Sic ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, Educere ad venationem, Xenoph. Sic ἐξάγειν στρατιὰν, Thucyd. lib.4.p. 147. vt Lat. Educere copias aut exercitum in aciem, siue in expeditionem. Item ἐξάγειν pro Educere milites extra vallum. B. c.pag.380. Interdum Ἐξάγω est Exporto, vt ἐξάγειν σῖτον, apud Demosth. Exportare frumentum. Vide ἐξαγωγή. Item Proueho, vt apud Herod.lib.3, ἐπὶ πλεῖστον αὐτὴν ἐξαγαγόντες τῷ θύματος. Reperio ἐξάγω pro Educo, in ea quoque significatione qua Virgil.dixit, — cælóque educere certant. eúmque ad hunc verbi ἐξάγω vsum respexisse crediderim. Thucyd.lib.1, μείζων γὰρ ὁ πόλεμος ταραχῇ ἐξήχθη τῆς πόλεως. habet autem aliquid affinitatis hæc signific. cum præcedente, pro Prouehere. Nam etiam Prouehere in altum Lat.dicunt, de mari loquentes.

|Ἐξάγειν ἑαυτὸν, (q.d. Educere seipsum, è vita videlicet) Vim sibi afferre, Mortem sibi consciscere. Synes. ad Anastasiū, κἂν ἐξήγαγον ἤμαι τὸν κρατοῦντα ὑπὸ τῷ πάθους. Dicitur & ἐξάγειν ἑαυτὸν τῷ βίου. quod Cic. interpr. Mortem oppetere. pag.58 lex.Cic. Apud Dioscoridem lib.4, cap. 76, ἐξάγει τῷ ζῆν, pro Vitam adimit. q.d. Educit è vita.

Ἐξάγω, (vt ἐνάγω) Induco, Impello, Incito. Budæus addit & Stimulo, Concito, Vehementer commoueo, sed affert tantùm exempla passiui verbi ἐξάγομαι, pag. 379. at ego actiui exempla, pro Impello siue Incito, vt obseruaui apud Thuc.lib.6, ὁ ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον. Sic lib.3, ἐξάγουσι ἐς τοὺς κινδύνους. Apud Plut.Sympos.4, ἐξάγειν videtur esse Excitare, ἀλλὰ νὴ Δία ἡ ποικίλη ἐξάγει καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν οὐ κρατοῦσαν ἑαυτῆς, Atenim varietas ciborum excitat & illicit appetitum. |Apud Isæum autem ἐξάγω pro Expello, Depello, Bud.380.

Ἐξάγω positum ἀμεταβάτως, pro Exeo, Egredior, Il.ω, Τύμβον δ᾽ ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες. id est, ἐξελθόντες, ὁ περιβάθητε. Xenoph.Hell.6, pag.73, ἤγεν ἐξαγαγόντες τὴν ἐφοδον ἐκ τῆς κόλπου. Vide & εἰσάγω contrariū ita positum ἀμεταβάτως, item ἀπάγω, & προσάγω.

Ἐξαγωγὴ, Eductio, Exportatio. ἐξαγωγὴ σίτου, Exportatio frumenti, Isocr. Sic σιτικὴ ἐξαγωγὴ, Plut.Solone. |Ἐξαγωγὴ (ab ἐξάγειν ἑαυτὸν significante mortem sibi consciscere) Mors conscita. Alex.Aphr. ἐπὶ εὔλογος μὲν ἡ ἐξαγωγὴ, si iusta est occasio mortē sibi consciscendi. Cic. De finibus 3, μονὴν ἐν τῷ βίῳ & ἐξαγωγὴν interpr. Mansionē in vita & excessum è vita, pag. 184 mei lexici Cic.

| Ἐξαγωγὴ exponitur etiam Subductio alui, in vulg.lex.

Ἐξαγώγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui opponitur εἰσαγώγιμος. Dicuntur τὰ ἐξαγώγιμα merces quæ exportantur: vt cōtrà τὰ εἰσαγώγιμα merces quæ importantur. Aristot. Œcon.2.

c.2. Δυσεξάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui difficilè educitur, vel exportatur, Difficilis exportatu.

c.2. Ἀντεξάγω, Vicissim educo, E contrario educo. sub. milites. Polyb.de Annibale, οὔτε γὰρ ἀντεξάγειν τοῖς ἐπιδεδειγμένοις ἀξιώσειας ἦν. Plut.in Publ. ἀντεξῆγον τοῖς Ῥωμαίοις οἱ ὕπατοι. Suidas ἀντεξάγειν exponit ἀντιτάττειν & ἀντιπαρατάσσεσθαι. quæ expositio conuenit cum illo Polybii loco, ἀντεξάγειν τοῖς ἐπιδεδειγμένοις. Hesych. explicat etiam ἀντιφέρειν & ἀντιπαρέχειν.

c.2. Διεξάγω, Traduco, διάγω. vt διεξάγειν τὸν βίον, apud Syn. Vitā traducere: apud Polyb.autē διεξάγειν τὸν βίον, est Vitā

A tolerare, Vitam agere victitaréque, lib.1, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὺς τε κατ᾽ ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας γεννημάτων. Bud.C.p.380. Greg.autē ad Basilium dixit πάντα βίον ἡμῖν διεξαγαγὼν πρὸς τὸ λυσιτελέστατον, pro Vitā nostram traducas ac perducas eò quò maximè nostræ salutis interest, Bud.ibidem. Διεξάγω, Rego, Transigo. (eo ferè sensu quo dicitur Negotium transigere) & passiuum διεξάγομαι. Gregor. de Deo, ὁ τῶν λόγον ἔχοντα καθ᾽ ὃν τὸ πᾶν φέρεταί τε καὶ διεξάγεται. Plut. De fato, εἱμαρμένη ἐστὶ νόμος ἀκόλουθος τῇ τοῦ παντὸς φύσει, καθ᾽ ὃν διεξάγεται

B τὰ γινόμενα, Per rerum naturam aguntur & traducūtur, inquit Bud. Et quemadmodum Transigo Lat. capitur pro Controuersiam dirimo, sic Διεξάγω τὴν ἀμφισβήτησιν. Polyb. circa principium lib.5, καὶ τὴν λέγω διεξάγειν τὴν ὑπὲρ τῆς κοίλης Συρίας ἀμφισβήτησιν. At διεξαγωγὴ pro diremptione controuersiæ, positum sine adiectione, vide statim pòst.

Διεξαγωγὴ, Traductio (à Traduco, iuncto cum accusatiuo Vitam, & similibus) vt & διαγωγή. Synes. De insomn. ταῖς ὄναρ φαντασίαις τὴν ἐκεῖ διεξαγωγὴν τῆς ψυχῆς προσεικάζοντες, visis somniorum quam illic degerint vitam compa-

C rantes. Idem ibidem, ἔχει τῆς ἐν ἑκατέρᾳ ζωῇ διεξαγωγῆς ὑπομνημονεύματα. Budæus διεξαγωγὴν vitam & moram in rerū natura interpr. in hoc Damasceni loco De prouident. πρόνοια ἐστὶ βούλησις θεοῦ δι᾽ ἣν πάντα τὰ ὄντα τὴν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει. Sic in Basil. Homil. 8.in Hexaem. διά τε τὴν προειρημένην τῆς τροφῆς καὶ διὰ τὴν λοιπὴν τοῦ βίου διεξαγωγήν. Ego apud Damascenum & in aliis eiusmodi locis malim interpretari, In commodo statu vitam degunt. |Διεξαγωγὴ, Transactio, Compositio.

D Polyb. 5, ἵνα τύχῃ τῶν πραγμάτων τῆς δημοκρατίας διεξαγωγῆς. Idem in alio eiusdē libri loco διάλυσιν eodē sensu dixit.

c.2. Ἐπεξάγω. Dicitur ἐπεξάγειν peditatus quum progreditur, vt ἐπιπαράγειν equitatus, inquit Bud. comm. p.888. sed ibi Exercitu perperam legitur pro Equitatu. Idem in lex. scribit ἐπεξάγειν de exercitu dici viam faciente composito agmine, vt παράγειν à Plutarcho. Idem ibidem Educere exercitum interpr. Thucyd.lib.2, ἀλλ᾽ ἐτάραξεν ὅτι στρατηγὸς οὐκ ἐπεξῆγε. Plut.in Antonio, ἐξ ἐπιπλαγίως ἐπεξάγοντες ἔβαλλον. HINC Ἐπεξαγωγὴ, Progressio

E exercitus composito agmine, vel Eductio exercitus, Bud. Apud Thucyd.autem lib.8.pag.196, πυνθανόμενοι τῆς ἐπεξαγωγῆς ἤδη τὸ κέρας, Valla interpr. Omissa iam contentione circumagendi cornu.

c.3. Ἀντεπεξάγω, Ex aduerso progredior, vel in occursum, Inuadenti hostiliter occurro, vt ἀντεπεξειμι exponitur à Bud. Thucyd.lib.8.pag.196, ἡ μὲν ἐβούλοντο ἀποφράξαι αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, ἀντεπεξῆγον. Valla interpr. Perrumpebant.

c.2. Παρεξάγω & Ἀντιπαρεξάγω, Duco exercitum in hostes, Infesto exercitu eo in hostes. Dem.in epist. Philippi, B.

F c.p.386.

c.2. Προεξάγω, Prior educo, in vulg.lex.

c.2. Συνεξάγω, Simul educo. vt συνεξάγω στρατιὴν, copias simul educo. Exponitur etiam, Simul expello.

c.2. Ὑπεξάγω, Subduco, Subtraho. Chrysost. De sacerd. οἱ δὲ διὰ τῶν σαυτῶν ὑπεξήγαγες τῆς βαθύτης λειτουργίας.

C. Ἐπάγω, Induco, Inueho, Infero. Pla. Timæo, καὶ νόσους γήρας τε ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖ. Ἐπάγομαι autem pro Induco siue Introduco, apud Thucydidem. Ἐπάγω item

G ἔξωθεν ἄγω, Importo, vnde ἐπακτὸς aduentitius. Quod & passiua voce dicitur à Thucyd. lib.1, καὶ ἐκ θαλάσσης ἃ δέονται ἐπάξονται. Interdum ἐπάγω, Ascisco, vel Accerso. vnde ἐπαχθεὶς particip.pass. apud Thucyd.lib.3. Sed frequentius ἐπάγομαι dicitur ab eodem actiua signific. pro Accerso & Ascisco. Paus. Messen. βασιλέα ἐπάγονται, vltro accersunt. Demosth. αὐθαίρετον αὑτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, Sponte sua seruitutem sibi asciscunt. Bud comm. pag.375 Sic Lat. Calamitatem, odium, periculum importare. Huic autem significationi Asciscendi vicina est hæc qua ponitur pro Cito autorem & laudo te-

H stem. Qui enim citat autorem, eum velut asciscit. Aristot. De part.an.lib.3, τοῦτο γὰρ λέγουσί τινες, ἐπαγόμενοι καὶ τὸν Ὅμηρον. Bud. ἐπάγεσθαι vertit etiam Adipisci apud Xenoph. Sunt autem vicina Asciscere & Adipisci.

Ἐπάγειν κίνδυνον, Periculum afferre, Greg. ὅσον τὸν περὶ ψυχῆς ἐπαγόμενον κίνδυνον, Sic autem & ἐπάγειν δίκην ἐστί,

apud Dem. Dicā impingere alicui, vt loquitur Terent. Sic ἐπαῖσεν χαρὰν, aut ὄνειδος. Herodia. autē ἐπαῖσεν αἰτίαν dixit, lib. 4. ἀπεκτείνεν, αἰτίαν ἐπαγαγὼν ὡς δυσχεραίνοι περὶ τῆ μητρὶ, &c. criminatus quòd, &c. At ψῆφον ἐπάγω τινὶ est Censere eum iubeo, & (vt nunc loquimur) opinari, Bud. ex Thuc. in Ann. pr. in Pand. Et πληγὰς ἐπαῖσεν τινὶ, plagas infligere alicui. Vbi & verbum Impingere potest retineri, quum Plautus dixerit Vulnus impingere. Præterea Ἐπάγω pro Impingo vel Illido. vt Aristoph. Vespis, ἀλλ' ἔπαγε τὴν σὴν γνάθον, Impinge dentes tuos molares, vt exedas rete quo cinctus es. Et vt dicitur ἐπάγειν χαρὰν vel πληγὰς τινὶ, eadem constructione, ἐπάγειν τὴν διάνοιαν θεάμασι, animum ad spectacula intendere, Plut. Pericle.

Ἐπάγω, Porto, Veho. Thucyd. lib. 1, δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. Item Attrahere (quod & Latinè Adducere dicitur) vnde ἐπαγόμεναι χελιδόνες, Xen. Vide Bud. 375. Idem ἐπάγεσθαι pro Asciscere poni tradens, addit de iis propriè dici qui vinctum quippiam post se trahunt. Vide paulo pòst Ἐπάγομαι pro Mecum duco.

Ἐπάγω, Adduco vel Affero post aliud, Adiicio. Plut. Lycurgo, ἐπάγων τῷ λόγῳ τὸ ἔργον, verbis opus adiiciens, vel subiungens. Hinc ἐπαγόμενα, quæ sequuntur. q.d. quæ adiiciuntur. Ἐπάγω (inquit Bud.) Subinde infero, καὶ ἐπὶ προτέροις ἄλλα, Alia atque alia addo. vnde τὰ ἐπαγόμενα καὶ ἐπιφερόμενα τῶν προηγουμένων ἔχεται, id est, consequētia prægredientibus hærent. Plut. Numa, ἐπήγαγε πρὸς ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῇ φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον, exponitur Adiecit. Itidem verò apud Herodotum in Euterpe, Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ, adiiciunt, vel interiiciunt. Bud. interpr. Intercalant, & extrinsecus addunt. Vnde ἐπακταὶ ἡμέραι, interiecti dies, qui intercalares appellantur. Huic vicinum est Ἐπάγομαι in significatione actiua pro Superinduco, Superinueho. Plat. De legibus lib. 11, μητρυιὰν μὴ ἐπαγόμενον. Budæus Superducere interpr. Accipitur autem ἐπάγομαι & pro Mecum duco. Herodot. lib. 7, πολύ τι πλῆθος ἐπαγόμενος στρατοῦ.

Ἐπάγω, Stipo, Obstruo. Theophr. de coquenda pice loquens, ὑφάπτουσι δὲ κατὰ τὴν ὑπολειφθεῖσαν δίοδον, εἶτα δὲ καὶ ταύτην ἐπάξαντες τῇ ὕλῃ καὶ ἐπιχώσαντες τηροῦσι. Bud.

Ἐπάγω κοιλίαν, pro Cieo aluum, ex Dioscoride citatur in vulg. lex. Sed Ducere aluum aut Subducere aluum commodius exponetur ex Celso, vt vocis Latinæ metaphora Græca respondeat. Sed ἐπάγω pro ὑπάγω mendosè legi puto: vt docebo in ὑπάγω.

Ἐπαίω, Impello, Incito, Irrito. Aristot. Ethic. 5, loquens de iis qui δημαγωγοὶ appellantur, τὰ μὲν γὰρ ἴδια συνεφαπτόμενοι τοὺς τὰς οὐσίας ἔχοντας, συστρέφουσιν αὐτούς· τὰ δὲ, κατὰ τὸ πλῆθος ἐπάγοντες. Hæc Bud. 374. Sic Thucyd. lib. 1, τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς κρύφα. Impellebant, Incitabant, vel, Sollicitabant. Huic autem significationi aduectenda hæc quæ ab eodem Budæo traditur, videlicet quum ponitur pro Flecto, Persuadeo, vt Latinè Adduco. Odyss. ξ, Ἦ μάλα τίς τοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἄπιστος, Οἷόν σ' οὐδ' ὀμόσας περ ἐπήγαγον, οὐδέ σε πείθω. Vbi Eustath. annotat πείθω esse expositionem præcedentis verbi ἐπήγαγον, & Homeri posteros voce passiua in hac significatione vsos esse, videlicet pro ἐφέλκεσθαι & πείθεσθαι. Sic autem Philo De vita Mosis lib. 2, πάντας γὰρ ἐπάγεται καὶ συνεπιστρέφει. vbi ἐπάγεσθαι exponitur Pellicere.

Ἐπάγω Πέρσας, Duco exercitum aduersus Persas. Herod. lib. 6, δυνάμιν τε ἤθροιζε καὶ παρεσκευάζετο ὡς δὴ πάλιν ἐπάξων Πέρσας. Sic ἐπάξειν τοὺς βαρβάρους, ibidem. Citatur etiā ἐπάγονται τοῖς πολεμίοις ex Plut. pro Congrediuntur cum hostibus.

Ἐπάγων, οντος, ὁ, Trochlea in cuiusdā machinæ radice collocata. Vitr. Archit. lib. 10, cap. 5, In radice autem machinæ collocatur tertia trochlea. eam autem Græci ἐπάγοντα, nostri artemonem appellant.

Ἐπαγωγὴ, Importatio. vt Thuc. lib. 5, ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων. Citatur ex eodē ἐπαγωγὴ συμμαχίας, pro Auxilii asciscendi modus, vel Ipse actus asciscendi auxilium. ‖ Item ἐπαγωγὴ, Inuasio hostilis, apud eundem Thucydidem exponitur, διὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγήν. ‖ Ἐπαγωγὴ, Pellacia & illecebræ. Plato De republ. lib. 2, de circulatoribus loquens & maleficis, ἐπαγωγαῖς τισι καὶ καταδέσμοις τοὺς θεοὺς, ὥς φασι, πείθοντας σφίσιν ὑπηρετεῖν. ‖ Ἐπαγωγὴ, Ordinum series & consequutio deinceps continuata: vt in exercitu composito agmine procedēte, quum ordines deinceps alii post alios procedunt. Ex quo ἐπαγωγὴ dicta est argumentatio quæ ex concessis sensim laqueos texit ad irretiendum eum qui semel se interrogandum præbuit. A Cic. & Fabio Inductio appellatur. Aristot. Top. 1, ἐπαγωγὴ, ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος. Vide B. c. pag. 375 & 376.

Ἐπαγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, vt ἐπαγωγὸς ἡδονῆς, Inducens voluptatem vel inductiuus voluptatis, id est vim habens inducēdi voluptatem. Item Inductiuus, id est persuadendi vim habens, Persuasorius. A Bud. exponitur etiam Blandus, Pellax, Illecebrosus. A nonnullis additur & Inuitabilis, ex Gellio. Hac voce frequenter vtitur Thucyd. vt lib. 5. pag. 191, ἐπαγωγὰ καὶ αὐτοτελῆ ἐσάπαξ ἀκούσαντες ἀπατηθῶσι. Et lib. 6. pag. 200, τά τε ἄλλα ἐπαγωγὰ, καὶ οὐκ ἀληθῆ. Et lib. 4. pag. 150, διά τε τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν τὸν Βρασίδαν. Alibi ἐφολκὰ dicit: quod conuenit cum Eustathii expositione dicentis ἐπαγωγὸν esse ἐφελκτικὸν καὶ ἡδύ. Citatur ex Plutarcho in Publicola genitiuo iunctum hac in significatione, ἐπαγωγὰ δήμου γράμματα, ad demulcendos multitudinis animos accommodatæ literæ.

Ἐπαγωγεὺς, vnde in plur. Ἐπαγωγεῖς, apud Pollucem, dicti certas quasdam lites ἐμμήνους ἐπάγοντες.

Ἐπαγώγιον, ου, τὸ, Præputium (pro quo malè in vulg. lexicis Præcipitiū) Dioscor. lib. 3. cap. 25, ἐπαγώγια παίδων ῥαχθέντα προσκολλᾷ. Vbi Marcellus annotat ἐπαγώγια præputia significare, ita dicta quòd ducantur & reducantur. Idem Dioscor. lib. 4 cap. 147, χρησιμεύει πρὸς τὰ ἐπαγώγια ἐπὶ τῶν μὴ ἐκ περιτομῆς λειποδέρμων, id est (Ruellio interprete) Valet ad integēdam colis glandem iis qui natura non circuncisione curti sunt. Marcellus autem interpr. sic, In apellis, sed non circuncisione, præputiis vtilis est. Ego ἐπαγώγιον dictum crediderim ἀπὸ τοῦ ἐπάγεσθαι, quod sit idem cum ἐπισπᾶσθαι, quo vtitur Paulus hac ipsa de re: quum dicit, περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω, 1. Cor. cap. 7.

Ἐπακτὸς, Aduentitius, hoc est ἀπὸ ξένης ἐπαχθεὶς, Translatitius, οὐκ ἐγχώριος, & Profectitius. vt ἡμεῖς γὰρ τὴν ζωὴν ἔχομεν οὐ παρ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐπακτήν. Herodot. Polymnia, τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι, ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ, virtus verò aliunde accessit, à sapientiæ vtique studio absoluta & legis seueritate. Bud. Ex Soph. citatur ἐπακτὸς ἀνὴρ pro Externus vir. & ex Eurip. ἐπακτὸς τιμωρός. Et ex Plut. in Fabio, λέγεται πόλεμος ἐπακτὸς ὑπ' ἐκείνου γενέσθαι, & exponitur, Dicitur bellum ab eo conflatum. Item ἐπακτὸς ὄμβρος, imber procellosus & impetuosus, teste Suida. ἐπακταὶ ἡμέραι, intercalati dies: de qua significatione verbi ἐπάγειν paulo antè dictum est. Lingua vernacula epactam appellat rationem vulgarem qua colligitur cursus lunaris ab imperitis, vt Budæus testatur. Idem ἐπακτὸν ὅρκον interpr. iusiurandum delatum, & ait esse ἐπακτὸν τὸν ὑπ' ἄλλου ἐπαγόμενον, ab alio impactum, non sponte susceptum. Isocr. ad Demonicum, ὅρκον ἐπακτὸν δέχου διὰ δύο προφάσεις.

Ἐπακτόω, ῶ, pro Obstruo, Obturo, in vulg. lex. affertur ex scholiis Aristophan. sed legendo in illis ἐπακτῶσαι pro σπακτῶσαι, vt declarabitur in σπακτόω.

Ἐπακτὴρ, ῆρος, ὁ, Venator. Eustathius ait τοὺς θηρατὰς id est venatores, dictos esse ἐπακτῆρας, vel ὡς ἀεί τι ἐπαγομένους, ἤτοι κύνας, ἢ ὅπλα: vel, ὡς ἐπαγομένους τοῖς θηρίοις, ἤγουν πολεμίων δίκην ἐπιόντας. Hesychius autem habet, ἐπακτῆρες κυνηγοὶ, οἱ τοὺς κύνας ἐπάγοντες, καὶ δίκτυα καὶ δόλους.

Ἐπακρεῖς, Venatores, iidem qui & ἐπακτῆρες, Hesych.

Ἐπακτρὶς, ίδος ἡ, (& apud Nicandrum, Ἐπάκτριον, ου, τὸ) Nauigiolū, Nauigiū piscatoriū. nam ἁλιὰς exponitur à Græcis lexicographis. Appellari autem σκάφος ab Appiano quam ἁλιάδα vocet Plutarchus, ipsumque adeo Plutarchum ἁλιάδα & ἁλιευτικὸν πλοῖον pro eodem ponere, docet Baysius. Hesychius censet ἐπακτρίδας dictas esse τὰς ἁλιάδας quòd iis vtantur ἐπακρεῖς, quorum appella-

tione comprehendantur & ἁλιεῖς, id est piscatores, Xenophon Hellenicῶν 1, ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης ἥκων ἐκ τῆς Κλαζομενῶν σὺν πέντε τριήρεσι καὶ ἐπακτρίδι. In vulg. tamen lex. exponitur ἐπακτρὶς, nauis oneraria. HINC Ἐπακτροκέλης, nauigium prædatorium, Suid. Etym. Eust. ita dictum quòd sit inter ἐπακτρίδα & κέλητα.

Ἐπακτικὸς, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Illex, Illecebrosus. ἐπακτικὰ δ' ἐς τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις ἐπὶ παραδόξως, Diosc. pro, Ignari suauitate eius magnopere trahuntur, vel alliciuntur. Sic ἐπακτικὸς ἐν τῇ ὁρμῇ.

Ἐπακτικὸς, vt ἐπακτικοὶ λόγοι, habentes ἐπαγωγὴν, id est inductionem, de qua paulo antè dictum est. Et argumentatio duplex erat, vna συλλογιστικὴ, altera ἐπακτικὴ, id est quæ fiebat per inductionem. HINC aduerbium Ἐπακτικῶς, Per inductionem, Vtendo inductione. Aristot. περὶ φυσ. ἀκρ. lib. 4, ὅτι δ' ἐπακτικῶς σκοποῦσιν, id est, Si sigillatim æstimemus, vt interpr. Bud. cuius comm. vide pag. 376. Idem in lexico ἐπακτικῶς exponit Singula æstimando percurrendóque: & ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς, ab Arist. pro eodem dici scribit.

C. Κατάγω, Deorsum ago, siue duco, quasi κάτω ἄγω. Ego vno verbo interpretor Deduco. nam vt Plut. in Numa dicit καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας ἐκείνους, sic à Virgil. de magicis artibus itidem loquente dicitur, Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Et vt κρόκην κατάγειν dicitur à Luciano, & ab aliis νῆμα κατάγειν etiam, sic à Lat. Deducere fila vel stamina. Conuenit autem cum illo Plutarchi loco, hic eiusdem in Fabio, καταγαγὼν αὐτὸν ὑπερπαθοῦντα. Apud Nicarchum epigr. lib. 1, — εἰς Ἑρμῆς κατάγει τοὺς νεκρονεθέας, deducit ad inferos, seu descendere facit. Hinc κατηγόμενοι ἀπὸ γένους exponitur, A genere descendentes. Et apud Plutarchum in Numa, καὶ ἀπ' ἀρχῆς εἰς ἔτι κατάγεσθαι τῶν σημμάτων ἀκριβῶς δοκοῦντων. Ad hunc deduci stemmata, q. d. descendere. Budæus in lex. κατάγει τὸ στέμμα interpr. Ab origine gentis deducere. Idem in comm. p. 381 dicit κατάγειν esse Deducere à capite ad finem, hunc ipsum locum afferens. Idem Bud. ibidem scribit κατάγειν pro Deorsum agere, theologicum esse verbum oppositum τῷ ἀνάγειν. ‖ Κατάγειν τὴν ναῦν (sub. εἰς λιμένα) eodem respectu dicitur pro Appellere nauem seu Applicare: contrario autem à Latinis Subducere nauem. sicut & quum ἀνάγειν τὴν ναῦν & ἀνάγεσθαι dicantur qui è portu soluunt, contrà Lat. ad mare descendere. Eodem autem respectu quo dicitur κατάγω τὴν ναῦν, dicit Plut. in Themistocle, ὥσπερ ὁ θύννος ὥρας τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐκ πελάγους κατάγουσι. Idem in Solone, κατάγεται εἰς λιμένα. Pass. κατάγομαι, Appello in portũ siue applico, καταπλέω, vt ἀνάγομαι, Soluo è portu, ἀναπλέω. Vide Eustath. pag. 138 & alibi. Obseruaui tamen & κατάγειν εἰς θάλασσαν sed nequaquã relatum ad nauigationem. Herod. lib. 3, ὡς καὶ τὰ ῥέεθρα τῶν ἐξ ἐπὶ πεδίου ποταμῶν ῥέοντα αἵματος πλέον ἢ ὕδατος κατάγειν εἰς θάλασσαν, id est, Adeo vt plus sanguinis quàm aquæ in mare deuoluerent. Sed & Archimedes apud Athenæum lib. 5 dicitur mirabilem illam nauẽ εἰς θάλασσαν καταγαγεῖν, id est in mare deduxisse, vel deuoluisse. Accipitur κατάγω pro deduco, generalius etiam sumpto. Dicitur & κατάγειν πομπὴν à Synesio epist. 40, καὶ ὅπως κατάγῃς ἐπὶ τῷ Λιβυκῷ ἐμπορίῳ πομπὴν ἐπινίκιον, Lat. dicitur Ducere pompam, non deducere. Sic & Ducere triumphum, quod Plut. κατάγειν θρίαμβον, in Fabio, καταγαγεῖν λέγεται θριάμβους ἐκ πολέμων μεγίστων ἐπιφανεστάτους. quod alii exponunt Reportasse. Itidémque apud eũ in Lycurgo, καταγαγὼν ἐκ τοῦ πολέμου χρυσὸν, qui ex bello aurum reportauit. Citatur autem ex Herodoto κατάγω στρατιὴν pro Castra moueo.

Κατάγω, Reduco. Quam significationem ex eo esse ortam puto quòd qui κατάγονται, id est appellunt, fere reduces. Plut. in Camillo κατάγαγεν τὴν πόλιν αὐτὴν εἰς ἑαυτήν. Qui vrbem in pristinum statum reduxit. Sed κατάγω dicitur peculiariter Reduco domum ab exilio, Reduco in patriam. quæ significatio frequentissima est apud Thucydidem. Xen. Pausan. Thuc. 1, φίλον ὄντα Ἀθηναίοις ἑαυτὸν κατάγει. Ibidem, ξένους τε ὑποδεχομένους καὶ ξυγγενεῖς, ὧν φευγόμενοι οἱ δέοντο σφᾶς κατάγειν. At cum genitiuo φυγῆς affertur ex Isocrate, τῆς φυγῆς κατήγαγον τὸν δῆμον, ab exilio populum reduxerunt. Thucydides autem κατάγειν iunxit cum ἐπὶ datiuum habente, lib. 2, καὶ Φίλιππον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πολέμιον ὄντα μὴ κατάγειν ἐπὶ βασιλείᾳ, pro Non reduceret in regnum, vel Non restitueret. Sic κατάγεσθαι dicuntur qui reducuntur in patriam.

A

Κατάγομαι, Diuersor, Hospitor. Quod à Cicerone dicitur etiam Deducor, in Verrem, Parum lautè diuersari dicit: ad Philodemum deduci iubet. Æsch. καὶ παρ' αὐτοῦ κατήγου ἐν Πιερίᾳ. Plut. in Amat. narrat. εἰς πανδοκεῖόν τι κατήχθη. Vide Bud. comm. p. 381.

B Καταγωγὴ, ῆς, ἡ, Appulsus in portum, Applicatio. Aristides, ἐν ἧ αὐτοῖς οὔσῃ ἐν πλῷ, καὶ μικρὸν πρὸ τῆς καταγωγῆς. ‖ Est etiam Reditus exulum in patriam, κάθοδος εἰς τὴν πατρίδα. ‖ Item, Mansio & diuersorium. Statio, apud Herodotum & Appian. inquit Bud. Sic Herodianus lib. 4, ὅτι γ' καταγωγαῖς ταῖς αὐταῖς ἐχρῶντο, οὔτε συσσιτοῦντες ἀλλήλοις. Est præterea καταγωγὴ apud Lucianum Sedes, id est locus sedendi, Bud. ‖ Καταγωγὴ, Vestimenti quoddam genus secundum nõnullos grammaticos: quod ab Hesychio καταγωγὶς appellatur: cui & alia significat hæc vox.

C Καταγώγιον, Diuersorium, καταγωγὴ apud Lucianum.

Καταγωγικὸς, apud Areop. opponitur ἀναγωγικῷ, id est mystico. B. com. p. 381.

Κάταγμα, ατος, τὸ, (à κατάγω significante Deducere nendo) Quod netur, Glomus, Bud. Καὶ πτίον κατάγειν, ὅθεν κάταγμα τὸ μήρυμα, Pollux. In vulg. lexicis malè cum hoc confunditur κάταγμα à κατάγω frango.

c. 2. Ἐπικατάγομαι, Post alium applico. Dicitur à Thucydide nauis ἐπικατάγεσθαι quæ appellitur post aliam, lib. 4, ἐπεὶ δ' ὕστερα αὐτῆς ἐπικατήχθη, pro ἐπὶ τῷ δὲ κατήγετο, pòst appellitur. Bud.

D

c. 2. Συγκατάγω, Vnà reduco, Adiuuo in reducẽdo exule, vel Reducẽtes adiuuo. Sic Isocr. περὶ ζεύγους, Εἰς ὃν ὁ δ' ἡ πόλις τὸ φίλους ξένον οὐκ ἠθέλησε δικαιοῦμεν συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς; Sic Æsch. περὶ παραπρ. de patre suo loquens, συγκατήγαγε τὸν δῆμον.

C. Μετάγω, Transfero, Traduco. Interdum, Dimoueo. Herodian. lib. 3, σπεύδοντι δὲ πάσῃ τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν καὶ παῖς παιδὸς μεταγαγεῖν καὶ βεβαιῶσαι ηὔχετο. Ibidem χρήματα δὲ ἐπιδοῦναι διδάξαι, καὶ μεταγαγὼν εἰς τὸ ἀβροδίαιτον. Plut. De primo frigido μετάγειν & μεταχεῖν copulauit. ‖ Μετάγω, Sequor cum exercitu, inquit Budæus, citans hæc ex Xenoph. Pæd. 7, μετάγει αὐτὸν ἐκέλευσεν ἧ ὁ Τιγράνης περὶ αὐτὸν.

E

Μεταγωγὴ, Translatio, Traductio. ET Μεταγωγεὺς, Translator, apud Dionys. Areop. inquit Bud. Idẽ scribit, Didymum interpretantem illud Odysseæ α, — αἰεὶ γὰρ πάντα ἐνώμων, annotare, τὸν μεταγωγὸν τοῦ κέρατος κάλων, ἢ τὸ πηδάλιον.

F C. Παράγω, Produco, Profero, In medium adduco. Dem. εἰς ἐπῆλθεν ἡ βουλὴ, καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα, καὶ τὸν ἐκεῖνα παρήγαγον, In medium produxerunt, Bud. Luc. in Caucaso, ἐς ἀνθρώπους εἰς βίον παράγειν. Idem, παρήγαγεν ἐκ μὴ ὄντος τὸν ἄνθρωπον. Plato εἰς τὸ μέσον addidit, De leg. lib. 4, διὸ καὶ παρήγαγον αὐτὴν εἰς τὸ μέσον τοῖς λόγοις. Lysias πάντη παράγει εἰς τὸν δῆμον, Testem producit in medium. ‖ Item Παράγω in altera significatione verbi Produco, vt παράγειν χρόνον, in vulg. lexicis, Producit tempus, id est cunctatur. ‖ Παράγω, Deduco. Plut. de Cratippo loquens, qui cum Pompeio iam victo Mitylenæ differebat, λόγῳ παραμυθουμένου τοῦ Κρατίππου καὶ παράγοντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἀμείνονας ἐλπίδας, id est, Verbis & consolatione deducente ad meliorem spem, vt Budæus interpretatur. Sed ego malim hic interpretari Traducente quàm Deducente. Affertur ex eodem Plut. in Lycurgo, παραγαγεῖν ἄχρι τοῦ τόκου τὴν ἄνθρωπον, pro Quum ad partum vsque mulierem deduxisset. Accipitur etiam παράγειν pro Deducere, id est deriuare. vt apud Plutarchum in Camillo, παράγειν τὸ ὕδωρ ὀρύγμασιν εἰς τὸ πεδίον, aquã fossis in planitiẽ deriuare. Itẽ Deducere siue deriuare, ex significatione qua vsurpant grammatici: vnde παράγωγα nomina & verba. Quint. lib. 8. cap. 6, Vix illa quæ παρώνυμα vocãt, quæ ex vocibus in vsum receptis quocũq; modo declinãtur, nobis permittimus: qualia sunt Sullaturit & Proscripturit, atque, &c.

G

H

Παράγειν, Promouere, Prouehere, vt παράγειν εἰς ἀξίαν

μα ἐπισκοπῆς, Chrysost.

Παράγειν, Disserendo & disputando fallere, Alex. 1 Top. Itē παράγειν Verba dare, & à proposito sub dola oratione abducere. quo sensu ponitur παράγει ἡ à Demosthene. Est etiam Oratione blanda vel muneribus perducere quò quis velit, hoc est, persuasione subdola obrepere. Sic Plato παράγει ἀπατήσεσι; dixit quod Homerus παραπείθει ἀνθρώπους. Hactenus Budæus. Sic Thucydides lib. 1. τῷ δὲ προσέτι τῷ λόγῳ ἐκ τοιούτου παράγειν πειρᾶσθαι. Plutarch. in Amat. narrat. εἰ δὲ ἐφόρους ψευδῶς λόγοις παραγαγόντες. Sic in passiua voce, idem Thucyd. lib. 2. ὑμεῖς δὲ μὴ ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν πολιτῶν παράγεσθε. Et cum datiuo λόγοις (vt in præced. exemplo) lib. 1. καλῶς αὐτοῖς μὴ λόγοις μᾶλλον παράγεσθαι. In alio eiusdē libri loco datiuum ἀπάτῃ addit, ὥστε ἀπάτῃ μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. In his autē locis sub παράγειν latere puto significationē abducēdi: vt sit παράγειν, Extra rectā viā ducere, & ita in errorē abducere. Citatur & ex Plutarcho in Galba ἐλπὶς παρῆγε, pro Spes decipiebat, vel suspensos tenebat, ὡς δὲ ϛρατιώταις τὴν δωρεὰν μὴ κομιζομένοις ὃν ἀρχῇ μὲν ἐλπὶς παρῆγεν ὡς εἰ καὶ μὴ τοσοῦτο ἀλλ' ὅσον Νέρων ἔδωκεν ἀποδώσοντος. ‖ At verò in hoc loco Philostr. epist. 19, οἱ δὲ ποιηταὶ τὰ δεινὰ μύθοις ἐπαινοῦσι, παράγοντες τὴν ἀλήθειαν ψυχαγωγίᾳ φασμάτων, puto παράγειν esse deprauare, vel potius peruertere. Vt autem hic expono παράγειν Peruertere, sic & Budæus apud Antiphontem τὴν διάνοιαν παράγειν interpr. Peruertere & transuersum agere: vbi ille dicit, οἱ γὰρ θεοὶ οὐδὲν ... τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσι. Sic Demosth. οὕτως παράξειν ὑμᾶς ὅπου αὐτοὶ βούλονται. Sic 1 ad Cor. 7, παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, Budæus interpret. Transuersos enim agit species huius mundi. Vide paulo post in Παράγω significāte Prætereo. Accipitur παράγειν & pro Peruertere, propriam seruante significationem: vnde παραγωγή, Peruersio.

Παράγειν, verbum militare, Porrò agere & promouere ordines ab altitudine in longitudinem, id est ἀπὸ τοῦ εἰς βάθος ἐπὶ τὰ ζυγά, quæ etiam transuersos agere. id quod fit ad porrigendam frontem & circumueniendos hostes. Xenophon, ἐκ τούτου παρῆγον οἱ λοχαγοὶ εἰς μέτωπον. ‖ Παράγειν pro ἀπάγειν ex eodem Xenophonte citatur in vulg. lex.

Παράγειν, neutrali significatione, Transire, Præterire, vt παριέναι, Præire, & προσάγειν Accedere. Matth. 9, v. 9, καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, inde transiens, vel prætergrediens. Itidem v. 27, καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ. Et cap. 20. ver. 30, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει. & alibi. Sic autem & in illo loco 1 ad Cor. cap. 7, παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, quidam interpr. παράγει, præterit, cum vetere interpr. non cum Budæo, Transuersos agit, aut cum Fabro Stapulensi & Alciato, Decipit, blanda nimirum specie homines alliciens. Ego, prout vocem σχῆμα vertemus, ita in vertendo παράγει vel Budæum, vel ex cæteris duob⁹ alterutrū posse nos sequi existimo. In epist. autem Ioannis cap. 2, Παράγομαι etiam vsurpatur vt παράγω pro prætereo, v. 8, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, quia tenebræ prætereunt. Et ver. 17, καὶ ὁ κόσμος παράγεται καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ. Quē passiuæ vocis vsum apud receptos linguæ Græcæ autores extare non puto.

Παραγέτης, Qui canes venatum ducit venatum. Hes.

Παραγωγικός, ή, όν, q. d. Productiuus, Qui vel quæ vim habet producendi in lucem siue proferēdi. A Budæo exponitur, Qui vim habet substātias creandi, in hoc Philoponi loco, de Deo loquentis, διὰ τὴν αὐτῆς εἰς τὸ εἶναι τὰ ὄντα παρακτικὴν καὶ συνεκτικὴν ἀγαθότητα. Vide Cōm. p. 385.

Παραγωγή, Productio, eo sensu quo παράγειν ponitur pro Producere, siue Producere in medium, siue Producere in rerum naturam. Vide Philop. verba in Proclum, apud Bud. pag. 385. ‖ Item, Deductio, Deriuatio, apud grammaticos: sicut & παράγωγα dicuntur vocabula deriuatiua, seu deductiua. Volunt item nonnulli παραγωγὴν ab iisdem appellari quum aliquid fini vocabuli adiicitur, vt quum vsurpatur Dicier pro Dici. Vide in nomine παραγωγὴ ... ‖ Παραγωγή, Deceptio. Demosth. λόγος τοῦτο καὶ παραγωγὴ τοῦ πράγματός ἐστιν. Et alibi, ψευδόμενος καὶ παραγωγὰς λέγων. Bud. 385. Hinc ἀπαράγωγος, quod sequitur. ‖ Παραγωγή, Productio & traductio ordinum ab altitudine aciei, id est, ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς παρατάξεως εἰς τὰ ζυγὰ καὶ τὸ μῆκος. Gaza Deductionem vertit. Vide Bud. ‖ Παραγωγή, Peruersio, vide in Παράγω.

Παραγωγός, ὁ, ἡ, Deriuatiuus, Deductiuus. Vox est familiaris grammaticis: quam interdum genitiuo iungunt: vt quum dicit Eustathius παράγωγα esse παράγωγον τοῦ ...

c. Εὐπαράγωγος, ου, ὁ, ἡ, Qui vel quæ facilè decipitur, Cui verba dare facile est, vt Terentius loquitur. ἐξαπατητός. Aristoph. ἀλλ' ἀπαράγωγος εἶ, ... ἐξαπατώμενος Plato Timæo, ... ἀπαράγωγοι αἰσθήσει. Suidas tame in illo Aristoph. loco exponit ἀπειθής.

c. 2. Ἀντιπαράγω, Hostium exercitum captans, cum exercitu ipse adequito. Polyb. in 3, ὁ δὲ Φάβιος ἐγγίσας τῷ Φαλέρνῳ, ταῖς μὲν παρωρείαις ἐπιφαινόμενος, ἀντιπαρῆγε τοῖς πολεμίοις. Plura vide apud Bud. pag. 386, & 387. Citatur & ex Maccab. ἀντιπαρῆγεν αὐτοῖς εἰς ... HINC Ἀντιπαραγωγή apud eundem Polybium, διόπερ αἱ τε ... ταῖς μάχαις ... αὐτοῖς ἐγίγνοντο.

C. Περιάγω, Circunduco (in propria significatione huius verbi Lat.) Circūago. Plato De leg. lib. 10, ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστι περιάγουσα ἡμῖν πάντα. id est (Bud. interprete) quòd quum anima sit quæ nobis omnia circumagat. Aristoph. Vespis, φέρε νῦν τὴν ... περιάγω. Luc. Nigrino, ὡς οὐ μετρίως με ἀποκναίεις περιάγων. Vbi Micyllus (ad exprimendam metaphoricam significationem) vertit, Dum verbis ita suspendis & circunducis. Ego reddere malim, Hoc verborum circuitu moras mihi nectens. Περιάγομαι etiam dicitur pro Circūago, vel Mecum duco, Xenoph. Pæd. 1, περιάγει ... Sic Athen. 12, de Dionysio tyranno, ... ἑταίρας περιαγόμενος καὶ ἵππους καὶ ... Secum trahens, Circūagi iubens, vt inquit Budæus: qui & addit, Auriga autem & agitator περιάγει dicitur, non περιάγεται. ‖ Περιάγω, Circumago, id est verso. vnde Περιακτός, Versatilis. vide infrà. ‖ Περιάγω, Circumeo, Lustro, Matth. 9, περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας. Et περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. Et alibi. Sic & & ex Cebete citatur ὁρᾷς ὡς περιάγοντας, pro Vides circumuagantes. ‖ Est etiam περιάγω, Conuerto, Cic. interpr. Nam quod Plato dixit Pol. 2, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός, Cic. Off. 3, reddit, Ibi quum palam eius annuli ad palmā conuerterat. Idem hæc Plat. in Timæo ... δεξιὰ περιῆγε, reddit, Detorsit à latere in dextra partē. Vide hoc verbum & aliis locis à Cic. redditum, pag 10 & 13 mei lex. Cic.

Περιάγω, Perduco, Tandem deduco, vt inquit Bud. in lex. hunc Aristot. locum afferens ex Pol. 2, vbi de Socratis apud Platonem politia loquitur, καὶ ταύτην ... πολιτείαν βουλόμενος κοινοτέραν ποιεῖν ταῖς πόλεσι, κατὰ μικρὸν περιάγει πρὸς τὴν ἑτέραν πολιτείαν. Idem in Comm. περιάγειν, Tandem adducere & ad extremum attrahere & asciscere, interpr. in hoc loco Herodiani lib. 4, de filiis Seueri loquentis, πάντα τε ... ἑκάτερος πειρώμενος τὸν ἀδελφὸν ἀποσκευάσασθαι, εἰς αὐτόν τε μόνον περιαγαγεῖν τὴν ἀρχήν. Idem exemplum verbi passiui affert hoc ex eodem, ὁ δὲ Ἀντώνινος ... μᾶλλον ἢ γνώμῃ ἐς ὁμόνοιαν καὶ φιλίας ἐπίπλαστον μᾶλλον ἢ ἀληθῆ περιήχθη, id est, Adductus est tandē ad cōditiones amicitiæ & concordiæ. Et addit, hoc verbum significare sensim & ægrè aliquid fieri. Vide Bud. comm. pag. 387. Luc. ... περιήχθην, Huc tandē euasi, & in hanc opinionem Perductus sum. Idem Bud. lex. ‖ Περιάγειν τὰς χεῖρας ὀπίσω, Attrahere manus post terga, vel Retorquere (nam Hesych. περιάγειν explicat κάμπτειν, sicut & περιφέρειν) Vincire, Plut. Cam. Vide περιαγής. ‖ Eustath. περιαγμένοι, sicut & περιαγεῖς, exponit etiā περιφερεῖς, pag. 1512.

Περιάγω, Redigo, Afficio tandem. Diosc. 6. ... γὰρ αἱ τῶν ... φαρμάκων δυνάμεις εἰς ὁμοιοπαθεῖς περιάγουσι τὸ σῶμα διαθέσεις, Ad similes affectiones redigunt. Sic περιαχθῇς εἰς τὸ &c. redigeris, apud Them. Vide Cōm. p. 387.

Περιαγωγή, Circunductio, Circumactio, vel Circumact⁹, δίνησις, Aristot. οὐρανὸς μιᾷ περιαγωγῇ συναναχορεύει ...

ξόνως, Vno circumactu, Vna conuersione, vt alii interpretantur. Plut. De Socr. dæm. οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν βρόντης ποτὲ μὲν ὑπὸ μικρᾶς αἰτίας μεγάλων περιαγωγὰς ὀλκάδων. Pollux περιαγωγὰς appellauit pistilli in mortario circumactus, lib. 6, τὰς δὲ τῇ δοίδυκος ἐν τῇ θυείᾳ περιαγωγὰς περιαμφίδας Εὔπολις κέκληκε. A

Περιαγωγός, Circumductor, Circumactor. Apud Plat. autē συμπεριαγωγός, quod vide infrà.

Περιηγής, έος, ὁ καὶ ἡ, (apud poetas) Rotundus. q. d. Circumactus aut circumactilis: eadem ratione qua περιφερὴς pro rotundo itidē, dicitur à περιφέρω. Significat & curuum. Hesychius περιηγὴς exponit κυκλοτερής, περιφερής. Eustathius περιηγὴς ἄλκισμα alicubi explicat περιφερὲς, alibi dicit περιηγὲς & γαμψὸν eadem ratione appellari, quia videlicet περιάγεται, id est περιελαύνεται καὶ γνάμπτεται, ὃ ἐστι κάμπτεται. Cum hac autem expositione Eustathii conuenit illa qua περιηγὴς ἀκτὴ apud Apoll. Rhod. redditur Curuū littus: sic λιμὴν περιηγής, apud eundem. Hanc certè significationem manifestè habet περιηγὲς quum est epithetū τόξα, cum apud alios, tum apud Dionysium De situ orbis. scimus enim τόξα dici καμπύλα, sicut à Lat. curuos arcus. ‖Citatur ex alio quodam poeta περιηγέας χεῖρας Ἔρωτος pro Astrictas, Circūuinctas. q. d. Circūadductas, pro περιηγμένας. Vide paulo antè περιάγειν τὰς χεῖρας ὀπίσω. B C

Περίακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Versatilis. Athen. ἀπὸ γὰρ τοσούτων ἐστὶν ἐπί τινος βάσεως ἀσφαλοῦς, καθάπερ αἱ τῶν περιάκτων δίφρων κατασκευάζονται θέσεις. id est σχημάτων. Bud. in comm. vbi Athenæi nomen omissum est. Apud Poll. lib. 4, cap. 19, machina quædam versatilis in scena. Vitruuius lib. 5. cap. 7, de scenis loquens, Secundum autem ea spatia ad ornatus comparata (quæ loca Græci περιάκτους dicunt, ab eo quòd machinæ sunt in iis locis, versatiles trigonos habentes) in singula tres sunt species ornationis, quæ quum aut fabularum mutationes sunt futuræ, seu deorum aduentus, &c. D

c. 2. Ἀντιπεριάγω, In contrarium conuerto. Synes. ad Anast. ἀλλ' Ἀνδρόνικος ἀντιπεριήγαγε, cogitationem meam in diuersum circumegit. B. c. p. 387.

c. 2. Ἐμπεριάγω, Circundo, in vulg. lex.

c. 2. Συμπεριάγω & Συμπεριάγομαι, Mecum duco, περιάγομαι. vel Mecum quoquouersūm duco. Xen. in Hierone, de tyrannis loquens, ἀπληστοι ἀεὶ οἴονται δεῖν ἄγειν, καὶ ἄλλους ὁπλοφόρους συμπεριάγεσθαι. E

Συμπεριαγωγός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Qui vel quæ adiuuat in deducendo aliquo, vel circunquaque ducendo. Plato Pol. 7, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις. quæ postrema verba Ficinus interpretatur, Tanquam adiutricibus ac ministris quibusdam vtens his artibus quas narrauimus. F

C. Προάγω, Deduco, vel Perduco, Promoueo, Proueho. Xenoph. πορθεῖ ἐφεξῆς μὲν αἰδοῖ τῆς ἐφ' ἀρετὴν κρατίστη γεγονέναι, προαγαγεῖν δ' ἐφ' αὐτὴν οὐχ ἱκανόν. Thucyd. lib. 1, τό τε βάρβαρον ἀπώσαντο καὶ ἐς τόδε προηγάγομεν αὐτά. Et pass. Προάγομαι, Prouehor, Euado. Demosth. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τοῦτο προήχθην τοῖς λόγοις, quando huc vsque ego dicendo prouectus sum. Idem, οὐ δὴ τοσοῦτον ἀνοίας οὐδέ, οὐδὲ προαχθήσομαι, non eò vsque erumpam. Huc pertinet προάγομαι pro εἰς ἀνάγκην καθίσταμαι τόδε τι ποιεῖν ἢ λέγειν, quum eò vsque quis progressus est vt referre pedem non possit & regredi, inquit Bud. qui etiam addit, προήχθην τοῦ λέγειν esse Luciano, Tandem huc prorupi & euasi vt dicerem. Apud eūdem προήχθη τὴν τε φιλοσοφίαν ἐπαινέσαι καὶ, &c. interp. Impetum cepit, ὡρμήθη, vel eò euasit vt, &c. Xenophon autem eadem ratione proDelabi vsus est, quum ἀπομισ. dixit εἰς φιλονεικίας προαχθέντας, delapsos, Bud. Vt autem ille indicat προάγεσθαι pro delabi, eadem hic ratione poni qua in illo Demosth. loco pro Prouehor, vel Euado, itidem προάγων σεαυτὸν per Demittens te, in vulg. lex. exponitur (ex Valla, vt opinor) in hoc Herodoti loco προάγων σεαυτὸν εἰς τὸ ἄγαν φαῦλον, ad tātā nequitiā te demittēs. Sed malim, Inferēs te, aut Intrudens te, vel aliud simile. Significat autē προάγειν Prouehere, in alio etiam loquēdi genere. nam G H

dicitur προάγειν εἰς ἀξίωμα à Plutarch. in Lycurgo, eo sensu quo Lat. Prouehere vel Promouere ad dignitatē vel ad honores. Idem in Themist. προάγειν εἰς δόξαν dixit. & in Galba, προῆγε πολλοὺς ἐφ' ἡγεμονίας. Sed & sine huiusmodi adiunctione, & eadem tamen significatione copulauit προάγεσθαι cum αὔξειν idem Plutarchus, hic, ἀπιώμενοι ὅτι ἂν... ἃ καὶ προάγεται αὐξόντων ποιεῖν. id est, Prouehit ad honores, vel Auget honoribus & opibus. Sic & in pass. voce & significatione apud eundem, Μαρκελλῖνον ὑπὸ τοῦ ὑπὸ Πομπηίου προαχθῆναι δοκοῦντος. In qua significatione planè respondet προάγειν Gallico nostro Auancer, & προάγομαι Estre auancé. In qua etiam significatione habemus verbale Auancement. ‖Προάγειν pro Prouehere, vel Impellere. Isocrates ad Philippum, οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς Ἕλλησι γεγενῆσθαι πλεῖστον ἔργον ὅσοι ἐστί τι ποιῆσαι ἐκ τοιούτων πολέμων ἐστὶ τὴν ὁμόνοιαν προαγαγεῖν. Eadem constructione dicitur ab Aristot. Rhet. 3, προάγειν εἰς γέλωτα, ad risum impellere, & προάγειν εἰς πάθος. Iungitur & cum infinitiuo hac in significatione, videlicet pro Impello, Incito, Stimulo. Thuc. προάγει διὰ κινδυνεύειν. Sic & voce pass. προάγομαι pro Pellicio, Adhortor. Aristot. Pol. 2 προάγουσι τοὺς πολίτας ὁπλοτέρους ποιοῦντας παῖδας, præmiis & immunitatibus allicit & excitat. Sic Xenophon, τοῦτο γὰρ τοὺς πολεμίους προάγεται ἀφυλακτοῦντας μᾶλλον ἀμελεῖν. In his tamē locis potest προάγεται itidem exponi Impellit.

Προάγω εἰς φῶς, Plat. epist. 7, In lucem profero, vel produco. ‖Προάγω, Produco, de lenone dictum, vide in Προαγωγός.

Προάγω, cum accusatiuo & genitiuo, Educo, Abduco, Aristot. OEcon. 2, προάγων αὐτοὺς τῆς πόλεως μικρόν. Ex Euripide autem citatur eadem constructione, προάγειν δὲ κρατὸς ὀμμάτων pro Emittere lacrymas, siue effundere. Alicubi tamen προάγειν δάκρυα mihi videor legisse pro Elicere alicui lacrymas.

Προάγω (neutraliter positū) Præeo, Prægredior, Præcedo. Plato Phædro, προάγε δὴ καὶ σκόπει ἅμα ὅπου καθιζησόμεθα. Plut. De musica, καὶ μήτε προάγειν, μήτε ὑστερίζειν, nec præcedere, nec subsequi. (In hac autem signif. datiuo iungitur: accusatiuum tamen habet frequenter apud Matth. & Marcum, vt προάγειν αὐτὸν, & προάγουσιν ὑμᾶς, &c.) Xen. in Cyneget. de canibus fallacibus & vanis loquens, ἐφ' ὅτῳ ἂν τύχωσι προάγουσι, temere procurrunt, Bud. ‖Citatur autem ex Aristot. OEcon. 2, τοῦτο δὲ νῦν ἐστιν προῆγε, pro Ad hūc autem modum progressum faciebat. Sic Luc. in fine dialogi qui Alcyō inscribitur, προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ. id est progredi. Interpres tamē vertit Regredi. Potest vero & simpliciter Ire, vel Iter facere. Athen. de thalamego naui, προάγοντι δὲ ἐπὶ τὴν πρύμνας οἶκος ὑπῆρχε Βακχικὸς τρισκαιδεκάκλινος, Progredienti, Procedenti. Vsurpatur & metaphoricè in hac significatione, vt apud eundem Athenæum, καὶ τέλος πόρρω προαγαγόντες ὕβρεως, ἴσως τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας ὕβριζον, tandem eò petulantiæ euaserunt & progressi sunt. Demosth. ἐστὶ πολὺ προάγει τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι, magnopere in violentiam crudelitatémq. euadit. Bud. ‖Προάγειν etiam dicitur ductor exercitus cum agmine procedens. (vel potius, composito agmine. ita enim legendum existimo apud Bud. pag. 383.) Polyb. Πόπλιος μὲν διαλάξας προῆγε διὰ τῶν πεδίων ἐπὶ τὴν τοῦ Πάδου γέφυραν.

Προάγω, Præcello. in qua significatione Lat. itidem vsurpant Anteeo. Diosc. προάγει δὲ πάντων τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη, καὶ μετὰ ταύτην ἡ χεῖα.

Προηγμένα & Ἀποπροηγμένα, Stoicis peculiaria verba, quæ Cic. Promota & Remota interpret. Idē προηγμένα, vertit etiā Producta, Præposita, & Præcipua: Ἀποπροηγμένα, Reiecta. De finib. lib. 3, Itémque hinc esse illud exortum, quod Zeno προηγμένον, contráque, quod ἀποπροηγμένον nominauit: quum vteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac nouis. quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. quāquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. Sed non alienum est, quo facilius vis verbi intelligatur, rationem huius verbi faciendi Zenonis exponere. Vt enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem

(id enim est προηγμένον) sed eos qui in aliquo honore A
sint, quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum: sic in vita, non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta, nominentur. Quæ vel ita appellemus, (id erit verbum è verbo) vel promota: velut illa, remota. vel (vt dudum diximus) præposita, vel præcipua & illa, reiecta. Re enim intellecta, in verborum vsu faciles esse debemus. Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonum esse nec malū hoc quod præpositum vel præci B
puum nominamus. Itaque, &c.

Προαγωγή, Promotio, Prouectio. Et peculiariter Prouectio ad honores, Auancement ad verbum, vt modò dictum est. vt ὑποδραμὼν τὸν βασιλέα, τῶν φίλων ἐγένετο, μεγίστης τυχὼν προαγωγῆς. quod exemplum affertur ab Eustathio, dicente ἡμῖν hic per προαγωγὴν significari. Conuenit autem hic locus ab eo citatus cū isto Plut. in Apophth. οἱ ἐν προαγωγῇ φίλοι, amici ad dignitatis gradum promoti & euecti. Sic Iosephus, ἐν προαγωγῇ τινὸς εἶναι, pro προηγμένον. Gall. Ilz les auancent. ‖Προαγωγή pro Institutione C
(quæ ἀγωγὴ appellari solet, quasi ductus) citatur ex hoc Polybii loco in eius operum fragmentis, τεθραμμένοι δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξουσίαις καὶ προαγωγαῖς. Sed videtur hic quoque in præcedente significatione potius accipi.

Προαγωγή, Perductio mulierum qualis à lenonibus fit, Lenocinium. vide προαγωγεία, post προαγωγεύω.

Προαγωγός, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Perductor, siue Productor (nam Iuuen. Producere filiam dixit) Leno, Prostitutor. qui alio nomine μαστροπός. Æsch. contra Timarchum, καὶ τοὺς προαγωγοὺς κελεύει κρίνεσθαι ... D
... Theophyl. epist. 51. gen. fœm. ὅτι δὲ τὴν προαγωγὸν προσποιεῖ. Aristoph. Vespis, ἵνα τὰς μούσας αἷσι χρῆται, μὴ προαγωγοὺς ἀποφήνῃ. quod quidam interpr. Ne Musas quibus vtitur in componēdis comœdiis, redderet meritorias & prostitutas. vel, Ne Musas suas prostitueret ad quæstum faciendum.

Προαγωγικός, ή, όν, q. d. Ad lenocinium aptus. Bud. interp. Qui vim habet conciliandi amoris, apud Dionysium Areopagitam, ὅτι αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτὸν ἐστὶ προαγωγικὸς E
καὶ κινητικός.

Προαγωγίς, Idem. VNDE Προαγωγεύω, Perduco, Perductor sum, Prostituo. Gall. Produire, quod Græco ad verbū respondet. Cum accusatiuo, Phocyl. Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον. Sic Aristoph. Nub. Αὐτὴ ἑαυτὴν προαγωγεύουσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν. ‖Metaphorice Προαγωγεύω, Pellicio quibusdam verborum lenociniis, aut aliis artibus. Apud Xen. cum accusatiuo & datiuo, & quidem vtroque personæ, οἶδα μὲν, ἔφη, σε Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύσαντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ. F

Προαγωγεία, Perductio, Lenocinium, προαγωγή. Cicero introductiones mulierum atque adolescentulorum nobilium appellauit προαγωγείας, Epist. ad Attic. lib. 1. Spartianus voce Græca vsus est, & ante eum Suetonius, ita scribens in Nerone, Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, vestali virgini Rubriæ vim intulit. vbi Proagogia est à nominatiuo singulari Proagogium: sed ego Proagogias reponendum puto, addita litera s in fine, quæ facilè omitti potuit. Alioqui certè προαγωγεῖον potius esset locus in quo fierent huiusmodi perductiones. G

Προαγωγία etiam legitur apud Pollucem & Suidam: quæ scriptura si mendo caret, erit à προαγωγός, vt à παιδαγωγός fit παιδαγωγία.

C. Προσάγω, Adduco, Admoueo. cui opponitur ἀπάγω. Aristot. Problem. sect. 31, ὅ μὲν ἐγγὺς προσάγει αὖ τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόρρω ἀπάγει. Luc. προσάξουσι τῷ βωμῷ, aræ admouent. In vulgaribus lexicis citatur προσάγομαι ex Aristotele in eadem significatione, videlicet pro Admoueo. Item Offero. vt Aristoph. Pluto, δεῖπνον κατὰ μικρὸν προσάγειν. Luc. Caucaso, ὅταν ὑμῖν τὰς ἑκατόμβας προσάγωσι, Quum vobis offerunt. Sunt tamen qui interpretantur Adducunt. Chrysost. τοὺς ὑμᾶς τῷ διακόνῳ προσάγειν. H
‖Προσάγω, Adhibeo, Admitto. Isæus, οὐτ' ἐκείνας προσῆγε. Xenoph. προσάγειν τοὺς δεομένους ἡμῖν ἔχειν, qui admissionibus præfectus erat.

Προσάγω, Iniungo, Impono. Aristot. Œcon. de seruis loquens, ἀναγκαῖον καὶ ἐργασίαν ἀναλόγως προσάγειν οἷς τὰ ἐλευθέρια τῶν ἔργων προσάκτεον. Apud Herodot. autem προσάγειν ὅρκους, Deferre iusiurandum, Iureiurando adigere. ‖Προσάγειν πρὸς τὸν δῆμον, siue εἰσφέρειν, Referre ad populum, Bud. ex Aristot. Vide Comm. p. 381.

Προσάγω, neutraliter positum, Accedo, Propè accedo, Appropinquo. Plut. Galba, προσάγειν ἐσπασμένους τὰ ξίφη. Idem in Pol. præcept. καὶ προσάγουσι δι' ἀπάτης τοῖς βασιλεῦσι, Obrepunt regibus, Captiosè insinuātur apud reges. Idem in Pompeio, ἀλλ' ἤδη δὲ τοῖς τεσσαράκοντα ἔτεσι προσῆγε. proximus erat quadraginta annis, Bud. Interdum cum πρὸς in hac significatione: vt apud Hippocr. πρὸς δὲ τι ἐδέσματα προσάγουσι. Hac in significatione passiuam etiam vocem posuit Gregorius, ἵνα μᾶλλον προσαχθῶσι τῇ ἀληθείᾳ, accedant ad veritatem, Bud.

Προσάγομαι, Ad me attraho. Plat. in princ. lib. 5. De republ. καὶ λαβόμενος αὐτοῦ ἄνωθεν παρὰ τὸν ὦμον, ἑαυτὸν τε προσηγάγετο, &c. ‖Item Ascisco, προσποιοῦμαι, Hesych. Item, Allicio, Concilio. Isocr. Plataico, εἰ δὲ μή, τί λέγοντες, ἢν πάλιν γένηται πόλεμος, ἀξιώσετε προσάγεσθαι τοὺς Ἕλληνας; asciscere. Fortasse pro προσάγεσθαι συμμάχους, vt etiam loquuntur. Idem, καὶ τοὺς μὲν κατ' οὐρανὸν προσήκουσι ... μὴ τῷ ποιεῖν ἡμᾶς εὖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσάγονται, Conciliunt, Demereantur. Idem, παρὰ μὲν τῶν ἐκ ... τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς προσάγεσθαι, perlicere. Citatur & προσάγω hac in significatione, ex Plutarcho in Publicola, ἐμμελῶς προσάγω φοβερὸν ἄνδρα. At προσάγεσθαι εἰς πόλεμον, eidem in Rom. videtur esse προσκαλεῖσθαι, quo Hesychius interpretatur hoc verbum, vt modò dictum est. ‖Προσάγομαι σιτίον pro Cibū capio, citatur ex Aristot. in Probl.

Προσαγωγή, Accessus, Aditus. Plut. ἱδρυμένος ἐπὶ χωρίου οὐδαμόθεν προσαγωγὴν ἔχοντος, A nulla parte accessum siue aditum habentibus. Id est, vndique inaccessis. Itē προσαγωγὴ accessus & aditus ad principes, qui datur per illorum emissarios, hinc προσαγωγεῖς dictos, quasi admissionales, vt loquitur Lampridius. Sic Paulus ad Ephes. cap. 2, v. 18, dicit nos habere per Christum προσαγωγὴν ad patrem. i. aditū, vel accessum, vt vet. interp. reddidit. Sunt qui admissionem vertant, de qua interpr. vide in προσαγωγεύς. Idem Paulus ad Rom. 5, v. 2, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν εἰς τὴν χάριν ταύτην. ‖Προσαγωγή, Appropinquatio. vnde προσαγωγὴν ποιεῖσθαι, dicitur imperator à Polybio, id est appropinquare, vel copias suas propius admouere. Gall. Faire les approches, quidam reddiderunt. Eius verba sunt, προθέμενος δὲ τῆς πόλεως κατὰ δύο πύργους ποιεῖσθαι τὴν προσαγωγὴν, κατὰ μὲν τούτους χελώνας κατεσκεύαζε. Quod exponitur in vulgaribus lexicis, Quum proposuisset admotis copiis ad vrbem geminas arces adoriri. Secundum quam interpretationem τῆς πόλεως regetur ab accusatiuo προσαγωγὴν: sed malim à πύργους regere, vt sit ποιεῖσθαι τὴν προσαγωγὴν κατὰ δύο πύργους πόλεως. ‖Προσαγωγή exponitur adiunctio in hoc Thucydidis loco, lib. 1, καὶ τοῦτο ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐξαρτύσασθαι, ξυμμάχων τε προσαγωγῇ καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.

Ἐκ προσαγωγῆς aliquid fieri dicitur quum accessione fit sensim crescente. Luc. in Zeuxide, ἠρέμα καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα, καὶ ἐκ προσαγωγῆς προϊοῦσα. Alia exempla vide apud Bud. pag. 381. 383.

Προσαγωγός, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Vim habens alliciendi, Pellax, Illecebrosus, ἐπαγωγός. Thuc. lib. 1, οὔτε ὡς λογογράφοι συνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον. Greg. ἀδελφοὶ τὰ σοφιστικὰ, καὶ προσαγωγοὶ τῶν λημμάτων, id est (Budæo interprete) conciliatores & interpretes capturarū atque lucrorum.

Προσαγωγεύς, έως, ὁ, Qui aditum præbet, Admissionalis, Lampr. A Budæo exponitur etiam Conciliator, Interpres, Sequester, Emissarius. Plut. in lib. περὶ πολυπρ. dicit tyrannos inuisissimos reddi per eos qui aures illorum & προσαγωγεῖς appellantur. Greg. Christum Seruatorē nostrum προσαγωγέα Dei patris, id est emissarium, conciliatorem & interpretem, vocauit: alludēs ad verbum προσαγωγῆς quo Paulus vtitur. apud quem quidam (vt antè dixi) προσαγωγὴν admissionem verterunt: in qua

interpretatione, admissio passiuè dicitur, qua admittimur: at προσαγωγεὺς est ille qui admittit, & aditum præbet. Quoniam autē qui admissionales erant, iidem & emissarii erant, & velut exploratores, ideo his quoque modis exponitur. A

Προσαγωγίδης, idē Plutarcho est in illo libri περὶ πολυπραγμοσύνης loco, qui & προσαγωγεῖς. Erasm. προσαγωγίδας interpretatur exploratores, in prouerb. Multæ regum aures atque oculi. Meminit & in prouerb. Midas auriculas asini. ‖ Apud Aristotelē Pol. 5, legitur αἱ ποταγωγίδες pro quo Budæus reponit οἱ ποταγωγίδαι, quod idem sit cum προσαγωγίδαι: vt ποδόρρηον Hom. dixit pro προσδόρπιον. Vide Comm. p. 381. B

Προσαγόγιον, ου, τὸ, Instrumentum fabrile quo admoto ligna curua dirigunt, inquit Suidas: cuius verba sunt, τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον, ὃ προσάγοντες ἀπευθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. vbi quidā προσάγοντες interpr. attrahentes. Hesychio est etiam διαβήτης.

C. Συνάγω, Conduco, id est Congrego, Colligo. vt συνάγει ἐκκλησίαν, apud Thucydidem. Sic Herodotus lib. 7, τοῦτο διελέσθαι συνάγει κατ' αὐτὴν χεῖρα. Sic συνάγει τὸ κεφάλαιον, summam colligere, apud Aristotelem. Et ex Demosth. affertur συνάγειν εἰς ἓν pro In vnum colligere, vel redigere: ex Thucyd. συνάγειν εἰς ὀλίγον. Sic dicitur συνάγειν βίον, Comparare victum, Colligere victum. Et συνάγειν φθόνον, apud Demosth. Conflare inuidiam, ad verbum (ex Cicerone) Colligere inuidiam. ‖ Est etiam συνάγειν, Concludere, Ratiocinari. quod & ad verbum reddere possumus Colligere. Bud. citat ex Philopono in Proclum: qui etiam affert συνάγειν, συμπεραίνεσθαι, ex Them. C

‖ Συνάγειν, Contrahere quod apertū est, id est claudere. quo sensu διοίγειν & συνάγειν, itidémque διοίγεσθαι & συνάγεσθαι opponuntur ab Aristotele. Vide Bud. comm. p. 38-. Sic συνάγειν τὰς ὀφρῦς, Aristoph. Neb. Contrahere supercilia. Item, συνάγειν τὸ πρόσωπον, apud Plut. Et συνάγειν τὰ ὦτα apud Xenoph. Suidas συναγομένην λιμὸν τῆς Καρχηδονίων exponit συγχορουμένην. ‖ Ex Herodoto citatur in vulg. lex. συνάγοντες πρῴρην, pro Prorā acuminantes. Apud Suidam εἰς ὀξὺ συνηγμένον ξύλον, in acutum gracilescens. B. vide in Συναγωγή. ‖ Συνάγω, Intendo, Augeo. Greg. ἀεὶ τὰ πάθη ἀλλήλοις συνάγοντες δημιουργεῖ τι καὶ βεβαιότερον. Bud. D

A μοι δυνατός. Sic Isocr. in Paneg. ὥστε οὐ τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων πεπονηκότας [λόγους] πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῆς ἰδίας συμβολαίων σκοποῦσι. ‖Ἀγὼν (inquit Bud.) Iudicium, Periculum: vt καταστῆναι εἰς ἀγῶνα: & καταστῆσαι εἰς ἀγῶνα, Postulatus, Reus, Qui in reatu est (vt periculum Latinè reatum significat.) Demosth. aduersus Neæra 145. & alibi. Sic & Lys. Apud Plat. Pol. 6, εἰς ἀγῶνα καθιστάναι, Periculū creare, In discrimen vocare, Accusare. quum dicit, καὶ ἰδίᾳ ἐπιβουλεύοντες, καὶ δημοσίᾳ εἰς ἀγῶνα καθιστάντες. Hactenus Budæus. qui interpretatur etiam Negotium facessere: B sed hanc interpretationem omisi, vt quæ significationem det his verbis nimis latè patentem. Libanius ἀγῶνα περὶ γνώμην ἀπαγγέλλειν dicit. Notandū est autem ἀγῶνα & κρίσιν ab Isocrate, itidem ἀγῶνας & κρίσεις à Demosthene copulari: quum dicit in orat. Pro corona, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων, καὶ τιμωρίαι, καὶ ἀγῶνες, καὶ κρίσεις πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. Isocr. in Panath. εἰς ἀγῶνα καὶ κρίσιν καταστάντων. Idem Demosthenes contra Midiam ἀγῶνα & κίνδυνον copulat: dicens, εἰ μηδ' εἷς ἐστὶν ἀγὼν μηδὲ κίνδυνος. ‖Sciendum est & hoc, ἀγῶνα non significare C periculum eo duntaxat sensu quo pro reatu vsurpatur à Latinis, sed & secundū primam vocabuli ipsius significationem: vt apud Xenoph. Pæd. 3, νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγών. Id est, Nunc enim vita vniuscuiusque vestrûm adducitur in periculum, Nūc quisque vestrûm venit in discrimen de vita. Sic & apud Euripidē in Medea, Καὶ νῦν ἀγὼν μέγιστος ἢ κακὸν λαβεῖν, Ἢ χρηστόν, &c. Id est, Et hac in re magnum discrimen est. vel potius (vt ego alibi interpretatus sum) Res est plena aleæ & periculi. Eodem modo vsus est Thucydides hoc D nomine, cum duobus infinitiuis, præfixam habentibus particulam ἤ, lib. 1, ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τῇ ναυτικῷ, ἢ ἐγγύτερον καταστῆναι, &c. Existimo Ciceronem ad istam significationem vocis huius alludentem, certamen & discrimen aliquando copulasse. Sed & dimicationem eodem sensu & eodèm respiciens vsurpasse mihi videtur, quum dixit, Qui me amor subuenire olim coegit impendentibus periculis, maxima cum dimicatione capitis. ‖Ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις pro Molestiam exhibere hominibus, citatur ex Esaiæ cap. 7.

E C. Προαγὼν, (q. d. Præcertamen) Præludium certaminis, vt Plut. ἀγροῦ ἡγεμόνων τὸ προαγῶνος οὐκ ἔχει ὁ ἀγὼν τέλος ἐπιεικέστερον. Idē in Bruto προαγῶνες, excursiones ante pugnā, inquit Bud. ‖Προαγὼν, Prælusio actionis oratoriæ, inquit idem Bud. Sic δίκης προαγῶνες, Plut. in Pompeio, ἐγένετο δὲ αὐτῷ τῆς δίκης προαγῶνες οὐκ ὀλίγοι πρὸς τὸν κατήγορον. Æsch. 61, Demosth. 255 κατ' Ἀνδροτίωνος. Erant autem F προαγῶνες apud Athenienses καὶ τοὺς εἰσάγοντας τὰς γραφάς, τὰς προδιαγινώσκοντας, vt notatur apud Demosthenem 203. Vulgaria lexica testantur in priore illo Plutarchi loco προάγωνος legi, non προαγῶνος: sed mendosa est illa scriptura.

C. Ἀγωνάρχης, ου, ὁ, Certaminū præses. Sophocles in Aiace, Καί τἀμὰ τεύχη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς Θήσουσ' Ἀχαιοῖς. Suidas ἀγωνάρχαι exponit per ἀγωνοθέται, quod nomen paulo pòst declarabitur. Eustathius ait Bœotis ἀγῶνα dici ἀγυραί. vnde ἀγυραγόμος qui ἀγωνάρχης.

C. Ἀγωνοδίκης, ου, ὁ, Designator. nam ἀγωνοδίκας Hesychius exponit βραβευτάς. Designatores, inquit Vlpianus, quos G Græci βραβευτὰς appellant. Videtur autem ἀγωνοδίκης ex ἀγὼν & δίκη esse compositum: vt sit iudex certaminum. βραβευτής tamen potius respondet τῷ ἀθλοθέτης, id est Munerarius. Vide aliud compositum ἀγωνοθέτης quod proximè sequitur.

C. Ἀγωνοθέτης, ου, ὁ, Agonum præses & iudex, id est certaminum, Certaminum arbiter, Certaminum moderator. Componitur ex ἀγὼν & θέτης, quod in compositione tantùm vsurpatur, & positorem significat, vt in νομοθέτης: sed hic dispositorem potius sonat. nam Eustathius H ἀγωνοθέτης exponit οἱ τοὺς ἀγῶνας εὖ διατιθέμενοι, id est, qui certamina bene disponunt & administrant. hoc est, omnia quæ ad certamina pertinent. Luc. in Nigrino, ἀγωνοθέτην μέν τινα τῶν πολιτῶν ἀγαθὸν περὶ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι φαιδρὸν εἶχεν ἱμάτιον ἐδικάσατο. i. iudicē ludis præsidetem, B.

Ἀγωνοθέτην, inquit Valla, Græci vocant eū qui certa-

LEOD

mini præsidet propositis præmiis, vt apud Homerum A Achilles, & apud Virgilium Æneas. Idem Valla munerariū vertit. Sed munerarius potius est ἀθλοθέτης. siquidem ἀθλοθέτης ex ἆθλον & θέτης est factum, quasi Præmii aut præmiorum positor. Ait autem Suidas ἀγωνοθέτην esse in scenicis (sub. certaminibus:) ἀθλοθέτην in gymnicis. Hesychius ex Nicandro eādem differentiam affert, musica vocans quæ Suidas scenica.

Ἀγωνοθετέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Præsum certaminibus, Omnia moderor & rego in certaminibus. Thucydides, αἴτιοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες. id est, Qui perperam B hæc certamina constituitis, vt vertit Bud.

Ἀγωνοθεσία, ας, ἡ, Agonothetarum munus, siue officium. Constitutio & ordinatio certaminis, id est eorum quæ ad certamen pertinent. | Ἀγωνοθεσίας per ι citatur ex Sophocle pro ἀγωνοθεσία.

¶ Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad certamen pertinens. Pindarus in Isthm. hym. 4, ἀγωνίοις ἀέθλοις vocat labores certaminū, qui sunt circa certamina, periphrasticè pro ἀγῶνας, vt opinor. alioqui enim ἄεθλος & ἀγὼν itidem certamen significant. Ἀγώνια ἀγαθὰ vocat Gregorius Nazian. in C lib. De vita in solit. transl. Bona contentione summa comparanda, Bud. interprete.

Ἀγώνιος Mercurius à Pindaro dicitur in Isthm. hym. 1, certaminum præses: ποτὶ δ' ἐξενιῶ ὃς ἀγώνιος Ἑρμᾶς Ἡροδότῳ ἔπορεν, &c. Eodem sensu ἐναγώνιον eum appellat in Pythiis. Hesychio quoque ἀγώνιοι θεοὶ sunt certaminū præsides. At Eustathius ἀγωνίους θεοὺς vult esse apud Æschylum τοὺς ἀγοραίους, id est fori præsides, aut qui in foro coluntur: vt Suidas ἀγοραῖον Mercurium appellari ait ex eo quòd colatur ἐν ἀγορᾷ, id est in foro. D

Ἀγώνιος, Angulo carens, vide infrà. item Ἀγώνιος ab ἀγωνία, vide post ἀγωνία.

C. Ἐναγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad certamina pertinens, Certaminibus conueniens, seu ludis aut spectaculis. vt Plut. Symposio dixit de Arione, τὸν γὰρ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ornatū certaminum, siue commissionum. id est, quo solebat vti in certaminibus & commissionibus. Lucianus autē ἐναγώνιον νόμον dixit legem athleticā, vbi scribit, μονομαχοῦντες παρὰ νόμον τὸν ἐναγώνιον. Sic & ἐναγώνιος appellatur Mercurius ab Aristoph. in Pluto, E tanquam certaminum præfectus & ἀγωνοθέτης, vel ἀγῶνας ποιῶν, sequendo genus loquendi quo ibidem vtitur. | Ἐναγώνιος, Qui in certamine versatur. Bud. ex Chrysost. in epist. ad Titum, cap. 1, τοῖς μὲν παλαιοῖς ἀνθρώποις ἅπας ὁ βίος ἦν ἐν τρυφῇ καὶ ἐναγώνιος, ἡμῖν δὲ ῥᾳθυμίας μεστός. Itē Ἐναγώνιος Ad certamen compositus & comparatus, Certamini accinctus. Synes. epist. 67 ἦν ἡ πορεία, καὶ ὁ δῆμος παρῆν πάλιν ἐνστατικὸς καὶ ἐναγώνιος. A Plut. ἐναγώνιος ἐσθὴς appellatur quæ & στρατηγικὴ, (Lat. paludamentum) quæ in prælio gestabatur. q. d. Vestis militaris. In vulg. lex. ex Bud. F epist. post. citatur ἐναγώνια ὄργανα, pro instrumentis quibus in bello vtūtur. Et ex Polybio, παρακελευσμὸς ἐξ ἀμφοῖν ἐναγώνιος, pro Certatim vtrinque adhortatio. At Budæus apud eundem Polybium κατὰ τὰς ἐναγωνίους περιστάσεις interpr. In pugna conferta. | Et quia ἀγὼν vocatur interdum actio forensis, ἐναγώνιος pro forensi ponitur nonnunquam, vt à Dionys. Halic. qui etiam ἐναγώνιον ac δικανικὸν pro eodem interdum vsurpat, vt Bud. obseruauit. In vulgaribus lexicis ex Sulpitio Victorino ἐναγώνιος λόγος exponitur Certatiua oratio, vt idem sit quod ἀγωνιστικός.

Ἐναγώνιος, Trepidus, vide post Ἀγωνία.

C. Ἐξαγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ. Ad certamen no pertinēs, Qui est extra certamē, ἔξω τοῦ ἀγῶνος. Metaphoricè ἐξαγώνια vocantur Quæ ad causam non pertinent, vel ad ipsam quasi concertationem causæ: aut generalius Quæ ad rem de qua agitur non pertinent: quæ sunt πάρεργα, vel ἀποπεπλανημένα. Luc. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐξαγώνια, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος, (quod alibi dicit ἔξω τοῦ ἀγῶνος, vt suprà docui) id est, Hæc ad rem de qua agimus, non pertinent, Hæc sunt H per digressionem dicta, vt interpr. Budæus: addens, τῷ ἐξαγωνίῳ opponi ἐναγώνιον. Talem huius vocis ἐξαγώνιος vsum Suidas ex Æschine affert.

¶ Ἀγωνίζομαι. F. ίσομαι (& Atticè ἀγωνιοῦμαι, vsitatissimū) P. ισμαι, Certo, Certamen ineo, In certamen venio, Dimico. A Absolutè positum aliquando, vt ἐπειδὴ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἠγωνίσατο. Apud Philostratum nonnunquam cum accusatiuo, vt ἀγωνίζομαι τὰ Ὀλύμπια. Sic ἀγωνίζομαι ἀγῶνα, apud Platonem, & ἀγωνίζομαι μάχην, apud Plutarchum & ἀγωνίζεσθαι στάδιον, apud eundem Currere stadium, vt loquitur Cicero. id est, inire certamen cursus in stadio. Sic autem & ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα (quod exponitur Agere fabulam) propriè est Actione fabulæ certare aduersus alium. Vide infrà. Dicitur & ἀγωνίζομαι πρός σε, aut σοι (Tecum certo, Congredior tecum) cum accusatiuo B personæ, præfixa præpositione, aut cum datiuo. vt Xen. Pæd. 1, ἵνα δέῃ ἃ σὺ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον. Vbi non solùm accusatiuus est personæ, sed & accusatiuus rei. vt ita dicere liceat, ἀγωνίζομαι τοῦτο πρός σε, Hanc rem decerto tecum. pro, hac de re tecum certo. Cum περὶ autem, vt Dem. Pro corona, ἀγωνιζομένων περὶ προτεραίων καὶ τιμῆς καὶ δόξης. Dicitur & cum ὑπὲρ, sed alio sensu. nam ἀγωνίζεσθαι περὶ δόξης dicitur is qui de gloria certat siue dimicat, aut assequenda, aut conseruanda: at ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ ἐλευθερίας, apud eundem Demosth. ibidem est dimicare pro tuenda & conseruanda libertate. C

Ἀγωνίζεσθαι, Præliari, Prælium inire, πολεμεῖν, apud Xenoph. in ἀπομν. vt ἀγὼν significat aliquando πόλεμον. Sic apud Thucydidem lib. 1, ἔξεστι πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶν ἀγωνίζεσθαι.

Ἀγωνίζεσθαι, Agere fabulam, id est ὑποκρίνεσθαι. vt ἀγὼν Actio fabulæ, apud Aristotelem De poetica. Est autem propriè ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα, Actione fabulæ certare aduersus alium, Agere fabulam proposito aduersus aliquem de eo certamine. quo sensu ad primam significatio- D nem pertinet τοῦ ἀγωνίζομαι. Ponitur tamen ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα simpliciter pro ὑποκρίνεσθαι. nam pro eodem à Demosth. ponuntur eodem in loco orationis περὶ παραπρεσβείας. Itē ἀγωνίζεσθαι, διηγεῖσθαι (inquit Bud.) Aristot. de poeta in persona sua loquente.

Ἀγωνίζεσθαι, Certare iudicio, vt faciunt qui causam orant apud iudices. Ἀγωνίζεσθαι, inquit Budæus, dicitur de oratoribus pro Orare causam, apud Demosth. vnde ἐπαγωνίζεσθαι, Secūdo loco orare. Sic ἀγωνισταὶ à Plutarcho appellantur δίκαι. Hactenus Budæus. Ita autem apud Plu- E tarchum intelligi debet ἀγωνιζομένων in lib. De audiendo, δεῖ δὲ τῆς μὲν λέξεως καὶ προφορᾶς τῶν ἀγωνιζομένων ἀφαιρεῖν καὶ ἀπαλλοτριοῦν τὴν διατριβήν. Apud Lucianum autem ἀγωνίζεσθαι ἔφεσιν, Prouocationis causam iudicio persequi, Appellationem in iudicium deducere.

Ἀγωνίζεσθαι, inquit Budæus, Causam dicere, Periclitari iudicio, Demostheni vbiq;. vt ἀγωνίζεσθαι ψευδομαρτυριῶν, Falsi causam dicere, Reum falsi esse. Et ἀγωνιζόμενος ξενίας, peregrinitatis postulatus. Quin & κατὰ Τιμοκράτους vocat ἀγωνιζόμενον νόμον quem ipse accusat vt abrogan- F dum. Hactenus Budæus. Vidēdum autem num in hoc postremo loco ἀγωνιζόμενον in passiua significatione accipiendum sit, vt & in hoc loco contra Midiam, ἀγωνιεῖται δὲ καὶ κριθήσεται τὸ πρᾶγμα νυνί. vbi de re loquens hæc duo verba copulauit, vt de persona alibi, vbi dicit, οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς κρινομένοις καὶ ἀγωνιζομένοις ὁ νόμος, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀκρίτοις. | Sciendum est præterea, vt ἀγὼν non solùm de periculo dicitur eius qui adducitur in iudicium & qui accusatur: sic ἀγωνίζεσθαι pro Periclitari generaliter accipi.

G Ἀγωνιστέον, Aduerb. positionis, Certandum est. Xenophon Pæd. 1, ἵνα δέῃ ἃ σὺ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον. & Ἀγωνιστέος, τέα, τέον, quasi gerundiuum nomen Latinis, Certandus, da, dum. Herodot. Terpsichore, φάμενοι σὺν βαρβάροισι ἀγωνιστέον εἶναι τὸν ἀγῶνα.

Ἀγώνισμα, ατος, τὸ, ab ἠγώνισμαι prima præteriti τοῦ ἀγωνίζομαι, Certatio, Certamen. Plut. Sympos. 8, κούφων δὲ καὶ βαρέων ἀγωνισμάτων ὄντων. | Itē Palma, id est præmium certaminis, vt tradunt Suidas & Hesychius: & hoc fortasse significat apud Thucydidem lib. vlt. ὑπερέχειν τὸ ἀγώνισμα περιεῖναι. H

Ἀγώνισμα, à Suida exponitur σπουδὴ, ἐπιμέλεια, i. Studium, Diligentia, hoc in loco, ἀγώνισμα ἐποιοῦντο συλλαβεῖν αὐτόν. Sic Aristid. in Panathenaico, ἐν ἀεὶ τοῦτ' ἀγώνισμα ποιούμενος, In hoc vnū omni studio & omni virium contentione incumbens. Apud Herodotum autem ἀγώνι-

σμα videtur sumi pro egregio facinore: quum dicit, καὶ ἀγώνισμα τῶν μέγα ποιοῦνται, κτίσαντες ὁμοίως μύρμηκας τι καὶ ὄφεις. A

Ἀγώνισμα, Ostentatio quæ fit in turba, siue apud turbam, ab eo videlicet qui specimen ingenii sui vult edere. ἀγωνισμάτων enim exponit Hes. ὀχλικῶν ἐπιδείξεων. Dicitur auté de sophistis sæpissimè ἐπιδείκνυσθαι & ἐπίδειξις. & fortasse ἀγώνισμα significatione huic affinem habet apud Thucyd. lib. 1, quũ dicit, κτῆμα τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. vt (à sophistis traslatione sumpta, ingenii ostentandi causa decertantibus orationum politarum & comptarum scriptione) ἀγώνισμα vocet ludicram quandam & ostẽtationis plenam orationem. Ac tale quid esse videtur comissio Latinis quale ἀγώνισμα, exponendo cum Hesychio ὀχλικὴν ἐπίδειξιν. adeo vt apud Suetoniũ Cõmissionibus reddi possit ἀγωνίσμασι, quum dicit in Augusto, Admonebatq; Prætores ne paterẽtur nomen suum commissionibus obsolefieri. Scholiastes Thucyd. ἀγώνισμα exponit dulcẽ sermonem, itidem, vt opinor, alludens ad sophistarum orationes. Aut ἀγώνισμα (inquit) Spectaculum, Ludicrũ, (ita expono apud eum παιδιά) Poeticum ἀγώνισμα comicorum, aut tragicorum. B C

Ἀγώνισμα, Actio fabulæ. Apud Aristotelem, de scenicis, ἀγώνισμα ποιεῖν, pro ἀγωνίζεσθαι, fabulam agere. Item Recitatio ab Aristotele ita dicitur, vbi loquitur de poeta narrante, vt Bud. ait.

Ἀγωνισμός, οῦ, ὁ, Certatio, itidem vt ἀγώνισμα, & itidem ab ἀγωνίζομαι formatum. Dion historiæ lib. 16. μάχαι καὶ ἀγωνισμοὶ τῶν στρατιωτῶν [illegible]. Hes. ἀγωνισμόν exponit ἀντιλογίαν, id est disceptationem, altercationem. D

Ἀγωνιστής, οῦ, ὁ, Certator, Qui certat gymnica certamina, Athleta, Pugil. Lucianus, οὐ θεατὴν, ἀλλ᾽ ἀγωνιστὴν ὀλυμπίων παρέχει ἑαυτόν. Libri 2 Epigr. titulus primus est εἰς ἀγωνιστάς, id est In pugiles. quanquam pugiles peculiari nomine dicuntur πύκται. Apud Plut. in Themistocle, ἵπποι ἀγωνισταὶ, equi certatores, i. equi ad certamina exercitati. Horatius dixit equum in certamine primum, primum inter equos ἀγωνιστάς. ‖ Interdum genitiuo iungitur hoc nomen pro certante de re qualibet. vt ἀγωνιστὴς ἀληθείας, apud Plutarchum, Certans pro veritate. ad verbum, Certator veritatis: Latinè, Propugnator veritatis. Sic apud Xenophontem, ἀγωνιστὴς ἡγεμονίας. E

Ἀγωνιστής, Actor scenicus, Ludio, Histrio. ἀγωνισταί, οἱ ὑποκριταί, Hes. Sic apud Athen. 12, ποιήσας οἱ ἀγωνισταὶ ἐπιδείξειν πρῶτον τὸν βασιλέα. Demosth. contra Midiam, περιεβάλετο [illegible] τοὺς κριτὰς τῶν ἀγωνιστῶν αὐτῶν.

Ἀγωνιστήριον, Locus certaminis, id est, In quo certamen committitur, inquit Hesychius. Aristid. in Panath. ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀγωνιστηρίῳ τοῖς θεοῖς αὐτήν. ‖ Item ἀγωνιστήρια, Quæ dantur certatoribus, ait idem Hesychius: & ita ἀγωνιστήριον idem valebit quod ἆθλον. F

Ἀγωνιστικός, ή, όν, Certatorius, ad ἀγωνιστὰς pertinens, id est certatores. ἀγωνιστικὴ τοῦ σώματος ἀρετή, Aristot. Rhet. 1. Idem ibidem, ἀγωνιστικὴ δύναμις, Apta corporis constitutio ad obeunda gymnica certamina. Ἀγωνιστικός etiam dicitur is qui aptus est ad certamina.

Ἀγωνιστικὸς λόγος (inquit Bud.) ab Aristotele dicitur sophistarũ, eodẽ sensu quo ἐριστικός, qui & ipse est sophistarũ. quorũ ars non solùm ἐριστική, sed etiam περὶ λόγους ἀγωνιστικὴ à Platone dicitur. Hactenus Budæus, non explicãs Latinè ἀγωνιστικός nec ἀγωνιστική. sed videtur reddi posse λόγος ἀγωνιστικός, oratio altercatoria, vel disceptatoria. itidem ars ἀγωνιστική, altercatoria. G

Ἀγωνιστικῶς, Aduerbium, Certatoriè, Certatorum more. Budæus dixit ἀγωνιστικῶς ἔχω, pro Certare cupio, Certandi desiderio teneor. ‖ Alex. Trall. pag. 142 editionis patris mei, ψυχρὸν δὲ καὶ μὴ τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστὸν ἀγωνιστικῶς. ὅτι δὲ ὀνομάζειν εἰώθαμεν, ὅταν ἅπαξ τε ᾖ ψυχρότατον καὶ πολὺ δώσωμεν. Id est, Frigida autem in vigore morbi vtẽdum est ἀγωνιστικῶς. Dicimus autem ἀγωνιστικῶς, quum semel & frigidissimam & multam damus. H

Ἀγωνιστὶ pro eodem, in vulg. lex.

C. Ἀναγώνιστος, ὁ & ἡ, Qui non certat. vt ἀναγώνιστος ἀθλητής apud Xenoph. Qui certamen non experitur, Iners. Ex Platone autem De legibus citatur ἀναγώνιστος περὶ ἀρετῆς pro Ad virtutis certamen impotens seu ineptus. Sed malim abesse περί.

C. Πρωταγωνιστής, Δευτεραγωνιστής, Τριταγωνιστής, Histrio qui primas partes fabulæ, Qui secundas, Qui tertias agit. (nam tres tragœdi fabulam absoluebant, vt Bud. ex Laertio obseruauit, Comm. pag. 113.) vnde verba Πρωταγωνιστεῖν, Δευτεραγωνιστεῖν, Τριταγωνιστεῖν. Πρωταγωνιστής, οῦ, ὁ, Qui primas partes in scena agit. Plutarchus in Politic. præcept. ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα μισθωτῷ τῷ τὰ τρία λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι, &c. Vbi pro τὰ τρία reponendum censeo τὰ τρίτα, vt declarabo mox in Τριταγωνιστεῖν. Interdum additur genitiuus δράματος, vt apud Lucianum De cal. ὥσπερ μὲν δὴ εἰ δοκῶ, παραχωρῶμεν τὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ δράματος λέξω δὲ τὴν ποιητὴν τῆς διαβολῆς. vbi Phil. Mel. πρωταγωνιστὴν τοῦ δράματος vertit Actus principem, & quasi præsultorem. Sic apud Pollucem, τοῦ τε πρωταγωνιστοῦ τοῦ δράματος, vt paulo pòst dicetur. ‖ Πρωταγωνιστής Œcumenio in Acta, est Antesignanus. ἔνθα γὰρ πλείων ὁ πόλεμος, ἐκεῖ παρατάττεσθαι τοὺς πρωταγωνιστὰς ἔδει. Transfertur & ad quemlibet qui primum in quouis certamine atq; adeo in quouis negotio locũ tenet, princepsque est. HINC Πρωταγωνιστέω, ῶ, id est Πρωταγωνιστής εἰμι, Primas partes in scena ago. ‖ Non solùm autẽ de actoribus scenicis dicitur, (inquit Bud.) sed etiam de oratoribus, ἐπὶ δὲ τὴν πρωτολογίαν λαχόντων, Primam orationem habeo in iudicio. Liban. apud Demosthenem pag. 190, πρωταγωνιστήσαντος Λυκούργου, καὶ μικρά, μᾶλλον δὲ οὐδέν, καταλείποντος εἰς ἐπίδειξιν τῶν θεωρημάτων τῷ ῥήτορι. Sic δευτεραγωνιστῶ pro δευτερολογῶ. ‖ Apud Plutarchum περὶ μουσικῆς pro Primas partes obtineo, id est præcipuas, pag. 661, πρωταγωνιστούσης δυνατὸν [illegible]. Ab Aristotele iungitur accusatiuo, & dicitur πρωταγωνιστῶ τόδε (inquit Budæus) pro Imprimis polleo hoc certamine, vel Primas partes huius certaminis obtineo, Pol. 8, ὥστε τὸ καλὸν ἀλλ᾽ οὐ τὸ θηριῶδες δεῖ πρωταγωνιστεῖν, In honesti certamine ante alios eminere, no in feritatis atq; immanitatis. hoc est ἀγωνίζεσθαι τὸ καλόν.

Δευτεραγωνιστής, Qui secundas fabulæ partes agit. ‖ Lucianus metaphoricè vsus est in Peregr. pag. 391, καὶ μάλιστα ὁ γεννάδας ὁ ἐκ Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, οὐ φαῦλος δευτεραγωνιστής. Demosthenes itidem metaphoricè δευτεραγωνιστὴν appellauit quasi optionem & secundas partes negotii suscepti tractantem, quasi secundarium proditorem, ὁ δὲ περὶ [illegible] pag. 144, καὶ ἔχων Ἴσανδρον δευτεραγωνιστήν. Sic apud Ciceronem Marci Crassi quasi secundarius, id est ὃς ἦν τῷ Κράσσῳ ὡς ἂν δευτεραγωνιστής, inquit Budæus comm. pag. 113. HINC Δευτεραγωνιστῶ pro Secundas fabulæ partes ago. Item Δευτεραγωνιστῶ, Secundã orationem habeo in iudicio, δευτερολογῶ, Bud. 113.

Τριταγωνιστής, Qui tertias fabulæ partes agit & vltimas. vt in vita Æschinis legitur, γενόμενον δὲ μισθωτὸν φασὶν ὑποκριτῶν τραγῳδίας, ὥστε τριταγωνιστεῖν. vnde hoc illi Demosthenes probrosè obiicit, Pro corona, τὸ τρίτον ἔστι τι λίθον καὶ περίδειπνον καὶ τριταγωνιστής. Ibidem, ἐμὲ δὲ ὁ τριταγωνιστὴς τὸν περὶ, &c. Et in oratione περὶ παραπρ. dicit τριταγωνιστὰς fuisse tanquam γέρας τὸ ἐξαίρετον, τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι. Æschinem (inquit Suidas) τριταγωνιστὴν appellat Demosthenes, ὡς ἀδοκιμώτατον τῶν ὑποκριτῶν ἐν τρίτῃ τάξει καταταχθέντα. Hinc fit vt τριταγωνιστής de vili & contempto homine dicatur. HINC Τριταγωνιστῶ, Tertias fabulæ partes ago, Demosthenes Pro corona, ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ᾽ ἐθεώρουν. Sciendum est autem Demosthenem τὰ τρίτα λέγειν dicere pro τριταγωνιστεῖν, paulo ante illum quem citaui ex orat. περὶ παραπρ. locum, vbi scribit, τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα οὐδεπώποτε οὔτε Θεόδωρος οὔτ᾽ Ἀριστόδημος ὑπεκρίνατο, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν· ἀλλὰ Μόλων ἠγωνίζετο, καὶ εἰ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν. Ex hoc autem loco emendo illum Plutarchi à me modò citatum in πρωταγωνιστής, & τῷ τὰ τρίτα λέγοντι repono. cuius emẽdationis alibi iampridem admonui. Obseruandũ est autem, etiam Theodori histrionis ab vtroque fieri mentionem.

C. ἈΝταγωνίζομαι, In certamine oppono me alicui, Prælio aliquem excipio. Cum dat. Xenophon Pæd. 1, τούτῳ μὲν δοκῶ αἰσχρὸν εἶναι τὸ δυνάμενος αὐτοῖς ὄντας ἀποφῆναι, καὶ μὴ ἐθέλειν ἴσους αὐτοῖς ἀνταγωνιουμένους. Item Ἀνταγωνίζομαι pro

Aduersor, id est Refragor, apud Thucydidem.

Ἀνταγωνιστὴς, οῦ, ὁ, Qui in certamen prodeunti se opponit, Qui certamen suscipit aduersus alium, Aduersarius. Plut. Alex. τῶν περὶ αὐτὸν ἀποπειρωμένων εἰ βούλοιτ' ἂν ὀλυμπιάσιν ἀγωνίσασθαι στάδιον (ἦν γὰρ ποδώκης) εἴγε ἔφη βασιλεῖς ἔμελλον ἕξειν ἀνταγωνιστάς. Vbi animaduerte priore loco esse positum simplex ἀγωνίσασθαι, & ἀνταγωνιστὰς esse qui se opponunt τοῖς ἀγωνιζομένοις. Apud Isocratem exponitur Æmulus: παρασκεύαζε σαυτὸν τῶν μὲν ἐλαττόνων κριτὴν, τῶν δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστὴν, Ita te compara vt inferiorum sis iudex, superiorũ æmulus. Sic ἀνταγωνιστὴς περὶ τῆς βασιλείας, æmulus regni. Dicitur & sine præpositione, vt apud Demosthenem Philipp. 1 & 4, ἄρχειν βούλεται οὗτος δ' ἀνταγωνιστὰς μόνους ὑπείληφεν ὑμᾶς, de hoc autem sibi aduersus vos solos esse certamen existimat.

C. 1. Ἀνανταγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui nullus in certamine se opponit, vel se opponere potest, Aduersus quẽ nemo certare potest. Vnde pro inexpugnabili & inuicto ponitur. Thucyd. lib. 2, φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. Herodianus ἀρχὴν ἀνανταγώνιστον & στρατὸν ἀνανταγώνιστον, inuictum, insuperabilem, vel inexpugnabilem, dixit.

C. 1. Δυσανταγωνιστὴς, in vulg. lexicis, Molestus aduersarius.

C. Διαγωνίζομαι, Decerto, Dimico, Prælior. vt διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, apud Xenophontem Pæd. 1. Dicitur & διαγωνίζομαί σοι τοῦτο, vt apud eundem, ἵνα διαγωνίζονται οἱ ἄλλοι πρὸς ἀλλήλους. ¶Item Διαγωνίζομαι, Certo ad finem, siue ad extremam dimicationem, vt διαμάχομαι, Bud. ex Æschine. Sic ex Luciano citatur διηγωνισμένος μέγαν ἀγῶνα pro Magno certamine liberatus. ¶Gaza διαγωνίζεσθαι accepit & pro Conari, quum apud Cic. Tanta conati sunt, vertit τοσαῦτα διηγωνίσαντο.

C. Ἐναγωνίζομαι, vt ἐναγωνίζομαι τούτῳ τῷ τόπῳ, hoc in loco certo. Plutarchus, τόπος ἀφωρισμένος τοῖς ἐν τοῖς κρατοῦσιν ἐναγωνίζεσθαι. ¶Thucydides, θεοὶ καὶ ἥρωες ὅσοι τὴν γῆν Πλαταιΐδα ἔχετε ξυμμαρτυρήσατε... ἐναγωνίζεσθαι τοῖς Ἕλλησιν, qui fauistis Græcis aduersus Medos pugnantibus, Bud.

C. Ἐπαγωνίζομαι, Post alium certo. vt Greg. in Encomio Macc. προηγωνίσατο πατὴρ, ἐπαγωνιοῦνται παῖδες. Et ἐπαγωνίζεσθαι, Secundo loco causam orare, vel Perorare, vt inquit Budæus, citans hæc ex Libanio in argum. orat. in Androt. κατηγοροῦσιν γὰρ αὐτοῦ δύο ἐχθροὶ, πρότερος μὲν ὁ Εὐκτήμων· δεύτερος δὲ ὁ Διόδωρος ἐπαγωνίζεται τούτῳ τῷ λόγῳ. ¶Apud Plutarchum autem in Fabio, ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, exponitur, Certamẽ cum Annibale repetens, Iterum cum Annibale certans. Apud eundem autem in Numa, ἐπαγωνίζονται τοῖς ἔξωθεν τεκμηρίοις, nituntur externis coniecturis. Secundum quam interpretationẽ ἐπὶ vacaret, aut epitatica esset.

C. Καταγωνίζομαι, Certamine vinco, Expugno, Debello. καταπολεμέω. Lucianus, τὰ θεῖα καταγωνιζόμενος. Plutarch. Numa, καταγωνισάμενος Πομπήϊον, qui superauit vel debellauit Pompeium. Apost. 11 ad Hebr. κατηγωνίσαντο βασιλείας. HINC Καταγωνισμὸς, Expugnatio, Subactio, citatur ex Thucydide.

C. 1. Ἀκαταγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inexpugnabilis. Chrysost. De sacerdotio, τὸ δυσθήρατον τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον καὶ ἀνήμερον θηρίον. ET Δυσκαταγώνιστος, Expugnatu difficilis, δυσκαταμάχητος, apud Thucydidem. CONTRA Εὐκαταγώνιστος, Expugnatu facilis. vnde ex consequenti accipitur pro parum valido.

C. Προαγωνίζομαι, Ante alium certo, aut pugno. vt in illo loco quem modo ex Gregorio citaui in Ἐπαγωνίζομαι. Προαγωνίζομαι, Antea pugno. Herodianus libro 3, αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιπεσοῦσα ἡ στρατιὰ καὶ οὐ προαγωνισαμένη δυνάμεως, quæ antea non pugnauerat. Sic apud Thucyd. lib. 4, pag. 161, ἐξ ὧν τι προηγωνίσαντο τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν, id est προεπολεμήσαντο. at Valla errauit in sua interpr. quã tamen sequuntur vulg. lex. ¶Προαγωνίζομαι, Certo pro aliquo, siue Pugno, Propugno. Philo, ὧν ὑπερμαχεῖν καὶ προαγωνίζεσθαι, καθάπερ ὑπέρ τινος. HINC Προαγωνιστὴς, Propugnator, Defensor. Luc. De salt. ἀλλὰ τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν, προαγωνιστὰς ἐκάλουν. ET Προαγώνισμα in vulg. lex. Præiudicialis causa.

C. Συναγωνίζομαι, Vnà cum alio certo, q. d. Concerto, Certantem adiuuo, Certaminis socius sum, Ponitur pro Opem fero, Auxilior: Thucydides lib. 1, καὶ αὐτοὶ ὑπερχομένου ξυλλήψεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀπούσης ξυναγωνιουμένης. Sic & alibi sæpe apud eundẽ. Συναγωνίζομαι τούτοις apud Demosth. Ad hæc conficienda operam meam vna impẽdo. ¶Συναγωνίζομαι apud eundẽ Dem. pro συνηγορῶ, Patrocinor, inquit Bud. Qua in significatione citatur & ex Platone in epist. πολλοῖς συνηγωνισάμην, Multos meo patrocinio iuui. HINC Συναγωνιστὴς, Certaminis socius, Certanti opitulans.

ἈΓΩΝΊΑ, ας, ἡ, Certamen, ἀγὼν apud Xenophontem, Suida teste, qui tamen exemplum non profert: sed possit in illius Pæd. 2 inueniri. Verùm & Isocr. ita vsus est in Euagora, εἰ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες. Sic & Plato in Gorgia, δεῖ μέντοι ὦ Σώκρατες τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι ὥσπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ. ¶Φιλονεικία, ἅμιλλα, ἀγωνία ἔστι, pro eodem apud Platonem de certaminibus loquentem, inquit Budæus. Idem ait ἀγωνίας pro gymnastica poni hoc in loco, qui est libro De legibus 6, μετὰ δὲ ταῦτα χρεὼν ἀγωνίας ἀθλοθέτας αἱρεῖσθαι τῆς περὶ τὰ γυμνάσια ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων. Quanquam non ἀγωνία per se significat hic gymnasticam, sed ἀγωνία ἡ περὶ τὰ γυμνάσια. ¶Hesychius ait ἀγωνίας palæstram significare, item bellum, apud Eurip. in Troadibus.

Ἀγωνία, Angor, Trepidatio, Animi æstuatio. Ἀγωνία, (inquit apud Etymol. Orion) de eo qui in certamen descensurus est: per catachresin autem pro timore simpliciter ponitur. Id est, Ἀγωνία propriè est timor quo corripitur is qui in certamen descensurus est: sed per catachresin ponitur pro quouis timore. Laertius ἀγωνίας exponit φόβον ἀδήλου πράγματος, id est timorem rei incertæ ac dubiæ. Aristot. in Probl. ἀγωνίας esse ait timorem quendam quo percellimur opus aliquod aggressuri. Damascenus ἀγωνίας esse dicit φόβον ἀποτυχίας, id est metum excidendi, incœpto videlicet, aut spe. Demosthenes Pro corona, οὗτος δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. quo in loco aliquid amplius ἀγωνία significat quàm timorem, alioqui enim cõtentus fuisset Demosthenes dixisse φόβῳ. Vide alia in verbo sequenti Ἀγωνιᾶν, ab hoc nomine deducta.

Ἀγωνία ab Hesychio exponitur etiam Fractio, item ἀγοραία. Vt fractionem significet, ab ἄγω deducendum est: vt ἀγοραίαν, id est forensem, ab ἀγὼν Bœotorum lingua ἀγορὰν significante, sicut antea dictum est. nec pro substantiuo nomine sed pro adiectiuo accipiẽdum est, vt sit ἀγώνιος, ἀγωνία, ἀγώνιον. quanquã & ἀγώνιος vtrique generi seruit.

Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Trepidationem aut angorem afferens, seu habens, ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐμποιῶν. Soph. Aiace, τοιᾶσδ' ἐπὶ ταῖσδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ. vbi tamen & ἐναγωνίῳ posse significare tradit Demetr. Triclinius. Alter autem scholiastes priorem deductionem sequitur ex ἀγωνία.

C. Ἐναγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pauidus. Apud Basil. 94, ἔνδειμον & ἐναγώνιον pro eodem poni scribit Budæus: qui tamen miscet cum ἐναγώνιος significante Compositum vel accinctum ad certamen: at ego ad ἀγωνία referendum putaui.

¶Ἀγωνιάω, ῶ, F. άσω, P. ακα, Certo, ἀγωνίζομαι, apud Isocratẽ, teste Suida.

Ἀγωνιᾶν, Anxium esse, Dolere vel angi metu, vt scribit in lexico Budæus, citans hunc Plutarchi locum in Cæsare, de Bruto, ἐφ' ᾧ λέγεται μὲν φανερὸς γενόμενος ἀγωνιάσαι, ὡς τεθνηκότος· δοκεῖ καὶ περιχαρὴς γενέσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐκπλαγῆναι. id est, Doluisse tanquam ob mortuum, vel Sollicitus & metuens ei fuisse. Et in Demetrio, ὡς εἰκὸς ἦν διαγωνιᾶσθαι τοὺς περὶ τῶν πραγμάτων πλείστων ἀγωνιῶντας. Item Ἀγωνιᾶν, Vereri, Timere, cum accusatiuo. Polybius, ἀγωνιῶν τὴν τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. Hactenus Bud. Notandum est autem ἀγωνιᾶν dici etiam eum qui alioqui metu vacuus sit: vt apparet ex hoc Aristotelis loco, Rhet. 1, καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶσι, μὴ φοβούμενοι, [καλά ἐστι] περὶ γὰρ τῶν πρὸς δόξαν φερόντων ἀγαθῶν τοῦτο πάσχουσι. id est, Honesta sunt etiam ea de quibus agonia percelluntur, metu carentes. nam de bonis quæ ad gloriam tendunt, sic animo afficiuntur. Idem libri eiusdem Rhet. 2, ἀλλὰ δεῖ τινα ἐλπίδα ὑπεῖναι σωτηρίας περὶ οὗ ἀγωνιῶσι. Damascenus (recens quidem autor, sed veteres, vt opinor, sequutus) ἀγωνία, φόβος ἀποτυχίας...

σιως, ἢ γύιαν ἀποτυχίας. φοβούμεθα γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως, ἀγωνιῶμεν. Dicendum igitur puto ἀγωνιᾶν duobus modis vsurpari: Nonnunquam simpliciter pro Timere, & tum non solùm accusatiuo iungitur (vt in superiore exemplo Polybii) sed & infinitiuo: vt apud eundem, τὸ μὴ ἀγωνιᾶν λέγειν τὸ φαινόμενον. item cum subiunctiuo, præfixa particula μὴ, vt apud eundem, ἀγωνιῶντες μὴ διαμαρτάνωσι τῆς ἐπιβολῆς. Nonnunquam verò significare Anxiũ esse ob dubitationem de euentu rei alicuius, non tam ne malum aliquod nobis accidat, quàm ne bonum aliquod speratum non eueniat, aut ne voti compotes esse non possimus. Breuius, ἀγωνιᾶν esse Æstuare dubitatione de sperato bono. Sic & ἀγωνίαν, quum ἀπὸ τοῦ φόβου distinguitur, æstuantem dubitationem de sperato bono intelligemus, sequendo definitiones paulo antè expositas. Sed & æstum vel æstuationem simpliciter interpretari poterimus non malè, quum vehementissimũ quendã metũ declarare voluerimus. Qui autem ἀγωνίαν reddunt angorem, videntur voce quidem significãtissima vti: sed ἀγωνία existimo esse aliquid magis repentinum quàm angorẽ. Nec verò prætermittẽdum est quod tradit Græcus quidam grammaticus, Qui timent ne excidant eo quod cupiunt, (id est ne non assequi possint) dicuntur ἀγωνιᾶν, vt Hector cum Achille pugnaturus. nam alii qui solùm spectatores erant, modò non tremebãt: at ille quum in ipso periculo constitutus esset, duntaxat agonia percellebatur, vtpote magna animi fortitudine præditus. ‖ Hesychius præterea ἀγωνιῶ explicat κινδυνεύω, id est periclitor. ‖ Passiuum Ἀγωνιάομαι, ῶμαι, idem valet. quod quædam exemplaria habẽt in loco Aristotelis modò citato ex Rhet. 1, nam pro ἀγωνιῶσι legitur in illis ἀγωνιῶνται.

Ἀγωνιάτης, ου, ὁ, pro Trepidator, Formidator, ponitur apud Diogenem Laertium, vt notat in lexico Budæus: hunc (vt opinor) locum intelligens qui est in Menedemi vita, οὕτως ἦν ἀγωνιάτης ὥστε καὶ τὸν λιβανωτὸν ὠνῶν διηπόρει ἐκ τοῦ ἀγωνιατηρίου.

C. Διαγωνιάω, ῶ, Valde anxius sum, præpositione διὰ vim τοῦ ἀγωνιῶ augente. Citatur ex lib. 1 Maccab. cap. 3, ἀγωνιῶντες pro Trepidantes. Item Διαγωνιάω μὴ, Vereor ne, vnde διαγωνιάσαντες apud Suidam, quod exponit ἀλαβηθέντες, id est Veriti: in hoc quem ex innominato autore affert loco, οἱ δὲ διαγωνιάσαντες μὴ διὰ τὸ πεσπῆσαι δόξωσι καταπεπλῆχθαι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγον ἅμα φωτί.

C. Συναγωνιάω, Vnà cum alio anxius sum; Anxietatis alicuius vel trepidationis particeps sum, aut socius. Plut. De Socr. dæmonio, αὐτὸν δὲ καὶ τοὺς φίλους συναγωνιῶντας εὔχεσθαι καὶ κύκλῳ παρεῖναι.

¶ Ἀγωνιάζω pro Ἀγωνιῶ in vulg. lex. legitur: itidem ἀγωνιάζομαι pro ἀγωνίζομαι ex Philostrato.

ἉΔΡΟΣ, οῦ, ὁ, à Suida & Hesychio exponitur Multus, Magnus, Abundans, Opulẽtus, Crassus. A Gaza quibusdam locis Crassus redditur. Gellius lib. 7. cap. 13 ait tres characteres esse, id est tria dicendi genera, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον: id est, vt interpretatur, vberẽ, gracilem, mediocrem. Apud Herodotum libro 1, καρποὺς ἁδροὺς exponitur Fruges adultæ. ἁδρὸν δένδρον apud Dioscoridem lib. 1, Crassa arbor, vt Hermolaus: Dura arbor, vt Ruellius: speciosa & fortis, vt Marcellus interpretatur. adnotans ἁδρὸν significare εὐτραφὲς, id est pingue & feliciter nutritum, ex eóque, cum decore validum & forte. Sumit autem Marcellus hanc expositionem ab Hesychio, qui ἁδρότερον comparatiuum ab ἁδρὸς, exponit μεῖζον, εὐτραφέστερον. Apud Plutarchũ ἁδρὸς apertè magnum significat: nam opponitur μικροτέροις, in Lycurgo, ἐπιτάσσει δὲ τοὺς μὲν ἁδροὺς ξύλα φέρειν, τοὺς δὲ μικροτέρους λάχανα. Sed & apud Athenæum copulantur μέγας & ἁδρὸς, lib. 6. Idem Plutarchus in Solone πῦρ ἁδρὸν appellat ignem validum. Ælianus apud Suidam ἁδρὸν μισθὸν vocat magnam mercedem, id est amplam. apud Aristophanem autem ἁδρὸς πόλεμος magnum bellum: accipiendo magnum pro acri seu vehementi. Ἁδρότερος explicatur etiam habitior. & ἁδρότερον διαιτᾶν, liberalius & largius cibare, Apud Galenum. Cæterùm ἁδρὸς Etymol. exponit χονδρὸν, deriuãs ab ἥδω, id est Delecto, nam (inquit) ἡδόμεθα τοῖς μεγάλοις καὶ χονδροῖς, id est, Delectamur magnis & χονδροῖς. accipit autem χονδρὸν pro crasso, vt opinor. Gallicum nostrũ Dru hinc originem habere existimo.

Ἁδρὸς, ad animum translatum. Athen. 6, μέγας δὲ ἁδρὸς τὴν ψυχήν. Isocrates in Panathenaico, τοὺς ἁδροτέρους αὐτῶν καὶ πολὺ βελτίους εἶναι δοκοῦσι. Sed & quum dicitur χαρακτὴρ ἁδρὸς, character vber, (Gell. interpr.) est metaphora ad res ad animum pertinentes.

C. Ἁδρόβωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Plenas glebas habens, seu crassas, aut grandes. ἁδρόβωλος de thure vel bdellio apud Dioscoridem. Ex ἁδρὸς & βῶλος. Huic opponitur μικρόβωλος.

C. Ἁδρομερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Crassis particulis constans, Crassiorem substantiam habens. De pane, Galenus, ὁ δὲ πιτυρίτης ἄρτος, ἁδρομερέστερος. De vino Dioscorides, ὁ δὲ Ἀλβανὸς ἁδρομερέστερος τοῦ Φαλέρνου. Huic opponitur λεπτομερής. Fit autem ἁδρομερὴς, ex ἁδρὸς & μέρος: vt λεπτομερὴς, ex λεπτὸς & μέρος.

C. Ἁδροχῶραι, Qui vberem regionem vel vberes regiones habitant. Hes. ex ἁδρὸς & χώρα.

Ἁδρότης, ητος, ἡ, Magnitudo, Robur, Hes. Proceritas, Suidæ Exponitur etiam Crassitudo, Abundantia. Homerus Il. π, de anima loquens discedente de corpore, — λιποῦσ' ἁδρότητα καὶ ἥβην. sed in aliis exemplaribus legitur ἀνδροτῆτα, & hanc lectionem agnoscit Eustathius. Vide igitur in Ἀνήρ. Constantinus Lascaris hanc vocem in vltima tradit acui, ἁδροτὴς, ῆτος.

Ἁδροσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἁδρότης. vt ab ἁβρὸς dicitur ἁβρότης & ἁβροσύνη. sed vt ἁβροσύνη magis est poeticum quã ἁβρότης, ita ἁδροσύνη magis poeticum quàm ἁδρότης. Hesiodus in Ergois, Ὦ δέ κεν ἁδροσύνη στάχυες νεύοιεν ἔραζε. Id est, præ vbertate, præ copia, præ densitate.

¶ Ἁδρύνω, F. υνῶ. Crassum reddo, In iustam magnitudinẽ vel crassitudinem consummo, In plenum augeo, Gazæ. Theophrastus De causis pl. 4, ἁδρύνει τοὺς ὄγκους, reddit crassiores. Aliquando ἁδρύνω neutrum est, & idem valet quod ἁδρύνομαι. vt apud eundem, ὥστε μήτε ἁδρύνειν τὸν καρπὸν, ἀλλὰ μέχρι αὐξήσεως μόνον ἀφικνεῖσθαι, id est proficere, vt Gaza vertit.

Ἁδρύνομαι, Passiuum, Crassesco, Crassus fio. Iustã crassitudinem aut magnitudinem acquiro, aut Ad iustam crassitudinem peruenio, Turgesco, Grãdesco. Hesych. ἁδρυνθέντες exponit μεγαλυνθέντες. Herod. 1, ἀρδευόμενον μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἁδρύνεται τὸ λήιον. Sic apud Nicandrum Theriacis, Τῆμος, ὅτ' ἁδρύνονται, ὀροιτύποιο βατῆρος Κόψαντες, &c.

Ἅδρυνσις, εως, ἡ, Crassatio. Apud Aristotelem & Theophr. Maturitas, Perfectio fructuum.

¶ Ἁδρόω, ῶ, F. ώσω. P. ωκα, Ad maturitatem vigorémque perduco. Vnde passiuum Ἁδρόομαι, οῦμαι, Ad maturitatem peruenio, Adolesco. Plato Pol. 6, τῶν δὲ σωμάτων ἐν ᾧ βλαστάνει τε καὶ ἁδροῦται, εὖ μάλα ἐπιμελεῖσθαι.

¶ Ἁδρέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Idem quod ἁδρόω. Nonnunquam & neutraliter ponitur, sicut ἁδρύνω pro ἁδρύνομαι. vnde apud Dioscoridem ἡδρηκὼς, Adultus, Maturus factus.

Ἅδρησις, εως, ἡ, Maturitas, apud Basilium.

ἌΕΘΛΟΣ, ου, ὁ, Certamen. Herodot. 1, ἐπιπλεῦσαι τὸν δὲ τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον. Homerus Odyss. ψ, Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντας ἐτέρψαο σῇσι φρέν' ἀέθλους. Etymol. ait significare etiam locum certaminis. Sic ἀγῶνα & pro certamine & pro loco certaminis poni diximus antea. ‖ Ἄεθλος, Labor. vt ἄεθλοι Vlyssis, Od. α. Vbi Eustathius ait ἀέθλους appellari honorificè ab Homero Vlyssis labores, tanquam certantis aduersus fortunam: aut simpliciter vocari labores: & ἀέθλους dici quasi οὓς οὐκ ἄν τις ἐθέλοι, quos quis nolit. vt videlicet sit ex α priuatiuo & verbo ἐθέλειν conflata hæc vox. At Etymol. ἄεθλον (in neutro genere pro præmio certaminis) vult ex ἐθέλειν esse compositum & α epitatico: vt sit ἄεθλον quasi quod quis valde velit & cupiat, τὸ πάνυ ἐθελητόν. Idem ponit & aliam etymologiam: vt videlicet à τλῶ id est tolero factum sit τλὸν, & α præfixo ἄτλον: mutato τ in θ, ἄθλον. quam posteriorem etymologiam tenendo, necesse foret dicere ex ἄθλον factum esse ἄεθλον, non contrà. sequendo autem alteram, vt ἄεθλον sit quasi τὸ πάνυ θελητὸν, contrà ἆθλον ex ἄεθλον factum esse dicere-

mus. sed ex vtraque cōsequeretur prius nomen impo- A
situm fuisse præmio certaminis quàm ipsi certamini.
loquitur enim de ἄεθλον & ἆθλον, non de ἄεθλος & ἆθλος.
Atqui rationi cōsentaneum nō est posterius etymum,
vt videlicet ἆθλον, præmium certaminis, dictum sit à to
lerando. Ego igitur confusa omnia in his duabus poste
rioribus etymologiis cernens, primam sequor, ab Eu-
stathio duobus locis notatam: sed ita vt illam voci ἄε-
θλος, non tantùm quum significat laborem, sed & quũ
primam significationem habet, pro certamine, accom
modandam putem. quotusquisque est enim qui certa- B
men non refugiat?

Ἄεθλον, ου, τὸ, Præmium certaminis de quo reportata est
victoria. Il. ψ, Νηλῆϊ δ᾽ ἔκφερ᾽ ἄεθλα λέβητάς τε τρίποδάς τε.
Theocr. Idyl. η, Χρύσεος δ᾽ ἂν ἐκδῦς; χρύσεος κατα Δῦμας
ἄεθλον;

Ἄεθλον pro ἄεθλος videtur vsurpasse Diotimus in An-
thol. Epig. hoc in versu, Ταὶ ἥβας ἐς ἄεθλα πάλας ἠσκημ
κρατεράς. nisi fortè posuerit quod consequitur pro eo
quod præcedit, id est præmium certaminis pro certa-
mine. In eodem libro ἄεθλα pro ἄεθλοι, id est labores, C
hoc versu, Χαῖρ᾽ Ἰθάκη μετ᾽ ἄεθλα, μετ᾽ ἄλγεα πικρὰ θα-
λάσσης.

C. Ἀεθλοθέτης, ου, ὁ, Qui præmium certaminis statuit. Com-
positum ex ἄεθλον, & θέτης, quod in compositione posi-
torem significat. Vide infrà ἀθλοθέτης.

C. Ἀεθλοφόρος, ου, ὁ, Præmiũ certaminis ferens, Victor in cer
tamine. Herodot. 1, ἀεθλοφόροι ἀμφότεροι ὁμοίως ἦσαν. Di-
citur etiam equus ἀεθλοφόρος, siue ἀθλοφόρος: vt Iliad. χ,
circa principium, Σευάμενος ὥς θ᾽ ἵππος ἀεθλοφόρος. At
Iliad. λ, — δώδεκα δ᾽ ἵππους Πηγοὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια πο- D
σὶν ἄροντο.

Ἀεθλοσύνη, ης, ἡ, Certamen, Certatio. Item κακοπάθεια, Mi-
seria. Ab Hesychio exponitur ἀγωνία.

Ἀέθλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præmium reportans, ἀθλοφόρος. de homi
ne & de equo dicitur. Callimachus hymno in Delum,
— ἡ μὲν ἵππον ἀέθλιον ἀμφεβάλοντας. Archias, Ὁ Φοίβου χρυ-
σοπλόκος ἀέθλιον ἵσταται Πυθοῖ. Potest & ἀέθλιος ἵππος intelli-
gi simpliciter ἀγωνιστὴς, certator equus, aptus ad certa-
men: vt deriuetur ab ἄεθλος. & ita videtur accipi apud
Theognin, quum dicit, Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, &c. E
‖ At verò ἄθλιος ab ἆθλος miserum significat, vt videbis
paulo post.

Ἀέθλιον, ου, τὸ, Idem quod ἄεθλον, Certaminis præmium. Il.
λ, — δώδεκα δ᾽ ἵππους Πηγοὺς ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσὶν ἄροντο.
Il. χ, — ἅπ ποσὶν ἀέθλια γένηται ἀνδρῶν. Dicitur autem
ἀέθλιον ab ἄεθλον, vt ἴχνιον ab ἴχνος, inquit Eustathius: qui
alibi admonet non esse diminutiuum, sed denomina-
tiuum siue deriuatiuum ab ἄεθλον.

¶ Ἀεθλεύω, F. σω. P. κα, Certo, Dimico, Pugno. Il. δ, Ἀλλ᾽ ἔγ᾽
ἀεθλεύειν προκαλίζειν.

Ἀεθλεύειν, Mala perferre, Mala tolerare, Malis exerceri. F
κακοπαθεῖν Eustathius exponit hoc in loco, Il. ω, Ἀεθλεύων
πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου. Ita enim legitur in vulg. edit. Vi-
de Ἀθλεύω.

Ἀεθλευτὴρ, ῆρος, ὁ, Certator, qui in prosa oratione dicitur ἀ-
θλητὴς, Athleta.

¶ Ἀεθλέω, ῶ. F. ήσω. P. κα. Idem quod ἀεθλεύω. Herodot. 1,
συνεχέως αἰεὶ κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας, pugnabant
aduersus Tegeatas.

Ἀεθλαντὴρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀεθλευτήρ. G

ἌΘΛΟΣ, ου, ὁ, Certamen. Idem quod ἄεθλος. ex quo etiã
fit, crasi literarũ α & ε. vt ex ἀείδω fit ᾄδω. Ἆθλοι Πυθικοὶ,
Soph. in Electra: certamina Pythica. ἆθλοι Ἡρακλέους, qui
à Latinis dicuntur Herculis labores. Isocr. ad Philippũ,
ἄλλοι τὴν ἀνδρείαν Ἡρακλέους ὑμνοῦντες καὶ τοὺς ἄθλους ἀπαρι-
θμοῦντες διατελοῦσι. Apud Eusebium in Præp. Euange-
lica ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ τῷ Ἡρακλεῖ Εὐρυσθεὺς ὁ τῆς βασιλείας ἔχων
τῆς Ἀργείας προστάττει ἄθλους τελέσαι δώδεκα. Dicitur & de
quouis labore, seu laborioso negotio. vt Plutar. in Ca-
millo, ἐπὶ τὸν ἆθλον ἐκεῖνον. ‖ Apud Lucianum H
in Iudicio dearum τὸν ἆθλον pro τὸ ἆθλον ponitur, aut,
(quod potius credo) malè legitur.

— Ἆθλον, ου, τὸ, Certaminis præmium, quod videlicet
victori datur. Xenophon Pæd. 2, καὶ οὕτω τὰ τῆς ἡγεμονίας
ἀγαθὰ κατὰ τοὺς νικῶντας ἀεὶ ἆθλα προκείσεται. Idem Hell. δ,

A ἆθλον & νικητήριον pro eodem ponit. Nec verò pro certa
minis duntaxat vsurpatur, sed & pro cuiusuis egregii
facinoris præmio. Thucyd. 2, οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἀμείνονται τοῖς
προσήκουσιν ἄθλοις ἀρετῆς. Id est, Strenui autem decorabun
tur præmiis virtutis quæ eos decebunt. Apud Thucy-
didem scholiastes ἆθλα exponit κέρδη, id est lucra, hoc
loco libri 3, τὰ δὲ κατὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο.
‖ In malam partem etiam vsurpatur ἆθλον pro præmio
seu mercede alicuius sceleris, id est pœna: vt apud Ly-
siam, οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται
B τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσονται.
Id est, Nam qui talia perpetrant, videntes qualis mer-
ces delictis huiusmodi proposita sit, minus in alios de-
linquent.

Ἆθλον pro ἆθλος, id est Labor, Ærumna. Antiphilus in
Epigr. — δεκάτου τ᾽ ἆθλα λυγρὰ πολέμου. id est labores decen
nalis belli, siue ærumnas. Potest etiam exponi certami
na. Apud Demosth. autem ἆθλα τοῦ πολέμου in propria si-
gnificatione dicuntur belli præmia, id est præmia quæ
manent victores in bello.

C C. Ἀθλοθέτης, ου, ὁ, Præmii propositor, Præmii statutor: sed
propriè præmii certaminis. Qui certamina exhibet
præmiis propositis. Munerarius à Valla exponitur,
Designator ludorum, ab aliis. Sed genitiuum illum o-
mittendo designatorem simpliciter malim appellare,
cum Vlpiano. qui designatores esse ait quos Græci no-
minant βραβευτάς. Videtur autem βραβευτῶν appella-
tio & ἀθλοθέτας & ἀγωνοθέτας complecti, de quorum dif-
ferentia diximus suprà in ἀγωνοθέτης. quanquam, vt Bu-
dæus notat, qui præmium proponebant, iidem erant
D iudices & arbitri: vnde ἀθλοθετῶ significat etiam ἀγωνοθε-
τῶ. Lucianus Ἀναβιοῦν, Ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώ-
θασιν ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδε-
δυκὼς, μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο, μηδὲ κατ᾽ ἀξίαν τῶν θεῶν. id est,
Athlothetæ flagris cædere consueuerunt eum histrio-
nem qui Mineruæ aut Neptuni aut Iouis personam re-
præsentans, actione non decora nec diis digna vtatur.
vbi obseruandum est ἀθλοθέτην significare eum qui sit
iudex & arbiter in scenicis etiam certaminibus: non ser
uata illa quam ex grammaticis annotauimus differẽtia
E in ἀγωνοθέτης. ‖ Dicitur ἀθλοθέτης & qui quoduis præ-
mium proponit (vt & ἀθλοθετῶ generale est) vnde &
Dionysius Seruatorẽ nostrum ἀθλοθέτην vocat, vt qui
sequentibus se præmium proposuerit, & quidem lu-
culentissimum. Fit ἀθλοθέτης ex ἆθλον, & θέτης, id est posi
tor, in compositione, à τίθημι.

Ἀθλοθετέω, ῶ. F. ήσω. P. κα, Præmium certatorib⁹ propono,
Sum athlotheta, Athlothetæ munus exerceo. Significat
& ἀγωνοθετῶ, inquit Budæus. Est autem ἀγωνοθετῶ, Sum
iudex & arbiter certaminis. quanquam in exẽplo quod
F affert Budæus, non verbum ἀθλοθετῶ pro ἀγωνοθετῶ, sed
nomen ἀθλοθέτης pro ἀγωνοθέτης vsurpatur. est enim il-
lud exemplum ex loco Luciani petitum, modò citato
in ἀθλοθέτης. ‖ Ἀθλοθετῶ, Præmium seu præmia propo-
no, generaliter cuilibet, non certatoribus duntaxat. A-
thenæus 12, ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀθλοθετῶν τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐ-
τῷ πορίζουσι, Persarum rex præmia proponens iis qui
voluptatum ei cognitionem dabant.

Ἀθλοθεσία, ας, ἡ, Præmii propositio, Præmiorum constitu-
tio. apud Aristophanem, Ipsum munus & officium a-
G thlothetarum, vt ἀγωνοθεσία munus & officium agono-
thetarum. Dionysius ἀθλοθεσίας, vt Budæus tradit, vocat
vitam Euangelicam ab ipso iudice & athlotheta insti-
tutam & propositam. ‖ Ἀθλοθεσίας aiunt etiam nomi-
nari mutuam depositionem vtriusque concertãtium.

Ἀθλοθετὴρ etiam dicitur pro ἀθλοθέτης: vt ἀθλητὴρ pro ἀθλη-
τὴς, sicut modo docuimus.

Ἀθλοφόρος vide suprà in Ἀεθλοφόρος.

C. Ἔπαθλον, ου, τὸ, idem quod ἆθλον, Certaminis præmium,
quod videlicet accipit victor: vnde & νικητήριον exponi-
H tur. Sed accipitur generaliter pro quouis præmio, seu
mercede. Herod. lib. 1, νεανίας ἔνια ὀνόματι Ναρκισσον γυ-
ναῖόν τε καὶ ἀκμαστὴν πείθουσι εἰσελθόντα τὸν Κόμμοδον ἀποπνί-
ξαι, μεγάλα δώσειν ἔπαθλα ὑποσχόμενοι.

C. Πεντάεθλον siue Πένταθλον, Quinquertiũ, Quinque certa-
mina, videlicet πυγμὴ, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, πάλη. Herodot.

πένταθλον ἐπασκήσας. Sic Pausanias in Lac.pag.72, οὗτος πένταθλον Ὀλυμπίασιν ἀσπάσας, ἀπέθανε τῷ πάθει. vbi πένταθλον appellat quod dixerat πέντε ἀγῶνας, ambiguo tamen vocabulo. Apud Sophoclē plurali numero πεντάεθλ' ἃ νομίζεται, perinde ac si separatim πέντε ἄθλα dixisset.

Πένταθλος, ου, ὁ, Quinquertio, Qui illis quinque certaminibus victor euasit, vel Victor quinque gymnasticorum certaminum. Quidam, Vir quinque palmarum, vel omnium palmarum: quòd essent tantùm quinque illa solennium certaminum genera. Item, Qui illis quinque certaminibus exercet. Pausanias Eliacῶn 1, πένταθλος μὲν αὐτοῦ κατεστήκασι ἐς δρομοῦσιν αἱ μελέται. |Metaphoricè apud Laertium in Democr. pag. 465, καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ πένταθλος, qui omnes philosophiæ partes complexus est, Bud.

Πενταθλέω, ῶ, Quinque certaminib⁹ me exerceo, Quinque generibus certaminum certo. Pausanias Eliacῶn 2, ὅς τὴν Ἠλείων Τισαμενοῦ πενταθλοῦντα ἐν Ὀλυμπίᾳ καταπαλαῖσαι. Idem paulo inferius, φασὶ γὰρ δὴ ποτε οἱ παῖδες καὶ ὕστερον πενταθλήσαντας ἐκκληθῆναι.

¶Ἀθλεύω, F. σω. P. κα. Certo, Certamen ineo: (vt ἀθλεύω) apud Apollon. lib. 1. Aliquando significat κακοπαθῶ, id est Mala tolero, Exerceor malis. Sic autem fortasse & apud Homerum legendum Iliad. ω, Ἄθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου, non ἀεθλεύων. sicut idem poeta & ἀεθλοφόρος & ἀθλοφόρος dicit, prout ratio versus poscit. — C

¶Ἀθλέω, F. ήσω. P. κα. Idē quod ἀθλεύω. nam vt ἀθλεύω & ἀεθλέω in carmine, ita in oratione soluta ἀθλεύω & ἀθλέω pro eodem sumuntur: sed illic ἀθλεύω, hic contrà ἀθλέω frequentius est, & multa à se deriuata nomina habens, quæ subiungam. Notandum est præterea ἀθλεῖν verbū id esse à quo athletæ denominati sunt, & quod de illis certantibus dicitur. — D

Ἄθλημα, ατος, τὸ, Certatio, Certamen. Aliquando ipsum certamen athleticum quod certatur, vt Plut. Sympos. 2, de lucta loquens, πολυπλοκώτατον καὶ πανουργότατον τῶν ἀθλημάτων. Aliquando ipsa certandi actio, id est ἄθλησις. |Exponitur etiam ἀθλήματα, gesta, apud Aphthonium. sed gesta non potest significare simpliciter: verùm cum labore gesta. nam ἀθλεῖν, vt & ἀθλεύειν, diximᵘ significare κακοπαθεῖν. Fit autem ἄθλημα ex ἤθλημαι prima præteriti τοῦ ἀθλέομαι.

Ἄθλησις, Ipsa certandi actio, Certatio athletarum, siue exercitatio athletica. à secunda ἤθλησαι, vt ἄθλημα à prima ἤθλημαι. Aliquando & de quauis certatione, siue exercitatione, pro ἄσκησις.

Ἀθλητής, οῦ, ὁ, Certator, Athleta. nam retinuerunt Latini Græcā vocē. Qui autē exponunt ἀθλητὴν pugilem, aut luctatorem, pro generali significatione particularem huic nomini tribuunt. neque enim pugilem vel luctatorem significat peculiariter, sed ex æquo quemlibet certatorē gymnicū: adeo vt ἀθλητὴς sit certator gymnicus, id est vel παλαιστὴς luctator: vel δρομεὺς, cursor: vel πύκτης, pugil: vel δισκοβόλος, disci iaculator: vel ἁλτικὸς, saltus velocitate valens, & de ea contendens. Gymnici, inquit Pollux, propriè athletæ dicūtur ἀθλητὴς ἀξιόνικος ἀξιόλογος, Xenoph. Pæd. 1, de quolibet ex illis quinque intelligens. sic Plut. Pericle, ἀθλητὴν ταχυφόρον dixit, de quouis. Vbi autem peculiariter de aliquo ex illis quinque dicatur, præcedentia aut sequentia docere solent. vt apud eundem De audiendo τοῖς ἀθληταῖς ponitur pro πύκταις id est Pugilibus: quia illis dat ἀμφωτίδας. — F, G

Ἀθλητὴς, Qui in quolibet certaminis genere exercitatus est. præsertim genitiuo iunctum. vt ἀθλητὴς πολέμων in loco quem Suidas citat. Philostratus, ἀθλητὴς γε ἢ οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγένετο, μεγαλουργίας ἐπαγγελ.

Ἀθλητήρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀθλητὴς, Certator. sed poeticum est. Od. θ, — οὐδ' ἀθλητῆρι ἔοικας. id est ἄθλων δαήμονι, perito certaminum, vt paulo antè dixerat.

Ἀθλητικός, οῦ, ὁ, Athleticus, Ad athletas pertinens. vt apud Plutarchum Symp. 8, ἀθλητικοὶ ἀγῶνες, athletica certamina. Idem Symp. 3, ἀθλητικὰ dicit athletis conuenientia. |Ἀθλητικὴ ἕξις, Athletica corporis habitudo, id est firma & robusta. Sunt qui corpulentam habitudinem exponant: sed habitudo hac in significatione ferè adiunctū habet genitiuum corporis. dicitur enim habitudo corporis bona: verùm habitudo corporis corpulenta, durè diceretur. Præterea corpulentum Festus exponit obesum: quo sensu cōuenire huic explicationi non potest. Aristoteles Pol. 8, νῦν μὲν οὖν αἱ μάλιστα δοκοῦσαι τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων, αἱ μὲν ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιοῦσιν. Sic Plut. in Fabio ἀθλητικὸν σῶμα dixit firmum ac robustum corpus. Quanquam & simpliciter alicuius athletæ corpus intelligi potest. — H, A

Ἀθλητικῶς, Aduerbium, Athleticè, Athletarum more. Plutarchus in Apophth. σῶμα γεγυμνασμένον οὐκ ἀθλητικῶς μόνον ἀλλὰ καὶ στρατιωτικῶς, id est, corpus exercitatum non athletico tantùm sed & militari modo. Plautus athleticè valere dixit, pro optima corporis habitudine esse & firmissima: eo sensu quo Aristoteles vocat ἀθλητικὴν ἕξιν, vt modò dictum est. Idem & pugilicè valere dixit pro eodem, à generali videlicet appellatione ad particularem veniens. — B

¶Ἄθλιος, ου, ὁ, Miser, Ærumnosus, Malis exercitus. à verbo ἀθλέω, ῶ, quod (vti dictum est) significat nonnunquam κακοπαθῶ, id est Malis exerceor, Malis conflictor. Ita quidem nonnulli. sed rectius cum Eustathio ab ipso nomine ἆθλος, quàm à verbo ex eo formato ἀθλέω, deducetur nomen ἄθλιος, vt ab ἄεθλος fit ἀέθλιος, de quo paulo antè dictum est. Scimus autē ἆθλον significare Laborem, Ærumnā. Ἄθλιος vertitur Miser à Cicerone, apud Platonem in Gorgia. nam hæc verba, ἄθλιος ἄρα οὗτος ἐστὶν ὁ Ἀρχέλαος, interpretatur, Miser ergo Archelaus. Isocrates ad Nicoclem copulat ἀθλιωτάτης & δυστυχεστάτης. Xenophon Pædiæ 7, ἀθλιώτατον & ἥδιστα ζῆν opponit: accipiens ἀθλιώτατον pro re miserrima. Videtur autem de industria ἥδιστα ζῆν illi opposuisse quasi idem significanti quod κακοπαθεῖν. Apud Platonem, ἀθλία συμφορά, Misera calamitas. Etsi Latinè melius sonaret, Miseranda calamitas. — C, D

Ἀθλίως, Aduerb. Miserè, Ærumnosè. ἀθλίως διάκειμαι, Miserè me habeo. Dem. Pro corona, ἀθλίως καὶ κακῶς τῶν στρατηγῶν τῶν ὑμετέρων πολεμούντων.

Ἀθλιότης, ητος, ἡ, Miseria. Vt ἄθλιος & δυστυχὴς copulata ostendimus, ita nonnunquam ἀθλιότης & δυστυχία copulantur.

E C. Παναθλιος, Omnino miser, Omnibus modis miser, Miserrimus, Soph. Philoct. Sic παναθλία in fœm. Eurip.

ἈΕΙ', Pro quo dicitur & αἰεὶ & αἰὲν (nam reliqua illa αἰέν, αἰές, αἰῇ, αἰεὶ, αἰῆ, αἰ, αἰς, obsoleta sunt) Aduerbia temporis, Semper, Perpetuò. Xenophon Hell. 3, ἀεὶ τι δῶρα αὐτῷ, Semper munera ei afferebat. Demosth. contra Midiam, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ θεοῖς ἐχθρὸν καὶ βδελυρὸν, semper & vbique diis inuisum & execrabilem. Idem Pro corona, ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ πολεμεῖν καὶ διαφέρεσθαι τούτοις, Et tunc, & nunc, & semper bellum gerere cum his. Notant autem grammatici quidā omnibus temporibus iungi ἀεί. Quanquam Eustathius in hoc versu Iliadis φ, — ὡς αἰεὶ Ἀχιλῆα κεχόλωτο κῶμα ῥέεσθαι, vult κεχόλωτο esse pro ἐκέχαλε præterito imperfecto. |Θεοὶ αἰὲν ὄντες, apud Xenophontem Pæd. 1, Dii qui semper sunt, pro Dii immortales. quod ex Homero sumpsit, à quo dicuntur θεοὶ αἰὲν ἐόντες. Aliquādo ὁ ἀεὶ, subaudito participio ὤν, idem est quod æternus: vt apud Xenophontem ὁ ἀεὶ χρόνος, Æternum tempus. |Nonnunquam dicitur ἀεί ποτε, pro ἀεὶ simpliciter, vacante videlicet ποτέ. Thucyd. 2, ἀεί ποτε πολεμίοις οὖσι. |Interdum præfigitur præpositio εἰς, siue ἐς, & dicitur ἐς αἰεὶ pro ἀεὶ simpliciter. Lucianus, παῖδας δὲ ἐς ἀεὶ τοῖς Ἀθηναίοις. Aliquando significat In perpetuum, & quidem vt plurimum hanc significationem habet, iunctum videlicet cum futuro. vt apud Sophoclem in Aiace, ἢ τὸν εἰσαεὶ λειπτέον χρόνον; In quem locum annotat scholiastes futuro iungi solere. Obseruandum autem hic εἰσαεὶ scriptum coniunctim. nam vtraque inuenitur scriptura, sed frequentius εἰσαεὶ coniunctim, si bene memini. — F, G

Ἀεὶ, pro Sine vlla intermissione. Od. β, — δύο δ' αἰὲν ἔχε πατρώϊα ἔργα. Nam ait Eustathius αἰὲν hic indicare τὸ συνεχές.

Ἀεὶ dicitur etiam de breui tempore, vt docet Suidas, hæc citans Homeri verba, — ἔχων κόνιν ἠματιὸς ἀεί. Citat & Sophoclis hæc verba (quæ sunt ex Œdipode Coloneo) ὡς

νεο) ὡς λελεσπότα κῦνον τὸν ἀειβίοτον ἐξετίσατο. vbi τὸν ἀειβίοτον (id est, Sempiternam vitam, ad verbum) appellat longam senectutem, aut vitam. Sed apud Suidam error est. legitur enim apud eum τῆς ζωῆς, pro ἢ τὴν ζωὴν, vt ex Sophoclis scholiaste liquet. Eustathius quoque in hunc versum Iliad.ψ, Αἰεὶ δ' ἰωίοχον κοινὸς ῥαθάμιγγες ἴδαλον, annotat αἰεὶ de breui tempore vsurpari, tum in hoc loco, tum in aliis nonnullis eiusdé poetæ. Sic & εἰσαεὶ in hoc Sophocl. loco, τὸν εἰσαεὶ λελασμένον χρόνον. At Od. φ, — ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν ἔμπεδον αἰεὶ, capitur quidem αἰεὶ pro πολλὸν χρόνον, id est longo tempore: sed longum hoc tépus perbreue est cum sempiternitate comparatum. Sic & Lat. Semper, & Gall. Tousiours. Dicitur & ἐς ἀεί. A B

Ἀεὶ interdum Latinè resoluendum per particulam, vt Thuc. καὶ τὰς ἀεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς ἐναντίους. id est, Et vnamquamque nauem, vt instructa fuerat, mittebant. vel, Vt quanque instruxerant. Gall. diceretur, En à mesure qu'on les equippoit. Vel, Faict à faict qu'on les equippoit. Ex ἀεὶ composita, vt ἀειβλαστὴς, ἀειθαλὴς, ἀειδίνητος, ἀείμνηστος, & alia multa (quæ omnia in indice ordine ponentur) explicata reperies suis singula locis, vt ἀειβλαστὴς in βλαστάνω, & ἀειθαλὴς in θάλλω, & ita de cæteris. In quibusdam autem compositis amittitur ι, vt in ἀέναος, quod vide in νάω. C

Εἰς ἀεὶ, vel Εἰσαεὶ, pro In perpetuum, vide paulo anté.

¶ Ἀΐδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sempiternus, Perpetuus, Æternus, vt Cicero interpretatur. Aristoteles, κόσμος ἀΐδιος, mundus æternus. Idem, κινούμενος κίνησιν ἀΐδιον, qui perpetuo mouetur motu. ἀΐδιος δόξα, immortalis gloria, Plut. in Pericle. In quibus exemplis notandum est fœminino genere esse enuntiatum. In vsu est apud poetas etiam: vt apud Hesiodum, Οἱ δ' ἄρ' ἀΐδιον εἶχον πόνον. ¶ Ἀΐδιον pro substantiuo ponitur, & æternitas à Cicerone exponitur, apud Platonem in Timæo, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. Non igitur dubium quin æternitatem maluerit exequi, vt ipse interpretatur. Hinc ἐξ ἀϊδίου pro ἐξ ἀϊδιότητος, Ab æterno, Ab æuo. ἐς ἀΐδιον, In æternum, In æuum. vt ἧς ἐς ἀΐδιον μνήμα λείψεται. ¶ Eustathius ait dici ἀΐδιος, quasi ὁ μὴ ἴζων, ἀλλὰ βέβαιος καὶ σταθερὸς, (id est, Nō subsidens, sed firmus & stabilis:) intelligens, opinor, ex α priuatiuo & verbo ἴζω fieri, mutato videlicet ζ in δ, vt in ἕδρα ab ἴζω, & aliis. Non tamen pro firmo & stabili vsurpatur ab autoribus ἀΐδιος, sed pro perpetuo & sempiterno, vti dictū est. verùm firma stabiliaque sint necesse est quæ æterna futura sunt. Cæterùm ego cōtra Eustathii opinionem, ab aduerbio ἀεὶ deriuo ἀΐδιος (vt sit pro ἀείδιος, quod & ipsum apud Hesychium inuenitur) ideoque illi subiungo. Sic autem ab ἀεὶ fieri ἀΐδιος, vt Sempiternus à Semper, verisimile est. D E

Ἀϊδίως, aduerb. Sempiterne, In perpetuum.

Ἀϊδιότης, ητος, ἡ, Æternitas, Perpetuitas. vt apud Aristot. 2 De mundo, ἀϊδιότης τῆς ψυχῆς, æternitas animæ. Ibidē, ἀϊδιότης τοῦ κόσμου, æternitas mundi. F

C. Συναΐδιος, Coæternus, Vnà æternus: vt Christus à theologis dicitur Patri συναΐδιος. Ab Hesychio exponitur συνυπάρχων.

¶ Αἰεὶ apud poetas pro ἀεὶ, sicut αἰετὸς pro ἀετός. Nonnulli tamen ἀεὶ ex αἰεὶ factum esse contendunt, ι abiecto: sed magis recepta est opinio, præcedere ἀεί. Iliad. β, — σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί. Iungitur cum aduerbiis sæpe: vt Iliad. τ, Ἀσκελέως αἰεὶ μενεαινέμεν. Iliad. ι, — νωλεμὲς αἰεί. Odyss. φ, — ἔμπεδον αἰεί. Herodotus quoque hoc vtitur, vt lib. 1, αἰεὶ ποτε τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται, semper eadem lingua vtitur. G

Αἰεὶ quoque sua composita habet, vt αἰειγενέτης, αἰειναύτης, αἰείφρουρος: quæ vide in nominibus cum quibus aduerbium ipsum compositum est.

Αἰὲν, idem quod præcedentia ἀεὶ & αἰεὶ, & ipsum in vsu apud poetas. vt Odyss. ξ, — ζάφυρος μάλα αἰὲν ἐρίηρος. Et Iliad. α, atque alibi, — θεοὶ αἰὲν ἐόντες, dii qui semper sunt. pro ἀθάνατοι, immortales. Sophocles Œdipo Coloneo, λόγος αἰὲν αὐτοῖς. Vt autem dicitur εἰς vel ἐς ἀεὶ, ita & εἰς vel ἐς αἰὲν dixit Apoll. Rhod. Arg. 2, — ἀρήξειν ἀλλήλοισιν ἐς αἰέν. H

Ex Αἰὲν compositum est αἰένυπνος, quod vide in ὕπνος: item αἰέναος pro ἀέναος, quod vide in νάω.

ἈΕΙ'ΔΩ, F. σω, P. κα, Cano, Canto, Carmine celebro, apud poetas: ex quo fecerunt scriptores prosæ ᾄδω, facta contractione, & ι subscripto ipsi α. Interdum sine casu: vt Odyss. θ, — ὅππῃ θυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν. Sæpe cum casu, accusatiuo videlicet: vt eodem libro, Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν. Sic Il. initio, Μῆνιν ἄειδε θεά. Et cum accusatiuo personæ, Theocrit. Id. in Char. Μοῖσαι μὲν θεαὶ ἐντὶ, θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι. Itē, ἀείδω σοι, Cano tibi, id est in tuam gratiam: Odysseæ χ, — ὅς τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω. Propriè dicitur de poetis, vt de oratoribus λέγειν. Fit autem ἀείδω ex α epitatico & verbo εἴδω, id est cognosco: quòd rerum multarū cognitio poetis tribueretur. Hinc factū volunt vt proprium sit poetarum ἀείδω, sicut oratorum λέγω.

Ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, Cantio, Cantilena, Carmen, vt ἀοιδὴ ἐπιτήδεια, Od. α: & Od. σ, — ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν. & Odyss. φ, — φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς. & Odyss. θ, — καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων. Eodem libro, Ὡς ἄρα οἱ πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν. Vbi obseruandum est ex ὕμνος ἀοιδῆς compositum postea fuisse verbum ὑμνῳδεῖν, vt θεσπιῳδεῖν ex θέσπις ἀοιδή: verso videlicet nomine ἀοιδὴ in ᾠδή.

Ἀοιδὴ nonnunquam Fama, φήμη, vt exponūt schol. Græca. Hom. κλέος & ἀοιδὴν copulat, quum dicit, Od. γ, — καί οἱ Ἀχαιοὶ Οἴσουσι κλέος εὐρὺ καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδήν. Odyss. ω, ἀοιδὴ & φῆμις, quū dicit, — στυγερὴ δέ τ' ἀοιδὴ ἔσσετ' ἐπ' ἀνθρώπους, χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὀπάσσει Θηλυτέρῃσι γυναιξί. Hác autem significationē ἀοιδὴς retinet ἀοίδιμος, vt paulo pòst docebo.

Ἀοιδὴ, Incantatio. sed frequentius ἐπαοιδή. & apud Homerum Odysseæ τ, non ἐπ' ἀοιδῇ legendum est (vt in multis editionib. habetur) sed ἐπαοιδῇ vno verbo: quū dicit, — ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον. In prosa dicitur ἐπῳδή.

C. Ἀοιδοπόλος, ου, ὁ, Poeta. ὁ περὶ τὰς ἀοιδὰς πολούμενος, id est, ὁ περὶ τὰς ᾠδὰς ἀναστρεφόμενος, vt habet Hesychius, Qui versatur circa carmina. Idem valet μουσοπόλος, ex μοῦσα & πολέω: vt illud ex ἀοιδὴ & πολέω. Eustathius & Hesychius ὀνειροπόλος (quod ab eadem est origine) exponunt ὁ περὶ τοὺς ὀνείρους πολούμενος, id est, Qui circa somnia versatur & voluitur. accipiendo versatur, passiué. Quod si esset, ὁ τοὺς ὀνείρους πολῶν significaret Qui versat & volutat somnia. Ac videri posset hoc nomen exprimere voluisse poeta (Propertius, si bene memini) quum dicit, Quæ mea non decies somnia versat anus? Sic igitur ἀοιδοπόλος esset qui versat carmina. Hesychius autem quū exponit, ὁ περὶ τὰς ᾠδὰς ἀναστρεφόμενος, intelligit Qui versatur circa carmina: vt dicimur Latinè Versari circa negotium aliquod, vel in aliquo negotio.

Ἀοιδὸς, οῦ, ὁ, Cantor. ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταὶ sunt à Musis & Apolline, inquit in Theog. Hesiodus. Od. ψ, Αὐτὰρ θεῖος ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν. & Od. θ, Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν.

Ἀοιδὸς, Poeta. Apoll. Argon. 1, οἱ πρόσθεν ἀοιδοὶ, Antiqui poetæ, superiorum temporum poetæ.

Ἀοιδὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Adiectiuum nomen, Canorus, de auibus: vt in prosa dicuntur ᾠδικαὶ & ᾠδοί. Hesiodus in Ergois, Τῇ δ' εἶς ᾗ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν. verba sunt accipitris ad ἀηδόνα, id est lusciniam. id est, Vadis quà mihi libeat te ducere, quanuis canoram: vel, vt alii, cantricem seu cantatricem. Callimachus hymno in Delum vsus est superlatiuo, Μουσάων ὄρνιθες ἀοιδότατοι πετεηνῶν, id est maximè canoræ inter aues. Et in illo quoque Hesiodi loco ἀοιδὸν malim exponere Canoram, quòd lusciniæ optimè conueniat hoc epithetum, & videatur Hesiodus, ἀηδόνα appellans ἀοιδὸν, ad ipsius nominis etymologiam allusisse.

Ἀοιδὸς, Celeber, Magni nominis. nam ἀοιδοὶ Hesychius exponit περιβόητοι, ὀνομαστοί. Igitur & in hac significatione ἀοιδὸς adiectiuum nomen erit, idē valens quod ἀοίδιμος.

Ἀοιδὸς in vulgar. lexicis exponitur etiam philosophus. quæ interpretatio nata est ex eo quod tradit Athenæus, apud veteres ἀοιδοὺς aliquid habuisse commune cum philosophis, præsertim quod ad temperantiā attinet. Aut huic interpretationi occasionem præbuit quod ait Eust. ἀοιδὸν Clytæmnestræ custodē apud Hom.

nonnullos accepisse pro philosopho, vt qui à musis o- A
mnium rerum cognitione instructus esset. Sed nequaquam putandum est tamen ἀοιδὸν generaliter pro philosopho vsurpari.

Ἀοιδὸς, ῦ, ὁ, Eunuchus, inquit Hes. Ἀοιδὸν (inquit Eust.) nonnulli apud Hom. sinistrè intellexerunt dici eunuchum: videlicet ἀοιδὸν quasi non habentem αἰδοῖα, i. verenda. Hæc Eust. Sed hanc sequẽdo significationẽ non ab ἄδω deriuaretur hoc nomen, sed ab αἰδώς: vnde & αἰδοῖον.

Ἀοιδοσυνη, ης, ἡ, Idem quod ἀοιδή. B

Ἀοίδιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Decãtatus, Carminibus celebratus, vel celeber. vt nomẽ reddatur nomine, potius quàm participio. Sed accipitur generaliter pro eo qui quouis modo celebratur, vel celebris factus est: & cuius clarũ est nomen. E T tã de re quàm de persona dicitur. vt apud Plut. ἀοιδιμώτατον ἔργον, factũ celeberrimum. | Apud Hom. in malã partem vsurpatur ἀοίδιμος, Il. ζ, Ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι. i. famosi. Sic & nobilis apud Latinos in vtranque partem sonat.

Ἀοιδιάω, ῶ, Idem quod ἀείδω, Od. κ, Καλὸν ἀοιδιάει. — & Od. ε, — ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ. C

ἌΔΩ, F. ᾄσω, & ᾄσομαι. P. ᾖκα. Ex ἀείδω factum (quod retinuerunt poetæ) vnde & α habet ι subscriptum. Significat Canto, Cano. Lucianus, τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι ἢ ταῖς μούσαις ᾀδούσαις, Apollini citharam pulsanti, aut musis canentibus. ᾄδειν πρὸς αὐλὸν, canere ad tibiã, apud Athenæum, lib. 4. | Item cum accusatiuo, nonnunquã pro Cano: interdum verò pro Decanto, id est celebro. ᾄδειν τὰ ἐλεγεῖα, apud Demosth. Cãtare elegos versus. Sic Plut. Sympos. 9, ᾄδοντες δὲ τὰ περὶ τῶν ἔργων. vbi ἔργων significat libri Hesiodi qui inscribitur ἔργα. Sic ᾄδειν ἐγκώμιον, Aristoph. in Nub. Canere carmen de laudibus alicuius. Pro celebro autem in passiua præsertim voce ponitur. vt Luc. in Somnio, ὁρᾷς τὸν Σωκράτην ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; Sic apud Gregorium ᾀδόμενον & μνημονευόμενον pro eodẽ. Propriè autẽ ᾄδεσθαι dicitur quod à poetis celebratur, & quod versibus decãtatur. vt apud Pausaniam in Corinth. de Atreo, καὶ τῶν Θυέστου παίδων σφαγὰς καὶ τὰ ᾀδόμενα δεῖπνα ἐξειργάσατο. D

Ἄδειν dicuntur etiam galli gallinacei. vnde & περὶ ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς dicunt Græci, Circa gallicinium. id est circa id tempus quo galli solent cantare. Latini quoq; cantum dant gallo. Ouid. Iam dederat cantus lucis prænuntius ales. E

Ἀστέον, Aduerb. positionis, Canere oportet, Canendum est. Aristoph. Nub. ᾀστέον ἐγκώμιον.

Ἆσμα, τος, τὸ, Canticum, Cantio, Cantilena, Carmen. vt ᾆσμα ἐρωτικὸν, Luciano, Cantilena amatoria, αἰσχρῶν ᾀσμάτων ποιηταὶ, Dem. μοχθηρῶν ᾀσμάτων ποιηταὶ, Athen. 14. ᾄδειν ᾆσμα, vt Latinè Canere cantilenam. Plut. in Pericle, πολλοὶ δ' ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα. Non solùm autẽ ᾆσμα dicitur ᾄδεσθαι, sed & αὐλεῖσθαι, & κιθαρίζεσθαι ab Aristot. vt etiam modò citaui ex Athenæo, ᾄδειν πρὸς αὐλόν. Fit ab ᾖσμαι prima præteriti τοῦ ᾄδομαι. vt ᾀστέον aduerb. proximè præcedens à tertia ᾖσται. F

Ἆσμα Suid. ait significare etiã δίασμα: sed tũ ab ἄττειν videtur existimasse deduci: quod pro διάζεσθαι ait à Sophrone vsurpari.

Ἀσμάτιον, ου, τὸ, Dimin. Cantiuncula.

Ἀσματοκάμπτης, ου, ὁ, vide in κάμπτω. G

Ἀσματοποιὸς, οῦ, ὁ, Cantilenas faciens, Cantilenarũ seu canticorum artifex. Athen. 14, ὁ γοῦν Ὀδυσσεὺς παρὰ τῷ Φαιάκων ᾀσματοποιῷ. Ex ᾆσμα & ποιῶ.

¶ Ὠδὴ, ῆς, ἡ, Carmen, Cantio, Cantilena. Idem quod ᾆσμα. ᾠδαὶ Dion. Hal. interpr. carmina. ait enim Arch. 1, p. 20 edit. paternæ, ταῖς μὲν γὰρ ᾠδαῖς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα. Xenoph. Pæd. 1, διὰ στόματος εἶχον καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν ᾠδαῖς. Ath. 14, ἐπεὶ γὰρ τὰς κατηρεστέρας ᾠδὰς ἀσπάζεται μᾶλλον τῶν ἐσπουδασμένων, οἷαί εἰσιν αἱ Λοκρικαὶ καλούμεναι. Dicũtur & ᾠδαὶ ἀλεκτρυόνων, gallorum cantus: vt paulo antè dixi in Ἄδω. H

Ὠδὸς, οῦ, ὁ, Cantor. Plato De leg. 7, τοῖς Διονύσου ἐξηκοντούτεις ᾠδοῖς. Idem in Phædro, de cicadis loquens, οἱ ὑπὲρ κεφαλῆς ᾠδοὶ, quæ super capita nostra canunt.

Ab ᾠδὸς compositum κιθαρῳδὸς (à quo verbum κιθαρῳδέω) vide in κιθάρα, itidem λυρῳδὸς in λύρα, & ὑμνῳδὸς in ὕμνος: sic τραγῳδὸς, &c. in τράγος, vt κωμῳδὸς, &c. in κώμη. Sic & cætera composita suis locis quære.

Ὠδὸς dicebatur poculum quod pro scolio (id est cantilenæ genus) dabatur. Tryphon apud Athen. lib. 11.

Ὠδικὸς, οῦ, ὁ, Canorus. vt ᾠδικώτερος τῶν κύκνων, apud Lucianũ magis canorus cycnis. | Ὠδικὸς cantandi peritus, musices peritus. Athen. 12, ἑταίρας δὲ τὰς μὲν ᾠδικὰς, τὰς δὲ ὀρχηστικάς. vbi obserua ὀρχηστικὰς itidem significare saltandi peritas. Apud Plut. quoq; videtur ita sumi ᾠδικὸς, Symp. 1, παρεστῶσι τοῖς ᾠδικοῖς ᾆσαι, ἱππικοῖς εἰπεῖν.

Ὠδικῶς, Aduerb. Canorè. Aristot.

Ὠδεῖον, ου, τὸ, ad verbũ, Cãtilenarium. Locus (inquit Hes.) in quo rhapsodorum cõmissiones fiebant, item citharœdorum, priusquam theatrum esset cõstructum. Suidas autem ait, ᾠδεῖον Athenis velut theatrum quod cõstruxit Pericles musicis. vnde & ᾠδεῖον dictus fuit ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. Ibi autẽ iudiciũ exercebat is qui ἄρχων appellatur. Mensurabantur etiam ibi farinæ. Aristoph. in Vespis, Οἱ μὲν ἡμῶν οὗπερ ἄρχων, οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα, Οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ', οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις. vbi schol. Aristoph. ait ᾠδεῖον locus est formã theatri habens, in quo solent poetæ sua poemata recitare, antequam in theatro recitent. Nec addit quod apud Suidam habetur, ibi tribunal esse archontis (quod ex hoc Aristoph. loco fortassis collegit) sed subiungit, perinde esse ac si dixisset Aristoph. In omnibus Atticæ locis inueniũtur iudices. Cæterùm quod Suidas ait mensurari solitas in Odeo farinas, id verò ex Demosthene sumpsit, vt opinor: cuius in oratione πρὸς Φορμίωνα hæc sunt verba, οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ ᾠδείῳ. Pausanias Atticis, τοῦ θεάτρου δὲ ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον, ἀνδριάντες, &c. Id est, Theatri quod appellant Odeum. Plut. De audiendo, μεμνημένον ὡς οὐκ εἰς θέατρον οὐδὲ ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφῖκται. id est, recordãtem se no in theatrũ nec odeum, sed in scholam & didascaleum venisse. Idẽ in Pericle, ᾠδεῖον πολύεδρον καὶ πολύστυλον, id est, Odeum multa sedilia & multas columnas habens. Xen. Hell 2, ἐκάθευδον δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἐν τῷ ᾠδείῳ, id est, somnum capiebant etiam equites in Odeo.

C. Ἀνταδω, Contrà cano, Occino. Apud Lucianum, teste Budæo, capitur etiam pro Compono carmen aduersus aliquem. Hesychius ἀντᾳδεται exponit ἀντανοοῦνται.

Ἀντῳδὴ, Cantus quo alteri occinitur, Cantus alteri respondens. In vulg. lexicis exponitur ex Quintiliano, Canticum alternis modulatum. Apud comicos autem sic vocatur ἀντιστροφὴ, inquit Suidas.

Ἀντῳδὸς, Qui cantu mutuò respondet, Qui occinit. Suidas κατάμιλλοι exponit, subiungens ex epigr. ἀντῳδοὺς χελιδόνας. Locus integer est apud eum.

C. Ἀπᾴδω, In cantu discrepo, Dissono, Sum absonus. quod Gaza vno verbo dicit Absono. Aristot. in Probl. διὰ τί τῶν ᾀδόντων οἱ βαρύτεροι ᾄδοντες τῶν ὀξὺ ᾀδόντων, ἐὰν ἀπᾴδωσι, μᾶλλον καταδῆλοι γίνονται. Vbi sine casu ponitur. Apud Platonem cum datiuo, De leg. lib. 7, δεινὸν γὰρ ὅλῃ τῇ ἁρμονίᾳ ἀπᾴδειν, ἢ ῥυθμὸν ἄρρυθμον. Sic apud Dionys. Areop. pro Discrepo, Dissentio, ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἀπᾳδούσας ἀναπλάσαι τοῖς οὐρανίοις μορφὰς κἂν τῶν ἀτιμοτάτων τῆς ὕλης μερῶν. Idẽ ἀπεμφαινούσας μορφὰς pro eodẽ dixit. Iungitur & genitiuo apud Iustinum martyrem, τῆς Ὀρφέως ἀπᾴδει ποιήσεως, Ab Orphei poesi discrepat, vel dissentit. Plut. in Lycurgo præpositioni πρὸς iungit habenti accusatiuũ, ἀπᾴδουσαι πρὸς τὴν κατεστῶσαν πολιτείαν ὡς πρὸς ἁρμονίαν. Apud Lucianum autem ἐν εἰκόσιν ἀπᾷδον sine casu positũ pro Abhorrens, ὅπως ὅλον ἐκ τοσούτων μίαν εἶναι συνθεὶς οὐκ ἀπᾴδουσαν ἀπεργάσηται. Hesychius itidẽ ἀπᾴδοντα exponit ἀλλότρια, id est Aliena, Abhorrentia.

Ἀπᾴδω citatur ex Aristotele & in alia significatione, in Problematis, Διὰ τί ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἀπᾴδουσιν οἱ πλεῖστοι, id est, Cur plurimi in acutum cantum desinunt. Vel, vt Gaza interpretatur, Cur in acutum magna ex parte vox aberrare consueuit. Sed enim ἐπᾴδουσιν in vulgatis exemplaribus legitur, non ἀπᾴδουσιν. Licet videatur desinentia (vt ita loquar) aptius præpositione ἀπὸ quam ἐπὶ significari.

Ἀπῳδὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Absonus, Dissonus. Item Abhorrens. Suidæ melos ἀπῳδὸν est τὸ τῆς ᾠδῆς ἀλλότριον. Item τὸ μὴ

ἀρέσκον, quod non placet. Item ἀπῳδὸς is dicitur qui est κακόηχος, id est, malum sonum edit. Adnotant præterea quidam ἀπῳδὸν dictum cantum gallorum immaturum. Ab hoc nomine fit verbum ἀπῳδέω, ῶ, idem valens quod ἀπάδω.

C. Διάδω, itidem pro ἀπάδω, Dissono. vt Heracl. apud Aristotelem, συνάψιας συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον.

C. Ἐξάδω, Excanto, i. Incantatione libero, Carmine obligatum alio carmine soluo. (in qua significatione opponitur τῷ ἐπάδω) Itē, Incantationibus siue cātibus eiicio aut expello. Luc. τί δὲ περὶ τούτων φὴς ὅσοι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων, οὕτω σαφῶς ἐξάδοντες καὶ τὰ φάσματα;

Ἐξάδω, Percanto, Decanto, vt exponit Bud. in hoc Plut. loco in Symp. vbi de Arione loquēs, scribit, ἐξᾷσαι δὲ καὶ τὸν βίον πλεύσαντος, καὶ μὴ περιιδεῖν κατὰ τοῦτο τὸν κίνδυνον ἀφύριστος. Idem hunc locum Platonis affert, in Phædro, οἱ δὲ τὸν κίνδυνον καταψεύδονται, καὶ φασὶν αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξάδειν. id est (inquit) Occinere, vel Canere. supra enim ᾄδειν dixerat.

C. Ἐπάδω (& poeticè Ἐπαείδω) Accino. Luc. in fine dialogi Plutonis, Menippi, & Crœsi, ἐγὼ δὲ τὸ Γνῶθι σαυτὸν πολλάκις συνείρων, ἐπᾴσομαι ὑμῖν. πρέπει γὰρ αὖ ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπαδόμενον. Sic apud Xen. ἃ ἐδόκει αἱ Σειρῆνες ἐπᾴδειν τῷ Ὀδυσσεῖ, ἤκουσας Ὁμήρου. Idem, ἀλλὰ τοῖς ἐπ᾽ ἀρετῇ φιλοτιμουμένοις οὕτως αἱ Σειρῆνες ἐπῇδον. Apud eundem ἐπῳδὰς ἐπάδειν τινί. Plut. in Romulo dixit τὸν Ταλάσιον ἐπάδουσιν τοῖς γάμοις pro Cantādo inuocant. Apud Plat. in Theæteto ἐπάδουσαι μαῖαι, Incantationibus vtentes, & (vt Camer. exponit) Carminibus lenientes dolores, atque accelerantes partum grauidarum mulierum. ‖ Ἐπάδειν, Incantare. Chrysost. καὶ μυριάκις ἡμῶν ἐπᾴδωσι ταῖς ἀκοαῖς. Qua in signif. ἐπάδειν & ἐξάδειν proximè præcedens opponuntur. ET pass. Ἐπάδομαι, Incantor, Carmine illicior, vt ὥστε μὴ ἀπιέναι ἀπ᾽ αὐτοῦ τοὺς ἐπαδομένους.

Ἐπάδω σοι τοῦτο, pro Inculco tibi hoc, Bud. ex Plat. 198 & 351. Et pag. 166 pro Admoneo frequēter & insto adhortando, vt vult idē. Sic & Gall. dicitur, *Ie luy chāte touts les iours ceste leçō*, pro Quotidie hoc præceptum illi inculco, vel hanc admonitionem. In Phædro autem præfixit particulam ὥσπερ, p. 61, καὶ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπάδειν ἑαυτῷ.

Ἔπασμα, pro ἐπῳδὴ, Incātamentum. Greg. μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα ὡς ἀσπὶς πρὸς τὰ ἐπάσματα. Idem alibi, de baptismo, οὐδὲν δεῖ σοι περιαμμάτων καὶ ἐπασμάτων οἷς ὁ πονηρὸς συνεισέρχεται τῷ κουφοτέρῳ προσαγόμενος. Vocantur item ἐπάσματα cantilenæ quales pueris nutrices canunt, In vulg. lex.

Ἐπῳδὴ, (& apud poetas Ἐπαοιδὴ, & Ἐπαοιδία) Incantatio, (Cic. Cantio, & Gell. Incentio) Incantamentum, Carmē ad amoliendū aliquid noxium, vel simpliciter Carmē. Od. τ, — ἐπαοιδῇ δ᾽ αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον. vbi Eustath. ἐπαοιδὴν scribit προσπίπτουσαν esse τῆς ἐπῳδῆς. Hes. ἐπαοιδίας exponit φαρμακείας & γοητείας. Soph. Aiace, — οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Vbi notandum est sicut & in illo Homeri loco, ἐπῳδὴν pro medicina adhiberi. Polyb. apud Suid. πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ περιάμματος πεῖραν ἐλάμβανεν. Et οἱ περὶ τὰς ἐπῳδὰς, professores artis incantamentorū. Chrysost. De off. episc. αἱ τῆς μητρὸς ἐπῳδαὶ, matris blanditiæ, quæ videlicet illiciunt sicut incantamenta.

Ἐπῳδὴ, versus intercalaris, qui & ἐπιφθέγμα, & προάσμα, vt scribit schol. Theocr. apud quem talis est versus Idyll. 1, Ἄρχετε βουκολικᾶς μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς. Apud Virgilium autem talis hic, Incipe Mænalios mecū mea tibia vers[us]. & hic, Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim. Gall. *Le refrein de la balade*. In lyricis autē versibus post στροφὴν & ἀντιστροφὴν accinitur ἐπῳδή.

Ἐπῴδιον, ab ἐπῳδὴ, forma diminutiui, Quod odæ accinitur: vt ἐφύμνιον, quod hymno. Vulgò versiculum vocāt, Bud. ann. in Epist.

Ἐπῳδὸς, Incantator. Eurip. Hippolyto, Ἆρ᾽ οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ᾽ ὅδε; vbi animaduerte copulari ἐπῳδὸν, & γόητα, sicut ἐπῳδῆς & γοητείας in Polyb. loco paulo antè citato.

Ἐπῳδὸς, Lyrici carminis pars, apud Pind. inquit Bud. ‖ Ἐπῳδῶν librum Diomedes & Marius Victorinus aliique veteres grāmatici ab Horatio appellatum putant quòd singulis longioribus versibus singuli breuiores accinantur, qui ἐπῳδοὶ vocantur. Docent enim carminis vnum genus esse in quo versus ita inter se connexi vt alter sine altero audiri non possit: quorum prior, προῳδικὸς, i. præcinens: posterior, ἐπῳδικὸς, quasi succinens, vocatur: vt in elegis lōgus & hexameter, est προῳδικός: breuior & pentameter, ἐπῳδικός. ‖ Apud Herm. autē sumitur etiā aliter ἐπῳδός. vt Εὑρέσεων tomo 4, οἱ δέ φασι καὶ τὸ ἐπῳδὸν κῶλον εἶναι, τὸ δὲ ὑποκάτω, κόμμα. Vide ibidē plura.

c. 1. Καταπάδω, Incanto. Pla. Gor. 429, τούτους ἐκ νέων λαμβάνοντες ὥσπερ λέοντας, καὶ κατεπάδοντές τε καὶ γοητεύοντες, καταδουλούμεθα. Item, Mulceo vt incantatores solent, sic tamen vt in bonam partem accipiatur nonnunquā, vt apud Greg. 251, ἐγὼ δὲ τὸ τῆς λύπης ἀφίεισα πλεῖστον, καὶ λογικῶς συγγινόμενος, καὶ κατεπάδων τοῖς λογισμοῖς, i. rationibus mulcens, inquit Bud. Ego reddere malim (ad exprimendā vim huius verbi) Rationibus tanquā carmine siue carminibus mulcens, aut deliniens. Potest autē & in illo Plat. loco metaphoricè accipi. ‖ Dicitur & κατεπάδω σοῦ, pro Cātu te oppugno, vel Cātu expello, vt apud eundem Gr. p. 231, ἵνα τὸ πνεῦμα αὖ πεμφθὲν λάβῃ, ψάλλειν ποιεῖ πνεύματος πονηροῦ κατεπάδοντα. ET Κατεπάδομαι, pass. vt apud Basil. ῥῆμα κατεπαδόμενον τῇ καρδίᾳ, quod, tanquā delinitoriū carmē, cordi accinitur: εἰς τὸ Πρόσεχε σεαυτῷ, 249, ἵνα τί σοι τὸ ῥῆμα ὑπὸ προσεχόντων πεζολογούμενον ἐν καιρῷ αἱ ἐχόντα τῇ καρδίᾳ κατεπαδόμενον.

c. 1. Συνεπάδω, Simul incanto, Vnà cum alio incanto. Et τοῦτο συνεπάδω, Hoc simul accino.

C. Κατάδω, Occino, Cantu obstrepo, Eurip. Vnde καταδόμενον dixit Luc. pro eo cui cantu obstrepitur, vel pro eo qui cantoribus est comitatus. ‖ Apud Herodotum autē καταείδειν ἄνεμον (quod est pro κατάδειν) pro Incantare ventum, Carminibus afficere mulcereque. Vide Bud. Comm. pag. 1079.

C. Παραείδω, vt παραείδω σοὶ, Cano apud te. Od. χ, — ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥστε θεῷ. Sed & diuidi etiā possit fortasse & scribi πάρ᾽ ἀείδειν.

C. Περιάδω, Circunquaq; cano. (q. d. Circūcino, ea forma qua dicitur, Accino, Occino) vnde Περιάδομαι. Plut. κωνώπων χορὸν περιαδόμενον, culicum turba perstrepens.

C. Προσάδω, Accino. vt προσάδω ταῖς μούσαις, accino musis apud Aristoph. Sic Soph. Philoct. καί μοι προσάδετε, mihi accinitis.

Προσῳδὸς, Qui musicis instrumentis accinit, vt προσῳδία est ἡ μετ᾽ ὀργάνου ᾠδή. Pollux ex Aristoph. προσῳδὸς & μελῳδὸς vt synonyma ponere videtur. Προσῳδὰ ὄργανα, Polluci τὰ κρουόμενα (ad differentiam τῶν ἐμπνεομένων) instrumenta musica quæ pulsantur. quia solet illis vox accinere. ‖ Προσῳδὸς, Cōgruens, Non discrepās. Quasi, Cantu congruens, vel Cantū congruentē habens (vt Cōsonus metaph. dicitur à Lat.) apud Plut. Sed frequētius est in hac signif. συνῳδός.

Προσῳδία, ας, ἡ, Accentus, apud grām. Modulatio quæ syllabis adhibetur. Gell. veteres προσῳδίας, tū notas vocū, tū moderamēta, tū accētiunculas, tū voculationes appellasse scribit. ‖ Προσῳδίας appellauit Critias (teste Poll.) τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς, i. Cātus ad citharā, Cātus qui citharæ accinebantur. Hesychio quoq; προσῳδία est μετ᾽ ὀργάνου ᾠδή. Suidæ autē ὕμνος, sicut & προσῴδιον. HINC adiect. Προσῳδιακὸς, κὴ, κόν, Ad accēt[us] pertinēs. vt προσῳδιακοὶ κανόνες apud grām. Est præterea προσῳδιακὸς ῥυθμὸς schol. Aristoph. in Nub. qui & ἐνόπλιος. Apud eundem in Ranas quoddam τείμετρον ἀκατάληκτον, vocatur προσῳδιακόν.

Προσῴδιον, Cāticū quod diis canitur. A Suida exponitur ὕμνος: ab Hes. ᾠδὴ θεῶν ὕμνον περιέχουσα: ab Etym. autē λιτανεία μετὰ ὕμνων, qui addit παρὰ τὸ προσιέναι μετὰ τούτου τοῖς θεοῖς. secundū quā etymologiā scribēdū esset προσόδιον: quam etiā scripturā habēt alibi Suidas: & sanè apud Hesych. quāuis προσῴδιον scribatur per ω, est tamen in ordine alphabetico τοῦ προσόδιον per ο. Sic autem & apud Athenæum scribitur, vt docebo in προσόδιον.

C. Συνάδω, Concino, Consono, Consonum cantum edo. Cui opponitur διάδω, vt in illo Heracliti loco qui citatus fuit in διάδω. Metaphoricè ponitur pro Consentio, Astipulor. vnde Aristot. συνάδειν & διαφωνεῖν opponit, καὶ συνᾳδόντων μὲν τοῖς ἔργοις ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ

λόγοις ὑπολαμβάνειν, id est (Bud. interpr.) Et ii probādi sunt quorum opera dictis consentanea sunt.

Συνῳδὸς, Concinens, Consonus, Cantus socius. Ælianus apud Suidam, ὁ δὲ ἀλεκτρυὼν συνᾴδει ἐπιπρέπει τῷ ὀρνιθείῳ μέλει, συνῳδόν τι καὶ συμμελὲς ἀναμέλπων ἐν ἀρχῇ τῶν ᾠδῶν. Lucianus, παρακαλέσαντες τὰς μούσας συνῳδούς. Apud Aristot. Ethic. 1, συνῳδὸς, Non absonus, Congruus. Apud Aristophanem, συνῳδά σοι φρονῶ, pro Tibi astipulor, συνᾴδω σοι.

Συνῳδία, Concentus, Luc. Icaromenippo. A Suida exponitur ψαλμῳδία. Hesychius autem habet συνῳδία cum ει, quod exponit συγχορεία.

C. Ὑπᾴδω, Succino, quo vtitur Horatius. Pollux, προσᾴδειν, ἐπᾴδειν, ὑπᾴδειν, συνᾴδειν, coniungit, de sonis musicis loquens. Luc. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, ὑπᾴδειν & τερετίζειν coniunxit, quæ Erasmus reddit Cantillare & garrire.

Composita alia, quæ non ex ᾄδω sed ex eius verbali ᾠδὴ deducta sunt,

Κιθαρῳδὸς & Κιθαρῳδίω, in κιθάρᾳ, vt Λυρῳδὸς & Λυρῳδέω in λύρᾳ, & Ὑμνῳδὸς atque Ὑμνῳδέω, in ὕμνος. Itidem Μαγῳδὸς in μάγος, Μονῳδὸς & Μονῳδέω, & Μονῳδία in μόνος. Sic & in cæteris quæ hic posita non fuerint. Sed Ἀρῳδὸς & Στιχῳδὸς vide in Ῥαψῳδός.

C. Παλινῳδέω, δῶ, Recanto, Horat. Pro quo dicitur prouerbialiter Palinodiam cano. Est παλινῳδεῖν (inquit Eras.) Palinodiam canere, Diuersum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Translatum est à Stesichori lyrici poetæ facto, qui quum Helenam carmine vituperasset, & inde oculis orbatus esset, palinodiam cecinit, Helenámque prius vituperatā laudauit, atque ita visum recepit. Hactenus Erasmus. Quibus addo ex Isocrate, ipsum Stesichori poema παλινῳδίαν vocatum fuisse. Cicero (inquit Bud.) Retexere orationem in eodem fermè sensu dixit in Philipp. quo Græci παλινῳδεῖν dicunt. ‖ Luc. metaphoricè vsus est, καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, de iis qui à virtutibus in vitia collabuntur, velut vitam bene actam retractantes vitiis sese dedendo.

Παλινῳδία, Recātatio. Vel Cātus priori contrarius (inquit Hes.) vel Sententia priori contraria. In qua expositione ponitur propria, deinde metaphorica significatio. Suidas autem dicit, ἐναντία ᾠδὴ, ἢ τὸ τὰ ἐναντία εἰπεῖν τοῖς προτέροις. Sed quum Hes. dicit Sententia priori cōtraria, possunt & dicta prioribus cōtraria sub hac expositione intelligi, quibus videlicet sententiam nostrā aperire soliti sumus. Ponit Suidas & prouerbiū ᾄδων παλινῳδίαν, canens palinodiā. quod Græcum loquēdi genus non adscripsit Erasmus illi Latino. Plut in Alex. οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα πρὸς παλινῳδίαν τρεπόμενον, πολλὰ παρρησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων. Plato in fine epist. tertiæ quæ ad Dionysium ἀλλ' ὁμολογῶ, τὸ μετὰ τοῦτο ἡγησάμενος δεῖν σοφὸν τὸν Στησίχορον, τὴν παλινῳδίαν αὐτοῦ μιμησάμενος, ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀληθῆ λόγον μεταστῆναι. Vbi παλινῳδία Stesichori intelligi potest vel eius recantatio de vituperatione Helenæ, vel eius liber qua illa cōtinebatur, ab Isocrate ita vocatus, vt modò dictum est: malo tamē in priore illo sensu accipere. Isocratis locus est in Helenes encomio, vbi de Stesichoro loquens, & narrans historiā paulo antè memoratam (cuius & Plato meminit) scribit, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε.

C. Παρῳδέω, δῶ, Canticum vel carmen ad alterius imitationem compono. Sic autem compositum canticū vel carmen παρῳδὴ & παρῳδία appellatur. vnde παρῳδεῖν exponitur Parodias scribere. Laertius in Bione, ἀφοὺς γὰρ ἦν παρῳδῆσαι. οἷά ἐστιν αὐτὸ καὶ ταῦτα, ὦ πῖνε Ἀρχύτα ψαλληγενὲς, ὀλβιότυφε. Eustathius in primum versum Iliadis, ἰστέον δὲ ὅτι Ὁμήρου γράψαντος Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, τῶν τις ὕστερον σκωπτικῶς παρῳδήσας ἔγραψε, Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύκροτον. Vbi animaduerte quod dicit σκωπτικῶς. hoc enim conuenit cum eo quod Aristoxenus apud Athenæū lib. 14. refert, ex versibus hexametris parodias ioci gratia & ad captandū risum fieri solitas: vbi & nomine παρῳδὴ vtitur. ὥσπερ (inquit) τῶν ἑξαμέτρων τινὲς ἐπὶ τὸ γελοῖον παρῳδὰς εὗρον, οὕτω καὶ τῆς κιθαρῳδίας πρῶτος Οἰνώπας. Ab Athenæo lib. 2 citatur Μάτρων ὁ παρῳ-

A δός. Dicitur tamen παρῳδὴ generalius. Quintil. lib. 9, cap. 2, Incipit esse quodammodo παρῳδή. quod nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiuè etiam in versificationis ac sermonum imitatione seruatur. ‖ Hesych. παρῳδεῖν inter cætera vult esse χλευάζειν: quæ significatio referenda est ad id quod modò dixi, ex parodiarum videlicet scriptione risum captari solitum.

Παρῳδὸς, Parodiarum scriptor, vt Sopater apud Athen. & Matron, cuius etiam opus vocatum παρῳδαὶ ab eo

B citatur.

Παρῳδία, idē quod παρῳδὴ proximè præcedēs: vnde παρῳδιῶν ποιηταὶ, Athen. lib. 15. & τοὺς τὰς παρῳδίας γράψαντας, ibidem. Παρῳδία est (inquit Camer.) quum alterius poetæ versus iocose in aliud argumentum transferuntur: vt illud ex Alcestide, Χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Aristoph. in suas Nebulas transtulit ita, Κλάεις παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς; Alia exempla affert idē Cam. quæ apud eum videnda relinquo, col. 195, Comm. vtr. linguæ. Est autem hic id genus παρῳδίας cuius me-

C minit Suidas, videlicet quū verba tragœdiæ ad comœdiam transferuntur. quale esse, inquit, ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι ab Eurip. & ab Aristoph. dictū. ‖ Est præterea παρῳδία Hermogeni (vbi δεινότητος methodum tradit) ὅταν ὁ λέγων μέρος τι ἔπους, τὸ λοιπὸν παρ' αὐτοῦ πεζῶς ἑρμηνεύσῃ, id est, quum quis vbi partem aliquam versus protulit, reliquum à se (id est de suo) oratione soluta eloquitur. Dicitur & παρῳδικὴ, vbi exemplum vide.

Παρῳδικὸς adiect. Ad parodiam pertinens, Parodiæ formā habens. ‖ Item παρῳδικὰ μέλη apud schol. Aristoph. in

D Vespis: nisi fortè παροδικὰ legendum est: vt & ἐξῳδικὰ ibidem scriptum esse constat pro ἐξοδικὰ, quū exponat ἀπὸ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ δράματος ᾀδόμενα.

C. Περιῳδέω, δῶ, Incantamentis & magica arte circumuenio & obtundo, Budæus ex Luciano, cuius hæc verba citantur in vulgaribus lexicis, περιῳδήσας τὴν Γοργόνα ἐπαοιδαῖς.

C. Ῥαψῳδέω, δῶ (vnde Ῥαψῳδὸς & Ῥαψῳδία: pro quibus nonnulli Ῥαβδῳδὸς & Ῥαβδῳδία scribendū putauerunt) Carmina contexo, & quasi consuo aut consarcino. nam quum ῥαψῳδεῖν sit ῥάπτειν ᾠδὰς, (ad quod etymum alludens Pindarus rhapsodum vocauit ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδόν) consuendi aut consarcinandi vocabulum hic conuenire existimo, ad declarandam verbi Græci originem. Sed Eustathius ῥαψῳδίας vocari ait διὰ τὸ κατὰ σύνθεσιν πως ὡς ῥάπτεσθαι, τὴν ᾠδήν. ego autem existimo ῥαψῳδίας initiò dictas fuisse poemata longiuscula, & quidem hexametris versibus scripta, quòd multos versus veluti consutos haberent: postea verò latiorem fuisse datam

F huic verbo significationem: sic tamen vt de scriptione heroicorum versuum potius dictum sit, & quidem de Homericis etiā interdum peculiariter. vnde etiam peculiariter singuli eius Iliadis & Odysseæ libri ῥαψῳδίαι appellantur. Vide infrà Ῥαψῳδία.

Ῥαψῳδῶ, non tantùm pro Carmina contexo & quasi cōsuo, sed & pro Carminibus decanto, siue celebro: propriè autem, carminibus heroicis & quidem ita contextis. Q. d. Rhapsodia versuum celebro. Aristophanes, ῥαψῳδεῖν ἔστι τοῖς παιδείοις τοῖς ἀνδρείοις ἐν τῷ πολέμῳ. Lucianus in dial. Achillis & Antilochi, νῦν δὲ συνίημι ἤδη ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελὴς εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι, μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία. Æschines autem ῥαψῳδεῖσθαι τοὺς ἐπαινοῦντας dixit epist. 11. ‖ Interdum etiam significat Carmine heroico perscribo, vel trado, vt apud eūdem Lucianum, εἰπέ οὖν μοι εἰ ἀληθῆ ἐστι ἃ περὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος περὶ ὑμῶν ἐθρύλησαν ἐρραψῳδήκασι. ‖ Frequentissimè autem vsurpatur ῥαψῳδεῖν pro Rhapsodias recito, vel Carmina recito alicui⁹ poetæ, ex eorū videlicet numero qui rhapsodi vocantur. Isoc. in Panath. ῥαψῳδοῦντας τὰ ἐκείνου, de Homeri & aliorum poesi loquens. Et apud Luc. Alexander dicitur Ὅμηρον ῥαψῳδεῖν. Athen. 264, τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐρραψῴδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός. Sed & ipsimet autores sua poemata ῥαψῳδεῖν dicuntur vt apud Platonem Homerus & Hesiodus, Politeiῶn 10, pag. 131. Lucianus autem quendam Homeri versus sermoni suo accommodantem, ῥαψῳδεῖν itidem

A dicit. nam quum Menippus Philonidi dixisset, Ὦ φιλότης, χρειώ με κατήγαγεν εἰς ἀΐδαο Ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο, (qui versus sunt Homerici) respōdet Philonides, ὅτι φέρε ληρεῖς. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐμμέτρως ἐρραψώδεις πρὸς ἄνδρας φίλους. vbi ἐμμέτρως abundat, quum in ἐρραψώδεις comprehendatur. Inuenio ῥαψῳδεῖν non solùm de recitatione versuum, sed & de recitatione scriptorum historicorum dictum. vt apud eundem Lucianū περὶ τοῦ ὅπως δεῖ ἱστορίαν &c. λῷ ἢ ποιητικὰς αὐτὰς ἢ συγγραφικὰς πλούτους ἢ, πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ αὐτῷ ῥαψῳδεῖν, τότε &c. ¶Item Ραψῳδεῖν, Loquaciter aliquid recensere, Oratione redundāti vti, B vt inquit Bud. hæc ex Greg. epist. citans, ἡμῖν γε χολὴ μακρότερα τῆς παρούσης ἀποθήκας ῥαψῳδεῖν. HINC Ραψῴδημα, Mendaciū, Nugæ, Hesychio & Suidæ. Hic verò etiam verbo ῥαψῳδῆσαι similem dat expositionem: ait enim esse τὸ φλυαρῆσαι, aut τὸ ἁπλῶς λαλεῖν καὶ ἀπεξυλῶν χωρὶς ἔργου τινός.

Ραψῳδός, Carminum cōtextor & quasi consutor. Qui ea poemata quæ rhapsodiæ appellantur, cōponit. Hoc nomine appellatur Hesiodus à Luciano, ὡς δὲ ὑμεῖς φατε, σύ τι καὶ Ησίοδος ὁ ῥαψῳδός. Secundum hanc significa- C tionem Sphinx quoque appellata est ῥαψῳδὸς à Sophocle in OEdipode tyranno, videlicet ἡ ῥαψῳδὸς κύων. Vide pag. 168. ¶Ραψῳδὸς frequentius pro rhapsodiarum recitatore. Budæus ῥαψῳδοὺς interpretatur carminis heroici recitatores, in hoc Platonis loco, De republica 3, οὐδὲ ῥαψῳδοί τι ἅμα καὶ ὑποκριταὶ [?] δυνάμενοι. Ibidem citat ex Athenæo, pag. 223, πρῶτος δὲ τοὺς Σιμωνίδου ἐπεδείξατο ῥαψῳδοῖς Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός. vbi ῥαψῳδὸν pro acroamate poni ait. Vocabantur autem ῥαψῳδοί, etiam D Ομηρισταί, vt scribit idem Athenæus lib. 14. ideo autem fortasse quòd Homeri præsertim recitare versus solerent. Quò pertinet expositio quam Suidas & Hesychius dant huic nomini. Cæterùm notandum est ῥαψῳδοὺς dictos non simpliciter qui carmina recitarent, sed qui ea recitarent in publicis conuentibus. Vide Ραβδῳδὸς paulo post.

Ραψῳδία, Cotextura carminum (hexametrorum præsertim) & quasi consarcinatio: de qua lege quæ modò dixi in Ραψῳδῶ. Aristoteles De poetica, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέ- E τρων. Idem Rhetoricōn 3, καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν ἐφ' ὕστερον. Athen. 6, λιμῳδὸς γὰρ οὗτος ὁ ῥαψῳδία. Sunt qui ῥαψῳδίαν propriè dictam putent Homeri poesin, in vnum quasi corpus consutam, quum antea eius membra diuulsa à quibusdam circulatoribus poetis recitarentur: (& citatur ex Luciano ῥαψῳδία τῆς Ιλιάδος, ac testatur Eustathius veteres totam Homeri poesin eo nomine appellasse) sed videmus non solùm totam poesin ita inscribi, sed singulos etiam libros. Quò crediderim respexisse Hesychium quum ῥαψῳδίαν esse dixit μέ- F ρος ποιήματος. Quam tamen significationem posteriorē esse puto. ¶Ραψῳδία est etiam inanis loquacitas. Vide Suid. & Hes.

c.2. Ἀπορραψῳδῶ, Verba fundito. Xenophon Pæd. 3, εἰ δὲ τοι ἱκανὸν εἰς μάχην ἄνδρας ἀγαθοὺς ποιῆσαι, οὐδ' οὕτω διωρίσατο τὰ ἀπορραψῳδήματα... ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ... εἶναι καὶ μὴ τοῦ καὶ διδάξαι τὴν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀρετήν. Qua verba, sunt Cyri eleuantis autoritatem imperatoris aduersarum partium, qui dicebatur castrensi oratione suos pulchrè animasse ad prælium, vt inquit Bud. G qui etiam exponit hic ἀπορραψῳδεῖν, Verba fundere, Loquitari sophisticè, vel Inaniter multa proloqui.

c.2. Επιρραψῳδῶ, Recito more eorum qui ῥαψῳδοὶ appellantur. Luc. ὁ δὲ αὐτῶν παρόντι ποιεῖν τὰ ταῦτα καὶ μὴ χαλεπὸν καὶ τὸ σῶμα κατασκευάζειν, συνεχὲς ἐπιρραψῳδῶν τὰ ποιήματα ἐκεῖνα τοῦ Ησιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη. id est (Budæo interprete) Carmina illa allegans & velut accinens, vel Carmina illa suis sermonibus accommodans. Ego existimo ἐπιρραψῳδεῖν esse (vt vis verbi exprimatur) Recitans, velut assuendo ea suis sermonibus. Citatur ex Philone in vulg. lexicis, τι ἐς αὐτοῦ ἐπιρραψῳδῆ, pro Carmen in ipsum canebat.

C. Ραβδῳδοί, pro ῥαψῳδοί, & Ραβδῳδία pro ῥαψῳδία quidam scribendum putauerunt, quòd in componendis vel recitandis rhapsodus virgam lauri manu tenerent.

A Vide Eustathium pag. 6.

C. Στιχῳδοί, Iidem qui & ῥαβδῳδοί, Qui inter componendum vel recitandum carmina virgam lauri seu ramum manu tenebant: vt per στίχον intelligamus ῥάβδον. Eustath.

C. Ἀρνῳδοί, Sic dicti iisdem rhapsodi, vtpote quibus agnus proponeretur præmiū recitationis versuū. Eust.

C. Προῳδικός, vide suprà cum Επῳδικὸς in Επῳδός.

ἈΗΔΩΝ, όνος, ἡ, Luscinia. ab ἀείδω, Æolica mutatione diphthongi ει in η. Hesiodus ad etymologiam huius B nominis alludens videtur ἀηδόνα vocasse ἐπιθητικῶς ἀοιδόν, vt dixi antea in ἀοιδός. Idem eodem loco ἀηδόνα appellat ποικιλόδειρον. Odyss. τ, — χλωρηῒς ἀηδών. Lycophron sirenas appellat ἀηδόνας, εἰς καλὸν ἀειδούσας, inquit Eustathius, id est festiuè canentes. ¶Hesych. ait ἀηδόνα esse tibiarum lingulam, & λωτίνας ἀηδόνας, tibias. Item ἀηδόνα vocari Mineruam à Pamphyliis. Sunt qui ab ἀεὶ & ᾄδω deriuari velint, quòd luscinia semper cātet, vbi semel inceperit. sed lōgè tutius est alterā etymologiam sequi, quam sequendo, & ι subscribi debet ipsi ω.

C Αηδώ, οῦς, & οῦ, per contractionem, idem quod ἀηδών. Sophocles in Aiace, Οὐχ οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει δύσμορος. vbi scholiastes ait, ἡ ἀηδώ, secundum Mitylenæos. & Suidas ait, ἀηδὼν & ἀηδοῦς, vt Σαπφώ, secundum Mitylenæos. Eustathius quoque nominatiuum ponit ἀηδώ, vt Αντώ, vnde reperiri ait ἀηδοῦς genitiuum, & ἀηδοῖ datiuum. In vulg. tamen lexicis Græc. scriptum est ἀηδώς.

Αηδονίς, Lusciniola, vel Luscinia, vt diminutiui formam habeat, non etiam significationem. Theocritus Idyll. η, D -αἴ κα ὁμοῖον Μουσίσδοι Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσιν. Id est, Si tam vocalis sit Daphnis in sua musica, quàm sunt lusciniæ. Callimachus, Μάτηρ μὲν γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων Αγε βαρὺ κλαίουσα, in hymno in laud. Pall.

Αηδονίς, Locus vbi canebant, inquit Hesych. addens, καὶ ἐργαστήριον.

Αηδονιδεύς, έως, ὁ, Idem quod ἀηδών, sed masculina terminatione, quasi dicas Luscinius, aut Lusciniolus. Theocritus, Οἱ δ' ἀηδονιδῆες ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων. Videtur esse factum ex ἀηδονίς.

E Αηδόνειος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Ad lusciniam pertinens. ἀηδόνειος ᾠδὴ Lusciniæ cantio, & pro eodem ἀηδόνειον μέλος. Var.

Αηδονεὺς Hesychius exponit νεοσσός, id est Pullus. Nisi fortè legendum est νεοσσοῦ, i. Pulli. vt sit ἀηδόνεος genitiuus quem exponat itidem per genitiuum. Eodē nomine vocari ait pudendum muliebre ab Archilocho.

ἍΖΩ, Veneror, cuius tamen passiua vox ἅζομαι est potius in vsu. Eustathius postquam dixit ἄζω spiritu tenui notatum significare ξηραίνω, subiungit, ἅζεσθαι significans σέβεσθαι, aspirari, à χάζω quod est ὑπο- F χωρῶ. At Etymologicus, vel potius Orion apud Etym. vocem actiuam ἅζω ponit, quæ prout vel aspero vel tenui spiritu notabitur, vel σέβομαι vel ξηραίνω declaret. Cur autem ἅζω pro Veneror à χάζω deducatur, hanc reddit rationē, quòd quē veneramur, via ei cedim* (vbi pro τῷ ὑποχωροῦμεν malo οὕτως ὑποχωροῦμεν.) Ego autē quāuis in deriuatione τοῦ ἄζω pro ξηραίνω, illis subscribā, in deductione tamē τοῦ ἅζω, vel potius ἅζομαι pro σέβομαι, vt longius petita, ab iisdē dissentio: atq; adeo prototypi locū ei tribuo. Multo tamē placet minus Hero- G diani sententia, qui ab ἅγος format ἁγίζω, ex quo per syncopē ἅζω, vt ex σκέλος fit σκελίζω, ex τεῖχος fit τειχίζω. & pro suæ sententiæ confirmatione affert ex Alcmane ἀγίσδω pro ἅζω. Quæ quidē spiritu tenui scribo, nō meā opinionem, sed ea vnde hæc sumpsi exemplaria sequens. Quæ tamen in ἅγος, scriptum habent ἅγος in ea tantum significatione qua pro μιαρός ponitur: vt dicetur in Αγος.

Αζομαι, Veneror, Colo, Reuereor, potius in vsu est (vt dixi) quàm ἅζω. Vtūtur autē τῷ ἅζομαι cū alii poetæ, tū H Hom. aliquoties. vt Il. ι, Αμ' ἐγὼ ἀργύριον ἐπιμάχει ἀζόμενος. Et Il. α, circa principiū, Αζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Απόλλωνα. vbi ἀζόμενοι exponitur Venerates, Veneratione prosequentes: sed malo Reuerētes. Iidē Od. ρ, Μήτ' οὖν μητέρ' ἐμὴν ἅζευ τόγε, μήτε τιν' ἄλλον Δμώων, Ne reuerearis meā matrē, i. Nullā rationē habeas eorū quæ tibi hac de re mater

mea mandauerit. Cæterū pro Veneror siue Colo, nō solùm accusatiuo sed & genitiuo iungi à Gregorio, scribitur in vulgaribus lexicis. Hesychius ait ἅζομαι esse & αἰσχύνομαι: necnō apud Euripidem poni pro ἀγανακτεῖν, id est indignari. In vulgaribus lexicis additur ἅζεσθαι pro Minari, apud Sophoclem.

Ἅγος, εος, τό, Res veneratione habens, Res quā veneramur, Res sacra. Exponitur præterea ab Hes. ἅγνισμα, i. purificatio. item ἅγνισμα θυσίας, id est lustratio. nā lustratio exponitur sacrificium expiationis. Explicatur ab eodem τέμενος, id est delubrum. quæ duæ significationes à prima non recedunt. nam lustratio ad venerationem pertinet: item delubra veneratione dignamur. Fit enim ἅγος ἀπὸ τοῦ ἅζω, (vt vult Eustathius) quod veneror significat. At Sophoclis scholiastes ab ἄγαμαι videtur velle deducere. Hesychius & Suidas exponunt σεβάσματα, id est venerationes: & hic addit à Sophocle ita vsurpari. sed per ἀντίφρασιν (inquit scholiastes Sophoclis) ἄγη dicuntur etiam μιάσματα, id est piacula. At Etymol. autor ait, Ἅγος duo significat, propriè mundū siue purum: at per antiphrasin, sordidum. In qua expositione duo miror, & quòd purum vel contrà sordidum significari velit nomine ἅγος, & quòd per adiectiua exponat. Potius enim per substantiua explicare debuerat Munditiem siue puritatē, & Sordes. Sed neque illi priori etymo ab ἅζω, neque posteriori ab ἄγαμαι, cōgruit hæc significatio puritatis, quam propriam esse dicit. Fortasse autem Etymologici autorem impulit in errorem illa recepta passim expositio, vt ἅγος significet μίασμα: quæ vox μίασμα ab illis accipitur pro scelere siue potius piaculo, vt & passim vsurpatur: ita tamen vt propriè sonet Inquinamētum, à μιαίνω quod Inquino, siue Polluo significat. quo etiam modo Latini Polluere se scelere, & Impurum hominem dicunt. Sed qua metaphora μίασμα sumitur, non item ῥυπαρότης, vel (vt illic legitur) ῥυπαρόν. Præterea ἅγος non significat μίασμα nisi quatenus per antiphrasin, vel potius εὐφημισμὸν vsurpatur. Sed vt in pauca quæ de ἅγος dici posse vidētur, conferam: primùm quod ad significationem attinet, dico ἅγος propriè venerationem declarare, aut rem veneratione dignam: significare & puritatem, (quemadmodum & ἅγιος ab ἅγος deductum, venerandum seu venerabilem aut veneratione dignum, itémq; purum, Hesychio teste, significat) vel purificationem & lustrationem. quia idem ἁγέων exponit ἁγνισμάτων. Præterea ἅγος declarare sanctitatem: vt ex ἅγιος inde ducto apparet. Quod autē ad etymologiam attinet, ἅγος ab ἅζω deducit Eustathius, vti dixi: a quo verbo ἁγνὸς Etymol. format. at hoc nomen ἁγνὸς, sicut & ἅγιος, ab ἅγος fieri constat: quare ab ἅζω immediatè (vt ita loquar) deriuari dicendum non est: sed ἅγος ab ἅζω deduci, ab ἅγος autem, ἅγιος & ἁγνός. ex quibus multa formata sunt alia cum nomina, tum verba. Sed alia etymologia videtur Sophocl. scholiastæ placuisse, videlicet ab ἄγαμαι. siquidem postquam dixit ἅγος esse τὸ ἱερὸν σέβας, citat hosce duos Homeri locos, ἄγη μ᾽ ἔχει: &, ὥς σε γύναι ἄγαμαι. Pro qua etymologia posset facere etiam ἄγασμα, quod nomen itidem pro veneratione accipitur. Sed & ἁγνὸς ab ἁγνίζω deducere Etymol. (aut Orionem apud eum) vno in loco, (quum in altero deducat ab ἅζω) docebo in Ἁγνός. Verùm deducendo ab ἄγαμαι, scribendum esset ἀγνὸς cum tenui spiritu. Eo porrò nomine magis placeat fortasse, deductio ab ἄγαμαι, quòd facilior & minus longè petita videatur quàm ab ἅζω. Malo tamen cum Etymol. autore, & cum Eustathio (quem puto veteres grammaticos hic sequutum esse) ab ἅζω deducere: tum quòd ἅζω, vel potius ἅζομαι, propriè Veneror significet (quum verbi ἄγαμαι propria & vsitatissima non sit hæc significatio) tum quòd ἅζω spiritu aspero notetur. quo & ἅγος notari debere, non solùm ex deriuatis ἅγιος & ἁγνὸς, sed & ex verbo ἁγηλατεῖν probare possum: quod aspirandū esse, si pro ἅγος ἐλαύνειν sumatur, Suidas, Sophoclis scholiastes & Eustathius testantur.

Ἄγος, Piaculum, Scelus. (siue per ἀντίφρασιν, vt dicitur de ὑμνεῖν & κυδάζειν pro κακολογεῖν, siue λοιδορεῖν: siue per εὐφημισμὸν, vt ex Soph. schol. retuli) Valla nō malè, meo iudicio, Piaculare crimen interpretatur apud Herodotum: vt lib. 6, αὐτοὶ ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι, cum peculiari crimine teneri. Ἄγος ἐλαύνειν, ad verbum, Piaculum expellere, pro Scelus expiare, id est, sceleratos ipsos qui piaculum admiserunt exterminare. Thucyd. 1, ἐκέλευον τοὺς Ἀθηναίους τὸ ἄγος ἐλαύνειν τῆς θεοῦ. Vtitur hoc loquēdi genere & aliis aliquot locis. Greg. περὶ φιλοπτ. plurali numero vtens dixit, οὐχ᾽ αἷ ὤσιν, ὡς ἄγη ἀπελαυνόμενοι. Sophocles ἁγηλατεῖν vno verbo pro eodē dixit (sequendo quorundam expositionem in OEdip. Tyrāno, Κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σὺ χὠ συνθεὶς τάδε Ἁγηλατήσειν. vbi scholiastes scribit, si cum aspero legatur, significare τὸ ἅγος ἀπελάσειν τὸ περὶ τὸν Λαΐον: si cum tenui, esse pro βασανιεῖν. Vide Eust. pag. 437 & 1704. Quanuis autē scribam ἅγος cum spiritu aspero, tāquam ab ἅζω (vt antea dictum est) passim tamen ἄγος pro piaculo seu scelere scriptum inueniri fateor: (excipio grammaticos, & præsertim Eustathiū, cum alibi, tum pag. 647 & 1356) vt aut temere & ex errore hanc scripturam inualuisse, aut aliam huic voci deriuationem datam fuisse putandum sit. quod posterius confirmat quod apud Etymol. legitur in Ἄγιος: videlicet ἄγιοι scribi quum pro μιαροὶ ponitur.

Nominis ἅγος venerationem declarantis retinent significationem plurima, quædam verò & alteram. Primùm autem de ἀγὴς, ἐναγὴς, παναγὴς, cæterísque deriuatis eiusdem formæ, deinde de cæteris tractabo. nam ἀγὴς, ἐναγὴς, ἄναγνος, παναγὴς, ex ἄγος facta esse constat: at originem nominum ἅγιος & ἁγνὸς (quæ suam & ipsa sobolem habent) ab eodem verbo repetunt grammatici à quo & nominis ἅγος, videlicet ab ἅζω. à quibus tamen dissentio.

¶ Ἀγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, (pro quo frequentius vsurpatur compositum ἐναγὴς) Scelestus, Deuotus, Sacer, Qui piaculū commisit, vt in hoc versu Hipponactis, quem scholiastes Lycophronis affert, ὡς οἱ μὲ ἀγεῖ βωμόλῳ κατηρῶντο.

Ἁγίζω, F. ίσω. P. ικα. Idem quod ἁγιάζω, Sanctifico, Consecro. Item Adoleo. Aristoph. Pluto, Ἔπειτα ταῦθ᾽ ἥγιζεν εἰς σάκταν ἐνθά. vbi schol. indicat, pro eo quod dicendum erat ἥγιζεν εἰς βωμὸν, dictum esse ἥγιζεν εἰς σάκταν: & ἥγιζεν positum pro Sanctè recōdebat. ἥγιζεν, inquit, pro ἁγίως ἀπετίθετο. addit autē ἁγίως, (opinor) quia propriè ἁγίζειν est ἁγίως καῦσαι, id est, Sāctè vrere: quod Latini Adolere dicunt. In vulg. lex. scribitur, ἁγίζω dici pro ἁγιάζω. quod videtur ex Suidæ verbis non attentè consideratis sumptum esse. exponit enim ἁγίζων pro ἁγιάζων, sed non ita vt ἁγίζων dicatur pro ἁγιάζων, quasi facta syncope. Etymol. tamen ἁγισία itidem pro ἁγιασία dictum existimat, vt paulo pòst docebo. Quod autem ad composita attinet, Ἐναγίζω quære post ἐναγὴς: at καθαγίζω hic subiungam, quia non est nomen quod præcedat.

Ἁγιστεύω. F. σω. P. κα, pro ἁγιάζω, inquit Suidas. Idem exponit, Perago quæ ad sacrificium pertinent. Hesychius, Veneror. Item, Pietatem colo. intellige autem pietatē in deos. & ita fortasse exponi in hoc Platonis loco possit, ἁγιστεύω περὶ τὰ θεῖα. Item, Castimoniam seruo. in qua significatione videtur sumi apud Demosthenem κατὰ Νεαίρας: vbi tale est iusiurandum sacerdotis Bacchi, ἁγιστεύω, καί εἰμι καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων καὶ ἀπ᾽ ἀνδρὸς συνουσίας. Scribitur & Ἁγιστεύω, ῶ, vnde ἁγιστεῖν infinitiuus apud Hesychium.

Ἁγιστεία, ας, ἡ, ab Ἁγιστεύω (Ἁγισία autem esset aliunde, vt mox dicetur) Sanctimonia, Puritas. Item, Cultus deorū, inquit Suidas. Idem exponit ἱεροτελεστίας, id est, sacrorum vel rerum ad sacra pertinentium peractionem: aut breuius, ceremoniarum peractionem. Possumus & Sacrum vno verbo interpretari. Plut. in Romulo, ἡ περὶ τὸ πῦρ ἁγιστεία. Sed & ipsæ ceremoniæ ἁγιστεῖαι dicuntur ab Isocrate in Busiride: vbi de Pythagora dicit, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν. Plato Axiocho (aut quicunque huius dialogi est autor) ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐστί τις προεδρία, καὶ τὰς ὁσίας ἁγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσι. id est, Rem diuinam obeunt, Sacra faciunt. Chrysostomus eucharistiā ἁγιστείαν appellat, sicut & τελετήν. Quanquam apud eum ἁγιαστεία legitur. & fortasse idem vtrunque valet: éstque error in Suidæ exemplaribus, vbi scribitur, ἁγιασία, ἡ

ἁγιωσυνῶν· ἁγιστεία δὲ, ἡ ἱεροπραξία, δίφθογγον. Nam Suidas quum diphthógo scribi ait posterius, ostendit se hoc vnum discrimen statuere: adeo vt legendū sit & hoc posterius cū α, ἁγιασία. Varinus tamen ἁγιστεία ex eo descripsit. Etymol. ἁγιστία habet sine diphthongo, quod ita format, Ἁγιάζω, ἁγιάσω, ἡγίακα, ἡγίασμαι, ἡγίασαι, ἡγίασται, ἁγιαστὸς, ἁγιαστία, & per syncopen ἁγιστία. exponit autem ἁγιαστίαν per ἁγιωσύνην. Verùm illi non assentior: sed si ἁγιστία sine diphthongo scriberetur, ab ἥγισται tertia persona singul. præteriti verbi ἁγίζομαι, aut ab ἁγιστῶ contracto (cuius infinit. ἁγιστεῖν apud Hes.) deduci putarem.

C. Καθαγίζω, Consecro, συντελῶ καὶ καθιερῶ, Hes. Exponitur etiam, Soluo iusta, Perago exequias, Offero mortuo sacrificium aut epulum super sepulcro. Luc. De luctu, πεπόρονται ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τοῦ τάφου. Ponitur sæpe pro Adoleo, sicut & Valla vertit apud Herodotum. Plutarchus καθαγίζειν & καθαγιάζειν τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος, dixit Cremare corpus Cæsaris. Apud Pausaniam autem, pro Vrere ad odorem excitandum: τὰ δὲ ἱερεῖον τοὺς μηροὺς θύουσι, τὰ ἄλλα δὲ δρυΐνου ξύλοις καθαγίζουσι χαιρομένοις δὲ ὁμοῦ τοῖς μηροῖς φύλλον τοῦ παιδέρωτος συγκαθαγίζουσι. ‖Apud Soph. Καθαγίζω contraria significatione pro Polluo, teste Hesychio. HINC Καθαγισμὸς, Consecratio. Item, Parentatio. Erasmus Parentalia vertit in hoc Luciani loco in libello De luctu, τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῷ καθαγισμῷ, καὶ αὐτοὶ, &c. Idem illa eiusdē opusculi verba, modò citata, ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῷ τάφῳ, interpr. Nostris libationibus inferiisq; quæ sepulcris inferuntur: sed vtrobique de iis quæ adolentur, intelligi, videntur ostendere quæ sequuntur apud Lucianum verba post illud καθαγισμῷ. vt sit καθαγισμὸς ipse adolendi actus.

C.2. Συγκαθαγίζω, Vnà consecro, Vnà adoleo. Item, Vnà vro, vt in loco illo Pausaniæ, qui modò citatus fuit, συγκαθαγίζουσι. vbi καθαγίζειν quod ibidem habetur, est simpliciter vrere ad odorem excitandum, vt scribit Bud.

C. Ἐναγὴς, Idē quod ἀγής. Bud. hæc synonyma, ἐναγὴς, & ἀλιτήριος, & ἐξάγιστος, & ἐπάρατος & τῷ ἄγει ἔνοχος, exponit, Execrabilis, Deuotus manibus, Impurus & sacer. Hæc Budæus: quibus addo Piacularis. nam vt ἄγος Piaculū dicitur, sic ἐναγὴς commodè Piacularis posse reddi existimo, quod & de persona nonnunquam dicitur. Idem Budæus ex Thucydide affert, καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ φόνου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκαλοῦντο, quasi quorum capita deuota deæ atque sacrata essent. Citat & ex Æschine, ἐναγεῖς ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀθηνᾶς προναίας. In quorum locorum vtroq; genitiuū habet: sed & sine illo sæpe ponitur: vt Plutarch. περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. vocat Φιλιππίδην ἐναγῆ.

Ἐναγὴς in contraria signific. ab ἄγος significante venerationem, vide in sequente aduerbio Ἐναγῶς.

Ἐναγῶς, Piè, Cum veneratione, Sanctè. Philo De vita Mos. lib. 3, ταῦτ' ἐπιπλέουσι, ἐναγῶς ἀξιοῦσι κινδύνει μέχρι καὶ κρίσεως. Vbi Turnebus exponit Ritè. Potest autem & cum ἐπιπλέουσι iungi hoc aduerbium. Cæterùm si non mendose legitur hic ἐναγῶς pro εὐαγῶς (quod aliquando suspicatus sum) nomen itidem ἐναγὴς pro pio & sancto sumi posse constat.

Ἐναγικὸς, κὴ, κὸν, Piacularis. de re dicitur, vt ἐναγὴς de persona. Plut. Pol. præc. ἐκ τῶν χρημάτων ἐναγικῶν προσαγορευθεῖσιν τοὺς κάτω ταῖς ἐνῳκοδομημένων.

C. Ἀναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Impurus, Suidæ: at Hesychio, Purus. quas expositiones ita posse inter se conciliari existimo, vt dicamus ἀναγὴς impurum significans esse ex α priuatiuo & ἁγὴς significante purū: at verò ἀναγὴς pro puro, esse ex ἀγὴς significante impurum. Quam tamen posteriorem expositionem solam posui in Ἀγὴς, quòd exemplum alterius non haberem.

Ἐναγίζω, Sacra mortuis facio, Parento. Pausanias pag. 131, τότε δὲ ὁ Ἐπαμινώνδας Σκεδάσῳ καὶ ταῖς παισὶν ἐνήγιζέ τε καὶ ηὔχετο. Et cum accusatiuo, pro Immolare vel pro simpliciter Offerre parentandi causa, siue pro parentatione. vt apud Plut. in Solone, ἐναγίζειν βοῦν. Idem in Catone, ἔδοξε χρῆναι τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν, οὐκ αἷμα οὐδ' ἱερεῖα, ἀλλὰ δάκρυα καὶ καταδίκας. Citatur ex eodem Plut. in Numa, τοῖς φυτοῖς ἐναγίζουσι τότε. quod exponitur, Germinibus tūc parentant. ‖Etymol. vult inter cætera significare φονεύειν, id est occidere.

Ἐναγισμὸς, οῦ, ὁ, Parētatio. vt apud Plut. ποιεῖσθαι ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, parentare mortuis. Herod. 4, ἐκατόμβας τε οὐκ ἐκλείπειν προσήκοντα θύματα, ἐναγισμούς τε παντοδαπούς, id est, parentationis omne genus, vt Pol. interpr. DICITVR & Ἐνάγισμα pro ἐναγισμὸς, vel pro libamine quod parentationis gratia offertur. Exponitur etiam ἐναγίσματα, Inferiæ. Hesychio ἐναγίσματα, sicut & ἐναγισμοὶ, sunt ὁλοκαυτώματα.

C. Εὐαγὴς, έος, ὁ & ἡ, Sāctus, Sacer, Purus. vt εὐαγέεσσι θυηλαῖς, Sacris victimis, & εὐαγέων ἱερουργιῶν, citatur ex Nono. Εὐαγὴς τὰς χεῖρας, Purus manibus, Puras manus habens, id est cæde non contaminatas. Et Philo De vita Mosis lib. 2, πράξεις οὐκ εὐαγεῖς appellat impuras actiones, id est flagitiosas. Interdū εὐαγές ἐστι exponitur Fas est. vt apud Plut. Lycurgo, ὅπως εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀποκτεῖναι. Apud Aristot. autem De mundo κόσμος λαμπρότητι εὐαγέστατος exponitur Mundus claritate syncerissima præditus.

Εὐαγέες μέλισσαι, Anthol. epigr. lib. 1, Agiles apes, quòd per aerem citò ferantur & facilè, vt in vulg. lex. exponitur ex Iani Lascaris viri doctissimi sententia, deducentis ab εὖ & ἄγω. Sic & apud Suidam εὐαγὴς exponitur εὖ ἀγόμενος. Ad hāc autē deductionē ἀπὸ τοῦ εὖ & ἄγω referri etiā posse existimo εὐαγὲς πνεῦμα ad Herodotum pro vento secundo, in Euterpe, εὐαγέι τε πνεύματι χρεώμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ, vt sit εὐαγὲς πνεῦμα τὸ εὖ ἄγον, vt dicuntur venti ferentes pro secundis. Sed malo vet. exempl. sequi in quibus reperi εὐαεῖ, ab ἄω. ‖Εὐαγὴς πύργος ex eorundem epigr. libro 4 citatur pro turri patente & aperta, id est liberum prospectum habente. Quæ significatio aliam rursus deductionem poscere videtur. Non malè autem fortasse ibi quoque εὐαὴς legeretur: quia quæ in patenti loco sita sunt, ventis magis sunt exposita. Vult tamen Hesychius quoque εὐαγὴς inter cætera significare εὔοπτον. ‖Est & Εὐαγὴς, Quod facilè frangi potest, (ita enim malo quàm cum Suida exponere καλῶς κεκλασμένον) ab ἄγω, frango.

Εὐάγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purus, Splendidus. Aristoph. Nub. ipsis nubibus tribuit ἀρθῶμεν φύσιν εὐάγητον, quod Suidas exponit καθαρὰν & λαμπράν: schol. autem, nō solùm λαμπράν, sed & πάντοθεν φερομένην. secundum quam expositionē erit ab εὖ & ἄγω, vt & de εὐαγὴς dictum est: in altera autem signific. sunt qui ab αὐγὴ deducant.

C. Παναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Omnino sanctus, vel purus, Sanctissimus, Purissimus, Hes. Apud Suida παναγὴς χαὶ ἄγιος. ET Παναγὶς, ίδος, ἡ, Dies sacra, in vulg. lex. ET Παναγίσιας Hes. exponit πανάγιας.

C. Ἐξάγιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Scelestissimus, Impurissimus. habet enim quandam superlatiui formam, meo iudicio: vnde & λίαν ἐναγὴς à Suida exponitur. Et cum nomine superlat. iungitur à Demosthene in Aristog. τοὺς δὲ πονηροτάτους καὶ τοὺς ἐξαγίστους ἐνσημαζομένους ταῖς συμφοραῖς ἀφορίζειν λέγουσι. Iungitur tamen & cum posit.uo: vt apud Æschinem, λιμὴν ὁ νῦν ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὢν ἐστιν αἴθριος. id est, Sceleratus portus & nefastus, inquit Bud. Sic apud eundem, τῶν ἐξαγίστων καὶ ἐπιτρεπτῶν χρημάτων. Quinetiam præpositio ἐξ significatione intendere videtur. Exponitur & ἀλιτήριος atque πονηρὸς ab eodem Suida, apud quem legimus ἐξάγιστον ἀδελφόν. &, τὸ ψεῦδος ἀπεχθέστατον καὶ ἄλλο τι τῶν ἐξαγίστων. Citatur & ex Plut. in Public. πρὸς τὰς περὶ Βρούτου ἐξαγίστου κατηγορίας.

ἍΓΙΟΣ, Sāctus. vt ἁγιωτάτη ποταμῶν, Call. in hymno in Delū. Plut. in Probl. τῇ δὲ τιμῇ ποιοῦσιν αὐτὸν ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. vbi ἱερὸν καὶ ἅγιον, pro sacrū & sanctū ponit, quod vocabulo cōposito Latini sacrosanctum appellāt. & hoc nomen exprimere fortasse voluit Plutarchus, de Romanorum tribuno hìc loquens. Ἅγιος fœminino genere dixit Isocrates, pro ἁγία, id est sancta, in Hel. enc. θυσίας ἁγίους καὶ πατρίους. si modò caret mendo locus. Cæterùm Etym. vult ἅγιος ab ἅζω esse, à quo factū sit ἄζιος, deinde ἅγιος. sed ab ἅζω fieri fatendum est, immediatè ab eo fieri negandum est. nam ex ἅζω fit ἅγος, ex ἅγος autem ἅγιος, & ἁγής. quod posterius tamen minus vsitatam formationem habet: quam non considerans Orion inepta quædam de alia huius vocabuli origine at-

tulit: vt in eo dicetur.

Ἅγιος ab Hesychio exponitur etiam καθαρὸς, id est purus: & σεβάσμιος, id est venerandus seu venerabilis: & εὐσεβὴς, id est pius, pietatem colẽs. Idẽ ἅγια in plur. neutro exponit τίμια, hoc est honorata, siue honorabilia.

Ἅγιον, τὸ, Substantiuè positum: vt ἅγια ἁγίων, Sancta sanctorum, locus templi sanctissimus. Sic autores ecclesiastici appellarunt, sequuti LXX interpretes. Gregor. οὕτω καθιερωμένου τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ, &c. Apud D. Paulum ἅγια etiam dicitur pro ἅγια ἁγίων.

C. Πανάγιος, ου, ὁ, Omnino sanctus, Sanctissimus. vt & dicitur παναγής.

C. Ἁγιόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad verbum Sanctoscriptus, si ferre posset Latinitas adiectiuum nomen ita compositum. vt ἁγιόγραφοι βίβλοι, apud Dion. Areopagitam, Sanctoscripti libri, id est Sanctæ scripturæ libri.

Ἁγιόγραφα, τὰ, Sãcta scripta. Hac appellatione comprehenduntur certi quidam Bibliorum libri: de qua lege Hieronymum, Damascenum, & alios.

Ἁγίως, Aduerb. Sanctè.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. pro quo & Ἁγιωσύνη dicitur.

Ἁγιοσύνη, vel potius Ἁγιωσύνη, Idem. Apud D. Paulum superioris temporis editiones ἁγιοσύνη per ο habebãt: at in editione patris mei ἁγιωσύνη per ω positum fuit, ex consensu veterum exemplarium in quibus omnibus (saltẽ in antiquioribus & fide dignioribus) ipse hanc scripturam inueni. Quinetiam regula est quædam apud grammaticos secũdum quam vt ἱερωσύνη, ἀγαθωσύνη, ita & ἁγιωσύνη scribi debet. Non ignoro tamen ἁγιοσύνη multis in locis scriptum reperiri. Vide ἁγιόω, quod proximè sequitur.

¶ Ἁγιόω, ῶ, Sanctifico, Sanctum reddo. pro quo frequentius est ἁγιάζω. Cæterùm si ab ἁγιόω formetur ἁγιωσύνη, erit Sanctificatio: sed pro ἁγιότης potius ponitur, vt dictum est.

¶ Ἁγιάζω. F. άσω. P. ακα, Sanctum reddo, Sanctifico, vel Purifico. Et passiuum Ἁγιάζομαι, Sanctificor, passim in Nouo Testamento. Significãt etiam Consecro & Consecror. Hesych. ἁγιάζειν exponit etiã Venerari. Item, In ara adolere. Suidas dicit, Sanctè vrere. Est etiam Victimas comedere, secundum quosdam, vt ait idẽ Hesychius. Suidas ἁγιάσατε exponit etiam περιθειώσατε, & κηρύξατε. Hesychius habet tantùm κηρύξατε. quod verbum accipiendum videtur in ea significatione quæ ad sacra pertinet: de qua vide suo loco.

Ἁγιασμὸς, οῦ, ὁ, vel Ἁγίασμα, ατος, τὸ, Sanctificatio, Purificatio. ab ἡγίασμαι prima præteriti ab ἁγιάζομαι. Gregorius Nazianzenus, ἁγιασμὸς εἰς καθαρότης, ἵνα χωρῆται τὸ καθαρὸν καθαρότητι. Ab Hes. exponitur etiam ἁγιστεία. Vtitur D. Paulus nomine ἁγιασμὸς, non item altero.

Ἁγιαστία, ας, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. Chrysostomus, δοῦναι ἐξ ἑτέρου θαύματος τῆς ἁγιαστίας ταύτης ἰδεῖν τὴν ὑπερβολήν; At ἁγιστεία significat ἱεροπλασίας, vt ex Suida paulo pòst docebitur.

Ἁγιαστήριον, ου, τὸ, Sãctuarium, vt vertunt scriptores Ecclesiastici.

C. Καθαγιάζω, Consecro, ἀφιερῶ. Suid. Item pro καθαγίζω significante Cremo, vide in Καθαγίζω.

ἉΓΝΌΣ, οῦ, ὁ, Castus, Purus, Pudicus. Plut. in Artoxerxe fœminam ἁγνὴν hoc sensu vocauit, ὅπως ἁγνὴ διάγῃ τὸν ἐπίλοιπον βίον. Naumachius δέμας ἁγνὸν, corpus castũ virginis appellauit. Corpus impollutum vel non pollutum vertere possumus, Catulli exemplo, qui de puella dixit, Quum castum amisit polluto corpore florem: castum florem vocans virginitatem. Aliquando in eadẽ significatione additur genitiuus ἀφροδισίων. vt ἁγναὶ τῶν ἀφροδισίων, puræ à rebus venereis, Plut. κεφ. ῥωμ. Sic ἁγνὸς γάμων, purus à nuptiis, Plato De legibus. Apud Demosthenem Aduersus Neræam, Bacchi sacerdos ita iurat, ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας. Sic apud Homerum Diana dicitur ἁγνὴ, vtpote virgo.

Ἁγνὸς, Purus, Nullo scelere contaminatus, καθαρὸς, ἀμιγής. Sophocl. Antigone, Ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν

A κόρην, id est, Nos enim puri sumus quod ad hanc puellam attinet. hoc est, nullum scelus siue piaculum admisimus. οὐδὲν ἐναγὲς ἐνεργάζομεν, inquit scholiastes. Dicitur autem hoc à Creonte apud poetam, quòd eam manibus suis non occideret. Sic Latinè puræ manus absolutè dicuntur aliquando pro puræ à cæde. Aliquando additur genitiuus φόνου, vt ἁγνὸς φόνου, Purus à cæde, Nõ pollutus homicidio. Dicitur item ἁγνὸς qui alio quouis modo pollutus non est: vt quum dicit ἐν κεφ. ῥωμ. Plut. ἁγνοὺς non esse eos quorum funus curatum fuis-

B set, & quibus structum sepulcrum, tanquam mortuis. Qua in significatione ἁγνὸς (vt opinor) possumus interpretari, Non funestatus. nam funestæ seu funestatæ domus pro pollutis habebantur. Huc pertinet quod ἁγνεύειν (quod declarat ἁγνὸν εἶναι) dicit significare Purum esse à rebus venereis & à mortuo. Dicitur ἁγνὸς & aliis modis. vt ἁγνὴ ἑορτὴ, Purum festum, ob purificationes & expiationes quæ in eo fierent: & Proserpina ἁγνὴ, ob purificationem & lustrationem mortuorum quæ fit igne. Cæterùm si Orionẽ sequeremur, ἁγνὸς scriberemus.

C Is enim apud Etymol. ἁγνὸν esse dicit ab ἁγιάζω: facto inde ἁγανὸς, à quo per syncopen ἁγνός: vt à παίζω fit παιδνός. Sed apud eundem tamen Etymol. legitur paulo antè ἁγνὸς ab ἅζω deductum: vt sit ἁγὸς, ἁγανὸς, & ἁγνός. Vide suprà in ἅγιος.

Ἁγνὸς cum genitiuo de aliis etiam rebus dicitur: vt, σίτου Δήμητρος, apud Eurip. Panis expers. ad verbum, Purus à Cerere, id est à pane. Sic ἁγνὸς θήρης, Purus à venatione, pro, Qui non attigit venationem, in Anthologia epigrammatum.

D C. Ἄναγνος, Non castus, Impudicus, Impurus. Gregorius in Enc. Maccab. ὡς ἂν μηδὲ σῶμα ψαύσειεν ἄναγνον ἁγνοῦ καὶ ἀμιάντου σώματος.

C. Πάναγνος, Omnino castus, Castissimus, Purissimus. Hesychius παναγὴς exponit κατὰ πᾶν ἁγνός.

C. Ἁγνοπόλος pro simplici ἁγνὸς, Orph. Argon. ἁγνοπόλοιο τε καθαρμοῦ.

Ἁγνὶς, ίος, ὁ καὶ ἡ, Pro ἁγνὸς siue ἁγνὴ etiam dicitur apud poetas. Ἁγνεῖον item Purum Hesych. exponit.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, Castitas, Castimonia. pro quo ἁγνεία sæpius

E vsurpatur.

Ἁγνεών, ῶνος, ὁ, Locus vbi virginibus pudicitia eripiebatur: per antiphrasin sic dictus, apud Athenæum, lib. 12, qui tamen dicit ex ipso facto nomen hoc inditum loco fuisse. Sed videtur intelligendum per antiphrasin, quasi ex contrario eius quod illic fiebat.

¶ Ἁγνεύω, F. σω. P. κα. Castus sum, Castitatem siue castimoniam colo. Purus & impollutus viuo, vt faciunt sacerdotes. Sic in κεφ. ῥωμ. Plut. ἐξεῖναι νενόμισται τοῖς ἁγνεύοντας ὁ-

F σπρίων ἀπέχεσθαι. Plinius apud Dioscoridẽ ἁγνευούσαις γυναιξὶ interpr. Castitatem custodientes: quem locum citaui in Ἄγνος. Hesychius ἁγνεύειν significare ait, Purũ esse à rebus venereis & à mortuo. id est (opinor) quum quis non attingit cadauer, aut non interest funeri, alióve modo funestatur. Æschylus ἁγνεύειν de aue etiam dixit, Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; His autem in locis neutrum est, absolutè positum.

Ἁγνεύω, cum genitiuo, Purus sum, Impollutus sum hac vel illa re (pro significatione genitiui qui illi subiungitur) Abstineo hac vel illa re, castitatis gratia. Plu-

G tarchus, ἐνιαυτὸν ἀφροδισίων ἁγνεῦσαι καὶ οἴνου καὶ ψευδολογίας. Lucianus, ὁ δ' ἁγνεύων ἔρωτος ἄρρενος, εἰς γυναῖκας ἐπτόητο. Demosthenes aduersus Timocratem, τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων. Synesius, ἡμῖν δὲ ἀπόχρη ἁγνεῦσαι μόνας βλασφημοσύνης ἐλεγκτικῆς. Iũgitur etiam infinitiuo apud Herodotum lib. 1, οἱ μὲν γὰρ ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. pro, Puros se conseruant & impollutos in eo quòd nõ occidũt, &c. ¶ Ἁγνεύω cũ genit. in actiua significatione, pro ἁγνίζω, Purũ reddo, Expio, Lustro. vt ἁγνεύετε τὴν πόλιν, Ciuitatem lustrate,

H expiate ab homicidio, apud Antiphontem. Idem de eo qui cædem admiserat, loquens, ἁγνεύσῃ τι ἑαυτὸν, καὶ, &c.

Ἁγνεία, ας, ἡ, Puritas, Castitas, Castimonia, apud Isocratẽ in Busiride. Sic Antiphon, οὔτε εἰς τὰ τεμένη εἰσιὼν, τὴν ἁγνείαν τῶν θεῶν μιαίνω, vtpote qui non sim cædis reus. Phocylides, Ἁγνείη ψυχῆς, οὐ σώματός εἰσι καθαρμοί. Soph.

ἐϋσεβέων ἀγνείας λόγων ἔργων τε πάντων. Sumitur etiam in a- A
ctiua significatione pro Expiatio, Lustratio: sicut ἁγνεύειν pro Expiare, vt modò dictum est.

Ἅγνευμα, ατος, τὸ, pro ἁγνεία, apud Euripidem.

Ἁγνευτικὸς, οῦ, ὁ, Castitatis aliquid habens, Castitatē aliquatenus seruans, ita verti posse existimo per periphrasin, quum vno verbo reddi nullo modo possit. Ἁγνευτικὰ ζῶα Aristot. opponit τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς. erunt igitur animalia ἁγνευτικὰ, Minus libidinosa, Minus in venerem procliuia. Gaza vertit, Quæ minus venere valent.

Ἁγνευτήριον, ου, τὸ, Bud. interprete, Locus in quo mens ex- B
piari debet & à contagione vitæ ciuilis expurgari. vel, Locus religiosus in quo animi à contagione vitæ ciuilis purgantur. Gregorius aduersus Iulianum, ἐπὶ δὲ καταγώγια πήξασθαι, καὶ ξενῶνας, ἁγνευτήριά τε καὶ παρθενῶνας καὶ φροντιστήρια.

Ἁγνίζω, F. ίσω. P. ικα, Purifico, Lustro, Expio. Plut. in Romulo, καθαρμοῖς ἥγνισε τὴν πόλιν. Vnde Ἁγνίζομαι passiuum. vtroque simul vtitur Apollonii Rhodii schol. in librum 4, χοιρίδιον μικρὸν ἔσφαζον οἱ ἁγνίζοντες φόνευτας, καὶ χεῖρας τοῦ ἁγνιζομένου τῷ αἵματι αὐτοῦ βρέχουσι. Et ἡγνισμένος, Expiatus, C
Purificatus, apud Greg.

Ἁγνίζω, Adoleo. Apollonius Rhodius, — ἥγνισαν ἔντομα μήλων. id est, ἐκάρπωσαν καὶ ἔκαυσαν. Hes.

Ἁγνίζω, Sacrificare. Item Corrumpere, apud Soph.

Ἁγνισμὸς, οῦ, ὁ, Purificatio, Expiatio, Lustratio, Plut. κεφ. ῥωμαϊκοῖς. Καὶ σφάγια θύουσι σκυλακίοις τοῖς ἁγνισμοῦ δεομένοις. Itē Adolitio, ab Adoleo. Pro eodem dicitur etiam Ἅγνισμα, ατος, τὸ.

Ἁγνιστικὸς, οῦ, ὁ, Expiandi siue lustrandi vim habens, Expiandi facultate præditus. vt ἁγνιστικὸν πῦρ, Eustathio in D
Hom.

Ἁγνιστήριον, ου, τὸ, Locus vbi fit expiatio. vel, Id quo fit expiatio. Hes. ἁγνιστήριον salem esse dicit.

Ἁγνίτης, ου, ὁ, Expiatus à scelere: aut, Qui expiauit aliquem, vt ait Hesychius. ἁγνίτης ἅλς, Diuinum sal, apud Lycophronem. Eust.

C. Ἀφαγνίζω, Purifico, Expio. Suidas ἀφοσιοῦν exponit ἀποκαθαίρειν & ἀφαγνίζειν. Gregor. de Iuliano loquens, αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορρύπτεται, καὶ τὰς χεῖρας ἀφαγνίζεται. id est, ἀποκαθαίρεται, vt ibidem. E

¶ Ἄγνος, ου, ἡ. Frutex quidam in arborem assurgens, qui Latine Vitex. Quanuis autem ἄγνος non solùm accentus sedem mutauerit, sed & spiritum, dicitur tamen ἄγνος tanquam ἁγνὸς, vt colligere possumus ex his Dioscoridis verbis, lib. 1. cap. 136, ὠνόμασαι δὲ ἄγνος διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῷ. Pro quibus Plinius hæc, Alii ἄγνον vocant quoniam matronæ Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. At scholiastes Nicandri agnoscit quidē & ipse ἄγνου in Thesmo- F
phoriis vsum, sed tamen ἄγνον tanquam ἁγνὸν dictum tradit: ac certè pro eo facit spiritus tenuis quo passim hæc vox notatur. Apud Theophrastum ἄγνος exponitur à Gaza Amerina. Dioscorides in illo loco addit, ἄγνον dictam esse etiam λύγον, διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον. HINC Ἀγνώδης q. d. Viticeus. vt ἀγνῶδες φύλλον apud Theophr. Viticeum folium, Viticis folium.

Ἄγνος, auis cuiuiusdam nomen apud Suidam, εἶδος ὀρνέου.

Ἄγνος, ex Athen. lib. 8. affertur pro pisce Vranoscopo, qui Callionymus à Plinio dictus sit, atque ab ipso A- G
thenæo.

ἈΗΡ, ἀέρος, ὁ, Aer, vnum ex quatuor elemētis. ἀέρος εὐκρασία, apud Athenæum 8, Aeris temperies, vel Cæli temperies. Nam in hoc genere loquendi vsurpatur interdum cælum pro aere. Apud eundem lib. 1, μαλακὸς ἀὴρ, Mollis aer: cui opponitur σκληρὸς ἀὴρ lib. 14. Apud Theophrastum, De caus. plant. 2, cap. 10, ἀὴρ ὑγρότερος, aer humidior. σπᾶν τὸν ἀέρα, dicit quidam poeta apud Plutarchum, id est aerem attrahere: sed Latini dicunt potius Haurire vel carpere aerem. ‖ Πρὸς τὸν ἀέρα διάγειν, apud Aristophanem, Sub dio commorari. id H
est, ἐν ὑπαίθρῳ διατρίβειν. Plutarchus autem τὸν ὕπαιθρον ἀέρα dicit qui vndique patet, & nulla parte clausus est. ‖ Vsurpatur etiam in plurali numero, vt ἀέρων φθοραὶ, Aerum corruptiones, Pestilentiæ. sic ἀέρων ἀκρασίαι, apud

A Chrysostomū. Vtitur & Plutarchus plurali in Solone, & in Præceptis de valetudine tuenda. Itidem aeres plurali numero dixit Vitruuius. ‖ Quidam malè tradunt communis esse generis apud Homerum. quum enim in fœminino ponitur, caliginem significat. ‖ Etymol. vult ἀὴρ deriuatum esse vel ex αἴρω, quia in eo animalia quædam αἴρονται, id est sursum attolluntur (vel quòd sit κοῦφος, id est leuis. quia αἴρειν est κουφίζειν & αἴρεσθαι, κουφίζεσθαι) aut ex ἄω, id est spiro, flo: quòd eius motus vētum efficiat. Apud Platonē habentur tres etymologiæ, vel
B quia αἴρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, vel quia semper fluit, vel quia ex eo fluente fit spiritus. In vulg. lex. Græc. ponitur vnica, & ea quidem falsissima, vt ἀὴρ sit factus ex α priuatiua & ὁρᾶν. cuius etymologiæ occasionem dedit ea significatio qua pro tenebris ponitur & ἀορασία. Ego à spirando dictum esse aerem facilè crediderim: sed malim ab ἄημι quàm ab ἄω formare. Quid si verò dicat aliquis ἄημι ex ἀὴρ esse deductum? Ei sanè non valde repugnabo. nam facilè crediderim non aliunde deriuatum esse nomen ἀὴρ, ab eo autem multa esse deducta. Quod enim
C vocabulum non deriuatum esse dicēdum est, si & huic deriuationem tribuamus? ‖ Habet autem ἀὴρ lōgum α passim apud poetas. Greg. tamen corripit (licentia vtens nescio an concessa) quum dicit in enumeratione plagarum Ægypti, Τὸ τρίτον αὖ σκνίπεσσιν ἀὴρ καὶ γαῖα καλύφθη.

Ἀὴρ, fœm. genere, Caligo, Aer tenebrosus, Aer nubilus: vt contrà αἰθρία, Aer serenus. Exponitur etiam ἀορασία. hoc est inuisibilitas, ad verbum. Il. ε, Οἵη δ' ἐκ νεφέων ἐρεβεννὴ φαίνεται ἀήρ. Od. ι, Ἀὴρ γὰρ περὶ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν. Cuius
D loci meminit Gellius, lib. 13, cap. 19, scribens, Contrà verò idem Ennius in Annali duodeuicesimo, aere fulua dicit, non fuluo. non ob id solùm quòd Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit: sed quòd hic sonus, opinor, vocalior est visus & amœnior. ‖ Apud Theocritum Idyl. 17 sunt qui ἀέρα pro infernis tenebris accipiant, hoc in loco, — τὰ δ' ἄμμεια κεῖται Ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον κτεάτισσαν ἑλόντες, Ἀέρι τῷ κέκρυπται, ὅθι πάλιν οὐκέτι νόστος. atque hic citant illud ex Virgilio Æneid. 6, Aeris in cāpis, & locū ex Ausonio in Cupidine afflicto. Sed potest & generaliter pro
E tenebris accipi, atque ita exponi hic Theocriti locus, At infinita illa quæ compararunt [Atridæ] ampla regia Priami euersa, tenebris condita iacent, vnde reditus minimè patet. Sic poetæ quæcunque perierunt, dicunt tenebris esse condita, seu caligine, vel cæca nocte: ac præsertim metaphoricè hoc de iis dicunt quorum memoria periit ac planè abolita est. Fateor tamen posse & de infernis tenebris intelligi, iuxta illud eiusdem Theocriti (vulgò enim autor putatur) in Adonidis epitaphio ad Proserpinam, — τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς τὲ καὶ ᾅδαν. ita
F enim illic legere nonnulli malunt quàm Ἄρη aut ἔρω: harum lectionum mendosam vtranque esse existimantes. Illam autem sequendo, videri possit Catullus in epigr. de passere ad vtrunque locum Theocriti à me citatum allusisse. nam iter tenebricosum, vnde nemo redit, est ἀὴρ ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος. Quod autem sequitur apud Catullum, — malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis, meritò videri possit ex hoc Theocritico expressum, — τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς τὲ καὶ ᾅδαν. Hos autem locos inter se confero, vt ostendam posse ἀέρα in illo The-
G ocriti versu, itidem pro infernis tenebris accipi.

Ἀὴρ, iuxta Erotianum in suo lexico, pag. 14 meæ editionis, est etiam noster spiritus, τὸ ἐν ἡμῖν πνεῦμα. id est, opinor, ἀὴρ ὃν ἐκπνέομεν, id est, Aer quem efflamus. nam aer in prima significatione est ὃν εἰσπνέομεν. Sophoclis autem schol. dicit ἀὴρ ὃν ἀναπνέομεν. ‖ Ibidem ait esse τὴν δι' ἕδρας δυσώδη πνοὴν, id est, Graueolentem halitum per sedem, siue anum.

Ἀὴρ, notatum est etiam poni pro balnei parte: ex hoc loco Galeni ad Glauconem lib. 1, ἐν τῷ ἀέρι τοῦ βαλανείου χρονίσαι.
H
C. Ἀεροβατέω, F. ήσω, P. ηκα, Incedo per aerē, Gradior per aerem. Lucianus, ὅπη μὴ ἀεροβατοῦντας διηγῶνται καὶ νεφέλαις συνόντας. quod sumpsit ex hoc loco Aristophanis in Nubibus, ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. Id est, interprete Hieronymo, Scando per aerem, & pluris me esse puto

quàm solem. Bud. scribit Ciceronem pro ἀεροβατῶ dicere In summa inanitate versari. Ex ἀὴρ, & βατέω (quod βατέω in compositione tantùm vsurpatur) factum est βάτης, quod & ipsum à βάω deductum est. Sic dicitur αἰθεροβατῶ.

C. Ἀεροβλέω, ῶ, Tendo, Extendo. ἀεροβλεῖ Hesychius exponit τείνει. In quo verbo ἀεροβλεῖ videtur βλεῖ dictum eadem syncope qua βλεῖο apud Homerum.

C. Ἀεροδρομέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Per aerem curro. Lucian. De vera historia, ἑπτὰ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες. Ex ἀὴρ & δρομέω, quod in compositione solùm vsurpatur, pro τρέχω.

C. Ἀεροειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Aerius, Aeris speciē seu formam habens. Ex ἀὴρ & εἶδος. Vide ἠεροειδής.

C. Ἀερολέσχης, ου, ὁ, Sublimiloquus, Grandiloquus, Altiloquus. ὑψηλὸς ἐν τῷ λέγειν, inquit Hesychius: id est, Elatus in loquendo. hoc est, elato sermone vtens. Exponitur ab eo & κομπηγόρος, id est, Cum iactatione loquens. vel, Iactabundè loquens. Potest fortasse significare & eum qui inania quædam loquitur, vel potius de rebus quibusdam inanibus, & quæ in imaginatione duntaxat positæ sunt. Possumus etiam pro Qui loquitur, dicere, Qui sermocinatur, Qui verba funditat. Ex ἀὴρ, & λέσχη, vnde & ἀδολέσχης.

C. Ἀερομαχέω, F. ήσω, Aeriam quandam pugnam pugno. (vt σκιαμαχῶ, vmbratilem pugnam pugno) vel, In aere pugno. VNDE Ἀερομαχία, Aeria pugna, id est, inanis quædam & imaginaria. Item, Pugna in aere, vt apud Lucianum περὶ ἀληθοῦς ἱστορίας.

C. Ἀερόμελι, τος, τὸ, Aerium mel. Quidam esse putāt quod in Bibliis manna dicitur. Athen. lib. 11.

C. Ἀερομετρέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Aerem metior. Apud Xenophontem Socrates ita loquitur, ὡς ἀδολεσχεῖν τι δοκῶ καὶ ἀερομετρεῖν. Quasi videlicet Socrates non reliquorum hominum more vellet γεωμετρεῖν, sed ἀερομετρεῖν. & per hoc generaliter intelligitur rerum nimis sublimium & captum humanum excedentium inanis cōsectatio. quod & per ἀεροβατεῖν exprimitur. Fit autem ἀερομετρέω, ex ἀὴρ & μετρέω, ῶ.

C. Ἀερομιγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Aeri permixtus. Ex ἀὴρ & μιγής, quod in compositione tantùm vsurpatur, factum ex μίγω: ex eius videlicet passiui aoristi posterioris persona tertia ἐμίγη.

C. Ἀερονηχής, έος, ὁ καὶ ἡ, In aere natans. Ex ἀὴρ & νήχομαι. Aristophanes Nubibus nubes ἀερονηχεῖς appellat, in aere natantes: quum ait, Εἶτ' ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς.

C. Ἀεροπετής, έος, ὁ καὶ ἡ, in omnibus vulgar. lex. Græcolat. exponitur In aere volans. sed perperam: quum exponi debuerit, Ex aere delapsus. vt οὐρανοπετής, Ex cælo delapsus. Sic Διοπετής, à Ioue delapsus: vt διοπετὲς παλλάδιον. Fit autem ἀεροπετὴς ex ἀὴρ, & πετής, quod in compositione tantùm ponitur, factum ex πίπτω. Quòd si scriberetur ἀεροπέτης accentu in penultima, tum significare posset In aere volans, vt ὑψιπέτης, altè volans, In alto volās.

C. Ἀεροπόρος, Aerigradus. vt ναῦς ποντοπόρος, nauis pontigrada. Potest ἀεροπόρος exponi etiā Aeriuagus. Cicero apud Platonem πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον vertit Pennigerum & aereum: vt inuenies in Cic. lex. Græcol. à me edito. Ex ἀὴρ & πόρος. HINC & verbū Ἀεροπορέω, ῶ, Per aerem gradior. vt aues à Basilio dicuntur ἀεροπορεῖν.

C. Ἀερόπης exponitur ab Hesychio κοχλίας, Limax. De cuius nominis compositione vix quicquam certi afferri potest. propinquum esset παρὰ τὸ ἀέρα & ὄπα. sed quorsum? Fortasse γλωσσηματικὸν est vocabulum, ideóq; in eo non quærenda compositio. ‖ Ponitur & Ἀέροπος in vulg. lex. Græc. tanquam nomen proprium viri: sed perperam illic ponitur ἀέροπος tanquam nominatiuus, quum sit genitiuus à nominatiuo ἀέροψ. ‖ Item Ἀέροπες, apud eundem Hesychium, gentis nomen Trœzenem incolentis: & in Macedonia Aeropes familia quædam. ‖ Præterea ἀέροπες, aues quædam. ‖ Est & Ἀερόπη nomen propium mulieris, videlicet vxoris Atrei.

C. Ἀεροφοίτης, ου, ὁ, Aerem frequentans, Ad aerem ventitās. Ex ἀὴρ & φοιτάω, ῶ. vt dicitur οὐρανοφοίτης.

C. Ἀερόχροος, οος, ὁ καὶ ἡ, Colorem aeris habens, ἀερίζων τὴν χρόαν.

Ἀερίπους, Aerios pedes habens, AEripes apud Virgilium. A Suida autem ἀερίπους exponitur, Qui in altum pedes erigit, quæ significatio conuenit potius nomini ἀειρίπους, quod vide inter cōposita ab ἀείρω, quæ ipsum sequuntur.

Ἀέριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aerius. Ἀέριον ὕδωρ, inquit Suidas, Aqua quæ est in aere. & ἀέριος, qui est in aere. Apud Aristotelem De mundo, ἀέριος φύσις, Aeria natura. Ibidem ἀέρια ζῶα, Animantia aeria, id est in aere viuentia. Lucianus ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. id est, res ad aerem pertinentes. Gregorius De theologia, loquens de araneis, αἱ δὲ διὰ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς ἐξυφαίνουσι. Id est, Hæ autē per adeo tenuia & propemodum aeria stāmina multifariam extēnsa, telas multiplices texunt. Sed in vulgaribus lexicis Græc. hic ἀερίζων legitur nō ἀερίων, & quidem citatur hic locus ob hoc ipsum nomen ἀερίζων, ex non deprehenso videlicet errore (alioqui tamen manifestissimo) exemplaris habentis ἀερίζων pro ἀερίων.

C. Διαέριος, pro ἀέριος, à Luciano noue & iocosè dictum ad imitationem Homerici vocabuli διιπετής, in Icaromen. μὴ θαυμάσῃς εἰ μετέωρα καὶ διαέρια δοκῶ σοι λέγειν.

Ἀερία, substantiuum, Caligo, apud Ætolos: vt inquit Hesychius: addens, insulam Thasum, Ægyptum, Libyā & Cretam, Siciliam, Æthiopiam & Cyprum dictam fuisse aeriam. Gellius quoq; lib. 14, cap. 6, Ægyptū, sicut & Cretam, ἀερίαν nuncupatam tradit. Stephanus autem ita scribit, Aeria, Ægyptus ab aere dicta. nam ἀερότατον eam vocāt. Homines, Aerii. Et ἀερίτης ex genitiuo ἀέρος factum est. Item Celtica vrbs ἀερία, vt scribit Apollodorus Chtonicorum quarto. Est & alia vrbs Cretæ non ignobilis, quæ appellabatur ἀερία, item ἰδαία, item δολιχή, propter longitudinem.

Ἀεριώδης, Idem quod ἀέριος, aerius. Dicitur & Ἀερώδης pro eodem. vt Diosc. 5 ἀερώδης τὴν χρόαν. Apud Aristotelem De mundo ἀερώδης, Aeriam naturam habens, vel naturam spirabilem, vt quidam exponunt. ‖ Ἀερώδης significat etiā Obscurus, Caliginosus. (vnde & Hesychius ἀερωδέστερα exponit ἀφανέστερα) iuxta id quod dictū est ἀέρα esse aliquando caliginem & ἀορασίαν.

Ἀέριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀερώδης. Item, Multus, Immensus, Hesych.

Ἀερὶς ίδος, ἡ, Apis. ἀερίδες, μέλισσαι, Hesych.

Ἀερόεις, εντος, ὁ, Obscurus, Caliginosus. Est autem poeticū ἀερόεις. quāquam sæpius vsurpant poetæ ἠερόεις (de quo paulo pòst) mutato α in η. Fœmininum est ἀερόεσσα, Neutrum ἀερόεν. Explicat autem ἀερόεν Hesychius, Nigrum, Profundum, Magnum. A Suida explicatur duntaxat μέγα, id est magnum.

Ἀερίζω, Aerius sum, aut Aeria natura sum præditus. Dioscor. lib. 1, οὐ γὰρ κατ' ἴσον θυμιαθέντα ἀερίζοντι τῷ ἀτμῷ, ἀσβολώδει δὲ καὶ οὐ καθαρῷ. Hic ἀερίζοντι Budæus exponit aereo & puro. Item, Qui purus est aeris modo, non crassus. Dicitur autē ἀερίζω eadem forma qua κυανίζω vt κυανίζω τὴν χρόαν.

¶ Ἠήρ, έρος, ὁ, vel ἡ, Pro ἀὴρ apud poetas. quāquā pro Tenebris, Caligine, seu Nubilo aere vtplurimum vsurpatur (quo modo & ἀὴρ accipitur) non pro aere. qua in significatione opponitur τῷ αἰθέρι apud Homerum, Iliad. ρ, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν, Ποίησον δ' αἴθρην. Interdum ἠέρα & νεφέλην coniungit. vt Od. θ, Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. Nonnūquam ἠέρα & ὀμίχλην, vt Il. ρ, Αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν καὶ ἀπῶσεν ὀμίχλην. Esse autem tam masculini quàm fœminini generis hoc nomen, ex his eiusdem locis apparet. Masculini, vt Iliad. ε. ἀεὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν. Fœminini, vt Od. η, – ἀμφὶ δ' Ἀθήνη Πολλὴν ἠέρα χεῦε. Ac certè frequentius vsurpat in hoc genere. nam sic & Il. π, Ἠέρι γὰρ πολλῇ κεκαλυμμένος ἀντεβόλησε. & Iliad. φ, – κεκάλυπτο δ' ἄρ ἠέρι πολλῇ. Ibidem aliquanto pòst, – κάλυψε δ' ἄρ ἠέρι πολλῇ. Sic ibidem ἠέρα βαθεῖαν dicit, item Iliad. υ. Deniq; videtur Homerus magis probasse genus fœmininum. nam in illo loco vbi posuit ἠέρα πουλύν, ponere ἠέρα πολλὴν non permisit ei metrum. Hesiodus tamen vtroque genere & ipse vtitur. apud eum enim in Theogonia legitur, – κεκαλυμ

μῦθοι ἠέρα πολλὴ. & ibidem, ἠέρα δ' ἄρ. Eustathius in illum locum Odyss. η, Πουλλὼ ἠέρα χεῦε, annotat ἠέρα significare ἀορασίαν (q.d. Inuisibilitatem) & fœminini nominis formam ei dari ab Homero, more Ionico. ‖ Ἠέρα quidam exponunt Nimbum quo dii inuisibiles homines efficiunt, ex aliquot Homeri locis hanc expositionem colligentes. sed ἠέρα quanuis caliginem significare, etiam composita ex eo nomina satis declarant. Eustathius exponens ἠερόεις, dicit significare σκοτεινὸν, id est tenebrosum, quòd natura niger sit aer: vnde & ἡ ἠέρα pro tenebris accipi.

C. Ἠεροδινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ. Aerem agitans, vt vulgò exponitur: sed potest & in passiua significatione accipi, pro Qui in aere agitatur. vt in Anthol. epigr. ἠεροδινὴς αἰετὸς, Aquila per aerem agitata, aut Quæ agitatur per aerem. vt sit ἠεροδινὴς pro ἠεροδίνητος, eo modo quo dicitur ab Æschylo οἰστροδίνητος. Est enim ἠεροδινὴς ab ἠὴρ & δινέω.

Ἠεροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ad verbum, Aeris formam habens, ex ἠὴρ & εἶδος, vt ἀεροειδὴς ex ἀὴρ & εἶδος. Eustathius tradit ex Porphyrio, antrum ἠεροειδὲς vocari Odyss. ν, mũdum allegoricè διὰ τὸ τῆς ἀρχεγόνου ὕλης αἰσχρὸν καὶ ἀειδὲς. Sed vtplurimum exponitur simpliciter Tenebrosus, Caliginosus, Præ profunditate caliginosus. vt ἠεροειδὴς πόντος, Od. β, — ἐπ' ἠεροειδέα πόντον. vbi tamen Eust. vult ἠεροειδέα significare secundum veteres, vel Nigrum aeris modo: vel Profundum, aut Patentem & Latum ex quo solus aer conspicitur nauigantibus. Idem alibi καλεῖ σπέος ait idem esse quod σπέος ἠεροειδές. siquidem, quæ profunda sunt, aeris nigrore tenebrosa reddi. Hesychius quoque ἠεροειδέα exponit Nigra, Tenebrosa. Item Patentia, eo sensu videlicet quo campi patentes dicuntur.

C. Ἠερόπεμπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, In aere apparens. si emendatè legitur apud Hesychium, ἠερόπεμπτα, κατὰ τὸν ἀέρα φαινόμενα. Mihi enim videtur significare potius τὰ κατὰ τὸν ἀέρα πεμπόμενα.

C. Ἠεροφοίτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Per aerem itans, Aerem frequentans. Componitur enim ex ἠὴρ & φοιτάω, quod non simpliciter Ire significat, sed Ire sæpius, id est Itare, Ventitare, Frequentare locum aliquem. Sic ἠεροφοίτης dicitur apis à Phocylide, hoc in versu, Κάμνει δ' ἠεροφοίτης ἀριστοπόνος τε μέλισσα. Idem, Ὅπλον ἑκάστῳ δῶκε θεὸς φύσιν ἠεροφοίτην. Ὄρνισι μὲν πολλὴν τε χύσιν, ἀλλά τι λέοντι. vbi si ἠεροφοίτην iungamus cum versu sequente, dicemus datam naturam aeriuagam auibus. & Bud. ita videtur intellexisse, scribens in lexico, ἠεροφοίτης, epithetum volucrum Phocylidi. Durè tamen videtur iungi cum sequenti versu: sed nisi cum eo iungatur, vicissim dura quæpiam explicatio quærenda erit. Vulgò exponunt naturam aeripetam, dicentes aeripetam significare diuinam.

Ἠεροφοῖτις, pro ἠεροφοίτης dicitur ab Homero, mutata declinatione, Il. β, — τῆς δ' ἠεροφοῖτις ἐριννὺς Ἔκλυεν ἐξ ἐρέβευσφι. & Iliad. τ, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις ἐριννύς. Id est, Furia per aerem itans, seu vagas. vel, Inuisibiliter contra hos vel illos itans. Hesychius enim inter cæteras explicationes ponit hanc, ἀοράτως φοιτῶσα: Eustathius addit κατὰ πάντων. Scribit enim. ἡ ἀοράτως φοιτῶσα κατὰ πάντων. Potest etiam intelligi ἠεροφοῖτις, quæ per infernas tenebras ambulat & vagatur.

C. Ἠερόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex ἠὴρ & φωνή. Apud Homerum præcones vocantur ἠερόφωνοι, id est, vt ait Hesychius (nõ dubium est enim quin ἠερόφωνοι ex hoc Il. σ versu sumpserit, Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χέρσ' ἔχον ἠεροφώνων) Elatam vocem habentes, seu altam. vel, Voce aerem replentes. Quæ posterior explicatio mihi valde placet, quòd simul etymologiam vocis ostendat. Eustathius in Iliad. λ, huius nominis proprii Ἠερίβοια etymologiam declarans, Ἠερίβοια, inquit, si sit à nomine βοὴ, ita vocari dicetur tanquam altiloqua: eo modo quo dicuntur ἠερόφωνοι.

Ἠερόθεν, aduerb. Ab aere, Ex aere. pro ἀπ' ἀέρος, in Anthol. epigramm.

Ἠερόεις, εσσα, εν, Tenebrosus, Caliginosus. vt τάρταρος ἠερόεις apud Homerum: & τάρταρα ἠερόεντα, apud Hesiodum. Hom. Iliad. θ, circa initium, Ἠ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα. Hesiodus, Τάρταρά τ' ἠερόεντα. Eustathius ait ἠερόεντα κέλευθα vocari ab Homero, vel viam ad inferos, seu per inferos: vel simpliciter, iter per aerẽ. Quo in sensu commodè ἠερόεντα κέλευθα ad verbũ exponeremus Vias aerias, ex Ouidio.

Ἠέριος, ου, ὁ, Aerius, Per aerem gradiẽs, aut potius volans. Qui est in aere. Il. γ, de gruibus loquens, Ἠέριαι δ' ἄρα ταί γε κακὴν ἔριδα προφέρονται. Id est, Aeriæ grues, ex Ouidio, qui aeriam auem dicit in aere volantem. Aerias grues Seruius vult esse Virgilio vel aerii coloris, vel altùm volantes. ‖ Ἠέριος est etiam Matutinus, πρωϊνὸς, ὄρθριος. vt Iliad. α, Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε. id est Matutina, Manè profecta, vel Manè iter faciens. vel simpliciter, Ascendit cælum matutina, id est manè. Sed & hic pro Aeria sumi potest ἠερίη: vt vicissim in illo Il. γ, loco, ἠέριαι accipi pro πρωϊναὶ volunt quidam. At Odyss. ι, ἠέριοι vnico modo exponitur, videlicet Matutini. vbi dicitur, Ἦλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ, Ἠέριοι. vbi tamen aliter posse legi, & aliam expositionem inueniri, dicam in ἦρ, vnde deducitur ἠέριος quum hanc significationem habet.

C. Διηέριος pro simplici ἠέριος, Aerius. vnde διηέριαι ποτέονται, Apoll. Arg. 2, pro ἠέριαι, vel quasi δι' ἠέρος.

ἈΘΗΡ, έρος, Arista, Pars spicæ acuta. A Galeno ἀθὴρ exponitur Quod in hordeo acuminatum est. ab Erotiano autem ἀθέρες (pag. 19 meæ editionis) Illa tenuissima quæ sũt in summitate hordei. Et sic Dioscorides quoque ἀθέρας de auena vsurpat. ‖ Sciendum est tamen ἀθὴρ generale esse. nam certè & de frumenti aristis (quæ propriè dicuntur Latinis aristæ) à Xenoph. vsurpatur, quum dicit, τὸ πνεῦμα εἰς ἀθέρας διαλέγειν. Sic & à Luciano in Anacharside, τὴν μὲν ἄχνην καὶ εἰς ἀθέρας ἀποφυσῶσαν. Vnde & generaliter ἀθέρας exposuerunt quidã veteres grãmatici, στάχυς ἀγρίους (q.d. spicæ degeneres) quæ explicatio habetur & apud Eustathiũ. Gaza quoq; quas Cicero vocat aristas in libro De senectute, loquẽs de tritico, vertit ἀθέρας. Sciendum est autem ab Eustathio poni hanc etymologiam nominis ἀθέρες significantis εἰς ἀγρίους στάχυας, vt sint ita dicti quasi εἰς οὐκ ἔστι θερίζειν. Vide in Ἀθερίζω.

Ἀθὴρ (inquit Gal.) significat apud Hippocratem non solùm quod in hordeo acutum est, vt in lib. 1 De morbis: sed & eius partis summum quæ in cuspide sagittæ πώγων (hoc est barba) appellatur, vt τῶν ἐπιδημ. lib. 5. Citatur ex Plut. ἀθὴρ pro Mucrone gladii, in hoc ex Catone loco, τὸ ξιφίδιον λαβὼν ἐπανέστη καὶ κατιδὼν ὡς δ' ἤδη ἰσχύειν τὸν ἀθέρα καὶ τὴν ἀκμὴν διαμένουσαν. vbi tamen alii rectius aliquid particularius esse putant ἀθέρα, quum addat ἀκμήν. Hesychius Æschylum ait ἀθέρα vocasse τὴν ἐπιδορατίδα, id est lanceæ cuspidem.

Ἀθερώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Aristatus. vt ἀθερώδης στάχυς, Aristata spica, Gazæ.

Ἀθερηγενής (siue ἀθερηγενής) Aristas generans, siue producens. Aristas habens, Aristatus. Nicander Theriacis, Ἐν δ' ἀθερηγενέας καρποὺς κύρσαιο κυμίνου. vbi schol. scribit, ἐπειδὴ τὸ κυμίνου ὁ στάχυς ἀθέρας ἔχει, καθάπερ καὶ ἡ κριθή.

Ἀθηρηλοιγὸς, οῦ, ὁ, Ventilabrum. Hom. Od. λ, Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ. Ita dicitur quasi quòd sit aristarũ pernicies & exitium, pro ἀθερολοιγὸν, ab ἀθέρες & λοιγός. vt dicitur βροτολοιγός. ‖ Apud Hesychiũ Ἀθηρολοιὸν etiam legitur, & exponitur τὸ τῶν ἀθέρων ὀλεθρευτικόν. quibus verbis Eustathius & alii explicant ἀθηρηλοιγόν. Ipse autem Hesychius τοῦ ἀθηρηλοιγὸν quoque dat hanc expositionẽ τὸ τῶν ἀθέρων ὀλεθρευτικόν. sed mendosè apud eum legitur ἢ ἀθερολόγον pro ἢ ἀθηρολοιγὸν, si rationem habeamus sequentis etymi. Sed aliquando suspicatus sum deesse aliqua verba ante τὸ τῶν ἀθέρων ὀλεθρευτικόν & Hesychium posuisse alteram etiam etymologiam ab Orione traditam, vt videlicet ἀθηρολοιγὸν dictum sit, τὸ πνεῦν quasi τὸ εἰς ἀθέρας διαλέγον καὶ διαχωρίζον. secundum quam deriuationem dixerit Hesychius ἀθηρολοιγὸν quasi ἀθηρολόγον (non ἀθηρόλογον, vt apud eum legitur.) De altera autem significatione quæ datur huic vocabulo, dicam in nomine ἀθηρόβρωτον, quod proximè sequitur.

Ἀθηρόβρωτον ὄργανον, Sophocles vocauit quod Homerus ἀθηρολοιγὸν, vt inquit Eustathius. qui ait Homericorum verborum esse hanc Sophocleam paraphrasin, Ὤμοις ἀθηρόβρωτον ὄργανον φέρων. At Hesychius scribit ἀθηρόβρωτον ὄργα

τον εσσε ζωμίδιον ἢ τὴν ἀθήραν ἀνακινοῦσα. quam Eustathius A dicit esse alteram expositionem vocis ἀθηρηλοιγὸς apud Homerum: sed ἀθήρην habet, non ἀθήρας, vt videlicet sit rudes aut cochlear quo agitatur in olla puls quædam ἀθήρη dicta siue ἀθάρα. Eustathius certè ibi τορύνην & δοίδυκα pro eodem ponit, quæ tamen distingui solent.

¶ Ἀθερίζω, F. ίσω, Vilipendo, Parvipendo, Contemno. Propriè, Contemno tanquam ἀθέρας. Quanquam & alia etymologia datur, vt sit videlicet ex α priuatiuo & verbo θερίζω, id est meto: ducta metaphora (inquit Etymolog.) à fructibus qui meti non possunt, qui ex area abiiciuntur, & ad vsum non colliguntur. nam qui ventilant, abiiciunt ἀθέρας. Quæ ab Etymol. confuse dicuntur. B Eustathius autem dicit ἀθερίζειν dici sumpta translatione ἀπὸ τῶν ἀθέρων, quas agricola οὐκ ἀξιοῖ θερίζειν, id est metere dedignatur. Sed non dubium est quin sequi potius oporteat priorem etymologiam, vt ἀθερίζω sit Contemno quasi ἀθέρα. sicut Floccifacio Latini pro Contemno dicunt. Iungitur autem accusatiuo hoc verbum, vt Il. α, – καὶ αὐτοί μ' οὔ τι γ' ἀθέριζον. Od. θ, Τὼ δ' ἄλλων οὔ τινα ... αἰνίομαι, οὐδ' ἀθερίζω. Apud Apollonium Rhod. Arg. C 1, genitiuo iungitur, – νύμφης ἀθερίζει λεκτίων. Sic & in 4, Πολλῶν Αἰσονίδαο λιλαιομένου ἀθερίζει.

C. Ἐξαθερίζω compositum idem quod simplex ἀθερίζω.

Ἀθερίνη, ης, ἡ, Atherina, piscis: Arista, Gaza interprete apud Aristotelem lib. 6. De historia anim. cap. 17. Apud eundem inter pisces gregatiles enumerantur ἀθερίναι, lib. 9. cap. 2, vbi Aristulæ ab eodem forma diminutiua exponuntur. Fortasse autem legendum est ἀθερίναι non ἀθερίναι. Apud Eustathium certè legitur ἀθερίνα in recto: dicentem ἀφύην misellum esse pisciculum, magis etiam quàm sit qui apud Athenæum habetur ἀθερίνα. Et alibi ab ἀθερίζω deductum videri ait. Athenæus lib. 8, ὡς τὰς ἀκαλήφας ἀεὶ ὀκλάζει ... τι καὶ ἀθερινῶν.

¶ Ἀθήρα, ET Ἀθάρα, ET Ἀθάρη, (quæ & ipsa ab ἀθὴρ quidam putant deriuata) Pultis seu polentæ quoddam genus. Eustathius dicit ἀθήραν esse τὴν ἑψηθεῖσαν σεμίδαλιν, quæ à comico (id est Aristophane) vocetur ἀθάρα. Hesychius ἀθήραν esse vult apud Ægyptios quoddam edulium ex tritico quod cum lacte sit coctum. In vulgar. lexicis E Ἀθήρα ex Dioscoride affertur lib. 1, & exponitur Sorbitio seu medicamentum ex zea minutissimè molita confectum: vel puls triticea, aut ex alia fruge. vnde Ἀθήρωμα, q. d. Pultatio. (de quo vide paulo pòst) Quod autem ad Ἀθάρα attinet, in hunc Aristophanis versum in Pluto, – ἀλλά μοι Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη, annotat schol. ἀθάρας esse μόνην σεμίδαλιν, & ab Atticis ἀθάρας, ab Æolibus ἀθήρας, at communi lingua ἀθάρας dici. (vbi fortasse legendum est ἀθήρη, ἀθάρα, ἀθάρα) Idem schol. alibi scribit τὸν κοῖλον ἄρτον μετ' ἔτνους vocari, ἤγουν ἀθάραν. Galenus ad Glauc. lib. 2, scribit multos apud Alexan- F driam inter alia ἀθάρας edere. quod facit pro Hesychio in eo quòd ἀθάρας esum tribuit Ægyptiis. Galeni verba sunt, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παμπόλλοι διὰ τὴν δίαιταν ἐλεφαντιῶσιν. ἀθάραν δὲ ἐσθίουσι, καὶ φακῆν, καὶ κοχλίας, &c. Apud Plinium quoque ἀθάρα legitur, qui hanc vocem Ægyptiam esse tradit. quod si verum est, ab ἀθὴρ deriuata falsò existimatur.

Ἀθήρωμα (quod & ἀθάρωμα) Tuberculum in capite nasci solitum, cui subest aliquid pulticulæ simile, vt scribit Celsus lib. 7 cap. 6. Affertur & ex Galeno hæc definitio, G esse neruosam tunicam in qua pultaceus humor continetur. Quum autem ab ἀθήρα deduci appareat, rectius scribitur ἀθάρωμα.

ἈΘΕΡΙΞ, & per pleonasmum literæ ν, ἈΝΘΕΡΙΞ, ικος, ὁ, idem quod ἀθὴρ, Arista. Apud Hesychium ambo leguntur. sed ἀνθέρικας inter cætera significare ait non solùm τὰ τῶν σταχύων ἄκρα, sed etiam τὰ ἐν τοῖς σταχύσι χεῖρα. Hesiodus de Iphiclo loquens, Ἄκρων ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα, Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι, &c. quò allusisse Virgilium credibile est in his ver- H sibus quibus clauditur Æneidis liber 7, Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Sic autem & apud Homerum quidam exposuerunt ἀνθερίκων, in hoc versu qui illi similis est, Il. υ, Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων. Alteram autem expositionem vide in iis quæ proximè sequuntur.

Ἀνθέρικος, ου, ὁ, Asphodeli fructus, & secundum alios, Asphodeli caulis. Eustathius in dubio ponit, scribens, Ἀνθέρικος ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός. At Theocriti schol. in hunc eius versum qui est Idyllio 1, Αὐτὰρ ὅ γ' ἀνθερίκων καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων, scribit, ἀνθέρικος ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καρπὸς, ὡς τὸ φῦμα τοῦ στελέχους ἀχέλου, μείζω δὲ καὶ πλατύτερα. ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέριξ καλεῖται, ὅσον πηχυαῖος ὢν, καὶ μείζων. Quod & à Theophrasto tradi addit. Apollodorus autem Doriensis (vt idem subiungit) negauit asphodeli fructum sic appellari. Neoptolemus autem ridiculè putauit ita vocari τὸν ἀθέρα τοῦ στάχυος. (nam ibi mendosè ἀνθέρα) Sed alia ibidem sequitur expositio, vt δι' ἀνθερίκων sit διὰ καλάμης. In vulg. lexicis habetur, Ἀνθέρικος, Albucum, herba est quam Græci ἀσφόδελον nominant: Latinorum quidam sandaracham, quidam hastulam regiam. Theophrastus pro planta asphodeli posuit: at Plinius pro caule tantum, vt in iisdem scriptum est. Dioscorides autem lib. 2. cap. 199, asphodelum describens, dicit, φύλλα ἔχει πράσου μεγάλῳ ὅμοια, καυλὸν δὲ λεῖον, ἔχοντα ἐπ' ἄκρου ἄνθος καλούμενον ἀνθέρικον. Vide Eustathium. pag. 1206. Hesychius ἀνθέρικας non solùm esse dicit τὸν ἀσφοδέλου καρπὸν, sed & βοτάνης εἶδος. Fortasse autem de illa intelligit herba quam quidam eiusmodi esse tradiderunt vt manibus velli, sicut linum, necesse habeat, quòd meti non queat: dèque ea factum esse prouerbium ἀνθέρικον θερίζειν. quod & Gorr. annotauit. HINC Ἀνθερικώδης, Antherici formam referens.

ἈΘΡΕΏ, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Video, Cerno, Intueor. I- D tem, Dispicio, Circunspicio, Considero, Perpendo. Obseruaui, ἀθρεῖν apud poetas ad oculos corporis magis referri: apud scriptores orationis solutæ, magis ad oculos mentis, vt ita dicam. quod & de νοεῖν dici potest, præsertim vt ab Homero vsurpatur. Pro Intueor, interdum accusatiuo iungitur sine præpositione, interdum cum præpositione εἰς. vt Iliadis κ, Ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε. Pro Considero, Perpendo, accusatiuo sine præpositione. vt apud Isocratem, εἴ τις ἀθρήσειε καὶ σκέψαιτο τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς, siquis consideret & perpendat aliorum calamitates. Interdum sine casu cum ὅπως, vel πότερον, vel μή. Xenoph. Sympos. ἀθρεῖτε δὲ καὶ πῶς τοῦτο, &c. Plato in Critone, ἀλλ' ὅρα τοίνυν δὴ ἄθρει πότερον, &c. Idem in Gorgia, ἄθρει μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ ἀγαθὸν, &c. Vbi vertendum potius, Vide ne, quàm Considera ne. Sic apud eum sæpe ἄθρει δὴ pro σκόπει δὴ, vide. Cæterùm & pro Intueor aliquando ab Atticis etiam vsurpatur. Aristoph. Nubibus, ἀθρήσω τοῦτον ὅ, τι δρᾷ. ¶ Hoc verbum si deriuatum esse dicendum est, à verbo θεωρῶ per syncopen, præfixo α epitatico, vel à δρῶ, id est Cerno, præfixo α itidem epitatico, & δ verso in θ, deductum esse putatur. Vtranque etymologiam habent Etymol. & Eustathius: & iuxta vtranque α denotat epitasin: eam si exprimere velimus, poterimus exponere ἀθρῶ, Oculis peruestigo, Oculis intentis cerno, Peruideo. vt Horatius, Quum tua peruideas oculis, &c. Aspirari autem illud α secundum Atticos, tradit idem Eustathius, exponens ἀθρεῖν ἀκριβῶς καὶ κατ' ἐπίτασιν ὁρᾶν.

C. Ἀναθρέω, ῶ, Perspicio, Attentè considero. Apud Thucydidem autem lib. 4, pag. 149. ἀναθρούμενα exponitur à scholiaste φανερὰ γινόμενα, vbi dicit τἄργα ἐκ τῶν λόγων ἀναθρούμενα.

C. Διαθρέω, ῶ, Dispicio. Themistius in Sophista, fol. 115, καὶ διαθρήσωμεν εἴ δή τις εἴη φαρμάκῳ ἀλειμμένοις. Apud Aristophanem in Nebulis Socrates discipulo dicit, φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει.

C. Ἐσαθρέω, ῶ, Conspicio, Conspicor. Il. γ, Εἴ που ἐσαθρήσειεν Ἀλέξανδρον.

C. Περιαθρέω, ῶ, Circunspicio, Attentè siue diligenter considero, περισκοπῶ, Hesych. HINC Περιάθρησις, Circumspectio, Diligens consideratio.

ἈΘΡΌΟΣ, ου, ὁ, Confertus, In vnum collectus, Coaceruatus: aut per nomina, Densus, Frequens, interpretari debemus, pro loco. Nec malè alicubi Simul totus verti poterit, vel Simul omnis. vt ἀθρόα πόλις, apud Thucydidem, & σύμπαντα pro eodem,

eodem, Tota ciuitas, Simul omnis, vel, Vniuersa ciuitas, vt Curtius dixit Vniuersus fluuius. Sic ἀθρόος ὁ λαός, Vniuersus populus, In vnum collectus, Simul omnis. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τὸ ἀθρόον τῶν πολεμίων. Alciphr. in epistolis, καὶ πλοῦτον ἀθρόον ἀγαθῶν ἔδειξεν, confertas & cumulatas bonorum diuitias. id est, conferta & cumulata bona. vel magis propriè, Magnam bonorum congeriem. Bianor in epigramm. Ἤειπεν ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, Ruit à tecto domus tota simul. id est vniuersa, non paulatim. itidem apud Theocritum, — κατήειπεν δ' ἐς μέλαν ὕδωρ Ἀθρόος, simul toto corpore. Alii exponũt, Vno ictu. μεῖζόν τι καὶ ἀθροώτερον, Xen. Hellenicῶν 5. κένωσις ἀθροωτέρα, effusior euacuatio, vide paulo post. | Frequenter in plurali numero vsurpatur. Iliad. τ, — ἀλλ' ἀθρόοι ὁρμηθέντες, Simul omnes, Vniuersi. quod & Cuncti sonat propriè Latinis. Lucianus in Pseud. διεμείναμεν που σχεδὸν ἀθρόοι ἀπολωλότες. Plato in epist. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρή, μάλιστα μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μή, κατὰ δύο κοινῇ. id est Omnino, si fieri potest, simul omnes. vel in vnum congregatos. nam ἀθρόοι opponuntur aliquando τοῖς διεσκεδασμένοις, id est dispersis. Xenophon Hellenicῶν 1, στρατεῖ μὲν ἀθρόαι, ὕστερα δὲ διεσκεδασμέναι. Imitatur autem Homerum, Iliad. ο, — ἐπειγομένους ἀθρόους, οὐδ' ἐκέδασθεν. Sic ex Homeri imitatione dictum est illud, ἀθρόα πάντα ἀπέδωκεν. nam ἀθρόα sæpe dicit. vt Odyss. α, — τοῦ δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε. Iliad. χ, νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις. Odyss. β, — τὰ δ' ἀθρόα πάντα τετύχθω. vbi tamen ἀθρόα sunt qui aliter exponant: vt dicam in aduerbio Ἀθρόως. ἀθρόα πάντα, vniuersa & simul omnia: cui opponitur κατὰ μέρος. Apud Galenum ad Glauconẽ 1, ἀθρόαι κενώσεις, effusæ euacuationes. vt & κένωσις ἀθροωτέρα, ibidem.

Ἀθρόον, aduerbialiter positum pro ἀθρόως, exponitur à Valla Identidem, vbi dicit Thucydides, ἀθρόον ἐμβοήσαντες. Idem alibi, ἀθρόον ἐμβοήσαντα στρατόν. sed verti etiam potest (& melius fortasse) Confertim, Simul. vel in priore loco, Simul omnes vociferati: in posteriore, Exercitũ simul omnem vociferatum, vel vniuersum. aut aduerbialiter, Vniuersè.

Ἀθρόον aiunt Eustathius & Etymologicus significare etiam αἰφνίδιον, id est repentinum. Sed apud Etymologicum error est. ait enim θροῦς θρόος significare αἰφνίδιον, id est repentinum: & præfixo α epitatico fieri ἀθρόον, pro ἄνευ θρόου καὶ ψόφου, id est absque strepitu: ἀψόφητι, strepitum non facientes. At quomodo α erit epitaticum in ἀθρόος, si ἄνευ θρόου significet? Imò verò erit priuatiuum. Deinde hæc etymologia ostendit significare strepitum non facientem, vel Strepitu carentem: non autem Repentinum. Sed videtur intellexisse Strepitu carentem pro Repẽtino accipiẽdum. nam & Eustathius ait, ἐπὶ μὲν τῷ αἰφνιδίου, οἱονεὶ τὸ δίχα θρόου. tradens Atticos hac in significatione solitos tenuare, ob α priuatiuum: at quum significat ὁμοῦ, tunc aspirari (vt mons est α collectiuum) quòd sit ἀθρόον quasi ἅμα θρόῳ, id est vnà cum strepitu: vel ἀθρόον dicatur quasi ἅμα θορὸς, id est παρὸν. Quanquam miror cur velit Eustathius, quod fit sine strepitu, esse repentinum, non autem quod cum strepitu. Ait præterea Etymologicus hanc vocem pro repentino προπαροξύνεσθαι, pro collecto παροξύνεσθαι, simul & δασύνεσθαι. Suidas postquam ἄθροι καταρρόοντες exposuit ὁμοῦ, addit oportere προπαροξύνειν hoc nomen, & aspirare primam syllabam Attico more. sed hoc de ἀθρόοι non de ἄθροι videtur dixisse: ac fortasse ἀθρόοι reponendum est. neque enim diceret acuendum in antepenultima nomen dissyllabum. At rursum ἀθρόοι hac in significatione προπαροξύνεσθαι mirum si dixerit Suidas. nam ἄθροος est ὁ ἄθρυπτος, vt etiam Eustathius docet: ἀθρόος, Collectus. Puto igitur apud Suidam legendum ἄθροοι pro ἄθροι, & παροξύνεσθαι pro προπαροξύνεσθαι, vt vera comperiantur quæ dicit. Nam & Arcadius (cuius librum de accentibus in Regia bibliotheca vidi) ἀθρόος quũ est παροξύτονος significare ait ἅμα: at προπαροξύτονον, esse ἄφωνον. (de qua significatione dicam & in Θρόος) Sed illum in eo non sequor quod ait ἀθρόος significare ἅμα. Quinetiam Eustathium miror dixisse ἀθρόον interdum pro αἰφνίδιον poni, interdum pro ὁμοῦ.

Neque enim ipsa vox ὁμοῦ significat, sed α duntaxat quod in principio est, denotat ὁμοῦ, vt in aliis multis vocabulis. Nisi dicamus ὁμοῦ exponi, respiciendo certos locos in quibus aduerbio ὁμοῦ explicatur, vt apud Homerum Iliad. β, ἀθρόοι εἰσάμενοι, id est ὁμοῦ. Sic apud Suidam ἀθρόοι καταρρέοντες, id est, ὁμοῦ. Verùm malim ὁμοῦ πάντες, vt Hesychius habet. Porro notandum est quod Eustathius subiungit iis quæ modò protulimus ex eo, solitum suo tempore tenuari α in ἀθρόος pro vtraque significatione, eo quòd præfixum esset literæ aspiratæ. | Ἀθρόον autem aduerbialiter pro αἰφνιδίως, id est repentè, sunt qui exponant in hoc Apollonidis versu, libro epigrammatum primo, Τὰς δὲ παλιντρεχέας ἐχθρὸς ὅδος ἀθρόον ἄφνω, vt videlicet ἀθρόον & ἄφνω posita sint ἐκ τοῦ παραλλήλου. sed videtur & aliter posse accipi, videlicet pro Vniuersè, vel Simul omnes.

Ἀθρόως, Aduerbium. Cõfertim, Vniuersè, Cicero, Vniuersim: Gellius, Summatim, vniuersimque. Oppositum habet aliquando κατ' ὀλίγον, id est Paulatim. | Suidas exponit ταχέως, id est Confestim. & sic apud Homerum in loco paulo ante citato quidam ἀθρόα πάντα τετύχθω exponunt Confestim fiant.

Ἀθρόοτης, ητος, ἡ, Vniuersitas: eo sensu quo Vniuersus dicitur pro Simul omnis, vel confertus. Sunt qui ἀθρόοτητα verterint Confertitudinem, vt ἀθρόος confertus, ἀθρόως confertim solet verti. sed nimis durum est illud. Vtitur autem nomine hoc ἀθρόοτης Alexand. Aphrod. in Probl.

¶ Ἀθρους (non ἄθρος, vt in vulgaribus lexicis Græcolatinis) idem valet quod ἀθρόος. & est factum ex eo per synæresin. quoniam autem ἀθροῦς in ἀθρόος resoluitur, sunt qui cum circunflexo scribendum putauerint ἀθροῦς: sed consuetudo obtinuit vt cũ acuta priore proferretur, quẽadmodum & vt tenui spiritu notaretur, licet Atticè aspiretur. In Rhetoricis autem lexicis proferuntur hæc exempla, ἄθρους ἐπῆλθεν ὁ στρατηγός, Vniuersus imper. or pro, cum vniuerso exercitu. Aristophanes, ἰοῦσας ἀθρόας ἐς ὀργεῶνας ἄθρους. | Habet & comparatiuum ἀθρούστερος, apud Athenæum lib. 3, καὶ τὴν δὲ χόρτον ἀθρουστέραν, καὶ διαχεῖν ...

¶ Ἀθροίζω, F. σω. P. κα, Congrego, Colligo, Congero, Coaceruo. Plato epistola 7, εἰς μίαν πόλιν πᾶσαν Σικελίαν ἀθροίζειν, in vnam ciuitatem congregare totam Siciliam. Isocrates De pace, μὴ ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων εἰκῇ πολλοὺς πολίτας ἀθροίζοντα, non ex omnibus hominibus temere multos ciues colligentem. ἀθροίζειν πυράν, Struere rogum. quod & νῆσαι πυράν dicitur.

Ἀθροίζομαι, Passiuum, Congregor, Colligor. ἀθροιζόμενοι ὡς αὐτούς, Confluentes ad illos, Multi simul conuenientes. ἠθροισμένοι ἐπὶ θύραις, Congregati. | Budæus in suo lexico, ἀθροίζεσθαι εἰς ἑαυτόν, apud Platonem in Phædro significare Contrahi in seipsum, hoc est, apud se esse: & sic sæpe eum vti ait. Vide in verbo Συναθροίζω, ex eodem Platonis dialogo citatum συναθροιζομένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὐτήν quomodo ex Cicerone exponatur.

Ἀθροιστής, οῦ, ὁ, Congregator, Collector, à tertia ἤθροισται.

HINC Ἀθροιστήριον, Locus cõgregationis. vt θεῶν ἀθροιστήριον apud Eustathium, Locus in quo dii sunt congregati. ITEM Ἀθροιστικός, Congregatiuus, Collectiuus, vel Vim congregandi habens. Ab Eustathio aliisque nonnullis grammaticis ἀθροιστικὸν α fuit appellatum illud à quo incipientia vocabula congregandi siue colligendi vim habent. vt quum dicunt τὸ ἀθροιστικὸν α δασύνεσθαι in ἅπας. Sed & vocabula quæ congregandi significationem habent, ἀθροιστικὰ nuncupantur, cuiusmodi sunt ἅπας & ἅλις.

Ἄθροισμα, τος, τό, ET Ἀθροισμός, οῦ, ὁ, ET Ἄθροισις, εως, ἡ, Coactio, Congregatio. ἄθροισμα & ἀθροισμὸς ab ἤθροισμαι prima præteriti ab ἀθροίζομαι: ἄθροισις ab ἤθροισαι secunda. sed ἄθροισις, ac vtplurimum ἀθροισμὸς etiam, ipsam congregationem, id est ipsam congregandi actionem, ἄθροισμα ipsam congregationem, id est rem congregatam, cœtum, vel aceruum seu congeriem significat. Suidas ἄθροισμα exponit σώρευμα, id est cumulum, siue congeriem: Hesychius πλῆθος, id est multitudinem. ἄθροισμα νεῶν, in quodam

huius libri loco Multitudinem nauium congregatarum seu coactarum interpretatus sum. A B Ἀθροισμὸς fit & Ἀθροίσιμος, vt ἀθροίσιμος ἡμέρα, dies quo populus congregatur. quasi dicas Dies congregatoria, siue congregatiua. Greg. ἣν δὲ ἡμέραν τῶν ἐπιφανίων καὶ ἀθροίσιμος.

C. ΣΥΝαθροίζω, Coaceruo, Colligo. Synes. epist. 141, ἐπὶ τὴν μὲ ὑμῶν ἀπὸ τῆς μνήμης αὐτὸ συναθροίσῃ. Platoni in Phædone, συναθροιζομένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὑτήν, videtur esse quod Cicero dicit Tusc. 1, Animus à negotio omni seuocatus, & secum esse coactus. Sunt qui ex Claudiano, initio libri 1 De raptu Pros. interpretentur Mens congesta. vbi tamen congesta aliam etiam expositionem admittit.

Συνάθροισις, εως, ἡ, ET Συναθροισμὸς, οῦ, ὁ, Coaceruatio, Congeries. Est tamen Συνάθροισις potius Ipse coaceruandi actus, at Συναθροισμὸς declarat & id quod coaceruatum est, ideóque rectè exponitur Congeries. ‖ Συναθροισμὸς est etiam nomen figuræ apud rhetores. Quintilianus libro 8. cap. 4, postquam dixit, Potest adscribi amplificationi congeries quoque verborum ac sententiarum idem significantium, & exemplum attulit, subiungit, Simile est hoc figuræ quam συναθροισμὸν vocant: sed illic plurium rerum est congeries, hic vnius multiplicatio. Vide ibi exemplum: vide & apud Rutilium Lupum.

ΑΙ, pro εἰ, si. Vtuntur autem hac particula Dores. Theocritus, Αἴ τι πυθώσαιμι. Apud Thucydidem, Dorico sermone, καὶ αἴ τινα οἱ Λακεδαιμόνιοι πόλιν ἔχοντι. Plutarchus in Lycurgo, αἱ δὲ λῆς, πεῖραν λάβε. Itē αἴ κα Doricé. vt apud Thucydidem, eodem libro, statim post verba modò citata, αἴ κα αὐτοῖς δοκῇ. Apud Homerū frequēter cū particula κε siue κεν. Iliad. ψ, & ω, — αἴ κε πίθηαι, si parueris, si pareas. Iliad. η, — αἴ κέν τι φίλος Δαναοῖσι γένηαι. Et αἴ κέν πως apud eundem, Siquo modo, Siquo pacto, Si fortè aliqua ratione. vt Iliad. β, Ἀλλ᾽ ἄγετ᾽ αἴ κέν πως θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν. & α, — αἴ κέν πως βούλεται. Apud eundem αἴ κέ ποθι, vacante ποθι. ‖ Αἰ μὴ, Nisi, εἰ μὴ, apud Theocritum, Idyll. ς, Αἰ μὴ τὺ φλάσσαιμι. Nonnulli αἰμὴ coniunctim scribunt. ‖ Vt autem εἰ pro εἴθε interdum ponitur, sic & αἰ, & quidem frequentius quàm εἰ. Ferè autem subiungitur γὰρ particulæ αἰ. vt Iliad. β, Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, Ἠβῶμ᾽ ὡς, &c. Odyss. υ, Αἲ γὰρ τοῦτο ἔπος τελέσειε Κρονίων. Vtitur & Herodotus libro 1, αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον τρέψαι... Gregorius Nazianzenus iunxit aoristo indicatiui, Αἲ θάνον, ὥς τί με... Est autem αἰ pro αἴθε, per apocopen, vt Suidas tradit. qui tamen (vt & Hesychius) in hac significatione vult tenuari & circunflecti. sed apud Homerum passim in omnibus exemplaribus tenuatur & acuitur: & ita habetur etiam apud Eustathium. Etymologicus autem vult αἰ dici pro εἰ significante εἴθε, id est Vtinam, mutato ε in α.

ΑΙ vel ΑΙ, Hei, Heu, Eheu. Αἲ (inquit Eustathius) est etiam σχετλιαστικὸν, id est, quo vtimur nos aliquid ægrè ferre significātes. item μεμπτικὸν, i. quo vtimur alicui succensentes. vt apud Aristoph. αἲ τάλαν, Hei miser. Suidas autē scribit, αἶ cum tenui & circunflexo esse θρηνητικὸν ἐπίρρημα, id est aduerbium (Latinis interiectio diceretur) luctus significationem habens, vel luctui aptū. Itidem scholiastes Euripidis ex Herodiano annotat hac in significatione circunflecti. At Eustathius αἲ pro εἴθε, vtinā: & pro εἰ, si: item quum est θρηνητικὸν, σχετλιαστικὸν, μεμπτικὸν, eodem accentu, acuto videlicet, notat. Ac reuera multo pluribus in locis αἲ pro Heu cum acuto reperio quàm cum circunflexo, passim in omnibus exemplaribus. Rarò autem solum positum, frequenter geminatum reperitur hoc aduerbium. In Adonidis epitaphio inuenitur & solū & geminatum. vt Κάτθανε δ᾽ ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος. αἲ αἲ. in versu sequenti, Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες, αἲ τὸν Ἄδωνιν. Ibidem circa finem, Τρὶς ἀνεκλάιε... μέλος ἄδεται, αἲ αἲ. Αἲ αἲ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον, αἲ ὑμέναιον. Vtrobique autem obseruādum αἲ non geminatum, cum accusatiuo. Sic Heu Latini accusatiuo iungunt, vt, Heu me miserum. Sic, Heu dementiam. Interdum datiuo: vt apud Plautū in Milite, Heu mihi: nequeo quin fleam. Idem in Mercatore, Heu misero mihi. Notandum etiam, quum absque casu ponitur Heu, fere geminari solere, vt αἲ apud Græcos. In Bionis epitaphio, Αἲ αἲ ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται. Ibidem, Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἲ αἲ λάμβανε σοῖς πετάλοισι. id est, Nūc hyacinthe eloquere tuas literas, & amplius quàm antea accipe αἲ αἲ in tuis foliis. Hoc autem ideo dicitur quòd florem hyacinthum poetæ fabularentur ex Aiacis sanguine productum esse, vnde & αἲ seruasse primas nominis Aiacis (qui Αἴας Græcis) literas. Sophocles Aiace, Αἲ αἴ, τίς ἄν ποτ᾽, &c. vbi animaduertendum est in textu quidem esse αἶ αἶ cum circunflexo, apud scholiasten autem cum acuto αἴ. Aristophanes Acharn. Αἲ αἲ, οἵαν ὁ κήρυξ ἀγγελίαν ἤγγειλέ μοι. Apud Antipatrum tamen in epigramm. circunflexum habet in editionibus vulgatis, Πολλάκι δ᾽ ἐξ ὑμέων ἐστημένον αἰλίνον, αἶ αἶ. ‖ Non solùm geminatur, sed térque quatérque repetitur interdum, vt apud Lucianum in dial. qui Philopatris inscribitur, αἲ αἲ αἲ αἲ τῆς κενῆς ἐλπίδος.

¶ Αἰάζω. F. ξω. Lugeo, Lamentor. Fit ab αἲ, id est Heu, vt docent grammatici. Et Aiax apud Sophoclem quum exclamasset αἲ αἲ, subiungit, Quis vnquam putasset fore vt nomen meum congruam meis malis significationē haberet? nunc enim mihi est vnde debeam térque quatérque αἰάζειν. Vbi αἰάζειν suspicor ipsum accipere pro clamare αἲ: eodem videlicet modo quo ὀαΐζειν, est clamare ὀαί: οἰμώζειν est (ni fallor) clamare οἴμοι. Iungitur autem accusatiuo αἰάζω, vt in epitaphio Adonidis, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες. Anthol. lib. 3, Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται, Id est, Diotimi sortem deploro. Ἐπαιάζω autem datiuo iungitur, vi præpositionis ἐπί: vt apud Lucianum, ἐπαιάζω τῷ νεκρῷ.

Αἴαγμα, τος, τὸ, Gemitus, Lamentatio. Eustathius Αἴαντα dictum ait παρὰ τὸ ἄξια αἰαγμάτων παθεῖν. id est, ex eo quòd passus esset digna gemitibus.

Αἰακτὸς, οῦ, ὁ, Deflendus, Gemitu dignus, Lamentabilis, Luctuosus, Lugubris. Citatur ex Aristoph.

C. Δυσαίακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauiter aut miserabiliter defletus. Id enim puto hic significare δυς. Exponitur tamen & Qui non facilè lugetur. vt δυς difficultatem indicet: secundum quem sensum interpretarer, Cui vix luctus vllus par esse potest, Qui vix satis lugeri potest. Citatur ex Maccabæorum tertio, αὐτὸ πικροῦ καὶ δυσαιάκτου θανάτου. Simili etiam voce exponitur, videlicet δυσθρήνητος. Redditur & Lugubris, vt sit pro simplici αἰακτός. ‖ Item significatione actiua, Qui non facilè luget, ἀσυμπαθής.

C. ΕΠαιάζω, Allamentor, Illacrymor. Lucianus de hyacintho loquens, ὥστε ἀπὸ τοῦ αἵματός τι ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα, ἔτι δὲ γράμματα ἔχον ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Idem in libro De luctu, ὅπως αἱ ἐκείνους ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες. In epitaphio Adonidis, cuius autor putatur Bion, repetitur aliquoties hic versus, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.

¶ Αἰανὸς, οῦ, ὁ, vel Αἰανὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, Grauis & acerbus. vel, Luctuosus. Nam Pindari scholiastes vult esse αἰανὸς ab αἲ αἲ factum. quem sequutus, pono hoc in ordine hanc vocem. Ponit & aliam etymologiam, videlicet ab αἰεί. nam exponens hæc Pindari verba, χερσὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ τέτακται, ait λιμὸν αἰανῆ appellari vel famem grauem & molestam, ab αἲ αἲ: vel perpetuam, ab αἰεί. At Sophoclis scholiastes in hæc ex Electra verba, ὡς ἔμολες αἰανὴ τᾷ γᾷ, vult contrà ex hoc nomine factā esse illam particulam αἲ: & esse hic αἰανὴ pro θρηνητικὴ, id est Lamentabilis, Luctuosa. Idem tamen in hoc Aiacis hemistichium, — νυκτὸς αἰανὴς κύκλος, ait αἰανὴς κύκλος sonare ὁ σκοτεινὸς vel ἀδιάλειπτος. id est, tenebrosus, vel perpetuus. nullam etymologiam ponens. In qua expositione obiter animaduertendum est, illum non αἰανῆς legere, vt sit genitiuus fœmininus ab αἰανὸς qui iungatur cum νυκτὸς: sed αἰανὴς in nominatiuo, primæ declinationis nominum contractorum. Hesychius habet duntaxat αἰανὸν, χαλεπὸν, αἰνόν. fortasse intelligens αἰανὸν esse id nomen vnde per syncopen factum fuerit αἰνόν.

ΑΙ'ΓΛΗ, ης, ἡ, Fulgor, Splendor, Nitor. χαλκοῦ αἴγλη, apud Homerum, Iliadis β, χαλκοῦ θεσπεσίοιο Αἴγλη παμφανόωσα. Item αἴγλη solis aut lunæ, Odyssea ζ, ὥσπερ γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης. qui versus repetitur & Odysseæ η. Cicero αἴγλην interpretatur lumen. quum ὀλίγη αἴγλη de stellis dictum ab Arato, reddit — tenui cum lumine. Est autem poeticũ vocabulũ, vsurpatum tamen & in prosa, vt ab Aristide in Romæ encomio, πόλεις τε νῦν ἤδη λάμπουσιν αἴγλῃ καὶ χάριτι.

Αἴγλη est etiam placentæ genus. Itẽ sacrificiũ quoddam quod Delphos mittebatur. Itẽ iactus alearius. vt ex Pausania Eustathius refert. Hesychius ait esse nomẽ mali iactus alearii.

Αἴγλη, Proprium nomen filiæ Panopei, quam sibi Theseus, Ariadne relicta, adiunxit: vt Plut. in Theseo. Item, Ægle Naiadum pulcherrima, apud Virgilium.

Αἰγλήεις, εντος, ὁ, Splendidus, Fulgens, Coruscus. vt αἰγλήεντος ὀλύμπου. In fœminino genere αἰγλήεσσα, Splendida.

C. Στρεψαίγλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fulgorem auertens. Aristophanes in Nebulis ex Philoxeno, νεφελᾶν στρεψαίγλαν δάϊον ὁρμάν, Doricè pro νεφελῶν στρεψαίγλων, id est τὴν αἴγλην στρεφουσῶν, quod sumatur pro ἀποστρεφουσῶν. Apud Suidam malè exponitur στρεψαίγλαν per accusatiuum singularem.

ἈΓΛΑΟ'Σ, οὗ, ὁ, Splẽdidus, Clarus, Fulgens, Illustris. Aratus, Αὐτὴ μὲ ἀννέφελόν τε καὶ ἀγλαόν. id est, Fulgentem sine nubibus atris, Cicerone interprete. Apud eundem ἀγλαὴ interpretatur, -illustri prædita signo. vbi in propria significatione sumitur vocabulum Illustris. Sic Homerus ἀγλαὸν ὕδωρ dixit Odyss. γ, Aquam splendidam, quæ propriè dicitur limpida. Ab αἴγλη, quod splendorem significat, vel ab ἀγάλλω per metathesin literarum factum volunt. nam Eustathius ἀγλαΐζεσθαι ab ἀγάλλω deducit. est autem ἀγλαΐζεσθαι ab ἀγλαός. Significationi quam diximus, magis conuenit vt sit ab αἴγλη, quod vicinum est: & inde factum adiectiuum αἰγλήεις significat itidem Splendidus, Clarus. Sed quum ἀγλαΐα pro ornatu ponitur, item pro lætitia, tum verò aptior videtur esse ab ἀγάλλω etymologia. Sed malè deducitur ab ἄγαν ἀλλάξ. nam hoc etymũ non est nominis ἀγλαὸς aut verbi ἀγλαΐζεσθαι: sed verbi ἀγάλλεσθαι, vnde factum ἀγλαΐζεσθαι.

Ἀγλαὸς, metaphoricè, Splendidus, Clarus, Illustris, Insignis. Item, Pulcher. vt ἀγλαὰ ποινὰ, Odyss. ξ. — ἀγλαὰ ἄποινα, Iliadis α, — ἀγλαὰ μνῆμα, Hesiod. Erg.

Ἀγλαὸν, teste Hesychio, Cretensibus & Cypriis idem quod γλαφυρὸν, id est, Scitum, Festiuum & elegans.

Ἄγχαυλος, pro ἀγλαὸς, Splendidus, Pulcher. Nicander in Theriacis, Ἠτοι ὅγ' ἄγχαυλός γε ἰνδάλλεται. Sed & hic & in alio eiusdem poetæ loco lego ἀγλαυρὸς, ex vet. cod. vt admonui in annot. meæ editioni adiunctis.

Ἀγλαΐα, ας, ἡ, Splendor, Nitor, Hesiodus in Scuto, — αἱ δ' ἀγλαΐῃ πεπαλῦαι, id est vestimẽtorum splendore, vt schol. ait. Sic Odysseæ τ, videtur significare nitorem circa vestitum, non lætitiam, vt vertit Valla, Ἀγλαΐην, τῇ νῦν γε μετ' δμωῇσι κέκασται. Sic & Odysseæ ρ, ἀγλαΐας φορέειν accipi puto pro Vestimenta gestare nitorem habentia & munditiẽ. ‖ Item ἀγλαΐη, Pulchritudo, κάλλος. Odysseæ σ, Ἀγλαΐην γὰρ ἐμοίγε θεοὶ οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν ὤλεσαν. id est, τὸ κάλλος, inquit scholiastes. Possit tamen fortasse & aliter exponi. ‖ Item Ornatus, Decus. Homerus Odysseæ ρ, — ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέουσιν ἄνακτες. vbi περὶ τῶν τραπεζῶν κυνῶν loquitur. quam significationem ex Homero mutuatus Xenophon, dixit equo datam à Deo iubam ἀγλαΐας ἕνεκα. Hesychius ἀγλαΐας plurali numero exponit, Delicias, Decoramenta, Ornamenta.

Ἀγλαΐα etiam exponitur à scholiaste Sophoclis, ἡδονὴ, & δόξα, id est Voluptas (siue Lætitia) & Gloria: in hoc Electræ loco, Μηδ' ἐπ' ἀγλαΐας ἀποναίατο τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα. Apud Hesiodum plurali numero ἀγλαΐαι itidem vsurpatur, pro voluptatibus siue gaudiis, & hilaritatibus, si Latinè dici posset. In Scuto, — τοὶ δ' ἄνδρες ἐν ἀγλαΐαις τε χοροῖς τε Τέρψιν ἔχον. & paulo pòst, — πᾶσαν δὲ πόλιν θαλίαι τε χοροί τε, Ἀγλαΐαι τ' εἶχον.

Ἀγλαΐη, nomen vnius ex tribus Gratiis, Vulcani vxor, apud Hesiodum in Theogonia, Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν. cuius nominis meminit & Plutarchus. Vocata fuit Ἀγλαΐη & Nirei mater, teste Homero, Iliad. β.

Ἀγλαΐζω, F. ίσω. P. ϊκα, Illustro, id est, Illustrem & splendidum reddo, Splendescere facio. Theophylactus, καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς τῶν σκαρδαμυγμῶν τὴν παλαίστραν ἀκτίνων δίκην ἠγλάϊζεν, id est, Illustrabat radiorum more. Vno verbo, Irradiabat. Quod significat & apud Dionysium Areopagitam. ‖ Item, Honesto, Orno, Decoro. Eustathius in Odyss. ε, οὐ θεὸς ἀρέσκεται ὑμνεῖν ἑαυτὴν ἀγλαΐζει. Apud Hesychium ἀγλαΐζει exponitur θάλλει, id est Floret. & ita neutram significationem haberet.

Ἀγλαΐζομαι, Pass. Splendeo, vel Splendesco, Niteo, Splendidus reddor. Apud Dionysium Areopagitam pro Irradior. Item, Illustror, Illustris reddor, Ornor, Decoror. Iliadis κ, — ἀλλά σε φημὶ διαμπερὲς ἀγλαϊεῖσθαι. Pindarus Ode Olymp. 1, ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ. Hinc participium ἠγλαϊσμένος, Illustratus siue Illustris, Lucidus, Splendidus. nam ἠγλαϊσμένον explicat Hesychius φωτεινὸν, λαμπρὸν, videlicet participio significationem nominis tribuens. Item ἠγλαϊσμένος, Ornatus, Decoratus. Suidas ἠγλαϊσμένη exponit etiam χαίρουσα, id est Gaudens. & ita ἀγλαΐζομαι inter cætera significabit & Gaudeo.

Ἀγλάϊσμα, ατος, τὸ, Nomen verbale, formatum ab ἠγλάϊσμαι, prima persona præteriti τοῦ ἀγλαΐζομαι. Significat Ornamentum, Honestamentum, Æschylo pag. 217, & 255, meæ editionis. A tertia autẽ eiusdem præteriti persona ἠγλάϊσται formatum videtur ἀγλαϊστὸς, id est Optabilis, Pretiosus. Nam Hesychius ἀγλαϊστὰ exponit ἐκτὰ, τίμια.

C. Ἀγλαόγυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchra membra habens. vt ἀγλαόγυιος ἥβα, apud Pindarum. Ex ἀγλαὸν & γυῖον.

C. Ἀγλαέθειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchricomus, Splendidam seu nitidam comam habens. Ex ἀγλαὸς & ἔθειρα.

C. Ἀγλαοθαλὲς, έος, τὸ, Tenerum. Hes. Ex ἀγλαὸς & θάλλω: vel certè ex ἀγλαὸς & τέθηλα præterito verbi θάλλω. vnde etiam deducitur.

C. Ἀγλαόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum fructum habens. Odysseæ η, — καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Cuius epitheti rationem vide apud Plutarchum Sympos. Nonnus θέρος (id est æstatem) ἀγλαόκαρπον vocat: id est, Pulchros fructus ferentem, vel Pulchrorum fructuum datricem. Ex ἀγλαὸς & καρπός.

C. Ἀγλαόκοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum cubile habens. Ex ἀγλαὸς & κοῖτος, vel κοίτη, id est Cubile, Lectus. Exponitur tamen ἀγλαόκοιτος à Suida, Valdè honoratus. quæ significatio aliam etymologiam exigit, & aliam fortasse scripturam.

C. Ἀγλαόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendens & quasi florens iuuenibus, Pulchros iuuenes habens. Corinthum ἀγλαόκουρον appellat Pindarus, Olympiorũ Ode 13. Ex ἀγλαὸς & κοῦρος.

C. Ἀγλαόκωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram choream habens. Pindarus Olymp. Ode 3, φωνὰν ἀγλαόκωμον vocat canticũ pulchram choream instituens. Ex ἀγλαὸς & κῶμος.

C. Ἀγλαομήτης, ου, ὁ, Consilio clarus: & Ἀγλαόμητις, ιος, ἡ, Consilio clara, vt legitur in vulgaribus lexicis Græcolatinis: & hæc compositio analogiam seruat. Apud Suidam autem & Etymologici autorem Ἀγλαομῆτις legitur, & exponitur ἡ μεγάλη βουλὴ, id est magnum consilium. Apud Hesychium quoque habetur: sed is exponit λαμπρόβουλον, pro λαμπρὰ βουλὴ, vt opinor: id est, Præclarum & illustre consilium. Componitur autem ex ἀγλαὸν & μῆτις, vt Etymologicus ait. Rara tamen est hæc terminatio deriuatorum à μῆτις, id est consilium: at frequens altera, ἀγλαομήτης, siue ἀγλαόμητις. Talia sunt enim quæ in μήτης habebimus ἀγκυλομήτης & ἀγκυλόμητις: talia ποικιλομήτης & ποικιλόμητις. Quod autem dicitur de ἀγκυλομήτης (ex quorundam grammaticorum opinione) à verbo μήδω deriuatum esse: at ἀγκυλόμητις, à μῆτις: idem & de ἀγλαομήτης dici potest.

C. Ἀγλαόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram formam siue faciem habens, libro Epigrammatum 1, de Apolline, Ἀγρότης,

ἀγλαόμορφον, ἀκερσεκόμην, ἁβροχαίτην. Ibidem tribuitur Baccho hoc epithetum. Ex ἀγλαός & μορφή.

C. Ἀγλαόπαις, δος, ὁ καὶ ἡ, Pulchros liberos habens, aut pueros. Nonnus. Ex ἀγλαός & παῖς.

C. Ἀγλαόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclarè fidelis. Hes. Ex ἀγλαός & πιστός.

C. Ἀγλαότιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendidè vel pulchrè honoratus. Sic Hesychius, qui antea ἀγλαότιμον eodem modo exposuit. Orpheus in thymiamate Herculis, Εἰρήνην πέμποις κουροτρόφον, ἀγλαότιμον. Ex ἀγλαός & τιμή.

C. Ἀγλαόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclaram vocem habens. Ex ἀγλαός & φωνή.

C. Ἀγλαῶπις, ιδος, ἡ, Pulchrè oculata, Pulchros oculos habens. Empedocles apud Plutarchum, Νυκτὸς ἐρημαίης, ἀγλαώπιδος. In vulgaribus lexicis habetur Ἀγλαώψ, ωπος, ὁ, Aspectu splendidus. Sunt ex ἀγλαός & ὤψ ὠπός composita.

ΑΙ'ΔΩ'Σ, όος, & per crasin οῦς. in datiuo, αἰδοῖ. in accusatiuo, αἰδῶ, vel αἰδόα, vt quidam. Verecundia, Reuerentia, Veneratio. Nonnũquam generaliter idem sonat quod Pudor. Xenophon Pædiæ primo, ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰδοῦς τεύξει, Reuerentiam consequeris ab aliis, aut venerationem, Venerationi eris aliis, Te reuerebuntur alii & venerabuntur. Aristides in Panathenaico, ἄξιον τοίνυν καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς εἰπεῖν ὅσον παρὰ πάντων ὑπάρχει καὶ γέγονε τῇδε τῇ πόλει, id est, Operæpretium est ergo commemorare etiam quanta reuerentia præstetur & præstita fuerit ab omnibus huic ciuitati. Alii autem vertunt, Quanto in honore sit ac fuerit hæc ciuitas apud omnes. Sed ego interpretationem meam veriorem esse puto. certum est enim αἰδῶ sonare aliquid amplius quàm τιμὴν, id est honorem. Vnde & Homerus postquam dixit τιμῆς, subiungit αἰδοῦς, tanquam significantius, Odysseæ ϑ, Τιμῆς ἔμμοροι εἰσὶ καὶ αἰδοῦς. Budæus αἰδῶ obseruantiã vult significare in hoc Synesii loco, καὶ ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους αἰδοῦς. subaud. οἱ νεανίσκοι. Hesiodus, — θεὸν ὡς ἱλάσκονται Αἰδοῖ μειλιχίῃ, id est, Cùm reuerentia. Aristides, οὕτω τιμῶσιν, αἰδοῖ τῶν θεῶν, id est, Ita honore prosequuntur, deorum reuerentia. accipiendo passiuè reuerentiam, pro reuerentia quæ diis præstatur. Sic apud Synesium αἰδοῖ μουσῶν, verterim, Reuerentia Musarum, quũm dicit, αἰδοῖ γε μουσῶν, τοὺς ἱερέας αὐτῶν ἄξιον περιέπειν. Id est, Nam reuerentia Musarum, sacerdotes earum par est tueri. Budæus tamen, αἰδοῖ μουσῶν interpretatur, In honorem Musarum. Sic αἰδὼς τοῦ βασιλέως, Regis reuerentia, Plutarcho in Romulo. Denique dico αἰδῶ hac in significatione (quæ vsitatissima est) esse obseruantiam per quam ætate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. ‖ Item αἰδὼς, Verecundia, quæ censetur virtus à vulgo: at Aristoteles virtutem esse negat, quamuis laudetur qui ab ea dicitur αἰδήμων, id est Verecundus. Hanc αἰδῶ ita distinguit Damascenus ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, vt αἰδὼς sit metus ob expectationem vituperii: αἰσχύνη metus ob aliquid turpiter commissum. eius verba sunt, αἰδὼς, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· αἰσχύνη δὲ, φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. Hanc αἰδῶ sæpe Homerus commendat atque adeo requirit in militibus. vt Iliadis ε, Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ, Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε. sic Iliad. ν, — ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος Αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Interdum cum genitiuo, vt rursus Iliadis ο, — καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ Ἄλλων ἀνθρώπων. sed Verecundiam aliorum hominum Latinè non dixerimus. quare potius ita redderem, Verecundiam vobis incutiant alii homines. aut, Pudorem incutiant: accipiendo pudorem in bonam partem. Quo etiam modo apud Sophoclem Aiace, αἰδῶ λαβεῖν verti possit, Pudore tangi. non, vt alii vertunt, pudore affici. nam αἰδῶ λαβεῖν ad verbum sonat Pudorem accipere, à seipso videlicet: at qui pudore afficitur, ab alio intelligitur pudore affici. ‖ Αἰδὼς dicitur etiam generaliter de quouis pudore. vt apud Homerum, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Id est, Pudorem viro egeno non bonum est adesse. & Iliad. ω, — οὐδέ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι. Apud Eustathium nescio quis duplicem faciens αἰδῶ, καλὴν & κακὴν, ait αἰδῶ bonam & laudabilem dici παρὰ τὸ δεῖν τὸ δέον ἔχειν. id est, ex eo quòd semper habeat quod rectum & honestũ factu est. malam autem, παρὰ τὸ ἀεὶ ἐνδείας αἰτία εἶναι. id est, semper caussa sit egestatis. Sed quisquis is est qui hoc dixit, videtur ioco non serio dixisse. Certè constat à non videndo dictam esse αἰδῶ, quasi ἀειδίαν. (quòd pudor oculos cogat auertere) ex α priuatiuo & verbo ἰδεῖν. ita enim malo quàm ab εἴδω, cum Etymologico, vt ex ἀειδὼς fiat αἰδώς. Huius autem etymologiæ fidem facere videtur ipsum prouerbium, αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς, id est, Pudor in oculis. quod apud Erasmum habes expositum, & meam annotationem in illam eius expositionem, in Chiliad. à patre meo excusis.

Αἰδὼς, Membrum genitale, Inguen, eodem modo quo Latini plurali numero Verenda & Pudenda nominant à Pudore: ab Ouidio dicitur etiam Pars pudibunda. Virilitatem quoque appellauit Martialis. Iliad. β, Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. Dionysius Halicarn. in ἀρχ. Ὑπεζωσμένους τὴν αἰδῶ ταῖς δοραῖς.

Αἰδος, εος, τὸ, Idem quod αἰδώς. & ab hoc αἶδος videtur fieri αἰδόφρων, id est verecundus: quasi verecundiam sapiens: vt dicitur ἀγαθόφρων, & alia. Posset tamen & ab αἰδὼς deriuari.

C. Κίναιδος, Cinædus, Pathicus. ἀσελγής, ita dictus ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὴν αἰδῶ, id est τὸ αἰδοῖον. Potius quam secundum alteram etymologiam quasi κυνὸς αἰδοῦς. Dicitur κίναιδος, & πόρνος, & καταπύγων, & θηλυδρίας, & αἰσχρουργὸς, aliisque nominibus, quæ vide apud Pollucem. Plutarchus in Politicis præceptis, μηδὲν διαφέρειν ὅπισθεν πανὴ ἔμπροσθεν εἶναι κίναιδον. HINC compositum Κιναιδολόγος, Turpiloquus. quasi dicas, Cinædiloquus, id est Cinædica impudentia in loquendo vtens. Eustathius pagina 746 κυνολέσχην exponit κιναιδολόγον, qui κοινότερον dicatur αἰσχρορρήμων. Athenæus libro 14. τοὺς Ἰωνικοὺς λόγους vocari etiam κιναιδολόγους tradit. HINC & Κιναιδία, Cinædica obscœnitas, siue impuritas, aut impudicitia. Æsch. ἐν πᾶσι μὲν γὰρ ὢν ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν πᾶσαν κιναιδίαν βάταλος. ET Κιναιδίζομαι, Cinædicè me gero, Impuritate & obscœnitate cinædos imitor. vnde Κιναίδισμα, Obscœnitas cinædica, apud Eustathium.

Κίναιδος (in vulgaribus lexicis) Gemma quæ & ἐρυθραῖος λίθος, & λίθος Ἰνδικὸς, & μαργαρίτης, Gallicè *Perle*, Margarita, Vnio, Bacca conchea, Virgilio in Culice, Granum rubri maris, Hieronymo. Erythræus etiam lapillus appellatur. Arrianus, Ἡρακλέα λέγεται κίναιδον ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήιον, ὅντινα καὶ ἐς τόνδε ἔτι οἱ τὰ ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρας τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι, τὸν μαργαρίτην τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον.

C. Αἰδόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Verecundus. Poeticum est.

C. Ἀναιδής, έος, ὁ καὶ ἡ, (quod compositum possit & ab αἰδοῦμαι deduci) Impudens, Inuerecundus, vt Odysseæ ρ, Εἴς τις θαρσαλέος καὶ ἀναιδής ἐστι προΐκτης. Et Iliad. α, Ἀλλὰ σοὶ ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς. Plut. in libro περὶ δυσωπίας, eum qui ἀδυσώπητος dicitur, ab eo qui ἀναιδὴς, ita distinguit, ἀναλγὴς μὲν γὰρ ὁ ἀναιδὴς πρὸς τὸ αἰσχρὸν, ἀπαθὴς δὲ καὶ πρὸς τὸ φαινόμενον αἰσχρὸν ὁ ἀδυσώπητος. Vt Latinis oculus dicitur impudens, sic & ὀφθαλμὸς Græcis ἀναιδής: iuxta prouerbium, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς. Demosthenes dixit ἀναιδὴς εἰς χρήματα, in Androt. οὗτος δ' οὐ μόνον εἰς χρήματα ἀναιδὴς, ἀλλὰ καὶ σκαιός ἐστι. Affertur autem & ἀναιδὴς, pro eo cuius nos non pudet, vt ἀναιδέστατος τοῖς ἀκολάστοις, minimè pudendus intemperantibus. ‖ Apud Homerum aliquoties λᾶας dicitur ἀναιδὴς, vt Iliadis δ, Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς Ἄχρις ἀπηλοίησεν. Sic & Sisyphi saxum λᾶας ἀναιδὴς ab eo appellatur, Odysseæ λ, — ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. Sic & ἀναιδὴς πέτρα, Iliad. ν. Eustathius autem non aliud dicit (quod sciam) quàm ἀναιδῆ vocari metaphoricè, eo modo quo ferrum crudele appellatur. Hesychius λᾶαν ἀναιδῆ exponit σκληρὸν, at scholiorum breuium autor, τραχὺν, in loco illo Iliadis δ. Quas expositiones planè alienas esse puto, & potius vocari existimo saxum impudens respiciendo ad vastam eius molem: eo modo quo Gallicè de quibusdam rebus dicimus *Honteusement grand*. Cui affine est quod frequentius vsurpatur, *Vilai-*

Google

nement grand. Item, *Vn grand vilain*. pro eo quod alio genere loquendi dicitur *Despitensement grand*. extra metaphoram autem, *Desmesurement grand*. Eustathius pag. 1702 quum dicit ὁ Σίσυφος ἐώθει πρὸς τὸν ὦμον πέτρον μεγάλην καὶ ἐμβεβλῆσθαι, videtur per hæc intelligere λᾶαν ἀναιδῆ.

Τὸ ἀναιδὲς pro substantiuo ἡ ἀναίδεια, Impudentia, interdum ponitur. Interdum autem aduerbialiter: vt quum dicitur ἀναιδὲς βλέπειν (eadem forma qua δριμὺ βλέπειν, & alia) pro Impudente aspectu esse, Impudentiā oculis præ se ferre.

Ἀναιδῶς & Ἀναιδέως, Impudenter. Sed ἀναιδέως magis poeticum est. In vulg. lex. ἀναιδέως exponitur etiam Liberè: quæ expositio ἀναιδέως confundit cum ἀδεῶς.

Ἀναίδεια, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecundia. Demosth. Pro corona, εἰς τοῦθ' ἥκει ἀναιδείας ὥστε τολμᾷ λέγειν. Apud Homerum Iliad. α, & ι, dicitur ἀναιδείην ἐπιειμένος, qui est impudens. q.d. Impudentia amictus. Od. χ, – ἀναιδείης ἐπέβησαν. Alibi, – ἀναιδείηφι πιθήσας.

Ἀναιδεύομαι, Impudentia vtor, Impudenter me gero, ἀναισχυντῶ. Dicitur autem ἀναιδεύομαι (quo Atticos vti negat Phrynichus) eadem forma qua ἀκρατεύομαι, ἐγκρατεύομαι, & πανουργεύομαι, & ἀσωτεύομαι.

¶ Αἰδοῖος, α, ον, (ab αἰδὼς fit αἰδῶος, & mutato Bœoticè ω in οι, αἰδοῖος, vt Etymologicus ait) Venerabilis, Veneratione dignus, Venerādus. vel, Cui præstari debet reuerentia, Reuerendus, Reuerentia dignus. A Liuio Verendus dicitur. Od. ι, – ξεῖνοι αἰδοῖοι. Od. ξ, Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετ' Κρήτεσσι τετύχθαι. Od. θ, Ὥς κεν Φαιήκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο, Δεινός τ' αἰδοῖός τε. Sic & alibi, vt Odyss. τ, φίλος & αἰδοῖος copulat, vt αἰδοῖ & φιλότητι, Iliad. ω. vnde & comparatiuus αἰδοιότερος cum φιλίτερος. Odyss. λ, Καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην. pro quo & αἰδοιέστερος dicitur, vt Eustathius annotat. | Αἰδοῖος ἱκέτης (inquit Budæus) Dignus qui exoret quod petit. Videtur autem Budæus hanc expositionem accommodare voluisse huic Homeri loco, Odyss. ο, – αἰδοίοισιν ἔδωκα. Vbi Eustathius dicit αἰδοίοις, ἀξίοις, ξένοις δηλαδὴ καὶ ἱκέταις. | Αἰδοίη ταμίη, Odyss. α, vult dictum esse περὶ τῆς σώφρονος, id est de casta. sed fortasse αἰδοίη ταμίη ita dicitur ab Homero, vt παρθένος αἰδοίη, Iliad. β. id est (vt ego interpretor) virgo verecunda, virgo pudibunda. vt hic αἰδοίη significationem actiuam habeat, non passiuam, vt αἰδοῖος in superioribus exemplis: & vt Penelope dicitur αἰδοίη, Odyss. τ, matrona venerabilis, verenda. | Αἰδοῖος in actiua significatione, Verecundus. Odyss. ρ, circa finem, – κακὸς δ' αἰδοῖος ἀλήτης.

Αἰδοίως, Aduerb. Cum reuerentia, Cum obseruantia. Od. τ, Αἰδοίως δ' ἀπέπεμπον, &c.

Αἰδοῖον, ου, τὸ, Substantiuum, Inguen. nam ex iis vocabulis quæ in vulgaribus lexicis Græcolatinis ponuntur pro interpretatione huius nominis, nullum conuenit: quum αἰδοῖον tam mulieris sit, quàm viri: vix autē aliud nomen Lat. sing. num. commune sit vtrique, quàm Inguen. Plurali numero sæpe dicitur αἰδοῖα pro eodem, Iliad. ν, Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ. Thucyd. α, διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταί. Et αἰδοῖα de muliere, Herodot. α, ἐν τῷ αἰδοίῳ τῆς θυγατρός. In singulari autē numero, Plutarchus πρ. ῥωμ. Sabinos enim aiūt mulieris αἰδοῖον appellare spuriū. Sic autē Græci ab αἰδὼς dicunt αἰδοῖα, vt Latini à nomine pudor vocant pudenda, & Verenda à verendo. quare vana est altera etymologia, vt sint αἰδοῖα dicta παρὰ τὸ οἰδαίνειν ἐν τῇ συνουσίᾳ ὀργῶντα. neque enim οἰδοῖα dicitur, sed αἰδοῖα. & Homerus ipse αἰδῶ pro αἰδοῖα vsurpat. | Αἰδοῖα Gaza testiculos alicubi vertit, item coles.

Αἰδοιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Formam inguinis habens, Inguinis speciem referens. Ath. 7. λέγεται δὲ τῶν πλατυπόδων τὰ ἄρρενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μέσῳ τῶν πλεκταίων.

Αἰδοιικός, ή, όν, Ad inguen pertinens. αἰδοιικὰ φάρμακα apud Æginetam, Medicamenta quædam ad inguen pertinentia. id est, morbis inguinis medentia. Item αἰδοιικά, Quæ pudendis adnascuntur, apud eundem.

C. Αἰδοιομανία, Morbus τῶν αἰδοίων, id est pudendorum, vt satyriasis & priapismus, In vulgaribus lex. Potest & ab αἰδὼς deduci significante τὰ αἰδοῖα.

¶ Ἀπαιδοιόω, ῶ, quasi dicas, Pudēda mutilo, pro Præputiū seco, Circuncido. Pollux libro secundo, Æolibus ἀπαιδοιοῦσθαι significasse tradit ἀποκολύφθαι. Is autem dicitur ἀποκολύφθαι qui caret præputio: Recutitus Martiali, Apella Horatio. ἀπαιδοίωται, ἀπηλαισχυμένη, τέτμηται, Hesychius. Animaduertendum est autem ἀπαιδοίωται legi apud Hesychium, non ἀπηδοίωται, sicut apud Pollucem ἀπαιδοιοῦσθαι, non ἀπηδοιοῦσθαι.

¶ Αἰδέομαι, οῦμαι, Fut. ἐσομαι & ήσομαι. Præt. ᾔδεσμαι. Aoristus primus, ᾐδέσθην. Idem quod ἐντρέπομαι, Veneror, Honori habeo, inquit Budæus. Addi etiam potest Reuereor. Hac autem in significatione accusatiuo iungitur. Xenophon Pædiæ primo, αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους, Reuerentiam præstans maioribus natu, vel, Maiores natu venerans. Honore prosequens, quidam. sed malim, Veneratione prosequens. vt & αἰδῶ non lubenter interpretor honorem, sicut antea dixi. Sic αἰδεῖσθαι θεοὺς apud Homerum, Reuereri deos. αἰδεῖσθαι τὸν πατέρα apud Sophoclem, Patrem suum reuereri. vt apud Terentium, Imperium patris reuereri. Apud Homerum αἰδεῖσθαι & ἐλεεῖν sæpe copulantur. vt οὔ σ' ἐλεήσει, Οὐδέ τί σ' αἰδέσεται, Iliadis ω, & Odysseæ ξ, Οὐ γὰρ τοὔνεκ' ἐγώ σ' αἰδέσσομαι, οὐδὲ φιλήσω. Quibus in locis obiter notandum duplex futurum αἰδέσομαι & αἰδήσομαι. Habet autem in hac significatione non tantùm accusatiuum personæ, sed & accusatiuum rei. vt Iliadis ι, Αἴδεσαι δὲ μέλαθρον. Sic Il. χ, – τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον. | Nonnūquā αἰδοῦμαι est magis Timeo, Vereor, quàm Reuereor, (in qua tamē significatione potius infinitiuo iungitur) vt Il. χ, Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. qui versus & alibi habetur. loquitur autem hîc de metu ignominiæ & dedecoris à Troianis. Sic eum à quo metuebat ne obiurgaretur, dicit αἰδέομαι & δείδια, Odysseæ ρ, Ἀλλὰ τὸν αἰδέομαι καὶ δείδια μή μοι ὀπίσσω Νεικείῃ. sic Iliadis δ, Αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο, veritus increpationem regis: sed veritus ipsius regis increpationem, ob reuerentiam quam illi præstabat. additur enim αἰδοίοιο. | Apud Euripidem αἰδοῦμαι τάδε exponitur, horum me pudet. vt sit pro αἰσχύνομαι. quanquam notatur à grammaticis αἰδεῖσθαι in bonam partem accipi, αἰσχύνεσθαι in malam. id est (opinor) αἰδεῖσθαι esse Vereri aliquem seu reuereri, ob honorē quem virtutis ergò, aut ætatis, aut consanguinitatis, aut huiusmodi rei alicuius causa deferimus, aut Rei alicuius honestæ reuerentia tangi: αἰσχύνεσθαι autem aliquem, esse Pudore affici ex eo quòd mali alicuius, aut rei alicuius turpis sit nobis conscius. aut Pudere nos eum facere illius conscium, aut etiam pudere nos alicuius rei, cuius ipsi soli simus nobismetipsis conscii. Plutarchus eos qui hæc confunderent, reprehendens, ait, αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἥδεσθαι χαίρειν, καὶ τοὺς φόβους εὐλαβείας. Videtur tamen apud Lucianum quoque αἰδεῖσθαι pro αἰσχύνεσθαι accipi in loco qui citatur proximè sequente annotatione. Apud Homerum certè videtur propriè vsurpatum αἰδέομαι, etiam absolutè positum, pro Verecundor, Verecundia tangor, à muliere dictum, Odysseæ σ, Οἴη δ' οὐ κείω εἶμι μετ' ἀνέρας. αἰδέομαι γάρ. Apud eundem cum infinitiuo, Odysseæ ζ, – αἰδέομαι γὰρ γυμνοῦσθαι.

Αἰδοῦμαι, Timeo, Non audeo, cum infinitiuo, Iliadis η, Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Odysseæ ξ, – καί σε περιόντ' ὀνομάζειν Αἰδέομαι. Eustathius exponit εὐλαβεῖσθαι. Quanquam aliquis fortasse dixerit inesse his in locis verbo αἰδεῖσθαι timoris cum quadā reuerentia significationem. vt sit αἴδεσθεν ἀνήνασθαι (obiter autem notandum αἴδεσθεν per syncopen pro αἰδέσθησαν, ab αἰδέσθην aoristo primo, pro ᾐδέσθην) reuerentia tacti non ausi sunt, timuerunt recusare. Sed apud Sophoclem quoque αἰδὼς pro δέος, id est metus, ponitur: vt infrà dicetur. | Apud Lucianum autem αἰδεῖται cum participio, significat Eum pudet: quum dicit, ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν αἰσχύνην τοῦ γάμου. & ita αἰδεῖται erit pro αἰσχύνεται, quo non vsus est ob sequens nomen αἰσχύνην.

Αἰδοῦμαι, inquit Budæus, non modò ἐντρέπομαι significat καὶ μετ' αἰδοῦς ὑποδέχομαι, hoc est veneror & honori habeo: sed etiam πείθομαι, placor, & iniuriam

remittó, Iram cōdono. Demosthenes πρὸς Ναυσίμαχον, A
ὥς τ' αὖ ἐλών τις ἀκουσίῳ φόνου, καὶ σαφῶς ἐπιδείξας μὴ καθαρὸν, μετὰ ταῦτα αἰδέσηται καὶ ἀφῇ, &c. Vt siquis propter cædem non voluntariam alium arcesserit, reum etiam peregerit, manifestóque conuicerit, deinde à reo placatus quoquomodo culpam criménve condonarit: &c. Gregorius, καὶ φιλίας αἰδοῦσθαι εἰδώς, homo qui in tempore rationem habere amicitiæ nosset, & amico exorabilem se præbere. Significat αἰδοῦμαι etiam Placo, Exoro. Demosth. contra Aristocratem, καὶ φεύγειν ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ τεθνηκότος, extorrem esse quoadusq; B aliquem exorarit gentilium mortui. Vide Harpocrat. & Hesychium.

Αἰδοῦμαι non solùm vsurpatur in significatione actiua (vt verba quæ deponentia vocant Latini) sed & in passiua, vtpote cuius inueniatur actiuum Αἰδῶ. sic apud Demosthenem contra Aristocratem αἰδεσθείς, Exoratus, placatus. Verbum autem actiuum αἰδῶ vide cum composito καταιδῶ.

Αἴδομαι etiam dicitur barytona coniugatione: vnde αἴδετο apud Homerum Od. θ. Αἴδετο γὰρ Φαιήκας. & Od. ζ. – αἴδετο γὰρ Παλεξάσιγητον. & Αἰδόμενος apud eundem aliquoties. Vsus est & Plut. Sympos. 3, ἐκβάλλειν τῶν ὀμμάτων τὸ αἰδούμενον. C

Αἴδεσις, εως, ἡ, (à secunda præteriti ᾔδεσαι) Veneratio, Reuerentia. Item αἴδεσις, vt inquit Budæus, Venia & Misericordia, & Personæ periclitantis respectus & tuitio, Vltionis animaduersionisq; remissio. Demosthenes contra Midiam, τοὺς δ' ἀκουσίως ἀποκτείναντας οἱ νόμοι αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν, id est, Clemētia dignos censuerunt. Lege enim licebat cædis non voluntariæ D crimen euadere, si is qui cædis reus erat, quendam ex consanguineis precibus exorare potuisset, & ad clemētiam adducere. cuiusmodi exorata placabilitas, αἴδεσις vocabatur.

Αἰδέσιμος, ὁ καὶ ἡ, in oratione soluta, pro poetico αἰδοῖος, Venerabilis, Veneratione & reuerentia dignus, Verendus. Hesychius αἰδέσιμον exponit σεβάσμιον, ἔντιμον. Liuius, Clarus genere factisque, tū etiā ætate verendus. id est, δόξῃ τὴν ἡλικίαν σεβάσμιος, vel αἰδέσιμος. Luc. in Nigrino, τὸ πρόσωπον τὸ αἰδέσιμον, pro ἡ αἰδεσιμότης. vide paulo E pòst. Apud Gregorium αἰδέσιμος est dignus qui exoret. Theophyl. in epist. ἀλλ' οὐκ αἰδέσιμα δῶρα παρ' αὐτοῖς, id est, Dona non exorant, non videntur illis digna quæ exorent. ‖ Pausan. in Laconicis, ἦν δὲ ἄρα τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐκ παλαιοῦ Πελοποννησίοις αἰδέσιμον, id est (interprete Budæo) inuiolatum, & in quo supplicibus ius asyliæ constabat. hoc enim αἰδέσιμον significat. hoc est, intactum, ἄσυλον.

Αἰδεσιμότης, ητος, ἡ, Veneratio, vt vulgò exponitur: sed magis passiuam quàm actiuam habet significationē. & vt F αἰδέσιμος vertitur Venerabilis, ita αἰδεσιμότης verti deberet Venerabilitas, si Latinè dici posset. Elegantius autem vsurpatur αἰδέσιμον pro hoc substant. αἰδεσιμότης, vt apud Lucianum in Nigrino, τὸ πρόσωπον τὸ αἰδέσιμον, pro ἡ αἰδεσιμότης. id est, Oris venerabilitas. id est, oris quidā habitus sui venerationem & reuerentiam excitans. Latini Oris dignitatem dicunt. Notandum est autem αἴδεσις ab ᾔδεσαι secunda præteriti esse deductum: αἰδέσιμος autem ab αἴδεσις: at αἰδεσιμότης ab αἰδέσιμος.

Αἰδεστὸς, ἡ, ὁ, Reuerentia dignus. idem quod αἰδέσιμος, sed minus vsitatum. Fit autem ab ᾔδεσται tertia præteriti: G vt αἴδεσις ab ᾔδεσαι secunda. Plutarchus εἰ πρεσβ. πολ. Φοβεροὶ μὲν ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰδεστοὶ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ποθεινοί. id est, Tales vt iis qui delinquunt, sint terrori: at bonis reuerentiam sui & desiderium excitent.

Αἰδήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Verecūdus. nā actiuā habet significationem. vnde nō intelligo curà Suida & Hesychio per αἰδέσιμος exponatur. Αἰδήμων, inquit in Comm. Bud. est verecūdus, ὁ αἰσχυντηλός. Athenæus de Isocrate, ὁ δὲ ῥητόρων αἰδημονέστατος. Aristoteles τὸ αἰδήμονα in virtute ponit, mediumque facit inter καταπλῆγα & ἀναίσχυντον, H in Ethic. 2. Idem in 4, καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν νέων τοὺς αἰδήμονας. quos etiam αἰσχυντηλοὺς appellat. Hactenus Budæus. Possit αἰδήμων (vt opinor) verti etiam Pudens, eo sensu quo Ouidius pudentem petulanti opponit. Possit etiā fortasse Pudibundus reddi, ea significatione qua Horatius matronam pudibundam dixit. Notandum est autem, vt αἰδοῦμαι duplex habet futurum, per ε & per η, αἰδέσομαι & αἰδήσομαι, sic ab eo deducta, quædam ε, quædam η seruasse. αἴδεσις ε seruauit & ab eo deducta, quæ proximè præcedunt, vtpote à præterito per ε, consimiliter futuro: sic & αἰδεστός. at αἰδήμων η retinuit tanquam à præterito ᾔδημαι, consimiliter futuro αἰδήσομαι. dico autem tanquam à præterito: quia in vsu non est, quod sciam: sed vnde nisi ab eo formari possit αἰδήμων, non video. ‖ Ab αἰδήμων cōparatiuum αἰδημονέστερον vsurpat Xenophon in Lacedæmoniorum politia, δίκαιοι ἄξει καὶ αἰδημονεστέρους τοὺς παῖδας. ibidem, αἰδημονεστέρους παρέχειν.

Αἰδημόνως, aduerbium, Verecundè, Pudenter. Xenophon αἰδημόνως & θρασέως opponit in Symposio. Suidas αἰδεσίμως exponit, sicut αἰδήμων, αἰδέσιμος. sed tamen αἰδέσιμος & αἰδεσίμως passiuam potius habent significationē, αἰδήμων & αἰδημόνως actiuam. Imò nec eo tantùm differunt: quum αἰδέσιμος non eum significet quem verecundari oportet, (si ita loqui conceditur) sed quem venerari & reuereri. Nisi fortè in passiua etiam significatione vsurpatum reperit Suidas αἰδήμων & αἰδημόνως.

Αἰδημονέω, ῶ. F. ήσω, Verecundus sum, Verecundiam seruo, αἰδήμων εἰμί.

C. Ἀναίδητος, ὁ καὶ ἡ, q. d. Non verecūdatus. Accipitur pro ἀναιδής, impudens. Sed fit ἀναίδητος à verbo αἰδοῦμαι, (à tertia videlicet singulari præteriti) ideóque sonare dixi Non verecundatus.

C. Ἐπαιδέομαι, οῦμαι, pro simplici αἰδέομαι, Erubesco, Verecundia afficior. ἐπαιδεσθήσομαι, Eurip. Me pudebit. ἐπαιδεσθεὶς, Reueritus, Plut. De leg.

C. Καταιδέω, ῶ, (quod & Αἰδῶ, sed rarius) Erubescere facio. Pudore perfundo, & ad venerationem cogo vel impello, Flecto animum, inquit Bud. citans ex Plutarcho Pol. præc. pag. 581, πείθουσι καὶ καταιδοῦσι τὸν δῆμον τὸ αὐθάδες. In Comm. autem pag. 678 & 679 affert & alia exempla. Vbi & vnum simplicis Αἰδέω (quod alioqui multo rarius est) ex Bas. in orat. ad iuuenes, ὅπως αἰδέσῃ Ἐκλω. &c. qui dicit Vlyssem αἰδέσαι reginam, Areten videlicet, pro Flexisse oratione sua & aspectu calamitoso.

C. Καταιδέομαι, οῦμαι, Reuereor, vel, Valde reuereor. Aristoph Nubibus, καταιδέσθητι τὸν πατρῷον Δία. Item Καταιδέομαι, pro Perpudet, vt ait Bud. citans hæc Plutarchi de Cicerone, ὅμως κατῃδέσθη μὴ φαίνεσθαι τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς ἀδελφοῦ τῆς πατρίδος.

ΑἼΘΩ, Vro, Incendo, Accendo, cum accusatiuo. Herodot. Melpomene, τὴν ὕλην τὴν ἦγον ἐς τὴν χώρην καὶ πῦρ αἴθοντες. ‖ Interdum est neutrum absolutum, & quidem frequenter, Ardeo, Fulgeo. pro αἴθομαι. Sophocl. Aiace, – λαμπρὸς Λαμπῆρες αἴθοντ' ἦσαν. id est ἦθοντο, ardebant. vel ἔλαμπον, fulgebant.

Αἴθων, οντος, ὁ, Particip. Qui vrit, aut Qui vritur. Ardēs, Splendens. Fœmininum αἴθουσα, Quæ vrit aut vritur, Quæ ardet, Quæ splendet. ‖ Sed transit in nomē participium hoc, ac significat porticum domus, apud Homerum: diciturque αἴθουσα hac significatione, vel quasi αἰθομένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, id est, quæ calefit aut illustratur à sole: vel διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐτῇ τοῦ χειμῶνος. id est, quòd hyeme calefiant homines in ea. vt Etymol. ait. Homerus Od. σ. – ἐφ' ἵζαντ' αὐλὴν Αἰθούσης τε θύρας. Il. υ. Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο Ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον. Sunt autem αἴθουσαι ξεσταὶ, vt Eustathius ait, subdiales porticus ex politis lapidibus factæ. Idem alibi Homerum αἰθούσας appellare συλλογαὶ ἕδρας ait: vocans ἕδρας, meo quidē iudicio, quas Cicero dicit exedras: & συλλογαὶ pro περικίονας, vndique columnis circundatas. quanquam potius porticus, id est στοὰ, dici debet συλλογή aut περίστυλος, quàm exedra.

Αἴθομαι, Pass. Ardeo. vt αἰθόμενον πῦρ, Il. θ, & apud Pindarum initio Olymp. hymni 1.

Composita, Ἀναίθω & Καταίθω, itidem pro Vro, Accendo. Moschus in Amore fugitiuo, βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει. Καταίθω autem ex Euripide citatur.

Αἶθος, εος, τὸ, Ardor, Æstus, καῦμα, Hesych.

Αἰθός, οῦ, ὁ, Ardens, Flagrans. Item, Ambustus. Eustathius ait αἶθος apud Aristophanem significare ἀπηνθρακωμένον, id est in carbones redactum. Callimachus in hymno in Dianam σποδιῇ αἰθαλόῃ appellat cinerem nigrum, vt ait schol. Sed intellige nigrum ex vstione, siue ex fuligine collecta ex vstione. Exponit etiam κεκαυμένην, id est vstam. sed non placet exponere σποδιῇ αἰθῇ, cinere vsto.

Αἴθινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui facile comburitur, Comburi facilis. vt αἴθινα ξύλα, apud Etymol. Idem ait καπνὸν αἴθινον appellari τὸν δριμὺν, id est fumum mordacem: siue μέλανα, nigrum.

Αἰθόλικες, Pustulæ in summa cuti, ex igni, aut aliunde dictæ ἀπὸ τοῦ αἴθειν. Vide Erotiani lexicon in Hippocratem à me excusum. vide & Galeni itidem lexicum in eundem, in quo legitur αἰθόλικες non αἰθόλικας: sed apud Etymologicum habemus itidem αἰθόλικας. In Hesychio inuenimus αἴθικας, sed per errorem (opinor) omissa syllaba λι. Galenus addit αἰθολικώδεα dici quæ αἰθολίκων formam habent.

Αἴθων, ωνος, ὁ, Ardens, Flagrans. Item καυστικός, id est Combustorius. hoc est, Coburendi vim habens: vt apud Lycophronem, πρηστὴρ αἴθων. ‖ Significat & splendidum. vt αἴθων σίδηρος, apud Homerum exponitur Splendidum ferrum, aut nigrum, vt inquiût grammatici. αἴθωνες λέβητες, Lebetes splendidi, & nitentes: aut οἱ περὶ αἰθόμενοι, id est, Qui igni vtuntur, vt ait Eustathius. sic & αἴθωνες τρίποδες. ‖ Αἴθων dicitur equus, item leo, item homo, metaphoricè. Αἴθωνες ἵπποι, Il. β, & μ, à colore, nigri, seu rutili: aut agiles, quasi feruidi cursu. id est acres ad cursum. Αἴθων λέων, Leo feruidus, Leo qui cum ardore fertur, vel ardente impetu. Αἴθων ἀνήρ, Vir feruidus, Feruido ingenio præditus: apud Sophoclem Aiace, Οἴ μοι ἀπώλεσας ἀνδρὸς Αἴθωνος ἀγγελίαν. vbi ἰσχυροῦ, θερμοῦ ἐν ταῖς μάχαις, schol. exponit. id est ignei, ardentis in prælijs. Verum Suidas αἴθωνος ibi legit, non αἴθωνος. Apud Suidã autem legitur, αἴθων, ὁ βίαιος λιμός, id est, Violenta famés. quasi videlicet αἴθων per se tam substantiui quàm adiectiui significationem habeat. sed ex Etymologico falsum hoc esse comperitur. apud quem habetur, λιμὸν αἴθωνα, τὸν μέγαν. Hesiodus αἴθωνα λιμὸν dixit: vt statim ostendetur.

Ἅλσις, εως, ἡ, Saltatio, Saltus. Item Palpitatio. Aristot. De animal. 3, cap. 33, μόριον τὸ τῆς ἅλσεως κύριον. Sic exponitur à Gaza ἅλσις τῆς καρδίας hoc in loco, τὸ δὲ πρὸς τὴν ἅλσιν ἐστὶ τὴν πηδήματα τῆς καρδίας, οὐκ εἴρηται καλῶς. ‖ Itē in lex. Græcis Ἅλσις exponitur αὔξησις, id est Augmentum, Incrementum, itidem ab ἅλδω deriuando: vnde B & ἅλσος dixi Orionem deriuare apud Etym.

Ἁλτικὸς, ἡ, ὁ, Saltatorius, Ad saltationem siue ad saltum pertinens: vt ἁλτικὴ ὄρχησις, Saltatorium tripudium, id est, Tripudium saltationem coniunctam habens. ἁλτικὰ μέρη, Plut. in Numa, ad verbum, Partes saltatoriæ, id est (vt quidam exponunt) partes quarum enixu saliunt. ‖ Ἁλτικὸς homo, Ad saltationem habilis, Saltationi aptus, Exercitatus ad saltus. Xen. Pæd. 8, καὶ γὰρ εὐρωστότερος σοῦ ἁλτικὸς εἰμί. Exponitur & Saltator: vt δρομικὸς, Cursor, pro δρομεύς. Et inter palæstas erant δρομεῖς C & ἁλτικοί, sicut δισκοβόλοι, & πύκται.

C. Ἀνάλλομαι, Assilio, vel Insilio, & quasi dicas Supersilio (non Desilio, vt in vulg. lex.) Xen. De arte equestri, δεδιδαγμένοι ταχὺ ὑφαιρεῖν, καὶ ἐπ' ὀχήσεις ἀνάλλεσθαι. Bud. exponit Assilire. Sic dicitur & ἀναλλέσθαι ἐφ' ἵππον. Huic opponitur καθάλλεσθαι, de quo infra.

C. Ἀφάλλομαι, Desilio, Ex vno loco in alium salio. Item, Resilio. Aristoph. ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν Σωκράτους ἀφήλατο.

ET Ἄφαλσις, Resultatio, citatur ex Aristot. Probl.

ET Ἄφαλτος, Resiliens, ἀναπηδῶν, apud Hesych. D

C. Διάλλομαι, Transilio. In vulg. lex. tamen Salio. Ἐξάλλεσθαι (inquit Bud.) Xenophonti ἐκπηδᾶν, vt ἐξάλλεσθαι, ἀνάλλεσθαι. Ego pro διαπηδῶ, (id est Transilio) inuenio apud illum pag. 551.

C. Ἐνάλλομαι, Insilio. Apud Gregorium λὰξ ἐνάλλεσθαι est Calcibus infestis aliquem petere & ferire, Pedibus conculcare. quod præter plagā, etiam contumeliosum est, inquit Bud. ex illo afferens, τοίων τὸ λὰξ δημοσίᾳ καὶ λὰξ ἐναλλόμενος. Apud Aristoph. Vespis exponitur etiam Exilire. ‖ Metaphorica autem signif. dixit Synesius ἐναλλεσθαι τοῖς νόμοις, quod ad verbum respondet Lat. E verbis, Insultare legibus: epist. 73, τοῦτον οὖν ἄλλος ἂν τις γω γίνεται ... τῶν ἐναλλομένων τοῖς νόμοις.

C. Ἐξάλλομαι, Desilio, Exilio. Suidas ἐξαλλομένους exponit ἀπασκιρτῶντας in hoc Iosephi loco, οὐκ ἀξίους εἶναι σωτηρίας τοὺς φλεγομένης δι' αὐτοὺς τῆς πατρίδος ἐξαλλομένους. Quæ Suidæ expositio minimè mihi probatur: qui puto hunc esse istorum verborum sensum, Indignos esse salute eos qui exiliūt patria (seu è patria) conflagrāte propter eos. Et ita ἐξαλλομένους fuerit potius ἀποσκιρτῶντας. HINC F Ἔξαλμα (q.d. Exultio siue Desultio) Eruptio, vt exponitur in hoc Naz. loco, ὡς ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος.

Ἐξάλμενος pro ἐξαλλόμενος, per syncopen, Exiliens, Erūpens. Il. ο, Εἴ ποτέ του Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλοιεν. Citatur & ex Apollonio lib. 2, Argon. cum genitiuo. Sic dicitur ἐπάλμενος, quod vide in proximè sequente Ἐφάλλομαι.

C. Ἐφάλλομαι, Insilio, Supersilio. Item, Irruo. Dicitur cum accusatiuo, ἐφάλλεσθαι ἵππον, pro ἀνάλλεσθαι ἐφ' ἵππον. Et Ἐφαλλόμενος, aor. 1 medius, Qui insiluit. G

Ἐπάλμενος, apud poetas pro ἐφαλλόμενος, Insiliēs, Irruēs, per syncopē (vt de ἐξάλμενος modò dixi) Hom. Od. ξ, — ἐπάλμενος ἠχ' ὀλέσκεν. HINC & Καταπάλμενος, quod itidem insiliens exponitur in hoc Apoll. loco, Arg. lib. 2, πρὸς ὑπὲρ πάσης καταπάλμενον. SED & Ἀντάπαλτο inter hæc referendum esse videtur (licet Etymol. velit esse à πάλλομαι, pro ἀντεπάλλετο.) quod Il. θ, v. 85, de equo dicitur, Ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο, βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ. Vbi Eustath. ἀνέπαλτο exponit ὀρθὸς ἔστη, item ἀνεπήδησε. Pro me autem facere, & Etymologisten mecum refellere vi- H detur participiū Ἀνάπαλμενος, quod apud Apollonium legitur, ἐκ δονάκων ἀνεπάλμενος. nā hoc à πάλλομαι nullo modo deduci queat. IDEM & de Ἐξέπαλτο dicendū fuerit quod de ἀνέπαλτο dixi. Exponit autē ἐξέπαλτο Hesychius ἐξεπήδησε. HIS addā & Μετάλμενος, quod ab Hesychio exponitur ἐφαλλόμενος. Ionicè porrò mutatur in his aspirata in tenuem.

C. Ἐσάλλομαι, Insilio: vt ἐσήλατο πρὸς κρατῆρας, in Anthologia epigr. Insiliit in crateras ignis. Dicitur & ἐσᾶλτο per syncopen à poetis.

C. Καθάλλομαι, Desilio, καταπηδῶ, oppositum τῷ ἀνάλλομαι. Xen. ἐπ' ὄχθους ἀνορούειν, ἀπ' ὄχθων καθάλλεσθαι. Idem, ἐπεὶ δὲ ἀπῆλθεν, ἐπεὶ δ' ὅπου καθάλλεσθαι.

C. Ὑπεράλλομαι, Supersilio, Transilio, Vltra salio. Aristot. De animal. lib. 9. Et ὑπεράλμενος per syncopen apud poetas pro ὑπεραλλόμενος, vt de ἐξάλμενος & ἐπάλμενος dictum est.

¶ Ἐφιάλτης, siue Ἐπιάλτης (quod posterius, licet minus vsitatum, magis rationi consentaneam formationem habet, vt sit ἐπιάλτης tanquam ab ἐπιάλλομαι, vnde ἐπιαλόμενος, pro quo à poetis dicitur & ἐπιάλμενος per syncopen. At verò ab ἐφάλλομαι esset potius ἐφάλτης quàm ἐφιάλτης) q.d. Insultor, seu Insultator. Incubum tamen potius nōnulli & Incubonem vocant. Est autē quoddam malum quo correpti inuadi se ab aliquo & magno pondere opprimi, atque adeo suffocari imaginantur. vnde & πνιγάλιον Themison eum appellauit, seu πνιγαλίωνα, vt alii referunt: quod mihi magis placet. Quidam (inquit Gorræus) dæmonem esse putauerunt, aut externā quādā vim quæ dormiētes inuaderet & pondere suo oppressos grauaret: quum contrà mali huius causa sit crassus & frigidus vapor (vt tradidit Posidonius) ventriculos cerebri implens, & prohibens spiritus animales per neruos ferri. Per somnum duntaxat contingit, eóque laborantes in ipsa accessione patiuntur eadem quæ & apoplexia correpti, sed tamen D mitiora. Quia enim vapor in causa est, non in totum opplentur ventriculi cerebri, nec tam difficulter excitantur qui eo laborant. Manent tamen aliquandiu immobiles: deinde verò multo labore & conatu tenuato discussóque spiritu, & meatibus obstructione solutis, derepente è somno excitantur. Læditur illis imaginatio potissimùm: ex quo verisimile est morbum in priori ventriculo præcipuè consistere. Ex his intelligi potest incubi differentia ab apoplexia & epilepsia. Præludium tamen eorum morborum est, atque etiam insaniæ. Diuturnior enim & frequenter repetens, crudo humore in ventriculis cerebri paulatim cumulato, in eos facilè degenerat. Præcedunt incubum suffocatio, vocis amissio, grauitas & immobilitas: & hæc rursus crapulæ & cruditates, ex quibus crassus ille frigidúsque vapor suscitatur. Proinde quidam morbum hunc rectè quidem sed imperfectè definierunt, τὴν εἰς κεφαλὴν ἀναπέμψουσαν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδηφαγίας καὶ ἀπεψίας, id est, vaporum in caput discursum, ex nimio cibo & cruditate. Hactenus Gorræus. Hoc malum describit Lucretius lib. 4, Tollunt clamorem quasi si iugulentur ibidem: Multi depugnant, &c. Existimatur autem & Virgilius huc respexisse Æneid 12, vbi canit, Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus Velle videmur, &c. Vide & Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. Cæterùm pro eo quod à Dioscoride dicitur ἐφιαλτῶν πνιγμοὶ de herba Pæonia loquente, Plinium vno in loco, Faunorum in quiete ludibria, in altero suppressiones nocturnas dixisse, quidam annotarunt. HINC Ἐφιαλτία vel Ἐφιάλτιον dicta herba Pæonia quòd aduersus ἐφιάλτην valeat.

ἌΛΛΟΣ, ου, ὁ, Alius. ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο: alius, alia, aliud. Il. ζ, Ζεὺς, ἄλλοι τε θεοί, Iupiter, aliiq; dii. Od. ξ, Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις, Alius enim aliis delectatur studiis. Od. 1, — ἄλλην ὁδὸν, ἄλλα κέλευθα ἤλθομεν. In Bœotia, Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων. Xenoph. Hellen. 6, ἄλλος ἄλλῃ διαπεφευγότες. Il. φ, ἄλλος Ἀχαιῶν, Alius Achiuorum, vel ex Achiuis. Demosth. contra Midiam, ἄλλ' δ' ἄλλων ἡμῶν ἕκαστος. Idem pro corona, ἀλλὰ μὴ πάντων τῶν ἄλλων ἔγωγ' ὁρῶ πάντων ἀνθρώπων. ‖ Et cum τὶς, τὶς ἄλλος, Quispiam alius: vt Xenophon Pæd. 3, ἐγὼ γὰρ δοίην ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖστον δὴ ποτ' ἔδωκε. Sæpe ει præcedente, εἴ τις ἄλλος, Siquis alius, Si quisquam alius. vt φρόνιμος, εἴ τις ἄλλος, Prudēs, si quisquam

alius. Interdum præcedit εἴ τις ἄλλος: vt apud Aristophanem, εἴ τις ἄλλος, μακάριος, Beatus, si quisquam alius. vel, siquis alius. Apud Isocratem, οἶς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποθ' ἕτερος, Haud scio an quisquam alius. Dicitur autem interdũ & ἄλλος τις & ἄλλος ὁστισοῦν, pro Quiuis alius, vel quilibet. Sic ἄλλο ὁτιοῦν, Aliud quiduis, apud Demosthenẽ. A
Ἄλλος παρ' ἐμέ, vel Ἄλλος ἢ ἐγώ, vel Ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. pro Alius à me, Alius quàm ego. Soph. Οὐκ ἄν τις αὐτὸ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος αὐτ' ἐμοῦ. Xen. Pæd. 3, ὁ δ' ἐλθὼν οὐκ ἄλλα ἢ τὰ χρήματα λέγοντα. Et in interrogatione autem τί ἄλλο ἢ vel ἄλλο τι ἤ, Quid aliud quàm: vt dicetur paulo pòst in Ἄλλον aduerbio. Hoc autẽ genus loquendi, οὐδὲν ἄλλο ἤ, absque interrogatione, efferunt & aliter. Plato in Timæo, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, δεῖ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι, pro δι' ἄλλο οὐδὲν ἢ διὰ τὸ χαλ. &c. Propter aliud nihil, quàm, &c. Idem Pol. 2. τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, id est, Hunc autem aliud nihil quàm annulum gestare. Ad verbum enim durè ita diceretur, Hunc autem aliud quidem nihil, annulum autem aureum gestare. Notanda est verò diligenter huiusmodi phrasis, C
quam apud Platonem potissimùm obseruasse mihi videor. Dicitur etiã interdum ἄλλο πλὴν pro ἄλλο ἤ. Plato in Timæo, θέμις δ' οὔτ' ἦν, οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον, id est, quicquam nisi pulcherrimum facere: vt Cicero interpretatur. Idem οὐδὲν ἄλλο vertit alicubi, Nulla res alia. Idem apud Xenophõtem ἄλλα τε φιλανθρωπεύεσθαι vertit, Cæteris in rebus comem atque humanum fuisse erga, &c. Idem ἀπ' ἄλλου reddit aduerbio Aliunde, in interpretatione cuiusdam loci Platonici, quem (sicut & præcedentes) vide in meo Cic. lexico Græcol. D

Ἄλλος pro ἕτερος, Alter: vt apud Aristotelem in Ethic. ἔστι δὲ φίλος, ἄλλος αὐτός, Est autem amicus, alter ipse. Paulo pòst ἕτερον αὐτὸν vocat. Quinetiam interdum in eiusdem periodi priore membro ἕτερον, in posteriore ἄλλο vel ἄλλον ponunt. Hom. Il. ι, ὑδέ ποτ' ἔσβη Πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ ἐυερκέος αὐλῆς, Ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ. Vbi Eustathius annotat hoc genus loquendi frequens esse apud Atticos scriptores, nulla tamen exempla autorum proferens. Sed reperitur & alibi non semel apud eundem poetam: vt eodem libro, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ, & in prosa itidem. Herodianus, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἑτέροις φίλοις, παρ' ἄλλοις ἐχθρόν. Plato, ὅσα δὲ ἄλλα πρὸς αὐτὰς ἢ ἀρετὰς ἀλλὰ τινα τις ἕτερος ἄλλο. Sic & Lucianus ἑκατέρας & ἄλλην dixit, ἀλλὰ ἰδὼν ἀγρός, ὁ πατήρ ἐστι καλλίων, καὶ δήμαρχος ἄλλος δὲ μάλλιος, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ πῆχυν. E

Ἄλλος, Reliquus, vt ἄλλος ὅμιλος, Reliquus cœtus. Sic ἄλλο σῶμα, Reliquum corpus, id est, Reliqua pars corporis. Sic ἄλλην κοιλίην apud Hippocratẽ Erotianus exponit ἡ λοιπή. vnde & τἆλλα passim pro τὰ ἄλλα, Reliqua, F
Cætera. Scribitur verò & τἄλλα cum circunflexo, sed magis recepta scriptura illa quàm hæc.

Ἄλλα exponitur apud Euripidem οὐκ εἰκότα, Rationi non consentanea. Secundum quam significationem videri possit dictum ἀλλοφρονεῖν pro παραφρονεῖν.

Ἄλλο φάρμακον exponitur à nonnullis Pharmacum non in tempore datum. Fortasse autem finitimam habet hîc significationem ἄλλο, ei quæ proximè præcedit ex Euripide.

Ἄλλος τις (vel ἀλλός τις) Alius quispiã. Exponitur & Quilibet. Dicitur tamen potius cum ὁστισοῦν, vt ἄλλος ὁστισοῦν, Alius quilibet. Ἄλλ' ὁτιοῦν (pro ἄλλο ὁτιοῦν) apud Demosth. Aliud quiduis. G

Ἄλλο aduerbiũ, aut aduerbialiter positum, Vtrum, vel Nunquid, pro ἆρα. Plato Pol. 1, ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐδεὶς καθόσον ἰατρός, &c. Nunquid igitur ne medicus quidem quatenus medicus est. Et in 2, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἷς, &c. Sæpe autem & sequentem particulam ἤ habens ἄλλον exponitur Nunquid. Idem Plato in Critone, τί φῶμεν πρὸς ταῦτα ὦ Κρίτων; ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν, id est, Nunquid fateri necesse est? vel, Quid aliud quàm fateamur? inquit Budæus, subiungens & hunc locum ex Phædone, H
ἀλλ' εἴπωμεν· ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον εἶναι; ἆρα μὴ ἄλλο τι, ἢ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; Vbi ἄλλον nomen esse ait significationem suam retinens, hoc

est, aliud quàm: vt infrà, ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τοῦτο ὁ θάνατος. Quòd si in his duob⁹ posteriorib⁹ locis in sua significatione positum, itidem esse poterit (meo iudicio) & in illo ex Critone, ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν. Fortasse autem quum est nomen, significationem suam seruans, discriminis causa rectius scriberetur ἄλλο τι disiunctè, quàm ἄλλοτι coniunctè. Budæus tamen vtrobique ἄλλοτι coniunctè scribit, in exemplis omnibus quæ in suis Commentariis citat: quæ vide.

C. Ἀλλοπρόσαλλος, ὁ καὶ ἡ, Ab alio ad alium se conferens, Nunc huic nunc illi adhærens, Qui est modò harum, modò illarum partium. Et per consequens Mutabilis, Instabilis. Martis epithetum apud Homerum: vt Iliad. ε, legimus, — Θοῦρον Ἄρηα Τοῦτον, μαινόμενον, τυκτὸν κακόν, ἀλλοπρόσαλλον. & ibidem, Μή τί μοι ἀλλοπρόσαλλε παρεζόμενος μινύριζε. Fit autẽ ἀλλοπρόσαλλος ex ἄλλος geminato, interposita præpositione πρός: ita dictus (vt opinor) quasi ὁ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλον ἐρχόμενος.

Composita autem, Ἀλλόγλωσσος, Ἀλλόγνωτος, Ἀλλοδαπής, &c. vide in γλῶσσα, in γινώσκω, in δαπέδον, itidémque in cæteris. At compos. Ἄπαλλος, Ἕταλλος, Ἔξαλλος, Παράλληλος, vide post aduerbia ex ἄλλος orta.

Ἄλλως, aduerb. Aliter, Alio modo, Alio pacto, Alia ratione. Aristot. De mundo, ἄλλως πλὴν λογισμῷ ἀθέατος ὤν, Non aspectabilis aliter quàm animi ratione & iudicio. Isocr. Panegyrico, εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις, Si nullo alio pacto. Interdũ additur πως, ac dicitur ἄλλως πως, aut pro Alio quodam pacto, Alio quodam modo: vel simpliciter pro Alio modo, Aliter, vacante particula πως. Sic ἄλλως πως ποιεῖν, Xenophon, ἄλλως πως ἡγεῖσθαι, Plat. Apud Lucianum ἄλλως γέ πως exponitur Quocunque modo.

Ἄλλως, Alioqui. Plutarchus, ἄλλως αἰσχρὸν καὶ κακοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος. Hom. Il. ι, — ὁ δ' ἀγλαός ἐστι καὶ ἄλλως· Νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας. Sic planè apud Aristophanem in Ranis, Αἱ φύσεις δ' ἄλλως κράτισται, Νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται. id est, Naturæ alioqui præstãtissimæ, Naturæ iam ex se præstantissimæ, vt nihil accederet. Demosthenes, οὔτε γὰρ ἄλλως καλόν, οὔθ' ὑπάρχον ὑμῖν, neque enim alioqui honestum. Solet Ἄλλως reddi Alioqui, & in locis huiusmodi qualis est hic eiusdem Aristophanis, (præcedente videlicet μὲν, sequente ἄλλως δὲ) μειράκιον πενιχρὸν μέν, ἄλλως δὲ καὶ εὔμορφον. id est, Adolescẽs pauper quidem, sed formosus alioqui. Alicubi verò ἄλλως δὲ exposuerunt quidam Sed tamen, Sed contrà, Quanuis. quæ sanè expositiones sunt audaciores.

Καὶ ἄλλως quidã interpretantur etiã Præterea, vt apud Xenophontem, Hell. 6, τὸ σῶμα μάλα εὔρωστος, καὶ ἄλλως φιλόπονος. & ita Budæus ἄλλως τε etiam verti alicubi posse docet in suis Cõm. Idem tamen καὶ ἄλλως interpretatus est Et alioqui. nam hæc Thucydidis verba πέφυκε δὲ καὶ ἄλλως reddit, Et alioqui natura comparatum est. Sic & ἄλλως δὲ, Et alioqui, vel Alioquin autem, apud Chrysostomum sæpe significare tradit.

Ἄλλως τε καὶ, Præsertim, vel Et præsertim, per Atticũ particulæ τε pleonasmum, vt in οἷός τε, sicut docet Eustath. Xenophon, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, præsertim si præter hoc sint etiam audaces. Luc. ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος εἴη, præsertim si amicus sit. Nec solùm ἄλλως τε καὶ pro Præsertim, sequente particula εἰ siue ἐὰν (vt in locis proximè citatis) sed & sequente ἐπειδή. Plato epist. 4, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὰν θεῷ θεὸν ῥᾴδιον ἔσεσθαι, Præsertim quũ (Deo fauente) facile id futurum sit. Ibidem, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ὑπὸ πολλοὶ λέγεται. Interdum verò ἄλλως τε καὶ sine vlla earum particularum, cum participio, vt apud Thucydidem, ἄλλως τε καὶ προειπόντων, Præsertim quũ prædixissent. ‖ Budæus ἄλλως τε non solùm Præsertim, vel Eo magis (vt Cic. loquitur in libro De offic. 1) significare ait, sed interdum Deinde, Præterea, Adhæc, Adde quòd. vt apud Luc. & Areopag.

Ἄλλως, Frustrà, Incassũ. Il. ψ, Στῆθι, ἄλλως σοί γε πατὴρ ἐπέεσσι Πηλεύς, Κεῖσε μενοῖς. &c. Plato in Phædone, ταῦτα μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν, hæc mihi videor ei frustra dicere. Sic οὐκ ἄλλως sæpe reperitur pro Non frustra, Non abs re. ‖ Item Ἄλλως interdum pro Temere, Incõsultò. Luc. in Iudicio Paridis, φησὶ δ' οὕτω γε ἄλλως ἐπ' ἀλλ...

οὐκ ἐξεπίτηδες, ἀλλ' ἄλλως... μοι. id est, Quum ei temere in mētem venisset, vel in buccam potius, vt ait Budæus. Apud eundem Lucianum, ἄλλως ἠρόμην, Nulla de causa certa, Temere. Apud eundem alibi, ἄλλως πλανώμενος, Temerè vagans. ‖ Hesychius Ἄλλως exponit etiam ὡς ἔτυχεν.

Ἄλλῃ, aduerbium, interdum pro ἄλλως, Aliter, Alio modo, Alia ratione. Hom. Il. ο, Τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλῃ. Vbi docet Eustathius ἄλλῃ aduerbium esse significans ἄλλως: eodem planè modo quo ταύτῃ pro οὕτως ponitur. factum enim esse ἄλλῃ per ellipsin ex datiuo, vt sit ἄλλῃ, quasi ἄλλῃ ὁδῷ, aut βουλῇ, aut τέχνῃ, id est, Alia via, Alio consilio, Alia arte. Plato De republ. 4, οὐκ ἄλλῃ ἔμοιγε δοκεῖ ἔχειν ἢ ταύτῃ. Et in Euthydemo, ἢ πῶς, ἔφην ἐγώ, σὺ μὲν ἄλλῃ ἐρωτᾷς διανοούμενος, ἐγὼ δ' ἄλλῃ ὑπολαβὼν ἀποκρίνομαι, &c.

Ἄλλῃ, aduerbium loci, Aliò, Ad aliam partem, Ad alium locum. nam motum ad locum significat. Hom. Il. φ, — ποτὶ δ' ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ φοβεῖτο πρὸς πεδίον Ἰλήϊον. Vbi Eustathius annotat, quanuis sit aduerbium significans ἀλλαχοῦ, tamen adscriptum habere ι, vt pote à datiuo factum. Pro Aliò vtitur & alibi idem poeta, vt Od. ρ, Ἔνθ' ἄλλος ξεῖνος κατήλυθεν, ἢ ἀπὸ τ' ἄλλῃ. Vtuntur verò & prosæ scriptores. Xenoph. Hell. 1, ἄλλαι ἄλλῃ ᾤχοντο ἐπ' ἀργυρολογίαν, Aliæ aliò discesserunt. Idem Pæd. 1, ὥσπερ ἄλλῃ ποι ἀποχωρεῖν. ‖ Interdum & ἄλλῃ aduerbium in loco, non ad locum, pro Alibi, Alio in loco, Alia in parte: vt ἄλλῃ τοῦ τείχους (vbi animaduerte & genitiuo iūgi) Alia in parte muri. Vtuntur pro Alibi & Strabo ac Laertius. Sic & apud Sophoclem in Trachiniis, Ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη. vbi scholiastes exponit, τῇδε κἀκεῖσε, id est Hac & illac. ‖ Adnectuntur autem aduerbio ἄλλῃ sæpe particulæ ποι & πῃ: illa, quando ἄλλῃ denotat ad locum: hæc, quū indicat in loco. sic ἄλλῃ ποι in loco Xenophontis modò citato. πῃ autem, vt in ἄλλῃ πῃ τῆς οἰκίας, Alia in parte domus: ἄλλῃ πῃ τῆς πόλεως, Alia in parte ciuitatis. Significat autem ἄλλῃ ποι, Aliò aliquò, Vsquā aliò: ἄλλῃ πῃ, Alibi alicubi, Alibi vsquam. sed in interpretatione sæpe omittuntur hæ particulæ ποι & πῃ.

Ἄλλην accusatiuus aduerbialiter itidem positus reperitur. Plato in Euthydemo, ὥσπερ ... διαλεγόμενοι ἀλλ' ἀλλοσ, ἄλλην καὶ ἄλλην ἀποβλέποντες εἰς ἡμᾶς. vbi interpres vertit, Hinc atque illinc. quasi idem valeret quod ἔνθεν κἀκεῖθεν. Interpretari mallem, Aliàs atque aliàs.

Ἄλλυδις aliud aduerbium quod quidam ab ἄλλῃ volunt fieri: vt ἄμυδις ab ἅμα. significat autē Alibi vel Aliò, siue Aliorsum. Apud Homerū ἄλλυδις ἄλλος & ἄλλυδις ἄλλα non semel. Item ἄλλυδις ἄλλῃ aliquoties, pro Aliò atque aliò, vt vulgò exponi solet.

¶ Ἄλλοθι, aduerbium itidem loci, Alibi, Alio loco. Od. ξ, — ἐπεὶ πως ἄλλοθ' ὄλωλεν. Vsus eius est & in prosa: vt ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ, Alibi autem nusquam, apud Demosthenem Phil. 3. Reperitur & cum genitiuo, vt ἄλλοθι γαίης, Alibi terrarum. Cicero apud Platonem ἄλλοθι vertit In cæteris. vide meum lex. Ciceronianum Græcol. Apud eundem capitur pro Alia in re, in Hipp. minore, βούλει οὖν σκεψώμεθα καὶ ἄλλοθι: id est, Vis vt & in alia re id consideremus? ‖ Citatur & ex Aristotele hic locus, ἄλλοθι πορεύεσθαι. vbi si mendum non est, ἄλλοθι est aduerbium ad locum. nam ἄλλοθι πορεύεσθαι, est Aliò tendere. ‖ Quidam etiam ἄλλοθι οὐδαμοῦ apud Xenophontem exponunt Aliter nullo modo: sed ii viderint.

Ἄλλοθεν aduerbium è loco, Aliunde: (vt ἄλλοθι aduerb. in loco, Alibi) Od. ι, ἱκόμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. sic & Od. κ. Eiusdē Od. π, — εἰ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι, Si etiam alicunde aliunde venerit. id est, Si peregrè venerit, si peregrinus sit, vt exponit Eustathius. Sic apud Demosthenem, οὐκ ἄλλοθεν οὐδαμόθεν, Aliunde nusquam.

Ἄλλοσε, aduerbium ad locum, idem quod ἄλλῃ, Aliò, Aliū in locum, Aliam in partem. Thucydides, ὅπως μὴ ἀποβιβασθῶσιν ἄλλοσε. Et ἄλλοσέ ποι, Aliò quopiam. Apud Hom. Od. ψ, ἄλλοσε θεῖναι pro μεταθεῖναι.

HINC (vt opinor) Ἀλλαχόθι, ET Ἀλλαχόθεν, ET Ἀλλαχόσε, videlicet ex Ἄλλοθι, ex Ἄλλοθεν, ex Ἄλλοσε. nam eadem est vtrorūque significatio, sed his potius quàm illis v-

A tuntur poetæ, prosæ autem scriptores contrà illis frequentius quàm his. SED & Ἀλλαχῆ ET Ἀλλαχοῦ interiecta itidem syllaba formata sunt. Est autem Ἀλλαχῆ idem quod ἄλλῃ, Alibi, vel Aliò: Alia in parte, vel Aliam in partem. Xenophō, γλῶτταν ἄλλοτε ἀλλαχῆ ψαύουσαν τοῦ στόματος, διαρθροῦν τὴν φωνήν, id est, Linguam aliàs alibi (vel, alia in parte) os attingentem. Vel, Linguam attingentem aliam atque aliam oris partem. Pro Aliò autem sumitur, vt ἀλλαχῆ ῥιφθείς, Aliò proiectus.

B AT Ἀλλαχοῦ potius est Aliò quam Alibi: vt ἄλλοτε ἀλλαχοῦ πλανώμενος, Aliàs aliò vagaris, vel, Nunc huc, nunc illuc discurris. Et apud Naz. ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον.

Ἄλλοτε, aduerbium temporis, Aliàs, Alio tempore. Luc. in Anach. ἄλλοτε ἢ νῦν, Aliàs quàm nunc. Sæpe autem cum ἄλλος iungitur hoc aduerbium, vel cum ἄλλως quod itidem aduerbium est: vt ἄλλοτε ἄλλων ἵππων, Aliàs aliorū equorum, id est, nunc huius, nunc illius equi. Item, ἄλλος ἄλλοτε βίου ζῆλος. Sic & ἄλλοτε ἄλλοι φίλοι, Aliàs alii amicus. id est, modò huic, modò illi amicus. Et apud Galenum ἄλλοτε ἄλλῳ χρώμεθα, Aliàs alio vtimur. Solon in

C elegia, Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει, id est, Pecunias autem habēt ex hominibus modò hic, modò ille. Et apud Luc. ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβων, Aliàs aliam terram mutans. pro Subinde vel identidem terrā mutans. Pro quo dicit etiā, γῆν ἐκ γῆς ἀμείβων. Dicitur & ἄλλοτε ἄλλως, Aliàs aliter, id est, Nunc hoc, nunc illo modo. Aliis atque aliis modis pro tempore. Eadem sign. dicitur & ἄλλοτε ἄλλῃ apud Platonem in Timæo, ἄλλοτε ἄλλῃ γίνεται, Aliàs aliter fit, id est, Nunc fit hoc modo, nunc illo. ‖ Inuenitur & geminatum ἄλλοτε, cum μὲν & δέ: & signifi-

D cat ἄλλοτε μέν, ἄλλοτε δέ, quod dicunt interdum, νῦν μέν, νῦν δέ, vel, ποτὲ μέν, ποτὲ δέ. Vtitur Homer. Od. ψ, Ὄψει δ' ἄλλοτε μέν μιν, &c. ‖ At ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε sonat Subinde, Identidem: vt, ὁ δὲ ἐπορεύετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐρωτώμενος.

Ἄλλοτι, aduerbium loci, Alibi, Alio loco. nam hæc Heracliti verba (quæ citantur à Diogene Laertio) ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήιστος ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλοτι καὶ μετ' ἄλλων, Cicero interpretatur, Nemo de nobis vnus excellat: sed siquis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Haud temerè tamen (vt opinor) alibi reperiatur ἄλλοτι in hac

E significatione.

Ἄλλοκα pro ἄλλοτε (id est Interdum) Dores dicunt: vt ὅκκα pro ὅτε, & πόκα pro πότε. Theoc. Idyll. δ, Χ' ὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

C. Ἄτοπος, ὁ, ἡ, ὡ, vt apud Aristot. De anim. 9, ἀτάπους τόπους μισεῖ, Odit & fastidit identidē locos. Ita in vulg. lex. Sed hæc mihi suspecta sunt sicut & quod apud Hesyhc. legitur, Ἀπαλλόν, μόνον. SED & Ἀπαλλαγήν apud eundē habemus, exponentem, Θαυμαστόν, ἔξαλλον πολύ, παρηλλαγμένον. Vbi fortasse πολύ cum παρηλλαγμένον iungi potius

F debet.

C. Ἔναλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuersus & contrarius, Bud. interpr. Ego ἔναλλα puto aptè reddi posse Præpostera in hoc Theocriti versu, idyll. 1, Πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι, id est, Omnia sint præpostera, vel præposterè fiant. Aut, Inuertantur in omnibus naturæ vices. Quod denique dixit Naso, Omnia naturæ contraria legibus ibunt, vertere possumus (vt opinor) πάντα δ' ἔναλλα φύονται. In vulg. lex. nullum affertur exemplū significationis huius vocabuli (quæ ibi esse dicitur, Varius, Diuersus, Contrarius) ex vet. scriptore, sed ex La-

G scaris epigr. duntaxat, Πάντα δ' ἔναλλ' ἐπ' ἔργ' ἀνθρώπων μερόπων. quod exponitur, Hominum opera à proprio vsu recedant. Verùm & hic malim, Omnia hominum opera sint præpostera. Non dubito autem quin Lascaris ad modò citatum Theocriti locum respexerit.

C. Ἔξαλλος, ου, ὁ, ἡ, Ab aliis diuersus, Inusitatus, Egregius. Item Ἔξαλλον, Peregrinum. nam Hesychius ἔξαλλα exponit διάφορα & λαμπρά, & ἀλλόφυλα, ἢ ἔξοχα. Quibus Hesychii expositionibus Budæus subiungit ex lib. 2

H Regum cap. 6, Δαβὶδ ὁ διδυμὼς πολλοῖς ἔξαλλον. Et Iudith cap. 3, de Iudæis dictum, καὶ εἰσόμενοι αὐτοῖς ἔξαλλοι παρὰ πάντα τὰ ἔθνη.

Ἐξάλλως, aduerbium, Alio modo & planè inusitato, Inusitatè. Item, Mirum in modum, vel Supramodum. Nam Suidas post Ἔξαλλος (quod inexplicatū relinquit) ponit

καὶ ἔξαλλος, quod exponit κατ᾽ ἄλλων ὑπὲρ, & παράδοξος, afferens ex Polybio, τὸ δ᾽ ἦν προσκυνούμενα καὶ λιπαρούμενα τοῖς βωμοῖς ἐξάλλως. Deinde rediens ad ἔξαλλος, & exponens καθ᾽ ὑπεροχὴν, eundem locum affert, mutatis tamen quibusdam. A

C. Περίαλλος, ου, ὁ, ἡ, Altis præstans, Eximius. VNDE Περίαλλα adverbiale quod potissimum est in vsu, pro περιάλλως, & significat Eximiè, Suprà alios. Vel, Supramodum, Vehementer. Hom. in Panis hymno, circa finem, — πάντες δ᾽ ἄρα θυμὸν ἔτερψεν Ἀθάνατοι, περίαλλα δ᾽ ὁ Βάκχειος Διόνυσος, Id est, Præcipuè autem, vel Potissimũ, vel Supra alios. Sophocles in OEd. Tyr. pag. 200 meæ editionis, ὀδύρομαι γὰρ ὡς περίαλλα ἰαχέων ἐκ στομάτων, vbi schol. exponit ὑπερβαλλόντως. Citatur & ex Apoll. Rhodio pro περισσῶς. Naumachius apud Stobæum, Μηδὲ κόμας περίαλλα πολυχροίας πλέκε σειράς. Ibi enim repono περίαλλα pro περιάλλα quod in vulg. editionibus legitur, nullo sensu. Erit autem περίαλλα Exquisito quopiam modo. B

Περίαλλος in alia etiam signif. vt περιάλλων γλωσσίσματα citatur ex Anthol. epigr. pro Osculorum in quibus linguæ mutuò conseruntur, q. d. in quibus linguæ altera alteri conseruntur. ET Περιαλλόκαυλος ex Theophrasto affertur De Hist. plantarum lib. 7, cap. 8, à Gaza redditum Amplexicaulis. Quem aliter legisse verisimile est. C

Hæc autem cõposita maluisset forsitan aliquis præfixa esse verbis, vt ἴσαλλος, verbo ἰσαλλάττω, & ἔξαλλος verbo ἐξαλλάττω: & ipse quoque id facere statuerã: sed postea simul omnia ponere visum mihi est, quum etiam multo plura sint huiusmodi deriuationis verba quàm illius formæ nomina: & ita non sint quæ multis verbis præfigi possint. D

ἈΛΛΑΤΤΩ, (frequentius Attico more per ττ quàm Ἀλλάσσω communi lingua) F. ξω, P. χα, Muto, Immuto. Plato Pol. 2. ἀλλάττειν τὸ αὐτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφὰς, Suã faciem in varias formas mutare. ‖ Item Permuto, genitiuo cum accusatiuo iunctum: vt ἀλλάττειν χρυσοῦ ἄργυρον, Permutare auro argentum. Apud Euripidem autem in Hecuba ἀντιστρόφως dicitur, vt ait eius scholiastes, ἀλλάξας᾽ ἀΐδου θαλάμοις pro ἀλλάξασαν ἀΐδου τῶν θαλάμων. Ita enim legit ille (nec alioqui esset ἀντίστροφος constructio) non, vt in vulgatis editionibus ἀΐδα, vt sit datiuus. Quæ per datiuum constructio reperitur Exodi 13, πᾶν διανοῖγον μήτραν ὄνου, ἀλλάξεις αὐτὸ προβάτῳ, Omne quod aperit vuluam asinæ, mutabis oue. ‖ Apud Euripidem autem reperitur etiam ἀλλάττειν τί ἀντί τινος: vt, ἀντὶ τῶνδέ μοι χάριν ἔσωσε, ἠλλάξατο τὴν, Talem gratiam mihi permutarunt his, id est Retulerunt pro his. E

Ἀλλάττομαι, F. ξομαι, pass. Mutor, Immutor: vt 1 Cor. cap. 15, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Reg. 4, cap. 15, ἀλλασσόμεναι στολαὶ, Vestimenta quæ mutantur. Exponitur & Mutatoria vestiméta, quæ Homerus εἵματα ἐξημοιβὰ nominat. F

Ἀλλάττομαι, in actiua significatione, Muto, Immuto, apud Platonem. ‖ Ἀλλάττομαι, Commuto, Permuto: vt οὐκ ἀλλάξαιντο τῆς ἐλευθερίας τὴν Περσῶν βασιλείαν, apud Plutarchum in Apophth. Lac. pro Persarũ regnũ libertati nõ permutarit, vel Libertati haud prætulerit. Thucydides, τὴν δὲ παραυτίκα ἐλπίδα οὐδενὸς ἂν ἠλλάξαντο. Sæpe etiam cum ἀντὶ intericitur: vt ἀλλάττομαι τύχην ἀντὶ τύχης, Fortunam cum fortuna commuto, Fortunã fortunæ permuto. Aristides, ἡδονὰς ἀντὶ τοῦ δικαίου ἠλλάξατο. Voluptates cum æquitate commutauit, id est, Voluptates æquitati prætulit. Apud Plutarchum autem poeta quidam cum participio iunxit, dicẽs, ἠλλαττόμεθ᾽ ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον (id est, ad verbum, Commutaremus lacrymas aurum dantes, vel dato auro) pro ἠλλαττόμεθ᾽ ἂν δάκρυα χρυσίου. ‖ Ἀλλάττομαι exponitur interdum Redimo: vt in illo Luciani loco in Tyrannicida, ἀλλαξόμενος τὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς, Redempturus libertatem cæde à me perpetrata. G H

Ἀλλάττομαι (inquit Budæus) Permuto, Vendo, Emo, & datiuo iungitur. Aristot. Pol. 1, ἡ γὰρ ἀλλαττόμενος τῷ δεομένῳ ὑποδήματος ἀντὶ νομίσματος ἢ τροφῆς, χρῆται ᾗ ὑπόδημα, id est, Qui vendit ei qui, vel Qui permutat cum eo qui calceo indiget. ἀλλάττεσθαι enim est commercia exercere. Ἀλλάττομαι, Comparo, Emo. Plato De rep. 2 τοῖς μὲν ἀντ᾽ ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, id est, Argento emere ab iis qui aliquid vendere opus habent. Ibidem, τοῖς δεομένοις τι παρ᾽ αὐτῶν ἀλλάξασθαι. Sic & Permuto pro Emo Plinius, Muto pro Vẽdo Columella vsurpat, vt ostendit Budæus. Qui quũ dicit ἀλλάττομαι iungi datiuo, intelligere necesse est datiuum personæ, quem Latinè reddamus per ablatiuum iunctum præpositioni Cũ: vt sit ἀλλάττομαι αὐτοῖς τοῦτο, Hoc cum ipsis permuto, pro Hoc ipsis vendo, vel Hoc ab ipsis emo. Quanquam obseruaui addi vt plurimũ ἀντ᾽ ἀργυρίου aut ἀντὶ νομίσματος post ἀλλάττομαι, in hac significatione: vt apud Platonem, τοῖς μὲν ἀντ᾽ ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, licet in sequente statim loco repetat ἀλλάξασθαι, non adiungens ἀντ᾽ ἀργυρίου. Sic in loco Aristotelis modò citato ἀλλαττόμενος ἀντὶ νομίσματος. neque enim ante ἀντὶ distinguo (vt sit χρῆται ἀντὶ νομίσματος) sed ante χρῆται: vt sit ἀλλαττόμενος ἀντὶ νομίσματος. tum quòd apud Aristophanem quoque reperiam hoc loquendi genus, ἀλλάττεσθαι ἀντὶ νομίσματος: tum quòd absurdissimè mihi videatur, dici, quempiam vti calceamento loco nummi aut cibi. Scio tamen distinctionem ante ἀντὶ non (vt ego volo) ante χρῆται, in omnibus esse editionibus, atque adeo cum tali distinctione citari etiam à Budæo in suis commentariis hũc locũ. quare de eo iudicẽt viri docti. Ἀλλάττομαι vt per Emo ita & per Redimo exponitur interdum: vt apud Lucianum dicit tyrannicida, ἀλλαξόμενος τὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς, Redempturus libertatem mea cæde, id est, cæde à me perpetrata.

Ἀλλάττομαι pro Instauro, citatur ex 3. Regum cap. 21.

Ἀλλαγὴ, ῆς, ἡ, Mutatio, vel potius Commutatio, Permutatio. Plato Pol. 2, ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται, id est, permutationis causa. vnde ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι pro ἀλλάττειν, Permutationem facere, pro Permutare. ‖ Ἀλλαγὴ, Cõtractus & commercium, inquit Budæus. Aristot. Ethic. 5, διὸ πάντα δεῖ συμβλητὰ πως εἶναι ὧν ἐστιν ἀλλαγή· ἐφ᾽ ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε. Ἀλλαγὴ item κόλλυβος, teste Polluce. ‖ Ἀλλαγὴ apud Gregoriũ exponitur Vicissitudo: vt ἀλλαγὴ γωνιῶν, Vicissitudo angulorum. Apud eũdem ἀλλαγαὶ ὡρῶν, Vicissitudines temporum anni. ‖ Ἀλλαγαὶ apud historicos interdum appellantur σταθμοὶ, certæ mansiones in quibus quiescunt qui iter faciunt, vt docet Eustathius. Qui autem hoc nomine vsi sunt ἀπὸ τῶν σταθμῶν, à mutatione domiciliorum vidẽtur sic appellasse. Bud. in Annot. poster. in Pandectas ἀλλαγὴν exponit Mãsionem de mutandis equis destinatam, hoc in loco, ἐπί τις μίαν γοῦν ἀλλαγὴν παρελαύνει, vel παραπέμπειν. Est tamen generale alioqui ad mansionem tam eius qui pedẽs iter cõficit, quàm eius qui eques, vt docet Eust.

Ἄλλαγμα, τος, τὸ, ἀλλαγὴ, Mutatio, Commutatio, Permutatio.

Ἄλλαξις, εως, ἡ, Idem.

Ἀλλακτικὸς, ἡ, ὁν, Cõmercialis, Ex contractibus manans, vt exponit Budæus in hoc Aristotelis loco, Ethic. 5, ἀλλ᾽ ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτο δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός. quum antea dixisset τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον. Ita in Comm. At in Annot. in Pand. ἀλλακτικὸν δίκαιον vertit commerciarium ius.

Ἀλλαντὸν, οῦ, τὸ, Lignum quo gestabãtur onera. ita dictum à permutatione gestationis ex vno humero in alterum. Vel (vt Cæl.) Lignũ vtrinq; cauũ quo gestabãtur onera: ita dictũ à tralatione quæ fiebat à fatigatis de humero in humerum. Alioqui ἀμφίκυρτον malũt appellare. quod signif. vtrinque gibbosum. Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 3, vnde sumpserit non indicans.

Ἀλλὰξ, aduerbium, Permutatim, Mutatis vicibus, Vicissim. Ab Hesychio exponitur ἐναλλαγμένως. Frequentius vsurpatur compositum ἐναλλάξ.

C. ANTαλλάσσω siue Ἀλλάσσομαι, & sæpi⁹ Ἀνταλλάττω & Ἀνταλλάττομαι, Atticè, Immuto. Item ἄλλο ἀντ᾽ ἄλλου εἰσφέρω, Bud. Plutarchus, ἀντηλλάξατο δικαιοσύνῃ τὰ ὀνόματα ἀξίωσιν εἰς τὰ ἔργα. Demosthenes Pro corona, τὰς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονὰς καὶ χάριτας τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλ-

κα πόδιμοι. Idem, τεμίζων οὐκ ἀπαλλακτέον μετὰ τῆς τῶν περὶ ὑμᾶς φιλοπμίας οὐδενὸς κέρδους. A

Ἀπαλλάσσεσθαι capitur etiam pro Compensare, sicut & ἀντικαθαλλάσσεσθαι, inquit Budæus. Vide ἀλλάσσω, item ἀντικαταλλάσσω.

Ἀπαλλαγὴ, ῆς, ἡ, Permutatio, Commutatio. Vide ἀλλαγή. In vulgatis lex. Græcolatinis, ἀπαλλαγὴ exponitur etiā Conuentio, & citatur ex Gaza De senectute, ἐξ ἰσχόντων τι συνιωμένων καὶ ἀπαλλαγῶν.

Ἀπάλλαγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pro alio permutatus. Suidas, ἀπάλλαγοι καλοῦνται οἱ ἀντὶ ἄλλου ἠλλαγμένοι, οὐχ ἀπηλλαγμένοι. B

Ἀπάλλαγμα, ατος, τὸ, Commutatio, Permutatio, vel Id quo aliquid permutatur, Quod pro alio datur in permutationem. Exponitur etiam Id quo dato aliquid redimitur. Matthæi capite 16, Marci capite octauo, τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; id est (vt quidam exponunt) Quid dabit homo cuius permutatione redimat animam suam? Alii sic, Quid pro anima sua dabit permutationei vel, per commutationem aut permutationem? Alii compensationis vocabulo vtuntur, eodem sensu. C

Ἀντάλλαγμα pro reconciliatione, citatur ex Ecclesiastici capite 44. Νῶε ἐν καιρῷ ὀργῆς ἐγένετο ἀντάλλαγμα.

Ἀπαλλαγματικὸς, ἡ, ὁ, Permutatorius, Commutatorius, vel (vt alii) Permutatiuus, Ad permutationem pertinens. Apud Gazā ἀπαλλαγματικὰ verba sunt ὠνοῦμαι, πωλῶ, ἀλλάττω, & alia huiusmodi.

C. Ἀπαλλάττω, Dimitto, Abire iubeo, vel permitto: vt ἀπολύω. Sic Thucydides legatos ἀπαλλάττειν dixit, ἐς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας, ἄνευ ἀπήλλαξαν, ἀποκρινάμενοι, &c. Et Plutarchus ἀπαλλάξας εἰς ἡγεμονίας, abire à se iubens clientes & comitatum. Demosthenes, ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας, Dimisit creditores, vel Liberauit creditores, vt quidem vertit Budæus ex Vlpiano. Ego tamen magis Latinè & propriè dici puto Absoluit creditores, ex Terentio. Hoc præterea animaduertēdum est, quamuis dicat Budæus, ἀπαλλάττω esse Libero, item Libero dimittóq; creditorē, non tamen (quod sciam) ἀπαλλάττω per se id significare, sed adiecto nomine χρέους, aut alio synonymo. Sicut nec Libero accusatorem per se potest significare: licet idē scribat, Et Libero accusatorē, i. ἀπαλλάττω. Idem Bud. ἀπαλλάττω esse ait, Abire iubeo, A me dimitto. Ego verò addendū puto (atq; adeo addidi) Abire permitto. quæ signif. illi Thucyd. loco magis conuenire videtur. Interdum ἀπαλλάττειν non est simpliciter Dimittere, sed Dimittere placatum & munere corruptum (pro quo tamen Bud. dicit Placare & munere corrumpere, item Liberare) apud Demosthenem κατὰ Τιμοκράτους. Nonnunquam Ἀπαλλάττω est Amitto potius quàm Dimitto, atque ad eo Summoueo, Expello (Suidas μετακινῶ) Thucyd. 1, καὶ κελεύειν αὐτὸν τὴν τε Δασκυλῖτιν σατραπείαν παραλαβεῖν, Μεγαβάτην ἀπαλλάξαντα ὃς πρότερον ἦρχε. Huc autem pertinet significatio quæ à Suida ponitur, videlicet pro φυγαδεῦσαι, in qua etiamvsi sunt interdum verbo Summouere Latini, addentes ablatiuū Patria. Sic illud paulo antè positum ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας, Budæus putat exponi etiā posse, A se summouit. ‖ Aliquando verbum hoc Ἀπαλλάττω cum accusatiuo personæ genitiuum rei habet, dicitúrque, Ἀπαλλάττω τινά τινος, & tunc pro significatione genitiui vel sonat itidē Summoueo, Amoueo, aut Remoueo: vel (quod multo frequentius est) Libero. Herod. 4, ὁ δὲ, τὸν στρατὸν ἀπαλλάξας τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ διατριβῆς, quum exercitum Mesopotamia summouisset. Plutarch. in Solone, ἀπὸ χειρῶν βαναύσων ἀπαλλάττειν τοὺς πολίτας, ciues ab illiberalibus artificiis remouere. Pro quo malim inuersa constructione dicere, Illiberalia artificia à ciuibus remouere. Ἀπαλλάττω cum iisdem casibus est & pro Libero frequentissimum: vt συμφορῶν ἀπαλλάττειν τινὰ, & ἀπαλλάττειν τῆς ἀρχῆς, & ἀπαλλάττειν φόβου vel δέους, & ἀπορίας, apud Isocr. Sic apud Demosthenem Philipp. ἀπαλλάξαι αὐ τῶν παρόντων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι. Eodem modo dicitur & ἀπαλλάττειν τινὰ τῆς νόσου. vt Apud Aristophanem Pluto, Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ἐρημίας. Iā verò non tantùm dicitur ἀπαλλάττω τι, vel ἀπαλλάττω σε τινος, verumetiam ἀπαλλάττω σε D E F G H

περὶ τινος vt apud Isocratem in Paneg. καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογουμένων συμβουλεύειν πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι. Vbi ἀπαλλάξαι nō est Liberare, sed (vt in locis paulo antè citatis) Dimittere, verùm nō simpliciter Dimittere, sed responso accepto. Hoc tamē exemplum non subiunxi superioribus, in quibus ἀπαλλάττειν est itidem Dimittere, propter diuersam constructionem: quam certè rarissimam esse puto. ac vereor ne abundet præpositio περὶ: quum absque ea sit & vsitatissima constructio, & eadem significatio. ‖Inuenitur ἀπαλλάττω & cum accusatiuo rei, pro Tollo, Aufero, Aboleo. ac primùm vt dicitur ἀπαλλάττω τῆς νόσου, ita etiam ἀπαλλάττω τὴν νόσον. vnde apud Dioscoridem, μελαγχολίας τοῖς χρονίοις ἀπαλλάττει. Hac constructione dicitur à Demosthene & Plutarcho ἀπαλλάττειν αἰσχύνην, Dedecus auferre, seu abolere, vel Infamia liberare. Possit autem fortasse & in his loquendi generibus ἀπαλλάττειν exponi ἀφανίζειν. quam etiam significationem illi verbo tribuit Suidas. Quod autē Xenophon apud eundem dicit τὰ σκῦλα ἀπαλλάξαι, videtur esse Auferre è conspectu. Interdum verò Ἀπαλλάττω sumitur & pro Tollo, id est E medio tollo, Interimo, vt Theophr. De hist. plant. lib. 9, de radicibus exitialibus loquens, αἱ μὲν ῥᾳδίως χρῆμα ἀπαλλάττουσι τοὺς προσενεγκαμένους. ‖ Alicubi Ἀπαλλάττω reperitur etiam cum accusatiuo pariter & genitiuo rei: sed qui genitiuus rei locum genitiui personæ quodammodo obtineat. vt apud Euripidem, Ἐπεὶ λώβην τὴν σῶν ἀπαλλάξετε χερῶν. In cuius loci interpretatione ad verbum Amitto redeundum fuerit. ita enim Latini Amittere è manibus dicunt.

Ἀπαλλάττω, (si Suidæ credimus) etiam pro πείθω ἀποστῆναι dixerunt Cratinus & Demosthenes: id est pro Ad defectionem impello. Quam expositionem alioqui duriorem & licentiosiorem molliri posse existimo, si dicamus ἀπαλλάττω esse Abstraho & alieno seu abalieno animum alicuius à quopiam: vnde ex consequenti sumatur pro ad defectionem impello. Non video autē quid vetet quin ἀπαλλάττω ab ἄλλος, eādē significationem verbi Abalieno ab Alius, habuerit, quam ἀπαλλοτριόω multis in locis habere videmus.

Ἀπαλλάττω, neutra signif. seu passiua, pro ἀπαλλάττομαι, Euado, Defungor, Liberor. Aristot. Probl. sect. 5, διὸ ἤ τι σύμμετρα τῶν σωμάτων κάμνει τι πολλάκις καὶ ἀπαλλάττει ῥᾷον, Facilius euadunt è morbo, vel Facilius morbo liberantur, seu defunguntur, ex Liuio. Et sect. 3, διὰ τί μᾶλλον διψῶσι οἱ ἀγόμενοι τῶν γυμνασαμένων, καὶ ῥᾷον ἀπαλλάττουσι, Facilius ebrietate liberantur & soluuntur, inquit Bud. Ego verò existimo ῥᾷον ἀπαλλάττειν in his aliisque huiusmodi locis (præsertim verò similibus huic Xenophonteo Pæd. 4. καὶ πότερον οἱ μαχόμενοι ἡλωκότες ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἢ οἱ οὐκ ἑαλωκότες) id sonare quod Gallicè dicitur, Eschaper à meilleur marché, Vel, En estre quitte à meilleur marché. In vulg. autem lex. ῥᾷον ἀπαλλάττω exponitur etiam Meliusculè me habeo, & Mecum agitur facilius: sed exemplum huius significationis non affertur. Iungitur porro ἀπαλλάττω & cum aliis aduerbiis: vt apud Demosthenem, μᾶλλον δὲ πάντες χεῖρον ἢ ἄμεινον ἀπηλλάχασι. quod exponitur, Quin potius omnes deterius nobis sunt defuncti. Id est, Maiore incōmodo affecti. Ex Aristide quoque affertur ἀπαλλάττω καλῶς oppositum τῷ εὖ πράττω. Et ex alio quopiam, ἀπήλλαξεν οὐ πονηρῶς (sed rectius πονηρῶς) pro Non incommodè rem gessit. Quod item Aphthonius de Antiphonte scripsit, ὅτι ᾧ ἂν συνέβουλος φανείη, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπαλλάττειν ἐς τὰς δίκας, Bud. interpretatur, Exitum optimum controuersiarum referebat. Huius autem contrarium Æschines Demostheni obiiciens, eodem loquendi genere vsus est, orat. in Ctesiphontem, οὐ γὰρ οὐτ' ἰδιώτης ἀνὴρ οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβουλεύσας, χρησάμενος. Ex Xenophonte præterea affertur αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς ἀπαλλάξαι pro Turpiter & male incœpto abire. Citatur ἀπαλλάξαι pro Defungor & cum genitiuo, vt ἀπαλλάξαι τῆς στρατείας, Defungi officio. Et vt hoc verbū Ἀπαλλάττω significare, Interitum affero, modò dictum est, ita & pro Intereo seu Morior poni interdum sciendum est: vt apud eundem

Theophr. (nam & ex illo alterius signif. exemplum petitum fuit) χρόνοις δ' ἀπαλλάττειν ἔξω, &c. In Axiocho autem qui Platoni adscribitur, additur τοῦ ζῆν loco genitiui, εἰς ἃ ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, ταῦτα ἀπαλλάττονται τοῦ ζῆν.

¶ Ἀπαλλάττω, Versor, Ago, inquit Bud. afferens hæc exẽpla. Xen. ἀπήλλαττε δὲ μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ Κῦρος ἐν Ἰωνίᾳ. Luc. De merc. cond. καὶ δι' αὐτὸ ἐν τῇ δουλείᾳ πονήρως ἀπαλλάττειν, id est Viuere & degere, inquit ille. Sed hæc certè significatio durè huic verbo tribui mihi videtur. ac fortasse ἀπαλλάττειν κακῶς potius sumitur in hoc Luciani loco eodem modo quo ἀπαλλάττειν πονήρως in isto Polybii, κακῶς ἀπήλλαττε τῆς ἐπιπολαίου αἰτίας καὶ τοῦ σώματος ἀθεραπευσίᾳ, Sed & expositionis loci Xenophontis (nisi aliam scripturam sequamur) alia ineunda fuerit ratio.

Ἀπαλλάττομαι, Discedo, Abeo, Exeo, Digredior. & quidem varia cõstructione, vt sequentia exempla docebunt. Xen. Pæd. 8, ὡς ἡ ψυχὴ, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ· ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. Quæ Cicero interpretatur, Animos dum in corporibus essent mortalibus, viuere: quũ exissent ex iis, emori. Sic apud eundem Xenophõtem, ἐκείνου ἀπαλλαγέντες, ab illo digressi. Item, πολὺ τὰ ἐποίει ὥστε ἀπαλλαγῆναι τοῦ Ἀρχιδήμου. Interdum additur præpositio ἀπὸ, vt apud Aristophanem, ἀπαλλάχθητι ἀπ' ἐμοῦ. Nonnunquam præpositio ἐκ, vt apud Aristot. OEcon. 2, ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῆς χώρας. Sic ex Isocrate affertur, ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῶν ἐπιμελειῶν, pro Discedere ab administrationibus. Dicitur & ἀπαλλάττεσθαι εἰς τὴν πατρίδα, pro In patriam abire, vel In patriam se recipere. Interdum etiam Ἀπαλλάττεσθαι per se ponitur pro Discedere è vita. quod vno itidẽ verbo dicitur Decedere, id est Mori. De qua significatione scribetur paulo post. Ἀπαλλάττεσθαι cũ genit. aliis etiam verbis exponitur. A Cic. verbo Euadere: in hoc Platonis loco in Apologia Socratis, ἀπαλλαγεὶς τουτωνὶ τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, quum ab his qui se iudicum numero haberi volũt euaseris. Ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀβελτερίας, redditur Effugere dementiam, apud Plutarchum in Publicola. Alicubi vertitur Defungi, aut Perfungi: vt ἀπαλλαγεὶς τῆς ἀρχῆς, Magistratu perfunctus. Sic apud Platonem De republ. lib. 2, λόγου ἀπηλλάχθαι, Disputatione perfunctum esse. Interdum etiam Ἀπαλλάττεσθαι per se positum signific. Defungi vita, seu fungi. Quæ significatio ad illam reduci potest qua pro Discedere accipitur. Dicitur & ἀπαλλάττεσθαι τοῦ βίου. Ἀπαλλάττομαι, Abhorreo, vt apud Lucianum ἀπηλλάχθαι τῆς χαρικῆς, καὶ τῆς ῥητορικῆς ἀφεστάναι. Sic & apud Thucydidem exponitur Abhorrere, Alienum esse. Et ὅπλων καὶ πολέμων ἀπηλλαγμένοι apud Herodianum Polit. interpr. Ab armis belloque remotissimi. ¶ Interdum Ἀπαλλάττεσθαι est Vacare & Liberũ esse à re aliqua, de qua signif. vide in iis quæ sequuntur.

Ἀπαλλάττομαι, Liberor, Soluor: vt ἀπηλλαγμένοι δουλείας, Liberati sunt seruitute, Isocr. Sic Thucyd. lib. 3, πόλεώς τε αἰεὶ οὔσης πολεμίας ἀπαλλαγῶσι. Et φόβου ἀπαλλάξοντες, Xenoph. Pæd. 5. Ibidem νόσου ἀπαλλαγῆναι. Et ἀπαλλάττεσθαι ἀλγηδόνων, Isocr. De pace. Et, πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἂν ἦτε ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων, Demosth. Olynth. 1. Ex Plut. autem in Numa citatur ἀπαλλαγεῖσα τῆς ἱερουργίας pro Soluta sacerdotio. Et ex eodem in Quæst. Rom. pro eadẽ significatione, ἀπήλλακται τῶν στρατιωτικῶν νόμων. Apud Isocratem, ἀπαλλαγεὶς τούτων, Solutus his, vel potius, Qui hæc missa fecit. Ex Thucydide præterea affertur ἀπήλλακται τάδε συμφορῶν, pro Hæc sunt ab incommodis exempta. Sed malim, Hæc vacant incommodis: vt apud eundem lib. 3, καὶ οὐκ ἴσον αὐτοῖς τὴν χάριν ἀποτίσων, οὐδὲ αἰσχύνης ἀπηλλαγμένην, Neque turpitudine vacantem. Et lib. 1, τὰ δὲ ἡμέτερα, ὄντων τι αὐτῶν παρ' ἐκείνοις ἐμμεμψάμενοι, ἀπηλλάχθαι. Hæc autem significatio ad proximè præcedentem reduci potest pro Liberari seu solui, si respiciamus ad quædam Latina loquendi genera: vt quum dicitur Solutum esse metu & Liberum esse metu, pro Vacare metu.

Ἀπαλλάττομαι, actiua signif. pro Dimitto, citatur in vulg. lex. ex Xenoph. Apud Euripidem certè inuenio cum accusatiuo etiam positum, in Medea, Ἐκ τῆσδε δ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσω πόδα. vbi ἀπαλλάσσω πόδα puto esse (si exponatur ad verbum) Remoue pedem.

Ἀπαλλαγὴ, ῆς, ἡ, Discessus, Migratio. vt ἀπαλλαγὴν ποιεῖσθαι apud Dionysium Halic. lib. 7, Migrare, Solum vertere. Apud Thucyd. autem ἀπαλλαγὴ ἀλλήλων ἐγένετο, exponitur Alii ab aliis discesserunt, vel breuius, Dirempti sunt. Et τοῦ βίου ἀπαλλαγὴ, apud Xenoph. Discessus è vita. Quod & τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ dicitur à Platone in Axiocho (si modò is est illius.) Interdũ verò ἀπαλλαγὴ (vt apud Theophrastum) per se ponitur eadem signif. sicut & ἀπαλλάττεσθαι τοῦ βίου vel ἀπαλλάττεσθαι sine adiectione dicitur: & Latinè Decedere è vita, vel simpliciter Decedere. ¶ Ἀπαλλαγὴ, Liberatio, Exitus (metaph. signif.) Isocr. Areop. καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν. Demosth. Pro corona, οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ. Vbi ἀπαλλαγὴ vulg. lex. ex Cic. interpretantur Perfunctio: quod mihi nullo modo placet: contrà verò voce Exitus aptè reddi posse videtur. Ibidẽ affertur ex canone 14 Concilii Antiocheni, ἀπαλλαγὴ τῆς ἀμφισβητήσεως pro Decisio controuersiæ.

Ἀπάλλαξις, idem quod ἀπαλλαγὴ, sed minus frequens.

Ἀπαλλακτικὸς, (q.d. Liberatiuus, seu Liberatorius) Liberãdi vim habens, Absolutorius, Plin. vt apud Dioscoridẽ lib. 3. cap. 83, στρόφων ἀπαλλακτικὸν, Vim habens liberandi torminibus. vel simpliciter, Liberans torminibus. Plinius lib. 28, cap. 6, Absolutorium eius mali dixit ἀπαλλακτικὸν ἐκείνου τοῦ πάθους. HINC aduerbium Ἀπαλλακτικῶς (q.d. Liberatoriè) quo vtitur Hesychius in expositione verbi proximè sequentis Ἀπαλλαξείω.

C. Δυσαπάλλακτος ET Εὐαπάλλακτος. Est autem Δυσαπάλλακτος, Quo vix seu difficilè liberari possumus. Εὐαπάλλακτος contrà, Quo facilè liberari possumus. Isocr. in Hel. encomio, τὴν δὲ πόλιν οὕτως αἰδουμένου ἤδη καὶ δυσαπαλλάκτου πράγματος ἠλευθέρωσεν. Ex Aristot. autem citatur De anim. lib. 7, δυσαπαλλακτότεραι γίνονται τῶν ἐμβρύων pro Difficilius partu liberantur. Idem in Problematis εὐαπαλλάκτους ὕπνους vocat quibus facilè liberamur, id est è quibus facilè expergiscimur. ¶ At verò Xenophon εὐαπάλλακτον ἵππον longè alio sensu dixit, ita scribens in lib. De arte equestri, ὁ γὰρ μικρὰ ἔχων γνώμονας, οὔτ' ἐλπίσιν εὐφραίνει, οὔτε ὁμοίως εὐαπάλλακτος γίγνεται. ea significatione qua dicimus Gallicè *une marchandise qui est de bonne despesche*. Quidam verterunt Reuendibilis, nec Latino verbo (vt opinor) nec tam generalem signific. habente. Ideo autem hanc Gallicam interpretationem profero, quòd & in aliquot aliis loquendi generibus nostrum istud verbum *despescher* aptissimè Græcum ἀπαλλάττειν & ἀπαλλάττεσθαι exprimat: vt quum ἀπαλλάττειν πρέσβεις dicitur pro *despescher les ambassadeurs*, id est, *leur donner leur despesche*. Sic ἀπαλλαγεὶς τῶν δυσχερειῶν, *despesché & deliuré de fascheries*. Et vt ἀπαλλάττειν pro occidere quoque ponitur interdum, sic & Gall. *despescher*. Sic igitur & εὐαπάλλακτος hoc verbo reddere possumus, aut certè eius verbali *despesche*. ET Δυσαπαλλακτία apud Platonem in Philebo, quod à Ficino vertitur, Difficultas reiectionis. Ego puto δυσαπαλλακτίας esse τὸ δυσαπαλλάκτως ἔχειν (neque enim dubiũ est quin hoc aduerbium aut dicatur, aut certè dici possit) id est Vix posse à se amittere [quod videlicet molestum est.] dixerat enim ζητῶν, οἶμαι, τὸ μὲν ἔχειν, τοῦ δὲ ἀπαλλάττεσθαι. Locũ, (quoniam altè repetendus esset) lectori ibi videndum relinquo.

¶ Ἀπαλλαξείω, (q.d. Liberaturio) Liberari cupio, Defũgi cupio. Thuc. lib. 1, ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, Quum alioqui bello etiam Persico defungi cuperent. Idem lib. 3, πενίας δὲ τῆς εἰωθυίας ἀπαλλαξείοντές τινες, μάλιστα δ' ἂν διὰ πάθους ἐπιθυμοῦντες τὰ τῶν πέλας ἔχειν, &c. id est, Alioqui à paupertate consueta liberari cupientes. Sed in edit. multis pro τινὲς legitur τινάς. quem errorem, licet crassum, non animaduertentes vulg. lexicorum consarcinatores, in crassiorem inciderunt: quippe qui annotauerunt dici ἀπαλλαξείω σε τῆς πενίας. Hesychius ἀπαλλαξείοντες exponit ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες (q.d. Liberatoriè se habentes) id est liberari cupientes.

C. Διαλλάττω, Muto, Permuto. Xen. Hell. 1, ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους, In mutandis nauarchis, Quum alium alii subinde substituerent, successorémque alium aliũq;

Digitized by Google

mitterent, Bud. Et apud Suidam διαλλάξαι πόλεμα πρὸς A
ἀλλήλους. Et αἰτοῦ διαλλάξαι ζῆν. Plato De rep. lib. 10, Vitā aquilæ humana permutasse. Et lib. 2, ἀντὶ ἀργυρίου διαλλάττειν, Pretio permutare & vendere. Ad quam signific. pertinere videtur quod ex Euripidis Alcest. affertur, ἄλλον διαλλάξας τοῖς κάτω νεκρόν, vt sit Permutatione tribués. Vulg. lexica διαλλάττω pro Induo etiam poni volunt, à Plut. in Cicer. vita. Quæ expositio si vera est, ad illam mutandi significationem aliquo modo reduci poterit: vt videlicet sit q. d. Induere vestimentum ἐξημοιβὸν, vt Homerus loquitur: quod sonat mutatoriū. B
¶ Est autem illud ἐξημοιβὸν ex ἀμείβειν ortum, cuius verbi aliam etiam significationem accipit διαλλάττειν, videlicet pro Præterire. Xen. Hellen. 4, ὁ δὲ Ἀγησίλαος διαλλάξας Μακεδονίαν, εἰς Θετταλίαν ἀφίκετο. Alibi παραλλάττειν pro eodem dicit. Apertè autem verbo διαλλάττω in huiusmodi etiam locis subest aliqua mutationis significatio: quia quum præterimus locū vnum & in alium venimus, fit à nobis quædam locorum velut commutatio. Imò & Commutare in illa significatione aut certè illi affini videor mihi legisse. ¶ Διαλλάττω, Differo, Discrepo. Herodotus διαλλάσσοντες οὐδὲν οὐδὲν τοῖς ἑτέροις. Thucyd. 3, ὁ γὰρ τοῦ διαλλάσσοντος τῆς γνώμης καὶ αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων καθίστανται, In discrepantia studiorum & voluntatum. Aristot. Ethic. 10, διαλλάττουσι δὲ οὐ μικρόν. Philo De mundo, ψυχὴν δὲ φύσεως τρισὶ διαλλάττουσαν, animā à natura tribus rebus differentem. Luc. ἐν οἷς διαλλάττομεν, In quibus differimus, vel dissentimus. Hermog. διαλλάττει τινί, In aliquo differt. Porphyrius autem διαλλάττειν πρὸς ἄλλο pro Ab alio differre dixit. Diuersa autem constructione à superioribus & paulum etiam diuersa significatione dixit Herodotus (vt habent vulgata lexica) διαλλάττω τῆς γνώμης pro Animo sum discordi.

Διαλλάττω apud Xenoph. in Athen. pol. videtur significare Dirimo pugnantes aut contendentes. Bud.

Διαλλάττω, Reconcilio, καταλλάττω. Isocr. ad Philipp. καὶ διαλλάξαι τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας. Plutarchus autem in Themistocle, pro πρὸς ἀλλήλας dixit ἀλλήλαις. Thucyd. διαλλάττω σοὶ ἐκείνους. Fuerunt qui διαλλάττειν à καταλλάττειν ita differre putauerint, vt διαλλάττειν esset ad concordiā reducere opera tertii alicuius, at καταλλάττειν, absque illa etiam. Quod discrimen minimè obseruari scimus. Illam tamen esse causam addūt cur διαλλακτὴς quidem dicatur, non item καταλλακτής. Interdum διαλλάττω est Litem inter amicos dirimo ex compromisso, vt apud Demosth. μαρτυροῦσι διαλλάξαι διαιτηταὶ γενόμενοι περὶ Νεαίρας τῆς νυνὶ ἀγωνιζομένης Στέφανον καὶ Φρυνίωνα, testificantur se compromisso arbitros factos de Neæra quæ nūc causam dicit, litem diremisse inter Phrynonem & Stephanum. Bud.

Διαλλάττομαι signif. actiua pro διαλλάττω, Permuto. vt Herodot. διαλλάσσεσθαι τὰς πρήξιας. ¶ Et pro Differo: vnde διηλλαγμένος, Differens, Diuersus: vt apud Thucydidem, καὶ τοῖς ἤθεσι διηλλαγμένα. ¶ Διαλλάττομαι, Reconcilior, In gratiam redeo cum aliquo: vt διαλλάττεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, Isocr. in Euagora. Apud eundem in Paneg. διαλλάττεσθαι πρός τινα. Dicitur & διαλλάττομαι πρός τι περὶ τούτων.

Διαλλαγὴ, Differentia. D. Halic. in Isocr. ἐν ᾗ διαλλαγὴν οὐδεμίαν εὑρίσκω. ¶ Διαλλαγὴ, Reconciliatio: vt διαλλαγὴ ἐγένετο, quod Valla interpr. Inter eos pacificatum. Dicitur potius διαλλαγαὶ plur. numero: vt ποιεῖσθαι διαλλαγὰς πρός τινα, & εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι, pro Reconciliari, In gratiam redire. Sed διαλλαγὰς ποιεῖσθαι frequentius est, quo & Isocrates vtitur. Διαλλαγὴ & διαλλαγαὶ capiuntur etiam pro sententia compromissariorum iudicum. Bud. Cōment. pag. 239. G

Διάλλαξις, (minus vsitatum quàm διαλλαγὴ) Differentia, Discrepantia & Dissidium. Item Commutatio, Permutatio. Item Reconciliatio, aut Conciliatio. Empedocles apud Plutarchum, in lib. Ad Col. ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων ἐστί. H

Διαλλακτὴς, οῦ, ὁ, Reconciliator, Pacificator. Vel Cōciliator. Item, Arbiter in quem litigare nolentes compromittunt. Comprehendebantur autem διαλλακταὶ appellatione διαιτητῶν: qua de re vide paulo pòst in Διαλλακτήριος. Demosth. διαλλακτὴν οὐδένα φεύγων, primo cuique arbitrium eius rei permittens. Vide Budæi Comment. pag. 238.

Διαλλακτὴρ, ῆρος, ὁ, poeticum pro διαλλακτής. Vtitur autem hoc nomine διαλλακτὴρ Æschyl. in trag. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ab Herodoto eadem signif. dicitur καταρτιστήρ.

Διαλλακτικῶς, in vulg. lex. εἰρηνικῶς, Composita discordia (ablatiuo casu) In primis autem lex. Conciliabiliter. Quædam verò διαλλακτῶς cum τ habent.

B Διαλλακτήριος, ὁ, ἡ, καὶ ἡ, (q. d. Reconciliatorius, Pacificatorius) Aptus ad reconciliandum, vel Reconciliandi vim habens. Et διαλλακτήριοι διαιτηταὶ quos compromissarios iurisperiti vocant: quoniam compromissum videtur pactum & conuentum partium arbitrum eligentium, non tanquam iudicem futurum, sed quasi amicitiæ iure pacificatorem pro potestate futurum, Bud. Comm. p. 238. Et διαλλακτήριος epithetum cuiusdam dei, Gregorius εἰς Ἀθανάσιον in fine, ζώγον, παρθένον, εἰρηνικὸν, καὶ διαλλακτήριον ἢ πομπαῖον.

c. 1. Ἀδιάλλακτος, ET Δυσδιάλλακτος, ET Εὐδιάλλακτος.

Ἀδιάλλακτος (q. d. Irreconciliabilis) Implacabilis, Cum quo rediri in gratiam non potest. vnde ἀδιάλλακτος ἐχθρός. Demosth. Philipp. 4, & ἔχθρα ἀδιάλλακτος, Capitalis hostis, & Capitales inimicitiæ, seu Capitale odiū. ET Ἀδιαλλάκτως, aduerb. q. d. Irreconciliabiliter, Implacabiliter, Capitali odio.

Δυσδιάλλακτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Non facilè reconciliabilis, Difficilis reconciliatu. Non facilè placabilis. Cui opponitur Εὐδιάλλακτος, Facilis reconciliatu, Placabilis.

c. 1. Ἀνταλλάττω, Contrà permuto, Muto in contrarium modum. Ἀνταλλάττεσθαι quidam exposuerunt etiam Variare, accipientes hoc Latinum verbum in neutra signif. D

c. 1. Ἐναλλάττω, Immuto. Bud. pag. 239. ex Aristot.

C. Ἐναλλάττω, Immuto, Permuto. Philo De mundo, ἀφεὶς μὲν οὖν ἐν ὁμοίοις τοῖς τόποις οὐκ ἐναλλάττοντα. Sic apud Sophoclem cum accusatiuo, in Aiace, ἐνήλλαξε δὲ τῷ τινὶ πρὸς ὑβρίζειν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν. vbi exponitur Auertit. Redditur etiam Vario, Vices alterno: & vsurpatur neutraliter. Vide Bud. Comm. 599. De Ἐναλλάττειν & Ὑπαλλάττειν vide & Lucianum in Solœciste, pag. 435, in fine. Passiuum est Ἐναλλάττομαι, Immutor, Permutor. Vnde participium Ἐνηλλαγμένος, Permutatus, Cuius ordo permutatus est, Inuersus. Et aduerbium Ἐνηλλαγμένως, Ordine permutato, seu commutato, aut Ordine inuerso. Naz. πολλὰ τῶν χειρῶν λεγομένων ἐνηλλαγμένως προφέρονται. Aliter accipitur apud Thucydidem, lib. 1. nam ὅσοι δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἐνηλλάγησαν, exponitur. Ex nobis autem quicunque commercium habuerunt cum Atheniensibus. Pro quo Laurentius Valla perperam reddidit, Nos autem quicunque ab Atheniensibus dissociati sumus. Cuius erroris in mea Thucydidis editione admonui. Fateor tamen rarissimam esse illam à me positam expositionem, sed quam sententia illius loci postulet. Pro illa autem expositione facit & verbale nomen Ἐνάλλαγμα: quippe quod non solùm exponatur Permutatio generali significatione, sed & pro Pretiū citetur ex LXX interpret. in lib. Reg. Differentiam præterea inter ἐναλλαγῆναι & καταλλαγῆναι vide apud Thucyd. schol. & Suidam.

Ἐναλλαγὴ, ῆς, ἡ, Immutatio, Commutatio. Ordinis permutatio, vel vicium. vt Budæus exponit. ET Ἐνάλλαξις pro eodem. Aristoteles De part. animalium lib. 3, διὰ τῆς τῶν φλεβῶν ἐναλλάξεως. ET Ἐναλλὰξ, Permutato ordine, seu inuerso. Alternatim, Variatis vicibus. Item, Vice versa, E contrario, vt interpretatur Budæus in hoc Aristotelis loco, ἐναλλὰξ τεθεῖσθαι τῶν ὑποκειμένων, τῆς μὲν, κατηγορικῆς, τῆς δὲ ἀποφατικῆς. In vulgatis lexicis citatur & ex Aristophanis Nubibus, ἐναλλὰξ τὸ πρὶν ἐναλλὰξ, pro Vicibus mutatis, Alternis. Et rursus ex Aristotele, qui de dentibus ita scripsit, ἐναλλὰξ ἐμπίπτουσι, μὴ ἀμβλύνωνται τρυβόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Pro quibus dixit Plinius, Serrati pectinatim coeunt, ne contrario occursu atterantur. In iisdem lexicis habetur Ἀπαλλὰξ, quod ex hoc Ἐναλλὰξ detortum esse arbitror.

ET Ἐναλλάγδην, idem quod ἐναλλάξ. In hoc autem Agathiæ loco Suidas συμπεπλεγμένως exponit, περιήγαγε δὲ εἰς τοὐπίσθεν ἐναλλάγδην τὼ χεῖρε ὑπὸ τὴν ἰξὺν συμπεπλεγμένας, κάτω δὲ τὼ πόδε συνδεδεμένους. Vbi significari puto quod Gall. dicitur *Les mains croisées.*

Ἐπάλλαγμα ET Ἐπηλλαγμένως aduerb. vide paulo antè in Ἐπαλλάττομαι.

C. Ἐξαλλάττω, Muto, Immuto. Dicitur autem ἐξαλλάττω τὸ χρῶμα, Muto colorem, & ἐξαλλάττεται τὸ χρῶμα, passiua signif. Mutatur color. Apud Theophrastum Immutor & degenero, itidem absoluté. Vide Bud. Comm. pag. 600 & 601. |Interdum Ἐξαλλάττω pro διαφέρω, Differo, sicut & διαλλάττω. Themist. in lib. 1 De anima, μάλιστα μὲν γὰρ μέρος ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον ἐξαλλάττει. Et apud Aristot. ἐξαλλάττειν τῆς ἀρχαίας μορφῆς, A pristina forma diuersum esse. |Ἐξαλλάττειν τῆς στρατιᾶς τὴν ἑαυτοῦ μοῖραν ex Thucydide affertur pro Nudam sui partem ab hoste subducere. Ex Philostrato autem, ἐξαλλάττω δεῦρο ἀπὸ τῆς νεώς, pro A naue huc abscedo. Ad quam signific. accedit quæ à Bud. datur ex Galeno τοῦ ἐξαλλάττειν, pro Transire.

Ἐξαλλάττομαι, Mutor, Immutor. Soph. Aiace, Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, Qui nullam mutationem seu variationem aut vicissitudinem accipit in suis malis, id est Cui sua mala semper in eodem statu manent. Scholiastes tamen exponit, ὅστις διαλλαγὴν οὐ δέχεται, ἀεὶ ἐν κακοῖς ἐξετάζεται. At in vulg. lex. exponitur, Ex malis non discedit, Malis non defungitur: sed constructio hanc interpr. nõ admittit. Ἐξήλλαγμαι, Immutatus sum, pro Diuersus sum, Differo. Dioscorides, ἐξήλλακται τοῦ κατὰ τὸ ἥμερον. Et particip. Ἐξηλλαγμένος, Diuersus, Differens, itidem cum genitiuo. Interdum verò cum πρός: vt apud Theophrastum De historia plant. lib. 4, καὶ πλεῖστα ἐξηλλαγμένα πρὸς ταῦτα. Interdum verò ἐξηλλαγμένος cum genitiuo, Abhorrens, Alienus. Isocr. De pace, καὶ πολὺ ἐξηλλαγμένοι τῆς τῶν ἄλλων ἐξηλλαγμένοι διανοίας. Ponitur ἐξηλλαγμένος (sicut & παρηλλαγμένος) & sine adiectione pro peregrino, inusitato & inaudito, apud Diodorum. Vide Bud. pag. 601.

Ἐξαλλαγή, Immutatio, Diuersitas. A Budæo exponitur Immutatio & degeneratio apud Theophr. ἐξαλλαγὴ εἰς ἕτερον γένος, Comm. p. 601. ET Ἐξάλλαξις, itidem Immutatio, Diuersitas apud Strabonem.

C. Ἐπαλλάττω, Alterno, Varius sum, Non eodem tenore procedo, Vicissim hoc atque illo modo procedo: vt ἐπαλλάσσοντες ὀδόντες apud Aristot. dentes serrati, hoc est breuiores alternis & longiores. Quod ipse appellat etiã ἐναλλὰξ ἐμπίπτειν, scribens, οἱ χαυλιόδοντες δὲ πρὸς τὴν ἀλλήλων ἐναλλὰξ ἐμπίπτουσιν, ὅπως μὴ ἀμβλύνωνται τριβόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Plinius, Serrati pectinatim coeunt, ne contrario occursu atterantur. |Ἐπαλλάττειν τῇ φύσει τῶν ἰχθύων apud eundem Aristot. De hist. an. lib. 2, Alternãtem naturam habere & quæ in piscium naturam quodãmodo transeat. Idem in Polit. ἐπαλλάττειν πρὸς τὴν βασιλείαν dixit pro eo quod est In vicinia esse & connnio, ita vt facilis transitus sit ab alteris formis ad alteras. Citatur ex eodem in Probl. ἐπαλλάττουσιν ἀλλήλοις pro Inter se nõ cohærescunt. Et ex lib. 4 de gen. anim. συμφύεσθαι & ἐπαλλάττειν tanquã contraria. Ἐπαλλάττειν pro Alternare, alia etiam signif. sumpto: apud eundem Aristot in Pol. αἴτιον ταύτης τῆς ἀμφισβητήσεως, καὶ ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν. Qua etiam de re Virg. Alternare dixit, Hæc alternãti potior sententia visa est. |Ἐπαλλάττειν etiam dicitur Alterum pro altero accipi, & loco alterius esse. vt apud eundem de vitæ breuitate ἐπαλλάττει τὰ τοιαῦτα τῶν φύσει σώματα τοῖς βραχυβίοις. Vide Bud. 600. 601 & 602. |Ἐπαλλάττειν item actiuum cum accus. vt apud Aristot. De animal. lib. 2, ἐπαλλάττει τοὺς καρχαρόδοντας τοὺς ὀδόντας τοὺς ἐξῆς ἰσοῦ. Quæ Gaza interpr. Quorum sunt dentes serrati, series acutorũ dẽtiũ mutua insertione pectinatim se cõstipat. Greg. καὶ ἡ μὲν ἀμβλεῖα ποιεῖ τὰς κοίλας τας ἐξαγώνια καὶ ἀπαντὰς συνεχεῖς ξυμβαίνουσα, καὶ τὰς δὲ τοὺς τῇ γωνίας ἐπαλλάττουσα, Rectas lineas angulis euarians. Bud. p. 600.

Ἐπάλλαξις, Alternatio. Item, Indiscretus ab altero in alterum transitus, Alterius vicissim & alterius motio indiscreta, ita vt oculum fallat. Sic apud Aristot. δακτύλων ἐπάλλαξις, Celerrimus motus duorum digitorũ, quum alternos tollimus & demittimus. Vide Bud. pag. 602. In vulg. lex. ἐπάλλαξις τῶν δακτύλων exponitur etiam Micatio digitorum. Et τῆς ἐπαλλάξεως δάκτυλοι, Digiti mutatis vicibus implicati.

Ἐπαλλάξ pro signif. τοῦ ἐναλλάξ in iisdẽ lex. affertur ex Xen.

c. 2. Ἀνεπάλλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non alternans, Seriem continuam habens. Aristot. De anim. lib. 2, de dentibus loquens, ζῷα ἀνεπάλλακτα vocat quibus sunt dentes continui, vt bos, equus, &c. Vide paulo antè ἐπαλλάττειν de re eadem dictum.

C. ΚΑΤαλλάττω, Commuto. Pro qua signif. tamen dicitur potius voce pass. καταλλάττομαι, quam vide paulo póst. Καταλλάττω, Reconcilio. Interdum & pro Concilio. Aristot. OEcon. 1, καταλλάξει αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους. At cum datiuo personæ apud Paulum epist. 2 ad Cor. cap. 5, ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Quã constructionem sequens & Chrysostomus dixit, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς πρὸς αὐτὸν διακειμένους ἑαυτῷ καταλλάξῃ. A Budæo καταλλάττειν exponitur etiam, Ad concordiam & contubernium adducere, in hoc Gregorii loco, καὶ οὕτως τοὺς βίους ἄρσενα καταλλάξειν ἀλλήλοις καὶ συνοικίζειν. |Pass. itidẽ voce & signif. Καταλλάττομαι, Recõcilior, Redeo in gratiã: diciturque itidem καταλλάττομαι πρός τι (quæ constructio citatur & ex Thucydide) & καταλλάττομαί σοι: vt καταλλαχθεῖσά σοι, Eurip. Reconciliata tibi. Apud Soph. autem in Aiace, — θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου, subaudiri volunt ἕνεκα ante χόλου, vel præpositionem ἀπό.

Καταλλάττομαι, signific. actiua, Commuto, Permuto. Aristot. Ethic. 3, de militibus loquens, τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται, Modicis lucris vitam mutant, B. interpr. Exponitur ab eodem καταλλάττομαι, Comparo, Concilio. & subiungitur ex Dinarcho καταλλάξασθαι τὴν πρὸς τούτους χάριν τῶν νόμων, pro Ob istorum gratiam emerendam leges istis condonare. |Ponitur (inquit) & pro Addico, Vendóque & A me alieno. Herodianus lib. 1, ἐπ' ἀργυρίῳ καταλλάξασθε.

Καταλλαγή, Commutatio, Permutatio. Aristoteles OEconomicωn. 1, τῶν νομισμάτων τὴν καταλλαγήν. |Item, Reconciliatio. Paulus in loco modò citato, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. Apud Aristoph. καταλλαγὴ πολέμου, Pacificatio belli. |Apud Philonem καταλλαγὴ exponitur Redintegratio, in hoc loco De vita Mosis lib. 2, σώματα ὑπολειπόμενα πρὸς καταλλαγὴν καιρὸν τὸν αὖθίς ποτε ζωπυρουμένων. Sed vereor ne aliud hîc quàm καταλλαγὴν Philo scripserit.

Καταλλάγδην, Per commutationem seu permutationẽ. In vulg. lex. redditur Mutuò, Vicissim, E conuerso. Eadem forma dicitur qua ἐναλλάγδην suprà.

Καταλλακτικός, (q. d. Reconciliabilis) Reconciliatu facilis. qua in signif. idem sonabit quod εὐκατάλλακτος quod mox sequetur, & εὐδιάλλακτος quod paulo antè præcessit. Ex Aristot. citatur pro Placidus & Facilis. Fortasse autem καταλλακτικὸς significare etiam potest pro Ad reconciliationem seu ad reconciliandum aptus, seu efficax. q. d. Reconciliatiuus.

c. 1. Ἀκατάλλακτος, (q. d. Irrecõciliabilis) Qui recõciliari nõ potest, Quocũ rediri in gratiã nõ potest, Implacabilis. ET aduerb. Ἀκαταλλάκτως, Irreconciliabiliter, Implacabiliter: vt ἀκαταλλάκτως πολεμεῖν, Dem. Et δαίμων ἀκαταλλάκτως πρὸς ἡμᾶς ἔχων, Qui odio capitali nos prosequitur. Eadem signif. supra ἀδιάλλακτος & ἀδιαλλάκτως.

c. 2. Δυσκατάλλακτος ET Εὐκατάλλακτος, opposita, Difficilis reconciliatu, & Facilis reconciliatu, Placabilis, Implacabilis. Eadem significatione suprà δυσδιάλλακτος & εὐδιάλλακτος.

c. 1. Ἀντικαταλλάττομαι, itidem vt καταλλάττομαι, pro Commuto, Permuto. Iungitur autem præpositioni ἀντί. vt Aristoteles Ethicωn 8, ἢ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται, οἷον ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας. Antiphon, τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀντὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀντικαταλλάττεσθαι. Sed hi duo loci perperam in vnum confusi leguntur in Commentariis Budæi. qui ἀντικαταλλάττεσθαι interpretatur Comparare in hoc Isocratis loco in Archid. καλλὸν ἐστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι. At non video quid obstet quominus & hic Commutare interpret. Idẽ Isocr. cum ὑπέρ iũxit, ad Philippum,

ὑπὸ ἄλλου μηδενὸς ἀντὶ ζῆν ἀντικαταλλάσσεσθαι, &c. Iungitur & genitiuo sine præpositione, pro Compensare: vt ἀντικαταλλάσσομαι τὸν ἐκείνου, Hoc compenso cum illo. Item Mercari, apud Herodianum, ἀπὸ χρημάτων ἀντικαταλλαττόμενοι τὴν ἀρχήν. Quæ huius constructionis exēpla à Budæo afferuntur. Reperio autem cum eadem constructione, & in illa commutandi significatione apud Demosthenem Philipp. 1, μηδὲ ἀντικαταλλάξασθαι οὐδεμιᾶς χάριτος μηδ' ὠφελείας τὴν εἰς τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν. Vbi obserua idem planè loquendi genus quale illud ex Dinarcho paulo antè allatum, per verbum ἀντικαταλλάττεσθαι. Dicit enim, μηδὲ καταλλάξασθαι τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς χάριν τῆς νόμων, &c. Ex Maccab. autem lib. 1 affertur ἀντικαταλλαττόμενοι τὰ χρήματα τοῦ ζῆν pro Vitam pecunia redimentes. Afferturalia præterea constructione positum hoc verbum apud Aristotelem Magn. moral. lib. 1, πάντες οἱ ἔλαττον λαμβάνοντες ἀντικαταλλάττονται ἢ τιμήν, &c. illius vice nanciscuntur aut honorem, &c.

Ἀντικαταλλάττομαι passiua etiam significatione in vulgatis lexicis citatur ex Aristotele Magn. moral. lib. 1, ἀντικαταλλάττεται τοῦ συμφέροντος ἡ ἡδονή, Voluptas commodo rependitur, seu compensatur. Et ex lib. 1, τὰ παρ' αὐτοῖς ἀντικαταλλάττεσθαι τοῖς παρ' ἄλλοις, vt quæ apud eos sint, commutentur cum illis quæ apud alios.

Ἀντικαταλλαγή, Commutatio. Item, Commercium, Emptio, Mercatio: vt verbo ἀντικαταλλάττεσθαι mercandi etiam significatio data fuit.

c. 1. Ἀντικαταλλάττω, Reconcilio, Gratiam diremptam & solutam sarcio, & amicitiam reduco. Vide Bud. Comment. pag. 598.

C. ΜΕΤαλλάττω, Muto, Immuto. Thucydides lib. 8, pag. 184, ὕστερον δὲ πολὺ μεταλλάξαντες τῆς τοῦ δήμου διοικήσεως. Isocrates autem μεταλλάττειν φίλους dixit ad Demonicum, ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Sic & μεταλλάττειν τὸν βίον dicunt, vt Latini Vitam cum morte commutare, pro Mori (relinquentes tamen subaud. illa Cum morte) vt Isocrates Archidamo, ἐπεὶ Ἡρακλῆς μετήλλαξε τὸν βίον. Sic in Encom. Euag. Sed sæpe subaudito illo etiā accusat. vt Polybius lib. 2, Ἀντιγόνου δὲ μεταλλάξαντος. Idem, Δημητρίου τῷ μετηλλαχέναι τὸν Δημήτριον. Plutarchus, τὸ δὲ φιλεῖν τὸν μεταλλάξαντα καὶ στέργειν. Dicitur etiam μεταλλάττειν ἑτέραν χώραν, quod est ad verbum Mutare aliam regionem (quasi dicas Suam regionem cum alia commutare) pro Migrare è sua regione, E sedibus suis migrare. Antiph. εἰ δὲ προθυμοῦντο ἀποθνήσκειν μᾶλλον ἢ ζῶντες ἑτέραν μεταλλάξαι χώραν. Apud Platonem (inquit Budæus) μεταλλάττειν est Inuerso ordine aut immutatis vicibus aliquid facere: & quum alter alterius fungitur officio, & alter alterius præmia occupat. Quæ enim sic fiunt, μεταλλαττόμενα ab eo dicuntur.

Μεταλλάττομαι, vide in proximè præced.

Μεταλλαγή, ET Μετάλλαξις, Mutatio, Immutatio. Xenophon Pædiæ 6, ἡ κατὰ μικρὸν μετάλλαξις. Et in Cynegetico, μετάλλαξις τῶν σημάτων. Apud eundem Hellenicῶν 7, ἀπεκρίνατο ὅτι ἡ μὲν συμμαχία, οὐκ εἰρήνης ἀλλὰ πολέμου μεταλλαγὴ εἴη. Apud Athenæum citatur Anaximenis liber inscriptus βασιλέων μεταλλαγαί: vbi μεταλλαγαί significare puto Mortes (quo plurali vtitur & Cicero Tusculanarum 1) vt perinde sit acsi inscripsisset βασιλέων θάνατοι.

C. ΠΑΡαλλάττω, Alterno, Alternatim seu permutatim vario, Alternis hoc & illo modo facio: vt fabri παραλλάττουσιν ἀλλήλοις τοὺς ὀδόντας apud Aristotelem, id est, Dentes serræ alternos variant, vel Alternis hinc & illinc prominentes faciunt. Vbi obserua iungi accusatiuo. Habet autem rursus παραλλάττω & aliam verbi Alterno significationem, neutraliter positum, apud Isocratem in Euagora: vbi τὴν δόξαν παραλλάττειν dicit Alternare opinionem aliquorum de homine quopiam. Idem autem vsus verbi ἐπαλλάττειν suprà ostensus fuit. Vide Bud. pag. 603 & 604.

Παραλλάττω accusatiuo itidem iunctum, Prætereo, (locum aliquem videlicet) Pertranseo. Quibus verbis subest & aliqua mutationis significatio (vt in διαλλάττω antea dictum est, & in μεταλλάττειν pro Migrare) quum enim prætereuntes locum vnum venimus in alium, tunc à nobis loca velut commutantur. Xen. Hell. 5, ἐπεὶ δὲ παρήλλαξαν οἱ πρῶτοι τὴν ἐνέδραν. Sic apud Synes. καὶ τὸν Φάριον μύρμηκα παρημείψαμεν, Præteriimus, vel Superauimus. Sed & pro Superare id est Vincere, Aristot. Meteorol. 1, πολὺ δοκεῖ τῷ τάχει παραλλάττειν ἄστρα τε καὶ σελήνην καὶ ἥλιον, Vincere, celeritate videlicet. Quæ significatio à prætereundi significatione non recedit: quum in certis quibusdam loquendi generibus pro Superare dicamus etiam Præterire, vel Longè à tergo relinquere. In vulg. lex. affertur ex Cebete Thebano, τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσι, pro Prætereunt, vel Præuertunt, Anteuertūt. Et ex Plutarcho in Themist. παραλλάττει τὸν τόπον ἐκεῖνον, Locum illum declinat, id est, Auertit se ab eo, & mutat. Et ex eodem in Camillo, παραλλάττων ἀεὶ τοὺς ἐγρηγορότας, τοὺς δὲ φρουροὺς κοιμωμένους, pro Vigiles fugiens. Ibidē citatur ex Plutarchi Romulo, παρήλλαξεν εἰς μοναρχίαν pro Demutauit in monarchiam. Sed multo rectius Bud. in suo lex. Degenerabat in monarchiam. Cui verbo & transeundi significatio inest. nam quum degeneramus, ex vno in alterū transimus. ‖ Παραλλάττω, Aberro, Per errorem in aliud incurro quàm constitueram. Herodot. ὀλίγον τῆς χώρης παραλλάξαντες, Qui modico spatio ab occursu aberrauerunt. Plato in hac etiam significatione iunxit accusat. εἶτα οὐ παραλλάττουσι τῆς αἰσθήσεων τὰ σημεῖα, non aliud pro alio offendunt & nanciscuntur.

Παραλλάττω, neutr. positū pro διαλλάττω, Differo, Discrepo. Item Vario. Theophr. De hist. pl. lib. 6, ἡ δὲ ῥίζα τοῦ κυπαίρου πολὺ τι τῶν ἄλλων παραλλάττει ἀνωμαλίᾳ. Plutarch. in Dione, γυναῖκα μηδὲν ἡρωΐνης πραγμάτων παραλλάττουσαν. Et παραλλάττει sine casu pro Refert, id est, Differentiam facit, & ad rem pertinet, apud Theophr. Vide Bud. pag. 604, vbi addit παραλλάττειν significare etiam κατά τι μὲν ὁμοιοῦσθαι, κατά τι δὲ διαφέρειν, id est, ex parte simile esse, ex parte differre: vel aliquatenus simile esse, &c. Nam κατά τι vtroque modo posse reddi existimo. Idem verò in hoc Theophr. loco lib. 6, πλεῖστον γὰρ εἶναι δοκεῖ παραλλάττειν, vult esse positum παραλλάττειν vel pro Ab aliis locis differre, vel Variare germinationem, & nunc hoc, nunc illo modo cedere. Rursusque in hoc libri septimi loco, τὸ δὲ πλεῖστον παραλλάττει κατὰ τὰς ὥρας, verbum παραλλάττει est Variat (id est Variè enascitur) pro varietate temporum.

Παραλλάττομαι passiuum, à quo participium præteriti παρηλλαγμένος pro Differens, cum genitiuo: sed frequētius absque casu pro Inusitatus (sicut & de ἐξηλλαγμένος suprà dictum fuit) Diodorus, παρηλλαγμένοις τοῖς μεγέθεσιν ὄφεις. Paulo pòst ἐξηλλαγμένους dixit. Lucianus, ξένον δὲ καὶ παρηλλαγμένον τὸ ἔθος. Apud Gregorium autem, τί, τί τῆς διαίτης σώμασιν ᾧ γεγονέναι συνῴσεται καὶ παρηλλαγμένον pro Alienū, abhorrens & incommodum, Bud.

Παραλλαγή, ET Παράλλαξις, Differentia. Theophr. de rosis loquens, τινὰ παραλλαγὴν τινὰ λειότητος καὶ ὀσμῆς, nonnullam diuersitatem habent. Sic apud Platonem in Politico, παράλλαξις, Differentia. Et apud Basilium παραλλαγαὶ & διαφοραὶ pro eodem. In vulg. lex. exponitur etiam Alternatio, id est per vices mutatio. ‖ Παραλλαγὴν Plato pro hallucinatione etiam & aberratione dixit, vt scribit Bud.

Παράλλαγμα, Idem. Ex Plutarchi Numa affertur παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας pro Vicissitudo inæqualitatis.

Παραλλάξ, (quod & ἐναλλάξ) Alternis, Alternatim. Item Alternante, seu alternata serie, vt loquitur Seneca. Apud Thucydidem, πέντε παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι, non recta serie porrectæ, sed situ alternante. Soph. Aiace, ἔρωτι παραλλὰξ ταῦτα, hæc vicissitudinem habent. Vide Bud. Comm. pag. 604, 605.

c. 1. Ἀπαράλλακτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Non differens, Non euarians, Per omnia similis, οὐ παρηλλαγμένος: vt apud Gregorium εἰς ἀδιάβλητα Christus dicitur τὸ ὁμοιωμάτου τοῦ ἀρχετύπου & ἡ μὴ κινουμένη σφραγίς, & ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών, id est Imago per omnia similis. Pro quo Bilibaldus perperam reddidit Similitudo incommutabilis. ET Ἀπαραλλάκτως aduerb. Absque vlla differentia, Similiter per omnia, apud Damasc.

C. ΣΥΝαλλάττω, Paciscor cum aliquo, Contraho pactio- A
nes. (propriè autem paciscor, intercedente aliqua com
mutatione, seu permutatione) apud Aristotelem E-
thic. ἀλλ' οὔτως δεῖ εἰπεῖν ἐς τὰ πίστει συναλλάξαντας, qui
bona fide in rebus contractis versantur. Et apud eun-
dem συναλλάττειν & διαλύεσθαι, contrahere pactiones &
contractas dissoluere. Συναλλάττω generaliori signi-
ficatione (vt apud Latinos Commercium habere cum
aliquo) pro Congredi cum aliquo, Rem habere: atque
adeo pro Verba facere, apud Sophoclem in OEdipo,
— μὴ ξυναλλάξαντά τῳ. Vide Budæum pag. 619: vide & B
Συναλλαγὴ paulo post. ‖ Συναλλάττω, Coniunctio-
nem cum aliquo concilio, vel simpliciter Concilio. So
phocles, Εἴ τις τι τῆς σῆς ἦν συναλλάχθεις ἐμοί. Et apud Euri-
pidem συναλλαχθεῖσα γάμοις. Interdum & pro Reconci-
lio: vt Thucyd. lib. 1, ἀλλ' ἐς τι φθάσαντες δύο μόνοι συναλ-
λάξαι σφίσι. Et apud eundem passiuũ Συναλλάττεσθαι, Re-
conciliari.

Συναλλαγὴ, Commerciũ: Item Conciliatio. Apud Soph.
— ἐν ξυναλλαγῇ λόγου exponitur. In cõmercio sermonis.
Sed malim ad verbum In commutandis verbis: Sic e- C
nim Latini dicũt Commutare verba cum aliquo. Quo
etiam modo συναλλάττειν malim interpretari suprà,
quàm cum Budæo, Verba facere. ET Συνάλλα-
ξις, idem. Citatur & pro commutatione, ex Platone De
legibus.

Συνάλλαγμα, Commercium, id propriè quod permuta-
tione exercetur. Itẽ, Contractus. Vlp. Contractũ autẽ;
id est vltro citróque obligationem, quam Græci συνάλ-
λαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem: loca-
tionem, conductionem: societatem. Aristoteles Ethic. D
5, duo συναλλαγμάτων genera facit, ἑκούσια & ἀκούσια, id
est voluntaria & non voluntaria: voluntaria esse tra-
dens, vt emptionem, venditionem, fœnerationem &c.
non voluntaria, vt furtum, homicidium, veneficium.
Vbi Budæus συναλλάγματα vertit Commercia, quum
potius (vt quidam annotarunt) generaliori voce a-
ctiones verti debuisset.

Συνάλλαγμα, peculiari significatione γαμικὸν συμβό-
λαιον, vt scribit Hesychius. nam repono apud eum γαμι-
κὸν pro σημικόν. Ad hanc autem significationem perti- E
net ille Euripidis locus paulo antè citatus, συναλλαχθεῖ-
σα γάμοις. Ab eodem Hesychio exponitur & συνάλλαξις.

HINC Συναλλαγματικὸς, q.d. Commercialis. Vel, Ad cõ-
tractus pertinens, qui συναλλάγματα dicuntur. ET
Συναλλαγματικῶς, Per cõmercia, vel Per synallagmata,
id est contractus.

Συναλλακτὴς, Conciliator. A Basilio autem pag. 183 (inquit
Budæus) pro consorte & socio negotiationis poni vi-
detur, vel simul contrahente, id est paciscente.

ET Συναλλακτικὸς, Conciliatiuus, Ad conciliationem F
pertinens, vel Ad conciliãdum aptus seu efficax. Item
Commercialis, vt συναλλακτικὸς νόμος, commercialis
lex, id est ad commercia pertinens, vel ad contractus.
in vulg. lexicis malè vno in loco Συναλλκτὴς, in altero
Συναλλακτὴς ponitur: quasi vtrunque dici possit: quum
contrà illud prius ex manifesto errore prodierit.

C.a. Ἀσυνάλλακτος, Cum quo contrahi vel commercium
haberi non potest, propter morositatem videlicet vel
improbitatem. A quibusdam redditur Insociabilis ex
Liuio, non malè. Ἀσυνάλλακτος dicitur etiam Cui G
nihil est commercii cum vita ciuili, quales decet esse
τοὺς μοναχούς: vt inquit Budæus, citans ex Basilio, ἄοικον,
ἀκτήμονα, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον εἶναι δεῖ. ‖ Ἀσυνάλλα-
κτος exponitur etiã, Qui recõciliari non potest, Impla-
cabilis. (vt συναλλάττειν pro Reconciliare à Thucydide
sumi dictum est) atque ita fuerit idem quod ἀδιάλλα-
κτος & ἀκατάλλακτος suprà posita. ET Εὐσυνάλλακτος
(cõtr. τοῦ ἀσυνάλλακτος) apud Plutarchum, Cum quo fa-
cilè commercium haberi potest.

C. Ὑπαλλάττω, Muto, Immuto. Apud Galenum pro Muto H
identidem: vt ὑπαλλάττων ἀεὶ τὸ ἐπικείμενον ὀθόνιον. Gre-
gorius in Iulianum, καὶ ῥᾳδίως ἑαυτὸν ὑπαλλάττων εἰς εἴ-
δεα, id est In alias aliásque formas immutans. ‖ Ὑ-
παλλάττω sæpe etiam pro ἀντιπαλλάττω, id est Vnum loco

A alterius pono, seu exhibeo. Vide & in Ὑπαλλαγὴ proxi-
mè sequente.

Ὑπαλλαγὴ, ῆς, ἡ, Immutatio. Et peculiariter ita vocatur
schema per quod oratio immutata & inuersa vice seu
serie profertur, vt Dare classibus austros, pro Dare clas-
ses austris.

Ὑπάλλαγμα, Commutatio subsidiaria, Res succedanea
& quæ vicem alterius præbet, quasi τὸ ἀντιβαλλόμενον.
Aristot. Ethic. 5, οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέ-
γονε κατὰ συνθήκην, Est nũmus veluti pro indigẽtia succe-
B daneus, hominum instituto & ciuili consensu. quia suc
cedit loco rei qua nobis opus est.

Ὑπαλλακτικὸς, Permutatiuus, Alternatiuus. vt ὑπαλλακτι-
κὴ στάσις apud rhetores, Status causæ alternatiuus.

C.a. Ἀνθυπαλλαγὴ, Commutatio mutua: vt apud gramma-
ticos ἀνθυπαλλαγὴ πτώσεων, Mutua commutatio casuum,
Casus vicem inter se mutuã præbentes: vt si genit. pro
accusat. & vicissim accus. pro genit. ponatur.

Α'ΛΛΟΙ͂ΟΣ, ου, ὁ, Alius atque alius, Diuersus, Varius;
Homerus, Ἀλλοῖός μοι ξεῖν' ἐφάνης νέον ἠὲ πάροιθεν, id est,
C Diuersus ab eo qui eras antea. Plato Apologia, εἰ μή τι
ἐπράττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί, Nisi quid agebas diuersum à
vulgo.

Ἀλλοιότερος, comparatiuus apud Thucydidem, pro
positiuo ἀλλοῖος. lib. 4, οἱ δὲ πολλοὶ ἀκούσαντες, ἀλλοιότεροι ἐ-
γένοντο τὰς γνώμας, alius voluntatis, vel alio animo fue-
runt quàm antea. μετεβλήθησαν τὴν προαίρεσιν, scho-
liastes.

Tradiderunt quidam ἄλλοιος etiam scribi, acuto no-
tata antepenultima: sed aliquod exemplar minimè fi-
D de dignum sunt sequuti.

Ἀλλοιότης, ητος, ἡ, Diuersitas. Exponitur etiam Variatio à
Budæo.

¶ Ἀλλοιόω, ῶ, F. ώσω, P. ωκα, Diuersum reddo, Immuto, Va-
rio. Et Ἀλλοιοῦμαι, passiuum, Immutor. Xenophon
Pædiæ 3, γνώσεσθε ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι πολλάκις εἰς ἀρχὰς καὶ
τῆς κακῆς ἀνδρεῖας ἀλλοιοῦταί τι. Plato Politicῶn 2, πάσ-
χει ἀλλοιοῦταί τι καὶ κινεῖται. Budæus ἀλλοιοῦσθαι ait inter-
dum significare, Aliud atque aliud fieri. Sic & ἀλλοῖος
Alius atque alius à nobis antea expositum fuit. Thu-
E cydides lib. 2, ἀλλοιοῦσθαι τὰς γνώμας dicit pro Mutari a-
nimo, Non esse eodem animo quo antea: vt ἀλλοιότεροι
τὰς γνώμας paulo antè ex eo citauimus. Sic μεταβάλλειν
interdum absolutè vsurpant Græci.

Ἀλλοίωσις, εως, ἡ, Mutatio, Immutatio. Sunt qui tradant
hanc esse inter ἀλλοίωσιν, μεταβολὴν, τροπὴν differentiam,
vt ἀλλοίωσις propriè dicatur Mutatio à meliori ad dete-
rius: μεταβολὴ contrà: τροπὴ verò è mediocri statu siue
ad potius siue ad deterius transitio. Sed hanc differen
tiam ratam non esse autorũm exẽpla probãt. Am-
F monius ἀλλοίωσις vult ab ἑτεροίωσις differre quòd ἀλλοίω-
σις sit non solùm μετασχηματισμὸς, sed etiam mutatio
vnius sententiæ in aliam: ἑτεροίωσις autem, vnius colo-
ris in alium mutatio dicatur. Intelligit verò per μετα-
σχηματισμὸν (vt opinor) formæ immutationem. Vide
Eustathium.

Ἀλλοιωτὸς, οῦ, ὁ, Mutabilis, Mutationis capax, Mutari
aptus.

Ἀλλοιωτικὸς, οῦ, ὁ, Immutatorius, Immutatiuus, Ad immu-
tandum aptus. ἀλλοιωτικὴ δύναμις, Immutatoria poten-
G tia, vt à Gaza vertitur, Problem. Aphrod. lib. 1. Facultas
illa (vt exponitur in vulgatis lexicis Græcol.) quæ cibũ
attractum aduocatúmque per virtutem quam vocant
ἑλκτικὴν, perficit digeritque.

C. Ἀναλλοίωτος, Immutabilis, seu Inuariabilis, Qui immu-
tari seu variari non potest, in quem non cadit immu-
tatio. ET Δυσαλλοίωτος, Qui vix vel difficilè im-
mutari potest, apud Alex. Aphrod. Huic opponitur
Εὐαλλοίωτος.

Α'ΛΛΟ'ΤΡΙΟΣ, ου, ὁ, Alienus. Æschines contra Ctesi-
H phontem, Μὴ οὖν ὡς ὑπὲρ ἀλλοτρίας, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ οἰκείας τῆς
πόλεως βουλεύεσθε, Nolite igitur tanquam de aliena, sed
tanquam de propria ciuitate deliberare. Odyss. α, — ἢ ἔμ-
πορος εἰλήλουθας Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, In naui aliena, In naui
quæ alius sit nõ tua. Od. α, οἳ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδ-

δοκεῖν ἀλλήρος. Cicero ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς vertit Propter alterius res secundas: & ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς, Ex malo alterius.

Ἀλλότριον, Alienum, id est abhorrens, Non consentaneum. Demosthenes Pro corona, οὐδὲν ἀλλότριον ποιῶν οὔτε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, οὔτε τοῦ τρόπου, Nihil agens alienũ neque à sua patria, neque à suis moribus: vel, Nihil dissentaneum, Nihil discrepans à suis moribus. Idem Philipp. 2, εἴτ' οὐχ ὁρᾶτε Φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τῇ συνηγορίᾳ ἔχοντα. ‖ Ἀλλότριον, Diuersum, Diuersam naturam habens. Nonnus, ὕδωρ πίδακος οὐρανίης ἀλλότριον, Aqua diuersam naturam habens à fonte terrestri, id est, A fontis terrestris aqua.

Ἀλλότριος, Alienus, eo sensu quo à Cicerone Alienus homo coniunctissimo & amicissimo opponitur: & Alienior hæres ab eodem dicitur. Comicus quidam apud Athenæum, lib. 3, Εὑρὼν ἀλλότριον, παρορῶμεν συγγενεῖς. Plato in Symposio, ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς [πατέρα καὶ μητέρα] ἀλλοτρίους ὄντας τῷ υἱεῖ, καὶ ὀνόματι μόνον προσήκοντας. Ex Herodoto autem citatur ἀλλοτριώτατος pro Qui remotissimo est necessitudinis gradu. ‖ Apud Homerum ἀλλότριος φὼς exponitur Externus vir, à nonnullis hostis: Od. π, Αὐτίκ' ἔπειτ' εἰπεῖν ἐμοὶ κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς. & Od. σ, Ἐς μέγεθος καὶ κάλλος ὁμοιώμενος ἀλλότριος φώς. Quòd si accipiatur ἀλλότριος pro πολέμιος, id est Hostis: finitimam habebit significationem ei quæ est apud Demosth. vbi ἀλλότριόν τι videtur sumi pro Aliquid alieni animi, vel alienati animi, aut alienatæ volũtatis, aut (duobus verbis) Aliquid alienationis: Pro corona, οὐδὲν μὲν ἐπεπράχει πω τότε τοῦ πρότερον γέγονεν ἀλλότριον ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας.

Ἀλλοτρίως, aduerbium, Alienè. ‖ Pro Alieno animo frequenter capitur, oppositum habens οἰκείως. Isocrates ad Philippum, πάντη τοὺς μὲν τῶν πόλεων οἰκείως ἔχειν, πρὸς δὲ τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους. Idem in Panathenaico, ἀλλοτριώτερον ἔχομεν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. Est igitur ἀλλοτρίως διακεῖσθαι, vel ἀλλοτρίως ἔχειν πρός τινα, Alieno animo esse ab aliquo, vel Alienum animũ ab aliquo habere. Quorum loquendi generum vtroque vtitur Cicero.

Ἀλλοτριότης, ητος, ἡ, Alienitas, si Latinè dici posset. sumitur autẽ fere pro alienitate animi, vt ἀλλοτρίως pro Alieno animo. Sed à Latinis dicitur Alienatio animi, vel abalienatio: non alienitas. quum tamen ἀλλοτρίωσις respondeat potius nomini verbali alienatio, ἀλλοτριότης autem nomini alienitas, si dici posset. Plato ἀλλοτριότητα ἐνεῖδες ἐμοὶ πρὸς σε, alienationem à te animaduertisti in me. Demosthenes Pro corona, ἐπειδὴ Φίλιππος εἰς ἀλλοτριότητα Θηβαίους πρὸς ἡμᾶς ἐπιβαλέσθαι κατέστησεν. Plutarchus in Alexandro, τῷ δὲ Καλλισθένει συνῆψε τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως. Alienationem autem per se non addito genitiuo animi, siue abalienationem dicunt iidem Latini.

C. Ἀλλοτριοεπίσκοπος, ου, ὁ, Qui alienã procurationẽm sibi sumit, vt Budæus vertit apud Areopagitam. D. Petrus epist. 1, cap. 4, μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος. Vbi verti solet, Alienarum rerum inspector. quod & sonat, vtpote compositũ ex ἀλλότριος & ἐπίσκοπος.

C. Ἀλλοτριονομέω. F. ήσω. Alieno more viuo, id est, Alienas leges imitor, Theodoro in lib. De mensibus. Bud.

C. Ἀλλοτριοπραγέω, ῶ, F. ήσω, Alienas res ago, Aliena tracto vel curo, aut, Aliena negotia curo, vt ille apud Horatiũ. Est Dionysio (inquit in Comm. Budæus) ἀλλοτριοπραγεῖν, Aliena curare: cui opponitur οἰκειοπραγεῖν.

Ἀλλοτριοπραγῶ, Res nouas molior, Descisco, Fide decedo, inquit ibidem Budæus, citans Polybium.

– Ἀλλοτριοπραγία, ας, ἡ, Alienarũ rerum tractatio, siue curatio. A Budæo exponitur Aliena ab vnoquoque actio. Vtitur autem Areopagita.

Ἀλλοτριοπραγμοσύνη, ης, ἡ, Apud Plat. De rep. 4, idem quod ἀλλοτριοπραγία.

C. Ἀλλοτριοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliena comedens, Aliena viuens quadra. Poeta quidam apud Athen. lib. 4, μαστιγίας, κόβαλος, ἀλλοτριοφάγοι.

Ἀλλοτριοφαγέω, ῶ, Aliena comedo, ἀπομύζειν δηπώ, Eustathius.

C. Ἀλλοτριοφθονέω, ῶ, Alienis inuideo. Bud.

¶ Ἀλλοτριόω. F. ώσω. P. ωκα, Alieno, Abalieno, Alienũ m reddo. Xenophon Pædiæ 6, ταῦτα ἤδη τοῖς μὲν πολεμίοις ἀλλοτριώσει τὴν χώραν. Thucydides, ἀλλοτριοῦντες σώματα τὴν πόλιν. vbi vertunt quidam, Exterminantes è patria corpora. Fortasse ἀλλοτριοῦντες pro ἀποστεροῦντες simpliciter capi possit, vt ἀλλοτριῶσαι scholiastes alicubi exponit στερῆσαι.

Ἀλλοτριοῦμαι, passiuum, Alienor, Abalienor. ἀλλοτριωθῆναι Ἑλλήνων, apud Demosthenem. ἀλλοτριωθεῖσι τοῖς Ἀθηναίοις citatur ex Thucydide pro Alienata ab Atheniensibus. Sunt & qui Secedo exponant apud Demosthenem.

Ἀλλοτρίωσις, εως, ἡ, Alienatio, Abalienatio. ‖ Thucydides lib. 1, οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις, Non similis est priuatio, sequendo scholiasten, qui ἀλλοτρίωσις exponit στέρησις.

C. Ἀπαλλοτριόω, ῶ, F. ώσω, Abalieno vel Alieno. Licet ἀλλοτριόω magis ad verbum sit Alieno, ἀπαλλοτριόω, Abalieno. Aristoteles Rhetoricῶn 1, ὅρος δὲ ἀσφαλείας μὲν, τὸ ἐνταῦθα καὶ οὕτω κεκτῆσθαι ὥστ' ἐφ' αὑτῷ εἶναι τὴν χρῆσιν τοῦ τι οἰκεῖον εἶναι, ὅταν ἐφ' αὑτῷ ᾖ ἀπαλλοτριῶσαι. Vbi ἀπαλλοτριῶσαι est abalienare vel alienare, id est Quod propriũ est facere vt sit alterius, Dominium rei alicuius à nobis in alium transferre, vel donando, vel vendendo. Cic. vendere & alienare copulauit, Verrina 7, Et pretio paruo ea quæ accepisset à maioribus, vendidisse atque alienasse. Aristoteles ἀπαλλοτρίωσιν, id est Alienationem, diuidit in vẽditionem & donationem. Ecclesiastici cap. 11, iungitur hoc verbum cum accusatiuo & genitiuo, accusatiuo personæ, genitiuo rei: in fine, ἐνοίκισον ἀλλότριον, καὶ διαστρέψει σε ἐν ταραχαῖς καὶ ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου, id est, alienabit te ab iis quæ tua sunt. id est, te priuabit iis tanquam alienum, quorum proprius es dominus. Passiua vox est Ἀπαλλοτριόομαι, οῦμαι, Abalienor, Alienor vnde ἀπηλλοτρίωται, Abalienatum siue alienatum est. In vulgatis lexicis exponitur Exoleuit. Ibidẽ ἀπαλλοτριόω explicatur, E natura pello, E statu moueo, Immuto, Remoueo. Sed harum significationum exempla desidero.

Ἀπαλλοτρίωσις, εως, ἡ, Abalienatio, Alienatio. Aristoteles post illa verba quæ modò protuli, subiungit, λέγω δὲ ἀπαλλοτρίωσιν δόσιν καὶ πρᾶσιν. id est, Appello autem alienationem, donationem & venditionem.

ἈΛΛΗΛΩΝ, genitiuus: ἀλλήλοις, datiuus, ἀλλήλους, accusatiuus. nam singulari numero caret hoc nomen, & nominatiuo atque vocatiuo pluralibus. Latinè interdum per aduerbia Inuicem aut Mutuò, interdum per nomina, Alter alterum: aut Altera alteram, si sit ἀλλήλας fœminini generis, vel ἀλλήλας vel ἀλλήλαις. Plato in Protagora, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν ἀλλήλοις καὶ περὶ τῶν λόγων ἀμφισβ. &c. id est (Cicerone interprete) Nunc à vobis Protagora & Socrates postulo, concedatis alter alteri. Ex qua interpretatione apparet etiam legisse ita Ciceronem hunc Platonis locum, ponendo καὶ post ἀλλήλοις, non ante. Iliad. ρ, Ἀλλήλων ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα, Alter alterius euitantes tela, & Odyss. χ, Ὣς τότ' ἄρα μνηστῆρες ἐπ' ἀλλήλοισι κέχυντο, Alii super alios fusi erant. accipiendo fusi vt quum dicitur Fusus per herbam. Plato in Timæo, καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται, καὶ κατὰ ταὐτὸν ἀλλήλων, Cicero reddit, Alii alios vincunt vicissimque vincuntur. Sic ἀλλήλοις exponit scholiastes Thucydidis ἄλλος ἄλλῳ. Isocrates, οὗτοι μὲν ἐφεξῆς ἀλλήλοις τὰς διαδοχὰς ποιούμενοι, Hi sibi inuicem succedentes. Sic εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντες, Se inuicẽ intuentes, vel Mutuò se intuẽtes. Nõnũquã & per Inter se exprimitur hoc nomen: vt apud Isocr. ταῖς δόξαις ἀλλήλων διαφέρειν, Opinionibus inter se dissidere. Sic Cic. in Timæo Plat. κατὰ τὰ ἐναντία ἀλλήλοις ἰέναι interpretatur, Moueri contrariis inter se cursibus. Ibidem hæc, ξυνάψας αὐτοὺς τε καὶ ἀλλήλοις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, ita vertit, Vt & ipsæ secum & inter se ex commissura quæ eregione esset iungerentur. Occurrunt autem nonnulla verba

quibus iunctum hoc nomen his atque illis modis potest reddi. vt φιλοῦσιν ἀλλήλους, Alter alterum amat, Amant se mutuò, vel inuicem, vel, Mutuo se amore prosequuntur, Amant inter se. Sunt etiam qui vertant, Amant se vicissim: sed hi viderint. ‖ Nonnunquam & per Vltro citróque vertimus hoc nomen, vt δῶρα πέμπουσι πρὸς ἀλλήλους, vltro citróque mittunt munera. A

Iungitur hoc nomen sæpe etiam cum præpositionibus: vt σὺν ἀλλήλοις, Mutuò, Inter sese. Gregorius, καὶ πρὸς ἦλθεν ἄρτι σὺν ἀλλήλοις καὶ παρ' ἀλλήλων. de se & Basilio loquens. Et μετ' ἀλλήλων, vt σὺν ἀλλήλοις. Aristoteles, ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι. Dicitur & ἐξ ἀλλήλων, vt τοὺς ἐξ ἀλλήλων παιδοποιουμένους Xenophon appellat coniuges. B

Ἀλλήλοις συναφαῖς pro ταῖς ἀλλήλων Aristoteles dixit, in lib. De mundo, ita scribens (si mendosus non est locus) μεγάλοις ἐκλαμβάνεται κόλποις ἀλλήλοις συναφαῖς.

Ἀλλήλους pro ἑαυτοὺς dixisse Thucydidē annotat eius schol. quum tamen alioqui diuersa significare soleant. nam aliud est ἀλλήλους ἀπέκτειναν, aliud ἑαυτοὺς ἀπέκτειναν, vt docet & Eustathius. C

Ἄλληλα etiam dicitur genere neutro, vt ἀλλήλους masculino, ἀλλήλας fœminino. Synesius, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. Idem, δήμῳ γὰρ δὴ καὶ φιλοσοφίᾳ τί πρὸς ἄλληλα; Quid populo & philosophiæ inter sese? id est, Quid populus & philosophia commune habent? Vsurpatur & alio modo πρὸς ἄλληλα: vt quum quædam dicuntur λέγεσθαι πρὸς ἄλληλα, id est Mutuo respectu dici, Dici habito respectu vnius ad alterum. τὰ ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα Quintilianus exponit lib. 5. cap. 10, Quæ ex rebus mutuam cōfirmationem præstantibus ducuntur: Cicero Ex rebus sub eandem rationem venientibus seu cadentibus. D

C. Ἀλλέγγυοι, Duo rei promittendi, Budæus in Commentariis. At in lexico scribit, ἀλληλεγγύους ὑπευθύνους in Pandect. dicuntur duo rei promittendi. Ex ἀλλήλοι & ἔγγυοι.

Ἀλληλέγγυον, ου, τό, Substantiuè positum, Mutua fideiussio.

Ἀλληλεγγύως, Cum mutua fideiussione, Inuicem fideiubendo. ἀλληλεγγύως δανείζειν, Versuram ita facere vt vterque mutuantium vtriusque sit fideiussor, & ita vterque aut omnes in solidum nomen conueniri possint. Bud. in Comm. E

C. Ἀλληλογραφία, ας, ἡ, Mutua scriptio. Ἀμείβεσθαι λόγοις, inquit Eustathius, apud poetas, vbi personæ singulis versibus aut etiam breuius sibi inuicem respondent. quod & ἀλληλογραφία dicitur.

C. Ἀλληλοκτονεῖν, (tanquam ab ἀλληλοκτόνω) Mutuò se interficere, Mutuis vulneribus perire. Potest dici & ἀλληλοκτονοῦμεν, ἀλληλοκτονεῖτε, ἀλληλοκτονοῦσι: & sic in plurali aliorum temporum. Potest autem nominis ἄλληλοι vis & significatio commodissimè exprimi Gallico sermone, in quo dicitur S'entretuer. Vtitur autem verbo Græco Hippocrates in epistola ad Demagetum, ἀλληλοκτονέουσι ἄδοξα, βίῃ φεύγοντες. F

C. Ἀλληλομαχεῖν, Inter se pugnare. pro ἀλλήλοις μάχεσθαι. Gallicè S'entrebattre, composito verbo eodem modo quo Græcè. In præsenti autem singulari ἀλληλομαχῶ non videtur posse dici, habita quidem significationis ratione: nihilo videlicet magis quàm ἀλληλοκτονῶ. G

Ἀλληλομαχία, ας, ἡ, Mutua pugna. Hoc nomen & verbū præcedens ἀλληλομαχεῖν ponit Budæus in suo lexico, sed sine explicatione.

C. Ἀλληλοτομεῖν, Inuicem secare. Ex Budæo in epistolis prioribus hæc citantur verba, ἀλληλοτομούμενοι περίπατοι πρὸς ὀρθὰς γωνίας σταυρηδόν, quæ & explicantur ita, Deambulationes in crucis modum ad rectos angulos secantes, secundum quam expositionem ἀλληλοτομούμενοι esset pro ἀλληλοτομοῦντες. Quanquā potius dicendum erat Sese inuicem secantes. vel (retinendo passiui participii significationem) Quæ inuicem secantur, vel inter se secantur. H

C. Ἀλληλοτυπεῖν, Sese inuicem ferire, Sese mutuò ferire. Exponitur vulgò, Mutuo occursu ferire. Sed huic verbo ἀλληλοτυπεῖν nulla occursus significatio subest. Est enim ex ἀλλήλοι & τύπτειν.

Ἀλληλοτυπία, ας, ἡ, Mutua conflictio, Mutua feritio (vt vertimus ἀλληλοτυπεῖν, Mutuò se ferire) si Latina lingua verbale hoc admitteret. Philo De mundo, ὧν [κόσμων] φθορὰν ἀλληλοτυπίαις καὶ ἐπιπλοκαῖς τῶν ἀτόμων ἀναθέντες, Quæ verba sic reddit eius libri interpres, Quorū [mundorum] ortum attribuunt corpusculis indiuiduis inuicem offensantibus, in occursúque implicitis.

C. Ἀλληλουχεῖν, Connecto, Coaduno. OEcum. in epistolā ad Romanos, ταῦτα δὲ συνάπτει καὶ ἀλληλουχεῖ τοῖς προειρημένοις. Id est Connectit, inquit Budæus. Idem ἀλληλουχεῖν explicat etiam Mutuò se continere, vt fit in serie rerum: citans hæc ex scholiis in Areopagitam verba, τῶν δὲ ὄντων καὶ νοητῶν ὡς καὶ τῶν αἰσθητῶν ὁμωνύμως λεγομένων, τὰ μὲν ἐστιν ἑνούμενα καὶ ἀλληλουχούμενα, τὰ δὲ διηρημένα ἐν ἑτερότητι ἀσύγχυτα.

Ἀλληλοῦχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mutam connexionem habens, siue cohærentiam. Iulianus Serapioni, Θεόφραστος δὲ περὶ τῆς ἐπιφύσεως τῶν δένδρων γράφων ὀκνεῖ ..., καὶ ὅσα ἀλληλούχους ἔχει ... πάντων, οἶμαι, τῶν δένδρων, &c.

Ἀλληλουχία, ας, ἡ, (inquit Budæus) Cohærentia mutua, Series rerum inter se connexarum, Dioscoridi. Dionysius Areopagita, αἱ ξυμμιξίαι τῶν ἑνωθέντων, αἱ ἀλληλουχίαι τῶν ὁμοταγῶν. Idem, καὶ ἐστὶν ἡ διαδικασία ἰσοτης καὶ συνδεσμός, καὶ συνοχὴ τὰ ὅμοια τῇ κατ' αὐτὴν κοινωνικῇ ἀλληλουχίᾳ. Apud eundem Compages exponitur: vbi scribit, ὁ θεὸς πάντων ἐστὶ πλήρωμα καὶ συνοχεύς, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν δημιουργημάτων συσφίγγων. Sic quod Cicero in Catone maiore dixit Cōpages corporis, Gaza ἀλληλουχίας τοῦ σώματος reddidit.

C. Ἀλληλοφάγοι, Sese inuicem deuorantes. Ab Aristotele ἀλληλοφάγοι pro βρωτικοὶ simpliciter ponitur (quod annotat Budæus) De hist. an. 8, πλὴν οὐκ ἀλληλοφάγοι τὰ γένη τὰ οἰκεῖα, ὥσπερ οἱ ἰχθύες.

Ἀλληλοφαγία, ας, ἡ, Mutua deuoratio. quo vtitur & Herodotus: sed apud eum ἀλληλοφαγίη Ionico more scribitur.

Ἀλληλοφαγεῖν, γῶ, Mutuò sese deuorare. De piscibus præsertim dicitur. Aristoteles De historia animalium 8, ἀλληλοφαγοῦσι δὲ πάντες μὲν πλὴν κεστρέως, μάλιστα δὲ ὁ γόγγρος.

C. Ἀλληλοφθορεῖν, Sese inuicem corrumpere, seu perdere. ET Ἀλληλοφθορία, ας, ἡ, Mutua perditio, Mutua consumptio. Plato ἀλληλοφθορίας dixit de animantibus quæ se inuicem conficiunt.

C. Ἀλληλοφόνοι, ων, οἱ, Mutuò se interficientes, Mutua cæde percuntes.

Ἀλληλοφονία, ας, ἡ, Mutua cædes.

C. Ἀλληλοφυεῖς, Ex se inuicem enascentes, Mutuum ortum habentes.

C. Ἐπάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Alius super alium, vel post alium: aut Alter super vel post alterum) Creber & continuus, vt quidem exponitur à Budæo in hoc Alciphr. loco, Epist. 24, ἀλλ' ἤδη καὶ χιὼν πολλὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη. Sic apud Philonem De vita Mosis lib. 1, διὰ τὴν ἐπάλληλον φορὰν crebrum & frequentem lapsum. Apud eundem, τὸ δὲ πλημμελὲς ἐπάλληλοι καὶ τὸ ἑκατέρας μέγεθος, exponitur Altera super alteram pœna. Ἐπάλληλοι itē plurali numero, Crebri, Frequentes, Alii super alios, vel Alii ex aliis, vt Politianus eleganter vertit in hoc loco Herodiani, lib. 1, ἐδεδούλωτο δὲ πάσαις αὐταῖς τὴν ψυχὴν ταῖς αἰσχίστῃ ... καὶ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι τοῦ σώματος ἡδοναί, Quippe quem die nocteque aliæ ex aliis effrenæ corporis voluptates grauissimo seruitio premebant. Possumus etiam (vt opinor) interpretari Aliæ alias excipientes, vel Aliæ aliis succedentes. Apud Philonem in eodem illo opere ἐπάλληλοι φθοραὶ redditur Alternæ interneciones, & ἐπάλληλοι ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, fulgetra & tonitrua alterna crebráque.

Ἐπάλληλα (inquit Bud.) Alia aliis superposita sine intercessione aut interstitio & intercapedine. Et ita ἐπάλληλα opponuntur τοῖς ὑπαλλήλοις, Bud.

Ἐπαλλήλως, aduerbium, Serie continua, & sine intercessione. Diosc. lib. 1, cap. 167, loquens de malis quæ Medica vocantur, φασὶν γὰρ ἐπὶ καρποφορεῖν δι' ὅλου τοῦ ἔτους

ἐπάλληλος: id est, Ita vt fructus nouus veterē excipiat, aliis atque aliis malis succrescentibus, Bud. Eodem sensu Hermolaus, Ita vt antecedentem fructum subnascēs identidem occupet nouus. A

Ἐπαλληλία, Series continua & sine intercessione, Vicissitudo perpetua. Bud. In vulg. lex. Æternitas.

c.1. Ἀμετάλληλος, Creber, pro ἐπάλληλος. Et in plur. ἀμεταλλήλοις κύμασι. Basil. Crebris fluctibus. ‖ Interdum Ἀμετάλληλοι, Alterni, ἐξ ἀμοιβῆς. Bud. ET Ἀλληλαμοιβία, q.d. Alternitas. Item Continuitas, συνέχεια. Bud.

C. Κατάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ordine consentaneo compositus, apud Aristot. Item Congruus, vel Congruens, Consentaneus, Sibi respondens. Bud. Apud Artemidorum, κατάλληλος Proportione respondens, γλῶσσαι σύμμετρον δὲ κατάλληλον ἔχειν τῷ σώματι, καὶ τραχεῖς ἀπηρτισμένας, πᾶσιν ἀγαθόν. Idem in Comm. κατάλληλα (inquit) sunt quæ sibi ordine consentaneo respōdent. Apud eundē Aristot. πρὸς κατάλληλον opponuntur τοῖς παραλλάττουσιν, id est euariantibus, & ordine sibi vel inter se non respondentibus. Apud Polybium κατάλληλα aduerbialiter, τοὺς κατάλληλα ἐφεδρείας τάξεις, serie consequenti & sese ordine excipientes. Quod per nomen etiā dicunt κατ' ἄλληλα: sic & κατ' ἀλλήλους. Quorum exempla vide pag. 248. B C

Κατάλληλα φάρμακα apud Diosc. Ruellius Idonea remedia, Marcellus Congrua medicamenta interpr. Sic κατάλληλον τοῖς φαρμάκοις ἔχει ποιότητα exponitur Medicamentis congruam habet qualitatem. Itidē apud Chrysostomum τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, Cibi ægrotis congruentes & conuenientes.

Καταλλήλως aduerb. (pro quo & κατάλληλα Polybium posuisse modò dictum est) Congruenter, Conuenienter, Cū quadam ordinis velut consequentia, vel Congruenti serie. Citatur ex Naz. εἰς καταλλήλως συνεκφωνεῖται καὶ τὰ ὀνόματα, pro Quæ congruenter vnà cum suis nominibus enuntiantur. D

Καταλληλότης, Congruentia, Series congruens. Item Cohærentia quadrans, Inoffensa rerum ordinisque competētia & concinnitas, Bud.

c.2. Ἀκατάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incongruus, Dissentaneus, Non habens respondentes inter se partes. Item, Incōcinnus, Concinnitatem sibi consentaneam non habens. Aristot. De mundo, τὰ ἐπὶ γῆς ἐστιν ἀσθενῆ καὶ ἀκατάλληλα [?], id est Infirma & concinnitatis sibi consentaneæ expertia, inquit Bud. Qui etiam ἀκατάλληλα καὶ πολλῆς μεστὰ ταραχῆς apud eundem interpr. Dissentanea. Moschopulus solœcismum definit ἀκατάλληλον συμπλοκὴν τῆς λέξεων. E

Ἀκαταλλήλως, Incongruenter, Inconcinnè. Exponitur etiam ἀναρμόστως, sicut Hesychius ἀκατάλληλον, ἀνάρμοστον, ἀκατάστατον.

C. Παράλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo vide infrà. Παράλληλοι & Παράλληλα, Inter se composita, vt quæ sibi mutuò respondeant. Aristot. De cælo lib. 1, ἀκριβέστερα γὰρ τὰ παράλληλα ἡ αἴσθησις, exactior sensus est rerum quum inter se componuntur. vt τὰ ἦθος παρὰ τὸ βελτίστερον. Isocr. ἀεὶ μὲν τῶν πραχθέντων παράλληλα καὶ τῶν κινδύνων αὐτῶν εἴχομεν εἰπεῖν, Hæc igitur habuim⁹ quæ de rebus vtrorumque gestis bellisque susceptis diceremus, horum res gestas cū illorum componendo. Ex cuius imitatione Plutarchus παράλληλα sua vocauit, hoc est, vitas illustrium virorū, quos binos quasi paria componit. Hactenus Budæus. Qui paucis interiectis addit, animaduertendū esse autores ferè aut aduerbialiter vti hac voce, vt fecit Isocrates: aut dictionem compositā soluere, & per accusatiuū loqui quē poscit præpositio: vt in exemplo Aristotelico superius citato. Ex quibus Budæi verbis colligim⁹ eum in illo Aristotelis loco scripsisse τὰ παρ' ἄλληλα αἰσθήματα. Sic autem apud eundem Aristot. in Probl. sect. 17, παρ' ἀλλήλους dicit, διὰ τί οἱ ἀσύμμετροι παρ' ἀλλήλους θεωρούμενοι, μείζους φαίνονται ἢ καθ' αὑτοὺς μόνοι. Cæterùm quæ vocat Budæus Plutarchi παράλληλα, sciendum est ab ipso Plut. παραλλήλους βίους etiam appellari, in Pelopida, p. 1, δι᾽ ὧν ἡμεῖς ἐποιήσαμεν τοὺς ὁμοίους, παραλλήλους ἀναγράφομεν αὐτῶν τοὺς βίους. Non malè autem (meo iudicio) παραλλήλους hic esse dixerimus, τοὺς παραλλήλους ἐξεταζομένους. Est autem παραλλήλους ἐξετάζειν quod Cic. dicere solet contendere, vt Rhet. l. 2, Primùm igitur oportebit leges cō F G H

tendere, considerando vtra lex ad maiores, hoc est ad vtiliores & honestiores, ac magis necessarias res pertineat. Citatur porro illud genus loquendi παραλλήλους ἐξετάζειν ex Isocrate. Quod autem ad παράλληλα attinet aduerbialiter positum, idem Budæus alibi scribit παράλληλα significare etiam Alternis, Vicissim, vt in hoc Aristotelis loco De iuuentute & senectute, ἐὰν δὲ παράλληλά τις ποιῇ τὸ ἀφαιρεῖν καὶ τὴν ἐπίθεσιν. In vulgat. lex. ex eiusdem Plutarchi Lycurgo citatur παράλληλοι σωροὶ καὶ ὁμαλεῖς, pro aceruis similibus & æqualibus. Et ex Thucyd. παράλληλοι τοῖχοι, pro parietibus eregione inter se collocatis. Item ex Diosc. παράλληλα ἄνθη, flores paribus inter se spatiis surgentes.

Παράλληλοι, Circuli. Plinius lib. 6, cap. 33, Plura sunt autem hæc segmenta mundi quæ nostri circulos, Græci παραλλήλους appellauere. Idem alibi, Paralleli dicuntur circuli sphæræ qui ad eundem polum constituti finiuntur. Hæc Plinius. Vulgò autem παράλληλοι κύκλοι exponuntur circuli æqualem distantiam ex omni parte inter se habentes. Itidem παράλληλα in sphæra, lineæ rectâ paribusque inter se spatiis in altum surgentes, vel Lineæ in continuum protractæ æquali spatio inter se distantes. Parallela (inquit vetus quidā scriptor excussus cum iis qui de limitibus scripserunt) id est alternæ rectæ lineæ nuncupantur quæ in eadem plana superficie collocatæ, atque vtrinque productæ, in neutra parte concurrunt. At verò apud Dioscoridem παράλληλοι γραμμαὶ quidam lineas inter se æquales, quidam discurrentes lineas interpretati sunt.

Παράλληλος æquidistans exponitur à Bud. in hoc Polybii loco, ἅμα γὰρ τῇ κεφαλαιγγίας παράλληλοι τῆς ἀσπίδος τῆς ὀφρύσι τῶν καὶ πετρῶν. Ibidem affertur ex Strabone, ἀπὸ δὲ τῆς αἰγιαλοῦ παράλληλος ὁ Ῥίνος τῇ Πυρήνῃ. vbi tamē aliter accipitur.

Ἐκ παραλλήλου apud Syn. exponitur Ex altera parte, vel Altrinsecus, epist. 139, ἀλλ' οὖς ἔχει κατοπτῶν ἐκ παραλλήλου τὴν μνήμην. Ἐκ παραλλήλου grammatici poni dicunt voces synonymas quæ velut inter se componuntur, vt πυρὸς ἴσως, & apud Hom. βάλλ' ἴθι.

Παραλλήλως, Per duorum inter se compositionem, Duo inter se componendo. Exponitur etiam Compositè, Comparatè. Aristot. De mundo, vbi loquitur de Deo, καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ζῆνα, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν δι' ὃν ζῶμεν, Vocant autem & Δία & Ζῆνα, coram compositis nominibus altrinsecusque sitis, quasi dicas δι' ὃν ζῶμεν, vel δι' ὃν ζῆν. Si enim eregione quasi ἐν τῇ συνεχείᾳ hæ duæ voces componantur, erit Δία Ζῆνα, quasi δι' ὃν ζῆν ἔξεστι.

C. Παραλληλόγραμμον, ου, τὸ, Spatium quod lineis parallelis cōtinetur, Bud. ex Boethio. Idem Bud. ex eodem, παραλληλόγραμμα, inquit, Formæ geometricæ alternis lateribus conformatæ, in quibus ex aduerso anguli & latera constituta sunt inter se æqualia. Affert & παραλληλόγραμμον σχῆμα ex Strabone, qui de Narbonēsi Gallia loquēs, scribit, ἐστὶ δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πως ἐπί. Et ex eodem παραλληλόγραμμα χωρία. Ptolemæo autem παραλληλόγραμμος πίναξ tabula est oblonga forma, vt idē Bud. scribit.

Παραλληλία apud grammaticos, literarum in eadem voce collocatio, aliarum iuxta alias, vt quum dicunt in δίδοσθε esse παραλληλίαν τῶν δ, ideóque dici δίδοσαι.

Παραλληλίζω, Compono inter se & comparo. Eustathius παρ' ἀλλήλοισι πίπτον (quod est apud Homerum Il. Δ,) postquā exposuit, ἐγγὺς ἀλλήλων, subiungit. Vnde παραλληλίζειν dicitur ἐπὶ παραθέσεως, ἤτοι συγκρίσεως. Sed pag. 437, παραλληλίζει & ἀλλήλαις ἐπισυνάζει pro eodem ponit. HINC Παραλληλισμὸς apud eundem paulo pòst, qui & ὁ ἐκ παραλλήλου σχηματισμὸς ab eo appellatur: qui vel sententias similes, vel voces, alias aliis adnectit. Hæ autem voces παράλληλοι aut σύζυγοι, inquit, aut παράλληλοι: quæ vel per ταυτότητα fiunt, vel per ὁμοιότητα. Per ταυτότητα fit παραλληλισμὸς, (q.d. per identitatem, id est eiusdem vocis repetitionem) is quidem qui est ἐν συνθέσει, id est compositione, vt πάμπαν: qui autem ἐν παραθέσει, id est appositione, vt ναίω ναίω, & πάλαι πάλαι, apud comicum (id est apud Aristopha-

nem: quem κατ' ἐξοχὴν ille vocare solet comicũ. quod quidam non intelligentes παρὰ τῷ κωμικῷ interpretati sunt Apud comicos) Per ὁμοιότητα autem (id est similitudinem) fit παραλληλισμὸς, ἐν συνθέσει quidem, id est in compositione, vt γεώπεδον, μυθολογεύειν, λογολεσχεῖν: at ἐν παραθέσει, id est in appositione, vt λίαν πάνυ, & τυχὸν ἴσως. Plura vide pag. 437.

C. Ὑπάλληλος, Subalternus: vt ὑπάλληλοι ἐπιστῆμαι apud Aristotelem exponitur Artes subalternæ. Vocãtur autem & αἱ ὑπ' ἀλλήλας ἐπιστῆμαι ab eodẽ. Et ὑπάλληλον quodcunque sub altero locatur, & alteri subest. Porphyr. in Isagoge, τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰδικωτάτων ἄχρι τοῦ γενικωτάτου ἀνιόντα γένη τε λέγεται καὶ εἴδη ὑπάλληλα, vt Agamemnon locatur sub Atrida tanquam genere, Atrides sub Pelopida, & ita deinceps.

C. Μισάλληλος ET Φιλάλληλος, vel potius Μισάλληλοι & Φιλάλληλοι plurali numero, Mutui osores, Mutui amatores, vel Mutuo odio se prosequentes, Mutuo amore se prosequentes. ET Μισαλληλία, Φιλαλληλία, Mutuũ odium, Mutuus amor.

¶ Ἀλλαλίζειν, Aliud atque aliud dicere, Aliter atque aliter loqui. ἀλληλίζειν, inquit Hesych. ἄλλως καὶ ἄλλως λέγειν. Quod quidam exposuerunt etiam, Non sibi constare in sermone, sed eum variare.

Ἀλληλίζεσθαι est eidem τὸ ἀλλήλοις ἐπιχειρεῖν: pro quibus reponi solet ἀλλήλοις ἐπιχειρῆσαι: vt sit Insidiari sibi mutuó.

ἍΛΣ, ἁλός, ἡ, Mare. Hom. Od. μ, — πέρης ἁλὸς ἀτρυγέτοιο. Apud eundem variis locis, πολιῆς ἁλός, & ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, & ἁλὸς πολυβενθέος. Item datiuus ἁλί, & accusatiuus ἅλα. Est enim poeticum hoc nomen: carmini autem cum prosa commune est θάλασσα.

Ἅλες, ἁλῶν, ἁλσί, ἅλας. plurali numero, Sal: vt etiam pluraliter dicunt πυροί pro tritico, & alia nonnulla. Hom. Od. λ & ψ, — οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν. Apud Athenæum lib. 11, συναλίζεσθαι ὁμολογουμένως ἁλῶν. Plutarchus περὶ πολυφ. Τὸν θρυλούμενον ἐκεῖνον χρόνον τῶν ἁλῶν συγκαταδεδοκὼς μέδιμνον. Pausanias Atticis, μηδὲ ἁλῶν ὑπάρχειν τι χρῆσθαι. Vbi & Homeri locum modò positum citat, planè in eo intelligens ἅλεσι pro Sale. quod ideo dico quia nonnulli in eo per ἅλας marina edulia intelligenda putauerunt, vt docet Eustathius. Ἅλς autem numero singulari pro Sal, non memini me apud vetustum aliquem scriptorem legere: nisi quum dicitur ἅλς Ἰνδικός, sal Indicum: ἁλὸς ἄνθος, flos salis. & siquæ appellationes huiusmodi. ‖Ἅλες, Sales, Sermonis lepos & vrbanitas. Plutarchus Sympos. ϛ. Vide Budæum.

‖Ἅλες, Conuictus & communio, & sodalitatis necessitudo. Æsch. De fal. leg. τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δεῖν ἔφη ποιεῖσθαι, οὐκ ὢν ἐπιχώριος (εἰρήσεται γὰρ) οὐδ' ἐγγενὴς ἡμῖν, id est, Legationis societatem & sodalitiũ publicum (quale est eorum qui simul legationem obeunt) magni pendere oportere inquit ille, qui nec ciuis noster, nec indigena est. Hæc Budæus. Aristoteles Ethic. 8, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι, id est, Nam iuxta prouerbium, alter alterum nosse nõ potest priusquam salem quem dicunt cõsumpserint. Hoc est (inquit Budæus) Ante diutius cõtractam exercitámque sodalitatem. Dicit autem Aristoteles, meo quidem iudicio, τοὺς λεγομένους ἅλας pro τὸν λεγόμενον ἁλῶν μέδιμνον, vt in modò citato Plutarchi loco legitur. Chrysostomus, ἁλῶν κοινωνοῦντες pro Sodales, Conuictores. Demosthenem autem imitatus videtur esse Chrysostomus, qui in oratione contra Midiam ita loquitur, εἰ δὲ ἁλῶν μὲν κοινωνήσας καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἰργασμένος ἐπιορκεῖ. ita enim legitur hic locus in optimis & vetustissimis codicibus, non autem vt in vulgatis editionibus, atque adeo in Aldina, εἰ δὲ ἀλλαχοῦ μὲν καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος.

Ἅλοθεν & Ἅλαδε, Aduerbia, pro Ex mari, ἐξ ἁλός: & Ad mare, εἰς ἅλα: vt ἅλαδε προερύσσαμεν, apud Homerum.

C. Ἁλοσάχνη, Spuma maris, secundum Hesychium, apud quem diuisim scriptum habetur ἁλὸς ἄχνη. Aristoteles De hist. anim. lib. 9. cap. 14, de nido alcedinis loquens, ἡ νεοττιὰ παρομοία ταῖς σφαίραις ταῖς θαλαττίαις ἐστὶ καὶ ταῖς καλουμέναις ἁλοσάχναις, πλὴν τοῦ χρώματος, id est (Gaza interprete) Nidus marinæ similis pilæ, & iis quæ à flore maris halosachnæ dicuntur. Idem Aristoteles statim pòst, καὶ κόπτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ οὐ ταχὺ διακόπτεται, ἅμα δὲ κόπτοντι καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. Vbi idem Gaza ἁλοσάχνην florem aridum maris interpretatur.

C. Ἁλοσύδνη, dicta vna Nereidũ, aut ipsa Amphitrite, ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ σύεσθαι, apud Homerum. A quibusdam Mare, à nonnullis Aqua maris explicatur, quasi ἁλὸς ὕδωρ, non assentiente Eustathio, quem consule.

C. Ἁλιαής, έος, ὁ καὶ ἡ, Per mare flans, In mari flans. vnde venti ἁλιαέες apud Homerum: vt Od. δ, — οὐ δὲ ποτ' οὖροι Πνείοντες φαίνονθ' ἁλιαέες.

C. Ἁλίβρεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari immersus, vel aspersus, aut madefactus. in Anthol. epigr.

C. Ἁλίβρομος, ὁ καὶ ἡ, Marifremus, vno verbo. id est, Marinum quendam fremitum edens. Pan ἁλίβρομος, vt ait Sophoclis schol. ὅτι τῆς ἠχοῦς ἐρᾷ. πολύηχος δὲ ἡ θάλασσα.

C. Ἁλίβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari irriguus, Qui mari abluitur. vt apud Apoll. Argon. 2, πέτραι ἁλίβροχοι.

C. Ἀγχίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari vicinus, Maritimus apud Nonnum.

C. Ἁλιγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, Mari genitus. Venus ἐπιθετικῶς dicitur ἁλιγενής, quia est orta mari, vt canit Ouidius. Saligena vno verbo Erasmus vertit: hoc verbum fingens (vt opinor) ad imitationem illorum Martigena, Nubigena, Terrigena.

C. Ἁλιδινής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari versatur, Qui per mare circumagitur: vt ἐμπορίης ἁλιδινέος apud Dionysium De situ orbis. vbi tamen alii codices habent ἁλιμηδέος.

C. Ἁλιδύω, Submergo in mari, pro ἁλὶ δύω. Dicitur & ἁλιβδύω, per Æolicum literæ β pleonasmum. Ἁλιβδῦσαι, inquit Hesych. ἀφανίσαι, id est Abolere, Exterminare.

C. Ἁλίδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per mare currẽs, Mariuagus. Apud poetas ναῦς (id est nauis) dicitur ἁλίδρομος epitheticé. Latini naues pontigradas dicunt, quod ad verbum respondet alii epitheto ποντοπόροι.

C. Ἁλίζωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari cinctus. ἁλίζωνος Κόρινθος, in Anth. epigramm. quæ & ἀμφίαλος.

C. Ἁλιήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt apud Euripidem ἁλιήρης κώπη, i. ἡ ἐρέσσουσα κατὰ τὴν θάλασσαν, Qua remigant in mari.

C. Ἁλίκρας, Mari (i. marinæ salsugini) cómixtus, cum accentu in penult. vt ait Eustath.

C. Ἁλικρείων, Maris regnum obtinens, Regnans in mari. ὁ τῆς ἁλὸς κρείων: vt dicitur ἀρχικρείων.

C. Ἁλικρηπὶς γαῖα, Maritima ora exponitur apud Nonnũ, quasi habens fundamentum ad mare.

C. Ἁλιμέδων, οντος, ὁ, Mari imperans, Neptuni epithetum, cui synonymum est ποντομέδων.

C. Ἁλιμηδής, έος, ὁ καὶ ἡ, In mari agitans cõsilia, In mari sollicitus: vt ἁλιμηδὴς ἐμπορίη, negotiatio in mari sollicita, apud Dionysium De situ orbis.

C. Ἁλιμυρήεις, εντος, ὁ, In mare cum sonitu quodam aut fremitu fluens. Odyss. ε, Καὶ τὸ μὲν εἰς ποταμὸν ἁλιμυρήεντα μεθῆκε.

Ἁλιμυρής, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem Apoll. Arg. 1, Αὐτὴν ὑπὲρ ἐκ πέτρης ἁλιμυρέος.

C. Ἁλινηχής, έος, ὁ καὶ ἡ, In mari natans: vt ἁλινηχὲς κύμα, in Anth. epigr. Ex ἁλί datiuo & verbo νήχομαι.

C. Ἁλινήκτειρα gen. fœmin. idem quod ἁλινηχής. vt ἁλινήκτειρα ἐλαία, in Anthol. epigramm. ad verbum, Olea in sale natans, id est (opinor) Olea plurimæ muriæ immersa. Hui⁹ autem epitheti terminatio videtur à νηκτής formata. nam à νήχομαι deductum νηκτὴς sonat Natationi aptus, aut Natandi facultatem habens.

C. Ἁλιοτρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari alitur. In vulg. lex. ex Odyss. Homeri.

C. Ἁλίπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sale conspersus: vt ἁλίπαστον κρέας, & ἁλίπαστον χοιρίον, τὸ ἁλσὶ πεπασμένον, apud Eustathium.

‖Est etiam ἁλίπαστος, Mari seu aqua marina aspersus, in Anthol. Epigr.

C. Ἁλίπεδον, ου, τό, ad verbum sonat Marisolum, id est, Solum quod aliquãdiu mari coopertũ fuit, rursum autẽ campus esse cœpit, & aratum fuit. Propriè igitur ma-

titimus campus, sed per catachresin quilibet campus. Ita Suidas. Hesychius habet duntaxat, ἀλίπεδα τὰ παρὰ τῇ θαλάσσῃ πεδία, id est, Mari adiacentes cāpi. Secundū quosdam ἀλίπεδον quasi ἁλὸς πέδον: secundum alios παρὰ τὸ ἀλινδεῖσθαι ἵππους ἐν αὐτῷ δύνασθαι.

C. Ἁλίπλαγκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mariuagus, Pontiuagus. apud Sophoclem in Aiace, ὦ παῖ Πανὸς ἁλίπλαγκτε. vbi scholiastes huius epitheti rationē reddens, ait, ὅτι ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις τιμᾶται, ἔνθα πλάζεται ἡ θάλασσα. id est, Quia in promontoriis colitur, vbi vagatur mare. Reddit & alias huius epitheti rationes, quas apud eum vide.

C. Ἁλιπλανής, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁλίπλαγκτος, in Anthol. epigr. Illud fit à πλανᾶν, hoc à πλάζω: vtrunque præfixum habens datiuum ἁλί.

Ἁλιπλανία, ας, ἡ, Erratio, siue Error per mare, in Anthol. epigramm.

C. Ἁλίπλοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per mare nauigans. Apud Homerum ἁλίπλοα τείχεα, Muri supernatantes mari, vel muri in mare demersi, ita vt illis mare supernatet. inquit Hesych. Locus est Il. μ, – ὗε δ' ἄρα Ζεὺς Συνεχὲς, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη.

C. Ἁλίπνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Odorem maris habens, Mare spirans, Mare redolens. Apud Musæum.

C. Ἁλιπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marinæ purpuræ colorem habens, vt ἁλιπόρφυρα φάρεα apud Homerum, Vestimenta purpura marina tincta. aut Vestimenta colorem habentia maris πορφύροντος. Vide πορφύρω.

C. Ἁλίρροος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marifluus, Circa mare vel ad mare fluens. Aut, In mare fluens. Vide proximè sequens ἁλίρροθος.

C. Ἁλίρροθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marifluus. πόροι ἁλίρροθοι Sophocli in Aiace dicuntur Fluuii in mare fluentes cum sonitu, vt ait scholiastes. Inuenitur & ἁλίρροθος ἀκτὴ, pro Littus quod fluctibus marinis agitatur. ‖ Videtur autē dici ἁλίρροθος pro ἁλιρρόθιος, ex ἅλς ἁλὸς, & ῥόθιον, id est fluctus. atq; adeo reperitur ἁλιρρόθια fœmininū genus habens seruatum ι, in Anthol. epigr. – ἁλιρρόθια ξεῖνε κέκευθε νῆσος. ‖ Verùm notandum est quum ῥόθος dicatur fluctus, itidem ῥόθιον diminutiui forma: ab vtroque substantiuum formatum. nam ἁλιρρόθους Hesychius exponit fluctus maris: Suidas ἁλιρρόθιον itidem fluctum maris. Dicemus ergo ἁλιρρόθους quasi ἁλὸς ῥόθους, & ἁλιρρόθιον quasi ἁλὸς ῥόθιον. Apud Hesychium quidem certè ἁλιρραίθους cum αι habetur, sed non sine manifesto mendo.

C. Ἁλιστρεφής, ου, ὁ καὶ ἡ, Actus aut versatus in mari, Circūactus in mari. ναῦς ἁλιστρεφής, Nauis quæ circūacta est, aut circūmagi solet, vel potest. q. d. Nauis in mari versatilis.

C. Ἁλιστρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari voluitur, vel circumagitur, Qui in mari vertitur, seu versatur. ἁλιστρεφεῖς νῆσοι apud Musæum, insulæ mari circundatæ, vt vulgò exponitur: quum tamē propriè hoc epithetū sonet id quod dixi.

C. Ἁλιτενής, έος ὁ καὶ ἡ. Dicitur ἁλιτενὴς τόπος maritimus vel mari adiacens locus, quasi ad mare extensus. ‖ Itē ἁλιτενὲς dicitur demissum & humile. ταπεινὸν, vt Hesych. & Etymologistes habent. Ex datiuo ἁλὶ & τείνω, vt opinor. Ideo autem humile puto significari per ἁλιτενὲς quòd soleant demissiora esse quæ mari adiacent loca. Ἁλιτενὴς θάλασσα, inquit Budæus, Vadis frequens & breuibus, vt in littore. Appianus, ὡς τῆς θαλάσσης οὔσης ἁλιτενοῦς καὶ μεγάλαις ναυσὶν οὐκ εὐχεροῦς, id est (Baysio interpr.) Propterea quòd mare illic esset vadosum minimèque capax magnarum nauium.

C. Ἁλιτέρμων, ονος, ὁ, Mari cōterminus, vel finitimus. in Anthol. epigr.

C. Ἁλιτρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui ex mari viuit, Qui ex mari alitur. id est, vel esu piscium marinorum, vel etiam eorum piscatu: vt ipsi piscatores, qui sua arte victum sibi quærunt. Vtitur Nonnus.

C. Ἁλίτροπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vertitur in mari, Qui versatur huc illuc in mari & iactatur. Phocylides, Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἁλίτροπον ἐσθ' ὑποδέξαι.

C. Ἁλίτροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, In mari educatus. In vulg. lex. Græcolat. exponitur Marinus, non expressa vi cōpositionis.

A C. Ἁλίτρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, In mari vexatus. ἁλίτρυτος κύμβη, cymba mari vexata, in Anthol epigr. ἁλίτρυτοι χεῖρες apud Nonnum, manus in mari fatigatæ & labore vexatæ. de piscatoribus dictum.

C. Ἁλίτυρος, ου, ὁ, Caseus sale aspersus, in Anthol. epigr.

C. Ἁλιφθόρος, ου, ὁ, Perdens in mari, Prædo marinus. in Anthol. epigramm. Ibidem Ἁλιφθορίη ναυτῶν, Perditio nautarum in mari: accipiendo perditionem passiuè. Vno verbo Naufragium.

C. Ἁλίφλοιος, ου, ὁ, Maricortex, ad verbum, aut Salicortex.

B Species roboris seu quercus, vt ex Theophrasti Hist. pl. lib. 3, cap. 9, adnotatur in vulgat. lex. Græcol. Sed habēt Salsicortex: ego malim Salicortex: vt ἁλιγενὴς vertitur vno verbo Saligena, accipiendo salum pro mari.

C. Ἁλίχλαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex mari lænam habens. id est, vt opinor, lænam purpuream habens, videlicet conchæ marinæ sanguine tinctam.

C. Ἁλουργὸς, οῦ, ὁ, Purpureus, vel (vt quidam loquuntur) Purpurisseus. A nonnullis & Violaceus exponitur. De purpuræ colore intellexit Etymologistes, secundum

C quem ἁλουργὸν dicitur quasi ἁλὸς ἔργον, id est maris opus: quòd videlicet ex marina concha fiat. Sed non dubium est quin ἁλουργὸς, à purpuræ colore ductū, longius postea significationē suam extenderit. Arcus cælestis primus color est φοινικοῦς: secundus autem, ἁλουργὴς & πορφυροῦς: vt Budæus tradit ex Plutarcho De philos. placitis. Idem in suo lexico scribit, Ἁλουργὸν, idem quod οἰνωπὸν, τὸ ἐκ τῆς θαλάττης πορφυροῦν. Sed quid sit color ἁλουργὸς, omnium optimè docet Aristotelis locus in libro De coloribus: vbi ait vuarum botros habere colorem οἰνω-

D πὸν, dum maturescunt: quum autem nigrescunt, colorem φοινικοῦν in ἁλουργὸν mutari. Plato in Timæo ait ἁλουργοῦν esse rubrum cum albo nigróque permixtū. ἐρυθρὸν δὲ, inquit, μέλανι λευκῷ τε κραθὲν, ἁλουργοῦν. Vbi notandum ἁλουργοῦν pro ἁλουργὸν, factum quasi ex ἁλουργέον.

Ἁλουργὸν pro substantiuo positum reperiri quidam tradūnt, subaudito nomine χρῶμα, vel ἱμάτιον: vt ἁλουργῆ pro ἱμάτια ἁλουργῆ inuenitur. Sed & ἁλουργοὶ ex Plutarcho citatur substantiuè positum, subaudito nomine

E ἐσθῆτες. Etymologiam autem huius nominis esse dixi à nomine ἅλς ἁλὸς & ἔργον: vt sit ἁλουργὸν quasi opus marium. vnde ἁλουργὰ Etymologici autor exponit πορφυρᾶ, & ἁλουργίδα vult esse πορφύραν. hæc autem fit ex marina concha. Hesychius quoque ἁλουργὲς ait esse πορφυροῦν.

Ἁλουργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁλουργός. vt ἁλουργῆ ἱμάτια, Vestes purpurissæ. Athen. 11, ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχετο ἱμάτια. Aliquando ἁλουργῆ subaudito substantiuo ponitur per se: vt ἁλουργῆ ἀμπεχόμενος quidam dixit. ἁ-

F λουργὲς γὰρ (inquit Hesychius) τὸ ἐκ τῆς θαλαττίας πορφύρας ὕφος.

Ἁλουργὶς, ίδος, ἡ, Vestis certum genus, coloris purpurei seu violacei, vel potius coloris ἁλουργοῦ. nam quis sit is ex iis quæ diximus patet: quo autem nomine Latino appellandus, non constat. Etymologici autor ἁλουργίδα exponit πορφύραν, id est purpurā. Trabeam (inquit Lazarus Baysius) Græci ἁλουργίδα vocant. Plutarchus in Romulo, αὐτὸς δὲ φοινικίδα μετὰ τῆς ἀρίστου ἁλουργίδι κεκοσμημένος. ‖ In vulg. lex. Græcol. annotatur

G ἁλουργὶς pro phaleris purpureis positum reperiri, item pro stragulo purpureo, apud Lucianum.

Ἁλουργοειδὴς ab Hesychio exponitur πορφυροειδής. Videtur autem nihil aliud esse ἁλουργοειδὴς quàm ἁλουργὴς, quod modò explicatum fuit.

c. 2. Ἁλουργοπώλης, ου, ὁ, Venditor purpuræ. vt ἁλουργὰ transferre purpuram nobis permittamus. Aristot. in Mechanicis. ‖ Ἁλουργοπώλιον, Locus vbi purpura venditur. Item, Purpuraria officina. ‖ Ἁλουργοπωλικὴ Isæo, quæ πορφυροπωλικὴ appellatur, inquit Suidas. In

H quibus subaudiri puto substantiuū τέχνη. q. d. Purpuræ venditoria ars.

c. 2. Παραλουργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Attextam habens purpuram. παραλουργὲς (inquit Pollux) τὸ ἑκατέρωθεν παρυφασμένον ἔχον πορφύραν. Quod & πάρυφος, & Ionicè πεζοῦλις, vt idē scribit. ‖ Παραλουργὶς, muliebris vestis (sicut

ἁλιουργὶς virilis)apud eundem:ea nimirum quæ(vt credibile est)ita attextam habebat purpuram.

Γαρςαλουργεῖς, Minus honorati, Qui minore sunt in pretio.q.d. παραβαρεῖς, inquit Hesych.

c.2.Περιαλουργής, q.d. Circumpurpuratus. Apud Aristoph. in Lysistrata, metaph. περιαλουργὸς κακοῖς pro Tinctus malis, vel Profundus malis, ὁ βαθὺς τοῖς κακοῖς (inquit Suidas, qui & alterius expositionis est autor) id est (vt opinor) Qui profunda mēte mala excogitat. Ducta metaphora à concha qua vtuntur ad tingendam purpurā: illa enim è profundo mari eruitur.

Alterum compositorum genus.

C. Αἰγίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (accentu in antepen.) Mari vicinus, Ad mare seu prope mare situs, Maritimus, Littoralis. vt δάφνη αἰγίαλος, Apoll. Argon.2, Χελιδὼ αἰγίαλον vocat Hom. Iliad. β, παραθαλασσίαν, Maritimam. quæ & αἰγιαλάτιος in prosa dici posset. Scribitur & αἰγχίαλος cum α habente superpositum spiritum asperum. de qua scriptura lege Athen. & Eustath.

Αἰγίαλος, proprium est nomen, inquit Hesych. Intelligit autem viri proprium, vt ex Eustathio liquet, qui αἰγίαλος proparoxytonè & nomen proprium esse ait, & nomen adiectiuum: item vrbem Thraciæ, quæ & αἰγιαλη. (Hoc autem αἰγιαλη legitur & apud Stephanum: sed magno errore ibi πόλις Σικελίας pro πόλις Κιλικίας scriptum est.) Alibi tradit idem gramm. hanc vrbē à Philopono αἰγιαλὸν appellari ἀξυτόνως. Viri autē proprium nomen est apud Hom. Od. α, v.181, Μέντης Αἰγιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι Υἱός.

Αἰγιαλὸς, accentu in vlt. Funis nauigii, inquit idem Eustath. aut vrbs Thraciæ, quæ & αἰγίαλος, vt modò dictum est.

C. Ἀμφίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circunquaque habens mare, siue Vtrinque mare habēs (sicut ἀμφιθάλασσος Polluci, ἡ ἑκατέρωθεν ἔχουσα θάλασσαν, vt Corinthus) Circundatus vel cinctus mari, vt circundantur insulæ. Hesychius ἀμφίαλος exponit ὑπὸ τῆς θαλάσσης περιεχομένη πάντοθεν. vnde νήσου(id est insulæ)epithetum est ἀμφίαλος, sicut & ἀμφίῤῥυτος. Sciendum est autem qui αἰγίαλος scripserunt cum ἁ(de qua scriptura modò dixi) eosdem & ἀμφίαλος scripsisse.

C. Ἔξαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Extans mari(vt dicitur Extare aquis) Extra mare positus. Cui opponitur ὕφαλος: vt apud Lucianū, καὶ τὰ μὲν ὕφαλα τῆς νεὼς κατέχαρα, τὰ δὲ ἔξαλα, ἄμορφα. Idem, οἱ μὲν οὖν ἐρίται τὸ σκάφος ἔξαλον ἐς γῆν ἀνασπάσαντες, id est, A mari subductum, inquit Bud. Qui addit, à Strabone ἔξαλον appellari, pag. 131, Remotum à mari. Apud Polybium ἔξαλος πληγὴ, quæ extra aquā siue paulo supra aquam infertur, Baysio interprete in his lib. 16 locis, αὐτὸς μὲν ἔξαλον ἔλαβε τὴν πληγὴν, &, ἐξάλους ἐλάμβανον τὰς πληγάς. Vide infrà & ὕφαλος πληγή. | Ἔξαλος, E mari exiliens. Oppianus de piscibus, ἐξαλοβάτοισι.

C. Ἔφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Ἐφάλιος, Ad mare situs, Maritimus. Vtrunque enim dici volunt. sicut πάραλος & παράλιος. Il. β, Κρουνοί τ' ἔφαλον. | Sunt qui ἔφαλον opponi etiam velint τῷ ὑφάλῳ: & ita idem fuerit quod ἔξαλος modò expositum.

C. Πάραλος, ου, ὁ & ἡ, ET Παράλιος, Maritimus. Soph. Aiace, πόροι ἁλίῤῥοθοι, πάραλα τ' ἄντρα. Sic πάραλος γῆ apud Thucydidem(cuius locum proferam infra) παραθαλάσσιος, vt schol. exponit. At πάραλος στρατὸς ex Herodoto citatur pro classe. Παράλιος in soluta oratione vsitatius est.(vnde & illud per hoc explicari solet) Plut. De prud. anim. τοὺς νησιώτας καὶ παραλίους. Philo De mundo, οὐ παράλιοι μόνον ἀλλὰ καὶ μεσόγειοι μοῖραι κατεπόθησαν. Et παραλία πεύκη Theophr. Maritima pinus. Et παραλία (sub. χώρα) maritima ora. Plut. Pericle, αἱ τῆς παραλίας πόλεις. Aristoteles Rhet. 3, ἀποπνευσθεὶς πρὸς τὴν παραλίαν. Et παραλία(sub. χώρα) maritima ora. Thucydid. lib. 2, Πελοποννήσιοι ἐπέπλεον τῆς Ἀττικῆς ὄντες ἐν τῇ παραλίᾳ. Quos ad locos pertinet quod annotauit quidam, Atticam peculiariter παραλίαν fuisse dictam. Παραλία (inquit Hesych.) ἡ Ἀττική. ἔνθεν καὶ ἡ ναῦς πάραλος. Eodem modo παράλιοι dicti οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες. Scio tamen apud Suidā legi πάραλοι, & ita eum scripsisse manifestū est: quum tradat παράλους appellatos fuisse non eos solùm qui naue paralo dicta vehebantur, verumetiam eos qui maritimam Atticæ oram incolebant: cæteros autem, πεδιαίους & διακρίους. Sed apud Hesychium habemus παράλιοι: itidemque à Plutarcho eadem de re loquente παράλιον fit mentio, sicut & πεδίον, non πεδιαίων. Eius enim verba sunt in Polit. præcept. διὸ βέλτιστα Σόλων ἔλαβεν ἀρχὴν, διεστώσης εἰς τρία μέρη τῆς πόλεως, τὸ τῶν διακρίων λεγομένων, καὶ τὸ τῶν πεδιέων καὶ τὸ τῶν παραλίων. (Sunt autem qui πεδιαίων hic scribant, vt & alibi mihi legisse videor) habet tamen πεδιέων & Aristoph. schol. idem describens) Idem verò Plutarchus in Erotico παράλους, ὑπακρίους, & πεδιεῖς vocat, appellans τρεῖς στάσεις. Sed non dubito quin pro πεδίων, vel πεδιέων vel πεδιαίων apud eum reponendum sit. Thucydides autem πεδίον ea significatione dixit, & τὴν πάραλον γῆν, libro 2 ita scribens, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐπειδὴ ἔτεμον τὸ πεδίον, παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην. | Pro παραλία autem, id est maritima regio, dicitur interdum à poetis παῤῥαλία metri causa, seu παῤῥαλίη. | Παράλια, τὰ, Festi nomen, Athen. & Eustathio. | Παράλιοι ὄρνιθες apud Sophoclem Marinæ aues potius quàm maritimi.

Πάραλος, Nauis apud Athenienses, quā(sicut & altera cui Salaminiæ nomen erat) ad certos tantùm vsus adhibebant. Quod testatur Plutarchus in Politicis præceptis, ita scribens, ὡς γὰρ ἡ Σαλαμινία ναῦς Ἀθήνησι καὶ ἡ πάραλος οὐκ ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀναγκαίας καὶ μεγάλας κατεπέμπετο πράξεις. Hinc & Pitholaus apud Aristotelem Rhet. 3, τὴν πάραλον appellauit ῥόπαλον τοῦ δήμου. Ab Hesychio vocatur πάραλος nauis sacra: sicut & alibi Σαλαμίνιος(ita enim apud eum scriptum est) dicitur esse μία τῶν ἱερῶν νεῶν. Suidas hasce duas, triremes fuisse dicit (addēs itidem sacras) quæ celeritate præstarent, atque adeo velut celeres quædā ministræ essent. Scholiastes Demosthenis duabus hisce sacris triremibus (nam & ipse ita vocat) tres postea fuisse additas scribit, quarum nomina essent, Antigonis, Ptolemais, Ammonias. A Suida duæ tantùm recensentur quæ illis accesserint, Antigonis & Demetrias. Idem schol. Demosth. πάραλον à Paralo quodam heroe nomen accepisse tradit: quod & apud Suidam legimus. At Hesychius vult πάραλον dictam esse ἀπὸ τῆς παραλίας Ἀττικῆς. Quod etiam voluisse puto ipsum Dem. scholiasten, quum post etymologiam à Paralo filio Periclis, aut Paralo heroe, (cui ille ὁμώνυμος) subiungit, διὰ τὸ πλεῖν τὴν παραλίαν, τουτέστι τὴν Ἀσίαν καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. αὕτη γὰρ ἀπεστέλλετο πρὸς τοὺς συμμάχους, εἴ τι βούλοιντο σημαίνειν οἱ Ἀθηναῖοι. Sed omnino addenda fuerit disiunctiua particula ἢ ante διὰ τὸ πλεῖν: vt dicat nomē inuenisse ab heroe Paralo, ἢ διὰ τὸ πλεῖν. Illud enim διὰ τὸ πλεῖν ad heroem non referri, ostendunt quæ sequuntur, αὕτη γὰρ ἀπεστέλλετο &c. Cæterùm naue paralo vti solitos Athenienses tradit Suidas ad publica negotia: Salaminia autem εἰς τὰ θεωρικὰ, id est, in ea theoros solitos mitti Delphos. Sunt qui contrà hoc parali nauis officium fuisse putent.(& apud ipsummet Suidam in alio loco hæ nominibus tantùm differre putantur) illis autē Aristophanis schol. subscribit. Sed παράλῳ varios fuisse vsus, prout varia occurrebant publica negotia, ex multis autorum locis colligere possumus. Demosth. schol. & Suid. volūt ea vti solitos ad reuocandos domum è peregrina regione duces, vt ad reuocandum è Sicilia Alcibiadem. Addunt nonnulli, ad reuocandos aut euocandos eos duces quibus dicenda causa esset. quod sanè conuenit illi Alcibiadis exemplo. Id autem & Aristophanis schol. testatur, scribens, ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ὑπευθύνους ἐκόμιζεν εἰς κρίσιν ἦγεν, ἡ δὲ πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγε. Apud Xenoph. πάραλος Athenas mittitur ἀπαγγέλλουσα τὰ γεγονότα. Apud Demosthenem autē legimus, τῆς μὲν παράλου τὰ μὲν δύ' οὐ Κυζικηνοῖς τάλαντα πλεῖον ἢ πέντε τάλαντα. | Fuerunt autem dicti πάραλοι & qui in paralo naue remigabant, seu propugnabant. Secundum Suidam autem generaliter Parali nauis vectores. Pollux ναύτας nauis parali vult appellatos, παράλους seu παραλίτας, sicut Salaminiæ nauis, σαλαμινίους. Hesychius autem παραλίτης exponit ὁ ἀπὸ τῆς παράλου. Sic & schol. Thucyd. παράλους esse dicit τοὺς ἐκ τῆς νεὼς τῆς παράλου.

Digitized by Google

Legitur autem hæc vox apud Thuc.cũ alibi tum lib. 8, τῶν μὲν παράλων τινὰς οἱ πεπραχότες δύο ἢ τρεῖς ἔδησαν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, καὶ μετεμβιβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν, ἔταξαν φρουρεῖν περὶ Εὔβοιαν. Baysius in hoc eiusdem Thuc. loco lib. 6, ἀφικόντο δὲ ποτε οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν παράλων, interpretatur παράλους propugnatores qui in naue paralo esse solebant. Extenditur autem latius interdum παράλων significatio, pro quibusuis remigibus. Aristoph. Ranis, – καὶ τοὺς παράλους αὐτίκα ἀντιλογεῖν τοῖς ἄρχουσι. Vbi schol. per παράλους scribit intelligi κωπηλάτας. Eius verba sunt, παράλους δὲ σημαίνει τοὺς κωπηλάτας. πάραλος γὰρ ἡ Σαλαμινία, τριήρεις εἰρωνικῶς καλεῖ. κοινῶς δὲ παράλους, τοὺς ἐκ τῶν τριήρων ναύτας. ὁ γὰρ ἰδιῶν τι λέγει αἱ περὶ τῆς παράλου τριήρους ναύτας. ἅπαντες δὲ ὑποτίθεται. ‖Πάραλος & pro quodam tribuum iudicio, in vulg. lex.

C. Παραθαλάσσιος, ὁ καὶ ἡ, Maritimus, Mari vicinus. Idem quod αἰγιαλος apud poetas: vt ἄγχι & πλησίον idem significant. Hinc παράλιον substantiuum, Maritima ora, Posidonio apud Athenæum, ὤδευον κατὰ τὴν παράλιον νικῶντες τὴν μάχην. Quod vocabulum scribi etiam παραάλιον cum α, (sicut αἰγιάλιον) admonet Eustath.

C. Ὕφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (oppositũ τῷ ἔφαλος) Qui est sub mari, Sub mari latens, Vel, Quiescit intra mare, ὕφαλος πέτρα, in Epigr. saxũ sub mari latens. Quod & ὕφαλος sine adiectione dici annotarunt quidã gramm. Apud Alciphr. ὕφαλον δίκτυον, rete in mare demissũ & conditum. Hinc Ὕφαλος per metaphoram, Subdolus, Versutus. q.d. Sub pectore latentem habens fraudulentiam. Vnde ὕφαλον ἦθος, quod & ὕπουλον. Sic apud Gregorium, Οὐχ ἁπλοῦ τρόπος διελέγχει τοὺς Ἀρειανοὺς, ἀλλὰ κρυφίον ὂν καὶ ὕφαλον. ‖Ὕφαλος item pro Aliquantum salsus (q.d. Subsalsus) Diosc. lib. 3, c. 153.

C. Ὠκύαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Velox in mari, Velociter per mare currens. Nauis epithetum apud Homerum. dicitur enim ab eo ὠκύαλος νηῦς, quod à scholiaste exponitur ταχυπλοῦς.

Compositum sequens eiusdem quidem est formæ, sed ab altera tantùm ἁλὸς significatione, videlicet pro sale, non pro mari.

C. Ἄναλος, Sale carens, Insulsus, Non salitus. Aristot. διὸ τὰ ἄναλα ἧττον πλείονα σταθμὸν ἔχουσι τῶν ἡλισμένων. Marc. 9. versu vltimo, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε;

Composita autem in λιος terminata (vt ἐνάλιος) vide post Ἅλιος.

C. Εἰναλιφοίτης, ου, ὁ & ἡ, Mariuagus, In mari vagans, seu per mare, vt εἰναλιφοῖτα λίνα, retia per mare vagãtia, quasi ἐν ἁλὶ φοιτῶντα. Eadem forma dicitur qua νυκτιφοίτης. Est autem hoc diuersum ab illis quæ compositavocaui alicubi, qualia sunt ea quæ alibi à me ponuntur præfixum habentia c.a. non enim hoc ex alio fit iam composito, sed ex tribus simplicibus componitur. Ideóque post εἰνάλιος non posui, ne videretur ex illo factum, quasi esset εἰναλίφοιτης pro εἰναλιφοίτης.

¶ Ἅλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marinus. θαλάσσιος, in prosa. ἅλιος γέρων, id est marinus senex, appellatur Proteus ab Homero. & ἅλιαι θεαί, marinæ deæ, ab eodem, Iliad. σ, & Iliad. ε, – μετ' ἀθανάτησιν ἁλίῃσι. Et Od. γ, – ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσι. Sic Sophocles ἁλίαν πλάκα marinum temum vocat, scribens, ἁλίας ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάκας.

Ἁλία non solùm adiectiuum esse, significans Marina, sed vt substantiuum pro mari poni, in vulg. lexicis Græcol. habetur, cuius vsus exemplum desidero. ‖Ἁλία ibidem annotatur piscationem seu prædam pisciũ apud Gregorium significare. Sed videndum ne pro ἁλία legendum sit ἁλιεία, de quo nomine dicam post ἁλιεύς. Ex Hesych. præterea discimus esse vas in quo sal teritur, aut in quod reponitur. Meminit & Pollux, vt dicam in Ἁλιάς. ‖Ab ἁλία factum etiam ἁλίαρος, id est sale cõdit⁹. ἁλίαρον, inquit Eust. τὸ ἠρτυμένον ἅλατι ἔδεσμα.

Ἅλιος, Vanus, Inanis, Irritus. Ἅλιον capi pro μάταιον, id est vanum, ducta significatione à mari, constat inter grãmaticos: sed quàm potissimùm ob causam, de hoc verò certant. nam alii ἅλιον dici volunt vanum, quasi quod in mare iaciatur & extermineтur: Alii, quòd mare res quædam vana & inutilis esse videretur, ante inuentas naues: Alii, quòd ad potum inutilis sit aqua marina. οὐχ ἅλιον βέλος apud Homerum aliquoties pro Telum non vanum, Telum effectu non carens. Sic οὐχ ἅλιον ἔπος. Il. ω, & οὐχ ἅλιον ὄρουσεν, Il. ν. ‖Ἅλιον aduerbialiter etiam ponitur ab Homero interdum pro Frustrà, Incassum. vt Il. ν, Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης ᾤχετ', ἐπεί ῥ' ἅλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν. nam hic ἅλιον scholiastæ exponunt ματαίως. HINC Ἁλιόω, Vanum reddo, Irritum reddo, Effectum habere non sino. Od. ε, Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. vbi ἁλιῶσαι exponitur etiam μάταιον ἡγήσασθαι, id est, Vanum existimare, Pro vano & inani habere. Il. π, Οὐδ' ἁλίωσε βέλος. pro eo quod alibi dicit, οὐχ ἅλιον ἧκε βέλος, vt ait Eustath. id est, non irritum emisit telum. ‖Ἁλιόω & pro In salis modum cõtero, Symmachũ vsurpasse Esaiæ cap. 52, annot. in vulg. lexicis.

C. Ἐνάλιος, ου, ὁ & ἡ, (interdum & Ἐναλία, f.g.) Marin⁹. vt ἐνάλια ζῶα, Aristoteli De mundo, Marina animantia. Sic ἐνάλια φῦλα à Sophocle appellantur pisces periphrasticè. Apud eundem verò ἐνάλιος λεὼς exponitur ὁ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀναστρεφόμενος, in mari versans. At Plutar. ἐνάλιον ἔργον appellat rẽ in mari gestã. q.d. marinũ opus. Nam nauale opus ad verbum fuerit potius ναυτικὸν ἔργον. ‖Ἐνάλιος, Maritimus. vt apud Aristot. De mundo, βρύουσα γὰρ νήσοις τε ἐναλίαις καὶ ἠπείροις, id est maritimis insulis. Bud.

Εἰνάλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, metri causa inserto ι, idem quod ἐνάλιος. vt εἰνάλιοι φῶρες (q.d. marini latrones) piratæ, in Anthol. epigr. In fœm. g. dicitur etiã εἰναλία, & Ionicè εἰναλίη, vt εἰναλίας κορώνας, Hom. in Od. & εἰναλίη κήξ, in eadem.

C. Ἐφάλιος, vide in Ἔφαλος.

C. Παράλιος, vide suprà post Πάραλος. nam & hoc illi subiungendum censui.

C. Ὑπεράλιος (& Ὑπειράλιος, metri causa) Maritimus. Ad verbum, Qui est supra mare. q.d. mari impositus, vel mari imminens. Dionys. Alex. Κεῖθι δ' αὖ ἀσπήεντας ὑπειραλίου πόλιν ἔθνων Κασσιόπων ποταμοῖο παραὶ ῥόον Εὐρυμέδοντος. Sic Gall. dicimus, Vne ville qui est sur la mer.

Ἁλιάς, άδος, ἡ, vide post Ἁλιεύς.

¶ Ἁλιεύς, έως, ὁ, Piscator. propriè sonat Marinator. nam ἅλιος marinus sonat, vt modò dictum est. ἀπὸ τῆς ἁλίας tamen factum esse, in vulg. Lex. Græcolat. annotatur tanquam sit substantiuum nomen ἁλία pro mari. Etymologici autor ex Philone tradit ἁλιεύς à genitiuo ἁλὸς for mari, vt sit ἁλὸς, ἁλιεὺς, ἁλιεύς. Od. μ, Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμήκεϊ ῥάβδῳ Ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων. Apud Athenæum lib. 6, ἁλιεῖς καὶ ὀρνιθοθήρας καὶ μαγείρους. Poeticè autẽ ἁλιῆες in nominat. plural. & ἁλιῆας in accus. dicitur. Od. χ, Ὥστ' ἰχθύας, οὕς θ' ἁλιῆες &c. ‖Est etiam piscis cuiusdam nomen ἁλιεύς, apud Plut.

Ἁλιεύω, F. σω, Piscor. Absolutè sæpe, interdum & cum accusatiuo. Basil. Homil. 7, ἀλλὰ γεωργοῦσιν οἱ τὴν Ἰνδικὴν ἁλιεύοντες θάλασσαν, ἀλλ' οἱ τὸν Αἰγύπτιον ἀγρεύοντες κόλπον.

HINC Ἁλιεία, ας, ἡ, Piscatio, Piscatus. Aristot. Pol. 1, οἱ μὲν ἀπὸ λῃστείας [ζῶσιν] οἱ δ' ἀπὸ ἁλιείας. Verùm Ἁλεία etiam legitur apud eundem Aristotelem pro piscatione, aut malè pro ἁλιεία positum, aut certè retento ι, vt sit in ὑγεία pro ὑγιεία. Hoc enim mihi fit verisimile, quòd apud Herodianum itidem ἁλεία reperiatur. ET Ἁλιευτικός, ή, όν, Piscatorius. Ad piscationem aut ad piscatorem pertinens. ἁλιευτικὸς βίος, Piscatoria vita, Vita piscatorum. Aristot. Pol. 1, ἁλιευτικὴ τέχνη, Piscatoria ars, Ath. 6. Aliquando ἁλιευτικὴ per se ponitur, subaudito nomine τέχνη. Inuenitur etiã ἁλιευτικὸν & in plur. ἁλιευτικά, sine adiuncto, pro tractatu siue tractatibus de arte piscatoria. Tunc verò potest cum ἁλιευτικὸν subaudiri βιβλίον, cum ἁλιευτικὰ autem βιβλία. Athen. 7, Νουμήνιος δ' ἐν ἁλιευτικῷ. Idem ibidem, ποιητὴς ὢν τὰ ἐπιγραφόμενα ἁλιευτικὰ γέγραφεν. Sic & Oppiani ἁλιευτικὰ dicũtur quæ ad nostram ætatem peruenerunt.

Ἁλιάδαι, ῶν, οἱ, propriè Piscatorum filii. Nomen est appellatiuum patronymici formam habens: capitur tamen pro ipsis piscatoribus. Soph. Aiace, Τίς ἂν δῆτά μοι τίς ἂν

φιλοπόνων ἁλιεάδων. vbi scholiastes ait ἅλιας esse piscatorū A navigium: ἁλιάδας autem, filii piscatorum. id est piscatores, vt Asclepiadæ dicuntur medici. Sonat autem propriè Asclepiadæ, Asclepii filii. Dura tamen esse videtur horum nominum ἁλιὰς ἁλιάδος & ἁλιάδης ἁλιάδου deriuatio ab ἁλιεύς.

Ἁλιάς, άδος, ἡ, Nauicula, Cymba. Quidam piscatoriam nauiculam interpretati sunt: & ipse Sophoclis scholiastes, si bene memini, ἁλιάδων πλοίων exponit. quasi ab ἁλιεὺς deriuatum sit ἁλιάς. Hesychius habet, ἁλιάδες, μικρὰ σκαφίδια, nulla piscatorum facta mentione. Tamen apud B Aristotelem lib. 4 anim. cap. 37, ἁλιεὺς βάτραχος exponitur itidem Rana piscatrix. vbi Gaza ranam vertit, vt annotatur in vulg. Lex. Græcol. ‖ Ἁλιάδες Vasa buxina in quib⁹ sal terebatur, vt ait Iulius Pollux. Reperitur autem & Ἁλίας in ea significatione, sed mendosè fortassis. Vocatur & ἁλία, quod vide paulo pòst.

¶ Ἁλυκός, οῦ, ὁ, Salsus. vt ἁλυκὸν ὕδωρ, salsa aqua, apud Aristot. & Theophr. ἁλυκὸς τῇ γεύσει, salsus gustu apud Dioscoridem.

Ἁλυκότης, ητος, ἡ, Salsugo, Salsedo. Theophr. ὅλως δὲ ἡ ἁλυκότης C φθόριμος.

Ἁλυκίς, ίδος, ἡ, vt quidā adnotāt, idē quod ἁλυκότης. ἁλυκίδας tamen apud Strabonē sibi videri appellatas salinas scribit Bud. Aliquando ἁλυκίδες (vt annotāt ex Hermolao) significat locum cum aut simili natura præditum, quem Antonius salsulas appellat.

Ἁλικὸς item & Ἁλικότης scripta litera ι non υ inueniuntur. Ἁλυκὸς, inquit Budæus, idem quod ἁλμυρός. vel Ἁλικός: variè enim apud Theophrastum legitur: sed frequentius ἁλυκός. Ita quidem Budæus, at ego ἁλικὸς cum ι in D multo paucioribus locis reperiri scio.

Ἁλυκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, apud Theophrastum exponitur Salsus: vt idem sit quod ἁλυκός. quanquam sequendo terminationem sonat Salsuginosus. Potius autem scribendum censeo ἁλυκώδης.

¶ Ἁλία, Vas in quo sal terebatur. Archippus apud Pollucem, ἁλία τρύβλιον. Et Strattis, ἐν ἁλίαις κεκομμένον. Fuisse autem & ἁλιάδα appellatum, dictum fuit suprà.

¶ Ἁλίζω, F. σω, Salio, Sale conspergo, Sale condio. Vnde ἁλισθήσεται pro Salietur, aliquoties in Euangelio, ab ἁλίζομαι. Apud Aristotelem ἄναλοι ἄρτοι & ἡλισμένοι opponūtur: vbi dicit, ἔστι τὰ ἄναλα ἄρτου πλείονα σταθμὸν ἕλκειν τῶν ἡλισμένων. Apud eundem De animal. lib. 8, ἁλιζόμενα πρόβατα, oues quæ salem cum pabulo deuorauerunt. eius verba sunt, ... Hinc Ἁλιστός, Salitus, in Anthol. epigr.

Ἁλισμός, οῦ, ὁ, Salitura, Ipse actus saliendi seu sale cōdiendi. ‖ Item ἁλισμός, Maris iactatio. Bud. Diosc. καὶ πρὸς ... ἁλισμὸς καὶ ναυτία ... Ε Τ Συναλίζομαι, pro κοινωνεῖν ἁλῶν ... vt quidam interpretati sunt, vide suprà post Ἁλία, & in Συναλίζομαι, ab Αὐλή.

¶ Ἅλας, ατος, τὸ, Sal, vt in prouerbio quod à Suida refertur, ἅλας ἐν ὕει, quod ait solitum dici ἐπὶ τῆς ἄγαν εὐθηνίας, id est de summa fertilitate. H I N C Ἁλατοπωλία apud Aristot. OEc. 2, Salis venditio, Ius & potestas salis vendendi.

¶ Ἅλμη, ης, ἡ, Salsugo, Salsilago, vel Aqua salsa. Item Muria. Apud Hom. Od. ε, quidam exponunt mare; ego potius Aquam salsam exposuerim: vbi dicit ἅλμην. Sic Od. ζ, — ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι. At rursus Odyss. ε, vbi habetur, — στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην πικρήν, salsuginem interpretari malim. quia durè diceremus Salsam aquam amaram. quanquam hoc πικρὴν alii aliter explicant. Theophrastus, φαίνεται δ' ἡ ἅλμη ... ὅλως ἐπιπολάζειν, id est salsugo. ἁλμυρὶς pro eodē dicitur. ‖ Ἅλμη, Muria. Dioscorides de oliuis conditis, ... ἐν ἅλμῃ. Plinius vertere solet, In muria seruatur, vt ait Budæus. Accipi autem ἅλμην itidem pro muria in his Athenæi locis existimo. lib. 7, ... H ... Habetur & aliis locis. ‖ Ἅλμη, Ius quoddam ex piscibus. ὁ τῶν ἰχθύων ζωμός ait Hesychius. Eustathius ait ἅλμην θαλασσίαν vocari solitum edulii quoddā genus, cuius vilis erat apparatus. ‖ Ἅλμη, Morb⁹

quidam herbarum, vt cumini. Item, Terra sterilior. Quæ significationes annotantur in vulgatis lex. Græcolat. ‖ Ἅλμη, metaphoricè vt Latini dicūt Salem vel Sales, pro lepore, venustate & vrbanitate. Ita enim capitur in prouerbio quod Eustathius affert, ἅλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, Sal illi non inest. Vnde (vt opinor) in hoc Eunuchi Terentianæ loco, Qui habet salem qui in te est, salem aptissimè interpretemur ἅλμην & hunc Catullianum, — nam nulla venustas, Nulla in tam magno corpore mica salis, commodissimè exprimamus ita, ἐν τηλικούτῳ σώματι ἅλμης ἔνεστι οὐδ' ὁπωσοῦν. Quinetiam videri possint Terentius ac Catullus allusisse ad Græcum illud prouerbium, cuius Erasmus nō meminit, aut me memoria fallit.

C. Ἄναλμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro Non salsus, ex Xenophonte citatur. Fuerit autem secundum hanc significationem idem quod ἄναλος. Apud Theophrastum τὰ ἄναλμα, Quæ non fuerūt in salsuginem immersa. q. d. Salsuginis expertia. In vulg. autem lex. ex ἄναλμα ab ἄναλμος, magno & crasso errore factum fuit ἄναλμα ἀνάλματος.

C. Ὕφαλμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Subsalsus, Aliquantum salsus. Vel potius, Aliquantum salsuginis habens. E T Ὑφαλμίζω, vt ὑφαλμίζων ἐπίπαγος, Concreta salsilago, Gelata salsugo, apud Diosc. lib. 5.

C. Μυσαλμος, ου, ὁ, Auarus, quasi victitans è diuisione salsamentorum. Sic in vulg. lex. Quisquis autem fit huius expositionis autor, videtur à μυσάττω & ἅλμη deduxisse, sed nescio quo exemplo ἅλμην pro salsamentis accipiens.

C. Ὀξάλμη, Acida muria, vt apud Dioscoridem interpretatur Ruellius. At Hermol. Acetum salsum. Sic & à Plinio vocatur, & aliquando voce Græca Oxalme. Vide Athen. lib. 8. Habetur & apud Aristophanem Vespis, εἰς ὀξάλμην ἐμβαλεῖ θερμήν. E T Θυμοξάλμη, Oxalme cum thymo trito, siue Confectio ex thymo trito & oxalme, id est acida muria. De qua confectione habes apud Diosc. lib. 5.

Ἁλμάδες ἐλαῖαι (à singulari nominatiuo ἁλμάς) In muria conditæ oleæ. A quibusdam tamen ἁλμάδες ἐλαῖαι exponitur simpliciter Conditaneæ, vel Conditiuæ, siue Condititiæ. At nonnulli interpretati sunt, Oliuæ conditæ cum sinapi, duas expositiones in vnam confundentes. nam apud Hesychium legitur, ἁλμάδες, κολυμβάδες ἐλαῖαι· καὶ αἱ ἐν σινάπει γογγυλίδες. Athen. lib. 2, ex Aristophane, Οὐ ταὐτὸν ἐστὶν ἁλμάδες καὶ στέμφυλα. Et paulo pòst, Θλαστὰς γὰρ ... ἐστὶν ἁλμάδας. Et lib. 4, ... ἁλμάδας. Dicuntur & κολυμβάδες ἐλαῖαι, quod nomen vide post Κολυμβῶ.

Ἁλμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Salsuginosus. Theophrastus, ... F ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα ... οὐκ ἄλογον.

Ἁλμαία, idem quod ἅλμη (id est muria) apud Dioscoridē. sæpe autem ἁλμαίας in plurali vsurpat: vt lib. 1, cap. 108 εἰς ἁλμαίας μετὰ γάλακτος βρέχονται, id est, In muriis lacti coniunctum asseruatur, vel conditur: vt quidam exponunt. Alii ἁλμαίας salgama interpretantur hic, vt & alibi, apud eundem: veluti lib. 3, cap. 78 & 79.

Ἁλμεύω, Muria condio, In muria seruo. Diosc. lib. 1, de cornis loquens, ἁλμεύονται ὡς ἐλαία, Muria condiuntur vt oliua, vel In muria seruantur. Passiuū Ἁλμεύομαι, vnde G participium ἁλμευθεὶς apud eundem lib. 2. cap. 117, pro In muria seruatus. H I N C Ἅλμευσις, εως, ἡ, Muria, Dioscor. lib. 3, cap. 91, βρέχονται δὲ καὶ εἰς τὰς ἁλμεύσεις. vbi ἁλμεύσεις appellat quod alibi ἁλμαίας. Quanquam, si vim huius vocabuli spectemus, aliud potius significare debet. nam quum ἁλμεύω significet Muria condio, aut In muria seruo: ab eo factum nomen ἅλμευσις sonaret propriè ipsam actionem seruandi in muria: vt & ἁλμευτὴς eū significat qui ita seruat. E S T enim Ἁλμευτής, οῦ, ὁ, Qui conditurās quasdam facit in muria, Qui in H muria seruat quæpiam, quæcunque sint. Sed intelligere oportet Qui artem ita seruandi profitetur. Salgamarius apud Dioscoridem vertitur, lib. 1, cap. 27, ξηραίνεται γὰρ αὐτὴν οἱ ἄλλοι οἱ ἁλμευταί, ... ὕδατι ψυχρῷ.

¶ Ἁλμυρός, οῦ, ὁ, Salsus, Salsuginosus, ἁλυκός: vt à πίκμη fit

Digitized by Google

ὑαλμυρὸς & ἀτρὸς ab ἄτω, sic ἁλμυρὸς ab ἅλμη, & verso η, A
in υ, ἁλμυρὸς, vt habemus apud Etymologicum. Homerus ἁλμυρὸν ὕδωρ, id est salsam aquam, appellat marinam aquam, Od. ι, -ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ. Alibi θαλάσσης addit, id est maris: vt Od. μ, Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Apud Xenophontem ἁλμυρὰ ὄψα, salsa opsonia, Pæd. 6, ὄψα δὲ χρὴ συνεσκευάσθαι ὅσα ἐστὶν ὀξέα ἐπιπλῆσαι, καὶ δριμέα καὶ ἁλμυρά. ¶ Significat ἁλμυρὸν etiam amarum. certè ἁλμυρὰ δάκρυα secūdum Hesychium exponere possumus amaras lacrymas. ait enim, ἁλμυρὰ δάκρυα, χαλεπὰ ἢ πικρά. Nisi fortè quis πικρὰ δάκρυα inter- B
pretari malit acerbas lacrymas. Antea locum Homericum protuli in quo ἁλμὴν πικρὴν dicit. Dicuntur itidem metaphoricè ἁλμυροὶ λόγοι, amari sermones, vt Erasmus exponit. nam hæc Athen. lib. 3 verba, δεῖν λέγων ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσι ἀποκλύζεσθαι νάμασιν, interpretatur, Dicens amaros sermones dulcibus lymphis oportere diluere. Vide prouerbium, Marinam auditionem fluuiali abluit sermone. Ab hoc autē ἁλμυρὸς, vel à fœminino ἁλμυρὰ, aut potius à deriuato ἁλμυρίς, fit vocabulū Gallicum *saulmure*. Et ita nos integrum retinuimus id C
ex quo (vt opinor) Latini per apocopen suum Muria fecerunt.

C. Ὑφάλμυρος, Subsalsus, Salsuginosus. ὑφάλμυροι τόποι, Loca salsuginosa Hermolao, Terræ salsæ, Ruellio. Diosc. lib 3, cap. 153, φύεται ἐν ὑφαλμύροις τόποις καὶ ἀπαλίοις, γινομένῳ ὑφαλμος.

Ἁλμυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Salsuginosus. vt ab ἅλμη fit ἁλμώδης.

Ἁλμυρότης, ητος, ἡ, Salsugo, ἁλμυρότης. Alex. Aphrod.

Ἁλμυρὶς, ίδος, ἡ, Idem. vt ex ἁλυκὸς non solùm ἁλυκότης, sed D
& ἁλυκὶς dicitur. Theophrastus, ἐν τῷ καλόφει γὰρ ἡ ἁλμυρίς.

Ἁλμυρίζω, Salis saporem refero. ET Ὑφαλμυρίζω, Aliquantum vel aliqua ex parte saporem salis refero. Plut. in Causis naturalibus, διὸ καὶ τοὺς ἰχθῦς & τοὺς ἀστέρας Ἀπολλώνιος ὀκ ἐλθεῖν μὴ γλυκεῖ μηδὲ χονδρῷ τρέφειν, ἀλλὰ τοῖς θαλασσίοις καὶ ὑφαλμυρίζουσι.

ΑἸΓΙΑΛΟΣ, οῦ, ὁ, Litus, Ora maritima. Hac voce αἰγιαλὸς vtuntur & poetæ & prosæ scriptores. vt ὁ φύεται ἐν αἰγιαλοῖς, Athen. ex Theophrasto. Schol. Sophoclis vult E
αἰγιαλὸν esse κρημνώδη τόπον ἐν θαλάσσῃ, at αἰγιαλὸν vocari τὸ ἐπίπεδον καὶ ὁμαλόν. Quod autē ad etymum huius nominis attinet, alii παρὰ τὸ τὰς ἅλας γείτονα εἶναι τῆς ἁλὸς, alii ἀπὸ τοῦ δίκην αἰγὸς ἅλλεσθαι deduxerūt: ex quibus etymis hoc quidem, ineptum & ridiculū videtur, si sensus spectetur: illud autem, nimis coactum, si ipsarum literarū ratio habeatur. ¶ In vulg. lex. αἰγιαλὸς exponitur etiam In litore habitans: sed falsó.

Αἰγιαλὸς, variorum locorum nomen, de quibus consule Strabonem, Stephanum & Eustathium. Item flu- F
uii Achaiæ nomen, & τῆς παραθαλασσίας πόλεως τῆς Πελοποννήσου, apud eundē Eustathiū. Plinius libri 4, caput 5 ita orditur, Achaiæ nomen prouinciæ ab Isthmo incipit: antè Ægialos vocabatur propter vrbes in litore per ordinem dispositas. ET Αἰγιάλεια itemregio ab Ægialo fluuio dicta, eiúsque incolæ Αἰγιαλεῖς, vt scribit idē Eust. Fuit & vxor Diomedis Αἰγιάλεια dicta.

Αἰγιαλίτης, ου, ὁ, & Αἰγιαλῖτις, ιδος, ἡ, Litore⁹, Litorea, vt αἰγιαλῖτις ἄμμος, litorea arena. Diosc. lib. 5. Et αἰγιαλίνδε χαίτην dixit Archias in Anthol. epigr. Exponitur etiam In G
litore habitans. ET Παραιγιαλίτης, pro eodem, vt quidem exponitur in hoc Athen. loco, κατὰ τὸ μέγεθος ἴσος τοῖς παραιγιαλίταις κηρυκίοις.

Αἰγιαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Idem. ET Αἰγιαλὸς, in vulgar. lex. ex Alciphr.

Αἰγιαλίδες, αἱ, (in vulg. lex.) Membranæ in oculis natæ, aut cicatrices oculorū subalbidæ. Sed hæc significatio mihi suspecta est.

ἌΛΣΟΣ, εος, τὸ, Lucus, vt interpretatur Plutarchus in Romulo. quare quum dicit Hesiodus H
ἱερὸν ἄλσος, superuacaneum est ἱερόν. Od. ζ, -ἀγλαὸν ἄλσος Ἀθήνης, id est, lucum Mineruæ. Od. ι, -ἄλσει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι Φοίβου Ἀπόλλωνος. id est luco Apollinis. Plutarch. in Numa, ἐν ἄλσει σκιὰν καὶ λειμῶνα ἱεροῖς. Sunt qui ἄλση exponunt etiam Saltus, vel Nemorum saltus.

A C. Ἀλσοκόμος, ου, ὁ, Saltuarius. vt Bud. exponit apud Pollucē, pag. 185. Vulg. autem lexica ἀλσοκόμους interpretantur etiam Lignatores, Frondatores. Sed non dubiū est quin ἀλσοκόμος ab ἄλσος & κομεῖν dicatur qui luci curam gerit, & eius est custos. A Budæo autem Saltuarius redditur, eo modo quo ἄλση quosdam interpretari Saltus paulo antè à me dictum est. ET Ἀλσοκόμοι, apud Pollucem, ibidem.

Ἀλσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt ἀλσώδεις τόποι apud Athenæum libro 11, Loca lucorum amœnitatem imitantia. Apud
B Dioscoridē autem Ruellius ἀλσώδεις τόπους interpr. lucos. Dicūtur etiam ἀλσώδη, Quæ per lucos melius proueniunt, quasi lucis accommodata.

Ἀλσηΐδες νύμφαι, Nemorum nymphæ, Apoll. Rhodio.

¶ Ἀλσίνη, Alsine, herba quæ ita vocata est quòd in lucis nascatur: διὰ τὸ συσκίους καὶ ἀλσώδεις φιλεῖν τόπους, inquit Dioscor. lib. 4, c. 87. vbi & μυὸς ὦτα (id est muris aures) appellari tradit. Meminit & Theophr.

ἌΛΦΑ, Primæ alphabeti Græci literæ nomen. Accipitur autem & pro eo qui primus sit seu
C primas teneat aliqua in re, vt à me initio huius libri dictum est.

¶ Ἄλφω vel Ἀλφαίνω, Inuenio. ab alpha deductum secundū nonnullos, secundum quosdam contrà, ἄλφα ab ἀλφαίνω, vt in huius libri principio diximus. Hoc verbo ἀλφαίνω vtuntur apud Suidam Eupolis & Aristophanes & Menander. Habetur & in hoc versu Euripidis in Medea, qui citatur ab Aristotele in Rhetoricis, φθόνου πλείω ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ. Altero autem ἄλφω vsus est Homerus Odyss. ο, -ὁ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον ἄλφοι. Vbi tamen Eustath.
D vult ad ἀλφέω factum esse eodē modo quo δεδύπτω habetur & ἴδυπτον, ἀντέτυπον & ἔκτυπον, item ἰσχαίσμενος & ἴσχαισμον. Habetur & Od. ρ, -ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι. Et Il. φ, -ἐπεπέρασεν δέ τοι ἦλφον.

Ἀλφαίνω pro eodem dicitur, si mendum non est apud Hesychium.

Ἀλφαίω idem quod ἀλφαίνω siue ἀλφάνω. Hesych. Atque ab hoc verbo fuerit fortasse deductum Ἀλφαιὼν, quod ab eodem explicatur μαθήσεως τῆς ζωῆς, id est disciplina vitæ. quum tamen secundum deriuationem hanc videa-
E tur debere simpliciter significare εὕρεσιν, id est inuentionem.

Ἀλφαδέω, ῶ, Idem. Nam apud Hesychium legitur Ἀλφαδεῖν, διείσκειν, καὶ Ἀλφαίνει. Ἀλφαίνει τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Sed suspectum fuerit alicui fortasse Hesychii exēplar, atque haud scio an immeritó.

Ἀλφάζω, Excogito. Ἀλφάζω, νοῶ, ἐπινοῶ, Varinus. quem citare cogor, quòd vnde hæc descripserit non inuenirā.

¶ Ἀλφέω, ῶ, Inuento. Idem quod ἀλφαίνω, & sequentia. vnde ἀλφηστὴς factū est, vt Etymol. & Eustathius aliique scho-
F liastæ tradunt. & hic geminum esse docet præteritum, ἀλφήσω & ἀλφέσω: ex ἀλφήσω deriuatum ἀλφηστὴς, ex ἀλφέσω autem ἀλφεσίβοια. Idē ἦλφον vult esse aor. 2 ex ἀλφέω ἀλφῶ, factum eodem modo quo ἴδουπον dicitur & ἐδούπησα, vt modò dictum fuit.

Ἀλφὴ, Vide in Ἀλφηστής.

Ἀλφηστὴς, οῦ, ὁ, Inuentor, Excogitator. Fit à proximè præcedente verbo ἀλφῶ. Hesiodus aliquot versus his claudit verbis, ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν. Dicuntur autem generali epitheto homines ἀλφησταὶ, quòd artes & scientias excogi-
G tauerint atque inuenerint.

Ἀλφησταὶ item dicuntur (vt scribunt Etymol. & Hesychius) οἱ ἔντιμοι, id est honorati viri. Videntur autem hanc quoque dare huic nomini significationem quòd ἀλφὴ secundum eos sit idem quod τιμὴ, id est honor. an verò & hoc ἀλφὴ (à quo deducitur ἀλφηστὴς quum significat ἔντιμον) fit ab ἄλφω, viderint alii. Ab Hesychio certè exponitur nō solùm τιμὴ & ὠνὴ, id est honor, pretiumue, verùm etiā εὕρεσις, hoc est inuentio. Sed apud Hesychiū corruptè legitur τιμὴ, ὠνὴ, pro τιμὴ, ὠνή. Ita enim apud
H eum repono. Notandum est etiam ἀλφὴ scribi apud eū, non ἀλφή. & ἀλφησταὶ homines ab eo exponi non solùm honoratos, sed etiam reges. item ἀμείπτας.

Ἀλφησταὶ pisces quidam, à quibus homines etiam petulantes & in venerem procliues appellati fuerunt ἀλφησταί. Vide Athen. Etymol. & Eustathium.

C. Ἀλφεσίβοιαι, αἱ, ad verbum, Quæ boues inueniunt, ab ἀλφω & βοῦς. Apud Homerum dicuntur παρθένοι (id est virgines) ἀλφεσίβοιαι, quæ propter formam sponsos inueniant, à quibus munera accipiāt boues potissimum. Fuisse enim boues præcipuas opes antiquorum, ex aliis eiusdem poetæ locis discimus. De formatione autem huius nominis, videlicet an ab ἄλφω sit barytono pro ἀλφέω, an ab ἀλφέσω futuro ipsius ἀλφέω, vide apud Eustath. Etymologistes vult ἀλφόβοια præcessisse ἀλφεσίβοια: quem etiam adi.

¶ Ἀλφεσίβοιος, ὁ, Nomē propriū pastoris apud Theocritum, itidem ab inueniendis bobus dicti, sequendo modò positam etymologiam.

Ἀλφεσίβοι, cum ι simplici in penultima exponitur ab Hesychio αἱ βίοις ἀλφάνουσαι.

C. Ἐξάλφω, pro simplici ἄλφω, Inuenio. ἐξάλφεις, εὑρίσκεις, Hes. Apud eūdē vide & aliā verbi ἐξαλφεῖς significat.

ἌΛΦΙΤΟΝ, τό, Farina hordeacea, propriè: vt ἄλευρον, triticea. Plato lib. De rep. 2, ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα. Hinc & πολυάλφιτος κριθὴ, apud Theophrastum, hordeum multam farinam reddens. Od. ξ, Καὶ τὰ μὲν ἐν πολὶ βάλε παλαιὰς ἀλφίτου ἀκτῆς. Od. β, Εἴκοσι δ' ἔστω μέτρα μυληφάτου ἀλφίτου ἀκτῆς. | Budæus annotat ex Etymologiste & Dioscoride ἄλφιτον esse pultem, vel farinam hordeaceam, prius tosto hordeo: vt ὠμήλυσιν ex crudo: & Plinium ἄλφιτον polentam identidem vertere. Hæc Budæus. Ego existimo Hesychiū quoque tale quid significare voluisse: sed his eius verbis, ἄλφιτον, τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς ἢ σίτου πεφρυγμένον ἄλευρον, deprauationem subesse, ac pro πεφρυγμένον legendum esse πεφρυγμένον contendo. Scribit verò & Marcellus in Dioscoridem, medicos peculiariter ἄλφιτα accipere pro farina hordeacea aqua humoréve alio macerata: quæ polenta est. Cæterùm ἄλφιτον Pliniū vertisse Polentā comperio cum alibi, tum in interpret. his Dioscoridis verbis, de palustri lente ita scribentis, πάσαις φλεγμοναῖς & ἐρυσιπέλασι & ποδάγραις ἁρμόζει καταπλασσόμενος, καθ' ἑαυτὸν τε καὶ σὺν ἀλφίτῳ. hæc enim ita reddit, Propter quod collectionibus illinitur, & maximè podagris, & per se & cum polenta. Huius autē vocis ἄλφιτον eam sequutus sum etymologiam quæ ab ἀλφῶ seu ἄλφω eam deducit, quam inter alias habes apud Eust. pag. 868, & 1445.

Ἄλφιτα plurali numero, Victus, Ad victum necessaria. vt & ἄλφιτα ἐκπορίζειν, victum suppeditare. Aristoph. in Nubibus, Τί δέ με ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα; Quid verò me iuuabunt numeri (siue modi) ad quærē dum victum? Quem versum citat Erasmus in prouerbio τί πρὸς τἄλφιτα; id est, Quid ad farinas? annotans poetis esse familiare ἄλφιτα pro victu próque re familiari ponere. & de re aliqua quæ non sit de pane lucrando (vt vulgò loquuntur) dici rectè, οὐδὲν πρὸς τἄλφιτα. Hæc Erasmus. Sed sciendū est nō poetas duntaxat (intelligo autem comicos) ita vsos esse hoc nomine, sed & prosæ scriptores interdum. Luc. in Gallo, προσδεῖ ἔτι τινὸς ἐς τὰ ἄλφιτα πιπράσκειν. Sic autem Gall. dicimus Gaigner son pain item C'est mon gaigne-pain. Idem Erasmus in prouerbio, Ne verba pro farina, annotat, veteres quicquid ad victum pertineret, ἄλφιτα vocasse. | Reperitur autē in alio loco Aristoph. ἄλφιτα pro οὐσία: vbi dicit, εἶτ' οὐ δύναμαι τῶν πατρῴων ἀλφίτων. nā hic πατρῷα ἄλφιτα (ad verbum paternas farinas) vocat τὴν πατρῴαν οὐσίαν, paternā substantiam.

Ἄλφι per apocopen pro ἄλφιτον apud poetas interdum reperitur. Vide Hesych. & Suidam.

Ἀλφιτεύς, έως, ὁ, Farinam faciens. Ἀλφιτεῖς, οἱ τὰ ἄλφιτα ποιοῦντες. Ὑπερείδης. Suidas.

Ἀλφιτεῖον, τό, Pistrinum. Bud. ex Polluce.

C. Ἀλφιταμοιβός, οῦ, ὁ, Venditor farinæ. ad verbū, Permutator farinæ. ex ἄλφιτον & ἀμείβω. Ab Hes. exponitur ἀλφιτοπώλης. Aristoph. Nubibus, Τὰ ἀλφιταμοιβοῦ παρελθόντι δέχοινικα. vbi sch. ait, ἀλφιταμοιβὸν dici de eo qui vendit farinas, aut farinas argento permutat. vt (inquit) ἀργυραμοιβοὶ dicuntur οἱ ἀπὸ ἀργυρείου τὰ κέρματα ἀμείβοντες.

C. Ἀλφιτόμαντις, εως, ἡ, Quæ è farina vaticinatur. Expono autē Quæ vaticinatur, quia & Hes. habet μαντευομένη, nō μαντευομένης. Ita eni apud eū legitur, Ἀλφιτόμαντις, ἀλφίτοις μαντευομένη. & paulo pòst Ἀλφιτοσκόπος exponit ἀλφιτομάντις, vbi Ἀλφιτοσκόπος legēdum existimo. Dicetur aūt ἀλφιτοσκόπος ille vel illa quæ vaticinatur ex inspectione farinæ. nā ad verbū ἀλφιτοσκόπος sonat farinæ inspector: vel inspectrix, si de muliere intelligēdū sit. vt vetula quædam memoratur apud Theocritum κοσκινόμαντις.

C. Ἀλφιτοποιός, οῦ, ὁ, Faciēs farinā, Cōfector farinæ. modò aūt ex Suida retuli ἀλφιτεῖς dictos ab Hyperide farinæ cōfectores. HINC Ἀλφιτοποιΐα, Farinæ cōfectio. Apud Xenophontem, Ἀπομ. 2. Molituram à Plinio dici volūt ἀλφιτοποιΐαν. | Item Ars conficiendæ pultis sic vocabatur, vt in vulg. lex. Græcol. annotatum est.

C. Ἀλφιτοπώλης, ου, ὁ, Farinæ seu farinarū vēditor. quē ἀλφιταμοιβὸν etiā appellari, modò dictum est. Ἀλφιτόπωλις, gen. fœm. Farinæ venditrix. Erat Athenis ἀλφιτόπωλις στοά, farinæ venditrix porticus. quā ædificarat Pericles, vt tradit Aristoph. enarrator. Videtur aūt esse eadē ἀλφιτόπωλις στοὰ quæ ab Hesychio vocatur ἀλφίτων στοά. exponit enim, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο.

C. Ἀλφιτοφαγέω, ῶ, F. ήσω, Pulte pro pane vescor, vt interpretatur Bud. in hoc Xenophontis loco, Pæd. 6, καὶ γὰρ ὅστις ἀλφιτοφαγεῖ, ὕδατι μεμιγμένῃ ἀεὶ τῇ μάζῃ χρῆται καὶ ὅστις ἀρτοφαγεῖ, ὕδατι διαδεδευμένον τὸν ἄρτον. Notandum est autem Xenophontem alibi quoque mentionem ἀλφίτων & ἄρτου seorsim fecisse: vbi ait, οἴκοι μὲν χρήματά γ' ἄλφιτα, ἢ δ' ἄρτοι;

C. Ἀλφιτοσκόπος, vide in Ἀλφιτόμαντις, paulo antè.

C. Ἀλφιτόχρως, ωτος, ὁ & ἡ, adverbū, Farinæ colorē habēs. Ab Hes. exponitur, λευκὴ, πολιά. i. Alba, Cana. Exponit autē per fœm. Hes. φ inuenisset de muliere dictum in eo vnde accepit loco.

C. Πολυάλφιτος, ου, ὁ & ἡ, vt πολυάλφιτος κριθὴ, Theophr. Hordeū multam farinam reddens.

C. Διαλφιτόω, Farina conspergo. Aristoph. Nubibus, Διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν καρδίαν.

ἍΜΑ, aduerb. tēporis. Vnà cū, Eodē tēpore. ἅμ' ἠελίῳ, Cic. interpr. Pariter cū sole, in hoc Arati versu, -ὑπὸ δ' ἐκ χείρας ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι. Idē alibi Simul vertit. ἅμ' ἐμοὶ, apud Aristoph. Mecū. ἅμα τῇ μητρὶ, vnà cū matre. Hom. Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι, Id est, Cæterùm postquā in aciē instructi fuerūt cū ducib^9 singuli. vel Vnà cū ducib^9. Quē versum Ammonius citat, ostēdere volēs ἅμα accipi pro κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. i. eodē tēpore: & ita differre ab ὁμοῦ, quod significat Eodem loco. Videtur & aliqua loci significatio subesse aliquando aduerbio ἅμα. vt quū ego de quopiā dico, ἅμ' ἐμοὶ τοῦτο ἐποίησε, Mecū hoc fecit: de eo quod fecerit nō solū eodē tēpore, sed quū esset eodē in loco quo ego: Quinetiam Eust. ἅμα esse ait aduerb. tēporale simul & locale in hoc versu Hom. Δμωίαις ἅμ' ὅσαι πέλον ἀμφιπόλοισιν. Certū est tamē interdū necessariō ad tēpus referēdū esse ἅμα, & quidē ad tēpus solū, nō itēad locū. Vt in exēplo quod affert ipse Ammonius & alii quoq; grām. Σόλων ἅμα ἐγένετο Ἀναχάρσιδι τῷ Σκύθῃ. Nā si hīc ὁμοῦ pro Simul. i. eodē loco, aliquis intelligat, meritò ridebitur. quomodo enim Anacharsis Scytha & Solon Athenīēsis eodē loco nati dicātur? Interpretari ergo necesse est dictū illud ita, Solō eodē quo Anacharsis tēpore natus est, vel Solō & Anacharsis eodē tēpore nati sunt. Citat verò Ammonius & hunc eiusdē Hom. versū, in quo ἅμα apertè pro Eodē tēpore capitur, casum nullū habēs, Εἴθ' ἅμα εἴημεν πρὸς ἀγορὴν πολλοὶ ἄνδρες ὀλιγότεροι καὶ ὀλιγώτεροι.

Ἅμα huic vel illi dat. iunctū, variè redditur Latinè. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, Simulatq; dies illuxit, Diluculo, Prima luce. Xen. Pæd. 2, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πρὶν ἡμέρας μὲν τὴν πρώτην ἔχειν. Plut. in Publicola, ἅμα ἡμέρᾳ λείαν ἤλαυνεν ἔμελλον. Eust. in Hom. ait eius posteros dixisse ἅμα ἡμέρᾳ pro eo quod ille dixit ἅμα ἠελίῳ ἀνιόντι. i. ad verbū, Vnà cū sole oriēte. sicut ἅμα ἠελίῳ καταδύντι, apud eūdē Vnà cū sole occidēte. Addit verò & ἠῶθεν Hom. quod est aduerb. significās Mane, Hora matutina, Matutinò, aduerb. Il. σ, Ἠῶθεν γὰρ θωρηχθέντες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι. Vbi Eustath. annotat, hæc verba ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι esse aduerbii ἠῶθεν epexegesin.

| Pro ἠῶθεν aūt dicitur potius in prosa ἅμα ἕῳ, Prima luce, Sub exortum auroræ, Summo mane, Summo diluculo, Primo mane, si dici itidem posset. Ad verbum, ἅμα ἕῳ, apud Thuc. Cum aurora, vel Vnà cum auroræ

Digitized by Google

Cum diluculo. Homerus dicit ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι. Odyss. ξ, — ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι ἦλθον. Et Il.ω, ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφι Ὄψεαι. ad verbum, Cum apparente aurora: sed aptius dicetur exoriente, vel, Simulatque exorta fuerit aurora. In illo autem loco Odyss. ξ, vertendum non Exorta fuerit, sed, Exorta fuit. ¶ Sic dicitur & ἅμα τῷ ἦρι, Ineunte vere, apud Thucydidem, vbi scholiastes supplet ἀρχομένῳ. ¶ Apud eundem scriptorem ἅμα τειχισμῷ, ad verbum, Vna cum muri ædificatione, exponitur, Dum murus fiebat. Sic & ἅμα τῷ συμποσίῳ προσκειμένῳ. Quanquam ἅμα Dum, siue Interim dum significat potius quando iunctum est participio, vt paulo pòst dicetur. Quòd si ita exponendum est ἅμα τειχισμῷ, talem habebit significationem ἅμα ibi qualem hic quũ dicitur, ἅμα τῷ συμποσίῳ προσκειμένῳ. nam & in hac oratione ἅμα συμποσίῳ interpretantur, In ipso conuiuio. ¶ At ἅμα τομῇ, ad verbum, Cum incisione, pro Simulatque incisio facta est. atque hæc est frequentior huius aduerbii significatio, quum huiusmodi datiuis nominum actionem significantium iungitur. ¶ Ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο apud Hom. Eustathius ait esse pro ὁμοίως ταῖς πνοαῖς, id est Similiter flatibus venti volare.

Ἅμα cum verbo, vt ἅμα τῷ φανῆναι, Simulatque visus est, Quũprimum apparuit. Chrysostomus, ἐγὼ ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον, δέει τε καὶ ἀπορίᾳ συνειχόμην, Ego, simulatque rumorem hunc accepi, metu ac dubitatione correptus fui. vel Me, audito hoc rumore, corripuit statim timor & dubitatio. Itẽ ἅμα cum præsenti infinit. Pl. De poet. aud. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστήσωμεν αὐτὸν ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν. Item cum subiunctiuo, ἅμα ἂν ἡβήσῃ, apud Platonem De legibus, Simulatque ad pubertatẽ venerit.

Ἅμα cum participio. Xen. Hell. 4, ἅμα δὲ ταῦτα λέγων καὶ ἐπεδάκρυσεν, id est Dum hæc diceret, Inter loquendum. Sic Pædiæ 1, ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα, πολλὰ αὐτῷ παρέφερεν. Quod loquendi genus immutauit eodem libro, dicẽs, ἐδίδου τε ἄρα τοῖς παισὶ καὶ ἅμα ἔλεγεν, pro ἐδίδου τε ἄρα τοῖς παισὶν ἅμα λέγων. Sunt tamen qui hoc loquendi genus aliter exponant: vt in hoc Luciani loco qui est in Gallo, καὶ ἅμα λέγων εἰσῄει χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ. exponitur ἅμα λέγων, simulatque dixerat. At ego interpretandum puto vt in præcedentibus locis, Dum hæc diceret, Interim dum hæc diceret, vel Inter loquendum hæc. Atq; à meis partibus stat Budæus, qui ἅμα διώκοντος vertit inter vehendum, in hoc Plutarchi loco in Cæsare, ἑνὸς αὐτῷ συγκαθημένου παιδὸς τῶν ὑπογράφειν ἅμα διώκοντος εἰθισμένων. At quum ἅμα iungitur cum participio præteriti temporis, vel aoristi, tunc verò quin per Simulatque reddatur non repugno. vt ἅμα δὲ λαβὼν ἐσίγησε μικρόν, Simulatque igitur accepit, aliquantisper conticuit.

Ἅμα, aut ἅμα τε sequente καί, vno verbo interiecto, aut etiam pluribus. Demosthenes, ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ καθίσταμεν, Simulatque audiuimus aliquid, cõstituimus. Tale est illud, ἅμα δὲ ὁ Κλεόδημος εἰρήκει, καὶ ἐπεισέπεσεν ὁ Ἀλκιδάμας, Hæc simulac dixisset Cleodemus, irruit Alcidamas. Chrysost. De orando Deo, ἅμα τε προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτηρίας ἔτυχε. Simulatque ad pedes Christi procubuit, salutẽ est adepta. Aristides, ἅμα γὰρ οἱ ἐκεῖνοί τε ἐδέχοντο, καὶ ταύτην οὐκ ἐλελήθει, id est (Budæo interprete) Simulatque enim illi Herculem vt deũ admiserunt, hanc ciuitatem id non latuit. Itidẽ cum præterito imperfecto, apud Isocratem in Paneg. ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τὰς ἀρχὰς ἀπεστερούμεθα, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀρχὴ τῶν κακῶν ἐγίγνετο. In loco autẽ Demosthenis paulo antè citato erat ἅμα cum præterito, καί cum præcedenti: ecce vtranque particulam cum præsenti, apud Plutar. De primo frigido, ἅμα γὰρ ἀπέρχεται πολὺ φαίνεται, καὶ ψύχεται τὸ ὑπολειπόμενον. id est (Turn interpr.) Nam simulac magna vis eius excessit, corpus statim reliquum refrigerari videtur. Sic Æschines, ἅμα ἀνακηρύττει καὶ ἀφαιρεῖται, Simulatque præconis voce pronuntiat, aufert. Quanquam hic fortasse nihil necesse fuerit ἅμα vertere Simulatque: quum possit commodè verti Simul, Eodem tẽpore. Reperitur verò ἅμα sequente καί itidẽ cũ participio. Chrysostomus, διδάσκει δὲ καὶ ὁ κύριος, ἅμα τε προσποιῶν τῷ θεῷ καὶ καθαρῶς ἀκούσας. ¶ Ἅμα sequẽte δὲ in altera parte orationis, vide in versu Homerico qui est in proximè sequente annotatione.

Ἅμα geminatum, in hoc prouerbio, ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον: id est ad verbum, Simul verbum, Simul opus, pro Simul & dictum & factum. Aut breuius & elegantius, Dictum, factum. quod ex Homerico hoc versu manasse aiũt, Il. τ, Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.

Ἅμα otiosum alicubi notat apud Thucydidẽ scholiastes.

¶ Ἅμυδις, aduerbium Æolicum, idem valens quod ἅμα, pro Simul, Vnà, Pariter. & ex eo factum, vt vult Orus apud Etymol. Eiusdem autem esse formæ cuius ἄλλυδις, testatur Eustathius: qui & tenuari dicit (licèt ἅμα aspiretur) quòd sit Æolicum. Hom. Il. κ, — ἀμ' ἄμυδις καλέσκετο πάντας ἀρίστους. Il. υ, — τῶν δ' ἄμυδις μάχην ἦρος ἀπὸ δ' αὐτοί. Et Od. ξ, Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε καὶ ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν. Vbi obserua ἄμυδις sequente particula καί, sicut & alibi: vt Od. λ, Μνηστῆρες δ' ἄμυδις καλέουσι καὶ πεύσονται ἄεθλον. Itidem Od. ι, Μή μ' ἄμυδις στόμα τε κακὰ καὶ θῆλυς ἱέρη, &c. His autem in locis commodius redderetur per Pariter. ¶ Ἄμυδις ab Hesychio exponitur duntaxat ἅμα & ὁμοῦ, & à Suida ὁμοῦ solùm: sed quidam exposuerunt etiam ἐξαίφνης.

Ἅμαξα, ης, ἡ, Currus, Plaustrum. Reperitur etiam tenuatum. vnde πλάθειν ἐπ' ἄμαξαν, non ἐφ' ἅμαξαν. & αἱ δ' ἐπ' ἀμαξῶν. item κατημαξευμένον. pro quo postea dixerunt Attici καθημαξευμένον. Legitur verò & apud Hesiodum, δούρατ' ἀμάξης. item, ἐπ' ἄμαξαν ὑπὲρ ἄχθος ἀείρας. Nonnulli illam cum spiritu tenui scripturam, Æolicam esse dixerunt. Addit autem Eustathius, tenuari secundum hanc etymologiã, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ἀμαώμενα, id est, Ab aduehendis messibus: aspirari autem secundum hanc, παρὰ τὸ ἅμα καὶ τὸ ἄξων. Ego multo pluribus in locis aspero spiritu notatam hanc vocem reperi: ac si mihi quoque meam afferre etymologiam liceat, ἅμαξαν dictam esse dixerim ἐκ τοῦ ἅμα ἄξαι, quòd curru seu plaustro plures simul vehi possint. Quid autem me quoque diuinationem meam proferre vetat? Frequens est autem hæc vox apud vtrosque scriptores. Odysseæ ζ, Οἱ μὲν ἄρ' ἐκτὸς ἅμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην Ὥπλεον ἡμιόνους θ' ὕπαγον ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ. & Od. ι, ἅμαξαι τετράκυκλοι, id est Currus quatuor rotarum. Legitur verò & apud Herodotũ ἅμαξα τετράκυκλος. ¶ Prouerbium est τὰς ἁμάξας λαλεῖν, De plaustro loqui, de quo consule Erasmum.

Ἅμαξα, Septentriones. Gell. lib. 2. cap. 21, Et quid inquam, vos opici dicitis mihi quare quod ἁμάξας Græci vocant, nos septentriones vocamus? Paulo pòst, Itaque hoc sidus quod à figura posituráq; ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres à bubus iunctis septentriones appellarunt. id est à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurant. Præter hanc (inquit) opinionem, &c. Hæc ex Gellio. Seruius quoque subindicat axem dixisse Virgilium pro septentrione ex Græcæ vocis ἅμαξα imitatione. nam in hoc hemistichiũ Georgic. 2, — qua terga obuerterit axi, annotat, Axi, septentrioni. nam Græcè ἅμαξα dicitur. Idem verò & alibi ab eo annotatur. Hom. Il. σ, Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

C. Ἁμαξόβιος, ου, ὁ, siue Ἁμαξοβίτης, In plaustro viuens. ἁμαξόβιοι siue ἁμάξοικοι dicũtur Scythæ, ἁμαξόβιοι, In plaustris viuentes: ἁμάξοικοι, In plaustris habitantes, vel, In plaustris domos suas habentes.

C. Ἁμαξοκυλισταί, quidam Megaris appellati quasi ἁμάξης κυλισταί, currus deuolutores, vt ex historia colligo quã Plut. in fine κεφ. Ἑλληνικῶν refert.

C. Ἁμαξοπηγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Plaustri siue Plaustrorum compactor, Curruum fabricator. Ex ἅμαξα & πήγνυμι. Alio nomine ἁμαξοποιὸς siue ἁμαξουργός.

C. Ἁμαξοπηγία, Plaustrorum fabricatio.

C. Ἁμαξόποδες, ων, οἱ, Ad verbum, Plaustripedes. Vitruuius lib. 10, ait hoc nomine vocari arbusculas in quibus versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. Apud Pollucem scriptũ est ἁμαξίποδες. Ait autẽ ὑποτίθεται δὲ αὐτοῖς [τοῖς ἄξοσι] ξύλα, ἃ καὶ καθαράξια ὀνομάζουσι.

οἷς ἐγχαρμιζόντων αἱ ἁμαξήποδες, ἀφ' ὧν ὁ ἄξων ἐλίττεται γραφόμενος. Apud Hesych. legitur ἁμαξίποδες per ι. A

C. Ἁμαξοποιός, ὁ, καὶ ἡ, Plaustri fabricator. qui & ἁμαξοπηγός. sed ἁμαξοπηγὸς sonat ad verbum, Plaustri compactor: ἁμαξοποιὸς aũt Plaustri factor, siue confector.

C. Ἁμαξουργός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ex ἅμαξα & ἔργον, Idem quod ἁμαξοποιός. HINC Ἁμαξουργία, Plaustri confectio, Plaustri fabricatio.

C. Ἁμαξόδενα, ων, τά, Clauiculi qui obstant ne rota currus exeat. alio nomine ἐνήλατα. Eustath.

C. Ἁμαξήλατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vehicularis via, Plaustraria via. Idem quod ἁμαξιτός. Fit ex ἅμαξα & ἐλαύνω Subauditur autem ὁδὸς cum hoc nomine, vt cum ἁμαξιτός. B

C. Ἁμαξήποδες, ων, οἱ, Vide Ἁμαξόποδες paulo póst.

C. Ἁμαξήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁμαξιαῖος, Plaustrarius, Plaustralis. vt ἁμαξήρης τρίβος apud Euripidem, via plaustraria: ἁμαξιτὸς etiam dicta & ἁμαξήλατος.

Ἁμαξία, vel potius ἁμαξιά, ᾶς, ἡ, Via qua plaustrum agitur. ἁμαξεία autem vide post ἁμαξεύς.

Ἁμαξιαῖος, ου, ὁ, Plaustralis, Plaustrum implens. vt ἁμαξιαῖοι λίθοι, saxa grandia & plaustrum implentia, apud Xenophontem Hellenicῶν 2. Possumus verò & ingentia saxa interpretari. sæpe enim subest aliqua hyperbole huiusmodi adiectiuo. Sic γόγγροι ἁμαξιαῖοι, apud Athenæum, lib. 7. | Ἁμαξιαῖα, inquit Erasmus, id est plaustralia, Græci vocant magnifica, fastuosáque: à plaustris ducto nomine. Hæc Erasmus. quæ sequẽs aliquis, ἁμαξιαῖα ῥήματα interpretetur verba magnifica & fastuosa: non malè etiam (Horatiano verbo vtens) sesquipedalia. Nisi fortè ἁμαξιαῖα dicta ob prolixitatẽ (id est quòd multarum essent syllabarum) potius quàm ob eũ quẽ præ se ferrent fastum. C D

Ἁμαξικός, ἡ, ὁ, Plaustralis, id est Ad plaustrum pertinens. | Exponitur etiam Plaustrarius siue Carpentarius.

Ἁμαξίτης, ου, ὁ, Plaustralis, Curulis. vt quidam in Anthol. epigr. ἁμαξίτην φόρτον vocat curule onus, siue pondus. id est quod curru vehitur.

Ἁμαξιτός, οῦ, ἡ, Via vehicularis, Via plaustraria, Via per quã agitur currus, vel agi potest. Apud Herodotum, Spatii quantum opus est ad agendum currus. Vnde & appellata sic fuit via publica, ὁδὸς δημοσία, Suid. Hesychius. Militaris via exponi potest. λεωφόρος à Græcis alio nomine dicitur. Euripides autem ἁμαξήρη τρίβον appellauit. Il. χ. Τεῖχος αἰεὶ ὑπὲρ κατ' ἁμαξιτὸν ἐσσεύοντο. Xenophon Hell. 2. ἐχώρουν κατὰ τὴν ἐς τὸν πειραιᾶ ἁμαξιτὸν ἀναφέρουσαν. Apud eundem Hellen. 7, ἁμαξιτὸν per ι legimus. & vtranque scripturam in vulg. lex. Græcol. annotatam habemus. quum tamen in Homeri loco dubia non possit esse scriptura, vtpote ι tantum admittente, quod possit corripi. In iisdem verò lexicis ἁμαξιτὸς exponitur etiam Orbita: quũ tamẽ orbita longè aliud significet, id videlicet quod ἁρματροχιὰν Græci appellant. Sciendũ autem, quũ dicitur ἁμαξιτός, subaudiri ὁδός. A Suida citatur locus in quo est ἁμαξιτὸς ὁδός. E F

¶ Ἁμαξεύς, έως, ὁ, Aurigator, Auriga ζευγηλάτης. Hes.

Ἁμαξεία, ας, ἡ, Onus quod vehitur curru, Sarcina quæ vehitur plaustro. ὁ τῆς ἁμαξῶν φόρτος. Suid.

Ἁμαξεύω, Plaustrum duco, Aurigor. Plut. in Eumene, τοὺς μὲν ἁμαξεύοντας δι' ἀπορίαν. Arrianus, καὶ τοὺς μὲν ἀροτριᾶν, τοὺς δὲ ἁμαξεύειν. id est, Et huic quidem arare, illi autem aurigari. | Philostratus ἁμαξεύοντας Scythas vocat qui in curribus degunt. G

Ἁμαξεύομαι, Plaustro vehor. In vulg. lex. Græcol. ἁμαξευόμενος exponitur etiam Plaustris habilis.

C. Ἀναμάξευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt τόπος ἀναμάξευτος, locus per quẽ agi plaustra nequeunt. q. d. Plaustris impermius. Vtitur Herodotus.

C. Καθαμαξεύω, vel secundum antiquam scripturam Καταμαξεύω, compositum ex κατὰ & ἁμαξεύω. vnde ὁδὸς καθημαξευμένη, via plaustris trita. Hinc per metaphoram καθημαξευμένον dicitur quicquid est tritum, triuiale, trãslatitium. Quæ expositio conuenit loco Suidæ in quo συνεχῶς exponit τὸ κατημαξευμένον ἢ πᾶσι γνώριμον. Scribo autem κατημαξευμένον per τ, vt apud eum habetur. Alibi autẽ καθημαξευμένος (scribens per θ) exponit τετριμμένος, ἐγγεγυμνασμένος. quarum explicationum posterior H

mihi parum probatur. minimè certè videtur perinde conuenire ac prior. neque enim dicetur ὁδὸς ἐγγεγυμνασμένη via exercitata, sicut dicitur ὁδὸς τετριμμένη, via trita. nec σκώμματα καθημαξευμένα (id est triuialia scõmata) poterit quis explicare σκώμματα ἐγγεγυμνασμένα. Nec verò in hoc Æliani loco qui ibi à Suida citatur, γύναιον ἐκ Συελίας καθημαξευμένον ὑπὸ πολλῶν τῶν ἐραστῶν, poterit γύναιον καθημαξευμένον exponi γύναιον ἐγγεγυμνασμένον: at τετριμμένον poterit. Itidem verò Latine fortasse publicum prostibulum vel publici prostibuli corpus (veluti publica via) dici possit tritum. Quinetiam καθημαξευμένον in hoc Æliani loco, non malè (credo) interpretaretur aliquis Peruagatum.

C. Ἐξαμαξεύω, in vulgat. lex. Conuitior, Maledico, quasi De plaustro conuitia fundo. ET Ἐξαμαξευόμενος in iisdẽ, De curru delapsus: metaphoricè autem, Qui de sententia aut spe decidit. Sed horum autor non nominatur, quæ certè mihi suspecta sunt. Quũ autẽ ἐξαμαξωμένος in nonnullis scriptum sit (quod stare posse non videtur) in aliis peius etiam scribitur ἐξαμαξόμενος. Fortasse autem ἐξημαξωμένος scribi debuit.

Ἀμαξαία, Idem quod ἅμαξα, factum κατὰ παραγωγήν. vt σελήναία pro σελήνη, & Ἀθηναία pro Ἀθηνᾶ. Eustath.

¶ Ἁμαξίς, ίδος, ἡ, Plostellũ, Plostellulũ, Paruus currus. Eustathius autem ait veteres scriptum reliquisse ἁμαξίδα esse plostellum quod fit ad lusum puerilem. quæ significatio minus esset generalis. conueniret certè huic Aristophanis loco in Nubibus, vbi Strepsiades dicit Phidippidæ filio, Τοῦτον ἐπλάττου οἰκίας ἁμαξίδας. Ibidẽ, Ἁμαξίδας δὲ σκυτίνας εἰργάζετο. id est, Plostella autem coriacea conficiebat. Vbi esse puto ἁμαξίδα plostellũ puerile: cuiusmodi illud cuius meminit Horatius hoc versu, Ædificare casas, plostello adiungere mures. Ita tamen vt inde colligi non possit ἁμαξίδα generaliter de quouis plostello ad quemlibet vsum comparato dici non posse. Ipse quidem certè enarrator Aristophanis simpliciter ait ἁμαξίδα esse μικρὸν ἁμάξιον, non addens illud εἰς παίγνιον τοῖς παισί. Hesychius quoque in ἁμαξίς, scribit, τὸ μικρὸν ἁμάξιον Ἀττικοὶ οὕτως καλοῦσι. Plostellulum autem potius interpretarer quàm Plostellũ: quia μικρὸν ipsi Græci addunt cum ἁμάξιον, quod Plostellum significat. Paruum enim plostellum est plostellulum.

Ἁμαξίς, Placentæ genus, in illum Aristophanis versum modò citatum, Τύπου ἐπλάττου οἰκίας ἁμαξίδας, annotat eius enarrator, ἁμαξίς, Paruum plostellum, aut Placentæ genus. Suidas quoque ait placentæ genus esse quæ suo tempore κοπὶς diceretur. At Hes. præter plostellũ significare scribit & vuæ gen' ἀπὸ ἀναδενδράδος.

¶ Ἁμάξιον, ου, τό, Plostellũ, apud Suidam, Hesychium, Aristophanis enarratorem, & Eustath. in expositione vocis ἁμαξίς.

Ἀμάω, ῶ, F. ήσω, Meto. Aristoph. in Equitibus, ἀλλότριον ἀμῶν θέρος, alienam metens messem. Ἀμᾶν Eustath. quosdam ab ἅμα deriuasse tradit, vt esset ἀφ' ἓν ποιεῖν ἰλκειν. Etym. autem addit, ἀμᾶν quasi ἅμα στᾶν. At Hesych. habet, ἀμᾶν, θερίζειν, ἀπὸ τοῦ ἅμα ἀπέχειν. Cæterùm φ aliο spiritu notatur hoc verbum quàm ἅμα, à quo deriuari putatur, id in aliis etiam nonnullis vsuuenit. Frequẽtiᵘˢ vsurpatur Ἀμάομαι vox passiua, in significatione act. Absolutè interdum. Hesiod. in Ergois, – γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, Γυμνὸν δ' ἀμάασθαι. cum accus. vt idem ibidẽ, – ἵνα' ὥρια καρπὸν ἀμᾶσθαι.

Ἀμᾶν siue ἀμᾶσθαι (vnde nostrate verbũ amasser) Colligere, Accumulare. Il. ω, Ἀλλ' ἤτοι τρόφι λειμωνόθεν ἀμήσαντες. Apollon. Arg. 1. ἄσπετον ἀμήσαντες φυλλάδα. quo in loco, sicut & in proximè præcedente Homerico, notandũ ἀμήσαντες prima longa. quum potius corripiatur, vt in aliis hic citatis locis videre est. Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. id est, Alienũ laborẽ in suũ ventrẽ cõgerũt. Od. ι, Αὐτίκα δ' ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος, Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκε. vbi annotat Eustathius ἀμησάμενος esse pro συλλέξας χερσὶ καὶ συναγαγών. vt (inquit) Vlysses φύλλα ἐπαμησάμενος ἐκαλύψατο, & Priamus ἐπαμησάμενος κόνιν κατεπάσατο. Videtur tamen vtrobique ἐπαμησάμενος esse potius Accumulans, vel Quum accumulasset.

Ἀμᾶν siue Ἀμᾶσθαι, Abscindere. quod & imitantes Latini (vt opinor) Demetere ita vsurparunt. vt Demeteret ferro, apud Horatium. Hesiodus in Scuto, — οἱ γὰρ μὲ ἦμων Αἰχμαῖς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα. Hesychius ἀμήσαντα exponit simpliciter ἀποκόψαντα. At Eustathius in hoc loco Homeri Odyss. φ, — ἀπ' οὔατα νηλέϊ χαλκῷ Ῥινάς τ' ἀμήσαντες, vult esse pro Abscindentes facilè, tanquam plantam quæ ferro demetitur.

Ἀμᾶν siue Ἀμᾶσθαι, metaphoricè, Fructũ & vtilitatem siue cõmodum decerpere. Plutarch. αὐτοὶ ἴσως (ἔφη) τῆς διαίτης τῆς ἐλευθερίας ἀμώμεθα, id est, Fructũ libertatis decerpimus, Fruimur libertate, vel Fructum decerpimus, libertatis fruitionẽ. Sic & Latini suũ Metere interdum vsurpant.

Ἀμάομαι, ὦμαι, Significat. pass. Metor. Theophr. de tithymallo, ἀμᾶται δὲ ὅταν ἄρτι ἀκμάζῃ ἡ σταφυλή.

Ἄμητος, ου, ὁ, cum accentu in prima, Messis. Ea quæ metuntur, vel Collectio frugum. Item, Ipsa metendi actio. Hesiodus sic exorditur suum ἡμερῶν opusculum, Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων. Idem ibidem, ὥρῃ ἐν ἀμήτου, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφει. id est, Tempore messis, quũ sol corpus arefacit. περὶ καιροῦ ἀμήτου, apud Lucianum, De metendi tẽporibus.

Ἀμητὸς, οῦ, ὁ, Messis tempus, Tempus reconditionis frugum, ὥρα ἀμήτου, vt in Hesiodi loco: καιρὸς ἀμήτου, vt in Luciani loco modò citato. Sequor autem Hesychiũ, qui ita scribit, Ἄμητος, τῆς μὲν ἀρχῆς ὀξυνομένης, αὐτὸ τὸ θεριζόμενον· τῆς δὲ πληθυντικῆς, ὁ καιρὸς τῆς συγκομιδῆς τῶν καρπῶν. id est, Ἄμητος, prima quidem acuta, Ipsæ fruges quas messuimus: vltima autem acuta, Tempus reconditionis frugum. At Eustathius & Suidas in contraria sunt opinione: ac re vera in quibusdam exemplaribus Hesiodi non ἀμήτου legitur, sed ἀμητοῦ, in citatis modò locis. Verùm nõ parũ apud me valet Hesychii autoritas, præsertim quum variorum autorum vetusta exemplaria obseruarim ita collocatos accentus habere, vt collocandos censet Hesychius. Cui vt assentiar facit & hoc φ ἄροτος itidẽ προπαροξυτόνως arationem, ἀροτὸς ὀξυτόνως arationis tempus significare comperiam: & quidem ea ipsa exemplaria quæ in loco Hesiodi ἀμητοῦ habent, nõ ἀροτοῦ tamen habere, sed ἀρότου. quòd videlicet prior ille genitiuus deprauatus fuerit in iis, posterior integer manserit. nam eadem planè ratione qua scriberetur ἀμητοῦ, scribendum etiam foret ἀροτοῦ pro ἀρότου ab ἄροτος. Est in τρυγητὸς ac τρύγητος eadẽ planè ratio. Quanquam existimarunt quidam hæc esse τῶν διχολογουμένων quod ad accentum attinet, quòd in eo variare comperirent exemplaria. sed ego planè librariorum incuriæ hoc imputo, quod in optimis quibusque exẽplaribus diligenter obseruatum hoc in accentu discrimen animaduerterim, eo quo præscribit Hesychius modo.

Ἀμητὴρ, ῆρος, ὁ, Messor. Iliad. λ, Οἱ δ' ὥς τ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν Πυρῶν ἢ κριθῶν. ΕΣΤ ΕΤ ἀμήτειρα f. apud Etym. quod significat mulierem quæ metit.

¶ Ἄμη, ης, ἡ, Falx messoria, vt vulgò exponitur. Quæ significatio optimè cõuenit deductioni ab ἀμᾶν. Exponitur & Sarculum. Ἄμη (inquit Budæus in Comment.) Instrumentum fossorium, quod lingua vernacula luchetum vocant, quo fossores aggerarii vtuntur. Æschin. in Ctesiph. ἴσχοντες ἄμας καὶ δικέλλας. Apud Plinium in epist. ad Traianum legitur hama aspiratum, Nullus in publico sipo, nulla hama. quod aliud instrumentum significare mihi videtur. Hactenus Bud. Sunt autem qui ibi pro instrumento ad incẽdia compescẽda sumi existiment. Apud Suidã, ἄμαι ἀπήτων, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας, quod est inter Erasmica. Suidas ἄμην esse ait fabrile instrumentum: Etymologistes agricolarum aut architectorũ instrumentũ: dicens vel ab ἅμα aduerbio, vel ab ἀμᾶν posse deduci. Erasmus ab ἀμᾶν deducendũ cẽsuit. Apud Suidã ἄμη legitur tenuatum tanquã ab ἀμᾶν, & paulo pòst ἅμας aspiratũ tãquã ab ἅμα. & apud Plin. hama est cũ aspirationis nota, in modò citatis. Sic & apud Cat. vbi hamã rusticis instrumẽtis annumerat. quãquam & ἀμᾶν ipsũ quod tenuari cõstat, ab ἅμα deducũt gramm. | Apud Hes. legitur ἄμη tenuatũ, qui ait significare etiã σκάφην ἐς ἣν ἐμβάλλουσι τὸν πηλὸν ποδὸς τὸ μὴ βαίνειν.

A C. Ἀπαμάω, ῶ, vel potius Ἀπαμάομαι, ῶμαι, Demeto. Ἀπαμήσαντες, ἀποθερίσαντες, Hesych.

C. Διαμάω, ῶ, & Διαμάομαι, ῶμαι, Demeto. Et metaphoricè interdũ (sicut Demetere caput ferro apud Horat.) Il. γ, v. 359. Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα Ἔγχος. pro abscidit. ῥᾶον διέκοψε, καὶ τὸ διεῖλε, inquit Eust. Polyb. autẽ διαμᾶσθαι dixit pro Euerrere & accumulare, vt Bud. scribit p. 356. vbi & ex duobus Arriani locis affert διαμᾶσθαι τὴν χάχληκα. quẽ existimo Thucydidem in hoc loquendi genere sequi voluisse: apud quẽ legimus lib. 4. p. 130, ἀλλὰ διαμώμενοι τὸν κάχληκα οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον δῆθεν

B οἷον ὕδωρ. Vbi schol. διαμώμενοι exponit διασκάπτοντες, id est effodientes. addens dictum esse ab ἄμη, significante σκαφίον πλατύ.

C. Ἐξαμάω, ῶ, & Ἐξαμάομαι, ῶμαι, itidem pro Demeto, Abscindo. Sophocl. Γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος. Vbi exponitur, Radicem habens exectam.

C. Ἐπαμάω, ῶ, vel potius Ἐπαμάομαι, ῶμαι, Colligo, Coaceruo, Accumulo metentiũ more. Hom. Od. ε, — ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν Εὐρεῖαν. Vbi Eust. pro συνέλεξεν

C inquit, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀμώντων. Sic & κόνιν ac πέτρας aliquis ἐπαμᾶται χερσί. Vtitur autẽ in Iliade quoq; hoc verbo. Sũt & qui (sensum explicantes) ἐπαμήσατο Εὐνὴν interpr. Ex cõgestis coaceruatisq; foliis sibi cubile strauit. Xen. ἐπαμήσαντο δ' αὖ μόνον τῆς γῆς, ἣ ἐς στάχυας αὖ οὐ μάλα περὶ τὸ φυτόν. Vbi Bud. vertit Accumulare, ex quodã Plinii loco, quẽ affert, p. 356. Citatur & ex Herodoto ac Theophr. ἐπαμήσασθαι γῆν, itidẽ pro Terrã aggerere. Sed in vulg. lex. ἐπαμάω exponitur etiã Leniter superinitcio.

C. ΠΡΟΣαμάω, ῶ, vel potius Προσαμάομαι, ῶμαι, Insuper

D aggero, vel accumulo. ΕΤ c. ε. Ἀντιπροσαμάομαι, E contrario aggero. Xen. ἀντιπροσαμήσασθαι τὴν γῆν.

ΑΜΑΛΛΑ, ας, ἡ, Manipulus, Fasciculus manipulorũ. Apud Hes. ἀμάλα legitur cũ vnico λ, & exponitur αἱ δέσμαι τῶν δραγμάτων. Ac eũ ita voluisse scribere, hinc apparet quòd paulo pòst annotet, ἀμαλή, quũ ὀξυτονῆται, significare ἁπαλή: at quũ παροξύνεται, significare δράγμα. Athenæus quoq; ἀμάλας habet vnico λ, dicẽs ita vocata τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτά. At Eust. duplici λ hoc nomẽ scriptũ habet, scribẽs ἀμάλλην esse τὸ ὑπ' ἀγκάλην συμ-

E πίεσμα τῶν δραγμάτων. Et statim pòst, ἀμάλλαι δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, δράγματα εἰσὶ, παρὰ τὸ ἅμα ἀολλίζεσθαι χερσὶ τοὺς στάχυας, ἢ παρὰ τὸ ἁμᾶσθαι. quæ & apud Etym. habes. ego posteriorẽ deriuationẽ hic sequor. Itidẽ apud Etym. ἀμάλλαι geminato λ legitur. Ab hoc nomine fortasse deriuata vox Gallica malle, significãs perã seu manticã in quã viatores sarcinulas quasdã cõiiciunt, eã extremo equi tergo superimponẽtes. Hinc verò eadem ratione deriuari possit & balle pro cuiuslibet rei sarcina: vt binæ sarcinæ quibus onerantur muli, vocantur balles.

F C. Ἀμαλλοδετὴρ, ῆρος, ὁ, Manipulorum ligator, siue colligator. Il. σ, Δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε, Ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο. Τρεῖς δ' ἄρ' ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν.

C. Ἀμαλλοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Manipuliger, Manipulos ferens, siue gestans. Δημήτηρ, id est Ceres, dicebatur ἀμαλλοφόρος, vt refert Eustath. παρὰ τὰς ἀμάλλας, ἤγουν τὰ δράγματα τῶν ἀσταχύων.

Ἀμαλλεύω, In manipulos colligo. Intellige autem Colligo, cuius infinitiu' Colligare: vt sit εἰς ἀμάλλας δεσμεῦ-

G ω, seu δεσμεύειν. Eust. autẽ exponit δραγματεύειν eodẽ sẽsu.

¶ Ἀμάλλιον, ου, τὸ, Funis ad ligandas ἀμάλλας, id est manipulos. Eustath.

ἉΜΑΡΤΑΝΩ, (pr. imp. ἡμάρτανον. at præter. perf. ἡμάρτηκα, tanquam ab Ἁμαρτέω. sic fut. ἁμαρτήσω. aor. 2, ἥμαρτον) Aberro: vt ἁμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ, Aberrare à via, Rectam viam nõ tenere. vt dixit quidam, ἡμαρτήκαμεν τῆς ὁδοῦ τὸ παράπαν, Prorsus à via aberrauimus. vel, Tota via errauimus (vt alii expli cant) forma prouerbiali. Sic dicitur ἡμαρτηκέναι πάσης δι-

H καίου, Aberrauisse ab omni æquitate, i. ab omni æquitate excidisse. quasi à via æquitatis aberrasse. Itẽ ἁμαρτάνω, Aberro, Nõ attingo scopũ, vel quicquid est ad quod tendo. In qua signif. sæpe est apud Hom. Od. ζ, Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια· Ἀμφιπόλου μὲν ἅμαρτε, βαθείῃ δ' ἔμβαλε δίνῃ. Iliadis θ, — βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός.

Ἀλλ' ἄγε καὶ τὸ δ' ἅμαρτε. παρέτρεψεν γὰρ Ἀπόλλων. Iliad.ρ, — τοῦ μέν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν. Sic vsurpatur & in prosa. vt apud Xenophontem Pæd.lib.8, ἵνα καὶ μάλιστα ἐθέλης, οὐκ ἂν ἁμάρτοις ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Et lib.4, ὁ μὲν ἄρχων τῶν ἀκοντιστῶν ἥμαρτεν ὡς μήποτ' ὤφελεν. Idem lib.5, καὶ χαιρείας μὲν πλήρης ἁμαρτάνει. ¶Item ἁμαρτάνειν τινὸς apud Hom. In aliqua re vel circa rē aliquā errare, aut Ab aliquo aberrare.i. A recto aberrare, & quasi à recta via, circa quidpiā. vt ἁμαρτάνειν μύθων, Od.λ, Αἰεὶ πρῶτος ἔβαζε καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων. Vbi οὐχ ἡμάρτανε μύθων possumus etiam exponere, Non errabat verbis. sequentes Fabium, qui ait Homerum dixisse Menelaum non errare verbis: exponens quod ille dicit οὐχ ἀφαμαρτοεπής. Pro quo & ἀμαρτοεπὴς dicitur ab eodem poeta, vt infrà docebimus. Porro secundum eam quam dixi habere apud eum significationem ἁμαρτάνειν τινός, poterimus exponere apud eundem Iliad.ω, — ἐπεὶ οὔ τι φίλων ἡμάρτανε δώρων. Quia non à recto & æquo aberrabat circa munerum largitionem, vel In largiendis muneribus à recto non aberrabat, & quasi à recta via. Vel, A recto non discedebat in dandis muneribus. Nam dura esset interpretatio ad verbum, A donis gratis & acceptis non aberrabat. Huc etiam referre possumus & illud loquendi genus paulo antè positum, ἡμαρτηκέναι παντὸς δικαίου. Item hoc, ἁμαρτάνω τῆς γνώμης, Erro in sententia, vel Aberro à recto circa sententiam, Fallit me opinio, Fallor. quæ tamen loquendi forma & rara & dura est. ἁμαρτάνω τῆς πράξεως, Erro in agenda re aliqua, Erro in actione rei alicuius. Malim tamen ἁμαρτάνω accipi pro ἀποτυγχάνω: de qua significatione iamiam dicam. ¶Vicina est huic significatio verbi ἁμαρτάνω, quæ per verbum Frustrari vertitur, passiuè sumptum: licet rarò à Latinis ita vsurpetur. vt δυοῖν θατέρου πάντως οὐχ ἁμαρτήσομεν, Duorum altero nequaquam frustremur. Sic ἡμαρτήκαμεν ἀμφοτέρων, Frustrati sumus ambobus. vel accipiendo Frustrari in actiua significatione, Vtraque nos frustrata sunt. Ad verbum, Aberrauimus ab vtrisque. Sic sæpe dicitur, ἁμαρτὼν τῆς ἐλπίδος, pro ἀποτυχών, Qui frustratus est sua spe, Quem frustrata est sua spes.

Ἁμαρτάνω, Erro, Fallor, Allucinor. Pecco, pro Erro, Erratum committo. quam significationem in præcedente annotatione attigimus. Plato Politicῶν 1, ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ τοῦτο, In hoc errant homines. Sic Isocrates iunxit cum περὶ, scribens, ἁμαρτάνειν περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων, In rerum delectu errare: vel falli, aut allucinari. Cum accusatiuo, Aristophanes in Pluto, ἅπαντα δ' ἁμαρτάνοντ' ἀποδείξειν. Galenus ad Glauconem 1, ἄμφω δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι. Sic apud Sophoclem, Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη. Absolutè item ponitur. vt apud eundem Politicῶν 1, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει. ἐπιλειπούσης γὰρ ἐπιστήμης ὁ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει. Sic in Lamachi apophthegmate apud Plutar. οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν, Non licet in bello bis errare.

Ἁμαρτάνω, Pecco, Delinquo, Peccatū admitto. Absolutè Iliad.ι, — ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ. Hesiodus Theogonia, Πεῖρ γ' ἀπὸ τῶν δαίμων καλῶν ἐστιν ὅς τις ἁμάρτῃ. Isocrates in Busiridis encomio, ἁμαρτάνουσι βελτίους καταφυγλιό. Idem in Paneg. ἵνα μή τις ἔργῳ ἰδίους ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἁμαρτάνουσι. Habet sæpe & accusatiuū rei, vt ἁμαρτάνουσι τὰ αὐτά, Eadem peccata committunt, Vitiis iisdem obnoxii sunt. Sic Xenophon Pæd.3, ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν, Humana mihi videris peccauisse. Id est, Peccata commisisse ab hominum natura minimè aliena. Dicitur & ἁμαρτάνειν ἁμαρτίας, Peccare peccatum. vt νοσεῖν νόσον. Et accusatiuum personæ, sed qui regitur à præpositione εἰς. vt ἁμαρτάνειν εἰς τοὺς γονεῖς, Peccare in parentes. Interdum vtrunque accusatiuum simul habet: vt apud Thucydidem, ἁμαρτάνει πολλὰ εἰς ἡμᾶς. Multa in nos peccat. nam Latini quoque ita loquuntur. Dicitur & ἁμαρτάνειν εἰς ἑαυτόν, Peccare in seipsum. vt apud Isocratem ad Demonicum, δικαίως δ' ἂν τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμεν μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν. Sic Cicero dixit epist. ad Att. lib 3, In me enim ipsum peccaui vehementius. Item ἁμαρτάνειν cum aduerbio: vt ἁμαρτάνειν ἀνηλεγῶς, Demosth. in Midiam.

Ἁμαρτάνω, Priuor, στέρομαι. Vide inter significationes

A vocis passiuæ ἁμαρτάνομαι.

¶Ἁμαρτεῖν, pro ὁμαρτεῖν, id est sequi, iuxta Eustathiū & Hesychium. Ab ἁμαρτῆ (vt opinor) quod pro ὁμαρτῆ, id est Simul, legerūt quidam ex veteribus in hoc Iliad.ε loco, — καὶ τὸ μὲν ὁμαρτῆ δούρατα μακρὰ Ἐκ χειρῶν ἤιξαν. Censuit autem Aristarchus ἁμαρτῆ per syncopen esse factum ex ἁμαρτήδην itidem significante Simul.

Ἁμαρτάνομαι, passiuè, Peccor. nam pecco apud Latinos itidem passiuum format. ἁμαρτάνεσθαι igitur dicitur Quod peccatur, Quod perperam seu improbè fit aut dicitur.
B Interdum impersonaliter ponitur ἁμαρτάνεται, vt Latinè peccatur. Cic. De officiis 1, Quo in genere etiam in republica multa peccantur. τὰ περὶ τὴν πόλιν ἁμαρτανόμενα, apud Xenophontem ἀπομν.1. ἀπολογία τῶν τούτοις ἡμαρτημένων, apud Demosthenem, Excusatio peccatorū. Thucydides ἔργα ἀγαθὰ ὄντα & ἁμαρτανόμενα inter se opponit, id est Res bene gestas & res malè gestas. Vel ἁμαρτανόμενα ἔργα, Opera seu actiones quæ non succedunt, Actiones in quibus vel circa quas offensum est. Puto enim respondere illi Græco Latinum hoc vocabu-
C lum: & τὰ ἁμαρτανόμενα ἐν τῷ πολέμῳ interpretari nos posse Ciceronianis verbis Offensiones belli. Sic Plutarchus in Fabio, ἡμαρτημένα & ἀνδραγαθήματα contraria facit, scribens, τὰ μὲν σοῦ ἡμαρτημένα σοι κελεύω τοῖς ἀνδραγαθήμασι. Apud Aristotelem ἁμαρτάνεται & κατορθοῦται inter se opponuntur: quod facit pro mea interpretatione illius Thucydidis loci modò citati. ¶Ἡμαρτημένος, Deprauatus, Vitiatus. vt ἡμαρτημέναι γραφαί, apud Porphyrium, Deprauatæ scripturæ. Sic ἡμαρτημένον δρᾶμα, apud Athenæum, lib.7. Ibidem ἁμαρτανόμενα τῇ τοῦ ἀέρος ἀκρα-
D σίᾳ exponitur apud Theoph. De caus.pl.3.c.18. aeris intemperantia deprauata.

Ἁμαρτάνομαι, Priuor. Odyss.ι, Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς, id est, Manibus Vlyssis me priuatum iri oculis. Hesychius ἁμαρτήσεσθαι exponit δι' ἁμαρτίας στερήσεσθαι, id est, ob peccatum priuatum iri. Notat idē vocem actiuā ἁμαρτῆσαι itidem pro στερηθῆναι, id est priuari. Habetur & Il.χ, — φίλε ἀπὸ πατρὸς ἁμαρτών, pro Priuatus seu orbatus patre. id est ἀπὸ ἁμαρτών, pro ἀφαμαρτών, ab ἀφαμαρτάνω. Neque enim ἁμαρτάνω iūngitur cum
E præpositione ἀπό.

Ἁμάρτημα, ατος, τό, Erratum, Peccatū, Lapsus. μέγα ἁμάρτημα, Xen. Pæd.5, Magnum peccatum, vel Graue peccatū. ἐλάχιστα ἁμαρτήματα, Isocr. ad Nicoclem, Leuissima peccata. Cicero ἁμάρτημα vertit Erratum, epist. ad Att. l.13, Erratum esse meum, sed (vt aiunt) ἁμάρτημα μνημονικόν. Arist. Ethic.5 ἁμάρτημα distinguit ἀπὸ τοῦ ἀδικήματος. Idē Rhet.1, ait ἁμαρτήματα esse quæ non cōmittuntur improbitate, & quæ non sunt παράλογα. Ego in hoc Ouidiano versu existimo ἁμαρτήματος & ἀδικήματος discri-
F men posse ostendi, In facto errorē non scelus esse meo. Puto enim perinde esse acsi dixisset factum suū esse ἁμάρτημα non autē ἀδίκημα. Plato hæc duo copulat, scribens ep.7, τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον τὸ χρὴ κακὸν πάσχειν ἢ δρᾶσαι, id est Peccata & scelera perpeti ab aliis in nos admissa, quā ipsos ea in alios admittere.

Ἁμαρτηρός, οῦ, ὁ, Erroneus. Bud. In vulg. lex. Græcol. habetur ἁμάρτητος expositum Peccans, quod per errorem positum suspicor pro hoc ἁμαρτηρός. Nā ἀναμάρτητος quidē reperitur, & huius formæ sunt alia: at ἁμάρτητος forma
G planè noua diceretur.

Ἁμαρτητικός, οῦ, ὁ, Offēsator, Qui sæpe offendit in re aliqua, Errare solitus in re quapiā. Ab Aristot. opponitur τῷ κατορθωτικῷ, Eth.2, ἀεὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν, ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτητικός. In vulg. lex. Græcol. mēdosè habetur ἁμαρτικός pro ἁμαρτητικός. at in Tusan. est vtrūq; nā prius ponitur ἁμαρτικός, deinde seorsū ἁμαρτητικός, eadē tamē cū interpretatione. quasi verò nō manifestissimū sit ἁμαρτικός nomē esse nō posse, nec idē quod ἁμαρτητικός significare. Tolerabilius esset ἁμαρτικός.

H ¶Ἁμαρτάς, άδος, ἡ, Idē quod ἁμαρτία siue ἁμάρτημα. vt ἁμαρτάδα ἀζήμιον, apud Dionys. Hal. ἀρχ. lib.2. Suidas citat ex Procopio, αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες οὐκ &c. ἁμαρτίας, inquit Suid. dicūt Attici. ἁμαρτάδας Herodot. & alii Iones.

¶Ἁμαρτωλός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Peccator vel Peccatrix. ἁμαρτωλοί, inquit Suidas, Qui prauum vitæ institutū amplectūtur.

Certè in Nouo testamento ἁμαρτωλοὶ exponitur Peccatores, (vsitato quidem & recepto passim nomine, non tamen Latino) pro Qui identidem peccant, Qui peccatis sunt dediti. Erasmus ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία apud diuum Paulum cap. 7 ad Rom. exponit peccans peccatũ, vel Peccaminosum peccatum: ego (si fingendum vocabulum esset) mallem Peccatosum ab vsitato nomine peccatum, quàm Peccaminosum ab insusitato Peccamen dicere. Hesych. ἁμαρτωλὸν exponit πανοῦργον, μοχθηρὸν, ἀμύλετ. A

Ἁμαρτωλία, ας, ἡ, ad verbum, Peccatositas: eodem modo quo ἁμαρτωλὸς Peccatosus diceretur. Erotianus in Hippocratem ἁμαρτωλίαν exponit τὴν τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν. vbi fortasse accusatiuum αἰτίαν mendo non carere suspicetur aliquis. B

¶ Ἁμαρτία, ας, ἡ, Error, Peccatum, Delictum. Idem quod ἁμάρτημα. nisi quòd ἁμάρτημα sonat potius Erratum, ἁμαρτία, Error siue Erratio. Demosth. ad epistolam Philippi, αἱ γὰρ ἀρχαὶ τῶν πράξεων ἐὰν συγκρύψας ἦ συντεθῇ πᾶς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων. Isocr. in Busir. encomio, ὁ γὰρ ἀπολύσας αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας διὰ τὸν ἀποφαίνεις. Plutarchus περὶ δυσω. copulat ἁμαρτίας & πλημμελείας. D. Paulus pro eodem dicit ἁμαρτίαν & παράπτωμα. Hieronymus tamen ita distinguit, vt dicat leuius esse παράπτωμα, quòd sit primus ille ad peccandum lapsus: ἁμαρτίαν autem, quum ad ipsum facinus peruentum est. C

Ex sequentibus compositis primùm quidem ab ἁμαρτία deductum videri possit, at cætera quæ ο habent non ι, ab aoristo ἥμαρτον aliquis fortasse deriuare malit.

C. Ἁμαρτίνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mente errans, Cuius mens est praua. Hes. Theogonia, — ὁ δὲ Προμηθεὺς Ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα. D

C. Ἁμαρτοεπής, έος, ὁ & ἡ, Errãs verbis, vt Fabius interpretatur ἀφαμαρτοεπής. Il. ν, Αἶαν ἁμαρτοεπὲς βουγάϊε ποῖον ἔειπες; Vbi Errans verbis Aiax dicitur, pro eo quod est mendax, aut etiã propter inconditũ & insuaue genus sermonis: teste Eustath. atq; posse esse simile altero epitheto ἀφαμαρτοεπής, quod Fabius ad proprietatem verborum retulit.

C. Ἁμαρτολόγος, ου, ὁ & ἡ, Idẽ quod ἁμαρτοεπής. Athen. ἁμαρτολόγους vocat voluptarios philosophos, quorũ coryphæus est Epicurus. Possunt autem Errantes verbis dici varias ob causas: sed fortasse respexit ad id quòd vocabulo vno pro alio vtebantur, vel vocabulis abutebantur. E

C. Ἀφαμαρτάνω, Aberro, ἀποτυγχάνω. vnde ἀφαμαρτούσῃ apud Suid. expositum habetur ἀποτυχούσῃ, στερηθείσῃ. Antipho, ἐξαμαρτάνοντας ἐν αἷς ἐπινοοῦμεν πράξεσι. Est apud Erasmum prouerbium, τῆς πάσης ὁδοῦ ἀφαμαρτάνειν, Tota aberrare via. vbi verbum compositum, & quidem passiuæ vocis, pro simplici & actiuo ἁμαρτάνειν vsurpatur. Hoc verbum habet aoristum secundũ ἀφήμαρτον apud poetas pro ἀφήμαρτον, aberraui: sicut simplex ἁμαρτάνω habet ἥμαρτον. Sunt tamen ἤμαρτον & ἀφήμαρτον tanquam ab ἁμαρτῶ & ἀφαμαρτῶ. F

C. 2. Ἀφαμαρτοεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Aberrãs in verbis, vel Errãs in verbis, cum Quintiliano. Compositum ex ἀφαμαρτῶ & nomine ἔπος. Hom. Il. γ, de Menelao, — ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, Οὐδ' ἀφαμαρτοεπής, εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν. Quintil. lib. 12, cap. De genere dicendi. Nam & Homerus breuem quidem cum animi iucunditate, & propriam (id enim est non errare verbis) & carentem superuacuis eloquentiam Menelao dedit. quæ sunt virtutes generis illius primi. G

C. Διαμαρτάνω, Aberro. vt διαμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ, Thuc. lib. 1, pag. 34. διήμαρτον Φιδεων, Fidenis aberrarunt. id est à via Fidenas ducente. Sic dictum illud cum genit. personæ, διήμαρτον ἀλλήλων, A se inuicem aberrarunt, Haud sibi facti sunt obuii. Apud Plutar. rursum διαμαρτάνειν τῆς πάσης exponitur Tota errare via. Quo etiã sensu putatur dixisse Aristoteles dandi casu, Ethic. 1. διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις. Qui tamen locus mendi quibusdam suspectus est, tanquam τοῖς ὅλοις perperam scripti pro τῆς ὅλης. H

¶ Διαμαρτάνω, Aberro, Assequi nequeo, vel efficere quod conor. Excido. Isocrates ad Philippum, εἰ δ' οὖν ταύτης σε μὴ διαμαρτάνοιμι ἐπιθυμοῦντα. Idem Panath. διαμαρτάνειν τῆς δόξης ἧς προσῆκον τυχεῖν αὐτοῖς. Idem ibidem, εἰ μὴ ἄρα τις ὑμῶν ὡς φρενήρης ὢν ἐστὶ διαμαρτάνειν τῆς τιμῆς φέροντος. Huic interdum opponitur κατορθῶ. Plutarchus De aud. οὐ μόνον κατορθοῦντας ἀλλὰ καὶ διαμαρτάνοντας. Et διαμαρτάνειν τῆς ἐλπίδος dicitur vel τῶν ἐλπίδων, vt apud Lucianum, Qui excidit sua spe, Quem sua spes frustratur. pro quo Demosthenes dicit etiam διαμαρτάνειν ὧν ἤλπισε. Quod & ἀποτυγχάνειν dicitur. Thucydides lib. 1, ἐπειδὴ καὶ τούτου διήμαρτον, Quum hoc excidissent (quod sperabant videlicet) id est, Quum hac spe excidissent. Nonnunquam etiam διαμαρτάνειν τούτου, Excido hoc, id est Nõ impetro hoc quod petii. Interdum exponitur & per verbum Fallere: vt apud Isocratem, διαμαρτάνω τῆς δόξης ἣν εἶχον περὶ σοῦ τυχεῖν, Fallit me quam de te concepi opinio. Interdum pro Non assequor, id est Non percipio: vt τῆς ἐμῆς γνώμης διημαρτηκώς. Sine casu verò διαμαρτάνειν interdum opponitur τῷ κατορθοῦν (vt in exemplo paulo antè citato): interdum pro Erro, Allucinor: quo sensu γλώττῃ dicitur διαμαρτάνειν apud Isocratem. Huic autem verbo actiuo dari solet futurum vocis passiuæ διαμαρτήσομαι.

Διαμαρτία, Aberratio, Item Error. Plutarchus in Fabio Maximo, μετὰ ταῦτα γίνεται διαμαρτία τῆς ἀπάτης. Et aliquanto pòst διαμαρτία τοῦ τόπου, de re eadem, Aberratio à loco. Apud Thucydidem lib. 4 pag. 150, διαμαρτία τῶν ἡμερῶν, Aberratio à diebus, id est à certo dierum numero, intra quos vtrunque proficisci oportebat. Vel, Error in diebus commissus. Ipsemet statim post ἁμάρτημα appellat Luc. initio libelli De sacrificiis, οὕτως ἄρα βαρέως καθίκετο αὐτοῦ ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία. Quod in vulg. lexicis exponitur, Adeo eam male habuit quòd sacris non interfuerit. Quæ expositio & inepta & falsa est. At Erasmus optime sensum reddidit, hoc modo, Vsqueadeo nimirum altè dolor hic animo illius insederat quòd sacris epulis esset frustrata.

C. Ἐξαμαρτάνω, Erro, Pecco. Interdum sine casu, & quidem nonnunquam sequente participio, vt apud Xenophontem Pæd. 3, ἔλεγεν ὅτι ἐξαμαρτάνοι διδάσκων καὶ οὐκ ἄγων, &c. Dicebat eum peccare seu perperam facere in eo quòd, &c. Interdũ & cum accusatiuo, vt apud Latinos Pecco. vt Xenoph. Pæd. 3. πάντα δὲ ὅσα ἂν ἄνθρωπος ἐξαμαρτάνῃ, ταῦτα ἀκούσια πάντα ἔγωγε νομίζω. Sic apud Aristophanem Nubibus, ὅτι μοι, ὦ Σώκρατες, ἐξημάρτηκα ὑπὸ τῶν βελτίστων τρόπων. Dicitur & ἐξαμαρτάνω ἔν τινι, vt Plato De republica 1, ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει, Erramus, Fallimur. Apud Antiphontem ἐξαμαρτάνειν pro σφαλλεσθαι, id est Lingua & verbo labi, inquit Bud. Nonnunquam ἐξαμαρτάνω pro Aberro, Non assequor. vnde & τὸ κατορθοῦν illi opponitur, sicut τῷ διαμαρτάνειν opponi paulo antè docui. Isocr. Areopag. ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ὀλίγα μὲν κατορθοῦντας, πολλὰ δὲ ἐξαμαρτάνοντας μέμφομαι. Idem ad Philippum, ἀλλὰ γὰρ ταύτης πλείω περὶ οὗ καλῶς ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Sic & apud Platonem accipio, vbi iungitur cum περὶ. De repub. lib. 1, ἵνα μὴ καλῶς οἱ νῦν ἐξαμαρτάνοντες περὶ τοῖς χάρισιν, κατ' αὐτὸ τοῦτο ἐξαμαρτάνειν.

Ἐξαμαρτάνω, Pecco, Delinquo, Admitto aliquid in quempiam, Iniuria afficio. Plato Minoe, μήτε εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν. Apud Lysiam ἐξαμαρτάνειν εἰς τινα & ἀδικεῖν τινα pro eodem, vbi dicit, μήτε εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτάνειν, μήτε πολίτας ὑπὸ τῆς δυνάμεως ἀδικεῖν. perinde ac si dixisset μήτε εἰς δήμους ἀδικεῖν, μήτε, &c. Interdũ additur accusatiuo rei, vt ταῦτα ἐξαμαρτάνειν εἰς τι. Et pro εἰς ponitur interdum περί. vt apud Isocratem Paneg. περὶ δὲ τοὺς αὑτῶν πολίτας ἀσελγείας ἐνδείξαντες ἐξημάρτανον. Idem in Areop. περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτάνειν. Interdum etiam ἐξαμαρτάνειν sine adiectione, vt apud eũdem ibidem, ἵνα μὴ νῦν κολάζῃ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας.

: Ἐξαμαρτάνω, pro Peccare facio, apud eos qui vocantur LXX interpr. vt 4. Reg. 10, ὃς ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραήλ.

Ἐξαμαρτάνομαι passiuũ; cuius potius vsurpatur præteritum ἐξημαρτημένος (q.d. erratus, seu peccatus) pro mendoso, & in quo erratum seu peccatum sit. Aristot. Polit. 4. de oligarchia & democratia loquens, ἡμεῖς δὲ ὅλως ταύτας ἐξημαρτημένας [illegible] φαμέν, pro Mendosas, vel Perperam constitutas. ET Ἐξημαρτημένως aduerbium, Mendosè. Item, Perperam, Pla. De leg.

c.2. Προσεξαμαρτάνω, Præterea erro. Gal. ad Glauc. lib. 1, καί τι καὶ ἄλλο προσεξαμαρτάνοντες, Aliud peccãtes, In alium errorem delabentes. A

c.2. Συνεξαμαρτάνω, Vnà erro, Vnà delinquo. Isocrates, τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζειν, Consuetudinẽ habere cum iis qui vnà vel simul delinquunt.

ΝΗΜΕΡΤΗΣ, Verus. q. d. In quo dicendo non erratur, (vt Gall. *sans faute*, & in quibusdam locis *sans faillir*, pro Verè) Homerus Il. α, v. 513, Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάνευσον. Vbi Eustathius tradit νημερτὲς esse τὸ μὴ ἡμαρτημένον δηλ. τὸ ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἀληθές. Et Odyss. γ, Λίσσεσθαι δέ μιν αὐτὸς ὅπως νημερτέα εἴπῃ. Ponitur νημερτὲς aduerb. etiam pro Verè: vt & hic accipiunt quidam. B T Νημερτέως aduerb. Verè, vt Od. 1, Νημερτέως τὸν μῦθον ἐνισπεῖν.

Ἀμπελουργοῦμαι, pass. vnde ἀμπελουργουμένη ἄμπελος apud Theophr. Vinea quæ amputatur. vel κλᾶται. nam Bud. vult ἀμπελουργίαν ab eo dici etiam κλάσιν.

C. Ἀμπελόφυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitibus cōsitus: vt ἀμπελόφυτος γῆ, secundum Suidam, quæ vna voce ἀμπελών.

C. Ἀμπελοφύτωρ, ορος, ὁ καὶ, Vitis sator. vel potius Vitisator vna voce, vt apud Virgil. ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ, Vitisatori Baccho, in Anth. epigr.

Ἀμπέλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Viteus, Vitigineus, Vinealis. Exponitur etiā Vinearius, Vineaticus. ἀμπέλινα φύλλα, Aristot. De animal. lib. 3, Folia vitiginea, vt Columella vocat. Herod. lib. 2, οἶνος ἀμπέλινος, Vinum vineale, Vitea pocula, Virgil. Addit autem Herodotus ἀμπέλινος ad differentiam vinorum è frugibus confectorum. Apud eūdem ἀμπέλινος καρπὸς, Vitis fructus.

C. Ξηραμπέλινος, vt ξηραμπέλινος χιτὼν, Colorem habens vitibus arefactis simillimū. Certū enim genus vitis adulto iam autumno pampinis rubet velut cruentatis. Ita Thylesius. At alii, sumpta ex Suidæ verbis coniectura, ξηραμπέλινον χρῶμα dici putant pullum & atrum colorem, quē pulliginē Plinius, atrorē appellauerit Gell. quòd videlicet Suid. χλαμύδας ξηραμπελίνας appellatas etiam ἀτραβατικὰς tradiderit. Dictas enim esse atrabaticas ille putat à colore atro, vel à trabea qua simul vtebantur. Vide ἀτραβατικάς apud eum.

Ἀμπέλειος, idē quod ἀμπέλινος (sicut ἀνθρώπειος & ἀνθρώπινος pro eodē dicūtur) vnde ἀμπέλειος βότρυς, Viteus racemus. ‖ At ἀμπέλιος cum ι solo, nomē propriū, inquit Suidas.

Ἀμπελόεις, Vitifer, Vineas habens. Vineosus ad verbum, si ita loqui liceret. ἀμπελόεις, vt Etym. ait, εἶδος τῶν παραγώγων μετουσιαστικόν. Hes. ἀμπελόεσσαν exponit vites habētem. A Suida ἀμπελόεσσα γῆ exponitur ἀμπελόφυτος, i. Solum vitibus consitū. Quod & ἀμπελόεν πέδον vocāt poetæ, & vna voce dicitur ἀμπελὼν siue ἀμπελεών. At Hom. ἀμπελόεντα vocans Epidaurū, intelligit πολυάμπελον, iuxta quosdam. i. vitibus abūndantem. Secundū hanc autem signif. ἀμπελόεις sonabit ad verbum Vineosus, si hoc adiectiuo vti liceret.

Ἀμπελῖτις γῆ, Vinealis terra, quæ & φαρμακῖτις: vt citatur ex Dioscor. lib. 5. cap. 173. Sic autem dictā tradunt quòd aduersus innascentes vitibus vermes illini soleat.

Ἀμπέλιον, ου, τὸ, Dim. Viticula. vnde ἀμπέλια apud Aristoph. Viticulæ. quo diminutiuo nomine Cicero vtitur. Quidam ἀμπέλια vites exponunt.

Ἀμπελὼν, ῶνος, ὁ, Vinetū, Vitibus cōsitus locus. Vinea quoq; (secundum quosdā) pro loco vitibus cōsito vsurpatur.

Ἀμπελεὼν etiā dicitur tetrasyllabè pro eodē, more Attico, vt vult Eust. eadem forma qua ἀχαιθεών.

¶ Ἀμπελὶς, ίδος, ἡ, Auis quædam à vite dicta: vt συκαλὶς, à ficu, Latinè ficedula. de qua Martialis extat hoc distichū,

Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

perinde ac si queratur poeta quòd ea quæ συκαλὶς vocatur, non potius ἀμπελὶς appelletur.

ἈΜΥΝΩ, Auxilior, Opem fero, Suppetias eo, Succurro, Aliquem defendo. vel Ab iniuria defendo. Hom. Il. φ, — αἴ κεν δή τι ἀμύνωσι θεοὶ αὐτοί. Il. π, — καὶ ἀμυνέμεν οἶσι τίκεσσι. Il. ι, — οὐδέ τι πάμπαν ἀμυνέμεν νηυσὶ θοῇσι. Il. φ, Τρωσὶ παραστάμεναι καὶ ἀμυνέμεν. Alibi quoq; hæc duo copulat: vt Il. ο, Θάρσει νῦν, τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων Ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν. Isocr. οἱ δὲ πάντων τῶν δεινῶν ἀμελήσαντες, ἥκουσιν ὑμῖν ἀμυνοῦντες, Venerūt vobis auxiliaturi, siue opem laturi. aut breuius, Venerunt vobis suppetias. Xenophon. Pæd. 3, μὴ φεύγειν καταλιπόντας αὐτὰς, ἀλλ' ἀμῦναι καὶ τέκνοις καὶ ἑαυτοῖς καὶ σφίσιν αὐτοῖς. Pla. De leg. 3, οὐ δ' ἤμυνεν ἱεροῖς τε καὶ τάφοις, Neque opē ferebat tēplis & sepulchris. vel Neq; propugnabat pro tēplis & sepulchris. Alii tamē, pro sacris & sepulchris interpret.

Ἀμύνω, Propello, Propulso, Arceo. passim apud Hom. cum accus. & dat. vt Od. θ, Ἄστυ τε καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ. Ab vrbe & liberis arcēs crudelē diē, vel propulsans. Sic Il. π, ὅς σφιν ἀμύνω Ἦμαρ ἀναγκαῖον. Il. δ, Ἥ τοι προέηκεν ἐχεπευκὲς βέλος ἐχεπευκὲς ἀμύνειν. Il. ι, — ἀμυνέμεν νηυσὶ θοῇσι Πῦρ ἐπιλέξεις, Arcere vis ignem à nauibus, Defendere naues ab igni, vel Defendere ignem nauibus. vt Virgil. dixit Solstitiū pecori defēdite, pro à pecore. vt idē alibi, — defēdo

à frigore myrtos. Aliquãdo pro dat. ponitur genitiu⁹, vt Il. δ, — καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. & Il. ο, Τρῶας ἄμυνε νεῶν. Interdũ additur præpositio, vt Od. ρ, — δηίων ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. Sic & apud Apoll. Arg. 1, ἀπὸ μηδὲ ἄμυνον λώβην. Nisi quis malit hic dicere ἀπὸ μηδὲ ἄμυνον esse pro ἀπάμυνον μηδὲ: & ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι, pro οἴκου ἀπαμῦναι. Vsus est autem huius verbi hac quoq; in significatione apud prosæ scriptores, sed cum illa priori construct. videlicet cum datiuo & accus. Crysost. De sacerdotio, καίτοι μὲν οὐδὲ τὸν σωματικὸν αὐτοῖς δυνατὸν αὐτοῖς ἀμῦναι θάνατον. id est, Mortem propellere, propulsare, Eos à morte defendere, vel tueri.

Ἀμυνάω, Vlciscor: vt ἀμυνάω περὶ σοῦ τεθνηκότος, Vlciscor te mortuum, Vlciscor mortẽ tuam. Videtur ad verbũ sonare, Propugno pro te mortuo. Dicitur etiam ἀμυνάσθαι περὶ τεθνηκότος. Vide exemplum ex Homero. Hesychi⁹ ἀμυνάειν inter cætera ἀντιποδιδόναι vult significare, id est Vices referre.

Ἀμύνομαι, Iniuriam propulso, Vim arceo, Resisto, Dimico, Propugno pro aliquo. Il. π, Ὅς κέ σου αὖτε ἔλθῃ ἀμυνόμενος. Il. π, Αἶαν, σοὶ πρώτῳ ἀμυνέμεναι φίλον ἔστω. quibus in locis absolutè ponitur. Habet aliquando genit. vt νεῶν ἀμυνόντων, Il. μ. nisi quis extrinsecus aliquid subaudiat. Habet & accusat. vt Il. ρ, Ἀμφ' αὐτὸν βεβάασιν καὶ ἀμύνεσθαι στίχας ἀνδρῶν. Νῶιν δὲ ζωοῖσιν ἀμυνέτε νηλεὲς ἦμαρ. Vbi ἀμύνεσθαι στίχας, vel Iniuriam propulsare ab agminibus, Pro agminibus propugnare: vel Tueri, seu defendere agmina potest exponi. De qua signif. dicam paulo pòst. Interdum verò habet præpos. περὶ cum genit. vt ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, apud eum aliquoties, Pugnare pro patria, vel Propugnare. Sic Il. ε. Οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νέκυος πέρι τεθνηῶτος. Apud oratores autẽ (vt ait Suidas) ἀμύνεσθαι dicuntur qui illatam iniuriam vlciscuntur. In qua signif. à Suida posita vsurpatur interdum absolutè (vt in illo Brasidæ celebri dicto) apud Plutarchum πῶς αὖ τις αὐτ. &c. ὡς οὐδὲν οὕτω μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς, ὃ μὴ ζήσεται, τολμῶν ἀμύνεσθαι) sæpe verò cum accusat. idque nõ solùm in prosa, sed & in carmine. Hom. Od. μ. Τὴν δὲ κ' ἀμυναίμην. Demosth. Phil. 3, ἢ ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα αὐτὸν ἀμυνούμεθα, Tutissime & facillimè ipsum vlciscemur. Herodianus, τὸν ἐχθρὸν ἠμυνάμην. Dicitur etiam ἀμύνομαί σε ὑπὲρ τούτου. Isocrat. ad Philippum, ἡμεῖς δ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν, ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτούς. id est, Vlcisci eos ob iniurias quibus nos affecerunt. vel, Pœnas ab eis reposcere iniuriarum. Potest autẽ Lat. dici Vlciscor te pro iis iniuriis (vt Terentius dixit) Ego te pro istis dictis & factis vlciscar. ‖ Dicitur & ἀμύνομαί σε τούτου: vt apud Lucianum, ἀμύνομαί σε τοῦ γέλωτος, Vlciscor te ob risum, vel Vicem reddo tuo risui. Ἀμύνομαι autem cum accusat. possumus aliter quàm per verbum Vlciscor interpretari. vt ἀμύνομαι τοὺς πολεμίους Vlciscor hostes, aut Iniuriam ab hostibus illatam propulso. Aut breuius, Hostiũ iniuriam propulso: vel Defendo me aut tueor aduersus hostes. Sic ἀμύνομαι τοὺς ἐπιτιθέντας, Tueor me aduersus eos qui me adoriuntur. Xen. ὅπλα κτῶνται οἷς ἀμύνονται τοὺς ἀδικοῦντας, Habent arma quibus iniuriam inferentibus resistunt. vel, Iniuriam illatam propulsant. aut, Vim vi repellunt. Reperitur & ἀμύνομαι τὰ ἀδικούμενα. notandum est autem eiusdem significationis accusatiuos esse in hoc & illo loco: sed in hoc accusatiuum rei, illic personæ esse.

‖ Capitur verò ἀμύνεσθαι in prosa in illa etiam significatione quam primam ei dedi, initio huius annot. videlicet pro Dimicare, Propugnare, Tueri, Defendere. vel Propugnando tueri. Xen. εἰ δ' ἦλθε σοι τὰς κύνας, ἀμυνόμεναι ὑπὲρ τῶν νεβρῶν, καταπατοῦσι. Dem. ad epist. Philippi, μηδ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι δικαίως κτησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν, ἐθέλειν ἐρρωμένως ἀμύνεσθαι, id est, Nec pro iis quæ illi iustè à se parta nobis tradiderunt, velle fortiter propugnare. Plut. ἀμυνόμενοι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Apud eundẽ in Problem. ἀμύνομαι περὶ τῆς ἀδελφῆς, interpret. Pro sorore propugno, Sororem defendo. Dicitur & cum accus. vt ἀμύνομαι τὴν Ἑλλάδα, Pla. De leg. Pro Græcia dimico, vel propugno, vel Græciam tueor, Græciã defẽdo. aut, Græciæ opem fero: vt ἀμύνομαι cum accusatiuo idem significet quod ἀμύνειν cum datiuo: id est, idem valeat ἀμύνεσθαι τὴν Ἑλλάδα, quod ἀμύνειν τῇ Ἑλλάδι. Cæterùm omittendum non est, in Homeri loco paulo ante citato, in quo vtrunque habetur verbum, ἀμύνεσθαι στίχας, exponi posse per hoc verbum Tueri vel Defendere, vt illic admonui. Est verò & hoc obseruandum: vt Latinè duobus modis dicitur Vlciscor te: significando videlicet Vlciscor te pro iniuria mihi à te illata, vel Vlciscor alium pro iniuria quam tibi intulit: ita & ἀμύνομαί σε dupliciter vsurpari, sicut ex præcedentibus patet exemplis.

Ἀμύνομαι, Arceo, Propello. Propulso: vt ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ, Il. λ & ι. Sic apud Plutarchum in Publicola, οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, Hic stans pro ponte hostes arcebat. Sic apud eundem in Lycurgo, ἀμυνόμενοι τὴν ἔνδειαν exponi potest Arcẽtes vel propulsantes.

Ἀμύνομαι, in bonam etiam partem: vt ἀμύνεσθαι τοῖς ἴσοις, Par pari referre, apud Aristotelem in Problem. Autor Budæus. Itidẽ apud Eustathium Aristophanes grammaticus docet ἀμύνεσθαι pro ἀμείβεσθαι simpliciter poni, citans Alcmanis hunc locum, οὐ γὰρ προφύλας πάσας κόρος ὥστ' ἀμύνασθαι. & hunc Thucydideum, ἀδικοῦντας τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Existimo autem ἀμύνεσθαι τοῖς ὁμοίοις significare Par pari referre, itidem vt τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι. Vt autem ἀμύνεσθαι in bonam etiam partem sumitur, sic & Gall. *Se reuenger* (quod propriè sonat ἀμύνεσθαι) & *Auoir sa reuenge*, eleganter dicitur pro Gratiam referre.

Ἀμυνάθω Atticè pro ἀμυνάω. vt διωκάθω pro διώκω. Aristophanes Nebulis, ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ, Opem ferte mihi vapulanti.

Ἄμυνα, ης, ἡ, Vltio, Vindicta, Propulsatio iniuriæ. Aliquando absolutè ponitur: nonnunquam cum genitiuo, vt Alexander Aphrod. πρὸς ἄμυναν τῶν ἀδικούντων, Ad eos propulsandos qui nobis iniuriam inferunt, Ad propulsandam eam quæ nobis ab aliquibus infertur iniuriam.

Ἄμυνα, in bonam partem, vt & ἀμύνεσθαι, Gratiæ relatio, Beneficii compensatio, Retributio. ἄμυνα, ἀμοιβή, Suid. Eust.

Ἀμυνίας, ου, ὁ, pro ἀμυντικὸς, Hesychius & Suid. Hinc ἀμυνίας θυμὸς apud Comicum, inquit Eustath. id est (vt opinor) Animus vltionis cupidus, vel vlciscendi. In vulg. lex. Græcol. legitur ἀμυντίας. Est autem & nomen viri proprium Ἀμυνίας. Suid.

Ἀμυντικὸς, οῦ, ὁ, Iniuriæ propulsatiuus, Ad iniuriam propulsandam aptus, vel Ad iniuriã propulsandam instructus, siue ad defensionem. ἀμυντικὴ δύναμις ἡ περὶ τοὺς πολεμίους, Plat. in Epist. Vis propulsatoria iniuriarum, Facultas iniuriæ propulsandæ. Animaliũ quædam φυλακτικὰ esse dicuntur (inquit Bud.) id est cauta & prouida: quædam ἀμυντικὰ, id est defensioni siue ad defensionẽ instructa, quæ tueri sese possunt & vim arcere. Idẽ annotat apud Aristotelem Ethic. quarto, ἀμυντικὸν opponi τῷ συγγνωμονικῷ, sed non declarant huius nominis eo in loco significationem. ego existimo ἀμυντικὸν ibi verti posse Cupidum vltionis, Deditum vltioni, Cupidum vindictæ. quem nostrates vocant hominem vindicatiuum.

Ἀμύντωρ, ορος, ὁ & ἡ, Auxiliator, vel Vltor. Iliad. ο, ἀμύντωρ Ζεύς, Od. π. Καὶ ῥ' ἐξόσῃ εἰ καί τοι νῶιν Ἀθήνη σὺν Διὶ πατρὶ Ἀρκέσει, ἠέ τιν' ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω. vnde ἀρκεῖν & ἀμύντορα τι pro eodem accipi patet.

Ἀμύντωρ cum genitiuo, Propulsator, Expulsor: vt Simonides οἶνον dixit esse ἀμύντορα δυσφροσυνάων, Propulsatorem mœrorum, vel expulsorem. Vinum autem quia Latini dicunt genere neutro, propulsator dici vix possit: videndum igitur an vinum propulsatorium aut expulsorium interpretari liceat.

Ἀμυντὴρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀμύντωρ, Auxiliator, vel Vltor, vel, Propulsator.

Ἀμυντὴρ, Pars cornu ceruini, apud Aristotelem in 9 de historia anim. vt in suo lexico Budæus scribit. In vulgatis autem lexicis Græcol. habetur, Ἀμυντῆρες, Admi nicula, Rami in ceruorum cornibus, qui impendent ante frontem. Aristot. an. lib. 9. cap. 5.

Ἀμυντήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Auxiliatorius, Propulsatorius, Expulsorius. ἀμυντήριοι ὀδόντες, In vulg. lex. Græcol. exponitur Dentes execti serratiue. Sed ad verbum ἀμυντήριοι dicuntur, quasi Ad vim propulsandam apti.

Ἀμυντήριον, Tutamen, Munimen. Ἀμυντήρια, inquit in Comm. Bud. Tutamina, Arma tutoria. hoc est φυλακτικά, vt thorax, galea, ocreæ. ἀμυντήρια etiã, inquit, δι' ὧν μαχόμενοι ἀμυνόμεθα τοὺς ἐχθρούς, ὡς σπάθη, ξίφος, id est, Quibus in pugna propulsamus hostium iniuriam, vt gladius. Quæ Budæus ex Græcis grammaticis sumpsit. Idem in Annot. prior. in Pand. Exarmare feras, est dentes, vngues, vel alia noxia membra adimere, vel etiam tutamina, quæ Græci ἀμυντήρια appellant, quibus vim propulsare nata sunt. Hactenus Budæus. Cæterùm cum ἀμυντήριον subaudiri semper existimo ὅπλον, & cum ἀμυντήρια itidem ὅπλα. quod substãtiuum exprimit Diodorus, ex cuius verbis manifestum esse potest quæ sint arma ἀμυντήρια, quæ item σκεπαστήρια. ita enim ille lib. 3, pag. 130 & 131 meæ editionis, de Amazonibus loquens, ὅπλοις δὲ χρῆσθαι σκεπαστηρίοις ὄφεων μεγάλων δοραῖς, ἐχούσης τῆς Λιβύης ταῦτα τὰ ζῷα τοῖς μεγέθεσιν ἄπιστα· ἀμυντηρίοις δὲ, ξίφεσι καὶ λόγχαις, ἔτι δὲ τόξοις, οἷς μὴ μόνον, &c. id est, Armis autem eas vti σκεπαστηρίοις quidem serpentum grandium exuuiis, habente Libya huiusmodi animalia incredibili magnitudine· ἀμυντηρίοις autem, gladiis & lanceis, item arcubus, quibus nõ solùm, &c. Sunt igitur arma σκεπαστήρια, Arma opertoria, Arma corpus operientia, vel tegentia, vel Arma corpori operimentum seu tegmen præbentia: quanquam tegmen vocatur aliquando à poetis ipse etiam clypeus. Opertoria autem arma dicere non dubitaui: quod, quum Opertorium dicat substantiuè Seneca, videatur & Opertorius adiectiuè dicere, concessum esse. ἀμυντήρια autem Defensoria arma, Propulsatoria arma, Arma quibus vis repellitur. Aristophanis interpres ait fulmina esse præcipua Iouis ἀμυντήρια.

C. ἈΝΤαμύνομαι, Vicissim auxilior. In vulg. autem lex. exponitur Obsisto rursum, Me vlciscor.

C. ἈΠαμύνω, Propulso, Propello, Arceo. Cum datiuo & accusatiuo: vt Iliad. α, — ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Sic & apud Herodotum, ἀπαμύνειν σφι τὰ κακά. Inuenitur & cum genitiuo & accusatiuo, vt τῶν ἄλλων ἀπήμυνε τὰ κακά. Mala propulsabat ab aliis, id est ἤμυνε ἀπὸ τῶν ἄλλων τὰ κακά.

Ἀπαμύνομαι, Pass. Iniuriam propulso, Resisto, Vlciscor hostem, vel iniuriam mihi illatam. Od. π, Αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ, καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. qui versus posterior & alibi habetur. Sic & Od. λ, de Tityo, vbi dixit vultures illi adstantes iecur tundere, subiungit ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί. Eustath. in hoc verbo vult otiosam esse præpositionem, & ἀπαμύνασθαι nihil esse aliud quàm ἀμύνασθαι. Cæterùm vsus est huius verbi in prosa quoque: vt apud Basilium in oratione ad iuuenes, ὥσπερ μὲν ἀδελφὸν ἐκεῖνο τοῦ παραγγέλματος, ἐν ᾧ τύπτοντα κατὰ τῆς σιαγόνος καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν προσήκει, τοσούτου δεῖν ἀπαμύνασθαι.

C. ἘΠαμύνω, Defendo ab iniuria, Auxilior, Succurro. Il. ρ, — μηδέ μ' ἔλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς Κεῖσθ', ἀλλ' ἐπάμυνον. Alibi. — ἐπεί σφι Κυνοσσέες ἐπαμύνειν. Et in oratione soluta. Isocr. Paneg. καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμυνούσας. Iungitur autem & dat. pers. vt ἐπαμύνειν τῇ συμφορᾷ & ἐπαμύνειν τῇ ἐνδείᾳ apud eundẽ. ¶Ἐπαμύνειν accus. pers. iunctum, exponitur Vlcisci, in hoc epigr. loco, Τὴν δ' ὀλίγην ἐπάμυνον.

Ἐπαμύντωρ, Auxiliator, Vindex. idem quod ἀμύντωρ.

C. ΠΡΟαμύνω, vt προαμύνω σοῦ, q.d. ἀμύνω πρὸ σοῦ, i. ὑπὲρ σοῦ, Protego te, Propugnator tuus sum. Quod & simplici ἀμύνω significatur.

C. ΠΡΟΣαμύνω, vel προσαμύνομαι, Insuper auxilior, Insuper opem fero. Il. β, — ὄφρα ἴδωμαι Ἤ κέ τι χ' ἡμῖν προσαμύνετον. Citatur autem ex Plutarchi Romulo προσαμύνεσθαι voce passiua pro Propugnare, Protegere.

ΑΜΥΣΣΩ vel Ἀμύττω. Fut. ξω, Rado vnguib⁹. Vellico, Lacero, Discerpo, Carpo. eo sẽsu quo à poetis vsurpatur interdum hoc verbum, & (Seruio teste) in Leg. duodecim tabularũ scriptũ erat, Mulier faciẽ ne carpito. Quanquam apud Ciceronem legitur, Mulieres genas ne radunto. Vide ἀμυχή, non multò pòst. Prouerbium est apud Suidam μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς, Probos ne spina quidem vellicauerit, aut punxerit. Il. τ, — χερσὶ δ' ἄμυσσε Στήθεά τ' ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν ἰδὲ καλὰ πρόσωπα. Ab αἷμα, inquit Etymologistes, fit αἱμάσσω, & mutato α in υ, ἀμύσσω. vt μάθω, μάθος, μῦθος. significat autem αἱματῶ, & rado vnguibus. Ponit & aliam Etymologiam à μύζω siue ἀμύζω, prorsus friuolam & ineptã. Ideo rectè Eustathius non hanc sed illam sequutus est, ἀμύσσειν tenuari docens, quanuis quasi αἱμάσσειν dicatur. Sciendum est autem, licet dicant grammatici ἀμύσσειν esse propriè ξύειν τοῖς ὄνυξι, id est Radere vnguibus: interdum tamen datiuum illum addi ab autoribus: vt quidam apud Suidam, τοῖς ἐκ τῶν ὄνυξιν ἀμύττων τὰς παρειάς. ¶Ἀμύσσω exponitur etiam Lancino.

Ἀμύσσω (inquit Bud.) Scarifico. Pollux, οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ ἀμύσσειν ὃ οἱ νῦν καταχαράζειν.

Ἀμύσσω, metaphoricè, Animum exulceto; Saucio animum alicuius, apud Basilium. Æschines in epistolis, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόμνημα ἔχειν ὃ τὴν γνώμην ἀμύξει, Quod mẽtem exulceret, dolorem videlicet refricando. Homerus Il. α, — σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Poterit autẽ hic reddi etiã Carpo. transfertur enim eodem à poetis Latinis. adeo vt ἀμύσσω tam in propria quàm in translatiua significatione hoc eodem verbo interpretari possimus.

Ἄμυξις, εως, ἡ, Vellicatio, Laniatio, Laceratio. Item Scarificatio.

Ἄμυξ, υχος, ἡ, idem quod proximè præcedens ἄμυξις, & quod ἀμυχή, sequens paulo pòst. ἄμυξ, ἀμυχή, Hesych.

Ἀμύξ, aduerb. q. d. Vellicatim, Discerptim. Malè autem apud Nicandri schol. & alibi ἄμυξ scriptum est pro aduerbio. Vide in Ἀμυχηδὸν alio aduerbio paulo pòst.

Ἀμυκτικῶς, Aliud aduerbium, Idem. Nicandri scholiastes ἀμὺξ ἐμφῦσα apud eum exponit, ἀμυκτικῶς καὶ καταξυστικῶς ἐμφῦσα. Nam in hoc loco ipsius poetæ in Theriacis, Ἠΰτε θειρομένου ἔχις δολιχὸν κνώδοντα θυραίης ὀδὰξ ἐμφῦσα, ait ab aliis legi ἀμὺξ ἐμφῦσα pro ὀδὰξ ἐμφῦσα. Sed ibi malè legitur ἄμυξ paroxytonẽ.

Ἀμυχή, ῆς, ἡ, Idẽ quod ἄμυξις. Plut. ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν, i. Lacerationes plangentiũ sustulit. hoc est, quæ fieri solebant à plangentibus. Est tamen in duodecim tabularum lege (quã Cicero ait ex Solonis legibus translatam) non verbum lacerare, sed verbum radere: ita enim ibi, Mulieres genas ne radunto.

Ἀμυχαὶ Dioscoridis interpretes Patua hulcera siue Hulcuscula vertunt. quidam Hulcuscula cutis: vt lib. 7. cap. 3. οὐχ οὕτω δ' ἀλλαβεῖν τὰ μεγάλα τραύματα ἐπὶ τῶν λεοντοδήκτων, ὡς τὰ μικρὰ καὶ ταῖς ἀμυχαῖς ἐμφερῆ. Rectè autem videtur addi genitiuus cutis. quia & Græci lexicographi ἀμυχὴν exponũt ἐπιπόλαιον ἕλκος, id est Superficiale hulcus. vnde & ἀμυχῇ aduerbiũ, pro ἐπιπολαίως, id est Superficialiter. ¶Sunt & qui ἀμυχάς, Tubera liuentia interpretentur: vt in hoc loco, ἀμυχάς τινας ἐπὶ προσώπου. Apud Plutarchum autem De tranquill. τραχύτητας καὶ ἀμυχὰς vulgò interpretantur aspera & caua loca, vel aspera tremulosáque loca, perperam, meo quidem iudicio.

Ἀμυχίς, apud Suidam reperitur in expositione nominis ἄμυξις. exponit enim, ἀμυχίς, σπάραξις, ξέσις. Vbi si non malè ἀμυχὶς legitur pro ἀμυχή, certè diminutiui formã habere videtur ἀμυχίς, genitiuum habens ἀμυχίδος.

Ἀμυχῇ, aduerb. Cum vellicatione, Superficialiter: Quasi radendo summam cutem. Vide proximè præcedentem annotationem.

Ἀμυχηδὸν, aduerb. quod ex ἀμυχὴ factum esse patet. ἀμυχηδὸν apud Etymologisten exponitur ἄκροις δακτύλοις, id est Primoribus digitis, vel Summis digitis. Videtur tamen potius significare, In lacerationis, aut vellicationis modum, aut Per vellicationem, & quasi quis diceret, Vellicatorie, seu Vellicatim, aut Discerptim. Idem videtur & ἀμύξ significare.

ἈΜΦΙ, Præpositio, Circa, De. quanuis autem eius frequentissima significatio sit Circa, cùm accus.

aut De,cum genitiuo vel dat.tamen à genitiuo ordien A
tes(vt ordinem casuum sequamur)quas illi iuncta habeat præterea significationes,dicemus.

Ἀμφὶ,cum genitiuo,De,περὶ.Od.θ.Ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος ἐϋστεφάνου τ' Ἀφροδίτης. Luc.in Astrol. vbi Ionica dialecto vtitur,ἀμφί τε ἀστέων ἡ γραφή. | Item Ἀμφὶ cum genitiuo,Propter. Apollon. Arg.1,— τῆς δ' ἀμφὶ δύ' ἐνὶ μέγηνε βαρεῖαν,id est,Propter hanc, Huius causa,vel gratia,Huius nomine. | Ἀμφὶ pro ὑπὲρ,Per. vt quum dicitur Oro te per Iouem.Idē Apollon. Arg.2,— Φοίβου τ' ἀμφὶ καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης λίσσομαι, Oro atque obtestor B
per Phœbum. | Ἀμφὶ cum genitiuo pro Circa,citatur ex hoc Herodoti loco,ἀμφὶ πόλιος οἰκοῦσι. exponitur enim,Circa vrbem habitant.

Ἀμφὶ,cum datiuo,itidem pro De,περὶ.Atticè secundum quosdam. vt apud Sophoclem in Aiace, ἀμφὶ μὲν πόντιαι θῦ χρεῖ, id est περὶ πόντου. Ibidem ἀμφὶ σεῖβεα scholiastes exponit περὶ σοῦ. Sic vtitur passim & Herodotus, vt, ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς ὁ φέρεται λόγος, De eius autem morte duplex vulgatur fama. Idem,ἀμφὶ δὲ ἀπόδῳ τῇ ἐμῇ,πίσομαι,De meo autem discessu. vel C
Quantum autem ad discessum meum attinet. Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι apud Homerum exponitur περὶ τῆς Ἑλένης,Pugnare de Helena:alii tamen pro Propter malunt accipere vt paulo pòst dicetur. At in hoc eiusdem loco Od.ξ,— κακὰ φρεσὶν ἰσόδαει βουλὴ Ἀμφ' ἐμοὶ,manifestè ἀμφ' ἐμοὶ pro περὶ ἐμοῦ positū est. Sic & ἀμφὶ βουλαῖσι & ἀμφὶ γάμῳ apud eundem indubitatè pro περὶ βουλαῖς & περὶ γάμου. | Ἀμφὶ datiuo iunctum ponitur etiam pro Circa vel Circum, idque frequentissima & maximè recepta significatione præsertim apud poetas.He- D
siodus,Θῆκαν δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀ τις ἀλετηρα ἱ δηρον. Homerus Od.ξ,— ἀμφὶ πόδεσσι ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα. Apoll. Arg.1,Ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθεντο, id est, Æreas autem galeas circum capita posuerunt. vel,Capitibus circumposuerunt.Sic & apud Theocritum ἀμφὶ στήθεσι,Circa pectus. | Ἀμφὶ, Propter: vt ἀμφὶ φόβῳ apud Euripidem scholiastes exponit διὰ τὸν φόβον.Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι nonnulli (vt modò dictum est) exponunt Propter Helenam pugnare,vel Helenæ causa.Itidem & in hoc versu,Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ, exponitur ἀμφ' Ὀδυσῆϊ,propter Vlyssem. Posset E
etiam fortassis verti In Vlysse, id est In Vlyssis recordatione.nam In sic aliquando Latini vsurpant. Od.λ,Κασσιέπης,τῇσί κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί.Id est, Propter me,inquit Eustath. vel,Super me. | Ἀμφὶ pro κατὰ,Contra. Soph. Aiace, Λόγους ἀΐσσω τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα,Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ. id est κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως,Aduersus Vlyssem.vt dixit Ἀτρειδῶν κάτα.

Ἀμφὶ, Circa, cum accusatiuo apud prosæ scriptores potius quàm cum datiuo. vt ἀμφὶ τὴν πόλιν,Circa vrbē. F
Lucianus in Prometheo,ἀμφὶ τὰς καμίνους ἔχω τὰ πολλά,Circa fornacem vtplurimum occupatus sum. Accepit autem hoc loquendi genus ex Xenophonte, vt opinor. nullus enim(si bene obseruaui)ex Græcis antiquis scriptoribus frequentius eo vtitur:vt Pædiæ 7,οὐκ οἶμαί σοι σχολὴν εἶναι ἀμφ' ἐμὲ ἔχειν.Sic lib. 8,ἀμφὶ τοὺς ἄλλους φίλους ἔχειν.Itidem lib.5,ἀμφὶ δεῖπνον εἶχε, Circa cœnam occupatus erat.ab eodem agricolæ vocantur οἱ ἀμφὶ γῆν ἔχοντες, Circa terram occupati, Quibus res est cum terra, vel est cum terra negotium, vt Latinus quidam scri- G
ptor loquutus est. Dicunt verò eodem sensu nonnunquam,εἶναι περί τι,& γίνεσθαι περί τι.Notandum est autem Xenophontem dixisse ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, pro Circa cœnam occupatum esse,id est, Occupatum esse in cœnando,in sumenda cœna, vel in sumendo cœnæ cibo. at verò apud Thucydidem,τὰ ἀμφὶ ἄριστον appellari,quæ ad prandium pertinent,id est ad instruendum & apparandum prandium pertinentia. | Οἱ ἀμφὶ Πρίαμον,ad verbum,Qui sunt circa Priamum vel erant(subauditur enim ὄντες)pro ὁ Πρίαμος, Priamus. Homerus Iliadis γ, H
Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος,pro,Priamus & Pàthous, & Thymœtes, &c. vt docet Eustathius. & ipse Homerus mutato hoc genere loquendi, subiungit Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ, pro οἱ περὶ Οὐκαλέγοντα καὶ Ἀντήνορα,retinendo eandem sermonis formulam. Est autem non minus, imò etiam magis vsitatum in prosa hoc loquendi genus. Lucianus, οἱ μὲν τε ἀμφὶ Ἀρίστιππον τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, Aristipp⁹ & Epicurus primas tenebant. Sic οἱ ἀμφὶ Σωκράτην reperitur positum pro Socrates:οἱ ἀμφὶ Κορινθίους,Herod.pro οἱ Κορίνθιοι,Corinthii. Vsurpatur autem hæc phrasis & in obliquis casibus. Synesius, περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον καὶ Διονύσιον,pro περὶ τῷ ἑταίρου Παύλου καὶ Διονυσίου. Vsitatum est verò & περὶ pro ἀμφὶ in huiusmodi formula sermonis, vt οἱ περὶ Ἀναξαγόραν apud Aristotelem, pro Anaxagoras. Sic apud Plutarchum in Demetrio,οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον. Quoniam verò(inquit Budæus) sub voce plurali singulos significat hic sermo, ideo singularis numeri verbo iungi potest figuratè. quomodo Herodotus lib.1 vsus est, his verbis,καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον,ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος, ἤισαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ τοῦτο συνιόντες,ἀπικνέεται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρὸν, καὶ ἀντία ἔθετο τὰ ὅπλα. Aliquando tamen(subiungit idem Budæus)pro homine & comitatu eius vel sodalitate accipitur,vt apud Plutarchum in Demetrio,οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλωτέα,πάντες μὲν ὤοντο δέχεσθαι τὸν χρηματιστὴν, ὅμως δὲ πρέσβεις διεσθίους ἀπέστειλαν. Hactenus Budæus. Sciendum est autem in nonnullis locis ambiguum esse vtro modo intelligendus sit hic sermo. vnde & duplices extant in quibusdam locis interpretationes:vt apud Thucydidē, οἱ ἀμφὶ Πείσανδρον, Pisander cum sociis. vel, vt alii, ipse Pisander,nihil adiungendo. Sic οἱ ἀμφὶ Κῦρον apud Xenophontem, Cyrus & eius milites. vel, secundum alios simpliciter,Cyri milites. Sic apud Platonem, οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα,Orphe⁹ & eius sectatores. vel,vt alii,simpliciter, Orphei sectatores. | Ἀμφὶ itidem cum accusatiuo, Circiter. Lucianus, ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους. Idem, ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη σοῦ ὄντος ἀπέθανον, Quum annos esses natus circiter quinquaginta. vel(vt alii) Quū circa quinquagesimum esses annum.

Ἀμφὶ περὶ,cum accus. positæ,ἐκ τῶν ἀμφιδημέλων, pro alterutra sola. Il.β,Ἀμφὶ περὶ κρήνην. Interdū autem περὶ præponitur, posita post ipsam particula τε,itémq; post ἀμφί.vt Il.ρ,— περὶ τ' ἀμφί τε τέφρη. Sic Apoll. Arg.1, — ὅφρα περὶ τ' ἀμφί τ' ἔρυμα Ἀθηναίας. Existimo autem hanc copulam ab vtroque inseri metri gratia potissimū. Suidas ἀμφὶ περὶ exponit ἐξ ἑκατέρου μέρους,id est, Ex vtraque parte:in cuius exēplaribus malè inter ἀμφὶ & περὶ distinctio interposita est.

Ἀμφὶ,pro περὶ & ἐν & ἐπὶ,& pro δύο,in compos. Eust.

Ἀμφὶ,aduerb. sine casu, vt & Circùm Latinè aliquando. Exponitur & Circumcirca. Apoll. Arg.1,— ἀμφὶ δὲ πάλιν. potest tamen subaudiri hic aliquis datiuus extrinsecus. Exponitur & Circumcirca, ibidē,— ἀμφὶ δὲ Κόλχων Ἔθνεα ναιετάουσι.

Ἀμφὶς,aliud aduerb. ex ἀμφὶ præpositione factū, addita litera σ:vt ex præpos. περὶ fit περιξ,additione literæ ξ. Vtrinq;, Ab vtraque parte. Il. ε, σιδήρεον ἄξονι ἀμφὶς,id est ἀμφοτέρωθεν,inquit Eustath. At Il.ν, Ἠχὴ ἵκεθ' ἑκατέρων, ἴ λαοὶ ἐρυχθέντες ἀμφὶς ἐόντας. vbi ἀμφὶς idem ait significare vel in circuitu, aut circumcirca:vel ἀμφὶς aduerb. pro præpositione ἀμφὶ(significante Circum) accipi : vt intelligatur ἀμφὶ τὸ τεῖχος ὄντα. Idem & alibi ἀμφὶς pro ἀμφὶ positum annotat. Apud Hesiod.autem ἀμφὶς,Circunquaq; aut secundū Hesych. Apertè significat in Ergois, Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών.at Il.β,itidem cum verbo ἰδών iungitur, sed genitiuū habet:hoc loco,Ἄρματος ἀμφὶς ἰδών:secundum hanc expos. πολὺ δ' ἐκφαίνομος τῷ ἅρματι vel περιβλέψας.

Ἀμφὶς,Sine,Seorsum, cum genit. vt ἀμφὶς Διὸς, pro Absque Ioue, vel Seorsum à Ioue, apud Homerum. Apud eundem Od.π,— πολλοὺ χρόνον ἀμφὶς ἐὼν ἀπὸ Φιλοπατρίδος id est χωρὶς inquit Eust. vel πόῤῥω. Hesych. in Διαμείς tradit & Æschylum in Prometheo vincto ἀμφὶς posuisse pro χωρὶς. Interdum cum verbo iunctū (non in compositione tamen)idē significat:vt ἀμφὶς φράζεσθαι, Seorsum deliberare vel cōsultare. pro Diuersa consilia agitare. Sic ἀμφὶς φρονεῖν exponitur διχονοεῖν, quasi διχοφρονεῖν.

Ἀμφὶς, Extra, itidē cum genit. vt apud Hom. ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην,id est ἐκτὸς,inquit Eust.

Ἀμφὶς, Inter, In medio. Iliad. γ, — ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς

ἀρούρης, Parum terræ erat inter vtrosque. vel In medio, A si non subaudiatur casus.

Ἄμφις ἔχω, pro περιέχω, Complector. Hes.

C. Διαμφὶς, Vtrinque. Item, Seorsim. κεχωρισμένως, & ἐξ ἑκατέρου μέρους. Vtitur Dionys. in lib. De situ orbis. ET

Διαμφίδιος (q.d. Seorsim positus, Separatus) Diuersus, Alienus. Διαμφίδιον μένος Hesychius exponit ἀλλοῖον & διὰ παντὸς κεχωρισμένον.

ἌΜΦΩ, Ambo. Il. ι, Ἄμφω ἀφ' ἡμέων, οἱ γρηῦ ὑπερός γε φύγησιν. Interdum etiam Ambæ, vt apud Hesiodum, – ἄμφω χάλυβ' ἐσθλαί. Interdū articulus præfigitur, vt Odyss. σ, – τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέχον. B

Ἀμφοῖν, in duali, gen. vel dat. Syn. ἐπ' ἀμφοῖν τῶν ὀφρύων. vbi notandus est dualis cum plurali coniunctus. (quod & in δυοῖν fit aliquando: vt δυοῖν ἀρρένων) ἀμφοῖν χεροῖν, Ambabus manibus. ἀμφοῖν ποδοῖν, Ambobus pedibus. Est & fœm. gen. interdum, sicut ἄμφω: vt ἀμφοῖν τοῖν θεαῖν. ¶ Absolutè interdum ponitur ἀμφοῖν, subaudito nomine χεροῖν, idque more Attico: vt apud Homerum ἀμφοτέρῃσι & ἀμφοτέρῃφι, subaudiendo χερσί: vt si La- C tinè dicamus Ambabus, pro Ambabus manibus.

C. Συνάμφω, pro Simul ambo, vel simpliciter pro ἄμφω, Ambo. Vtrique, vel Vtraque. Polyb. lib. 1, ἐν ᾧ πολέμῳ ἅπαξ μὲν οἱ συνάμφω ἐναυμάχησαν πρὸς ἀλλήλους. Vbi obserua præfixum esse articulum. Philo De mundo, συνάμφω θεωρούμενος ἐπικρίνειν, vtrunque expendentes, de re statuere, Bud. interpr.

¶ Ἀμφότερος, ἀμφοτέρα, ἀμφότερον, Vterque, vtraque, vtrunque. Aphthonius, οὗτος γὰρ παισὶν ἐπ' ἀμφοτέροις κρίνεται βίος. qui locus citatur in vulg. lex. Græcol. Il. λ, Ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ ἐλατῆρί τε κῦδος. Od. ο, Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη καὶ ὄνειαρ δειπνήσαντας ἰμεν. vbi ἀμφότερον ait Eusta- D chius significare δύο ταῦτα, id est hæc duo: τόδε καὶ τόδε, hoc & illud. Il. γ. – Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Vbi eodem modo positum est ἀμφότερον quo in præcedente loco: & Eustath. inter se eos confert vt similes: alibi tamē aduerbialiter positum hic censet ἀμφότερον, vt postea dicetur.

Ἀμφοτέρω, in duali, Od. λ, Νῶϊ δ' ἀμφοτέρω ... Isocr. in Panegyr. ἀμφοτέροιν αὐτοῖν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὄντοιν. E

Ἀμφότεροι, in plurali, in quo & frequentius vsurpatur & ita quidem frequenter vt Budæus in eo solo vsurpari scripserit. Οὐδέτεροι etiam (inquit in Comm.) & οὐδέτεροι pluraliter dicitur, sed ἀμφότεροι semper pluraliter profertur. At singularis & dualis habētur in modò citatis locis. ac, si singularis in vsu non fuisset, iocatus ex vocis ambiguitate nō diceretur Philippus in illo dicto quod à Plut. refertur, ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος οὐδέτερος. nec traderent grammatici ἀμφοτερὸς scribi ὀξυτόνως quum est nomen proprium, ad differen- F tiam nominis appellatiui. quod tamen in illo Plut. loco obseruandum non videtur, ne discrimine posito per accentū, gratiam quæ est ex ambiguitate, amittat, sicut & in ἑκάτερος. Ponitur autē in plurali sicut & apud Latinos Vtrique pro vterque: vt apud Terētium Vtrique ab vtrisque deuincimini: pro Vterque ab vtroque. Gal. ad Glauconem, καὶ εἰ δι' ἀμφοτέρων ῥινῶν αἷμα πολὺ φέρεται, τοῖς σπλάγχνοις ἀμφοτέροις προσβάλλειν ... Per vtrasque nares, & vtrisque intestinis, pro Per vtranque narem, & vtrique intestino. Athen. de G Stratone & Nicocle, ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. Interdum articulus præfigitur, vt Il. υ, Ὣς τοὺς ἀμφοτέρους μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες Σύμβαλον. Neutro genere ἀμφότερα. Xenoph. ἰδόντες δ' αὖ ἀμφότερα ταῦτα, &c. Ἀμφότερα (inquit Budæus) de pluribus dicitur, sed vt duobus: hoc est, in duo genera diuisis. Aristot. in 2, De hist. anim. loquens de lacerta & crocodilo, τοὺς ἀμφότερα τὰ σκέλη, καὶ τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὀπίσθια, κάμπτουσιν εἰς τὸ ἔμπροσθεν.

Ἀμφοτέραις, sæpissimè per se ponitur, subaudito sub- H stantiuo χερσί: & ἀμφοτέρῃσι Ionicè pro ἀμφοτέραις. Od. σ, – ὅτ' αὖ κατεμάρψατ' ... Κόνδυν ἀμφοτέρῃσιν. Sic alibi ἀμφοτέρῃσιν ἑλόντες. Non tamen semper hunc datiuum χερσί omittit: vt Od. ι, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπαΐξαντες λαβέτην. Vsurpatur autē & in prosa ἀμφοτέραις interdū pro A ἀμφοτέραις χερσί ac fortasse sic accipitur hoc in loco, ἀμφοτέραις, τῇ μὲν τῆς ῥινὸς, τῇ δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλελημμένος, id est Quū ambabus, vna quidē nares, altera autē oculū prehendisset. Quæ mea interpretatio valde discrepat ab ista quæ in vulg. lex. habetur, Pariter tum nare, tum oculo mutilatus. Sed quidnam subaudiendo ἀμφοτέραις pro Pariter posset accipi, & quomodo ἐπιλελημμένος (pro quo illic ἀπολελημμένος) mutilatum significare, viderint ii quibus ea placebit interpretatio. Notandum est autem, vt dicitur ἀμφοτέραις subaudiendo χερσί, ita & ἀμφο- B τέροιν dixisse Theocritum subaudientem ποδοῖν, in fine Idyllii 14, – ἐπ' ἀμφοτέροιν δὲ βεβακὼς Τολμασεῖς ... μένειν ... id est, Vtrique pedi insistens.

Ἀμφότερα, absolutè: vt ἀμφοτέρων ἕνεκα, Vtriusque rei causa. Et cū præpositionibus διὰ, κατὰ, ἐπί. δι' ἀμφότερα Propter vtraque, pro Propter duo, id est, Duabus de causis, Duplici de causa. Et pro eodem interdum κατ' ἀμφότερα. Quod tamē & aliter exponitur nonnunquā, videlicet In vtranque partem, Vltro citróque. Ac tum C subauditur substantiuum μέρη. Interdum & ἐπ' ἀμφότερα sonat In vtraque partem, subaudito eodem substantiuo. Exponitur & In ancipiti. quæ explicatio fortasse conuenire possit huic loco Thucydidis, ἐπ' ἀμφότερα γενόμενοι ταῖς γνώμαις. q.d. ad verbum, Habentes sententias in vtraque partem, id est (vt quidam interpretati sunt) Quum sententiis variarent. Aliud autem substantiuum quàm μέρη sunt qui subaudiendum alicubi putent. vnde hunc Platonis De legibus locum (vbi legitur ἐπ' ἀμφότερα sequente genitiuo) ἐπ' ἀμφότερα σώματός τε καὶ ψυχῆς, interpretantur Ad vtranque ratio- D nem, corporis & animi. vel, Ad vtrunque tam animi quàm corporis cultum. Sed viderint quibus ea interpretatio probatur.

Ἀμφότερον aduerbialiter ponitur interdum, inquit Eust. vt Il. γ, Οὗτός γ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. & Il. δ. Καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης, Ἀμφότερον, γενεῇ τε καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις Κέκλημαι. & Il. ν. – χόωσαν δ' αἰνῶς Ἀμφότερον, νίκης τε καὶ ἔγχεος ὃ συνέαξε. & Il. ι, Ἀμφότερον φιλότητι καὶ αἰδοῖ φαίης ... At ego in primo illo loco E ex Il. γ, & in similibus nō video cur ἀμφότερον esse non possit nomen: de cæteris autem nihil dico.

Ἀμφοτέρως, aduerbium, Vtroque modo, Vtraque ratione apud Plutarchum.

Ἀμφοτέρῃ, Vtrobique, Vtrinque, vt in vulg. lexicis Græcol. exponitur. Videtur certè eandē quā & ἀμφοτέραις significationem habere.

Ἀμφοτεράκις, Idem quod ἀμφοτέρως.

Ἀμφοτέρωθι, Ἀμφοτέρωθεν, Ἀμφοτέρωσε, aduerbia loci, Vtrobique, Vtrinque, Vtroque: vel Vtraque in parte, F Ab vtraque parte, In vtranque partem. ἀμφοτέρωσε exponitur etiam Vltro citróque.

C. Συναμφότερον, q.d. Simul vtrunque. Item pro ἀμφότερον simpliciter, id est Vtrunque. Plato Epistola 8, ... συναμφότερον. Sic συναμφότερον apud Aristotelem & Galenū. Συναμφότερον (inquit Bud. pag. 527) numero singulari, licet ἀμφότεροι tantùm dicatur pluraliter. Quibus verbis ita refragantur vulgata lexica, vt nullum tamen afferant exemplum quod illis opponant. Thucydides ὁπλῖται καὶ ψιλοὶ, συναμφότεροι ἐς τετρακοσίους, id est, G Qui simul iuncti, ad quadringentos erant. Apud eundem, συναμφότεραι νῆες. Demosthenes, ἃ συναμφότερα οὕτω ... αἰσχρῶν.

Ἀμφοτερίζω, In vtranque partem vergo, Sum anceps. Item, Vtrinque cingo, vel attingo, inquit Bud. citans hunc Strabonis locum, ex lib. 6, de Sicilia loquentis, ... δὲ πλευραὶ αἱ ἀμφοτερίζουσαι αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μὲν εἰσι κοῖλαι, τρίτη δὲ κυρτή. Nisi sit εἰς ἄλ.

C. Ἐξαμφοτερίζω, Vtraque re excido. Item, In dubio pono. Vel, Dubium facio, Hes.

H C. Ἐπαμφοτερίζω, cum datiuo (inquit Budæus) Vtroque pertineo, In vtranque partem vergo, Ancipitem me præbeo, & mediam naturam habeo. Inter duo aut plura genera ita intercedo vt in nullo genere planè censeri possim. Aristot. De part. anim. lib. 3, φαίνεται γὰρ ἐπαμφοτερίζειν ... Idē Arist. De gen. an. lib. 4,

ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει πᾶσι τοῖς γένεσι. id est, Cum omnibus generibus ambigit, vt Gaza vertit. Id est, Cum omnibus generibus æquè intercedit homini similitudo, quod quidem ad partum attinet. Liuius de hermaphrodito, lib. 7 De bello Punico, Et Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos androgynos vulgus appellat. Hæc Bud. Sunt autem & qui illud ἀμφοτερίζειν τοῖς εἴδεσι interpretentur, Ancipiti inter hæc esse specie. Sic apud eundem, De animal. lib. 2, ἐπαμφοτερίζει τὴν φύσιν τῷ ἀνθρώπῳ, interpr. Natura ancipite hominem imitari. Addit Budæus ex eodem Aristotele, ὁ δὲ πίθηκος, διὰ τὸ τὴν μορφὴν ἐπαμφοτερίζειν, καὶ μηδέτερον τ' εἶναι καὶ ἀμφοτέρων, διὰ τοῦτο, &c. Quæ interpretatur ita, Simia verò, ob id quòd in medio posita sit & bipedum & quadrupedum, quod quidem ad formam attinet. Vel, Quòd controuersa sit inter bipedes & quadrupedes. Citat & ex Platone, De republ. lib. 5, καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζειν, &c. id est (vt ibidem vertit) Hæc ambigi. id est, ambigua & controuersa esse in vtram partem magis vergant. Cæterùm pro anceps & ambiguum esse, construitur interdum & cum ἐπὶ vel πρὸς: sicut ἐπαλλάττει. vt Aristot. Ethic. 7, ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον, id est Ancipitia & ambigua ad melius & ad deterius, inquit idem Bud. in alio tamen ordine hanc significationē ponens. ¶Ἐπαμφοτερίζω, Vtrique sufficio, Aristot. De gen. lib. 4, τὸ δὲ φύσις οὐ δύναται πολυχεῖν οὕτως ὥστ' ἐπαμφοτερίζειν, idē Bud. Ἐπαμφοτερίζειν, Alternare. Plut. ἐπαμφοτερίζουσι τοῖς λογισμοῖς, Alternantibus in eo sententiis, inquit idem Bud. ¶Ἐπαμφοτερίζω, In neutras partes trāseo, Integrum me & medium præbeo, vt exponit idē Bud. in hoc Plutharci loco, τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ὁρῶν ἐπαμφοτερίζοντας.

ἌΝ, Coniunctio interdum potentialis, interdum expletiua. Demosth. ad Aphobum, ἐπεὶ δέ τι μεγάλα ἂν διελέγξαι ζητοῦν, ἐζήτησεν ἂν με τὰς παῖδας τὰς χαίροντας τὰς ὑποτροπάς. Hic alterum ἂν est δυνητικὸν, alterum παραπληρωματικὸν, inquit Bud. vt apud Aristot. in 10 Ethic. μάλις ἂν τοῦτο δυνηθείη δέξεσθαι ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων τεμοθητικὸς γενόμενος. Et apud Aristophanem in Vespis, ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. Quod sit autem ἂν δυνητικὸν, id est potentiale, & cur ita vocatum à grammaticis, ex iis quæ sequuntur eius vsus exemplis colligendum est. In quorum multis interpretandis verbum Posse assumemus. vnde & potentialem dictam volunt, quòd videlicet quædam τοῦ δύνασθαι significatio ea includatur. Cū præt. imperfecto indicatiui, Demosth. contra Midiam, χρησιμώτατοι γὰρ ἂν ἦσαν ἁπάντων, Essent enim omnium vtilissimi. Vel, esse possent. quum sine ἂν, significent hæc verba, Vtilissimi enim erant. ¶Cum præterito perf. Idem, ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε, Iam pridē periissetis. vel, Iampridem poteratis periisse. vel, Iampridem fieri potuisset vt periissetis. Ita enim resoluo, vt ostendam vim δυνητικὴν inclusam (vti dixi) huic particulæ. nam sine ἂν sonat πάλαι ἀπολώλατε, Iampridē periistis. Iunctæ autem cum præt. plusquamperfecto huius particulæ in vulg. lex. Græcol. ponitur hoc exemplum, ex Demosth. διὰ δικασμάτων ἂν ἐμεμίσθωτο τὴν ἑαυτοῦ, εἴπερ ἐβούλετο ἑαυτοῦ γε ἧς ἄρα, quo in loco Dem. οὐ κατὰ συνηθη ἀκριβῶς vsum συνὸ τῷ παρῳχημένῳ, sed qui vim habeat τοῦ παρατατικοῦ, annotat Bud. Cum aor. 1, μὴ ἂν οἰηθῆναι τιμωρήσειν Μειδίαν, Non putasset. Antipho contra Leocratem, τίς δ' ἦν οὕτως ἢ μισόδημος τότε ἢ μισαθήναιος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν ἄτακτον ἑαυτὸν ὑπομεῖναι ἰδεῖν, id est, Qui potuisset. Syn. τὸν μὲν, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὥστ' εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἂν τοὺς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, ὅτι συνέπλασαν ἂν, id est (interpr. Bud) Hunc, ideo quòd etsi facinus non admisit, est tamen eiusmodi ingenio vt fecisse credi possit: hos, quòd etsi crimen non confinxerūt, idonei tamen sunt qui confinxisse existimentur. Cum aor. 2. vt, εἶπον ἂν, εἰ ἀκηκόειν, Dixissem si audiuissem. Obseruādum est autem, vt in interpretatione Latina indicatiuum modum non retineamus, nisi periphrasi vtamur.

Cum optatiui etiam ponitur modò hoc, modò illo tempore. Cum præsenti: Lucianus, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἂν σοι πολλὰ Ἀθηναίων οὐκ ἂν φαῖνοις χάριν ὁμολογοῦσα. Sic, τί ἂν λέγοιμεν; Cur diceremus? vel, Cur dicamus? Cum aoristo, οὐκ ἂν διακρίναις ἔτι ὁ φηβὸς ἐστιν ἐπὶ ἢ παρθένος, Non diiudicaueris, vel Diiudicare non possis. Nisi quis malit, Non diiudicares, aut Diiudicare non posses. Lucianus, δυοῖν γὰρ θατέρου οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. Demosthenes, πῶς ἂν ἀμφότερος συκοφάντης γένοιτο; Homerus quoque optatiui indefinito aliquoties iungit istam particulam: vt Iliad. 4, Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη, Non cognosceres, vel Non animaduerteres. siue Non animaduertas, aut Nō animaduerteris, aut Animaduertere nō possis. Il. ω, οὐκ ἂν τις τοιμαῖσιν ὀνοστείσθαι μαχέσαιτο. Il. 5, Τυδείδης, ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο, id est, Qui nunc vel cum ipso Ioue dimicet, siue dimicaret. aut Dimicare posset, vel possit. Notandum est verò hoc in versu ἂν aliter collocatū quā in prosa collocare liceret. in ea enim dicendum foret, ὃς νῦν γε καὶ Διὶ πατρὶ μάχοιτο ἂν, vel, ὃς νῦν γε μάχοιτο ἂν καὶ Διὶ πατρί. vel, νῦν γ' ἂν καὶ Διὶ πατρὶ μάχοιτο. Il. α & β, Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, Alioqui enim nunc postremùm Atrida conuitiareris. Aut potius Cōuitiatus esses. Sic Plato De repub. lib. 8, οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν τοῦ βίου ἡγεμόνα ἐστήσατο, Alioqui enim cæcum vitæ ducem non constituisset. Dicitur & τάχ' ἂν, pro τάχα τοι ἂν, vt apud Xenophontem, ἄριστον τάχ' ἂν εἴη ὦ Κῦρε. Item ἂν cum optatiuo post relatiuum. Xenophon, λέγω ἃ οὐκ ἄν τις βούλοιτο ἀκοῦσαι. Budæus in Comm. quum dixisset, ὁ δὲ ἂν ἀοριστολογικὸς plerunque cum subiunctiuo construitur: vt, ὅ,τι ἂν λέγῃς, ἕως ἂν διαφέρῃς, subiungit, Interdum autem & optatiuo: sed tum demum quum res præterita narratur. Aphthonius in vita Thucydidis, de Antiphonte, ἐμαρτύρησε δὲ αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης ὁ μαθητὴς, ὅτι ᾧ ἂν συμβουλεύσας γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν εἰς τὰς δίκας. Demosth. Phil. 2, ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Idem Pro corona, ἐν τίνι οὖν σὺ νεανίας; καὶ πηνίκα λαμπρός; ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι χρὴ τούτων δέοι. quum oporteret. vel quum oportebat.

Cum subiunctiuo etiam collocatur. Isocr. in Panegyrico, οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμᾶς πεπείσθαι, ὥστε ἄριστ' ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν, ita exp. vt optimè docere possitis. Galenus lib. Meth. 10, ἐπίσκεψις δ' ἀκριβὴς ἂν σοι γένηται διελομένω τὴν, &c. Consideratio exacta tibi fuerit (vel, esse possit) si diuidas, &c. Plato in Phædro, καλὸν γοῦν ἂν ὦ Σώκρατες εἶδος ᾖ κατανοήσας ὁ τοῦτο λαβών, id est, Atqui bellam ô Socrates speciem is intellectu perceperit qui hoc assequi posset. vel, Intellectu perceperit qui hoc assequutus fuerit, vt Budæus interpretatur: qui & ᾖ pro εἴη positum scribit. Citat & Alcidamantis hunc locum vbi eadem periodus vtrunque modum habet: ὁ μὲν γὰρ ἄρας μέγα φορτίον δυνάμενος, ἐπὶ τὰ κουφότερα μεταλθὼν ῥᾳδίως μεταχειρίσαιτ' ἂν· ὁ δὲ πρὸς τὰ κοῦφα τῆ δυνάμει διηκονούμενος, οὐδὲν ἂν τῶν βαρυτέρων οἷός τε ᾖ φέρειν. Addit idem, Quum autem ἂν est ἀοριστολογικὸς, plerunque cū subiunctiuo construitur: vt ὅ,τι ἂν λέγῃς, ὅσῳ ἂν διαφέρῃς. Quibus exemplis à Budæo prolatis videntur hæc esse similia. Lucianus, ὁποῖος ἂν ᾖ, Ποσειδῶνος υἱός ἐστι, Qualiscūque sit, filius est Neptuni. Idem in Anacharside, ἀλλ' ἔνθα ἂν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, ἀντιλέγειν εὐθύς, Sed vbicunque tibi non rectè quidpiam dici visum fuerit, statim contradicere. nam quanuis δοκῇ præsentis sit temporis, est ita vertendum tamen. Alii, Sed vbicunque non rectè quid dici videatur. Dem. ὦ λέγων ἀργαλεῶς ὅτι ἂν βουληθῇς. Sic, παρασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς. Habet verò coiunctiuū ἂν & quum annectitur aduerbiis temporis, ὅτε, ὁπότε, ἐπεὶ & apud poetas εὖτε: vnde ὅτ' ἂν, ὁπότ' ἂν, ἐπεὶ ἂν, & εὖτ' ἂν: vel potius coniunctim, ὅταν, ὁπόταν, ἐπάν, εὖταν: vt & ἐπειδὰν passim coniunctim scriptum reperitur, nō diuisim ἐπειδ' ἄν. Exempla vide cum vnoquoque aduerbio.

Ἂν cum infinitiuo tria tempora significat, inquit Budæus. Dem. ἆρ' οὐ γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκοῦσιν, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν, τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; Vel diuites modicas pecunias in id impendere voluisset? Vel modica pecunia emptum voluisse, ne iustā collationē præstare cogerētur? Quod etiā per futurū dici potest, licet sit rarius. vt Pla. De rep. 6, ἀνδρείας γὰρ ἦ, οἴ τις ὂν ὀρθῶς πεπαιδευμένος θεάσαιτο, αἰσθάνεσθαι μαθητός τι, ἡγεῖσθαι ἂν αὐτὸν νοήσειν ἀλλ' οὐκ ὄμμασι θεωρεῖν. Simul iūxit νοήσειν ἂν & θεωρεῖν ἂν inquit Budæus (at ego ἂν cum ἡγεῖσθαι iungi existi-

mo) Iungitur autẽ cum futuro plerunq; in verbis quæ futurum poſcunt, vt νομίζω, ἡγοῦμαι, οἶμαι, ἐλπίζω, προσδοκῶ, & ſimilibus. Antiph. περὶ χορευτοῦ, Ἐλπίζων οὕτως ἂν ἐλέγχειν περὶ ξένων. Iſocr. in Buſiride, νόμιζε γὰρ πᾶς μὲν τούτοις ὁλιγωροῦντας τυχεῖν ἂν καὶ τῆς μείζονος καταφρονήσειν. Idẽ in eodem, ἡγούμενος ἐκ τούτου μάλιστ' ἂν εὐδοκιμήσειν. Idem De pace, οἶμαι πάντας ἂν ὑμᾶς καταγνώσεσθαι. Æſch. περὶ παραπρεσβ. præteritum futuro coniunxit, τῶν τέξεν τῷ ῥήτορι. λέγει οὐκ ἂν ἔφη περιοψεσθαι, οὐδ' ἐπιτρέψειν τινί. vt ſit, οὐκ ἔφη ἐπιτρέψειν, negauit ſe permiſſurum. Fit tamen & aliter in iis verbis interdum: vt Thucydides, ἐλπίς δὲ καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ τινι ἂν χρόνῳ τῶν πάθην. Xenophon, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ὑμᾶς ὁδὸν πράττοιτο, σφόδρ' ἄν σε τῆς καλῆς καὶ σεμνῆς ἔργων ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. Iſocr. ſine illis etiam verbis per futurum extulit in Areopagitico, ἡμεῖς γὰρ ἐὰν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν ὥσπερ νῦν οἰκοῦμεν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα, πολεμήσομεν, καὶ βιωσόμεθα, καὶ οὐδὲν ἄλλο τὲ κακὰ πεισόμεθα. Hæc autem de ἂν iuncto cum infinitiuo, tradũtur in Comment. Budæi eodem modo, niſi quòd ex exemplis illic ſunt quædam paulo prolixiora. Notandum eſt autem, vt Demoſthenes dixit (in primo quod à Budæo citatur exemplo) δοκῶ ἀπαλλάξαι ἄν, ita & Xenophontem dixiſſe Hell. 6, δοκῶ πεποιῆσθαι ἄν. & eũdem Demoſthenẽ Olynth. 2, δοκεῖ ἰδεῖν ἄν. vnde colligẽdum eſt, ἂν cum verbo δοκῶ aut δοκεῖ (contrà quàm cum iis quæ paulo antè fuerunt enumerata, νομίζω, ἡγοῦμαι, &c. quæ affinem illi habent ſignificationem) potius aoriſto iungi quàm futuro. Hoc etiam obſeruandum eſt, præſens tempus itidem & aoriſtum infinitiui modi cũ ἂν potius per futurum reſolui in interpretatione, quàm per præteritum, vt à Budæo reſoluitur in Demoſthenis loco qui primus citatur. Lucianus, οἴει ἡμᾶς ἐρέσθαι ἄν; Putas nos eſſe nauigaturos; Herodotus, οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν εἵνεκεν ἑνὸς ἔρδειν ἂν τοῦτο, Illi negauerunt ſe vllius rei gratia id facturos. Demoſth. Olynth. 1, ἐπεὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν δοκεῖ μοι τῆς παρὰ τῶν θεῶν εὐνοίας φανερὰν γιγνομένην τῇ πόλει. hic ἰδεῖν ἂν pro ὄψεσθαι, id eſt viſurus eſſe, perſpectur⁹ eſſe. Niſi quis malit, Videre poſſe, vel Valere perſpicere: aut etiã per futurum participii, valiturus perſpicere. ſed durius eſt hoc participium. Lucianus, οἴει δέ με ταῦτα πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν; Putaſne me talia omnibus eſſe dicturum? Animaduertendum eſt autem in hoc Luciani loco, vt & in proximè citato ex eodem, οἴει cum aoriſto iunctũ, licet ſynonymum verbis ἡγοῦμαι, & νομίζω, quæ futuris potius iungi, paulo antè dictum eſt. Exempla autem τοῦ ἂν iuncti cum præterito infinitiui vide in annotatione abhinc ſecunda.

Cum participio etiam iungitur (idque non rarò) particula ἄν. Cum præſenti, vt Demoſth. Pro corona, τῆς τότ' Ἀθηναίων πολλὰ ἂν ἐχόντων μεμψιμοιρεῖν καὶ Κορινθίοις καὶ Θηβαίοις. Idẽ Olynth. 3, καὶ τοῦτο μὲν ἄξια ποιοῦντα, τίνα ἂν ἔχειν εἰπεῖν. Vt Iſocr. ad Philippum, διελόντες ὑπὲρ ὧν ἂν ἄλλως ἠσυχίαν ἄγοντας, πολὺ ἂν δόξειε &c. Nullo pacto videbã poſſe Græciam trãquillitate frui. Quòd ſi verbum ἐνόμιζον præceſſiſſet, ἄξειν vtique dixiſſet. ¶ Cum aoriſto etiã ſæpe. Demoſth. ὑμεῖς δ' οἱ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις εἰπόντες, &c. id eſt Qui ſuccenſere poteratis. vt interpretatur Budæus. Ariſtoteles, πῶν δὲ τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ συνέχον λέγεται ὃ συνέχει ἔχειν, ὡς διεχωρίσθη ἂν κατὰ τὴν αὐτοῦ ὁρμὴν ἕκαστον. Id eſt, Quod niſi foret, ſuopte quæque nutu ſeparata eſſent & diſſipata. vt vertit idem Budæus. qui & ſubiungit, Per præteritũque ſæpe loquuntur de futuro, vt in his ipſis exemplis, Quod niſi ita ſit, ſuopte quodque nutu vtique omnia diſſipatum iri. Demoſth. contra Midiam, τῷ δὲ μηδένα ἐξεῖναι τὸ λοιπὸν τὸ δίκαιον τὴν ἀεὶ λαβόντα ὧν ὑβρίζει διδόναι, μόνον ἄρ' οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν; id eſt (eodem interprete) Ne autem in poſterum quiſquam huiuſmodi petulantia vti auſit, quis non videt hoc præſtaturum, ſi vt quiſque conuictus ac damnatus iniuriarum fuerit, ita pœnam legitimam lueret. Idem Demoſthenes, οὕτω τοίνυν ὑμᾶς ἐπὶ αἰσχροῖς ἂν ὑπάρχοντας καὶ μιαρός, καὶ πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι, & qui omnia & dicere & facere ſuſtineat. hoc eſt ὑποστησόμενος. Idem, μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς οὕτω χαλεπῶς ἂν ὑμῖν, ὅτι ὡς ποτε ἔχει ὑμῖν, Nolite ergo aliter erga eos affici, qui, ſi liceret illis, ita de vobis ſtatuerẽt. Latini ſic loqui quodammodo videntur, quum per futurum ſubiunctiui efferunt quod dicunt: quod ipſum à præterito formatur. Cicero pro Cælio, Quare ſiquẽ etiam horum minorum aliquid offendit, iam iſta deſeruerit, iam ætas omnia, iam dies mitigarit. Hactenus Budæus. Sciendum eſt autẽ partic. in aoriſto cum ἂν aliã quoque admittere interpretationis formam. nam Budæus φυλάξει ἂν vertit per futurum in loco Demoſthenis paulo antè citato: ſed pro Hoc præſtaturum, dicere licebat Hoc præſtare poſſe: vt apud Thucydidem, lib. 6, καὶ ἄνδρες αὐτοὺς οὔτ' ὄντα, οὔτ' ἂν γενόμενα λογοποιοῦσι, licet οὔτ' ἂν γενόμενα interpretari, Ea quæ futura non non ſunt, vel, Ea quæ eſſe non poſſunt. ſi ſcholiaſtem ſequamur, qui exponit οὐχ οἷά τε γενέσθαι: ſecundum quam expoſitionem particula ἂν meritò & hic δυνητικὴ appellaretur. ¶ Reperitur verò ἂν & cum infinitiui futuro in nonnullis locis, ſed qui ſuſpecti eſſe poſſint. Plutarchus in Camillo, μαχεσομένων ἂν βέλτιον. Iſocr. De pace, καὶ μάλιστ' ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα. Suſpecti autem ſunt huiuſmodi loci, tum quòd pauci ſimiles reperiantur, tum quòd facilis fuerit deprauatio vnius literæ. nam mutato α in ο fieri potuit futurum μαχεσομένων ex aoriſto μαχεσαμένων, itidem futurum λυπήσοντας ex aor. λυπήσαντας.

C. Ἀξιομνημόνευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus commemoratione, Dignus cuius fiat mentio, Memorabilis. Xen. Hellen. 4, καὶ τῶν πράξεων τὰς μὲν ἀξιομνημονεύτους γράψω, τὰς δὲ μὴ ἀξίας λόγου παρήσω. Vbi notadũ ἀξιομνημονεύτους & ἀξίας λόγου, pro eodẽ poni, & ἀξίας λόγου idẽ valere quod ἀξιολόγους compositũ. Verbi pass. μνημονεύομαι tertia singularis præteriti est μεμνημόνευται, vnde μνημονευτός.

C. Ἀξιόνικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus victoria, Dignus qui vincat. Vel, Idoneus ad victoriam adipiscendam, Vincere idoneus: Vel Qui victoriam emeruit & ea dignam fortitudinem præstitit, seu dignum robur. Xen. Pæd. 1, καὶ εἴ τις ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας καὶ ἀξιόνικος γενόμενος, ἀναγώνιστος διαγένοιτο. Herodotus, ἀξιονικότεροί εἰσιν Ἀθηναίων. Idem ἀξιονικότερος οὐδεὶς τοῦ Ξέρξεω ἔχειν τὸ κράτος. Iulianus imperator in quadam epistola, οὐκ ἑτέρου τινὸς θεῶν ἀξιονικοτέρου πρὸς τὸν τοιοῦτον γίγαντα καλεσάμενος. Verbum νικᾶν est vincere, nomen νίκη est victoria. E

C. Ἀξιοπενθής, έος, ὁ καὶ ἡ, Dignus luctu, Lamentabilis, apud Euripidem: qui & ἀξιόθρηνος pro eodem vsurpat. nam & πένθος significat idem quod & θρῆνος, videlicet luctum. F

C. Ἀξιόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fide dignus, Dignus cui fides habeatur, Dign⁹ cui credatur. Refert in suis Apophthegmatis Plutarchus quendam dixisse de eo qui caput & barbam tingebat, τὸν ἄπιστον ἐν θριξὶ, μὴ νομίζειν ἀξιόπιστον ἐν πράγμασι. Exponũt gramm. ἀξιόπιστος, ὁ πιστεύεσθαι ἱκανός: sicut ἀξιόχρεως, ὁ ἐπιλύσαι τὸ χρέος ἱκανός. cui definitioni consentaneum est hoc quod aiunt dixisse Lycurgum, τὸ μὲν ἀξιόχρεων ἐν τῇ οὐσίᾳ, τὸ δὲ ἀξιόπιστον ἐν τοῖς τρόποις κεῖσθαι. Interdum dicitur ἀξιόπιστος εἴς τινα: vt apud Xenophontem, ἀξιόπιστον εἰς ταῦτα ἡγησόμεθα. quod exponitur, Dignum cuius fidei hæc committantur. ¶ Accipitur G etiam ἀξιόπιστος (sicut & ἀξιόχρεως interdum) pro ἱκανός, & αὐτάρκης, Idoneus, Sufficiens. Plutarchus, καὶ ναύλοχα πρὸς ἐπιστόλην ναυτικὴν ἀξιόπιστα. Est πίστις fides.

Ἀξιοπίστως, aduerbium, Cum fide sufficiente. In Pandectis ἀξιοπίστως ἀσφαλίζεσθαι, vt ait Budæus, est Idoneis sponsoribus cauere. quod de stipulante melius dicitur, vt H Latinè Cauere sibi stipulantẽ dicimus aut emẽtem.

Ἀξιοπιστία, ας, ἡ, Fidei sufficientia, Fides idonea. Nazianz. μὴ ζήτει ἀξιοπιστίαν τοῦ κηρύσσοντος ἢ τοῦ βαπτίζοντος.

C. 1. Καταξιοπιστεύομαι, F. εύσομαι, (cũ genit.) pers. Fide indignũ [aliquẽ] iudico. Aut, Dico aduers⁹ [aliquẽ] quæ si de indigna sint. Nã alterã harũ signif. habere videtur in hoc loco quẽ Suid. affert. ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν πλειόνων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς πράξεως.

C. Ἀξιόποινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus pœna, Qui pœnam meruit, vel Qui meritas dedit pœnas, Qui dignè punitus est. Item ἀξιόποινος, Meritas pœnas de aliquo sumens, Dignè aliquẽ puniens. Apud Spartanos erat Minerua ἀξιόποινος, teste Pausania. ποινὴ Græcis, est pœna Latinis.

C. Ἀξιοπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui dignitate præditus est, id est dignatione, Quem honor decet, Honore dignus (vt interpretatur Budæus) censens ex ἀξία (meo quidem iudicio) & verbo πρέπω compositum, non ex ἄξιος. Xenophon in Symposio. καὶ νῦν ἐν τῇ ἑορτῇ ἀξιοπρεπέστατος δοκεῖς εἶναι τῶν προγεγραμμένων· καὶ σῶμα ἀξιοπρεπέστατον μὲν ἰδεῖν τῆς πόλεως ἔχεις, ἱκανὸν δὲ μόχθους ὑποφέρειν. Exponitur etiam Dignitatem præ se ferens. ET subst. hinc factũ Ἀξιοπρέπεια, Dignitas, Amplitudo. ET aduerb. Ἀξιοπρεπῶς, Cum dignitate. vt idem valeant quod simplicia ἀξία & ἀξίως. Obseruaui tamen non pauca cum πρέπω composita nomina pro simplicibus accipi.

C. Ἀξιοσκεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus cõsideratione seu animaduersione, Cõsiderandus. Xen. Hell. 5, ἐγὼ ἀποκρινάμενος ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀξιοσκεπτα λέγει.

C. Ἀξιοσπούδαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus cura & studio, Dignus quem studiosè consectemur. Pro eodem dicitur σπουδῆς ἄξιος & ἀξιοσπούδαστος, sicut ἀξιόλογος & λόγου ἄξιος. Fit tamen ἀξιοσπούδαστος non ex ἄξιος & σπουδή, sed ex ἄξιος & ἐσπούδασται tertia singularis præteriti à σπουδάζομαι.

C. Ἀξιοτέκμαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sufficientibus argumentis probatus. A tertia singularis præteriti verbi τεκμαίρομαι.

C. Ἀξιοφίλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui ametur, apud Xenophontem. A πεφίληται tertia singularis præteriti τοῦ φιλοῦμαι.

C. Ἀξιόχρεως, ω, ὁ καὶ ἡ, Qui soluendo est, Sufficiens ad soluendum debitum. Locuples, id est, Qui satisfacere potest. Vnde per translationem dicitur ἀξιόχρεως μάρτυς vt apud Latinos Locuples testis, pro Fide dignus. Apud Demosthenem ἀξιόχρεως ἐγγυητής, Philipp. 4. Plato in Apologia, ἀξιόχρεων ὑμῖν παρέξομαι τὸν λέγοντα αὐτόν, id est, Dignum cui credatis, ἀξιόπιστον. Capitur etiã generaliter pro Sufficiens alicui rei vel incœpto, Par alicui rei, Idoneus ad aliquid, Dignus. Ponitur autem ἀξιόχρεως interdum per se, interdum cum infinitiuo, interdum cum præpositione εἰς accusatiuo iuncta. Xenophon Pæd. 7, ὁπόσοι ἐπιχειρήσειν ἔσονται καὶ ἀξιοχρεώτατοι αὐτοῦ ἐδόκουν κοινωνοὶ εἶναι καὶ πόνων καὶ ἀγαθῶν. Demosthenes Olynthiaca 3, τὸν δ' ἄλλον οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν συμφερόντων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι. Idem, οἱ νομίζοντες αὐτοὺς ἀξιόχρεως εἶναι τοῦ Φιλίππου ξένους προσαγορεύεσθαι. Herodotus, ἀξιόχρεως δοκεῖ ἀναρτῆσαι. Pausanias, ἁρμονίας δὲ ἢ κάλλους ἕνεκα ἀρχιτέκτων ποῖος ἐς ἅμιλλαν φαίνοιτ' ἂν ἀξιόχρεως; Ex ἄξιος fit & χρέος quod est debitum. Vide Ἀξιόπιστος paulo antè.

Ἀξιόχρεως, Satis amplus, Non aspernandus, Non pœnitendus. Apud Athenæum, ὀξυτάτα μέγεθος ἀξιόχρεων ἔχουσα, id est Iustã magnitudinẽ, quod est ἀξιόλογον. Sic παρασκευὴ ἀξιόχρεως apud Thucydidem exponitur Iustus apparatus. secundum scholiastem ἀσφαλής. Idem alibi apud eundem ἀξιόχρεων exponit μεγάλην.

Ἀξιόχρεον cum ο in fine Suidas barbarum esse ait. citatur tamen pluralis ἀξιόχρεα ex Luciano, à singulari ἀξιόχρεον.

Ἀξιοχρέως, aduerbium, Sufficienter. ἱκανῶς, vt habet Hesychius. Nisi fortè legendum est apud eum ἀξιόχρεως & ἱκανός.

Composita autem in quibus perditur a nominis ἄξιος, sunt hæc.

C. Ἀξιάγαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Admiratione dignus, Admirabilis. θέαματα ἀξιάγαστα apud Syn. Ex ἤγασται tertia præteriti ab ἀγάζομαι fit ἀγαστός. Est autem ἀγάζομαι Admiror.

C. Ἀξιάκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus auditu, Dignus qui audiatur. Xen. ἀξιοθέατοι καὶ ἀξιάκουστοι, Digni qui spectentur pariter & audiantur. ¶ Sonat ἀξιάκουστον etiam Memorabile. quod enim est memorabile, auditu dignũ

est. Ex ἠκούσται tertia sing. præter. ab ἀκούομαι fit ἀκουστός. A
C. Ἀξιακρόατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem, Dignus auditu. Xenophon
Lacedæmoniorũ politia, χορεὺς ἀξιακροατοτάτους καὶ ἀγῶ
νας ἀξιοθεατοτάτους. Ab ἠκρόαται tertia sing. præteriti ab
ἀκροῶμαι fit ἀκροατός.
C. Ἀξιαφήγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus commemoratione, Di-
gnus qui commemoretur, Memorabilis, Commemo-
randus. Herodotus non semel vtitur, sed Ionicè scribẽs
ἀξιαπήγητος: vt ἀξιαπηγητότατα ἔργα, maximè memorabi
lia. Fit ex ἀφήγηται tertia præteriti ab ἀφηγοῦμαι. Pro eo-
dem dicitur ἀξιομνημόνευτος. B
C. Ἀξιέπαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀξιεπαίνετος, Laude dignus, Lau
dabilis, Prædicandus, Commendabilis. Xenoph. Pæd.
3, ἐνόμιζε γὰρ, εἰ ἕκαστος τὸ μέρος ἀξιέπαινον ποιήσῃ, τὸ ὅλον αὐ-
τῷ καλῶς ἔχειν. Fit autem ἀξιέπαινος ex ἄξιος & ἔπαινος: at
verò ἀξιεπαίνετος, ex ἄξιος & ἐπαινετὸς formato ab ἐπῄνη
ται tertia præteriti verbi passiui ἐπαινοῦμαι.
C. Ἀξιεπιθύμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui expetatur. ἐπέραστος,
Varin.
C. Ἀξιέραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui ametur, Amabilis, qui à
Xenophõte dicitur ἀξιοφίλητος. nam ἀξιοφίλητος est ἄξιος C
φιληθῆναι, vt ἀξιέραστος est ἄξιος ἐρασθῆναι. ab ἠράσται ter-
tia singularis præteriti à passiuo ἐρῶμαι. Apud eundem
Xenophontem, τέκνα ἀξιέραστα. & apud Plutarchum in
Romulo, ἀξιέραστον αὐτὴν θεῷ γεγονέναι, Dignam visam
deo quæ ab eo amaretur, vel dei amorem emeruisse.
C. Ἐπαξιέραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem, apud Philon. De V. Mos.
C. Ἀντάξιος, ου, ὁ, Æquiparandus, Æqualis pretii: vt χρυσὸς
οὐκ ἀντάξιος τῆς ἀρετῆς, Aurum non est æquiparandum
cum virtute. Hom. Il. ι, ψυχῆς ἀντάξιον, Cum anima æ-
quiparandum, Tanti faciendum quanti anima. Idem, D
Il. λ, Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Xenophon, πολ-
λῶν οἰκετῶν οἶμαι ἀντάξιον εἶναι, Existimo multorum ser-
uorum instar esse. Rursus apud Homerum Iliad. α, ἀντά-
ξιον ponitur sine genitiuo, pro Æqualis pretii, ἴσον τῇ τι-
μῇ, τὸ ἰσότιμον.
C. Ἀπάξιος, ου, ὁ, Indignus. Plato Epist. 7, οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι
νέῳ καὶ μὴ νέῳ, Non indignum est iuuene & non iuue-
ne, audire. Eodem vtitur in lib. De leg.
Ἀπαξία, ας, ἡ, Indignitas, in vulg. lex.
C. Ἐπάξιος, Dignus. vt ἐπάξιος γάμος apud Sophoclem, Gre E
gorius, ποιεῖ τῆς ἀοιδίμου ἐκκλησίας καὶ ψυχῶν τῷ ἀνδρὸς ἐπάξιον,
Dignius & magnificentius. Bud.
Ἐπαξίως, Dignè, Pro dignitate & merito. Nazianz. τῷ κελα-
ζοντος ἐπαξίως.
C. Καταξίως, Dignè, pro Dignitate: vt καταξίως ἐμοῦ, apud
Sophoclem, Pro mea dignitate.
Ἀξίως, aduerbium, Dignè, Pro dignitate. Ponitur inter-
dum sine casu: vt apud Isocratem in Panegyrico, ἐπὶ μὲν
γὰρ ὑμῶν ἀξίως δυνηθῆναι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν. Demo
sthenes Philipp. 2, πάντες μὲν αἰεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δὲ F
εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται. Frequentius autem cum genitiuo
vt apud eundem Isocratem κατὰ σοφιστῶν, in eadem senten
tia exprimenda, ὅς ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων. Idem
in Panegyrico, ἐγὼ δὲ ἐὰν μὴ καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἴπω
καὶ τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ. Vnde existimare possit aliquis
in locis illis prioribus post ἀξίως subaudiendum reli-
quisse Isocratem & Demosthenem genitiuum τῶν πρα-
γμάτων. Capitur autem tam in bonam quàm in ma-
lam partem, sicut & ipsum nomen ἄξιος. Isocrates in
Archidamo, σκέψασθε δ' ὅπως ἀξίως ἡμῶν αὐτῶν πολεμήσο-
μεν. Demosthenes Olynth. 3, πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν. Ci G
tatur item ex Platonis Apologia, πράττων ἀξίως ἀν-
δρὸς ἀγαθοῦ, pro Faciens vt decet virum probum, Viri
probi fungens officio. Nisi fortè πράττων aliter hic ex-
poni potest. ἀξίως τῶν καλῶς πεποιημένων, Pæd. 5. In ma-
lam autem partem, vt ἀξίως τοῦ ἀδικήματος apud AEschi
nem, Pro dignitate sceleris, id est, Vt meretur scelus.
Quidam vertunt Pro magnitudine sceleris. ¶ Quum
autem dicunt ἀξίως λόγου, non debet ἀξίως verti Pro di
gnitate. sed ἀξίως λόγου, Dignè commemoratione, id
est, Ita vt res sit vel fuerit vel esset digna commemo- H
ratione, aut memoratu. vt, ἀξίως λόγου μαχόμενοι, Pu-
gnantes ita vt res foret memoratu digna, id est Pugnã
memoratu dignam edentes. Dicunt pro eodem ἀξιολό-
γως vno verbo.

Ἀξίως pro Εὐώνως, Vili pretio: vt ἀξίως πωλεῖσθαι, apud Pollucem.

Ἀξία, ας, ἡ, Dignitas eo sensu quo dicitur Pro dignitate rei, id est, Vt res meretur. Demosthenes aduersus Midiam, τὴν κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων παρὰ τούτου δίκην λαβεῖν. κατὰ τὴν ἀξίαν, Pro dignitate, Pro merito, vel meritis, Isocrates in Areopag. τὴν δὲ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τιμῶσαν. Sic apud Platonẽ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι. Dicitur & πρὸς ἀξίαν: vt τῷ πρὸς ἀξίαν διαιρέτης, id est, eius quod pro cuiusque dignitate est. Et ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, Vltra quàm meremur, Quæ merito nostro maiora sunt, apud Areopagitam. Et παρὰ τὴν ἀξίαν, Præter dignitatẽ, id est Indignè, Immeritò: vt παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχῶ. & cum genitiuo apud Demosthenem Olynth. 1, ὡς οἱ παρὰ τὴν αὑτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θετταλοί.

Ἀξία, Dignitas, id est Dignatio (inquit Budæus) ἀξίωμα. Demosthenes Pro corona, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαι καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς. Cui significationi vicina est ea quæ dicuntur οἱ ἐπ' ἀξίας, Magistratus. Lucianus, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφορούντες. Sic dicitur vt οἱ ἐπ' ἐξουσίας.

Ἀξία, AEstimatio. Xenophon Pæd. 8, τὸ γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, ἀνελευθερίαν ἔμοιγε δοκεῖ περιάπτειν. Apud Basiliũ in epistolis κατ' ἀξίαν ἀτελής exponitur AEstimatu vile. Plato De leg. 9, τὴν δὲ τῆς βλάβης ἀξίαν, εἴτε διπλῆν, εἴτε τριπλασίαν οἱ δικασταὶ τιθέντων. Citatur & ex Xenophonte ἀξίαι plurali numero, εἰσί τινες ἀξίαι φίλων, pro Sunt quædam amicorum æstimationes & valores. Sed non satis Latinum est vocabulum valor.

Ἀξία, Iustum pretium. Xenophon, οὐδενὶ ἂν μὲν ὅτι πωλοῖ κα δεῖ, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβεῖν, id est Minus iusto pretio, inquit Budæus. Et apud AEschinẽ τῆς ἀξίας ἀποδίδοσθαι, Iusto pretio vendere, vt ait idem. Et apud Aristotelem Ethic. 9, τὴν ἀξίαν τάττειν pro Indicare, quod institoris est & venditantis merces. Dicitur pro eodem ἀξιοῦν vna voce. Itẽ ἀξία, Iusta merces, Digna merces, Aristot. Ethic. 9, οὐ γὰρ πρὸς χρήματα ἡ ἀξία μετρεῖται, pro Neque enim digna merces philosophiæ pecunia rependitur, Budæo interprete. Sciendum est autem ἀξία in huiusmodi loquendi formulis posse pro substantiuo nomine accipi (sicut in locis modò citatis in quib[us] Æstimationẽ interpretati sumus) vt ἀξία sit pro ἀξία τιμή vel subaudiri nomen τιμή, vt ἀξία censeatur adiectiuũ. At verò in hoc loquendi genere quod est apud Lucianum, ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν, & ὑπέχειν τὴν ἀξίαν, constat ἀξίαν non esse substantiuum nomen, sed adiectiuum, & substantiuum τιμωρίαν debere subaudiri post ipsum, vel δίκην. Dicitur autem τὴν ἀξίαν ἀποτίνειν, vel ὑπέχειν à Luciano, Qui dat meritas pœnas, Qui dat pœnas quas meretur, vel, quibus dignus est. Est defectuosa loquutio (inquit Budæus) τὴν ἀξίαν ἀνταποδοῦναι ἢ ἀντιλαβεῖν. hoc est, ζημίαν τὴν ἀξίαν καὶ τιμωρίαν. Exemplum autem τὸ ἀξίαν ἀνταποδοῦναι, item τὸ τὴν ἀξίαν ἀντιλαβεῖν non ponit Budæus: sed eadem esse videtur ratio in hoc genere loquendi, ἀξίαν ἀποδιδόναι, quæ est in isto Xenophontis loco, Pædiæ 4, ὧν δ' ἕκαστος ἄξιος ἐπειδὰν παρ' ὧν προσήκει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειράσομαι ἀποδιδόναι.

Ἀξιότης, ητος, ἡ, pro ἀξία, Dignitas, Dignatio.

¶ Ἀξιόω, ῶ, Dignum esse censeo, Dignor. Cum genitiuo, vt apud Sophoclem ἀξιώσας scholiastes exponit ἄξιον ἡγούμενος: & apud Thucydidem ἀξιῶ scholiastes itidem explicat ἄξιος ἡγοῦμαι. Sic ἀξιοῦσιν αὑτοὺς πάντων, Omnia sibi vendicant, Dignos se existimant qui accipiant omnia. In malam etiam partem, vt apud Demosthenẽ Pro corona, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ὀρθῶς συμβουλεύσαντι ὑμῖν παραπέμψαντες, τῆς προσηκούσης ἀτιμίας ἀξιώσαντε, id est, Dignos ea censueritis. vel potius, Ea affeceritis vt dignos. Plato in Apologia, οὐκ ἤδειμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός. Sæpius cum infinitiuo, pro Dignum esse iudico (eo modo quo dixit Virgilius, – si credere dignũ est) AEquũ esse cẽseo. Aristoph. in Pluto, οὐ γὰρ ἀξιοῖς τὰ κάλλιστα πράττων ἔχειν. Xen. ἀξιοῦσι αἱ πόλεις τοὺς ἄρχοντας, ὥσπερ ἱππέας οἰκέτας, χρῆσθαι. Luc. in Anach. τοὺς τοιούτους πόνους καταγυμνάζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν. vbi ἀξιοῦμεν quidã non vertũt AEquũ existimamus, sed Operæpretium esse existimamus,

Nonnulli, Volumus. Sic & ἀξιοῖς quidam vertunt Vis A in illo Aristophanis loco quem proximè citaui, item in hoc Isocratis (& in similibus) in Archidamo, εἰ δὲ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος. At μὴ ἀξιῶ est Indignum censeo, Indignor. Aristot. Pol. 5, de tyrannis loquens, διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς πολεμοῦσιν, ὡς βλαβεροὺς πρὸς τὴν ἀρχήν, οὐ μόνον διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι δεσποτικῶς, id est, Quòd indignum censeant se dominico imperio parere: pro διὰ τὸ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι μὴ δεσποτικῶς. Pausanias in Messenius, οὐκ ἠξίου τὸν ἄνδρα ἰσ[illegible], Indignabatur. Thucydides, ὑμεῖς οὐκ ἀξιοῦτε τὰ μὴ δρᾶν ἐν ὁμοίῳ δ᾽ ἔχειν. Item ἀξιῶ (inquit Budæus) Perhi- B beo, Existimari volo, Talem me esse prædico. Arrian. ἀναβ. α, αὐτὸς δὲ αἰεὶ λόγους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι ἠξίου. Sic fere Thucydides, καὶ τὰ ἐνθάδε παλαιὰ καὶ μέγιστα ὄντα ἠξιώσαμεν εἶναι, Dignos nos esse censuimus qui tales nos exhiberemus. Quæ exempla Budæus affert. Videtur autem ἀξιῶ itidem pro Existimari volo, & Talem me esse prædico sumi in hoc quoque Plutarchi loco, οὐ πλούσιοι μόνον καὶ λόγιοι εἶναι ἀξιοῦσιν, ἀλλ᾽ εἰ μή, &c. Exponitur ἀξιῶ & per verbum Peto, seu Postulo, quæ significatio fini- C tima est supradictæ, pro Æquum esse censeo. quum enim ἀξιῶ vertitur Peto seu Postulo, intelligendum est Peto vt rem quam æquam esse iudico: vt, χρόνον ἠξίουν λαβόντες ἀπολογήσασθαι, Petebant sibi dari spatium ad respondendum iis quæ obiecta ipsis erant. Aliquando copulantur ἀξιῶ & παρακαλῶ, item ἀξιῶ & δέομαι. Demosthenes Pro corona, εἴ τινες ἀξιώσουσι καὶ παρακαλέσουσιν αὐτὸν ποιήσασθαι τὰς αἰτίας. Idem ibidem, ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. Idem rursus ibidem; ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι τότε μνημονεῦσαι ὑμᾶς. D

Ἀξιῶ, Existimo, Puto. Plato in Apologia Socratis, ἀξιώσατε καὶ ὑμᾶς διττούς μου κατηγόρους γεγονέναι. Citatur item ex Herodoto, ἀξιῶ ἀδικεῖσθαι pro Iniuriam mihi fieri arbitror. Item apud philosophos pro δοξάζω καὶ δογματίζω, & quasi axioma constituo, vel ὑποτίθεμαι. quod nostrates dicunt, Ego id pro vna maxima pono. quasi pro vno axiomate. Ita Budæus, citans hunc Aristotelis locum in problematis sect. decimaseptima; τὸ μὲν δὴ τῷ ἀριθμῷ τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν εἶναι ἀεὶ τοὺς γινομένους, εὔηθες. E

Ἀξιῶ. Indico, quod institoris est & venditantis merces. Plato De legibus lib. 11, ὁπόσης ἂν τιμῆς ἀξιώσῃ τὸ πωλούμενον. Aristoteles autem τὴν ἀξίαν τάξασθαι dicit pro Indico. Bud.

Ἀξιοῦμαι, οῦμαι, passiuum, Dignus censeor, Dignus existimor vel habeor: vt apud Plutarchum in Publicola, ἀξιωθεὶς βουλῆς, Dignus habitus senatu, id est, Dignus habitus qui in senatum reciperetur. Item ἀξιωθεὶς vel ἠξιωκὼς τούτων, Qui hæc emeruit, Qui hæc est consequutus tanquam iis dignus. ἀξιωθεὶς τιμῆς, Affectus F honore, Quo dignus est habitus, Quem dignati sunt alii honore. ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Dignus habitus qui ad communem mensam admitteretur. ἀξιωθεὶς τῶν δωρεῶν, Donatus muneribus quibus dignus censebatur. Sunt autem necessariæ hæ aut similes periphrases ad exprimendam vim Græci verbi: non solent tamen semper adhiberi. nam ἀξιωθεὶς δωρεῶν vertitur breuius à quibusdam, Muneribus honestatus. & ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Ad communis mensæ honorem admissus. Itidem ἀξιωθεὶς τιμωρίας (vbi notandum ἀξιοῦμαι in ma- G lam partem capi) Affectus supplicio. pro Dignus iudicatus qui afficeretur supplicio. Cicero Dignari posuit passiua significatione, Græco ἀξιοῦσθαι planè respondens. De oratore lib. 3, Res complures dissimiles, quæ tamen simili laude dignentur, ὅμως δὲ ἐπαίνῳ παραπλησίῳ ἀξιούμενα.

Ἀξίωμα, ατος, τό, Dignitas, Autoritas, Amplitudo. Demosthenes, οἷς δὲ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαβὼν ἀφίκετο εἰς τὰς ἀμφικτυονίας. Euripides, Τὸ δ᾽ ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν, πείσει. Vnde οἱ ἐν ἀξιώματι dicuntur (vt & οἱ ἐπ᾽ ἀξιώσεως & οἱ ἐπ᾽ ἀξίας) Magistratus, Qui honores gerunt. H vel Primates. vnde & εἰς ἀξίωμα προάγειν, Honoribus augere, Ad honores prouehere. ‖ Huic significationi est affinis hæc quam ponit Budæus ex Constantino in Grammatica, vt capiatur pro autoritate, id est A dicto vel scripto magni alicuius autoris. locus Constantini est, πολλὰ γὰρ προσάγει ἀξιώματα τῶν πιστῶν εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας. Item pro senatus autoritate Gazam vsurpasse annotat.

Ἀξίωμα apud dialecticos, Enuntiatio vel Enuntiatum, Quicquid enuntiatur, Effatum, Pronuntiatum. Nam his omnibus modis Cicero interpretatur hoc Græcum vocabulum, vt videbis in meo lexico Ciceroniano Græcolatino. Gellius proloquium vocat. Donatus in Terentium annotat ἀξίωμα esse sententiam B vel enuntiationem quæ vno verbo nexam contineat & perfectam intelligentiam, eamque à veteribus Verbum appellatam. Verba ipsius Donati proferam. enarrans enim hunc Terentii locum in Andria, Quin tu dic vno verbo, Vno verbo, ἀξιώματι, vna sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enuntiatio vno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim constat ex nomine & verbo. Itẽ in hunc Eunuchi locum, Vtinam istuc verbum ex animo ac verè diceres. Verbum, inquit, pro dicto. Sed propriè ἀξίωμα, id C est sententia vel enuntiatio quæ vno ligatur & astringitur verbo, verbum à veteribus dicebatur. Item in locum illum Adelphorum, Non meum illud verbum facio. Nũc verbum inquit, pro ἀξιώματι posuit, quod vno stringitur verbo. Idem alibi, Completæ, inquit, sententiæ pronuntiatio ἀξίωμα nominabatur. Plutarchus in Platonicis quæstionibus, τὸ δὲ ῥῆμα καὶ πτῶμα ποιεῖ τὴν πρότασιν, ἣ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος δεχομένην σύνθεσιν οἱ μὲν πρότασιν, οἱ δὲ ἀξίωμα, Πλάτων δὲ λόγον προσηγόρευσεν. Cicero itidem dicit, Itaque contendit omnes neruos D Chrysippus vt persuadeat omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum. Item alibi, Licet enim Epicuro concedenti omne enuntiatum aut verum aut falsum esse non vereri, &c. Notandum est autem Plutarchum in loco quem modo citaui, πρότασιν generaliter dicere ἀξίωμα esse πρότασιν, non certum genus προτάσεως. quidam tamen προτάσεις ἀπίστους siue ἀναποδείκτους appellari putarunt ἀξιώματα potius quam τὰς ἀποδείξεως δεομένας. sed Alexander in librum Topicorum 8, Aristotelis, ostendit vtrasque ab eo dici ἀξιώματα. Quid autẽ thesis ab E axiomate differat, vide apud Budæum in prior. annot. in Pandectas ex Ioanne Grammatico.

Ἀξιωματικός, ή, όν, Habens ἀξίωμα, id est Autoritatem. Autoritate præditus, Autoritatis plenus, vel autoritatis & dignitatis, Plenus maiestatis, Augustus. Dionys. Halicarn. de Isocrate, ὑψηλότερός ἐστι Λυσίου κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μεγαλοπρεπέστερος μακρῷ, καὶ ἀξιωματικώτερος. Plutarchus De musica, ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικόν, ἡ δὲ τὸ παθητικὸν ἀποδίδωσι. Itẽ, Dignatione & maiestate venerãdus, Dignitate oris præditus, vt apud Plutarchum F de Pompeio loquentem. ‖ Ponitur etiam τὸ ἀξιωματικὸν substantiuè pro Amplitudine & dignitate, vt ait Budæus. Idem in Commentariis scribit, Autoritas est ἀξίωμα, τὸ ἀξιωματικόν, τὸ κῦρος, ἡ πίστις, vt autoritas instrumenti.

Ἀξιωματικοί, Qui in dignatibus sunt constituti. Bud. ex Pand.

Ἀξιωματικῶς, aduerbium, Cum autoritate, Cum dignitate. ‖ Item apud dialecticos ἀξιωματικῶς τι λέγειν, Aliquid vt axioma ponere, quod nostrates dicunt Ali- G quid pro vna maxima ponere. Bud.

Ἀξίωσις, εως, ἡ, Idem quod ἀξίωμα. vnde οἱ ἐν ἀξιώματι & οἱ ἐν ἀξιώσει iidem sunt, videlicet Primates vel Magistratus. ‖ Est etiam Amplitudo, vt ait Budæus. A Suida exponitur τιμή in quibusdam locis quos citat. ‖ Et ἀξίωσιν Plutarch. in Cæsare non semel vocat postulatum, vt ait idem. ‖ Apud Thucydidem autem ait ἀξίωσιν esse Existimationem vel præsumptionem & fiduciam sese non spernentis. Locus Thucydidis est hic, καὶ εἰ κρατήσαντες οὐκ πολλοῦ ἂν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν ταύτην H εἰληφότες, μηδενὶ ὀχλεῖν Ἀθηναῖοι ὅτι Πελοποννησίων ὑποχωρεῖν. Schol. autem ἀξίωσιν hic exponit πεῖραν. Quidã verò ἀξίωσιν λαμβάνειν hic vertũt Sibi tribuere vel assumere: vt & apud Plut. in Pericle, οὐκ ἦν ἀδίκως ἀξιώσεως αὐτοῦ, pro Non iniuria id sibi assumebat. Citatur ex eodẽ Thuc. ἀξίωσις τοῦ ὀνόματος pro σημασία. Præterea ex Hermog. pro

pœna, ex Æschine pro instituto. sed alii aliter accipiūt apud vtrunque. Æschinis locus est hic in Ctesiphōte, καὶ τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰσαγγέλλειν ἡμᾶς.

Ἀξιωτέον, aduerb. positiuum, Existimandum est.

C. ἈΝΤαξιόω, ῶ, Vicissim peto, Vicissim postulo, Bud. At in vulg. lex. Græcol. ἀνταξιῶ τὰ ὅμοια citatur ex Thucyd. pro Paria rependo. sed locus examinandus est.

C. ἈΠαξιόω, ῶ, F. ώσω, Dedignor, Non dignor, Indignū iudico, Contemno. poniturque interdum absolutè, vt, μηδέ τις ἀπαξιούτω ἡ τύχη πταῖσμα νομιζέτω, ὅτι, &c. Interdum cum infinitiuo, vt apud Herodian. lib. 7, τὸ δὲ δὴ νῦν ἑκάστοτε εὔξεται, τὸ μὴ τοσούτου δήμου ἀπαξιοῦντας ὑπ' ὀλίγων καταφρονηθῆναι. Interdum cum accusatiuo, vt apud Appian. ὁ δὲ δῆμος τὸν Μάριον μενόντα τὴν ὑπατείαν οὐκ ἐχειροτόνησεν, οὐ τὸν ἄνδρα ἀπαξιῶν, ἀλλὰ τὸ φρόνημα δεδιὼς αὐτοῦ. Plut. De defect. or. καὶ τὴν ἀνωμαλίαν ἣν περὶ τὸν θεὸν ποιεῖ, τῇ μὲν ἀποστρεφόμενον καὶ ἀπαξιοῦντα τὴν κακίαν, τῇ δὲ πάλιν αὖ προσιέμενον, Auersantem & aspernantem vitia. vt Turn. interpretatur. Interdū cum genitiuo rei & accusatiuo personæ, vt apud Aristot. De mundo, οὐδ' αὖ τὴν τῶν καλλίστων ἀπαξιῶσι. Ἀπαξιῶν, Renuens, Inuitus, Dedignans. Plut. αὐτοῦ τῆς Μίλωνος μεταβαλεῖν ἐσθῆτα φαιὰν ἀπαξιώσαντος. vbi Bud. μεταλαβεῖν quoque legi posse existimat, & Indignari apud Lat. sic etiā accipi annotat. Ἀπαξιόω Hesychius exponit quoque ὑπερφρονοῦμαι.

Ἀπαξίωσις, εως, ἡ, Dedignatio, Plin. Contēptio, Despicientia, Cic. καταφρόνησις, Suid. Polyb. ὁ δὲ Φίλιππος ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τῇ τῶν Κορινθίων ἀπαξιώσει.

C. ἘΞαξιόω, ῶ, F. ώσω, Postulo, Rogo: vt vulg. lex. apud Sophocl. interpretantur.

C. ΚΑΤαξιόω, ῶ, Dignor, Dignum iudico. τιμῶ, ἀξιῶ. Suid. οἱ δ' οὐ καταξιοῦντες τὸν Τίμαρχον, διὰ τὸ συνειδέναι τὰς ἑαυτῶν, οὐ προσεδέξαντο. In pass. signif. plerūq; cū genit. cōstruitur, & significat Dignus iudicor aut sum qui &c. vt Lucæ 21, καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα. Eiusdē 20, οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Interdū cum genit. vt 2. Thess. 1, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

ἌΟΡ, ορος, τὸ, Ensis, vel Ἄορ: cum ᾰ vel ᾱ. nam etiā producitur. Od. κ, Σπασσάμενος παλάμης ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ. Eodem lib. Ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο. In eodem, Ὄφρα Τυδείδης ἄορι πλῆξεν περὶ χαλκῷ. Quibus in locis corripitur α, sicut & in aliis multis. Sic apud Hesiod. — ἐρυσσάμενος δ' ἄορ ὀξύ. At producitur cum alibi, tum Il. υ, Τὸν μὲν δουρὶ βαλών, τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας. Sic autem & in compos. producitur α, vt in proximè sequente χρυσάορ. Cæterūm ab ἀείρω deducit ἄορ Etym.

C. Χρυσάωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Ensem aureum gestans. Hesiodus, — Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. Sed puto accipi (intelligendo ex parte totum) pro eo qui splendida arma gestet. ‖ Suidas habet etiam accusat. χρυσάορον, quem exponit non solùm χρυσοφάσγανον, sed etiam χρυσοκίθαρον.

ἍΠΑΞ, aduerbium, Semel: vt οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ δὶς καὶ τρίς, Non semel tantùm, sed bis atq; adeo ter. Od. μ, — ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι, id est, Quum alii homines semel moriantur, non bis. Ponitur autem hac in significatione cum genitiuo interdum: vt ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, Semel in anno, & ἅπαξ τῆς ἡμέρας, Semel in die. Herodotus autem dixit ἅπαξ ἐν τῇ ζωῇ, Semel in vita. ‖ Item, vt dixit Horatius, Quem semel arripuit, tenet occiditque legendo, sic Isocrates in Panathenaico, καὶ σώζειν ἅπερ ἂν ἅπαξ κατάσχωσι. Apud nostrates *Vne fois* (quod propriè significat Semel, vt *Deux fois* Bis) sic etiam capitur. Ita enim redderemus Isocratis verba, *Et garder ce qu'ils auront une fois empoigné.* Quidam ὅπως ἅπαξ interpretati sunt Simulatque, in hoc loco, ὅταν ἅπαξ ἐκτέκωσιν, αὐθὺς δέονται, Simulatque semel pepererint. Posset etiam exponi, Si semel pepererint. Gall. *Depuis qu'une fois ils auront.*

Ἅπαξ, Semel. quod vernacula lingua dicit, *Tout en un coup*, vel *Tout à coup*. Hom. Od. μ, Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι. Potius enim ἅπαξ cum ὀλέσσαι quàm cum χανὼν iungendum est. Eodem modo videtur accipi & in hoc Thucydidis loco, lib. 1, καὶ ἰδόντας ἅπαξ περὶ ἁπάντων βουλευσαμένους. vbi scholiastes exponit παντελῶς. Videri etiam possit dixisse ἅπαξ περὶ ἁπάντων, pro περὶ ἁπαξαπάντων, de quo composito dicemus paulo pòst. Vt verò ἅπαξ exponit Thucydidis scholiastes παντελῶς, ita & Semel accipi solet pro Omnino siue Prorsus (quod est παντελῶς) in hoc Tullii loco, in Orat. pro Deiotaro, Cum facilè exorari Cæsar, tū semel exorari soles. Gall. *Vne fois pour toutes.*

Εἰς ἅπαξ (quod & Εἰσάπαξ) apud Demosthenem, quod dicitur Gallicè, *Pour une fois, Pour un coup*: barbarò autem Vna vice. Olynth. 2, τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει· καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὑτὰ καταρρεῖ. Fortasse nō malè εἰς ἅπαξ & βραχὺν χρόνον redderemus, Ad certum aliquod tempus, idque breue. Aut vtendo aduerbio Semel, videtur opus esse particula Duntaxat, vel huiusmodi alia, Semel duntaxat & ad breue tempus.

C. Εἰσάπαξ, vide proximè præcedens Εἰς ἅπαξ.

C. Ἐφάπαξ, idem quod εἰσάπαξ & καθάπαξ.

C. Καθάπαξ, Semel, Omnino, Prorsus. συλλήβδην, Hesych. Demosthenes in Midiam, ἄτιμος ἔσται καθάπαξ. Idē pro corona, οἱ καθάπαξ ἐχθροὶ τῆς πόλεως τοὺς Ἀθηναίων κρίνουσι φίλους. In vulgatis lexicis exponitur etiam Per omnia, Denique. Et citatur ex Dioscoride ἐν τῷ καθάπαξ, itidē pro Omnino.

C. Ἁπαξάπας, αντος, ὁ, Semel omnis. Vsurpatur potius in plurali ἁπαξάπαντες: vt apud Aristophanē in Pluto, vbi dicente Chremylo, — εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοί, respondet Plutus, Μὰ Δί' ἀλλ' ἁπαξάπαντες, id est ὁμοῦ πάντες (vt inquit scholiastes) Simul omnes. Dici etiam posset Semel & Simul omnes. Budæus apud Lucianum ἁπαξαπάντων exponit Omnium omnino.

C. Ἁπαξαπλῶς, Aduerbiū, In vniuersum, Omnino. Exponitur etiam Sine delectu à Budæo in hoc Luciani loco, καὶ ἅπαντας ἁπαξαπλῶς ὑβρίζων. Compositum est ἅπαξ cum ἁπλῶς.

ἈΠΕΙΛΗ, ῆς, ἡ, Comminatio, Minæ. Apud Latinos dicitur plurali tantùm numero Minæ: apud Græcos vtroque numero vsurpatur. Apud Homerum frequens est in plurali: vt Il. ν, — ποῦ τοι ἀπειλαὶ Οἴχονται, τὰς Τρωσὶν ἀπείλεον υἷες Ἀχαιῶν; Odyss. ν, οὐδ' ἐκλάθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ Πρῶτον ἐπηπείλησε. Iliadis ξ, Ἀργεῖοι ἰόμωροι ἀπειλάων ἀκόρητοι. Demosthenes in Midiam, πολλὰς δὲ δίκας καὶ χαλεπὰς καὶ νὴ Δία ἀπειλὰς ὑπομείνας. Plutarchus in Coriolano, πολλάκις γὰρ ἐν ἀπειλαῖς καὶ συμπλοκαῖς κατὰ τὰς μάχας ἀγωνιζόμενοι καὶ κομπάσαντες.

Ἀπειλὴ τοῦ πνιγμοῦ apud Alexandrum Aphrodiseum eodem ferè modo dicitur quo τὸ φθορᾶς ἀπειλεῖν τεῖχος. sicut videlicet Latinè dicitur minari ruinā paries, quū ei periculū impendet à ruina. Vnde & ἀπειλὴ τοῦ πνιγμοῦ à quibusdam non Minitatio strangulationis, sed Periculum strangulationis exponitur.

Ἀπειλὴ est etiam Gloriatio, καύχησις, inquit Eustath.

Ἀπειλέω, ῶ, Fut. ήσω, Minor, Minitor, Interminor. Aliquando ponitur cum solo datiuo personæ, aliquando cum datiuo personæ & accusatiuo rei. Homerus Iliadis α, — ἠπείλησεν δέ τοι ἤδη. Odyss. υ, — μάλα δ' ἡμῖν ἀπειλήσας ἀγορεύει. Xenophon Pædiæ 6, καὶ τοῖς μὲν τὸ δέον ποιοῦσιν ἐπῄνει, τοῖς δὲ κακυνομένοις ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς. Rursus Homerus Iliadis ο, Ἄλλο δέ τι ἐρέω καὶ ἀπειλήσω τό γε θυμῷ. Alicubi verò ne datiuus quidem personæ ponitur, sed subaudiendus relinquitur. Iliadis φ, — ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπεν. Demosthenes Philipp. 1, ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει. Itidē nonnunquam cum solo accusatiuo rei, subaudito videlicet datiuo personæ, vt ἀπειλέω θάνατον apud Herodotum, Mortē minitor. Dicitur etiam ἀπειλῶ σοι sequente εἰ μή. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τῷ πεμπομένῳ δὲ ἀπείλησεν εἰ μὴ ἰσχυρῶς ταῦτα ἀπαγγείλαι. Apud Aristophanem autem ἀπειλῶ sequente ὅτι, in Pluto, ἠπείλησ' ὅτι ὡς τοὺς κοσμίους μόνους βαδιοίμην. Et cum infinitiuo, vt apud Æschinē, ἀπειλῶ εἰσαγγέλλειν. Interdum etiā pro datiuo personæ ponitur genitiuus cum præpositione κατά: vt apud Plutarchum in Camillo, μεγάλας ζημίας ἀπειλῶν κατὰ τοῦ μὴ ὑπακούσαντος, id est, Ingentes mulctas minitans ei qui non paruisset. Ex quo loco apparet perinde esse siue dicas, ἀπειλῶ σοι εἰ μὴ ἀπαγγείλῃς, siue ἀπειλῶ σοι μὴ ἀπαγγείλαντι. ‖ Dicitur

etiam ἀπειλεῖν eo modo quo Minari, in hoc genere loquendi, Ruinam minari.

Ἀπειλέομαι, οῦμαι, pass. vox, pro Minis terreor, vt exponit Budæus in hoc Xenophontis loco in Symposio, οὐκ ἔτι δὲ ἀπειλοῦμαι, ἀλλ' ἤδη ἀπειλῶ ἄλλοις. Potest etiam exponi Minas perfero. ‖Eustathius autem participium aor. med. ἀπειλησάμενος pro ἀπειλήσας poni docet.

Ἀπειλεῖν pro εὔχειν siue καυχᾶσθαι, id est gloriari. vt Il. θ, Ὡς ποτ' ἀπειλήσει. Od. θ. Ἢ μὲν ἀπειλήσας ἐνὶ φρεσὶν ἐξ ἀέθλους. Vult autem Eustath. verbum ἀπειλεῖν pro hac significatione aliam habere etymologiam, quàm pro altera. Sed neutra satis certa est, imò nec satis verisimilis dicet vtraque nitatur etiam Etymologistæ autoritate, qui tradit ἀπειλεῖν capi & pro εὔχεσθαι vt εὐχὴν ἀπειλήσαντ' ἀπαιτεῖ. cuius significationis meminit & Eustathius.

Ἀπειλητικός, ή, όν, Minax. vt ἀπειλητικὰ νόμιμα apud Platonẽ De legib. Minaces leges, vel Plenæ minarum. vt Plena minarum verba vocat Horatius ἀπειλητικοὺς λόγους.

Ἀπειλητήρ, ῆρος, ὁ, Comminator, seu Minator, Qui comminationibus vti solet, seu minis, Minax. Et in fœm. gen. Ἀπειλήτειρα, Comminatrix. vt ἀπειλήτειρα φωνὴ apud Nonnum, Vox cõminatrix, Vox minitabunda. HINC & adiectiuum Ἀπειλητήριος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀπειλητικός, vt ἀπειλητήριοι λόγοι apud Herodot. Verba minacia, Verba minarum plena.

Ἀπειλητήρ, Iactator vanus. ὁ μάταιος καυχώμενος ἢ εἰς κενὸν αὐχῶν. ita enim accipit ἀπειλητῆρες Eustathius in hoc loco, Il. η. Ὤ μοι ἀπειλητῆρες, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Sed potest & in altera significatione accipi. Cæterùm sciendum est ἀπειλητικός & ἀπειλητήρ à verbo ἀπειλῶ potius esse deducta quàm à nomine ἀπειλή. quod quidem secundum quosdam itidem ab ἀπειλῶ deriuatum dicemus, secundum alios contrà hoc verbum ab illo nomine.

Ἀπειλητήριος vide paulo antè cum Ἀπειλητήρ.

C. Ἐπαπειλέω, λῶ, Minor, Comminor. Nam ἐπὶ in hoc verbo vel vehementiam addit, vel vacat. vt præp. in Cõminor. Il. α, Ἀπηπείλησεν ὃ ἐπαπείλησεν Ἀχιλλεῖ. Soph. Aiac. ἐμοὶ δὲ δεινὰ ἐπηπείλησ' ἔπη, ad verbũ, Mihi asperaverba cõminat⁹ est. quod poti⁹ per ablat. Mihi asperis vel acerbis verbis cõminat⁹ est. Vide Ἐπαπειλεῖν apud Suidã.

ΑΠΛΟΟΣ, & per contractionem ἁπλοῦς, in genitiuo ἁπλοῦ, Simplex, Non inuolutus. vt ἁπλοῦς λόγος, Simplex oratio, Non inuoluta oratio, vel Nulla inuolucra habens. Isoct. in Paneg. ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ῥᾴδιος ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων. Ab eodẽ in Panath. ἁπλοῦς λόγος & χαλεπὸς inter se opponuntur. Euripides, Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ἐκλέγειν χρεών. Vbi ἁπλοῦς μῦθος pro ἁπλοῦς λόγος ponitur. Denique per ἁπλοῦν λόγον, id est simplicem orationem, intelligunt orationem non inuolutam, nullasque ambages habentem, sed & apertam & breuem, nihilque fuci habentẽ. Dicunt etiam sæpe ὡς ἁπλῷ λόγῳ, pro Vt apertè breuiterque loquar & sine vllis ambagibus. Videtur autem mihi Liuius duo hæc Græca verba voluisse ad verbum exprimere, quum dixit, Simplicem suam orationem esse. ea enim se dicturum, quæ ni fiant, nulla sit pacis cõditio. De via itidem vsurpauit hoc nomen Xenophõ Pæd. 1, ἁπλουστέρα δὲ ἐδόκει εἶναι παρ' ἡμῖν ἡ ὁδός, quasi minus ambagiosa via.

Ἁπλοῦς ἀνὴρ etiã dicitur sicut apud Latinos Simplex vir. A quibusdam tamen ἁπλοῦς ἀνὴρ exponitur etiã Vir candidus. Plato De rep. 1, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Sic ἁπλοῦς τρόπους opposuit dolo Aristophanes in Pluto, Οὐ γὰρ δόλου νυνὶ ἔργον ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων. ‖Sed ἁπλοῖ vocati etiam fuerunt qui mente carerent, id est stulti. Isocr. ad Nicoclem, ἁπλοῦς δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας. Sic ἁπλοῦν pro εὐήθης, stultum, Bud. citat ex Aristotele Meteorol. 1.

Ἁπλοῦν, Planè verum & sine controuersia, vt ait Budæus, citans hæc Platonis in Phædro, εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν τοῦτο ἐλέγετο· νῦν δὲ, &c. Huc autem facit fortasse quod ait Euripides, Ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Fieri etiam potest vt ἁπλοῦν copulatum cum δίκαιον sit ita accipiendum. vt quum dicit Demosthenes in Androtionem, ἁπλοῦν μὲν οὐδὲ δίκαιον οὐδέν. & Xenophon Pæd. 3, οὐδὲν ἔφη, ὦ Κῦρε, ἐγὼ ἁπλούστερον εἶπον, οὐδὲ δικαιότερον. Nisi quis malit ἁπλοῦν hic esse simplex, id est minimè fucatum. cui interpretationi non magnopere repugnabo.

Ἁπλότης, ητος, ἡ, Simplicitas, Synes. εἰδὼς ἁπλότητα τῆς πολιτείας. Opponitur & τῇ διπλόῃ in propria significatione sumpto.

Ἁπλότης, ητος, ἡ, Simplicitas. vt ἁπλότης τῶν τρόπων, sicut ἁπλοῦς τρόπους dicit Aristophanes. Æsch. in Ctesiphontẽ, ἔπειτα ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καταφεύγει.

Ἁπλῶς, Aduerb. Simpliciter, Simplici modo, Simplici via & ratione, Non accuratè. Versus est comici cuiusdam apud Athenæũ, Ἀγροικότερός εἰμ' ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου. q.d. Crassa minerua. Ita enim interpret. dum puto hic ἁπλῶς, quòd hæc interpretatio conuenire optimè videatur cum ἀγροικότερος. Sic vsus est Aristoteles, scribẽs, λίαν οὖν ἁπλῶς εἴρηται. Isocr. ἁπλῶς & ἀκριβῶς (id est accuratè) inter se opponit: ad Philippum, μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Itidem in Panegyrico, τὸ δ' ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖσθαι λέγειν, ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνηθεῖεν εἰπεῖν. Quibus in locis videtur ἁπλῶς posse etiam exponi Inelaboratè. Præsertim quum alibi ἁπλῶς εἰρῆσθαι dicat quæ μηδεμιᾶς κοσμιότητος μετέχει in Panath. Budæus pro Nullo delectu, Inscitè, Imperitè, Stultè, ab eodem Isocrate alibi poni ait. Sunt qui itidem apud Plutarchum in Solone ἁπλῶς exponant Nullo habito delectu, vbi iungitur cum ἀδεῶς. ‖Aliquam cognationem habet cũ præcedentibus ἁπλῶς, quum pro Leuiter ponitur. Euripides, οὐχ ἁπλῶς φέρω, Non leuiter fero, id est, Maiorem in modum id mihi dolet. Quidam verterunt, Dolet id mihi non vulgariter. Budæus in hoc loco Isocratis paulo antè citato, μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς, vult ἁπλῶς esse Leuiter, vel Tenuiter. Idẽ ait Areopagitam οὐχ ἁπλῶς vsurpasse pro Non de nihilo, Non abs re.

Ἁπλῶς, Simpliciter, Vno modo. sicut dicitur interdũ Simplex & vnius modi. Plut. De poet. aud. καὶ πρότερον ἔστιν τῶν ἁπλῶς ἢ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐπὶ παρ' αὐτοῖς.

Ἁπλῶς, Simpliciter, id est Per se, Sine adiectione, quod & Absolutè dicit vulgus, præsertim quum tractatur grãmatica.

Ἁπλῶς, Simpliciter, Candidè, Sine fuco. Demosth. Pro corona, ὥσπερ αὐτὸς ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας πάντας εἰρηκὼς τοὺς λόγους. Non malè etiam verterit aliquis (meo quidem iudicio) ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας, Simpliciter & amicè: vt dixit Plinius iunior in quadam epistola, Simpliciter & amicè reprehenderunt.

Ἁπλῶς, Omnino, Prorsus. Theoph. De caus. lib. 3 ἁπλῶς δὲ τό γε λίθοις ὀκλάζειν καὶ ὅλως γῆς ψιλῆς οἴονταί τινες συμφέρειν. Pro eodem dicit paulo pòst ὅλως δέ. Quidam comic⁹ apud Athenæũ lib. 9, ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς, ὧν λέγω συνίημι. Idem sonat ἁπλῶς & in hac phrasi ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Isocr. ad Philippum, πάντες, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀφειδῶς ὁρμήσουσι πρὸς τὸν πόλεμον. id est Omnino, vel Vt in vniuersum loquar, inquit Budæus. Exponitur etiam, Vt summatim dicã, Vt vno verbo eloquar. Iungitur verò ἁπλῶς cum πάντως siue πάντα, & extra hoc loquendi genus. Demosth. Phil. 1, νυνὶ δὲ τι ἀγγέλλεται πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, παρρησιάσομαι. vbi ἁπλῶς itidem verti potest Omnino, siue Prorsus.

¶ Ἁπλοϊκός, ή, όν, Simplex, Candidus, Apertus, Nõ fucatus, Homo minimè malus, Non versutus. Lucianus, πρὸς ἄνδρα οἷον σε ἁπλοϊκὸν καὶ τῶν ὄντων κατακοινόν. Idem, ὡς ἄρα ἦν ὁ παῖς ἐπιεικὴς καὶ ἁπλοϊκός. Apud eundem in superl. gradu, ἁπλοϊκώτατος ἄνθρωπος. Huic opponitur πανοῦργος, id est Vafer, Versutus, Versipellis. ‖Dicitur etiam de rebus: vt ἁπλοϊκοὶ λόγοι. Vnde illud, τῷ ἁπλοϊκῷ τῶν λόγων αἰτιάσεται τὸ εἰκαῖον τε καὶ ἐμπεσόν.

Ἁπλοϊκῶς, Aduerbium, Cum simplicitate, Candidè, Sine fuco.

¶ Ἁπλοΐς, ίδος, ἡ, Vestis simplex, cui opponitur διπλοΐς. Vt plurimũ dicitur ἁπλοΐς sine ἐσθής. Homerus tamen dixit ἁπλοΐδας χλαίνας, Od. ω, Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας.

Pollux lib. 7, cap. 13, ἁπλοΐδες, ἀπηγίδες, διπλοΐδες, & διβολοι quid sint, his verbis indicat. Lænæ quædam sunt ἁπλοΐδες (de quibus Homerus, Χλαίνας τ' ἀνθήσαι ἁπλᾶς καθύπερθεν ἕσασθαι) quædã verò διπλαῖ: vt Διπλῆν ἀμφ' ἀντιθεῖσαν, has autem Attici ἀπηγίδας & διπλοΐδας & διβόλους no-

minabant.

C. Ἀπλοΐζομαι, Simplicem & candidū me exhibeo. Simplicitate vtor. Xenoph. ἀπομν. 4, λέγε, ἔφη, σὺ δὲ πρὸς τοὺς φίλους ἅπαντα δεῖ ἀπλοΐζεσθαι. id est, Sine calliditate loqui. Bud. interpretatur Sine cautione loqui & agere, & apertè animi sententiam iudicare.

¶ Ἁπλόω, ῶ, Expando, Explico, Extendo. & passiuū Ἁπλόομαι, οῦμαι, Expandor. Vnde præteritum ἡπλωμένος, Expāsus. Capitur etiam à Dionysio Areopagita pro Singularis & simplex, & ἡπλωμένος, inquit Budæus. quòd, si quis expansa & explicata conuoluat, ex simplicibus faciet duplicia, aut etiā multiplicia. ἁπλώσας τὸ λαῖφος, Her.

C. Ἀναπλόω, ῶ, F. ώσω, Explico, Expando, Diosc. lib. 1. cap. 189, ὅταν [πίσσα] κατὰ τὰς οἰκείας χώρας ἀναπλουμένη βότρυς αὐξάνει, id est, Dehiscens, pandénsque sese. vt Ruell. interpretatur. Reperitur & ἀναπλούμενος, Explicatus, Expassus.

C. Ἐξαπλόω, ῶ, F. ώσω, Expando, Explico. Suidæ autem est Duplico, aut Multiplico, hoc in loco, Ἆρ' ἔστι ταῦτα δὶς ἐξαπλᾶ κακά. id est, διπλασιάζων, πολυπλασιάζων. Vbi notādum est scribi in editione Chalchondylæ ἐξάπλαδ, cum ᾱ in medio dictionis: in Sophocle autem autē diuisim ἐξ ἁπλῶν. Est enim versus iste in Aiace Μαστιγοφόρῳ, qui integer sic habet, Ἆρ' ἔστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά. ita vt à Suida locus iste malè sit citatus & expositus.

¶ Διπλόος, & contractè διπλοῦς, ῆ, Duplus. vt apud Paulum 1. Tim. 5, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, Duplici honore. Sic διπλοῦς λόγος, Duplaris proportio, & διπλοῦν ὄνομα, nomen compositum. διπλοῦν κόκκινον, Bis tinctum coccinum, Exodi 25: vt habetur in vulg. lex. Eustathius inter διπλοῦν & διπλάσιον sic distinguit, vt διπλοῦν κατὰ μέγεθος dicatur, διπλάσιον autem κατ' ἀριθμόν.

Διπλοῦς cum genit. Duplo maior quàm. cuius exemplum cum Gazæ interpretatione in vulg. lex. hoc adfertur, τὸ μέγεθος διπλῆς τῆς χρηστῆς μελίσσης, Duplo maior quàm apes frugi. In qua significatione Matthæus Euāg. cap. 23, vsus est comparatiuo, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

Διπλοῦς (vt referunt vulg. lex.) Marcello interdum significat non Duplex, sed Latus & grandis, vt apud Dioscoridem lib. 2, cap. 113, quemadmodum etiam Duplex apud Lat. vt apud Virg. in Georg. — duplici aptentur dentalia dorso. Et paulo pòst, Duplex per lumbos agitur spina.

Διπλοῖ in plurali numero accipitur etiam pro Duo. vt διπλοῖ βασιλῆες. item διπλόα ἅμαξα. quorum prius ex Sophocle, posterius ex Apollonio Rhodio citatū reperitur in vulg. lex.

Διπλοῦς duplicem etiam & versipellem significat: vt contrà ἁπλοῦς hominem simplicem. διπλοῦς ἀνήρ, Euripides.

Διπλῆ nota est & σημασία in comœdiis atq; tragœdiis, cui⁹ vna species dicitur ἔσω νενευκυῖα, altera ἔξω νενευκυῖα. figura est trianguli obliqui sine basi. Vide Hephæstionem περὶ μέτρων. & scholiast. Aristoph. in Pluto. Διπλῆ etiam Hesychio est ὀρχήσεως εἶδος ἢ κρούματος.

Διπλόη, ης, ἡ, Duplicitas. Themist. De anima lib. 2, ὅς γε ἐν τοῖς ἠθικοῖς δι' ὅλον τὸ τέλος ἐλέγχει, ὅτι δεῖ καὶ ἐν τῇ φύσει ζητεῖν τὴν διπλόην ἐκείνην. Bud. Comm. Pisides apud Suidam, ἐπιχαίρουσι τὴν βολὴν ὑπηρετεῖν ἡ τοῦ χειρὸς ἐμπεσοῦσα διπλόη. Gregor. ὁ τῆς φιλοσοφίας λόγος διπλόην appellat varium & multiplicem Scripturæ intellectum, de allegoria Legis loquens, εἰ μὴ τις καὶ ἄλλο κρύφιον ἀπόρρητον καὶ βαθύτερον (ὡς ἡ ἐκ τοῦ νομικοῦ βάθους καὶ τῆς διπλόης) οὐκ ἔχει ὑπονοεῖν. Διπλόη etiam (sicut διπλόος de versipelle dici paulo antè indicaui) vafritiā versutiámque ac fraudem significat hominis aliud in ore aliud in corde habentis, opponitúrque τῇ ἁπλότητι, id est ἀφελείᾳ. Gregor. alter frater Basilii, in libro De homine, τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ μονοειδὲς ἐστι τῇ φύσει, πάσης διπλόης καὶ τῆς πρὸς τὸ ἐναντίον συζυγίας ἀλλότριον· τὸ δὲ κακὸν, ποικίλον τι καὶ κατεσχηματισμένον. Bud. Comm. Διπλόη, inquit Suidas, ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας· ὡς οἱ φίλοι μὲν ὑποκρινόμενοι, ἐχθραινόμενοι δὲ αὐτοῖς πολεμοῦσι.

A Διπλῆ, aduerb. Dupliciter. Synes. epist. 98, διπλῇ τιμώμενος, ὧν μείζων τὸ χαριζόμενον καὶ τὸ σπουδαζόμενον. Διπλῆ ἤ, Duplo magis quàm, sicut etiam διπλάσιος ἤ. Plato lib. 1 De rep. διπλῇ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά, Duplo amplius quàm cæteri ea amplectuntur.

Διπλοΐς, ίδος, ἡ, Læna duplicata, διπλοῦν χλαῖνα ἐν τῷ φορεῖσθαι. Hesychius. Vulgata lexica de hac intelligi dicunt quod Horat. lib. 1 epistol. dixit, Contrà quē duplici panno patientia velat. item Tunicam & Pallium in sacris Bibliis exponi, & Chlamydem 1. Reg. 24.

B Διπλοΐζω, F. ίσω, Duplico. Hesych.

Διπλόω, ῶ, F. ώσω, idem quod Διπλοΐζω, Duplico. Plutarch. Camillo, κάμπτεσθαι σίδηρον καὶ διπλοῦσθαι, Flecti ferrum atque duplicari.

C. Ἀναδίπλωσις, εως, ἡ, Figura apud grammaticos, q. d. Reduplicatio. Fit tanquam ab Ἀναδιπλόω. Vide Ἀναδιπλασιασμός.

Δίπλωμα, ατος, τὸ, Vas (vt Gorræus tradit in suis Defin. medic.) duplex. id quod patet ex scriptis Galeni libro 7 τῶν κατὰ τόπους, vbi Critonis arteriacas describit. eas enim ipse

C ἐν διπλώματι coquendas præcipit: quo modo vnguētarii vnguenta sua præparare solēt, in magnum lebetem calidam aquam infundentes, & in eum alterum statuētes qui medicamentum quod coqui debet contineat: deinde suppositis carbonibus aut lignis quæ fumum non faciunt, ignem accendentes. Idē habet libro etiā quinto, vbi coquendi olei lentiscini rationem instituit. Verùm non semper ab eo δίπλωμα dicitur, sed aliquando διπλοῦν ἀγγεῖον, & διπλοῦν σκεῦος, quo nihil est in officinis pharmacopœorum vsitatius, à quibus & Duplex vas & Balneum Mariæ appellatur. Hæc ille. Sunt

D etiam διπλώματα (vt annotat Bud. in Pand.) quas literas patentes nunc appellamus: cuiusmodi sunt edicta & mandata principum regio signo sancta, & quas bullas pontificias vocant. Cic. in Epist. Diploma statim nō est datum. de literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiam duplicato compositum significans aut complicatum, vel linteum quod πτύγμα dicitur. Paulo pòst scribit appellari à Macrobio Chartulas complicatas & lino traiectas obsi-

E gnatásque, eóq; in loco Codicillos etiā Latinè ab eo vocari. vnde Codicillaris potestas Lampridio. Vocari igitur codicillos chartulasve signo principali obsignatas, vel tesseras, quibus agnitis qui ὕπαρχοι dicuntur, hoc est præsides & alii magistratus præfectique, vehicula cum equis publici cursus accommodarent. Plura qui desiderat, consulat eius Annot. post. in Pand.

Τετραπλόος, οῦς, Triplus, Triplicatus. τριπλοῦν ὀθόνιον, Triplicatum linteum, τετραπλᾶ κνεία, Triplices fauí, Aristot. lib. 5 Animal.

F Τετραπλῆ, aduerbium, Tripliciter, Triplicatò. Il. α, αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Τετραπλῇ ἀποτίσομεν. id est, vt exponit Hes. τετραπλασίονα ἢ τετραπλάσια.

Τετραπλόος, οῦς, Quadruplus, Luc. 19, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Reddo quadruplum.

Τετραπλῆ, aduerb. Quadrupliciter. cuius exemplum vide in præcedente Τετραπλῆ.

Πενταπλόος, πλοῦς, eodem modo dictum esse videtur. vnde sit πενταπλόος calix apud Athenæum lib. 11, cui nomen inditum quòd in eo quinque rerum species essent cōmixtæ, vinum, mel, caseus, farina, & paulúlum olei. Præ-

G mii autem loco calix is dabatur in ludis publicis, ephebis cursu certantibus. Vide Athenæum lib. 11, & Eras. in Chiliad. Sed & πενταπλᾶ φλιᾶς ἐπῶνα legitur 3 Reg. cap. 6, pro Quincuplicia limina.

Ἑξαπλόος, οῦς, Sescuplex, vt Bud. exponit. Vnde & Ἑξαπλῆ aduerb. quod ex Areopag. citat. SIC Ἑπταπλοῦς, & cætera huiusmodi, siue à denario numero, siue centenario, siue millenario, siue alio formata fuerint, iuxta eandem analogiam exponi poterunt. quæ singulatim omnia hic inserere prolixum nimis esset.

H ¶ Διπλάσιος, ου, ὁ, ET Διπλασίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Duplo maior, cum genit. vt apud Polyb. διπλάσιος ἑαυτοῦ φαίνεται, Duplo maior apparet quàm sit, Bud. interpr. Isocr. Panath. διπλασίαν ποιήσειαν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἐξ ἀρχῆς οὔσης. Aristot. De mundo, ἐν διπλασίοσι πᾶσιν χρόνοις. Interdum

Digitized by Google

cum ἤ. vt Isocrates De pace, διπλασίας ἢ νῦν τὰς προσόδους λαμβάνοντας. Plato Epist. 7, διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ποιεῖν, Duplo maiorem reddere. Vel, vt alii, Duplicare. A

Διπλάσιος, (& interdum etiam Διπλασίων) Duplex, διπλοῦς. Thuc. lib. 2, διπλάσιόν τι τὸν πόνον ἔχειν, καὶ ἐν ἀμφιβόλῳ μᾶλλον γίγνεσθαι. Sic διπλασίας ζημίας dixit idem lib. 3. Isæus, διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα, Geminat piaculum, interpr. Bud. Idē apud Demosth. ἀποδιδόντων διπλάσια τὰ χρήματα, interpr. Esto dupli persequutio. Sic apud Plat. De leg. διπλασίας ἐκτίνειν vertitur Duplum restituere. Apud eundem, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος, Duplici honore aut eo amplius dignus. Et, σὺν διπλασίονι ἐλαίῳ, in vulg. lex. pro Cum olei partibus duabus. B Διπλάσιοι plur. num. apud Plut. in Apoph. 106, pro Bis tot, vt annotat Bud.

Διπλάσιοι ἐσθῆτες, Anthol. epigramm. lib. 1, Duplicata vestis.

Διπλασίως, aduerb. Vt διπλασίως ἐλάττω, Platoni De leg. Duplo minora.

C. Διπλασιολογία, vt γνωμολογία, verba sophistarum, apud Plat. in Phædro, Bud.

Διπλασιάζω, Duplico, Duplo maiorem facio. Plutar. De Socr. dæm. διπλασιάσαι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. Philo De vita Mos. lib. 1, διπλασιάσας τὰς χρείας. HINC Διπλασιασμός, Duplicatio. Plut. περὶ αὐξήσ. C

C. 2. Ἀναδιπλασιάζω, idem quod ἀναδιπλόω, & ἐπιδιπλόω. Reduplico. VNDE Ἀναδιπλασιασμός, Reduplicatio. quæ & ἀναδίπλωσις. Cuius exēpla sunt hæc, δέδω. δαρδάπτω. & καμω κεκάμω. sic λάζω λελάζω, sic λάχω λελάχω. Tryphon exempla reduplicationis in nominibus etiam ponit hæc, ἀπαρτηρὸς pro ἀρτηρὸς, & ἐτήτυμος pro ἔτυμος. D

C. Τριπλάσιος, Triplo maior, seu amplior. ET Τριπλασίων, pro eodem. Item pro Triplus, τριπλοῦς. ET Τριπλασιάζω, Triplico. vel Triplo maiorem facio.

C. Τετραπλάσιος, Quadruplo maior, seu amplior. ET Τετραπλασίων, pro eodem. Plato De rep. lib. 1, τετραπλάσιον χρόνον ἀναλίσκειν, Quadruplo temporis plus impēdere. Aristot. Probl. ἐν τετραπλασίονι λόγῳ, In quadrupla proportione. Diosc. ἐν τετραπλασίονι ἀγγείῳ, In vase quadruplo capaciore. Vel, Quadruplæ capacitatis, vt alii reddunt. Idē libro 1, τετραπλάσιον σμύρνα πρὸς τὸ κιννάμωμον, myrrhæ quadrupla ad cinnamomū proportio. E

Τετραπλασιάζω, Quadruplico, eadem forma qua διπλασιάζω, & τριπλασιάζω. Sed & τετραπλασιασμὸς verbale.

C. Πενταπλάσιος, Quincuplo maior seu amplior. Vel Quincuplus. Exponitur & Quinquies tantus. ET Πενταπλασίων, pro eodem. SIC Ἑξαπλάσιος, ET Ἑξαπλάσιος, Sescuplo maior, vel Sescuplex. Exponitur & Sexies tantus. vt ἑξαπλάσιος τοῦ κρατῆρος (quod Herodoti esse puto) Sexies tantus quàm crater. SIC Ὀκταπλάσιος, Octuplus (& Octuplicatus etiam, ex Liuio) sic deniq; & reliqua huiusmodi, secundum eandem significationis analogiam, vt suis locis dicetur. ET Πενταπλασιάζω, Ἑξαπλασιάζω, itidem. F

¶ Δίπλαξ, ακος, ἡ, Duplicata vestis, διπλῆ, μεγάλη διπλοΐς, ὡς τὸ διπλῆ χλαῖνα, inquit Hesych. Il. γ, — ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε. Δίπλακα μαρμαρέην. vbi Eustathius dicit subintelligēdum ἱματίον aut ὕφασμα, aut tale quid. quosdam autem subaudire χλαῖναν, & intelligere per δίπλακα, magnam, quæ dupla indui possit. & paulo pòst, ὡς δὲ ἰωνικῶς εἰπεῖν, δίπλακα τοσοῦτοι τινες. Alibi verò scribit non solùm de læna dici, verum (vt & τρίπλαξ) de aliis quoq;. Ac certè Il. ψ, legitur etiam δίπλακι δημῷ. Aliā autem habere originem hæc duo δίπλαξ & τρίπλαξ quàm διπλοῦς, τριπλοῦς, videtur existimasse idem Eustath. G

Τρίπλαξ, ακος, ἡ, Triplex, τρίπτυχος, τριπλῆ, Hesych. Iliad. σ, — περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν τρίπλακα μαρμαρέην. i. τρίστοιχον ἤγουν τρεῖς πλάκας, inquit Eustath.

ἈΠΌ, Præpositio solum genitiuum regens, Abs, vel A. Il. π, Οὐ γάρ πω Τρῶες ὑπερφίαλον νέφος ἀμφὶ Ἀχαιῶν Παντάπασιν ἐφόβηθεν μελαινάων ἀπὸ νηῶν. id est Fugiebant à nauibus. Il. υ, initio, — θεοὺς ἀγορήνδε καλέσαι Κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου, Conuocare deos à vertice olympi. ἀπὸ autem differre hoc modo à παρὰ dicit Ammonius, vt ἀπὸ inanimatis iungatur, vt ἀπ' Ἀθηνῶν, Ab H

C. Ἄαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Intangibilis, vel Non tangendus, apud Homerum. Cuius tamen vocis controuersa est apud gramm. deriuatio, vt ex his patebit quæ olim ex illis annotaui. Ἄαπτος, q. d. Non tangibilis. Vel, Non tangendus, & Euitandus. Aut, Lædi nescius, Qui lædi non potest, Cui noceri non potest. ἄαπτοι χεῖρες apud Hom. & Hesiodū aliquot locis, ἃς οὔ δύναταί τις ἰάψαι οὐδὲ βλάψαι, Quas nemo potest lædere, Lædi nescias. q. d. Inuiolabiles. Nam ab ἴψ fit verbum ἰάπτω, vnde nomen ἴαπτος: cui præfixo α priuatiuo, αἴαπτος, & sublato ι, ἄαπτος. Aut (si α primū sit ἐπιτατικὸν) exponetur, Quæ valde possunt lædere. Etym. & Suidas ex Herodiano. Idē Etym. ponit & aliā deriuationē, ab ἅπτω pro ἅπτομαι, i. tango. ὧν οὐκ ἄν τις ἅψαιτο, i. Quas nemo possit attingere. quasi ἀπροσίτους, ἀπροσπελάστους, i. Inaccessas, Ad quas propè accedi non possit, aut accedendum non sit. Hesych. explicat & ἀπτοήτους, i. Interritas, Imperterritas. quæ expositio est Aristarchi, vt testatur Eust. Idē ait Aristoph. scripsisse ἀέπτους per ε, quasi ἀρρήτους, i. Ineffabiles. Vel, Quas sequi nemo possit. Ego illam deductionem ab ἅπτομαι, vt simplicissimam, ita tutissimam esse existimo.

Ἁπτικὸς, Tangēdi vim habēs, Tāgēdi facultate præditus. Et ἁπτικὴ αἴσθησις, q. d. Tactiuus sensus aut tactorius. & ἁπτικὴ δύναμις, Tactiua vis. Et ἁπτικώτατος, pro Tāgēdi vim præcipuè seu præ cæteris obtinens. vt lingua est ἁπτικωτάτη μόριον. nā gustus est quædā tactus species.

C. Ἀνθάπτομαι, Viciſsim aliquid aggredior, Viciſsim manus iniicio, Bud. ex Herodoto. Exponitur ab eodē Capesso: & citantur hæc exempla. Plato De rep. 7, ἐπιτήδειον δὴ λογιστικὴν εἶναι, καὶ ἀνθάπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς. Idem in epistolis dixit ἔργου ἀνθάψασθαι. Itidem Arrianus, ἐπὶ μαλθακῶς ἀνθήψατο τοῦ ἔργου. Thuc. lib. 8, ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων, id est ἀντιλαμβάνεσθαι, Capessere res, id est rerum administrationē. Huiusmodi autem in locis vacat præpositio. |Capitur etiā pro Attingo, Attactu lanio. Aristoph. in Ran. ἰχὼ δὲ τὰ θ' ἑκατογκεφάλους ὑπ' ἔλξεται, ἀνθάψεται, σπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνθάψεται. |Dicitur etiā ἀνθάπτεσθαι φρενῶν (vt Latinè Tangere animū) res quæ tristitiā nobis affert apud Eurip. in Medea. |Ἀνθάπτεσθαι capi etiam videtur pro Increpare, siue Reprehēdere (sicut ἀντιλαμβάνεσθαι interdū.) Thuc. l. 8, p. 279, διότι δὲ καὶ τῆς μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. Vbi quidam significare putant Increpabat. Nam Vallæ certè interpretationis nulla iniri ratio potest. ita enim vertit, Eóque libentius ferebat stipendium non esse persolutum.

C. Ἐνάπτομαι, Tango, Attingo. Aristoteles Metaphysices l. 1, οὗτοι δὲ δὴ πάντες τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνημμένοι εἰσί. pro Attigerunt huiusmodi genus causæ. Et paulo pòst, ἥψαντο pro eodem dicit, οὗτοι μὲν οὖν δύο ταύτας τὰς αἰτίας ἥψαντο μόνον. Bud.

C. Ἐφάπτομαι, Attingo, Contingo. Et Pertineo, Attineo, inquit Budæus. subiungens ex Aristotele Ethicōn 3, ὑγεῖ.

ὑπὲρ δὲ τῶν ἀπηρτισμένων, τὸ τέλος ὑπάρχει, τοῦτο ὅτι ἐφάπτεται τοῦ τέλους. Attinet ad finē bonorum. Interdum pro simpliciter, Tangere, vt τῆς κεφαλῆς ἐφῆψατο. Et apud Soph. ἐφάψασθαι. Apud Plut. quoque ἐφάπτεσθαι, pro Attrectare sumi testatur Bud. ‖ Ἐφάπτομαι, Capesso, vel rursus Attingo significare putat Budæus in hoc Plat. loco De legib. lib. 10, ὅπως ... ἐφάπτεται. Idem Budæus ἐφάπτομαι, inquit, Capesso: vnde συνεφάπτομαι, Simul suscipio & aggredior. Plutarch. pro Aggredior opus faciendum. Plato pro Alloqui: vt ἐφάπτεσθαι τῆς ἀληθείας. Hæc Bud. Videtur autem à Plutarcho in Numa dici ἐφάπτεσθαι θεοῦ νοήσει, sensu eodem quo à Platone ἐφάπτεσθαι τῆς ἀληθείας: vt sit Deum alloqui mente, seu intellectu. Exponitur tamen & Deum intelligere, vel percipere. ‖ Ἐφάπτομαι (addit Budæus) Vindico, id est ἀντιποιοῦμαι. Plato De legibus ...

c.1. Ἀνέφαπτος, Intactus. Vide exemplum apud Suid. qui tamen ἀψηλάφητον exponit.

c.2. Συνεφάπτομαι, Simul capesso, Simul suscipio & aggredior, vt modo dictum fuit. Sic Plut. initio Philopœmenis, παρακαλεῖ ... συνεφάψασθαι. Sic apud eundē in Pericle, συνεφάπτεσθαι τοῦ ἔργου, vbi scribit, τὴν ... διὰ συνεφάπτεσθαι τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελεῖν. Subauditur autem datiuus personæ. nam proprie dicitur συνεφάπτομαί σοι τοῦ ἔργου, Tecum opus aggredior. Quod exponitur etiam Adiuuo te in opere. Chrysost. ... συνεφάπτεται τῶν πόνων ἡμῶν, Nostros labores subleuat. Luc. ... συνεφάψασθαι τοῦ συγγράμματος. Plut. in Galba, ... συνεφαψάμενοι, Qui cæteris in perpetranda cæde adiutores non fuerat. Vel, Qui operam suā in perpetranda cæde non præstiterat. Verti etiam potest, Qui manus cædis immunes habebant, præsertim quum ἐφάπτεσθαι sit manuum. ‖ Συνεφάπτεσθαι paulo aliter apud Athenæum, vbi dicuntur Stoici συνεφάπτεσθαι τῆς ἡδονῆς, simul cum aliis voluptatem capessere, vt eius fautores. Budæus tamen simpliciter Simul capessere & suscipere exponit. Athenæi autem locus est hic, καὶ τῆς ... συνεφάψασθαι ... ἡδονῆς.

Συνεφάπτομαι (inquit Budæus) minus est quàm συναίρομαι, quasi Summis digitis attingo, vel Simul onus attingo: non etiam Tollo & in humeros suscipio. Hæc quidem ille. sed egō & συναίρεσθαι & συνεφάπτεσθαι & συλλαμβάνεσθαι, tria verba tribus diuersis metaphoris indifferenter à Græcis scriptoribus pro Adiuuare seu Opitulari poni obseruaui.

c.2. Παρεφάπτομαι, Leuiter attingo (inquit Bud.) Stringo, hoc est προσψαύω. Plut. De fato, ... καὶ δημιουργία τὴν ... εἶναι, καὶ πως καὶ ... παρεφάπτεσθαι ... Et addit, Minus est παρεφάπτομαι quàm συνεφάπτομαι apud eundem, p. 753.

C. ΚΑΘάπτομαι, Tango animū alicuius meis dictis. Hom. Il. α, Ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν. Vbi exponitur etiam Demulce, Delinito. Quin etiam sunt qui καθάπτεσθαι interpretentur Perstringere, Lacessere. At ego, quum videam καθάπτεσθαι tam in bonam quàm malam partem sumi in veteribus poetis, aptiorem non mihi videor excogitare posse interpretationem illa, Tango animum alicuius verbis meis. quod & ipsum in vtranque sumi potest partem. Nam Eustathio certe nequaquam subscripserim scribēti in hunc versum Odyss. β, 39, ... καθαπτόμενος προσέειπεν, esse καθάπτεσθαι simpliciter τὸ ἀμείβεσθαι, vel ἀποτείνεσθαι λόγον πρός τινα. Et in alio eiusdem poetæ loco, καθαπτόμενος ... esse pro ... (de quo loco postea dicam) Addit autem, apud Homeri quidem posteros esse τραχύτερον ... λόγοις προσομιλεῖν, cum genitiuo. Sed & apud Hesiodum habemus χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσι, sicut in illo Hom. versu, & rursus Il. κ, μαλακοῖς ἐπέεσσι. in quo Hesiodi loco καθαπτόμενος redditur Incessens, habita videlicet illius loci duntaxat ratione. Sed & apud Hom. Il. ο, v. 127, ... ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα, licet nō addatur χαλεποῖσι, aut huiusmodi quidpiam, talia tamē esse videmus quæ sequuntur, vt nō male hic fortasse reddatur Perstringebat, vel Increpabat. At quum dicitur Odyss. υ, ... ἐπέεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ, nequaquam cum

Eustathio dixerim esse simpliciter, Se ipsum alloquens vel Seipsum compellans, sed Tangens animum suum his dictis & afficiens. Perinde ac si dixisset, Quæ verba animum eius tetigere, eiusque motum compressere. sequitur enim, ἐν πείσῃ μένε.

Καθάπτομαι apud Homeri posteros in malam partem pro Perstringo, Incesso, Taxo, Mordeo dicaciter, Increpo. Thuc. lib. 6, pag. 202, ἐπεὶ δὲ μου Νικίας καθήψατο. Luc. οἱ δὲ Ἐπικούρειοι, ὦ θεοὶ, οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται, ... μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρώπων λέγοντες ... θεοὺς &c. Plut. De Herod. ἡ δὲ Ἡροδότου κακοήθεια ... καὶ μαλακωτέρα τῆς Θεοπόμπου, καθάπτεται δὲ καὶ ... μᾶλλον, ὥσπερ &c. Idem alibi, καθήψατο πικρῶς ...

Καθάπτεσθαι τῶν μαρτύρων (inquit Bud.) est Testari, Testes laudare & vocare citareque. Herodot. in Vrania, ταῦτα μὲν Κλεάδης ὁ Θεσσαλίδης ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ τῶν ἄλλων καθαπτόμενος. Id est, eorum quæ dicebat, gnaros esse aiebat & testes. Hæc Bud. Ex quo vulg. lexica afferunt præterea καθάπτεσθαι παρόντος apud Herodotum esse verbum iuris, pro Præsenti manum iniicere. id est Manu prehendere & proficiscenti obstare. ‖ Καθάψομαι σῶμα in iisdem citatur ex Euripide pro Induam corpus. item, Καθάψασθαι τυραννίδος, ex Plut. Solone, pro Tyrannidem inuadi. Item, ex eiusdē Plut. Numa, καθάψασθαι ... ἀκράτῳ καὶ ἰσχυρᾷ pro Cui tinctura vehemens & acris inusta est. ‖ Gal. καθαπτόμενοι vult Hippocrati esse etiam ... σφοδρῶς.

Καθαπτὸν ὄργανον (q. d. tactionale) Quod tangitur, seu pulsatur. Sic dicitur apud Athen. vt ... ὄργανον ... A Budæo καθαπτὸν exponitur tactionale.

Καθαπτικοὶ λόγοι, Verba quibus aliquem perstringimus, Mordacia dicta, Bud.

C. ΠΡΟΣάπτομαι, Leuiter tango, Primoribus digitis tango, Attingo. Xenoph. προσαψάμενοι μόνον τῷ στόματι, quæ solùm attigerint ore. vbi στόματι datiuus est instrumenti. Diosc. προσάπτεται τῆς τριχός, pilu attingit. Capitur etiam metaphorice: vt προσαψάμενοι ... τῶν πραγμάτων apud Æschinem. Philo De vita Mosis lib. 2, ἐπειδὴ συνέβαινε μηδενὸς ἀδικήματος ἑκουσίως προσάψασθαι. quod Turn. exponit, Nullum crimen voluntate susceptum in se admiserat.

¶ Ἁφὴ, ἡ, Tactus, Sēsus qui manuum ministerio fit, Cōtrectatio. vt ἁφὴν ἐνδίδωσι Tactum [sui] præbet, Tangi potest. ‖ Ἁφὴ significat etiam generalius manuū functionem: vt Plat. Axiocho, καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἤδη τὴν συνεσταλμένας τὰς ἁφάς, ... σώματι ..., ... δὲ τὴν ψυχήν. Offendimus eum recuperata manuum functione & viribus, ... καὶ ... ἀθροίσαντα καὶ συναγείραντα. vehemens enim morbi impetus vires prosternit vt manus nihil sustinere queant: quarum functio quum recuperatur, dicimur συνειλέχθαι τὰς ἁφάς. Ita quidam vir doctus exposuit. ‖ Ἁφὴ est etiam Ictus, Percussio, πληγή. Ἁφὴ annotant vulg. lex. esse etiā puluerem quo palæstritæ post vnctionē inspergebantur, vt corpora ceromate & sudore lubrica, mutuas luctantiū prehensiones admitterent. Vel potius illū tactum pulueris intelligo, quo luctator vtebatur vt antagonista apprehensum facilius supplantaret: deque eo intellexisse Plinium lib. 35 cap. 13: Ouidiumq; Metam. 9, Ille cauis hausto spargit me puluere palmis, Inq; vicem fului tactu flauescit arena. Martialē itē pro Latina voce vsurpasse lib. 7 in Philænin: Perottumq; malè apodyteriū exposuisse. Eadē lex. scribūt esse etiā Cōmissurā, Iūcturā. ¶ Ἁφὴ præterea ab ἅπτω, Incensio, Accensio, vt apud Herod. lib. 7, περὶ λύχνων ἁφάς, Circa lucernarū accensionem, Sub crepusculū noctis. Ἁφὴ est etiā χροιὰ λέπρας Hesychio & Suidæ: quæ tamen ἀλφὴ, vel potius ἀλφὸς dicitur (i. vitiligo) vt in vulg. lex. habetur. Cæterùm ἁφὴ pro tactu hic posui (post composita ab ἅπτομαι) propter illa quæ à se deriuata habet verba.

C. Ἀναφής, έος, ὁ, καὶ ἡ, apud Nazianz. Intactilis: quod Lucretius Intractatus vocat, & Gratius Intactus: vt annotant vulg. lex. Hes. interpretatur ἀψαύστους, ἀψηλαφήτους, ὁ μὴ ... λαμβανόμενος. Plut. De primo frigido, τὸ δὲ ἀναφὲς καὶ ἄχρουν, καὶ ὅλως ἄποιον, οὐκ ἔχει διαφοράν, ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι. Id est (Turn. interp.) Quod autē intractabile est, quod coloris

& qualitatis penitus est expers, differentiam nullã habet, sed semper simile est. A

C. Εὐαφὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè tangi potest, Facilè contrectabilis. Hesych. & Suidas interpr. etiam ἁμαλακτης, quod vulg. lex. exponunt Facili lentore mollis. HINC Εὐαφῶς aduerb. apud Luc. Decet tactu, vt habent vulg. lex. vt ἐπιβάλλειν ταῖς ἐκ χειρὸς ἁφαῖς.

Ἀφάω, F. ἁσω, Contrecto, Tracto, ψηλαφῶ. Il. ζ, — εἰ κόνα τοῦ ἀφόωντα. id est ψηλαφῶντα, ἢ λαμπρύνοντα, &(vt habet Eustath.) χειριζόμενον, φιλοκαλοῦντα. Dicitur autem ἀφόω poeticè pro ἀφάω vt κομόω pro κομάω. nam verba in άω desinentia in όω ipsi interdum uniunt. B

Ἀφάσσω, Palpo, Cõtrecto. ψηλαφῶ, ἀπτομαι τῆς ἁφῆς. Idẽ quod præcedens ἀφάω. Apoll. Arg. 2. ἐν χερσὶν ἀφάσσει. Est etiam Demulceo. item & Solicito cũ accus. vt scribunt vulg. lex. nullo tamen addito exemplo.

C. Ἀμφαφάω, Contrecto, & q. d. Circumattrecto. τὸ ἀφῶ ἐπιφέρω, vt Eustathius exponit in hoc Odysseæ θ loco, Καὶ κ' ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα Ἀμφαφόων. Sic apud Apoll. Rhod. Argon. 2, Τοίχους ἀμφαφόων. Idem quoq; in pass. voce significat: vt Od. δ, — χόωσεν ὅρμον Χρυσέου ἀμφαφόωντο. At Od. θ, Εὖ μὲν ἔχει οἶδα τὸ ξύλον ἀμφαφάασθαι. Eustathius exponit μεταχειρίζεσθαι. Addunt vulg. lex. reperiri quoque in Epigr. pro ἀφάω. C

C. Ψηλαφάω, F. ήσω, Tango, Contrecto. Eustath. musicum esse vocabulum dicit, compositum ex ἀφάω & ψάω, seu eius deriuatiuo ψάλλω, cuius aor. 1 est ἔψηλα: propriéque de chordarum contactu dici, ὡς ἐπὶ τῶν ψαλτηρίων ἁφῶν. Etymologicus ex μῆλα (id est oues) deducit, & ἀφάω: vnde mutato μ in ψ fiat ψηλαφῶ. Xen. De arte equestri, καὶ ἀπολαύσῃ ἐκ χειρὸς τῶν ψηλαφωμένων εἶναι μάλιστα ἥδιστα. Metaphoricè etiam accipitur pro Perscrutari, sumpta translatione à cæcis, qui palpando viam quærunt. vt apud Polyb. ἐπ' ἀρχὴν φύσει παῖδος τοῦ σχήματος ἰδιάζει καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφα. Iosephus in Antiquit. καὶ ὅπως ἐκ τοῦ πολέμου ψηλαφηθέντα ὑπ' Ἀντιόχου, attentata. Plutarch. de Socr. τοῦ γὰρ ὄντι ταῖς μὴ ὁρῶσιν τυφλοῖς ὥσπερ ὑπὸ σκότῳ, ψηλαφωσὶ ἐπὶ φωτὸς ψηλαφάλης γυμνάζεσθαι. Pro eodem ponitur etiam Ψηλαφίω in vulg. lex. & à Suida Ψηλαφίζω. D

Ψηλάφημα, ατος, τό, Cõtrectatio. Polyb. de turpi amatore loquens, ἀπὸ τῶν τοιούτων, ὁ φιλήματος ὃ ψηλαφήματος κεκοινωνηκὼς.... Bud. Sed puto hæc esse Xen. E

Ψηλάφησις, εως, ἡ, Contrectatio, Palpatio. Plut. .... copulat .... & ψηλαφήσεις.

Ψηλαφία etiam reperiri apud Hipp. scribunt vulgata lexica. ibique interpretem exponere frictionem.

Ψηλαφητὸς, ὁ, ἡ, Contrectabilis, Palpabilis, Qui tactu percipi potest.

ἈΠΑΛΟΣ, ή, όν, Tener, Delicatus, Mollis. A nomine ἁφὴ secundum Etymologisten & Eustathium. nam ab ἁφὴ tactum significante fit ἀφαλὸς, deinde mutata in tenuẽ aspirata ἀπαλός. vt sit ἀπαλὸς quasi Tactui cedens. quæ enim mollia sunt, tactui cedunt. vnde contrà quæ sunt dura, vocantur ἀντίτυπα. Dicitur autem ἀπαλὸς tam de persona, quàm de re. & tã de re quæ ad animum quàm de re quæ ad corpus pertinet. aut etiam tam de re incorporea & intellectuali, quàm de habente corpus, & tãgibili, vt vulgò loquuntur. Homerus Odyss. φ, dixit χέρας ἀτρίπτους ἀπαλάς. Et Il. τ, — ἁπαλοὶ πόδες, id est Molles pedes. quo in loco σκληρὸς contrarium est τῷ ἀπαλός. Sic & τυρὸς ἀπαλὸς, Caseus mollis, in Anthol. epigramm. Item ἀπαλος οἶνος, Vinum molle seu tenerum, apud Dioscoridem. cuius vini meminit & Eustathius, sicut & contrarii σκληροῦ. ait autem vina Tarentina & omnia sub hoc climate esse tenera. Quidã tamen apud Dioscoridem οἶνον ἀπαλὸν pro nouo vino, id est musto, accipiunt. Addit autem Eustathius, metaphoricè appellari vinũ vel σκληρὸν vel ἀπαλόν. Dicuntur & σιτία ἀπαλὰ, cibi delicati. Itẽ γνωμαι ἀπαλαὶ pro μαλακαί. Apud poetas Græcos ἔρως est ἁπαλὸς, sicut apud Latinos Amor seu Cupido mollis, seu tener. itidẽ omnia ἐρωτικὰ, id est amatoria seu Cupidinea (id est ad Cupidinem pertinentia) dicuntur ἀπαλά. Plato Symp. τοῦ αὐτοῦ δεῖ καὶ ἡμῖς χρησάμενα τεκμηρίῳ περὶ Ἔρωτα, ὅτι ἁπαλός. Huc pertinet quod est apud Hesiodum in Theogonia, ἀπαλὰ φρονέοντα. F G H

Ἀπαλὸς, Mollis, id est Non vehemens, Lentus. vt ἀπαλὸν πῦρ, Ignis mollis, Ignis lentus. Coquus apud Athenæum lib. 7, exponens quomodo assauerit pisces quosdam, ait, Οὕτως ἀπαλὸν ὑφῆκα καὶ πρᾶον τὸ πῦρ. In Anthol. epigr. ἁπαλὸν πνεῦμα, Mollis aura.

Ἀπαλὸν aduerbialiter positum pro ἀπαλῶς, Odyss. ξ, Καὶ θ' ἀπαλὸν γελάσαι. id est Molliter ridere.

Ἀπαλότης, ητος, ἡ, Teneritudo, Teneritas, Mollities. Plato Symp. τεκμήριον δὲ ἐπιδείξει ἂν ἀπαλότητα.

Ἀπαλύνω, Tenerum reddo, Mollio, Emollio. Xenoph. Lacedæm. pol. ἀπαλύνειν & διαθρύπτειν posuit pro Emollire, & quasi deliciis frangere, οἱ μὲν παῖδας ὑποδήμασιν ἀπαλύνουσι, σώματα δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτουσι. ¶ Capitur etiam pro Delicatè & molliter attingo & tero, vt ait Budæus, citans hunc Xenophontis .... locum, ... ἐν τῷ ῥάκει τούτῳ ... ἀπαλύνειν, ... χερσὶ ... καὶ ἀπαλύνειν, ... φύσει ....

C. Ἀπαλόσαρκος, ὁ καὶ ἡ, est compositũ primum ordine alphabeti, ex ἀπαλὸς & σὰρξ σαρκός. Vnde significat Teneram carnem habens, aut cutem.

C. Ἀπαλοτρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Molliter nutrit[9], Cibis delicatis nutritus. Apud Homerum ἀπαλοτρεφὴς σίαλος à quibusdam exponitur Porcus saginatus. Eustathius vult appellatum ἀπαλοτρεφῆ ad differentiam τῶν συάγρων. Il. φ, Κνίσῃ μελδόμενος ἀπαλοτρεφέος σιάλοιο. Notum est τρέφω significare Nutrio, Alo.

C. Ἀπαλοφόρος, ὁ καὶ ἡ, Mollifer, ad verbum, Mollia ferẽs, vel Mollia gestans, videlicet vestimenta. ὁ τὰ μαλακὰ φορῶν, vt est apud D. Matthæum, cap. 11. φορέω, ῶ, sonat Fero seu Gesto.

C. Ἀπαλόχροος, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀπαλόχροος, όου, Tenerã cutem habens. vt apud Hesiodum in Ergois 1, Καὶ διὰ παρθενικῆς ἀπαλόχροος οὐ διάησιν. Inuenitur & ἀπαλόχροον σῶμα καὶ λεπτόδερμον. ¶ Potest etiam significare Mollẽ colorem habens, vt χροιὰ pro colore capitur: sicut in his compositis, μελάγχρους, ποικιλόχρους, πολύχρους.

C. Ἀπαλόχρως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, Idẽ quod præcedens ἀπαλόχρους. Nam χρὼς pro χροιὰ in multis compositis accipitur.

¶ Ἀμαλὸς, Mollis, Tener. Item Debilis, Imbecillis. Pro ἀπαλός. Hesych. ἀμαλὸν exponit ἀπαλὸν, ἁπαλόν. Odyss. υ, Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα. Iliad. χ, Ἁρπάζων ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. ¶ Eustathius tamen vult ἀμαλὴν ἄρνα posse etiam intelligi, secundum veteres, τὴν μαλλωτὴν καὶ δασεῖαν, id est villosam. esséque & aliam scripturam, videlicet ἄρνα μαλλήν pro ἄρν' ἀμαλήν. Vnde & apud Theocritum legi μαλλοφόρος significans idem quod ἀπαλοτρόφος. Hinc etiam esse μαλερόν. Reperitur verò & ἁμαλὸς cum spiritu aspero: sed frequentior altera scriptura cum tenui, (licet ab ἀπαλὸς aspirato deductum putetur) quam & deducta ab eo verba ἀμαλάπτω & ἀμαλδύνω retinent.

Ἀμαλῶς, Aduerb. Molliter, Imbecillè. Exponitur etiam μετρίως, ἠπίως, ab Etymologiste & Hesychio: ab hoc verò & ἁπαλῶς (sed habent eius exemplaria mendosè scriptum ἀμαλλῶς duplici λ.) Quid autem ἀμαλὸν significet Hippocrati, vide in Gal. lexico.

Ἀμαλέω, ῶ, Aboleo. Ἀμαλεῖ, ἀφανίζει. Hesychius. Sed scribendum potius existimo ἀμαλέω vnico λ, si quidem fit ab ἀμαλός.

Ἀμαλάπτω, Perdo, Corrumpo. Propriè autem Corrumpo velut tenerum quiddam & molle. Lycophron, — ὁ μάλαψε πάρχοντ' εἶναι.

Ἀμαλδύνω, Idem quod ἀμαλάπτω: itidem ab ἀμαλὸς deductum, vt vult Eustathius. ¶ Capitur & pro Demolior, Euerto, Solo æquo. vt Il. μ, Τεῖχος ἀμαλδύνας. & passiuum Ἀμαλδύνομαι in eadem significatione. Il. η, Ὡς εἰς τὸ μέγα τεῖχος ἀμαλδύνωνται Ἀχαιῶν. ¶ Secundum Hesychium ἀμαλδύνειν est non solùm Abolere, sed etiã Tabefacere. ¶ Exponitur & Deleo, Oblitero, in vulg. l. Gr.

Ἀμαλδύνομαι, Pass. Corrũpor. ¶ Item Euertor, Destruor. vt τεῖχος ἀμαλδύνεται, in loco Homeri modò citato. Apud Aristoph. in Pace, tanquam tragicum verbum vsurpatur ἀμαλδυνθήσομαι, pro Perdar, E medio tollar: in hoc versu, Ἀλλ' ἐν μέλει ὑπὸ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι. Gal. & Erotianus apud Hippocr. ἠμάλδυνται ἀμάλδυνται exponunt ἀφανίζεται & ἀμαυροῦται.

C. Ἀπομαλδύνω etiam dicitur (præfixa videlicet huic verbo præpositione ἀπό) Itidem pro Perdo, Corrũpo, Aboleo, Greg. in Carm. Ἄσβεσεν ὁ ἥλιος, ἠελίῳ ἢ γῆρας Κάλλος ἀπημάλδυνε.

Ἀμάλδαλον etiam fit ab ἀμαλδύνω. Nam ab ἀμαλδύνω primùm fit ἀμάλδυνον, Euanidum, Abolitum: deinde per transpositionem literarum ἀμάλδαλον quo vtitur Alcæus. Ἀμαλδύνω (inquit Etymologistes) ἀμάλδυνον, τὸ ἀφανὲς καὶ ἀφανιζόμενον, ἢ καθαιρέσιμον ἀμάλδαλον. Vbi καθαιρέσιμον manifestum est esse deprauatum. fortasse ὑπερβατὸν est reponendum, vt sit ὑπερβατὸν pro ὑπερβιβασμοῦ. Ab ἀμάλδαλον autem fit Ἀμαλδαλόω, ῶ, id est Aboleo, Lædo. nam ἀμαλδαλοῖ exponit Hesychius ἀφανίζει, βλάπτει.

ἍΠΤΩ, Accendo. Aristoph. ἅπτε τοῦ λύχνου. Sic λύχνον ἅπτειν Luc. 8, & 11, & 15. Et pass. ἅπτομαι, Accendor. vnde ἡμμένος partic. Accensus, vt ἡμμένος σφηνίσκος, Palus accensus, vel ignitus. Aristoph. de Cyclope excæcato loquens. Idem, ὁ δ᾽ ἀνεσκάπτε τὸς ἡμμένῳ. Metaphoricè etiam ponitur interdum ἅπτεσθαι. vt ἁπτομένης τῆς μέθης, in vulg. lex. pro Quum accēderetur ebrietas. q. d. Quum incalesceret ebrietas. In illis tamen exponitur, Inter initia ebrietatis.

C. Ἀνάπτω, Accendo, Incendo. Plato in Timæo. φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων. id est (Cicerone interprete) Deus ipse solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitũ. Ἀνάπτομεν itidem exponitur Incendimus siue Adolemus in hoc Nonni hemistichio, - ἀνάπτομεν ὄργια βωμοῖς. Et πῦρ ἀναπτόμενον ὑπὸ τῶν παρθένων, apud Plutarchum in Camillo. Item ἀνάπτω, Incendo, metaphoricè, Suscito, Exuscito. Chrysostomus, μηδὲ τὸ κοιμηθὲν ἤδη πάθος ἀνάψαι πάλιν. Æschines, καὶ ταῦτα ἀναρριπίσας τὸ δήμου καὶ πάλιν ἐγείροντας.

Ἀνάπτω τὸ πνεῦμα, pro Spiritum traho, citatur ex Aristot. Probl. in vulg. lex.

Ἀνάπτομαι, Incendor. Itē metaph. Exuscitor, sequendo significationes actiuæ vocis. Exempla etiam quædam cũ exemplis actiuæ vocis habes.

C. Ἐνάπτω, Idem. A cuius pass. ἡ χεὶρ α[illegible] ἐνημμένη, apud Aristophanem.

C. Ἐξάπτω, Accendo, Succendo. Plato epist. 7 ἐξάπτει τὸ χειμών. Synes. epist. τοι ὄντα σμικρὸν ἐπὶ τῆς ὑφηδοξίας ἀνεθέσθαι [illegible] τε καὶ ἐπιπλεῖον ἐξάψαι. Et ἐξαπτόμεθα καὶ σβεννύμεθα, apud eundem.

Ἔξαψις, εως, ἡ, Accēsio, Inflāmatio. apud Alexād. in Probl.

C. Ἐφάπτω, Idem. A cuius pass. ἐφημμένος, Accensus, Ardēs, Et metaph. νεῖκος ἐφῆπται, Contentio exarsit. Il. φ, Ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται.

C. Ὑφάπτω, Succendo. Xenophon Pæd. 5, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει· οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσι. vbi metaphoricè accipitur.

ἌΡΑ, Vtique, Profectó. Item pro Itaque, Igitur. Apud Homerum autē pro expletiua habetur, magna ex parte. Sed ego ita mihi apud eũ obseruasse videor, subiunctam quidem particulæ δὲ aut alii, ferè esse expletiuam: at quum sola ponitur, non itidem. vt Iliad. ι, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. Ibidem, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἐπίαχον υἷες Ἀχαιῶν. Ibidē, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ᾽ ἐπίθοντο. Sic Od. ξ, Πὰρ δ᾽ ἄρα μιν Ταφίων πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν. Et statim pòst in tribus membris quæ duobus versibus continentur, primo datur δ᾽ ἄρ, vel (vt alii scribere malunt) δ᾽ ἄρ: secundo δ᾽ ἄρα tertio αὐτὰρ. ita enim legimus, Νὺξ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ὗε δ᾽ ἄρα Ζεὺς Πάννυχος, αὐτὰρ ἄη ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφυδρος. His certè omnibus in locis aliisque huiusmodi nemo mihi (vt opinor) negauerit eundem planè sensum cum sola particula δὲ manere. Alicubi tamen δ᾽ ἄρα aliter reddenda videtur Latinè quàm δὲ sola, vbi videlicet in priore parte illæ duæ, in posteriore autē hæc dũtaxat ponitur, vt Odyss. γ, Ἡμίσεες δ᾽ ἄρα λαοὶ ἐρητύοντο μένοντες Αὖθι &c. Ἡμίσεες δ᾽ ἀναβάντες ἐλαύνομεν. Hic enim ἡμίσεες δ᾽ ἄρα &c. reddiderim, Ac dimidia qdē pars &c. at in ἡμίσεες δ᾽ ἀναβάντες, δὲ per Autē, seu Veró. Vt autem post δὲ vacat frequenter ἄρα, sic & post ὡς vacare videri possit: vt Od. ζ, quum dixisset in principio comparationis, Ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ, duobus interiectis versibus, subiungit in accommodatione, Ὣς ἄρα τῷ κατέχευε &c. Itidē verò alibi. Sic & post articulum postpositiuũ ὅς abundare meritò iudicetur. vt Il. σ, — δρῖμος τινι, τὸν ἄρα χαλκεὺς Ἥφαιστος Διὶ δῶκε φορήμεναι. Denique apud Homerum vacare vt plurimum particulam ἄρα existimo, eodem planè modo quo ῥά. (Imò verò hanc ipsam eandem esse cum illa puto, ablata litera α ex principio, vt contrà in ἄρ aufertur ex fine.) Sunt & qui post οὐκ vacare existiment ἄρα: vt apud Hesiodum initio Ergωn, Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. Sed hic οὐκ ἄρα videtur esse Haud equidem: vbi Equidem emphasi non caret. Sic autem ἄρα vacat & post ἦ: vt Il. σ, Ἥρας, ἦ ἄρα δή τις ἔσαι θεοὶ εἶν᾽ ἐν ὀλύμπῳ, vbi annotat Eustathius quoque περιττὴν particulam ἄρα, quum sola ἦ ad interrogationē sufficiat. Sed addit, quod ad accentum attinet, Homeri posteros fuisse etiam hic scripturos ἆρα cum circunflexo. Sed simul intelligit (vt opinor) fuisse ipsum producturos. Inuenitur tamen ἄρα quoque priore longa: vt infrà docebo. Alicubi certe ita vacat vt interim quādā vinciēdæ orationis & quasi cōtinuandæ vim habeat, & quidem cum affirmatione eorum quæ dicuntur. vt Il. η, quum dixisset Homerus, Νῆες δ᾽ ἐκ Λήμνοιο παρέσταν οἶνον ἄγουσαι, interiectis quatuor versibus subiungitur, Ἔνθ᾽ ἄρα (vel ἔνθεν ἄρ, vt in aliis cod. legitur) οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί, Ἄλλοι μὲν χαλκῷ &c. Sed qua Latina particula reddi commodè possit, hoc verò non facilè fortasse dici possit. Budæus certè δή significare ait in illo: sed δή variis Latinis particulis, pro loco, reddi scimus. Esse autem ἄρα in prosa quoque παραπληρωματικὸν, docet idem: afferens ex Demosthene, καὶ δὴ καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σε χαλκῶμενοι εἴη[illegible] &c. Sed in quibusdam locis videtur velle aut παραπληρωματικὸν esse omnino, aut debere reddi per tandem. vt apud Xenoph. ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί, οἵους ἄρα ἐχθροὺς ἐπαίρομεν. Sic apud eundem, ὁ πόσις ἄρα, & ποτηρές ἄρα. At post εἰ vel ἂν vult reddi per Forte. vt Demosth. εἴπερ ἄρα ὅλως ἄξιος. Idem, ἂν ἄρα ταῦτα λέγωσι. Greg. ἂν ἄρα δύνωνται, si fortè possint. Sed & Thucydidem ipsum sic sæpe vti scribit. Sic & apud Xenoph. post ἐὰν μὴ, itidem pro Forte. ἐὰν μὴ ἄρα, Nisi forté. Alicubi verò particula Nā subiũctiua ad interpretationem Græcæ ἄρα adhibetur. vt quum τίς ἄρα vertitur Quisnam. Sic apud Xenoph. καὶ τί ἄρ᾽ οἴει παθεῖν, καλὸν φιλοῦντα; Quidnam.

Ἄρα, Vtique, Nempe. Luc. καὶ ἀπὸ τῆς στολῆς εἰκάσας, Ἕλληνες ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς ἐστὲ ξένοι. ac si diceret, δηλονότι Ἕλληνές ἐστε ὑμεῖς. Bud.

Ἆρα, vel Ἆρα οὖν, aut Ἆρα γε, Igitur, Ergo, interdũ præpositũ, interdũ postpositũ. Plat. De rep. lib. 5, ἆρα οὖν οὐδὲ τὸ τοιόνδε γίγνεται. Xen. Œcon (non autem Synes. vt in vulg. lex & in Comm. Bud.). κἂν ἄρα γε ἵππον τις πελάσας μὴ ἐπίσταιτο &c. Siquis igitur, Vel, Ita siquis equum emerit. Sic enim legendum in Bud. Comm. Qui alibi tradit hîc ἄρα adiunctam vim interrogationis habere. Idem hoc in Plut. loco, μίαν ἄρα Κορνηλία Κορνηλία τύχην οὐδὲ τῶν ἀμείνονα: ἄρα itidem esse vult Igitur, sed quæ indignationē includat. Idem Bud. in alio rursum Xenoph. loco, οὐδ᾽ ἄρα γε ἡ γῆ interpr. Ita ne terra quidem, vel, Nimirum ne terra quidem. Inuenitur ἄρα postpositum etiā particulæ οὖν, iunctæ cum ποτέ. vt apud Phil. De mundo. ὅπου ποτ᾽ οὖν ἄρα τὰς ῥίζας καθῆκε, σκεπτέον, vbinā igitur radices egerit considerandum.

¶ Ἆρα interrogatiuum (cum ᾶ nō ᾰ) An, Vtrũ, Aristoph. ἆρα παύσει φενακίζων; desinésne imponere? Sed frequēter adiũctam habet aliquam particulā. Idē Aristoph. Neb. ἆρά γε ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ἐγώ ποτ᾽ ὄψομαι; vbi ἆρα exponitur Vtrũ, ἄρα autem δή.

Ἆρά γε & Ἆρ᾽ οὖν pro Vtrum. Ἆρά γε ponitur & pro Nũquid: de qua signif. vide paulo pòst in ἆρα μή. Interdũ verò Ἆρ᾽ οὖν pro Nónne igitur? Ἆρα ποτε, Vtrum tādem? Synes. vt docet Bud.

Ἆρα μή, Nunquid & Vtrũ. quod in consequentia sermonis ἀλλὰ μή dicitur. Bud. Sic & ἆρά γε exponitur Nunquid in hoc Aristoph. loco in Pluto ἆρά γε ἀποφαίνω &c. Sic in Neb. ἆρά γε αἰσθάνει &c. Citatur & ex Theocrito ἆρά γε τι pro Nunquid forsitan?

Ἆρ᾽ οὐκ, Nónne. Interdum verò ἆρ᾽ οὖν οὐ, pro eodem.

Vide exempla apud Bud. Citatur autem ex Sophocle οὐκ ἄρ᾽ (inuerso harum particularum ordine) itidem pro Nónne, Οὐκ ἄρ᾽ Ἀχαιοῖς αὖθις εἰσὶ πολλοὶ, &c. A

Ἆρα pro ἄρα significante δὴ, aut etiam prorsus vacante, affertur ex Sophocle. vt Τίνος ποτ᾽ ἆρ᾽ ἔπραξε χεὶρ δύσμορος; Et, Οἴμοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης. Sed alii in his aliisque huiusmodi locis ἄρα scribunt, etiamsi α producatur.

ἈΡΑ, ἀς, ἡ, Precatio, Preces. Vel, Supplices preces. Od. ο, — Ἐπεὶ δή οἱ ἔκλυεν ἀρῆς. vbi Eustath. εὐχὴν significare existimat. Il. ο, — Θέτιδος δ᾽ ἐξαίσιον ἀρὴν Πᾶσαν ἐπι- B κρήνειε. id est τὴν ἱκεσίαν, inquit idem Eustath. Sed & Herodotum ita vsum hac voce comperio: vt quum dicit in Eratone, Ἀρίστωνι ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι. Sic autem & plurali numero ἀραί, vt Lat. dicitur Preces, & alio nomine Græco in prosa vsitato εὐχαί. vt ἀράων αἴων, Il. ο, & ἀράων ἀΐουσα, Il. ψ. Et apud Hes. in Ergois, Οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἂν κλύουσιν, ἀποτίνυσιν δέ τ᾽ ἀράς. Est autem suprà ἀρὴ Ionicè pro ἀρά.

Ἀρὰ, Imprecatio, Diræ. Cui significationi primum locum non dedi (vt vulgò solet) quòd habeatur apud C Homeri posteros potius quàm apud ipsum Homerū. Æschines, καὶ πρὸς τούτῳ γε ἀραὶ ἰσχυραὶ ὑπὸ ποινῆς ἐπιτίθενται. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ, φησὶ, παραβαίνοι, ἐναγὴς ἔστω Ἀπόλλωνος. Idem, εὔχεται τῷ ἱεροῦ καὶ ἐναγὴς ἔστω καὶ τῇ ἀρᾷ ἔνοχος. Plato, ἀρὰ Διὸς ἔνοχα ἔστω. Dicitur ἔνοχος εἶναι τῇ ἀρᾷ vel ἐνέχεσθαι qui diris imprecationibus deuotus est, ob idque detestandus: vt docet Budæus, illum Æschinis locum afferens. Ex Plutarcho citatur in Solone, ἀρὰς ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ἀγόντων. Et ex eiusdem Theseo, ἀρὰς θέσθαι κατ᾽ αὐτοῦ. Et ex Camillo, ἀρὰς θέσθαι ἐπὶ τῆς πό- D λεως, Ciuibus mala imprecatus. Legimus verò apud eundem in Amat. narrat. Λακεδαιμονίων ἀρὰς ποιουμένου pro κατὰ Λακεδαιμονίων. Dicitur & ἐπαρᾶσθαι ἀράς: & ἐπαρᾶσθαι κατά τινος τὰς χαλεπωτάτας ἀράς: item ἐπαρὰς δεινὰς καὶ φρικώδεις ἀρᾶς, apud Appianum in Parthico, ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς αὐτῷ καὶ φρικώδεις, θεοὺς πάντας καὶ ἀλιτηρίους ἐπ᾽ αὐτοὺς καλῶν καὶ ὀνομάζων.

Ἀρὰ, Noxa, Damnum, apud Homerum, vt Odyss. ρ, — ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. At Iliad. ω, copulat ἀρὴν & λοιγὸν, itidem cum ἀμῦναι. & Il. μ, dicit ἀρῆς ἀλκτῆρα. E

C. Ἔπαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diris deuotus. ἔνοχος & ἐπικατάρατος ab Hesych. exponitur. Sed repono apud eū ἀρᾷ ἔνοχος.

Ἀραῖος, ου, ὁ, Imprecationibus diris deuotus, vt accipi dicit Budæus à Sophocle, non afferens tamen locum. Sed ego hunc esse puto ex Antigone, πρὸς οὓς ἀραῖος ἄγαμος ἀλλ᾽ ἐγὼ μέτοικος ἔρχομαι. Vbi scholiastes exponit ἐπικατάρατος. Obseruādum est autem ἀραῖος fœminino etiam genere ibi poni. Citatur & ex Euripide in vulg. lexicis, Εἴθ᾽ ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος. qui versus ibi exponitur, Vtinam liceret hominibus deos execrari. quum F contrà dicendum fuerit (sequēdo illam nominis ἀραῖος expositionem) Vtinam liceret diis homines execrari. ‖ Sed ἀραῖος act. etiā sumitur pro eo qui imprecatur, & diris deuouet: vt in alia Sophoclis tragœdia, videlicet in Trachiniis, — εἰ δὲ μὴ, θέλω σ᾽ ἐγὼ Καὶ τέρθεν ὢν, ἀραῖος, εἰσαεὶ βαρύς. Planè enim reiicio hic schol. expositionem ἐπάρατος. Accipitur autē actiuè ἀραῖος in hoc itidem loco qui in vulg. lex. affertur. — ὡς ἀραῖα δύναμαι γεγώνομαι.

Ἀραῖος, Noxius (vt ἀρὰν significare etiam noxam dixi) nam ἀραίας pro βλαβερὰς à Sophocle poni autor est Hesych. At Etym. ἀραιότερος exponit βαρύτερος: addens, ἀ- G ραῖος, ἄτυχος, ἄλλις.

¶ Ἀράομαι, ῶμαι, F. ἀσομαι, Precor, Vota facio. Il. α, Πολλὰ δ᾽ ἔπειτ᾽ ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ᾽ ὁ γεραιὸς Ἀπόλλωνι ἄνακτι. Ibidem, Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο. Et Il. ζ, Δαίμοσιν ἀρήσασθ᾽, ἐπὶ δὲ κήδεα πολλοῖσιν ἐφῆπται. Cum infinitiuo apud eundem voi exponitur etiam Optare: Od. τ, Καὶ δή μ᾽ ἀρᾶται πάλιν ἦλθέμεν ἐκ μεγάροιο. Et Od. σ, Πάντες δ᾽ ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι. At Sophocles iungens itidem infinitiuo, addidit & datiuum θεοῖς, scribens, ἢ σὺ πολλάκις θεοῖς ἀρᾷ τοιούτων σὲ δόμοις μολεῖν. Apud Herodot. cum accus. H ἀρᾶσθαι ἀγαθά.

Ἀρᾶσθαι, Imprecor: vt ἀρᾶσθαι ἀράς apud Euripidem Imprecari diras. Odyss. β, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ᾽ ἐριννῦς Οἴκου ἀπερχομένη. Quod minus vsitatè dicetur Imprecabitur erinnyas, pro Precabitur & innocabit aduersus me. Eustathius tradit ἐπιθεάζειν hoc sensu dictum fuisse. Demosthenes, ἀρᾶσθαι μὴ ἐξώλειαν αὐτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ.

Ἀρημένος, Læsus, Damnum passus. Od. ι, Τίπτε τόσον Πολύφημ᾽ ἀρημένος ὧδ᾽ ἐβόησας. id est βεβλαμμένος: vt exponitur ab ipso etiam Eustathio. in qua significatione (licet ipse hoc non addat) necesse fuerit ab ἀράομαι deducere quod sit ab ἀρὰ significante βλάβην, non autem ab illa significatione ἀρὰς qua pro εὐχὴ ponitur. Hesychio autem ἀρημένος confusè est βεβλαμμένος & εὐχόμενος. Quod autem de ἀρημένος illius loci Odyss. ι, idem & de ἀρημένος huius loci Odyss. σ, dicendum censeo, Ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημένον. At in isto eiusdem poetæ loco in 2 versu lib. ζ Iliadis, Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος alia etiam affertur expositio, & quidem multo (meo quidem iudicio) aptior: videlicet κεκρατημένος. sed ita vt ἀρημένος scribatur, cum α habente spiritum asperum. Existimo autem de hoc ipso loco intelligi debere quæ ab Etymologico scribuntur, videlicet, Ἁρημένον, τὸ καταπεπιεσμένον καὶ παραπεπονθηκός. deinde dicit, Forrasse ab ἀρὰ, ἀρᾶται. nequaquam enim ab ἀρὰ deductum esse. Quibus hæc addun tur (nullo tamen vinculo cum præcedentibus iuncta) αἱρῶ, αἱρήσω, ᾕρημαι, καὶ ᾑρημένος. Intellexit autem (vt opinor) sicut non placeat illa deriuatio ab ἀρᾶσθαι (vt certè nullo modo mihi placet) posse hanc alteram sequi ab αἱρῶ. Sed secundum hanc deductionem malè apud eum ἀρημένον cum spiritu tenui scriptū est. Cæterùm in illo loco δύῃ ἀρημένον, scribi etiam ἀρημένον cum accentu in antepenultima (vt ἀκαχήμενον) tradit Eustathius.

Ἀρητὴρ, ῆρος, ὁ, (ad verbum Precator) Sacerdos. Il. α, initio, Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ᾽ ἀρητῆρα Ἀτρείδης. In hoc autem vocabulo manifesta Etymologistæ futilitatem perspicere operæpretium est. (vt eum eiusdem in aliis etiam multis quæ nobis minus perspecta esse possunt, suspectum habeamus) Nam quum ἀρητὴρ verbale esse τοῦ ἀρῶμαι luce clarius sit, vt si à Precor deducamus Precator, ille tamen quasi planè nescius in quam se partem vertere debeat, scribit Ἀρητὴρ, ἱερεὺς, vel παρὰ τὰς ἀρὰς ἀεὶ τίθεσθαι, vel παρὰ τὸ αἴρειν τὰς χεῖρας εἰς ὕψος, vel παρὰ τὸ ἀρέσκειν θεῷ, vel παρὰ τὸ ἀρῶ ἀρᾶς, ἀράσω, ἀρατὴρ & ἀρητὴρ Ionicè.

E T Ἀρήτειρα, ας, ἡ, Sacerdos, fœmina, in poematio quod antiquo Musæo falsò tribuitur.

Ἀρητὸς, οῦ, ὁ, Precibus expetitus. Item, Eiusmodi quem deprecari debeamus. Item, Diris deuotus. Nonnunquam & Perniciosus. Vide Eustath. Pro Perniciosus, id est βλαβερὸς, citatur etiam ex Sophocle.

C. Δημάρητος, seu Δημάρατος, ου, ὁ, Populi votis expetitus. Id nomen Ariston Lacedæmoniorum rex filio suo indidit (vt narrat Herodotus Eratone) quia οἱ Σπαρτιῆται πανδημεὶ αὐτῷ ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι.

C. Πολυάρητος, ου, ὁ, Multis precibus expetitus, Multis votis exoptatus: vt Od. ζ, Ἤ τις οἱ εὐξαμένῃ πολυάρητος θεὸς ἦλθεν Οὐρανόθεν καταβάς. id est πολύευκτος.

C. ἈΝαράομαι, ῶμαι, F. ἀσομαι, Imprecationem aut votum factum reuoco. ἀναρᾶσθαι citat ex Callisthene Suidas, exponitque λύειν τὴν γενομένην ἀράν.

C. Ἐξαράομαι, ῶμαι, F. ἀσομαι. Ἐξαράσασθαι (inquit Suidas) est vota persoluere, hoc est vota quæ in templorū fundationibus fieri solent.

G C. Ἐπαρὰ, ᾶς, ἡ, Imprecatio, Execratio, κατάρα. accipiturq; in malam partem, vt apparet ex Il. ι. nam quum dixisset, Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ᾽ ἐπεκέκλετ᾽ ἐριννῦς, mox addit, — θεοὶ δ᾽ ἐτέλειον ἐπαράς.

Ἐπαράομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Imprecor. Construitur cum datiuo personæ & accusatiuo rei: vt Appian. in Parth. ὁ δὲ Ἄτιος ἀνεβόα μὲν ἐπὶ τὴν πύλην, ἐθύμια ἐπήρεδα καὶ μηνίων ἐπὶ τὴν πύλην. καὶ τῷ Κράσσῳ γενομένῳ κατ᾽ αὐτὸν, ἐπιθυμιῶν καὶ καταστένδων ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς αὐτῷ καὶ φρικώδεις, θεοὺς πάντας καὶ ἀλιτηρίους ἐπ᾽ αὐτοὺς καλῶν, καὶ ὀνομάζων. Sic Æschin. ἐπαρώμενος αὐτῷ ἐξώλειαν. & ἐπαρώμενος Πέρσαις πολλά.

Ἐπαράσιμος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Execrabilis. Phocyl. Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀρεῖται.

Ἐπάρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Execrabilis, Diris deuotus. Thucy-

dides lib.1, τό, τε Πελαργικὸν καλούμενον, τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν. Æschines contra Ctesiphontem, καὶ λοιμὸν ὁ πῶς ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος γενόμενος. Hinc & superlat. ἐπαρατώτατος apud Synes. Budæus in Comm. scribit idem significare ἐναγής, ἐξάγιστος, ἀλιτήριος, ἐπάρατος, κατάρατος, ἐπικατάρατος, ἀρᾷ ἐνεχόμενος vel ἔνοχος, & quo Apostolus vtitur ἀνάθημα, & μιαρός, quod poetæ sibi vendicant. A

C. Κατάρα, ας, ἡ, Imprecatio, Execratio. Plut. περὶ φιλαδελφ. Εἰς ἀφρόνα πραγμάτος πρὸς κατάρας ἐπὶ τῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχόντες. Sic apud Herodot. κατάρας ποιεῖσθαι, vt ἀρὰς ἐπεύχεσθαι idem ipse autor dixit, contrario tamen sensu. B

Καταράομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Exector, Diris deuoueo, Imprecor. Repeturque interdum sine casu, vt apud Aristophanem Vespis, – καὶ μὴ μεθιῇς Εἰς ἐν βλέψαι καὶ τὴν ταμίαν ὅπως ἄξειεν τῷ δεσπότῃ Καταρωμένους ἢ νουθετοῦσας. Interdum cum datiuo personæ solo, vt apud eundem in Nebulis, καταρᾷ σὺ τῷ διδασκάλῳ; Interdum cum datiuo personæ & accusatiuo rei sicut præcedens ἐπαρῶμαι: vt lib.2. epigr. Ἣν τι ἔχῃς ἐχθρὸν Διονύσι, μὴ καταρᾶσῃ Τὴν Ἶσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν Ἀμφιάραον, Ne impreceris. Interdum cum accusatiuo rei aut personæ solo: vt καταρᾶσθαι τὴν χάριν apud Aristidem. Matth.5, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. C

Καταρῶμαι quoque in passiua signif. reperitur. vnde illud Matth. 25, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Κατάρατος, ου, ὁ, Diris deuotus, Execratione dignus. κατάρας ἄξιος. Demosthenes Pro corona, οὐχὶ τοὺς καταράτους τούτους ὡς τῷ ἔργῳ μοι προσβαλόντων, οὐδαμῶς παρέδωκα ἐγὼ τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν, Sceleratissimos homines, Budæus Comm.p.453. vide Ἐπάρατος. D

C.2. Δημοκατάρατος, ου, ὁ, A populo diris deuotus, Populo execrabilis & inuisus. Citatur ex Naz.

C.2. Ἐπικατάρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Execrabilis: vt Ioann. 7, ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι. vide Ἐπάρατος.

¶ Ἀρειά, ᾶς, ἡ, & apud poetas Ionicè etiam Ἀρειή, Comminatio, Minæ, Verba minacia & quibus etiam alicui imprecamur. Vnde apud Homerum Il. υ, λώβαι ἐνίπῃ & ἀρειὴ copulatur. At Il. ρ, μειλιχίοις [ἔπεσι] ἀρειὴ opponitur, Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ. Vbi Eustathius, ἀρειὴν δὲ λέγει τὴν ἀπειλήν, ὅτι ἀπειλήν. Et addit, ἀντίκειται δὲ τῇ ἀρειῇ πάντως οἱ μειλίχιοι λόγοι. Idem ibidem (sicut & aliquot aliis locis) fieri hanc vocem ab ἀρὰ per pleonasmum diphthongi ει scribit. Apud Hesychium autē legimus ἀρειὰ expositum non solum ἀπειλὴ, sed etiam βλάβη. Idem verò & pluralem numerum ἀρειαὶ habet expositum ἀπειλαί. Sed in vulg. editionib. legitur ἀρεῖαι cum accentu in penult. sicut & in ἀρείας quod exponit πόλεις Περσικάς. E

Ἀρειάς, ᾶς, pro ἀπειλὰς, Minor, Etym.

ἌΡΗΣ, Mars. ab αἴρω signif. βλάπτειν: si Eustathio credimus, afferenti tamen alicubi & aliud etymum, videlicet παρὰ τὴν εἰρεσιν τοῦ εἴρειν. Etymologicus autem alia quædā addit. Ἄρες, Mars: vt Il. ο, – Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος. In Bœot. – φόβον Ἄρηος φορεοῦσας. Et Il. δ, vbi dicitur Ἔρις esse Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε. Et Il. ε, Ἄρες, ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα (vbi obseruaa huius nominis diuersam habere quantitatem syllabicam eodem in loco) Et aliis denique plurimis in locis cum apud hunc poetam, tum apud alios, Ἄρης pro deo Marte. F

¶ Ἄρης, Prælium: vt & Mars accipitur à Latinis. Il. β, Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα. quod alibi ἔριδα Ἄρηος συνάγειν, & συνάγειν ὑσμίνην, vt Il. ξ. Et Il. σ Αἴκέν πως σφὶ παισὶν ἀρήιος ἀλκτῆρες ἵκωνται, id est ἀποτρεπταί τοῦ πολέμου, vt inquit scholiastes. Sic & apud Sophoclem Antigone ἄρης pro πόλεμος. Nec solùm generaliter πόλεμον significat, sed & peculiari significatione τὴν πρὸς πόλεμον ὁρμὴν, inquit Eustathius: vt Il. ρ, – δὴ δέ μιν Ἄρης Δεινὸς ἐνυάλιος. Vbi tamē exponit idem gramm. εἶδος γόητα πλανήσεις Ἄρεος. Schol. Sophoclis in quodā Aiacis loco vult ἄρης accipi pro λύσσα siue μανία. G

¶ Ἄρης, Vulnus, Plaga, Il. ν, – ἔνθα μάλιστα Γίνετ' ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν, id est πληγὴ καὶ τραῦμα, inquit Eustathius. Nec solùm pro vulnere sed & pro cæde ipsa quæ H

fit vulnerando. Qua in significatione vsus est etiam Sophocles in Aiace, πρόκειμαι λιβάλευστον ἄρην ξυναλγεῖν μετ' ὑμῶν δὴ τυπείς. Vbi scholiastes exponit θάνατον (sed aptius exponetur φόνον) afferens illum Homeri locum, modò citatum, ἄρης ἀλεγεινός, quasi ibi ἄρης mortem significet: quum pro vulnere accipiatur, vt dictum est. ¶ Ἄρης item pro ferro. de qua signif. vide Eustath. A

Ἄρης in communi sermone genitiuum habet ἄρεως, inquit Eustathius: & vt dicitur Σωκράτης Σωκράτεος & Σώκρατες, eodem modo Ἄρης Ἄρεος Ἄρες. At verò genitiuus Ἄρεως per ω est à nominatiuo Æolico Ἄρευς, quo vsus est Alcæus. Sed in hoc Homeri versu Il. σ, Αἴκέν πως σφὶ παισὶν ἀρήιος ἀλκτῆρες ἵκωνται, Aristarchum legisse Ἄρεω, qui genitiuus esset similis τῷ Μενέλεω & Πετέωο. Ionicè autem ἄρηος ab eodem nominatiuo Ἄρης. Sed & genitiuum illi datum fuisse ἄρεω, vnde per extensionem Ionicam dixisse Archilochum τοῦ δ' Ἄρεω μιαιφόνου. Quinetiam habuisse genitiuum ἄρητος, vt ostendit Ἀρηϊάδης patronymicum apud Homerum, & Ἀρητιὼν diminutiuum. Vide Eustathium. Reperitur certè in prosa genitiuus ἄρεος, datiuus ἄρει, vel potius cum contractione ἄρει. Accus. ἄρην. Apud Aristophanem autem etiam ἄρη sine ν. B

C. Ἀρηΐθοος, ὁ, ἡ, Bellicosus, Egregius bellator. Q.d. Celer seu agilis in prælio. Il. υ, ἀρηϊθόων αἰζηῶν. Vide Hesych. & Eustath. C

C. Ἀρηΐφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, In prælio occisus. Il. τ & ω, Μήτας αἱ μέν τι φῶτας ἀρηϊφάτας κατέδουσι. Et Od. λ, Ἄνδρες ἀρηΐφατοι.

ET Ἀρείφατος pro eodem. Sed ἀρείφατοι φόνοι ex Euripide affertur, vbi ἀρείφατοι fuerit simpliciter pro ἄρειοι, vel à Marte perpetrati. ¶ Hesychius autem ἀρείφατον λῆμα exponit ἰσχυρὸν, pro ἄρη ἴσαιος, inquit, citans Æschylū. Etymol. quoque ἀρείφατος vult significare non solùm τὸν ἐν πολέμῳ πεφονευμένον, sed etiam τὸν ἐν πολέμοις ὀνομαζόμενον, ex quo intelligi πολεμικόν. D

C. Ἀρηΐφιλος (q.d. Marti carus, vel Cui carus est Mars) Bellicosus, Strenuus bellator: vt ἀρηΐφιλος Μενέλαος, Il. γ.

C. Ἀρειμανής, έος, ὁ καὶ ἡ, ET Ἀρειμάνιος (q.d. Marte furens, Bellandi amore insanus) Martius, Bellicosus. Dionys. Alex. – ἵνα παῖδες ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν, vbi Eustathius ait vocatos Arimaspos ἀρειμανίας vel ἀρειμανίους, ostendens se legere vel ἀρειμανίων vel ἀρειμανέων. Sed ἀρειμανέων certè regularius esse nemo mihi negauerit: atque adeo sic etiam legimus in epigrammate cuiusdam Simyli poetæ apud Plutarchum in Romulo, Ὅπλα δ' ἐπιπροβαλόντες ἀρειμανέων ἀπὸ χειρῶν. Apud Etymol. perperam (vt opinor) ἀρειμανέους cum ει in penultima. Ἀρειμανής (inquit Bud.) Bellicosus & pugnax. Strabo de Gallis, & Plutarchus. Laert. 188. Idem Plutarch. in Themist. 39 in fine pro Marte ponere videtur. Hæc Bud. Apud Plutarchū certè ἐν κεφ. Ῥωμ. inuenio copulata πολεμικὸς & ἀρειμανής. ¶ Persis autem ἀρειμανὴς est ᾅδης, teste Hesychio. E F

AT Ἀρειομανής, Arianus, ab Ario, in Ecclesiastica historia. ET Ἀρειομανίτης, pro eodem, apud Theodoritum in Eccles. hist. vt annotat Budæus.

Ἀρειοπάγος perperam in vulg. lexicis scribitur, de quo vide in πάγος.

C. Ἀρείτολμος (q.d. A Marte audaciam sumens) Martius, Bellicosus, Citatur ex Epigr.

Ἄρειος ET (apud poetas) Ἀρήϊος, Martius, Ad Martem pertinens. Hom. Il. δ, Παυρότεροι καὶ ἀγαγόνδ' ὑπὸ τεῖχος ἄρειον id est Martis, τὸ τοῦ ἄρεος (inquit Eustath.) vel κρεῖττον τοῦ ἐν πεδίῳ ἐκ τῶν Τρωϊκῶν τείχους. Et ἄρειος pro Martius, in Ἄρειος πάγος, Martius collis, propriè. Lat. tamen potius Vicus Martius. Dictus & composita voce Ἀρεόπαγος, à quo & iudices, quorum ibi tribunal erat, dicti Ἀρεοπαγῖται. Vide in Πάγος. Alterum adiectiuum Ἀρήϊος (poeticū vti dixi) Martius, Ad Martem pertinens, vel Marti conueniens: vt τεύχεα ἀρήϊα, item ἔντεα ἀρήϊα, apud Homerū: vt & Lat. Martia arma. Hesychius tamen ἀρήϊα exponēs πολεμιστήρια, ad hos locos Homeri respexit, vt opinor. Sed & ἀρήϊος bellicosum significat, vt Lat. Martius. Il. π, ἀρήϊος Ἀχιλλεύς. Et Il. ν, ἄνδρες ἀρήϊοι. Cæterùm scribit Eustath. pag. 894, τὸ δὲ ἀρήϊος παράγωγόν ἐστι τοῦ ἄρεος: quibus tamen repugnantia scribere videtur pag. 117. G H

Ἄρειος proprium etiam nomen cum aliorum, tum celebris illius hæretici, vnde Ἀρειομανῖς & Ἀρειομανίτης, de quibus paulo antè dixi. Eustath. de ἄρειος loquens, ὃ τοῦ (inquit) καὶ εὐφεῖν περὶ τὰς ὕστερον, Ἄρειος δὲ διφθόγγου, ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας στρατευόμενος αἱρετικός. Sed & psaltes quidam olim dictus fuit Ἄριος cum solo ι.

¶ Ἀρείων, Præstantior. Propriè autem Marte præstantior, Præstantior armis, vtpote ab ἄρης. Homerus Odyss. υ, χείρονα & ἀρείονα inter se opponit. Ἀρείων exponitur alicubi & Melior. Sic & ἄρειον interdum Præstantius, interdum Melius. Hesiod. Erg. διαφράσσαι καὶ ἄρειον. Phocyl. τὰ γὰρ ἴδμεναι ἐστ' ἄρειον.

¶ Ἄριστος, Præstantissimus, Optimus. superlat. gradus: vt ἀρείων, comparatiuus. Propriè Marte præstantissimus, Armis præstantissimus, seu prælio: sed generaliter accipitur. vnde cum ἄριστος additur τὰ πολεμικὰ (sub. κατὰ) vel ἐν τοῖς πολεμικοῖς (vt à Plut. in Publicola) pro eo qui sit præstantissimus in rebus bellicis. Hom. Il. τ, ἴσον τοῦ Ζηνὸς περὶ τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος. Od. ξ, Ἀλλ' ἔτι ὑμῶν πάντων ἄριστον. Interdū cum accusat. interdū & cum datiuo: vt Il. γ, Δυσπάρι εἶδος ἄριστε. At Il. ψ, Αἶαν νείκει ἄριστε. Interdū verò huic nomini præfigitur ὄχα, sicut & aduerbio Ἄριστα, de quo paulo post. Sed & πολλὸν ἄριστος, Il. α. Et μέγ' ἄριστον, pro Longè præstantissimus, Il. β. ‖ Apud Thucyd. autem cum infinitiuo, ἄριστοι ἀπατᾶσθαι, lib. 3, maximè idonei qui fallamini. Schol. ἐπιτήδειοι καὶ ἱκανοί.

Ἄριστοι, Optimates, Primores, Proceres. Qui & Summates Plauto. In vulg. lex.

Ἄριστον de re etiam dicitur, non solùm de persona. vt ἄριστα σώματα, Xen. Hell. 5, ἄριστα μὲν τὰ σώματα ἔχοντας, ἀλλὰ πεπηγότα καὶ ἀσκητὰ τοῖς. Præstantissima corpora, vel Robustissima, Firmissima. Apud Homerum ἀρίστη βουλή, Præstantissimum consilium, vel Optimum. Sic Herodianus libro secundo, συμβουλεύσαντα γὰρ ἡμῖν αἰεὶ τὰ ἄριστα καὶ βέλτιστα.

Ἄριστα, aduerb. Præstantissimè, Optimè. Odyss. ν, Αὐτὰρ ὁ φραζέσθω ὅπως ὄχ' ἄριστα γένηται. Cum genitiuo interdū, vt ἄριστα πάντων ἔχει, optimè moratus est. Sed hic genitiuus possit & verbo ἔχει tribui. ‖ Ἄριστα pro ἄριστον etiam, notat apud Homerum Eustath.

Ἀριστίνδην, aliud aduerbium, Præstātissimos vel optimos quosque deligendo. Eadem forma dicitur qua πλουτίνδην. Aristot. Pol. 2, ταύτας δ' αἱροῦνται τὰς ἀρχὰς ἀριστίνδην, id est (Bud. interpr.) In hunc magistratum optimum quenque legunt. Affertur ex eodem libro, ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην δεῖ αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας, optimos & ditissimos quosque eligere in magistratus. Lucianus, πλουτίνδην καὶ ἀλλ' ἀριστίνδην κα... αὐτοῖς. Sic οὐκ ἀριστίνδην τῶν ... Isocr. Paneg. Et apud Plat. De leg 9, ἐκ τῶν ... ἀρχόντων ἀριστίνδην ἀπομερισθὲν δικαστήριον exponitur, Optimus quisque ex eorum numero electus qui anno proximè præterito functi magistratibus fuerunt.

¶ Ἀριστεύω, F. σω, Præstātissimus sum omnium & maximè strenuus, Omnium fortissimè me gero. Hom. Il. ζ, Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Quoniam autem à superlatiuo fit, (sicut καλλιστεύω à κάλλιστος) genitiuo itidē iungitur interdum, vt Il. ζ, Ἕκτορος ἥδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι Τρώων ἱπποδάμων. Vbi obserua & infinitiuum: vt & Il. π, — ὃν ῥ' αὐτὸς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι. pro ἐν τῷ μάχεσθαι aut κατὰ τὸ μάχεσθαι. Perinde acsi dixisset, ἀριστεύεσκε μάχ... aut κατὰ τὴν μάχην: aut certè ἐν τῇ μάχῃ: vt apud Greg. in alleg. ἐν γὰρ τῇ περὶ τοὺς γίγαντας μάχῃ παραδίδονται ἀριστεῦσαι ἡ Ἀθηνᾶ. Nam & in soluta oratione frequens est huius verbi vsus. Xenoph. cum genitiuo vsurpat (sicut Homerus) vbi scribit, ἐν οἷς πολεμίοις ἱκανοὶ δόξειεν πάντων ἀριστεύσαντες τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀνθρώπων. Sic Plutarchus in Numa, ἀριστεύων τῶν βαρβάρων, vbi exponitur Bellicosissimus barbarorum. Sophocles autem accus. rei iunxit in Aiace τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ. Quæ vide vt interpretatus sim in Καλλιστεῖον.

Ἀριστεύειν ponitur etiam generalius pro Strenuum se præstare, Strenuè vel fortissimè dimicare. Plutarch. Solone, ἀριστεύειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Apud Nazianz. autem ἀριστεύειν κατά τινος, Fortissimè pugnare aduersus aliquē. Lucianus, ἐν ὅσῳ τούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης ἠρίστευε τῷ Ζηνοθέμιδι

A συμμαχῶν.

Ἀριστεύειν de alia etiam præstantia dicitur quàm quæ est in rebus bellicis: vt apud Theocritum ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς, præstantissimi arte remigandi. Et ab Appiano Bell. ciuilium lib. 2, dicitur territorium optimum ἀριστεύειν: vbi scribit ἀριστεύουσα γῆ ἡ περὶ Καπύην.

Ἀριστευτικός, οῦ, ὁ, Qui quasi ita comparatus sit natura vt omnium fortissimè se gerat. Vel, Fortitudine cæteros superare solitus. In vulg. lex. exponitur Strenuus, non expressa vi vocabuli.

B Ἀριστεύς, έως, ὁ, Qui omnium præstantissimè & fortissimè in bello se gerit, Omnium fortissimus. Addo autem genitiuum Omnium, vt ostendam vim habere superlatiui. Sic Homerus ἀριστῆας Δαναῶν & ἀριστῆας Παναχαιῶν dicit. Plutarch. in παρ. Ρωμ. Ἄλλοις ἀριστεῦσι καὶ στρατηγοῖς ἰδόντες. Rursus apud Homerū paulo etiam generalius pro optimatibus seu proceribus, & quibusuis qui primarii sint inter alios. vt Odyss. ζ, ἀριστῆες πάντων Φαιήκων. Et Od. ο, μνηστήρων ἀριστῆες.

Ἀριστεία, ας, ἡ, Egregia strenuitas, Egregiæ fortitudinis specimen. Exponitur etiam Præclarum militiæ facinus. C Et simpliciter Fortitudo, Strenuitas. Sophocles, κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί. Et ἀριστείας ἀγωνιστὴν φῦναι. Et in Anthologia epigramm. — ἀριστείας σύμβολα δεικνύμενοι. Herodianus lib. 7, ταύτην τὴν μάχην καὶ τὴν ἀριστείαν αὐτοῦ.

Ἀριστεῖον, ου, τὸ (eadem forma dictum qua καλλιστεῖον) Fortitudinis præmium, Præmium seu honorarium quod datur fortitudinis ergò. propriè quod datur ei qui omnium fortissimè & strenuissimè se gessit. Xenophon D Hellen. 1, κρατίστοις ... ἀριστεῖα ἔδωκαν. Isocrates Pāegyrico, καὶ περὶ ... πάντας τοὺς κινδύνους διατελέσαντας, ἀξιοῦσθαι τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν. Æschin. in Ctesiph. ἀποτυχὼν τῶν ἀριστείων. Ex Plutarcho autem in Theseo affertur γέρας ἀριστεῖον, pro ἀριστεῖον simpliciter. ‖ Ἀριστεῖον generalius pro alio etiam præmio: vt σοφίας ἀριστεῖον, Sapientiæ præmium, Plut. Themistocle.

ἈΡΉΓΩ, fut. ξω, Auxilior, Opem fero. (propriè autem in bello, quum ab ἄρης deducatur) Il. α, Ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν. Vsus est & Xenoph. hac voce, licet alioqui poetica: vt Pæd. 1, τοῖς φίλοις ἀρήγειν. & in OEconom. ἀρήγειν τῇ χώρᾳ. Sed & Dioscorides vsus est, vt E quum dixit ἀρήγει ποδαγρικοῖς. Ex quo affertur & iuncta accusatiuo, ἀρήγει καὶ ἐπιληψίας, sed manifesto errore pro ἐπιληψίαις. ‖ Euripides cum accusatiuo rei & datiuo personæ dixit, ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις. pro arcere cædem à filiis, vel propulsare. Sic ἀμύνειν & pro Propulsare & pro auxiliari accipi docui antea, quorum alterū ex altero pendet.

Ἀρηγών, όνος, ὁ καὶ ἡ, Auxiliator, Auxiliatrix, vel Defen-F sor. Iliad. δ, Δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες εἰσὶ θεάων.

Ἀρωγός, idem quod ἀρηγών, & apud eundem Homerum eodem libro, Οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός. Apud Sophoclem ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος exponitur Curatores nauis & adiutores: ab aliis, defēsores. Apud eundem Aiax Ἐρινῦς inuocat ἀρωγούς, id est auxiliatrices, vel vindices. Dioscorides vt verbo ἀρήγειν vtitur, ita & hoc nomine quod ab eo deductum est: vt δύναμιν ἔχει ἀρωγὸν τῶν περὶ ὑστέρας παθῶν, pro Vim auxiliarem habet. Citatur & ex Epigramm. ἀρωγὸς βροχετῶν pro Arcens G pluuias: & rursus ex Sophocle τὰ ἀρωγὰ pro τὰ ὠφέλιμα id est quæ prosunt. Vide & ἐπαρωγὸς post Ἐπαρήγω.

C. Ἀρωγοναῦται δαίμονες in Anthol. epigr. Defensores nautarum dii, Auxiliantes nautis dii. Exponitur etiam, Dii fauentes & propitii nautis.

C. Ἀρχέτυπον, ου, τὸ, Exemplar primigenium, Vel Forma primigenia, Bud. interpr. Latini quoque archetypū dicunt, vocem Græcam retinentes. Exponitur & Forma princeps. Aristot. De mundo, τὸ ἀρχέτυπον τῶν χρόνου καὶ παράδειγμα. Existimo autē ἀρχέτυπον dici quasi ἀρχὴ τοῦ τύπου. (vt principiū typi appelletur typus initio factus & omniū primus. ideóque hic post ἀρχὴ non post ἄρχω posui. Fateor tamen posse etiam significationē verbi ἄρχειν hoc composito, sicut & similibus, inclusam videri, eodē sensu. Non malè autē ἀρχέτυπον verti Primam formā, ostendit synon. πρωτότυπον. Cæterùm huius vocis primum & propriū vsum esse arbitror in imaginibus. vt apud Luc. habetur in Zeux. τῆς εἰκόνος ταύτης ἀπέγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβῆ τῇ στάθμῃ μεταπεποιημένη· τὸ ἀρχέτυπον δὲ αὐτὸ &c. Dicitur & ἀρχέτυπος χαρακτὴρ vt apud Phil. De vita M. l. 3, πρὸς αὐτοῖς, καθάπερ ἀπ' ἀρχετύπου γραφῆς καὶ γεγονότων ἐκείνων αἱ ἔπειτα μιμήματα ἀπεικονισθῆναι. Per metaph. autem tam ἀρχέτυπον subst. quàm ἀρχέτυπος adiect. de a-

liis etiam rebus dicitur. ET Ἀρχετυπία, Exēplar, Idea, vt interpr. Bud. in hoc. Dion. Areop. loco, De cæl. hier. καὶ δυνατὸν ἐστι αὐτῶν ἀναγωγὰς πρὸς τὰς αὐλους ἀρχετυπίας.

C. Ἄναρχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Principio carens, quod de Deo solo dicitur. Exponitur etiam Æternus, ex consequente. Greg. ὁ δὲ Υἱὸς, ἐὰν μὲν ὡς αἴτιον τὸν Πατέρα λαμβάνῃς, οὐκ ἄναρχος, (ἀρχὴ γὰρ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, ὡς αἴτιος) ἐὰν δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος. ET Συνάναρχος, Vnà cum alio carens principio. vt Christus dicitur τῷ Πατρὶ συνάναρχος, Patri coæternus. ‖ At Ἄναρχος, Principe seu duce carens, vide post alterum Ἀρχή.

¶ Ἀρχαῖος, α, ον, Pristinus, Antiquus (nam & Latini Antiquū aliquando pro pristino dicunt) vt εἰς τὸ ἀρχαῖον, Aristoph. pro In pristinum statum. Sic εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις dicitur In pristinum statum restitutio. Et πάλιν ἐς τὰ ἀρχαῖα καταστῆσαι. Item, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἄγειν, In pristinam formam vel priorem restituere. Sed & ἀρχαῖος ἑταῖρος apud Xen. vt apud Ouidiū Antiquus amicus. In vulg. lex. annotatur etiā οἱ ἀρχαῖοι, Maiores: vt τὰ ἀρχαῖα, Auita bona. Quinetiam ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, pro Ab initio. Hesychius certe ἀρχαῖον inter cætera vult esse πρότερον, sed accipiens πρότερον pro τὸ ἐξ ἀρχῆς. vt si εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστῆσαι interpreter In priorem statum restituere, hæc vox Priorem significabit Pristinum, & qui fuerat ἐξ ἀρχῆς, id est Initio. Ex his autem patet cur hanc significationem præcedere voluerim. ‖ Ἀρχαῖον, ου, τὸ, Sors vsurarum. Isocr. καὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ τοὺς τόκους ἀποδώσειν. Dem. in Dionysod. καὶ δὲ οὐχ ὅπως πρὸς τὰ τόκα ὁ λόγος ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τἀρχαῖα ἀποδοῦναι ἐστιν δυνατὰ. Dicitur autem ἀρχαῖον subaudito substantiuo δάνειον, siue δάνεισμα, quod alibi additur. Inuenitur & ἀρχαῖον κεφάλαιον apud Demosth. κατ' Ἀφόβου: sed κεφάλαιον synonymum irreptitium esse putatur. Vide Bud. p. 132 & 133. Ἀρχαῖον (vt ibidem docet) dicitur etiam de bonis alicuius pro sorte & capite vnde fructus & reditus manat, adeo vt τἀρχαῖα vocet Demosth. τὰ πατρῷα, Auita bona, quorum accessio ἔργον & πρόσοδος & ἐπικαρπία appellatur. Hanc autem vocis ἀρχαῖον signif. (cuius exēpla ibi habes) videlicet pro sorte bonorum, priore loco ponit, ego posteriore: sed vtracunque prior sit, existimo, sicut in illa subauditur δάνειον, vt sit ἀρχαῖον δάνειον: sic & in hac subaudiri ἀγαθὰ cum ἀρχαῖα, vt sit ἀρχαῖα ἀγαθά. Minimè autem recedit ab ἀρχῆς significatione hic vocum istarum vsus: quum possimus (meo quidem iudicio) & ἀρχαῖον δάνειον exponere τὸ ἐξ ἀρχῆς, & ἀρχαῖα ἀγαθὰ itidem τὰ ἐξ ἀρχῆς. Dico autem ἀρχαῖα tantùm in hac posteriore sortis significat. quum ἀρχαῖον singul. ne ipse quidem Budæus vllo exēplo comprobet.

Ἀρχαῖος, Antiquus, Vetustus, παλαιός. Nam cum apud alios, tum apud Æsch. ἀρχαῖον & παλαιὸν pro eodē legimus. Dem. Phal. (aut quicunque est autor libri qui illi adscribitur) ὅθεν τὸ ἀρχαῖοι αὐτὸ τοῖς παλαιοῖς σεμνότερον. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνδρες σεμνότεροι. Apud eunde τὰ ἀρχαῖα ἀγάλματα. apud Athen. οἱ ἀρχαῖοι ποιηταί, & ὁ ἀρχαῖος βίος. apud Luc. ἀρχαῖα παραδείγματα. apud Synes. ἦθος ἀρχαῖον καὶ πάτριον. Deniq; vox hæc generaliter de persona & re in vsu est. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, & εἰς τὸ ἀρχαῖον, substantiuè. Thuc. lib. 1, καὶ νῦν ἐν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου. Idem codē libro, ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, iā inde vsque à prima antiquitate. Ad verbum, ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, Ab antiquo. Et ἐς τὸ ἀρχαῖον, In antiquum: pro In antiquum morem, seu priscum. Dicitur etiam τὸ ἀρχαῖον aduerbialiter pro Antiquitus, Olim, cum ab aliis, tum à Pausania. ‖ Ἀρχαῖος, Stultus, Ineptus. Plato Euth. καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Alia exempla habes apud B. p. 131. Quid autem huic significationi metaphoricæ occasionē dederit, exposui in ea quam scripsi pro Herodoto apologia. Vide & Ἀρχαϊκός.

C. Ἀρχαιόγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Antiquus origine) Primigenius, Primordialis. Aristot. De mundo, διὰ τὴν πρώτην καὶ ἀρχεγόνον αἰτίαν, propter principem causam & primordialem, B. interpr. Alii eodem sensu, Primā causam & primigeniā. In vulg. lex. ἀρχαιόγονος vertitur Primigen⁹ ex Varr. Primigenius & Principialis, ex Lucr. Primitiuus, ex Colum. Primitius, ex Ouidio. Dicitur & ἀρχέγονος pro eodem. ET Ἀρχαιογονία, Antiqua origo. A Basilio autem sæpe pro antiquitate ponitur, teste Bud. In Græcis autem Pand. simpliciter pro origine, vt idē scribit.

Digitized by Google

C. Ἀρχαιολογέω, γῶ, De rebus antiquis dissero, Res antiquas seu priscas scribo. Luc. AcTh. lib. 7, ὡς πρὸς τὸ δοκεῖν τινὰ ἀρχαιολογεῖν, id est (Camer. interpr.) Vetera quædam declamitãdo ingerere. ‖Itẽ, Antiquo sermone vtor. ET Ἀρχαιολογία, Historia de rebus antiquis, vt Iosephi, & Catonis origines, inquit Bud. Dicitur & plur. ἀρχαιολογίαι. Plut. De Herod. αἱ γὰρ ἐμβολαὶ καὶ παρεκβάσεις τῆς ἱστορίας μάλιστα τοῖς μύθοις δίδονται καὶ ταῖς ἀρχαιολογίαις.

C. Ἀρχαιοπλούτης, vide in Πλούτης cum παλαιοπλούτης.

C. Ἀρχαιότροπος, ὁ καὶ ἡ, Antiquis moribus præditus. Et ἀρχαιότροπα ἐπιτηδεύματα, Thuc. l. 1, Instituta quæ mores antiquos resipiũt. Id est, Simplicitatem antiquam præ se ferentia. Ita enim puto interpretandum hoc nomẽ: non (vt in vulg. lex.) Antiqui mores. ET Ἀρχαιοτρόπως, Antiquis moribus, Antiqua morum simplicitate. At ἀρχαιοτρόπως εἰπεῖν, ex Isocr. Paneg. affertur pro, Antiquo loquendi more vti, seu antiquis vocabulis. ET Ἀρχαιοτροπία, Antiqui mores, vt Bud. interpr. apud Plut. in Phoc. ἡ Κάτωνος ἀρχαιοτροπία. Sed ἀρχαιοτροπία exponitur etiam Prisca viuendi forma.

C. Φιλάρχαιος, Antiquitatis amator, Antiquarius. Athen. 3. Νίκανδρος δὲ τι θαύμαστόν ἐποίει ὡς φιλάρχαιος καὶ πολυμαθής.

Ἀρχαίως, Antiquè, Antiquo more. Antiqua morum simplicitate, Absque malitia. Interdũ pro Stultè. Demosth. Philipp. 3, οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον.

Ἀρχαιότης, ητος, ἡ, Antiquitas, Pausan.

C. ἈΠαρχαιόω, χαιῶ, F. ώσω, Antiquum reddo, Obsolescere facio. Ἀπαρχαιόομαι, οῦμαι, Antiquus fio, Obsolesco, vnde ἀπηρχαιωμένον ὄνομα, vel ἀπηρχαιωμένη λέξις, Obsoleta vox. Dionys. Hal. de Thuc. loques, καὶ γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένην λέξιν παραλαμβάνων ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους. Et de Isocr. καὶ γὰρ αὕτη ἡ λέξις πάνυ φυλάττει τὴν ἀπηρχαιωμένην τῶν ὀνομάτων ἀπειροκαλίαν. Antiphanes apud Athen. l. 11, Ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων Τούτων περαίνειν, τὸν τε Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον. Notandum est autem hoc cõpositum non præcedente (quod sciã) simplici Ἀρχαιόω.

¶ Ἀρχαϊκός, & Atticè ἀρχαϊκός, Antiquitatem seu antiquã simplicitatem aut rusticitatẽ præ se ferens, siue in moribus, siue quod ad artem attinet. Plut. in Publ. ἀπλοῖς ἀνδριὰς καὶ ἀρχαϊκὸς τῇ ἐργασίᾳ. Exponitur etiam τὸ ἀρχαϊκόν, Simplex, Imperitũ, Stultum. Et ἀρχαϊκὰ φρονεῖς, apud Aristoph. μωρὰ & ἀπλᾶ & ληρώδη. ET Ἀρχαϊκῶς, Antiquo more, Antiqua simplicitate seu rusticitate, Pingui quadam Minerua. Item Stultè.

Ἀρχαΐζω, Antiquitatem seu antiquos imitor. vnde Ἀρχαϊσμὸς à grãm. (& nominatim à Donato in Terent.) vocatur loquẽdi genus in quo priscũ sermonem imitamur. ET Ἀπαρχαΐζω, cõpos. quod aliter exponitur, videlicet Antiquũ reddo, Antiquo nomine appello. Itẽ, Antiquitatis formam tribuo, vt in hoc Athen. loco, δειπνοσ. l. 1, ὅθεν ἰδίως, φησί, φιλόσοφον ὄρχησιν Μέμφιν ἐκάλεσαν, ἀπαρχαΐζοντες τὴν διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κίνησιν τῆς πόλεως ἀρχαιοτέρως καὶ βασιλικωτέρως.

¶ Ἄρχω, Incipio, Initiũ facio. Od. γ, & alibi, -μύθων ἦρχε. Od. χ. Ἄρχετε νῦν νέκυας φορέειν. Et Il. α, -ἦρχ' ἀγορεύειν (pro quo alibi μύθων ἦρχε) Verba facere cœpit. Sed illud Græcum loquendi genus melius respondere puto Gallico, Il commença à dire, pro Il se mit à dire, vel Il vint à dire. (quo tertio vtitur Herod. vt alibi docebo) Interdũ ἄρχειν exponitur etiã Principiũ esse, seu originẽ, vel Autorẽ esse. Thuc. ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. Et ante eũ Herod. eodẽ verbo in re simili exprimẽda vsus erat, ἄρξειν ἐπιρρώτησε ταύτην Λακεδαιμονίοισι μνείας κακοῦ ποτε. Pl. epist. 3, τὸ δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς χαμαὶ τὰ ἦρχε, caput erat. ‖Et ἄρχειν, Priores partes occupare, vt docet B. quẽ vide p. 130. Apud Thuc. ἄρχω τῆς μάχης, Prior pugnã capesso. Sic ἄρχειν πολέμου apud eundem, & ἄρχειν τῆς διαφορᾶς. Ita ponitur ἄρχειν & cũ genit. χειρῶν, quũ dicitur ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων (vt apud Dem.) qui prior lacessiuit aut rixa aut bellũ, & qui prior percussit, vt interpr. Bud. Qui alioqui ἄρχειν ἀδικίας apud Pausan. vertit Principiũ & causam scelerũ dare. Obseruandũ est autẽ, ἄρχειν in hac posteriore signif. multo esse vsitatius prosæ scriptoribus quàm in altera, pro qua ἄρχεσθαι potius dicunt. Homerus autem pro genitiuo posuit participiũ in hoc loquendi genere Il. β, 380, - ἐγὼ δ' ἦρχον χαλεπαίνων, id est (vt doctè exponit Eustath) ἐγὼ κατῆρξα τοῦ χαλεπαίνειν, non (vt imperitè redditur in vulg. lex.) Incipiebam irasci.

C. Ἀρχέκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui initium dedit malorum, Autor malorum, Causa & origo malorum. vt ἀρχέκακοι νῆες, apud Hom. Il. ε, v. 63, Ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο. vbi ostendit Eustathius esse velut etymon, q. d. αἱ κακῶν κατάρξασαι τοῖς Τρωσὶ πᾶσι. Idem alibi quoque ἀρχέκακος ab ἄρχω deductũ tradit. Quod ideo dico nequis miretur hic à me positũ potius quàm post ἄρχω.

C. Ἀρχέστρατος, Ἀρχέπτολις, vide in Στρατὸς & in Ἔπτολις.

C. ἘΞάρχω, Incipio, Auspicor. vt Odyss. δ, μολπῆς ἐξάρχοντες, Cantum incipientes. Exponitur etiam, Cantũ præeuntes & auspicantes, Vel, Cantus auspices. Idem Il. σ, & ω, ἐξῆρχε γόοιο. Sic Plut. Romulo, ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος: & in Lycurgo, ἐξῆρχεν ἐμβατήριον παιᾶνος. Luc. itidẽ de cantu, sed sine casu, ὅταν αὖ ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαγάζοντες. Dicitur & de aliis rebus, vt Plut. in Galba, πάντως ἐξάρχειν δόγματος, quod Bud. interpr. Autorem fieri & confirmatorem senatusconsultorum. Iungitur ἐξάρχειν accusatiuo quoque. vt Hom. Il. β, Βουλὰς τ' ἐξάρχων ἀγαθάς, vbi ἐξάρχων βουλὰς exponitur Autor existens consiliorum. Ego malim, Primus proponens cõsilia, aut aliquid huiusmodi: sensu tamen non valde diuerso. Xen. quoque accusatiuũ dedit huic verbo, Pæd. 3. ἐξῆρχε δ' αὖ Διοσκούροις παιᾶνα τὸν νομιζόμενον. Et in 7, παιᾶνα ἐξάρξαι. Sic ab eodem dictum est, ἐξάρξομαι σὺν ὑμῖν αὐτὸς ὁ παιᾶνα. Vide pag. 141 & 142. In vulg. lex. affertur ex Euripide, ἐξάρχω ὀρχεῖν pro Iurare incipio. Et ex Sophocle, εἰ δέ μ' ὧδ' ἐξῆρχες λόγοις pro Si me huiusmodi verbis aggressa fuisses.

Ἐξάρχομαι etiã dicitur: vt apud Apoll. ἐξάρχομαι φιβλίων. Xen. Hellen. 3, ἐξάρχομαι παιᾶνα. quod exemplũ miror à Budæo proferri quum paucis antè lineis scripsisset ἐξάρχω tantùm dici actiua voce. Sed & ἐξάρχου κανᾶ apud Eurip. pro Primus auspicare canistra, Primus coronam è calatho carpe, vt vertit Erasmus.

Ἔξαρχος, Inceptor. (vt dixit Terẽt. O mearũ voluptatũ omniũ inuẽtor, inceptor, perfector.) Itẽ Dux, Princeps, vt ἔξαρχος τῶν ἱερῶν, Plut. in Numa. Sic ὁ τῆς ἑορτῆς ἔξαρχος Naz. Itẽ Princeps alicuius rei cõficiendæ. Basil. ἔξαρχοι τῶν καθηκόντων αὐτοῖς. Exponitur etiam Præcẽtor.

C. ΚΑΤάρχω, Prior (vel primus) facio, vel dico. Plato in Sym. ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος, καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν ἔρωτα, Sed (quod bonũ faustumq; sit) Phædrus primas dicendi de amore partes habeat. Sic Basilius, ἰδοὺ μὲν νῦν καὶ κατάρχομεν τοῦ γράμματος αὐτοί, En nunc priores scribendi officium occupamus. Xen. cum infinit. interiecto articulo τοῦ, lib. ἀπομν. 2, κατάρχοιμι τοῦ καλεῖν ἐκεῖνον, Prior illum inuitarem. Q. d. Anteuerterẽ illum inuitare. Ex Phalaride autẽ affertur cũ infinit. sine articulo, κατάρχω πλημμελεῖν. ‖Item, Autor sum alicuius rei, Exemplũ præbeo. Athen. ὥστε τὴν ὅλην χώραν παραλαβεῖν ... καὶ τῆς φιλοτιμίας ταύτης τοῖς λοιποῖς κατάρξαι. Idẽ Athen. lib. 12, addidit ... scribens de Omphale, ἥτις ... κατῆρξε μὲν τῆς εἰς Λυδοὺς ... τιμωρίας, Quæ exemplum vltionis præbuit, Vel, Quæ initium dedit vltionis. Vel (inuerso genere loquendi) A qua vltio initium sumpsit. Vel, Quæ prima fuit vltrix. Nam quomodo hic κατάρχω per Lacesso aut Prouoco cum Budæo interpretari possimus, non satis intelligo. ‖Item, Princeps sum alicuius artis aut facultatis. vt Bud. exponit in hoc Chrysostomi loco, διὸ καὶ Ἑρμῆς εἶναι ἐνομίζετο παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Sed κατάρχειν hic Chrysostomus dixit simpliciter pro eo quod Act. Apost. cap. 14, est ἡγούμενος, vbi id narratur. Rursum Bud. apud Laer. τὸν τῆς Ἀκαδημίας κατάρξαντα vertit Academicorũ principẽ & cõditorẽ. ‖Κατάρχειν simpliciter etiã pro Incipere, Inchoare (vt quidẽ interpr. vulg. lex.) cũ genitiuo itidẽ, vt κατάρχω μάχης, apud Eurip. κατάρχω τοῦ πολέμου, Plut. in Thes. Inuenitur autẽ κατάρχω & accus. iunctũ: vt apud Plat. in Euthydemo, θαυμαστὸν γάρ τινα αὖ κατῆρχε λόγον. ‖Κατάρχειν pro ἐξάρχειν, Aristot. καθάπερ κορυφαίου κατάρξαντος συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορός. Vnde ὁ κατάρχων, Præcentor, Præsultor.

Καταρχή, ῆς, ἡ, Initiũ, Exordiũ. Polyb. μείζονος πολέμου καταρχή. Athen. ὅπου ἐστὶ τὴν καταρχὴν ποιησόμεθα. Bud. 139. ‖Καταρχή, Libatio, Primitiæ, in vulg. lex.

c.2. Προκαθάρχω (q.d. Præexisto) Anteuerto, Antegredior: A
Gal. ἅπαντα τὰ προκατάρχοντα τῆς νόσου. | Προκατάρχω, Præpolleo, Antiquiore loco numeróque habeor. Areopag. apud Bud. 140. ꜱ ᴛ Προκατάρξις, Principium, Origo. ꜱ ɪ ᴄ Προκαταρκτικός, Principalis, Originalis, Primarius, apud Basil. Idem pagina 141. At προκατάρξις τῆς δίκης in Pand. Gr. Litis contestatio. Quod tamen est à προκαθάρχομαι, potius quàm à προκατάρχω. Dicitur enim τῆς δίκης προκατάρχεσθαι, non item προκαθάρχειν, quod sciam.

C. Ὑπάρχω, Initium do [rei,] Primus facio, aut dico. vt apud Thucyd. ὑπάρχω τούτου, Primus hoc facio. Ita enim puto reddi posse (si simplex quæratur interpretatio) in hoc eius loco, lib. 1, p. 25, ὑμεῖς αὖ πρότεροι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαντες. Bud. tamen rectè & ipse ὑπάρχω interpr. Autor sum, Meum est hoc institutum & exemplum. Vel, Initium rei do. vt Andoc. οἱ ὑπάρξαντες τῆς ἐλευθερίας αἴτιοι τῇ Ἑλλάδι. Nam capitur tam in bonam quàm in malā partem. Et in mutua beneficentia ὁ ὑπάρξας, prior est: at ὁ ἀντιποιῶν & ἀντευεργετῶν, posterior, apud Aristotelem. Demosth. Pro cor. διὰ τὰς εὐεργεσίας ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς. Sic Isocr. Plat. ὥστε δικαίως ἂν τὴν αὐτὴν εὐεργεσίαν ἀπολαβοιμεν ἣν περ αὐτοὶ τυγχάνομεν εἰς ὑμᾶς ὑπάρξαντες. Vbi obserua, sicut & in illo Demosth. loco, εἰς ὑμᾶς, quū alioqui dici etiā possit ὑμῖν. Sic enim cum dat. personæ, apud Æsch. De fals. leg. καὶ τὰς εὐεργεσίας ἃς ὑμᾶς ὑπῆρξεν Ἀμύντᾳ. Plut. autem pro illo vel accus. dedit genitiuum, πάλαι δεόμενος χρείας τινὸς ὑπάρξαι καὶ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτόν, Iamdiu occasionem quærens materiámque hominis promerendi beneficio quopiam atque benignitate. Quibus exēplis consentanea est participii pass. ὑπηργμένον significatio, de quo infrà. Cæterum ὑπάρχω eadem in significatione, sed in malam partem, à Budæo exponitur Lacesso, Excito contentionem aut simultatem. Dem. ὥστε αἰτιώτερον αὐτοῦ τιμωρεῖσθαι τὸν ὑπάρξαντα. Sic Plato ἀμυνομένους opponit τοῖς ὑπάρχουσι in Gorgia, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας. Quibus exēplis immiscet Bud. & hoc Dem. τῆς γὰρ ἔχθρας πρότερος οὗτος ὑπῆρξεν. Vbi tamē ὑπάρχω nō significat per se Excito contentionem aut simultatem, quum addatur genit. ἔχθρας: sed duntaxat Initium do, Incipio, Autor sum. Possit etiam (meo iudicio) τῆς ἔχθρας πρότερος ὑπῆρξεν aptè verti, Ab illo simultas profecta est. (vbi vacare πρότερος obseruandum est.) Sic autem ὑπάρχω cū aliis gen. vt ἀδικίας & βίας. Sed ὑπάρχω ἀδικίας apud Herodot. non est simpliciter Infero iniuria: nec ὑπάρχω βίας apud Plutarchum est simpliciter Infero vim (vt in vulg. lex. habetur) sed Prior infero iniuriam, Prior vim infero.

Ὑπάρχω, Sum, Aristot. De part. an. l. 1, πολλὰ ταὐτὰ πολλοῖς ὑπάρχει τῶν ζώων. Cuius signif. & hæc afferuntur exēpla: Dem. ὑπάρχω προειδὼς ἐπὶ ὑμᾶς: & ὑπάρχω ὑμῶν μάλιστα & ὑπάρχει δῆλος. Idē initio or. Pro cor. τοσαύτην [εὔνοιαν] ὑπάρξαι μοι παρ᾽ ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Idem alibi, ὑπάρχει μοι πρὸς σὲ ἀπέχθεια. Et Aristot. Pol. 5, ὑπάρχει μῖσος τοῖς τυράννοις, pro In tyrannos odium existit. Apud Herodian. ἐπὶ ξένους αὐτοῦ ὑπάρχοντι. Iungitur & cum præt. vt Dem. ἐν τῷ περὶ τῶν Ῥοδίων dixit, ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε. Idē Ol. 3, ὑπῆρχεν Ὀλυνθίοις δύναμίν τινα κεκτημένοις. Dicitur etiā ὑπάρχω ὤν, vt τυγχάνω ὤν, sed longè rarius. Herodot. ὑπῆρξεν ἐόντα ταῦτα. Dem. in Mid. οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρχεν ὤν. | Ὑπάρχω exponitur etiam Suppeto. vt Demosth. ὑπάρχει σοι ταῦτα παρ᾽ ἐμοῦ. Idē, ἃ ὑπάρξει δὲ παρ᾽ ὑμῶν. Et ὑπάρχει παρ᾽ ὑμῶν τὰ δέοντα. Idem, ὑπάρχοντα ἀγαθά, Quæ suppetunt facultates, Bona quæ adsunt, vel Præsētia bona. Pro quo dicitur & vno verbo, (sed præfixo articulo) τὰ ὑπάρχοντα, apud Demosth. Et cum genit. personæ, τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ apud Matth. Luc. & Paulum. Theopompus apud Athenæum ὑπάρχοντα & ἀπόντα inter se opponit, lib. 6, καὶ τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἠμέλουν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπεθύμουν. Plato in Tim. τούτου δ᾽ ὑπάρχοντος, pro Quū hoc sit, vel Quū hoc ita sit: quod tamē Cic. vertit, Hoc posito. Et ibidē, τούτων δὲ ὑπαρχόντων, Ex quo posito & constituto &c. Vide mei Ciceroniani lexici pag. 13 & 15. | At ὑπάρχω σοι, pro Adsum tibi, id est faueo, Sto à tuis partibus, apud Demosthenem. Vide Budæū pag. 135.

Ὑπάρχει μοι τοῦτο ποιεῖν, Hoc mihi facere licet, vel Contingit mihi hoc facere, (sed accipio Cōtingit, vt apud Horatium, Non cuius homini contingit adire Corinthum) Mihi facultas est. Ὑπάρχειν (inquit, Bud.) est etiā Licere, Contingere, Euenire. Demosth. ἐμοὶ μὲν ὑπῆρξε φοιτᾶν εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα. Et Plat. Sympos. ὡς ὑπάρχον μοι ποτ᾽ ἀκοῦσαι, tanquam mihi liceret. Plut. τότε διαναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαύσασθαι οὐχ ὑπῆρξε, non licuit. Thucyd. ὡς ἔτυχεν ὑπῆρχε. pro Vt licuit, Vt tempus tulit. Vide Bud. p. 136. His autem subiungendum puto ὑπάρχοντα pro δυνατά, & ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, pro ἐκ τῶν δυνατῶν, vt apud Thuc. exponit schol. In vulg. autem lex. ἐκ τῶν ὑπαρχόντων exponitur, Pro præsenti copia, Ex præsentibus facultatibus. Item, Pro præsenti rerū conditione, Pro præsentis temporis ratione. ἐκ τῶν παρόντων. ex Plat. epist. 7, τίνες οὖν δὴ δίκαι ἀναγκαίως ὀφειλόμεναι γίγνοιντ᾽ ἂν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς; | Item ὑπάρχει σοι ταῦτα, hæc tibi obtingunt & obueniunt, apud Polyb. Et, ταύτην παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς ὑπάρξασαν τιμήν, diuinitus delatū honorē. Basilius, καὶ οὐδὲν ὑπῆρξεν αὐτῷ [sub. ἐκ τοῦ μηχανήματος] πλὴν τοῦ δημοσιεῦσαι τὴν ἔχθραν, Nihil ei obtigit vel obuenit ex eo. (puto enim & hic posse verba illa retineri) q. d. Nihil commodi vel vtilitatis ei fuit ex ea re. | Ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν ἐκ Χαλκίδος, ἢ τεθνάναι ἐγκαταληφθέντα, Æschin. in Ctesiph. pro Necesse erat, inquit Bud. Cui exemplo addo hoc ex Demosth. in Midiam, ταῦτα γὰρ ἐμοῦ γ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ παθεῖν ὑπάρξει. Hoc enim ὑπάρξει idem significare puto Necesse erit.

Ὑπάρχουσα τιμή sic dicitur vt γεγενημένη τιμή, pro iusto rei pretio, Bud. ex Demosth.

Ὑπάρχει τὸ κινούμενον τῆς τοῦ κινοῦντος ἰσχύος, pro Quod mouetur, superat vires eius quod mouet, in vulg. lex. affertur ex Aristot. De gen. anim. lib. 5. Et ex eodem, De part. an. 3, ὑπάρχει τῶν ἀμφοτέρων ἄκρων τὸ μέσον.

Ὑπάρχομαι, vnde ὑπῆργμαι, & partic. ὑπηργμένος. Bud. ὑπηργμένον (sequendu eam significationem quæ data fuit verbo ὑπάρχω cum accus. εὐεργεσίαν) esse dicit beneficium quod paria meretur & gratiam postulat repēdendam. Vide exempla ex Aristot. & Demosth. pag. 135. At ex Herodoto ὑπηργμένον citatur pro iniuria vltrò illata.

Ὑπαρχή, ῆς, ἡ, Principium, Initium, Ortus. vnde ἐξ ὑπαρχῆς idem quod ἐξ ἀρχῆς. vt Aristot. De part. an. lib. 4, πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς περὶ τῶν ἐναίμων ἐπισκεπτέον, Denuo ab exordio, Rursus ab integro. Luc. κατ᾽ ἐξ ὑπαρχῆς ἀνεβίωσεν, deinde denuo reuixit. | Significat etiā beneficium vltrò collatum, id est priorem beneficentiam, quæ & προϋπαρχή dicitur Bud.

Ὕπαρξις, εως, ἡ, q.d. Existētia. A Budæo exponitur Substātia & Vita: vnde inquit, Ἀνυπαρξία Areopagitæ pro interitu. Quomodo autem ὕπαρξις differat ab οὐσία, vide apud eundem pag. 137. Idem alibi ὕπαρξιν interpretatur subsistentiam in quodam loco vbi ἀπὸ τῆς οὐσίας distinguitur. Apud Alex. Aphrod. Probl. lib. 1, ἔχει ἐν συμμέτρῳ κράσει τὴν ὕπαρξιν τὸ ἀνθρώπου σῶμα, exponitur Constat habitu temperato hominis corpus. Et apud eundē λαμβάνειν τὴν ὕπαρξιν ἐξ αἵματος, Ex sanguine prouenire. Et διδόναι τῇ θριξὶ τὴν ὕπαρξιν, Edere seu producere capillū, τρίχα φύειν. Inuenitur & ὑπάρξεις plur. numero. Ammonius τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τὰς ὑπάρξεις σημαίνουσι τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ ῥήματα τὰς ἐνεργείας ἢ τὰ πάθη. | Ὕπαρξις, Substantia (vt Quintil. loquitur) id est Bona, Facultates. Polyb. ὕπαρξις χρημάτων κατ᾽ οἴκους ἦν ἀργύριον καὶ χρυσός. Sic Apostol. vtitur ad Hebr. 10. ᴇ ᴛ Ἀνυπαρξία contrarium. q.d. Inexistentia. Apud Areopagitā pro interitu, vt modò dictum fuit.

Ὑπαρκτός, Existentiam habens. (Suidas autem ὑπαρκτά exponit μόνιμα & ὑπάρχοντα) ᴄ ᴠ ɪ opponitur Ἀνύπαρκτος, Non existens, vel Qui existere non potest, seu in rerum natura esse. Plut. De prud. anim. ἀσυνέτου καὶ ἀνυπάρκτου γενομένης. Idē, ἀνύπαρκτος ἡ λεγομένη περὶ τὸν σοφὸν ἀπάθεια. Philo De mundo, ἀϊδιότητα & τὸ ἀνύπαρκτον inter se opponit.

Ὑπαρκτικός, vt ὑπαρκτικὸν ῥῆμα apud grammat. Substantiuum verbum, quale est εἰμί, Sum. Eustath. cum alibi sæpe, tum pag. 75.

c.1. Προϋπάρχω, interdum pro ὑπάρχω: vt οἱ προϋπάρχοντες τῶν ποιεῖν εὖ, Qui priores partes occupant in beneficentia, Qui beneficentia præueniunt, Qui priores munificentiam exercent. Eodem sensu apud Isocratem προϋπάρχειν cum genitiuo: vt προϋπάρχειν τῶν εὐεργεσιῶν. Hinc προϋπηργμένα, apud Demosthenem beneficia in quempiam antea collata. Vide Budæi Comment. pag. 138. Rursus apud Isocratem πρὸς Φίλιππον ponitur προϋπάρχειν in malam partē, προϋπάρξαι τῆς ἔχθρας. vt antea habuimus ὑπάρξαι τῆς ἔχθρας.

Προϋπάρχω, Sum ante, Præcedo tempore: vt οἱ προϋπάρχοντες νόμοι, Præcedentes leges, vel Antegredientes tempore, Antiquiores leges. Pausan. ἢ προϋπῆρξεν Ἀγαμέμνονι φόνος Ταντάλου, An præcesserit illi cædes. id est, An præcesserit cædes ab illo perpetrata. Dicitur & προϋπηργμένα pro προϋπάρξαντα, Quæ præcesserunt, Antecedentia facta. Demosthenes Pro corona, οὐ κατηγορίας μὲν δι' οὐδὲν τῶν προϋπηργμένων τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ. Eodem vocabulo eadem in re vtens Aristot. Rhet. lib. 1, dixit, ὅτι καὶ τὰ προϋπηργμένα [ἐπαινοῦμεν] ὡς εἰ ἄξια τοῦ προγόνων καὶ τῶν προϋπηργμένων.

Προϋπαρχή, ῆς, ἡ, Antegressa beneficentia, Beneficētia qua quis præuenit alterum. Aristot. Ethic. 9, ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστιν ἴσον τῇ ἐπὶ προϋπαρχῇ ἀμείψασθαι.

Προΰπαρξις, q.d. Præexistentia. Damasc. τῶν τῆς Ὠριγένους ληρημάτων τὸ ἀπότομα, προϋπάρξιν ψυχῶν δογματισάντων, Qui animas ante corpora creatas iam olim fuisse prodidit. Propriè autem προΰπαρξις Deo tribuitur, vt qui sit & ante ipsam ὕπαρξιν & ante τὰ ὑπάρχοντα, vt Dionysii Areopag. schol. scribit. Vide Bud. p. 139 & 141.

c.1. Συνυπάρχω, Simul sum, vel Vnà sum. Philo De mundo, ἡ τῇ φύσει συνυπάρχοντα, δηλοῖ ἀπαρτώμενα τῆς συζυγίας.

¶ Ἄρχομαι, Incipio, Initium facio, vel Initiū sumo. Od. ο, & aliis locis, ἦρχε τῶν μύθων, quod alibi ἦρχε μύθων. Xen. Hell. 6. ἀρχόμενοι ἀπ' αὐτοῦ ὡς χολάζοντα. Sic ἄρχομαι συζητῶν. Et ἀρξάμενος τοῦ μὴ φαύσματος. Et ἄρχομαι ἀπὸ τούτων, Demosth. Luc. Sic apud Plutarchū Apophth. τὸ μὲν ἀπ' ἐμοῦ ἐμὸν γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται. At Homerus præpositionem omisit, quum dixit Il. ι, Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. Citatur autem & ex Platone De leg. ἀρχόμενος τέχνης, pro Qui initium sumit ab arte. Vt sit perinde acsi legeretur ἀπὸ τέχνης, hanc interpretationem sequendo. Xenophon vsus est & præpositione ἐκ pro ἀπό, dicēs ἄρχομαι ἐκ τῆσδε τῆς ἀρχῆς. Ponitur & cum aduerbio è loco: vt Isocrates Nicocle, ὅθεν περ καὶ ὑποθήσεσθαι προειλόμην. Sed & ἄρχεσθαι ἀρχῆς ex Platonis Timæo affertur pro Rationem principii inire. Præteritum est ἦργμαι: à quo participium ἠργμένος, quo vtitur Greg. sæpe, vt annotat Bud. Interdū autē sine casu, vt ἀρχομένης τῆς νυκτός, Aratus: quod Cicero interpret. Prima de nocte. & θέρεος ἀρχομένοιο, Ad æstatis primordia. Ad verbūm, Incipiente nocte, Incipiente æstate.

Ἄρχομαι, pro ἀπάρχομαι, Od. ξ, — ὁ μὲν θεοῖσιν ἐπεύχετο... πάντεσσιν ἀρχόμενος μελέων. Vide ἀπάρχομαι.

Ἄρχομαι pro Initium habeo. Greg. De theolog. lib. 1, οὐκ ἄρχεται γὰρ ὑπὸ χρόνου ὃ χρόνων δεσπότης. Vide Budæum pag. 134 & 135. Fortasse autem potest ἄρχεται hîc aliter etiam exponi.

Ἄργμα, ατος, τὸ, vel potius plur. ἄργματα, Primitiæ, pro ἀπάργματα (vt modò dixi ἄρχομαι pro ἀπάρχομαι) Od. ξ, Ἦ ῥα, καὶ ἄργματα θῦσε θεοῖς.

Ἀρκτέον, Incipiendum est. Soph. Aiace, ἀλλ' ἀρκτέον τι πρᾶγμα. Philo, ἀρκτέον τῆς αἰτιολογίας.

C. Ἀναρχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nullius imperio subditus. Hesych. ex Soph. Vtitur & Thuc. lib. 5 p. 194.

C. Ἀπάρχομαι, (inquit Bud.) Primitias soluo & decerpo, cum genitiuo Herodot. πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ θύσιας οἱ ... Item, Libamenta facio, ex eodem in Melpomene. Vide Cōment. pag. 141. Plut. Symp. sept. sap. τί δὲ ... ἢ ... ἢ τίνος ἀπαρξόμεθα; Sed & hæc afferuntur huius signific. exempla. Idem Theseo, ἀπάρχεσθαι τῆς κόμης, De coma primitias dat deo, seu offert. Ibidem, ὡς καὶ καρπῶν ἀπάρχονται. Plato De leg. ... ἀπάρξασθαι πάσης ἀρχῆς ἵνα δικαστήν, velut quasdam deo primitias offerentes, vnum iudicem deligere è singulis magistratibus. Idem, ἀπάρχομαι τῷ θεῷ, Pro primitiis aurem præcido. Hactenus vulg. lex. Reperio autem & cum præpositione ἀπὸ, apud Philonem De vita Mosis lib. 5, ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀπάρχεται καρπῶν. At Homerus accusatiuo iungit: vt Iliad. τ, Κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος. & Odyss. ξ, ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Ἀπάρχομαι pro ἄρχομαι. Aristides, ἔδοξεν ἀπάρξασθαι τοῖς τοῦ βασιλέως ἐπιτάγμασι, Placuit delibanda iam esse regis mandata. Ἀπάρχομαι, Primas partes accipio, Primitias occupo, vt apud Aretham, Χριστὸς πρῶτος ἀπῆρξατο τῆς ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ ἐλπιζομένης παλιγγενεσίας. Et apud Gregorium idem Christus ἀπῆρξατο τῆς ἀναστάσεως, pro Edidit primordium resurrectionis. Vide p. 141. ‖ Suidas addit, ἀπάρχεσθαι esse τὸ τοῖς ἀγύρταις ἀργύριον ἐμβάλλειν: apud quem plura vide. ‖ Et apud Eustath. ἀπηργμένον αὐτῷ τὸ διονυσιάζειν, pag. 1183.

Ἀπαρχή, ῆς, ἡ, & frequentius Ἀπαρχαί, Primitiæ. Plutarch. De Rom. fort. ὥσπερ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσιν. Theophylact. epist. ἡ γὰρ τῆς ἀμέλων αὐτὴν ἀπαρχὰς ἐπιμάσθαι. Apud Platonem De leg. Ἀπαρχὴν ἀποτελεῖν. Interdum metaphoricè, vt apud Philonem De vita Mosis lib. 3, ψυχικοὺς καλοὺς ἀπαρχὴν ... ἀπήρξατο. Vbi ἀπαρχὴ exponitur Libamentum. ‖ Ἀπαρχὴ apud Paulum 1 Cor. cap. 15, redditur Initium ab Ambrosio. Hesychius autem hunc peculiariter locum exponit ἀπαρχὴ Χριστός, significare dicens πρῶτος Χριστός. sed mendosè legitur apud eum ἀπαρχῆς pro ἀπαρχή.

Ἀπάργμα idem quod ἀπαρχή, in vulg. lex.

Ἀπαργμα, ατος, τὸ, vel potius Ἀπάργματα plur. numero, idē quod ἀπαρχαί, Primitiæ. Gregorius De baptismo, τὰ τῶν ἀπαργμάτων οἰκείων κημελιώτερον, id est Anniuersariis primitiis, quibus amicis antiqui parentare solebant. ‖ Ἀπάργματα quæ à tragicis appellantur μασχαλίσματα, videlicet τὰ τῷ φονευθέντος ἀκρωτηριάσματα. Vide Etymol.

C. Ἐνάρχομαι, Incipio: vt Plutarchus in Cicerone, καὶ μόλις ἐνήρξατο τοῦ λόγου. Idem ἐνάρχεσθαι sine adiectione dixit in Camillo, ἐνάρχεσθαι μέλλοντος, Quum dicendi initium facturus esset. ‖ Ἐνάρχομαι σπλάγχνων ex Philostrato citatur pro Libationem facio extis. Et ἐνάρχεσθω τις κανᾶ, ex Euripide pro Ritè quis auspicetur canistra, id est Auspicetur tollere è corbe frondes, Erasmo interprete. ‖ Ἐνηργμένος particip. passiua significatione, apud Synesium, τοῖς ἐνηργμένοις ... ἐπικαλουμένοις.

c.1. Προενάρχομαι, Antè incipio, in vulg. lex.

C. Ἐπάρχομαι, (inquit Bud.) Auspicor, Cœpi. Il. α, Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν, id est τὸ πίνειν ἀρξάμενοι, καὶ σπονδὰς ἐπιβαλόμενοι. At Eustath. aliter exponit, quem consule.

C. Κατάρχομαι, Incipio, Inchoo. vt κατάρχεσθαι τῆς μάχης apud Polybium. Sic Plutarchus Symp. sept. sap. κατάρχεσθαι τοῦ λόγου. Et κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν, sæpe apud Demosth. Auspicari sacra. Ex Plutarcho in Publicola affertur κατάρξασθαι τῆς πράξεως, pro Quæ rei autor & hortatrix fuit. ‖ Κατάρχεσθαι (inquit Budæus) est etiam victimam ferire. & ad alia transfertur. Luc. in vita sua, σκυτάλην τινὰ κινδύνῳ ... λαβών, οὐ μετρίως οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατῆρξατο, Capiti meo validè incussit, vt sacrificantes solent. Plutarchus de nece Cæsaris, ἔδει γὰρ ἁπάντας κατάρξασθαι καὶ γεύσασθαι τοῦ φόνου. Luc. de Oreste & Pylade, in Taurica, ἤδη δὲ Ἰφιγένεια κατάρχεται τούτων, id est, Cultrum iam adigit. Quod & καθοσιοῦσθαι dicitur. est enim καθοσιοῦσθαι ferire. ‖ Κατάρχομαι, Hostiam & sacrificium libo. quod fiebat antequam hostiam feriret. Herodotus de Hercule loquens, ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ βωμῷ κατάρχοντο. Apud Homerum autem cum accusatiuo Od. γ, Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο. Vide Bud. p. 140. ‖ Κατάρξομαι θρήνοις ... ἐπ' ... in vulg. lex. affertur ex Herodoto pro Prosequar luctu mortuum herum.

c.1. Προκατάρχομαι, Auspicor. Synes. Vide Budæum 140. Apud Thucydidem autem lib. 1, pag. 10 in principio, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, Valla interpretatur, Neque in suis sacris virum Corinthium præficiebant, quum hoc aut simili modo interpretari debuerit, Neque rem diuinam auspicabantur, viro Corinthio operante sacris. ‖ Προκατάρχεσθαι δίκης, in Pand.

Contestari litem. Et ἡ δίκη προκατήρχεν, ibidem.

Ὑπάρχομαι, Incipio. Gal. χάριν ὑπηρξάμην, Scribere cœpi. Idem, ὡς ὑπήρξατο, pro Vt cœperat. ‖ At quum scribit idem, καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς, ὁπόσαι τέ εἰσι καὶ ὁποῖαι, καὶ περὶ τῶν συμπτωμάτων, Ἱπποκράτης μὲν πρῶτος πάντων ὧν ἴσμεν, ὑπάρξασθαι φαίνεται, interpretor cum Budæo, Præiuisse posteritati & præmonstrasse, vt sit pro εἰσηγήσασθαι. Existimo tamen posse etiam verti, Prima eius scientiæ velut elementa tradidisse.

¶ Ἀρχὴ in altera signif. cum suis deriuatis, partim iisdem, partim diuersis.

Ἀρχὴ, Principatus, (vt ἀρχὴ in altera significatione Principium) Imperium, Dominatus, Ditio. Item, Magistratus. vt in prouerbiali dicto Biantis quod Aristot. refert in Ethicis, ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Thucydides lib. 1, μὴ χρῆσθαι τοῖς λιμέσι τοῖς ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, qui in ditione Athenensium erant. Idem lib. 2, τῆς ἀρχῆς ἀπολυθῆναι βουλόμενοι, Dominatu [Athenensium] liberari cupientes. Idem lib. 1, ὅτι τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε, In illius magistratu. Plurali etiam numero dixit ἀρχὰς lib. 2, καὶ καταλύσας τὰ τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς, id est Conciliabula & magistratus. Pro imperio seu dominatu, cum genitiuo: vt ἀρχὴ ναυτῶν, Imperium in nautas, Plato De republ. Sic ἐν ἀρχῇ στρατοῦ γενόμενος exponitur Qui militibus præfuit. Et ἐν ἀρχῇ γενόμενος, sine genitiuo, Summam potestatem adeptus. ‖ Ἀρχαὶ in vulg. lex. pro principe parte seu sede, ex Alex. Aphr. citatur, ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἱδρῦσθαι τὸ θερμὸν, ἐν καρδίᾳ καὶ ἥπατι.

C. Ἀρχοσλυπιάδης, ου, ὁ, Magistratus ambiens. quasi τὰς ἀρχὰς γλύφων. Etym. & Eust.

C. Ἀρχολάβος, Magistratus susceptor, ad verbum. In vulg. lexicis exponitur Quadrupiator. Habetur apud Hesychium in Ἀρχώνης.

C. Ἀρχολίπαρος, Magistratus ambiens. quasi λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ. Vel, ὁ ἐκ τῆς ἀρχῆς λιπαινόμενος. Etym. & Eustath. Potest & ab ἀρχὸς esse.

C. Ἀρχώνης, ου, ὁ, Magistratuum emptor. Aliter tamen Etymol. Rursus aliter Hesych. Vtrunque vide.

C. Ἀρχαιρεσία, ας, ἡ, & plur. Ἀρχαιρεσίαι, item Ἀρχαιρέσια, ων, τὰ, Comitia. Ita enim Charisius interpretatur ἀρχαιρεσίας. Ad verbum, Electio seu electiones magistratuum. Aristot. Pol. 3, ὅτι τε τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων. Plutarchus autem ἀρχαιρέσια dixit neutro genere, vt testatur Bud. Comm. pag. 142. Ἀρχαιρεσία autem vel potius ἀρχαιρεσίη Ionicè, affertur ex Herodoto.

HINC Ἀρχαιρεσιάζω, Comitiis intersum, Ad comitia eo. Item, Creo & designo in comitiis magistratum, Bud. ibidem, ex Plutarcho. Ἀρχαιρεσιάζω exponitur etiam Magistratum ambio, Prehenso, Liuio: Sum magistratuum cādidatus. Plutarchus in Othone, ἀρχαιρεσιάζοντες ὑπὲρ Ὄθωνος, Pro Othone ambientes. ET ΣΥΝαρχαιρεσιάζω, In petitione adiuuo, Candidato faueo & adsum: vt ibidem scribit.

C. Ἄναρχος, Principe seu duce vel dominatore carens, Qui nullius dominatui subest. Il. β, Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν. Plato De leg. lib. 12, μηδέποτε ἄναρχον μηδένα εἶναι. ET Ἀναρχία, Status eorum qui principe seu dominatore carent. (q.d. Principis aut dominatoris carētia) Philo De vita M. lib. 3, ὥσπερ ἀναρχίας γενομένης, ἄφνω πρὸς ἀσέβειαν ὥρμησαν, quasi tum imperium nullum esset. Ἀναρχία, inquit Bud. dicitur de republ. quum carent magistratibus. Xen. Hell. 8, de statu Atheniēsium dixit sub XXX tyrannis. ‖ Ἀναρχία, Contumacia aduersus eos qui nobis præesse debent, Detrectatio imperii. Item, Soluta licentia, Licentia qua vnusquisque pro libidine omnia agit. Sumitur autem ex consequente hæc significatio. licentia enim est vbi vel nullus est qui imperet, vel imperium detrectatur. ἀναρχία δούλων καὶ παίδων Bud. ex Aristot. Polit. pro licentia. Sic exponitur & in hoc Platonis loco, lib. 12 Leg. τὴν δὲ ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ παντὸς τοῦ βίου, &c. (vbi tamen videndum num & in altera signif. sumi possit) Philo De vita Mosis lib. 1, ὅταν εἰς ἀναρχίας ἐκδιαιτῶνται, quum imperium detrectantes insolescunt.

C. Πολύαρχος, ου, ὁ, & Πολύαρχον, substāt. pro πολυαρχία, Multorū dominatus. Naz. τὸ πολύαρχον στασιῶδες, Vbi multi dominantur, ibi seditio esse solet. ET Πολυαρχία, idem quod Hom. πολυκοιρανίην appellat.

C. Φίλαρχος, ου, ὁ & ἡ, Imperii seu imperandi cupidus.
ET Φιλαρχία, Imperii seu imperandi cupiditas, aut dominandi.

Composita autem cum præpositionibus nomina quære post verba, vt ἔξαρχος post ἐξάρχω, & ὕπαρχος post ὑπάρχω, &c.

C. Μόναρχος, ου, ὁ, vel Μονάρχης, Monarcha, Qui solus dominatur, seu imperat. Æschyl. Prom. vincto, — ὁρῶν ὅτι Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Thucyd. lib. 1, τύραννον δὲ ἐῶμεν ἐγκαθεστάναι πόλει, τοὺς δ' ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν. Sic & apud Herodot. in Thalia μουνάρχους, Ionicè inserto υ. Apud Aristot. & alios μονάρχης. ET Μοναρχία, Solius dominatus, Vnius imperium, Monarchia. Herodot. in Thalia, κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται; ET Μοναρχικὸς, Ad monarchum pertinens, seu ad monarchiam. μοναρχικὴ δύναμις, Monarchæ potentia. Et apud Platonem τὸ μοναρχικὸν quod peculiare est monarchiæ. ‖ Μοναρχικὸς, (inquit Bud.) Monarchiæ fauens. Appian. Ciuil. bell. 5, ἐχθρὰ δὲ Φουλβίας ἡδομένη μοναρχικῆς. ET Μοναρχέω, χῶ, Solus impero, seu dominor. Et pass. Μοναρχοῦμαι, vt regio dicitur μοναρχεῖσθαι quæ vnius duntaxat dominatui subest, quæ ab vno solo regitur. Interdū autem μοναρχεῖν genit. habet, vt apud Strabonem lib. 5, ὑπὸ τοῦ Σύλλα μοναρχήσαντος Ῥωμαίων.

C. Ὀλιγαρχία, ας, ἡ, Paucorum dominatus. Thuc. 6. pag. 211, φήσει τις, δῆμον ξύνετον οὐκ ἴσον εἶναι, ὀλιγαρχίας δὲ μέρος. Idem lib. 8, p. 291, ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται. Sciendū est autē ὀλιγαρχίαν dici etiā peculiarius paucorum eorumque diuitum dominatum. Ὀλιγαρχία (inquit Bud.) Pla. De rep. lib. 8, 104 & 10—, ἡ ἀπὸ τιμημάτων κατάστασις τῆς πολιτείας. Sic ab ipso appellatur ἐν ᾗ οἱ πλούσιοι μόνοι ἄρχουσι. ET Ὀλιγαρχικὸς, Ad oligarchiam pertinens. Et ὀλιγαρχικὸν peculiare oligarchiæ. Apud Thuc. autē lib. 8, p. 285, ἐν ὀλιγαρχικῷ κόσμῳ, i. Statu oligarchiæ. Idē lib. 6 p. 216, ὅτι συνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ. ‖ Ὀλιγαρχικὸς, Oligarchiæ fauens, Paucorū dominatu gaudens. ET Ὀλιγαρχέω, χῶ, vnde ὀλιγαρχοῦντες, Pauci dominatum obtinētes. Et πόλεις ὀλιγαρχούμεναι, apud Platonem. & Aristot. Ciuitates dominatui paucorum subditæ.

C. Ἀρχηγὸς, οῦ, ὁ, Præses, Dux, Autor. Isocr. Panath. δικαίως ἐκείνους μὲν ἅπαντες εἰκάζοιμεν ὡς ἀρχηγοὺς γεγενημένους καὶ διδασκάλους τῶν τοιούτων ἔργων. Tale est ἀρχηγὸς τοῦ κακουργήματος quod exponitur Princeps & architectus maleficii, ex Cic. pro Cluentio. Idē Isocr. Nic. Τεῦκρος μὲν ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς, Autor generis, vel Princeps generis, vt Ouid. loquitur. Ita vsus est & Plut. in Alcib. τὸ Ἀλκιβιάδου γένος ἄνωθεν Εὐρυσάκην τὸν Αἴαντος ἀρχηγὸν ἔχειν δοκεῖ. In Anthol. epigr. Τόλμα ναυτιλίης ἀρχηγὸς, audacia autor nautū. ET Ἀρχηγικὸς (vt inquit Bud.) Principalis, Præcipuus: vt ἀρχοειδής. Areop. τούτων γὰρ εἰκότως τῶν ἔργων ἀρχηγικώτεροι ὡς ὄντες ὅσιοι, οὐχ ὥσπερ πρεσβυτέρας τῶν ἄλλων αὐτοῦ δωρεὰς ὑμῶν εἶναι.

C. Ἀρχηγέτης, ου, ὁ, Præses, Princeps, Dux, apud Herodotū. Quā signif. ἀρχηγὸς quoq; habet interdū. Ἀρχηγέται Hesych. nō solùm ἄρχοντες, sed & peculiariter ἥρωας ἐπωνύμους τῶν φυλῶν, οἳ ἦσαν ἐν Ἀθήναις. Xen. Hell. 6, Ἡρακλεῖ τε τῷ ἡμετέρῳ ἀρχηγέτῃ. Vide Ἀρχαγέτης. Et Ἀρχηγέτις fœm. gen. Plut. Alcib. ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ. quod quidā ex Cic. exponūt etiā Patrona. ET Ἀρχηγετεύω, Principatum obtineo, Præsū. AT Ἀρχηγετέω, τῶ, apud Soph. Electra, pro Incipio, Auspicor. ITEM Ἀρχηγετέω idē quod Ἀρχηγετεύω.

C. Ἀρχαγέτης cum α in secunda syllaba, Dorico sermone (aut etiā peculiariter Spartano) apud Plut. in Lycurgo, qui ἀρχαγέτας appellari reges scribit. ἀρχαγέται δὲ, inquit οἱ βασιλεῖς λέγονται.

Ἀρχικὸς (inquit Bud.) Imperitandi peritus vel cupidus. vnde ἀρχικώτατα ἔθνη, Isocr. dixit in Panegyrico. Idem alibi hunc locum afferens dicit ἀρχικὸν dici vel Imperitare solitum, vel Ad imperitādum aptum. Sed inuenio ἀρχικὸς simplicius etiam positum: vt apud Synes. ἀπὸ τῆς αἰτούσης τε τέχνης τῆς ἀρχικῆς, Ab arte imperatrice vel gubernatrice. Et apud Aristot. Polit. 4, τὸ γὰρ ὅπλα τὸ ἐν

itized by Google

ἀρχιώτερόν ἐστι, exponitur ἀρχικώτερον Imperiosius. Plutarchus autem genitiuo iūxit ἀρχικός, in opusc. De lib. instit. καὶ ὁ μὲν τοῦ ἀρχικός ἐστι τοῦ λόγου.

Ἀρχεῖον, ου, τὸ, Magistratuum curia, Locus collegii cogendi Bud. ex Paus. Idem pro ἀρχὴ id est pro ipso magistratu ex Aristotele affert. Vide pag. 131. Ἀρχεῖον exponitur etiam Archiuum, (quam vocem ex illa sumptam esse constat) item Tabularium ex Cicerone. Est autem Seruio (in illud Virgil. – nec populi tabularia vidit) Armarium & instrumentum publicum in quo acta publica asseruantur. Quod optimè conuenit cum iis quæ de ἀρχεῖον ab Hesychio & Suida scribūtur. ‖ Bud. illo in loco addit, τὰ ἀρχεῖα non modò τὰ βασίλεια (id est regiam) sed etiam in castris prætorium & principia significare apud Xenophontem sæpe. Sic Plut. in Galba, ἀκόλαστον οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ, καὶ διεφθείρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις. Suidas (si eius exemplaria mendo carent) apud Xenoph. legit ἀρχαῖα.

Ἀρχίδιον, ου, τὸ, (q.d. Imperiolum) Paruum imperium. Itē, Paruus magistratus, Magistratus pedaneus, vt Budæus vertit in hoc Demosthenis loco, ὑποχαμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν ἀρχιδίοις. Aristophanes in Auibus, λαχόντες ἀρχίδιον.

Ἄρχω, Principatum obtineo, Impero, Imperium teneo, Dominor, Præsum. Item, Magistratum gero, seu Magistratu fungor. Il. α, Ἀτρείδη σὺ δ' ἄρχε. σὺ γὰρ βασιλεύτατος ἐσσί. Idem datiuo alicubi iungit: vt Il. π, Ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι. Sed in prosa genitiuo potius iungitur: vt Xenoph. Pæd. 1, circa initium, ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ζώων εἶναι ῥᾷον ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν. Et paulo antè, ἄρχοντες εἶναι καὶ οἱ βουκόλοι τῶν βοῶν. Apud Thucydidem lib. 2, ἄρχειν τῆς στρατιᾶς, Ducem esse, seu imperatorē. Cum accusatiuo autem dicitur ἄρχειν ἀρχὴν, Magistratum gerere, Magistratu fungi. ‖ Ἄρχομαι pro ἄρχω, id est Impero, Imperium obtineo, in vulgatis lexicis perperam ponitur, ex Il. β, Ἄρχευ Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. Ibi enim ἄρχευ non est pro ἄρχου, sed mendosè scriptum est ἄρχευ pro ἄρχ' cum apostropho, id est ἄρχευε, ab ἀρχεύω, quo alibi vtitur Homerus.

Ἄρχων, Principatum obtinens, seu imperium, Qui præest, vel præfectus est, Magistratus. Aristot. De mundo, ὅσῳ στρατιᾶς ἄρχοντι, ἢ πόλεως, ἢ οἴκου. At ex Plutarchi Fabio citatur, ὑμῶν τῶν ἄλλων ἄρχων ἐστὶ, pro Vobis aliis in rebus imperat. Sæpe sine genitiuo. Polyb. οἱ καθιστάμενοι μὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων, ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ PRAEFECTI. ‖ Sed ἄρχων priuato nomine peculiarique dicebatur Athenis qui ita præerat iudicibus, iudiciorumque moderator erat vt Romæ Prætor. Vide Bud. pag. 130. Hinc sæpe apud Demosthenem ἐπὶ ἄρχοντος, addito nomine huius vel illius: vt ἐπὶ ἄρχοντος Νικοκλέους, & ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, &c. in orat. Pro corona. Cicero Græcam hanc vocem retinuit.

Ἄρχομαι, Sum sub principatu seu dominatu, Sum sub imperio (dicitur etiam Subesse imperio) Mihi imperatur. Herodianus lib. 6, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐπίσκωπτον ὡς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀρχόμενον. Vbi Politianus interpretatur, Quod sub matris autoritate adhuc esset. ἄρχομαι δουλικὴν ἀρχὴν apud Aristotelem in Pol. redditur Seruile iugum fero. Sæpe verò redditur Ἄρχομαι verbo Pareo vel Obtempero: vt ἄρχομαι ὑπὸ τῶν νόμων, Plutarchus in Apophth. Obtempero legibus. Et ἄρχομαι ταῦτα, Plato De legibus, In his pareo. Sic verò & Cicero ἄρχεσθαι vertit apud hūc ipsum, (vt videbis in meo lex. Ciceroniano) lectorem tamen admoneo vt diligenter attendat quibus locis hæc interpretatio cōueniat: quæ alioqui multis non conuenit, & qua in plerisque abusos esse interpretes comperi. Non enim quicunque ἄρχονται, dici possunt parere: quum rebelles non desinant propterea ἄρχεσθαι. Obseruandum est autem ἀρχομένους sæpe dici sine adiectione pro iis qui sunt sub imperio vel dominatu, seu ditione alicuius: & qui alio nomine ὑπήκοοι appellantur: Latinè (vel potius nō satis Latinè) subditi. Xenophon Pæd. 7, τὸ βελτίστους ἄρχοντα ὑπὸ τῶν ἀρχομένων. Idem 8, οἱ ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐτίμων.

‖ Ἄρχομαι, pro ἀρχὴν ἔχω, vide post ἄρχομαι significans Incipio.

Ἀρχόμενος, pro ἀρχόμενος, Etym.

Ἀρχός, οῦ, ὁ, Princeps, Qui imperium obtinet, Dux. Vox est poetica pro qua in prosa ἄρχων. Il. β, – οὐ μὲν ἔοικεν Ἀρχὸν ἐόντα, κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν. Interdum cum genitiuo, vt eodem libro, Ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε προπάσας. ‖ Ἀρχός, Podex. Item Intestinum rectum, apud Aristot. in 4 De gen. animal. vt habent vulgata lexica. Suspicor autem huic significationi (podicis inquam) occasionem præbuisse eiusmodi aliquem iocum qualis est in Anthol. epigr. in eo quod incipit Πορδὴ ἀποκτείνει πολλούς, &c. ET Ὄρχαμος itidē pro ἀρχὸς, id est princeps: & ex eo ortum. nam ex ἄρχω fit ἀρχὸς, deinde ἄρχαμος (ea forma qua πλόκαμος ex πλόκος) & mutato α in ο, ὄρχαμος. Scio tamen & aliam deductionem afferri. Cæterùm ὄρχαμος ab Homero iungitur genitiuo, Od. ξ, – συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν. vbi Eustathius ait ita vocari subulcum, vel tanquam ἀρχικὸν ἄνδρα, vel tanquam ἄρχοντα δούλων ἑτέρων. Ego vero existimo ita dici vt Gall. *C'est le roy des hommes*. Quo etiam modo iocatus est autor opusculi quod Moretum inscribitur, de illo suo fortissimo heroe.

C. ἘΠάρχω, Impero, Imperito, Dominor. Xen. Pæd. 4, χώρας ἐπάρχει πολλῆς. Sic Εὐφράτης ἐπάρχων, Isocr. Paneg. Et ἐπάρξαντας Μακεδονίας, apud eundem. ‖ Ἐπάρχειν, vt inquit Budæus, significat etiā Præesse, Præfici (malim Præfectum esse, faciendo Præfectum nomen) vt Herodianus, ἦσαν δὲ αὐτοῦ ἐπάρχοντες τῶν στρατοπέδων δύο.

HINC Ἔπαρχος, Præses, Præfectus: vt ἔπαρχος πόλεως apud Herodianum. item ἔπαρχος τοῦ στρατοῦ vel τῶν στρατοπέδων, Præfectus vrbis, vel Præfecturam vrbis gerens, & Præfectus exercitibus, vel Præfectus prætorii, vt Politianus alicubi vertit. Plutarchus in Galba, ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, Aulæ præfectus. Ibidem, τῆς αὐλῆς καὶ τῶν δορυφόρων ἔπαρχος. Ponitur etiā interdum ἔπαρχος sine adiectione. & sic vtitur Herodianus quoque, vbi Politianus interpretatur Præfectum. Quidam ἔπαρχον per se positum significare aliquando putant Præsidem prouinciæ, Prætorem. HINC Ἐπαρχία, Præfectura, Prouincia. Plutarchus, Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας.

ET Ἐπαρχιώτης, Prouincialis, Qui est ex prouincia. Et fœm. genere ἐπαρχιῶτις in Pand. (vt scribit Bud.) Prouincialis mulier.

C. ΚΑΤάρχω, Imperito, Dominor, Præsum, Plato in Protagora, σὺ γὰρ κατάρχεις τοῦ λόγου. Sic Basil. οἱ τῶν ψυχῶν ὑπεροψίαν λαβόντες, ἔτι καὶ τῶν ψυχῶν κατάρχειν φιλονεικοῦσι.

C. ΣΥΝάρχω, Vnà impero, seu dominor, Vnà magistratu fungor, Collega sum in magistratu. Dem. ITEM Συνάρχος idem quod συνάρχων, Collega. ET Συναρχίαι συνιοῦσαι, Collecti magistratus. in vulg. lex.

C. ὙΠάρχω, Impero, Imperium gero, Præsum. Strabo de Sybaritis loquens, τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε. Bud. autem postquam ὑπάρξαι poni dixit pro ἄρξαι, id est ἀρχὴν τινὰ ἄρξαι, ex Synesio affert, ὥστε ἄρξαι ποτὲ προσδοκᾶν, ἢ ὑπάρξαι μεγίστῃ ἀρχῇ. Vbi tamē videtur Synesius compositum à simplici voluisse distinguere. ET Ὕπαρχος, Præses, Præfectus. Herodotus in Terpsich. καὶ καταστησάμενος Ἀρταφέρνεα ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ ὁμοπάτριον ὕπαρχον εἶναι Σαρδίων. Xen. Pæd. 8, pag. 128, διδάσκειν τὸν ὕπαρχον τινὰ ὅ, τι τις βούλοιτο· ἐκείνους δὲ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐρεῖν. Idem Hellen. 7, pag. 372, καὶ Ἀνδρόμαχος μὲν ὁ Ἠλεῖος ὕπαρχος, ὅσπερ αἴτιος ἐδόκει εἶναι συνάψαι τὴν μάχην. Budæus de huius vocabuli significatione in Comm. ita, ὕπαρχος rector prouinciæ dicitur à Strabone de Ægypto loquente. Apud Lucianū significat etiā legatum in exercitu. Apud Aristot. & Herodotum significat σατράπην. Hæc ille, qui in lex. scribit ὕπαρχον pro præside & præfecto à Gregorio sumi. Locum autem Luciani in quo pro legato poni ait, hunc esse arbitror, in Dialogo Alex, Annibalis, &c. vbi dicit Annibal, ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν, τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ, μεγίστων ἠξιώθην, ἄριστος κριθείς. In vulg. lex. ὕπαρχος exponitur etiam Proprætor. Hesychio autem ὕπαρχος est οἰκονόμος, πολέμου στρατηγός. ‖ Ὕπαρχος tamen propriè (addit Budæus) τὸν ἀρχόμενον significat, hoc est τὸν ὑπ' ἀρχὴν ὄντα: ὕπαρχος

Digitized by Google

verò τῷ ἐν ἀξιώματι. Sophocles Aiace, Ὕπαρχος ἄλλων δεῦρ' ἐπελθὼν, οὐχ ὅλων Στρατηγὸς, ὥστ' Αἴαντος ἡγεῖσθαί ποτε. Hactenus ille. At ego discrimen hoc apud scriptores Græcos obseruatum non reperio: qui (vt opinor) itidē quum ὕπαρχον vocant præfectum seu præsidem, præpositioni ὑπὸ subiectæ alii potentiæ significationem includunt: vt sit ὕπαρχος quasi ὁ ὑπ' ἄλλῳ ἄρχων, vt ὕπαρχος quum pro satrapa ponitur significat τὸν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ ἄρχοντα, adeo vt aptissimè reddi posse videatur Gallica voce *lieutenant*. quæ certè & ipsa vtrunque itidem significat. nam qui sub rege alicuius loci imperium obtinet, dicitur *lieutenant du roy*: quòd si cōtingat aliquē in eius locum ad tempus suffici, hic eius legatus dicetur itidem esse *le lieutenant du lieutenant du roy*: vt ὕπαρχος dicitur priore significatione ὁ ἄρχων ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, at posteriore, ὁ ἄρχων ὑπὸ τῷ τοῦ βασιλέως ὑπάρχῳ. In illo tamen Sophoclis loco & similibus ὕπαρχος ἄλλων, fateor resolui aptius in ὑπὸ τινὰ ἀρχόμενον. B

¶ Ἀρχεύω, idē quod ἄρχω, Dominor, Impero. Il. ι, Ἀρχεύειν Τρώεσσι κ. κρατερὰς ὑσμίνας. Sic & Il. β, Ἀρχεύ' Ἀργείοισι κ. κρατερὰς ὑσμίνας. ita enim legendum ἀρχεύ' cum apostropho (vt sit pro ἄρχευε) sicut editio mea habet: non ἄρχευ, vt superiores. quod esse pro ἄρχου, tanquam ab ἄρχομαι, falsò annotatum fuit in vulg. lexicis, vt admonui antea. C

C. Ἀρχίατρος, Princeps medicorum, Ἀρχιβουκόλος, Princeps pastorum, Ἀρχιγραμματεὺς, Princeps scribarum, Ἀρχιερεὺς, Princeps sacerdotū, &c. vide in Ἰατρὸς, in Βουκόλος, & ita de cæteris. Verùm sciendum ἀρχι non semper in his compositis verti Princeps, sed interdū Præfectus, vel Qui præest: interdū etiam aliter. Sic ἀρχίατρος vertì etiam potest Qui medicis præest. D

ἌΡΩ, Apto, Adapto. Vel neutra signif. Cōgruo. Vix dici potest quàm multa vocabula ab hoc themate deriuent grammatici, alioqui tamen inusitato, (vt ego quidem arbitror) licet ab eo formata quædam tempora non rarò apud poetas sint in vsu. Ego hic ex Etymologico & Eustathio quædam quæ ad sequentia viam nobis velut sternāt, proferam: quibus & mea adiungam.

Ἄρσαντες κ. θυμὸν exponit Etymol. ἁρμόσαντες κ. ψυχήν. Sunt autem ista verba ex hoc loco Iliad. α, Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ Ἄρσαντες κ. θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσται. Vbi ἄρσαι κ. θυμὸν volunt esse Congruum animo & desiderio alicuius reddere: vt videlicet id in quo alicui gratificamur & in quo satisfacimus, animo eius id animo eius velut congruū est. Sed quod attinet ad deductionem, ponitur hæc, vt receptissima, ita & simplicissima: vt sit ἄρσαντες ab ἄρσω futuro Æolico verbi ἄρω. Sic & Od. α, Νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν ἐείκοσιν. vbi ἄρσαι νῆα est munire & instruere: quod qui facit, aptam reddit. Sic Apoll. Arg. ι, δώσειν τε ξεινήϊα καὶ ἀσσέα ἄρσαι νῆα. At Od. β, Ὅ πλωτῆρι τ' ἦια καὶ ἄξιον ἄρσον ἅπαντα Eust. exponit quidē γέμισον, sed dicit esse ἐκ τοῦ συνάγεσθαι τὰ ἁρμόζοντα, quia ἥρμοσαι τὸ πληρούμενον τῷ πληρουμένῳ. Apud Hesiodum habetur media vox ἀρσάμενος pro ἄρσας, vbi canit, Ἥφαιστος τοίνυν σάκος μέγα τε στιβαρόν τε Ἀρσάμενος τεχνήσατο, id est Aptè fabricatus, vt quidam interpretantur. sed vide infrà alio sensu dictum ἀρηρὸς παλάμαις δόρυ. Legitur & compos. ἐπάρσαι, tanquam ab ἐπάρω, Il. ξ, — πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε Κληῗδι κρυπτῇ, id est ἐφήρμοσε, inquit Eustath. ab ἄρω ἄρσω, Æolicum barytonum. vnde & illud, ἄρσαντες κ. θυμόν. Inuenitur & ἄρηρε in actiua signif. pro ἥρμοσε, de quo paulo pòst. G

Ἄρθεν pro ἄρθησαν, id est συνηρμόσθησαν, apud Homerū Il. π, v. 210, Μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν ἐπεὶ βασιλῆος ἄκουσαν. Pro συνηρμόσθησαν, inquit Eust. ab ἄρω τὸ ἁρμόζω. Affert tamen & aliam expositionem, sed quam minus probat.

Ἄρηρα, præt. medium, de cuius formatione ita Etym. Ἄρω, id est ἁρμόζω, futurum ἀρῶ: præteritum medium ἦρα. Est & ἀρῶ circunflexum, futurum ἀρέσω, præteritum ἤρεκα, medium ἦρα, & per ἀναδίπλωσιν Atticam, (id est per reduplicationem Atticam) ἄρηρα, participium ἀρηρώς. Progrediens autem longius ad formandum participium ἀραρυῖας quod apud Homerum habetur, addit, Et mutatione Dorica vocalis η in α, fit me- H

Παράβασις, Transgressio. vt παράβασις τοῦ νόμου. Interdum autem παράβασις sine adiectione pro παράβασις τοῦ νόμου seu τῶν νόμων, ponitur, quæ & παρανομία. Atque ita illo nomine vtitur Paulus, qui & παραβάτας plur. num. dicit epist. ad Gal. c. 3. Autor autem epist. ad Hebr. cap. 2, παράβασιν & παρακοὴν copulauit. | Παραβῆναι χαμαὶ in vulg. lex. exponitur Prodeo in medium, ex Aristoph. Quum tamen in iisdem ex illius schol. annotetur παράβασιν in comœdiis appellatam, quum chorus ad populum conuersus, aliquid extra fabulæ argumentum loquitur. Quod quia anapæstis versibus fieri solebat, ἀνάπαιστος nominatam fuisse. Esse autem παράβασιν πολλὰς quæ quasdam versuum cæsuras haberet. at eius partem nomen habuisse κομμάτιον. Bud. annotat duntaxat παράβασιν esse comœdiæ partem, remittens ad hũc sch. HINC Παραβατικὰ μελύδρια, pro versiculis quib' hæc parabasis cõstat, citatur ex schol. Aristoph. in Vesp.

H Παραιβασία poetis idem quod παράβασις, vnde παραιβασίαις apud Hesiodum pro delictis (ad verbum, transgressionibus) in Theogonia, de Parcis, Αἵτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσι.

Παραβάτης, Transgressor, Violator legis. Hoc autem

cc.iii.

Digitized by Google

nomen ecclesiastici scriptores peculiariter dederunt Iuliano Imperatori, παραβάτην eodem sensu quo & ἀποστάτην vocantes. | Παραβάτης (pro quo apud Homerum παραιβάτης) Qui è curru pugnat, Dominus currus, vt inquit Bud. citans ex Xenoph. Pæd. 7. ἐκ μὲν [ἅρματα] καὶ ἀναλαβόντες τοὺς παραβάτας, ἐκ δὲ καὶ ἀπολιπόντες. Apud Poll. legitur παραιβάτης, quem à Platone ἀναβάτην μικρὰ ἀνθα nominari tradit.

Ἀπαράβατος, ο, ὁ καὶ ἡ, vt ἀπαράβατος νόμος, apud Epictetū, Lex quam nemo transgreditur, vel Lex quam nemo transgredi potest. | At verò ἀπαράβατον ἱερωσύνην in epist. ad Hebr. cap. 7 exponitur Sacerdotium quod præterire non potest: & ex sequenti Sacerdotium perpetuum. | Ἀπαράβατος δύναμις pro ἀδιάπτωτος apud Gal. κατὰ τόπους, & apud Paulum Ægin. Compositio cuius facultas non fallit. In vulg. lex.

C. ΠΕΡΙβαίνω, Circumeo. Et apud Homerum Circumeo protegendo, Vel Circumeundo protego. Vide quæ dixi in Ἀμφιβαίνω. AT Περιβάδην ex Polluce exponitur Pedibus alternatim motis.

C. ΠΡΟβαίνω, Prægredior, Antegredior, Præcedo. Aristot. οὐ προβαίνει τὸ ἀριστερὸν τὸ δεξιὸν, ἀλλ' ἐπακολουθεῖ. Nisi fortè pro τοῦ ἀριστεροῦ legendum est τὸ ἀριστερόν. Et Προβαίνω metaph. Antegredior, Anteeo, id est Antecello, Supero. vt Il. ζ, v. 125, — ἀτὰρ μὲν νῦν γε πολὺ προβέβηκας ἁπάντων Σῷ θάρσει. Et Il. ψ, in fine, — ἴδμεν γὰρ ὅσον προβέβηκας ἁπάντων, Ἠδ' ὅσσον δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος. vbi Eustathius exponit προέχεις. Ab Hesiodo autem accipitur & pro Præsum, Imperium obtineo: Τρηχῖνος προβέβηκε.

Προβαίνω, Progredior, Prouehor. metaph. etiam Polyb. καὶ τότε εἰς τοῦτο προβαίνειν ἀμφοτέρων ἀδικίας καὶ τόλμης ὥστε &c. id est προελθούσης. Et προβεβηκώς, Qui progressus est aut progressum ad aliquid fecit. De tempore etiam dicitur. vnde προβαίνοντος χρόνου, Progressu temporis Ad verbum, Progrediente tempore. Itidem προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ vel τῷ χρόνῳ, Qui est ætatis prouectæ. Vsitatius tamen προβεβηκὼς vel προβεβηκυῖα sine adiectione. Luc. ὅπου ἰδὼν τούτων τινὰ μάλιστα προβεβηκότων. Plut. in Camillo, καὶ τοὺς οὐκ ἐν ὥρᾳ τῆς πολιτείας, ἀλλ' ἤδη προβεβηκότας. Plato epist. ἡλικίας εἰς τὸ πρόσθεν προβαίνειν. At nouè dictum à Luca Euang. cap. 1, προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν. | Item Progredior, id est Prodeo. vt προβαίνειν τῆς οἰκίας, apud Chrysost. De sacerd. | Ex Aristoph. autem affertur προβαίνειν & cum accus. πόδα, pro Prodire.

Πρόβασις, Prægressio, vel Progressio, sequendo signif. verbi: sed exponitur & βοσκημάτων κτῆσις ab Hesychio. de qua signif. vide in Πρόβατον. ET Προβάδην aduerb. apud Hesiodum pro Inter progrediendum, Inter eundum: Μήτ' ἐν ὁδῷ μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς. vbi (vt tradit Cam.) vetat meiere procedentem. quia hoc fieri vult à subsidentibus, aut applicantibus se ad parietem. AT Πρόβημα, exponitur Progressus. à Suida autem πήδημα (id est saltus) in isto iambico Aristoph. in Pluto, ἐν τοῖσι δὲ Εὐβοῖς γερόντων ἀρύθμοις προβήμασι.

C. ΠΡΟΣΒαίνω, Ascēdo, Coscendo. Hom. Il. β, Ἥρη μὲν ῥα θεὰ προσεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον. Cū dat. autē in soluta or vt Plut. προσβὰς τῷ τειχίῳ. & προσβαίνειν μεγάλῳ. | Est etiā Accedo. vnde πρόσβασις pro accessu apud Polyb. sæpe, vt tradit B. | At Il. λ, λὰξ προσβὰς est pro λὰξ ἐμβὰς, Calcibus insultans. HINC Πρόσβασις, Ascensus. Itē Accessus, vt modò dictū fuit. ET Προσβατὸς, vt χωρίον ἔνθα οὐ προσβατὸς θανάτῳ ex Xen. Locus quē mors cōscendere nequeat, vel Ad quē accedere. AT Ἀπρόσβατος cōtrà Inaccess?. vt Luc. in Cauc. ἀπότομοι πέτραι καὶ ἀπρόσβατοι.

C. ΣΥΜβαίνω, Congredior, Pedem confero. Soph. Aiace, p. 70, Ὅν δ' ἐθέλω μολεῖν οὐδ' συμβῆναι ποδὶ. vbi schol. exponit συνελθεῖν.

Συμβαίνω, Cōuenio, Transigo, Paciscor, Fœdus ineo. Thuc. συνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσιν σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ ὅπλα. Cum illis pepigerunt, vel Fœdus inierunt. Alibi cum πρὸς iungit, ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. Et συνέβησαν ἐπὶ τούτοις ex Herodoto in Clione. Et ex Aristoph. κατὰ ξυνέβημεν, pro Inter nos cōuenit. Idem in Ranis, Οὐ γὰρ Ἀθηναίοις συνέβαινεν Αἰσχύλος, Non cōueniebat Atheniensibus cum Æschylo, Vel, Non conueniebat inter Athenienses & Æschylum. Cam. Rursum Thucyd. συνέβησαν καθ' ὁμολογίαν, pro Deditionem fecerunt. Vel, Tandem composuerunt, & in fidem recepti sunt. Vsurpatur & pass. hoc verbū in signif. paciscendi vt apud eundem Thuc. lib. 4, ἕως ἂν τι περὶ τῶν πλειόνων ξυμβαθῇ. Συμβαίνω, Consentio. vt apud Synes. epist. 58, ἐνταῦθα δὲ ἡ γλῶττα τῇ γνώμῃ συνέβαινε, Lingua cum mente cōsentiebat. Sic in hoc adespoto loco qui à Suida affertur, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν, εἰ συμβαίνει τοὺς λόγους τοῖς πράγμασι. Et Συμβαίνει, Conuenit, Cōsentaneū est, Aristot. sæpe. Itidem συμβαῖνον, Consentaneum, Conueniens, Aristot. Polit. 106.

Συμβαίνω, Contingo, Euenio, (cui signif. immeritò primus dari solet locus) vnde τὸ συμβαῖνον quod contingit, τὸ συμβὰν seu συμβεβηκὸς quod contigit. Interdum verò τὸ συμβαῖνον seu τὸ συμβὰν redditur Euentus. Demosthenes, συμβαίνει παρὰ τοῦτο τὸ χεῖρον. Thucyd. lib. 2, καὶ ἄλλο πάσχοντας ὅ, τι ἂν ξυμβαίνῃ. Idem ibidem lib. 1, ξυνεβεβήκει Ἀθηναίοις τοῦτο, Hoc Atheniensibus vsu venerat. Demosth. εἰ γὰρ ἔφη μοι συμβαίη ἡ ἀτυχία. Synes. ἐπὶ συμβαίη, pro Si quid secus acciderit, Bud. Sæpe autem cum infinit. Thuc. 1, ξυνέβη δὲ τοὺς τῶν Ἐπιδαμνίων πολιτευομένους παραγενέσθαι ὁμολογίᾳ. Plut. in Fab. ὥστε κακῶς ἀκούειν καὶ καταφρονεῖσθαι συνέβη τὸν Φάβιον, contigit vt malè audiret & contemptui esset Fabius. Demosth. Phil. 1, συμβαίνει καὶ νῦν σκοπεῖν. Idem Olynth. 2, βραχέος λόγου συμβαίνει δεῖσθαι, Contingit vt nobis opus sit. In quibus Demosthenis locis paulo aliter accipitur συμβαίνειν quàm in illo Plut. possumúsq; & per Fit in illis interpretari. Interdum verò additur infinitiuus qui abūdat: vt apud Thucyd. 3, αὐτὸ δὲ ἐναντίον ἂν μοι δοκεῖ τὸ παθὸν ξυμβῆναι γίγνεσθαι. Hic enim sine γίγνεσθαι eadem manet sententia. At Plato iunxit aliquoties hoc verbum cum participio, vt epist. 7, ξυνέβη γιγνόμενος. Ibidem, τὸ σμικρὸν τῶν μεγάλων καὶ μειόνων κακῶν αἴτιον ξυμβαίνει γιγνόμενον. | Συμβαίνει & συνέβη cum infinitiuo Bud. accipi ait non solùm pro Contingit & Euenit, sed & pro Conuenit: afférque ex Philone, διὸ καὶ ταῖς ὀσφύσιν αὐτῶν αἰσθητὸν ὅτι μὴ χρόνῳ πολλῷ μόλις τὸ συνέβη. Sic & alibi itidem. Vel (inquit) Conuenit, id est constat, vt alibi De mundo 232. Sic Aristides 110. | Συμβαίνειν pro Succedere apud Thucyd. me legere memini.

Συμβὰν particip. impersonalis verbi significationē retinet aliquando. vt apud Syn. epist. 66. συμβὰν δὲ ἰδεῖν, ὑπέρῳον τι πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς, Quòd si videre contigerit. Συμβὰν alicubi exponitur etiā Quum acciderit.

Συμβεβηκὸς, τὸ, Quod accidit, Euentus. Philo De vita Mosis lib. 1, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὅλην τὴν βασιλείαν ὑπόμνημα αἰσθητὸν, Ex euentu. Et τὰ κατὰ συμβεβηκὸς, Quæ temere & casu eueniunt, in vulg lex. Item τὰ συμβεβηκότα, Rerum attributa, in iisdem. Et κατὰ συμβεβηκὸς apud Aristot. cæterósque philosophos quod vulgo dicitur Per accidens. ET Συμβεβηκότως pro eodem, affertur ex Nicomacho Arithm. lib. 1.

Σύμβαμα, ατος, τὸ, Euentus, Casus fortuitus. vt quum dicit Eustath. ὅτι τυχὸν σύμβαμα. ET Παρασύμβαμα: sicut dicitur σύμπτωμα & παρασύμπτωμα. Luc. in Vit. auct. ὁ πάντως ἔχει μὲν δὴ που σύμβαμα τὴν χωλείαν, τὸ τραῦμα δὲ, παρασύμβαμα προσειλαφέτω.

Σύμβαμα (inquit Suidas) Propositio ex nomine & verbo perfectam sententiam reddēs. Stoici (inquit Priscian.) ἀξιώματα & συμβάματα, id est dignitates vel cōgruitates, vocabant has constructiones quæ per nominatiuum absoluuntur: vt, Ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat. Illas verò quibus trāsitiones ab alia ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nominatiuo etiam obliquum aliquem casum proferri, παρασυμβάματα dicebāt, hoc est, minus quàm cōgruitates. vt, Cicero patriam seruat. Vide Ammonium, vbi σύμβαμα & κατηγόρημα, itidémque παρασύμβαμα & παρακατηγόρημα copulat.

Σύμβασις, εως, ἡ, Compositio, Pacificatio. Thuc. lib. 1, πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν. Idem ibidem, καὶ ἐς ξύμβασιν μᾶλλον ἢ φιλίαν τὴν πόλιν ἀγαγεῖν. Et ξύμβασιν ποιησάμενοι lib. 1. Et lib. 3, ἵνα ὡς ἀποστῆσαι πόλις ἔλθῃ ἐς ξύμβασιν. Eurip. Phœnis. καὶ ξύμβασίν τιν' Οἰδίπου παισὶν δότε. Σύμβασις Iose-

pho sæpe Fœdus, Pactum, Cōuentum, inquit Budæus. Plurali etiam num. συμβάσεις dicitur. vt apud Synes. τὰς ἀδελφὰς τὰς συμβάσεις, καὶ τὴν ὁμόνοιαν, vbi exponitur Reconciliationes. HINC Συμβασείω, Compositionis desiderio teneor, apud Thucyd. ET Συμβατικὸς λόγος, apud Thucydidem & Plutarch. itidem Sermo de pace componenda, Sermo ad compositionem seu pacificationem pertinens, aut de ea tractans.

ET Συμβατικῶς, q.d. Pacificatorié. Plutarchus in Cicerone, ὁ δὲ Κλώδιος προσποιεῖτο συμβατικῶς ἔχειν, q.d. Se pacificatorio animo esse. Bud. vertit, In amicitiam cum Cicerone redire velle. Apud Gregorium autem in epistola ad Basilium, πρὸς ἡμᾶς ἔχει συμβατικῶς τι καὶ φιλικῶς, Concorditer. ITEM Συμβατήριος pro συμβατικός, vt συμβατηρίοις λόγοις apud Thucydidem. AT Ἀσύμβατος, ὁ καὶ ἡ, Qui compositionem non admittit, Qui à pacificatione est alienus. Theophyl. epist. ἀσύμβατος γὰρ ὁ Ἔρως ἐπιτήμενος βέλος. Plut De primo frig. ἡ μὲν γὰρ κατὰ σύμπασαν καὶ ἕξιν ἀντίθεσις, πολεμικὴ καὶ ἀσύμβατός ἐστι, id est (Turnebo interprete) Priuationis enim & habitus repugnantia hostiliter infesta est & implacabiliter dissentit. Thucyd. lib. 3 διὰ τὸ ἀξύμβατον, Quòd res ad compositionem nō perueniat, vel peruenire nequeat. τὰ ἀσύμβατα, Greg. Quæ dissident. ET Ἀσυμβάτως, Alieno à compositione animo. Plutarchus, Ἀντωνίου μὲν ἀσυμβάτως ἔχοντος, Quum Antonius pacisci recusaret. ‖Ἀσύμβατος pro Non conueniens, Non congruens, Incohærens. Pro quo alii ἀσύμβαντος scripserunt. vnde & Ἀσυμβάντως ἔχει citāt ex Gazæ gramm. lib. 4. Sed eadem paulo pòst non ἀσυμβάντως sed ἀσυμβάτως scriptum habent.

C.2. Ἐπισυμβαίνω, q.d. Superaccido, vel Insuper accido. Ἐπισυμβαίνω (inquit Bud.) Postea accido, Accedo, vt qualitas substantiæ. Basil. in Hexaem. 45. Vide Themistiū. Apud Hermog. τὰ ἐπισυμβαίνοντα τοῖς πράγμασι exponitur τὸ ἐπιγινόμενα.

C. ΥΠΕΡβαίνω, Trāsgredior, Prætergredior, Trāscēdo. Herodot. ὑπερέβησαν τὸ τεῖχος, Turrim trāscenderūt. lūgitur tamē potius acc. vt Chrys. ὅτις νόμους ὑπερβῆναι. Apud Arr. autē l. 6 cū κατὰ habetur, ὑπερβαίνοντες κατὰ τὸ τεῖχος (inquit Cam.) Muros trāscendisse, & ita peruenisse in vrbē. Et peculiariter pro Ascendere suggestū. ex Aristoph. Cōc. ‖Est etiā Excēdo, Supero. vt ὑπερβέβηκε πᾶσαν ἀτοπίαν. Pl. in Numa, Omnē absurditatē excellit. Sed genit. etiā habet pro Supero, Antecello, Præsto, vt τὶς τῶν ἄλλων ζώων ὑπερβέβηκεν ἀνθρώπους, Arist. 11. De mun. ‖Ὑπερβαίνοντες dies intercalares. Bud. ex Macr. Idē B. ὑπερβαίνω exponit etiam Prætereo, ex Æschine. Cum qua signif. conuenit & ὑπερβαίνομεν quod Cicero reddit Omittimus apud Epicurum. Pro his enim Epicuri verbis ἀλλ᾽ ὅτι πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται, Cic. dixit, Voluptates omittimus maiorum dolorum effugiendorum gratia. Sed & ὑπερβαίνω pro Trāsmitto, id est Non dico, ab Isocrate poni idem Bud. scribit. Vide Ὑπερβατῶς.

Ὑπέρβασις, pro quo Ὑπερβασία apud poetas, Trāsgressio, & metaph. Delictum. Hesiod. ὑπερβασίας ἀλεείνων. ET Ὑπερβατός, Qui transcendi seu transiri potest. Sed ὑπερβατὸν à rhetor. dicitur traiectus verborum ordo, quæ quasi transcendant. ὑπερβατὸν (inquit Camer.) vocant grammatici longiorem sententiæ transitum interrumpumque contextum illius. Fabius transgressionem verbi interpretatur: quē vide & cæteros rhetores. ET Ὑπερβατῶς, aduerb. quod ex Fabio redditur In trāsitu, ex Plinio In transcursu. vt sit idem quod ἐν παρόδῳ: id est, Defunctoriè, seu Perfunctoriè. Hippocr. De arte, ὅμως ὑπὸ τοῦ ἄγχι μᾶλλον ἢ τοῦ ὡς δεῖ δημιουργεῖται, ἰδὲ ὑπερβατῶς. Respondet autem hoc aduerbium Gallicis verbis, En passant pardessus. Tale ferè est & Saltuatim apud Sisennam. Conuenit autem cum huius aduerbii significatione ea quam postremam ipsi verbo dedi.

Ὑπερβάδην, Supergrediens. Areth. in Apocal. 890. Et alibi pro immodico. Bud. ‖Ὑπερβάδην πόδα τίθησιν, Non iusto passu gradatim progredi, sed transultare aliquem locum. Idem Bud. ex Ammonio in Aristot. Categ.

A C. ΥΠΟβαίνω, (q.d. Subgredior.) Descēdo. vnde ὑποβαίνειν pro Subesse & Inferiorem esse, ponitur, inquit Bud. Idem ὑποβέβηκε affert ex Hermog. 107, 108, & 179, pro Subest, Secundarium est. Id est, Minus præcipuum est: Vel, Tāquam species est sub genere. Vel, Est tanquam fundamentum. Et ex Platone, ὑποβεβηκέναι, pro Descēdere, id est Decrescere, Inferius esse. Et ex Suida, Inferiore conditione esse. Item ex Dione Areopagita, ὑποβεβηκὼς cum gen. Inferior. cui opponit ἐπαναβεβηκώς.

B ‖Ὑποβαίνειν pro Retrogradi ex hoc Gal. loco affertur, ὅτις γὰρ προσιοῦσι ἐπεγκλίνεια, τὸ ἐπὶ τὰ μύες, ὅτις δὲ ὑποβαίνουσι ἐπεγκλίνεσθαι πλεῖον. HINC Ὑπόβασις quod Bud. affert (sed non exponens) ex hoc Greg. loco in Epitaphio in patrem suum, 127, βαθμοῖς μετρούμενον καὶ ὑποβάσεσι. Sed addit, ὑπόβασιν in schol. in Areopag. tanquam pro basi poni. Hesychius autem ὑπόβαθρα exponit per ὑποβάσεις. cuius vocis & aliam apud eum signif. vide. ET Ὑποβάθμιον apud eundem, ὑπόβαθρον, de quo in proximè sequenti.

C Ὑπόβαθρον, ου, τὸ, Fulcrum, vel potius Solum, vt inquit Cam. subiungens ex Xen. Apomnem. 1. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις, id est (eodem interpr.) Mollia stragula, & lectuli molles, & ea quæ lectulis supponūtur, vt mollia sint curas. ET Ὑπόβαθρα, Idem. Cyrill. ταύτην ὑπόβαθρον προκαταβαλλόμενος. Hoc fulcrum & quasi sustentaculum. Ita vulg. lex. vbi ὑπόβαθρα exponitur etiam Fundamentum, & Scabellum. Quidam verò & Subsellium interpretati sunt. Vide Hesych.

¶ Βάσκω apud poetas pro βαίνω, vt Il. α, βάσκ᾽ ἴθι οὖλε ὄνειρε. quæ posita sunt ἐκ τοῦ παρακελεύου, q.d. Proficiscere, vade.
D HINC Διαβάσκω pro διαβαίνω. A Suida autem exponitur περιέρχομαι (id est Circumeo) & περιπατῶ. ET Ἐπιβάσκω quod actiua signif. sumitur Il. β, — κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν, Inducere in exitium. q.d. Imponere super exitium, quasi ascensum dando. Ducta metaphora ab iis qui imponuntur equis. ET Παραβάσκω apud eundem poetam, pro παραβάτης εἰμί. nam παραβάσκει Bud. exponit παραβάτης ἦν, id est (inquit) Dominus currus: cui subseruit ἡνίοχος.

E ¶ Βιβάω, βῶ, ET Βίβημι, pro βαίνω, sunt itidem poetica. vnde Iliad. γ μακρὰ βιβῶντα: at Il. ν, v. 113, Aiax ὕπι μακρὰ βιβάς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος, id est magnis passibus gradiens, διὰ τῶν εἰς μῆκος πολὺ τὰ σκέλη. cui opponitur, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων. quod & ἐπὶ σκέλος χωρεῖν dicitur. Eustath. Citatur & ex Luciano βιβὰς μακρὰ τοῖς ποσί, sed hæc tamen (vt opinor) tanquam ex Homero sumpta vsurpante, quæ alioqui soluta oratio non admittat.

C. ΠΡΟβιβάω, βῶ. Progredior. Idem quod προβαίνω. Od. ο, Τὸν δ᾽ ὦκα προβιβῶντα πόδες φέρον.

F C. ΠΡΟΣβιβάω, βῶ, Accedo. Plato Phædro, οἷς εἴ τις ἀπιστεῖ προσβιβῶ. vbi Cornarius vertit, Quibus siquis fidem nō habeat. Apud Aristophanē verò Auibus, καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο προσβιβᾷ λέγων, scholiastes exponit συναρμόζει.

C. ΣΥΜβιβάω, βῶ, Vnà eo, Comitor. συμπροβαίνομαι. Hesych. ‖Item Συμβιβῶ σε pro συσσάλω σε, διδάσκω σε apud eundē. Suidas verò συμβιβῶ in futuro exponit διδάξω, ἐπιστήσω, νοῆσαι ποιήσω.

¶ Βιβάσθω idem quod βιβάω, vt μακρὰ βιβάσθων, Il. ν.

G ¶ Βιβάζω, F. άσω, Admitto, Admissario admoueo. vt Bud. exponit. Admitto animalia ad coitum, Camer. Aristot. histor. anim. 6, de sue, θᾶττον δ᾽ οὐ δεῖ δὶς βιβάζειν· εἰ δὲ μή, πάλιν ἀναθεῖ. ἂν δὲ ὀργῶσαν βιβάσῃ μία ὀχεία ἀρκεῖ. Plinius lib. 8, cap. 51, Ne prima subatione neque ante flaccidas aures coitus fiat. Plutarch. Lyc. καὶ κύνας μὲν καὶ ἵππους ὑπὸ τοῖς κρατίστοις τῶν ὀχείων βιβάζουσι. Et Βιβάζομαι Admissario admoueor, Ineor. Aristot. de asina, ὀχεύεται δὲ βιβάζεται ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ μάλιστα δέχεται τὸ πλήρωμα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βιβαζομένη. Plut. Hell. Διὰ τί πρὸς τὰ τῶν Ἀργείων ὄρια τὰς ὄνους προσελαύνοντες οἱ Ἀργεῖοι βιβάζουσι.

H ‖Βιβάζω Budæo est etiam Ineo: & Varino πηδῶμαι, ἐπιβαίνω.

Βίβασις, εως, ἡ, erat (vt ex Polluce Camerarius refert) Laconicæ saltationis genus, quasi admissionem dicas: & in hac victoribus præmia proposita, nō modò pueris sed

Digitized by Google

virginibus etiam. Subsiliendum tamen erat ac pedibus attingendæ nates, & numerabantur saltus. Et refertur de vna huius generis saltatione inscriptio, χίλια πέντε βιβάσεις παρὰ βιβάσιν, ὧδ' ἐπικαλιβάζω. vbi Pollux addit, οὐκ οἶδα εἴτ' ἐπὶ πινάκων, εἴτε πίνακας φέροντες. ‖ Hesychio est etiam κοίτη, στιβάς. A

C. ἈΝΑβιβάζω, ab ἀναβιβάω: vt à βιβάω fit βιβάζω. Ipsum autem βιβάω à βάω, pro quo dicitur βαίνω. Est autem ἀναβιβάζω, Ascendere facio, Impono, vt Ἀναβαίνω ἐφ' ἅρμα, Ascendo currum: Ἀναβιβάζω ἐφ' ἅρμα, Aliquem ascendere facio in currum, Impono currui, Tollo in currum, vt Cicero loquitur. Sic ἀναβιβάζω ἐπὶ τὸν πύργον, & ἀναβιβάζω ἐπὶ τὸν ἵππον. Apud Herodotum, ἀναβιβάζω ἐπὶ τὴν πυρὴν, Super struem impono. ‖ Apud Xenophontem ἀναβιβάζειν τὸν ἱππέα, Instruere equo, Dare equum: quod vulgò dicitur Monter, inquit Budæus. Apud eundẽ in Pæd. 6, σκοποὺς ἀναβιβάζων exponit Exploratores præmittens & præcurrere iubens. ‖ Metaphoricè vsurpauit Plutarchus ἀναβιβάζειν, dicens ἀναβιβάζειν εἰς τιμὴν pro Ornare honoribus. quasi Ascendere facere ad honores, Excitare & erigere ad honores, Vel Promouere, seu prouehere ad honores. B C

Ἀναβιβάζειν τὸν τόνον Gaza vsurpat pro Reiicere accentum in præcedentem vocem, & quasi retroiacere.

Ἀναβιβάζω, & frequentius in voce media Ἀναβιβάζομαι, Ascensurum produco, Prodire facio, Produco. Budæus quum παραστήσασθαι interpretatus esset In mediũ producere & excitare, atq; exẽpla huius significationis attulisset, subiunxit, Hoc etiam ἀναβιβάσασθαι dicitur. id est excitare. Andocides, τίνα γὰρ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; Citat alibi ex Demosthene τὰ παιδία ἀναβιβάσηται (pro ἀναβιβάσηται) & exponit In iudicium & in locum editum scandere faciet, vt sint conspicui coronæ populari, hoc est παραστήσηται. Exponit idem ἀναβιβάσασθαι, In iudicium proferre vel in concionem. Possumus tamen aliquem ἀναβιβάσασθαι dici quem aliò producamus quàm in iudicium & concionem, vt opinor. Lucianus in Anacharside, ῥήτορας ἀναβιβάζοντες ὡς ἐροῦντάς τι ὑπὲρ αὐτῶν. vbi malè interpretati sunt quidam ἀναβιβάζοντες Conducunt. quasi verò ἀναβιβάζοντες idẽ esset quod μισθοῦντες. D E

Ἀναβιβάζομαι, pass. Imponor, Attollor. ‖ Item In equum tollor, idem quod ἀναβαίνομαι, apud Xenophontem. ‖ Item Producor in medium.

c. 2. Ἐπαναβιβάζω, simpliciter pro ἀναβιβάζω. Sonat autem Superascendere facio: Thuc. ζ, καὶ ἐπαναβιβάσαντες ἄνδρας πλείους, Sublatis in turres pluribus.

C. ἈΠΟβιβάζω, Descẽdere in terram facio. ἀποβαίνειν ποιῶ, vt exponit Thucydidis scholiastes, hoc in loco libri 7, ἐς τὴν Ταύχειραν ἀπεβίβασαν αὐτούς. Latinè dicitur, Expono in terram. Xenophon, Ἀλκιβιάδης δὲ ἀποβιβάσας τὸ στράτευμα τῆς Ἀνδρίας χώρας ἐς Γαύρειον. Idem, ὡς ὁπλίτας ἐς τὴν Κορωνείαν ἀποβιβάσαι. Aliquãdo vnico accusatiuo, vt apud Plutarchum, καὶ ἀποβιβάσας τούτους, πάλιν ἀνήχθη. Synes. autem dixit, τὴν τε ναῦν ἐνορμίζει μεθυστικὴν ὑπὸ χαρίεντα, καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κώνος ἀπεβίβασε. Sunt qui exponãt etiam, Traiicio, Transmitto. F

C. ΔΙΑβιβάζω, F. άσω, Traiicio, διαβαίνειν facio, Transmitto, Budæus. Xenophon, καὶ ἐκ τῆς Χίου τὸ στράτευμα διεβίβασε. Herodot. διαβιβάζειν τὸν στρατὸν κατὰ γεφύρας, Per põtes traducere exercitum. G

C. ΕἸΣβιβάζω, Inscendere facio. Isocr. De pace, καὶ τότε μὲν τοιούτους πληροῦντες ἐπὶ δούλους ναύτας εἰσβιβάζειν.

C. ἘΚβιβάζω, E naui educo & emitto, Exire facio. sic dicitur vt ἀποβιβάζω, vtraque enim pro eodem vtitur Xenophon in 1 Hellen. Budæus. Plato in Gorgia de gubernatore, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν βελτίους αὐτοὺς ἐξεβίβασεν ὧν ἐνεβίβασε. Sic Diodor. ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, προσῆγε ἐπὶ τοὺς ἰδίους, Naui educens. ‖ Ἐκβιβάζειν vero τὸ πρᾶγμα, idem Budæus in Pand. exponit Exequi. paulo antè verò annotarat ex iisdem Pand. ὁ μετὰ τὴν ἀπόφασιν παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἐκβιβάσαι τὰ ἀποφανθέντα. quod eodem modo exponi posse videtur. VNDE Ἐκβιβαστής, οῦ, ὁ, quod interpr. idem Bud. Exactor rei iudicatæ, Exequutor sententiæ, Apparitor, Viator qui in ius vocat. H

C. ἘΜβιβάζω, Impello, Induco, Introduco: cui opponitur ἐκβιβάζω. Bud. Pla. ἐμβιβάζω εἰς πλοῖον. Dem. ἐμβιβάζειν αὐτὸν εἰς τὰς ὑπὲρ τούτου λόγους. Sic apud Xenophontem dici quidam, πειρώμενοι ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς συνόντας. Galenus ad Glauconem lib. 1, ἐμβιβάζω τῷ ὕδατι. Et Dioscorides. lib. 1. capite. 189, ἐμβιβαζέσθω ἐν βαλανείῳ.

C. ἘΠΙβιβάζω, Ascendere facio, Induco, Adduco. Plato ep. 7, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐπιβιβάσας, ἐξέβαλεν ἀτίμως, In nauiculam impositum eiecit cum ignominia. Lucæ 10, de Samaritano, ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, Impositum suo iumento. Act. Apost. 23, κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον, διασώσωσι πρὸς Φήλικα, Vt impositum Paulum saluum perducerent.

C. ΚΑΤΑβιβάζω, Descendere cogo, Bud. Deduco. Plutarchus De virt. mulierb. καὶ τοὺς πολίτας καταβιβάζων ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ὁμαλοῦ, ὅπου δεῖ οἱ φορεῖν ἢ καθιζάνειν ἰλυσπάσθαι τὸ χωρίον. Idem Themist. καταβιβάζει τὴν πόλιν πρὸς θάλατταν. Idẽ Camillo, καταβιβάζειν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου παῖδας παρὰ τὸ τεῖχος περιπατήσοντας καὶ γυμνασομένους, A præceptore pueros circa mœnia causa deambulandi atque sese exercendi, produci. Synes. cum accus. & genit. dixit, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀναρτήσας ἑαυτοῦ καὶ καταβιβάσας τῆς φιλοσοφίας ἀξιώματος. Apud Diosc. vero καταβιβασθὲν ἄχρι τρίτου ἐν τῇ ἑψήσει, Redactum ad tertiam partem decoquendo, Ad tertias decoctum.

C. ΜΕΤΑβιβάζω, Trãsfero, Auerto, Aliò abduco, Budæus. Plato lib. 7 De rep. μετὰ γὰρ τὸ μεταβιβασθεὶς ἔσονταί σοι εἰς τὸ ἀνάπαλιν ἐκεῖνο. Idem Gorg. μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, πείθοντα καὶ βιαζόμενον ἐπὶ τοῦτο ὅθεν ἀμείνους ἔσεσθαι. Aristoph. Pace, ὑπὸ γὰρ δαίμονος φανερῶς εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει. quod Referre in melius Virgilius dicit. Est etiam Ab opinione deduco, καταπείθω, vt Bud. ex Alex. Aphrod in Top. interpr.

C. ΠΡΟβιβάζω, Produco. Act. Apost. 19, ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, Ex turba produxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. In quo significatu metaphoricè etiam capitur, pro Propono, Ob oculos pono: vt Deut. 6, προβιβάσεις αὐτὰ τοὺς υἱούς σου. ‖ Item Produco, id est Impello & porro ire facio, Promoueo, hoc est augeo & ad ampliora proueho. vt Bud. interpr. in hoc loco Gregor. δεῖν κατὰ μικρὸν προσάγειν αὐτοὺς εἰς τὸ ἡμερώτερον, καὶ προβιβάζειν τοῖς ὑψηλοτέροις. Item Proficere facio & progredi. Xen. Apomnemon. 1, εἰ γὰρ δὴ ἡ ἐγκράτεια καλὸν τι κἀγαθὸν ἀνδρὶ κτῆμά ἐστι, ἐπισκεψώμεθα εἴ τι προεβίβαζε λέγων εἰς ταύτην τοιάδε. id est, Si temperantiores reddebat discipulos Socrates. Sic Æsch. τῷ λόγῳ προβιβάζων ὑμᾶς. vbi προσβιβάζων legitur. Hactenus Bud. Quo sensu Produco etiam apud Lat. nos vsurpari quidã tradunt, vt Ad Herenn. lib. 4, Vt productus studio & viribus vltrà facilè procurrat. Et Plinius lib. 9. cap. 35, Penè histrioni comparatus, & quidem nulla sponsione ad hoc producto. Cliens itidem & litigator (vt tradunt vulg. lexica) patroni causam acturi os faciens atque instruens, αὐτὸν προβιβάζειν dicitur. Eodem sensu Herodias Matth. 14 dici potest προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. ‖ Προβιβάζειν etiam (vt eadem lex. docent) dicuntur perorigæ qui equas submittunt equis, aliáque id genus iumenta. Apud Aristotelem verò neutraliter pro Prius inire capitur in 5 De hist. anim. de apro, ὀχεύει δὲ εἰωθὼς χωρισθεὶς καὶ μὴ προβιβάσας ἄλλων.

C. ΠΡΟΣβιβάζω, Admoueo, Adiungo, Accedere facio, Promoueo, Sisto, Statuo, Loco, Bud. Plut. Põpeio, οἱ μετὰ τοῦ τε παραβάλλοντες αὐτὸν καὶ προσβιβάζοντες ἐγγύτατα. id est, Proximum facientes, vt Bud. exponit. Item Incito, Impello, Adduco, verbis videlicet. Lucianus Anacharsi. εἰ γὰρ οὕτω λέγοι αὐτοὺς προσβιβάσειέ σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐκεῖ δρωμένων. Sicut etiam apud Aristophanem Bud. interpretatur Adduco, πείθω, qui in Equitibus dicit Εὖ προσβιβάζεις μ'. vbi tamen schol. habet præter πείθεις, παραπείθεις, etiam σοφίζει.

C. ΣΥΜβιβάζω, Concilio, Coire in amicitiam facio, Ad amicitiam fœdusque adduco. Bud. εἰς φιλίαν ἄγω, Hesychius. Thuc. συνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Περδίκκαν Ἀθηναίοις. hoc est συμβατικῶς αὐτοὺς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους ἀπέδειξεν vt Budæus ex Gregorii quodam loco exponit. Damasc.

ed by Google

de elementorum concordia, εἰ μὴ ὡς πανταδυνάμεως δυνά- A
μις ταῦτα συνεβίβασε. Apud eundem Thucyd. συνεβιβά-
σθησαν, Pacti sunt, Conuenerunt. Item συμβιβάσθαι ἐπὶ
τούτοις, De his conuenisse atque transactum esse. In qua significatione neutraliter etiam reperitur apud Platonem De rep. lib. 6, μνημονεύεις ὅτι τελεά πάλιν ψυχὰς διεσπασμένοι, συμβιβάζεσθαι διηγουμένοις τι περὶ καὶ ζωγρουνος. id est, Inter nos conuenit, vt Bud. interpr. ‖ Item Compingo, Coagmento. Bud. Fabri enim lignarii seu tignarii ligna συμβιβάζουσι quum illa inter se committendo aptandóque coire faciunt. Sic apud Paulum epistola ad Coloss. cap. 2, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συν- B
δέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. vt & ad Ephes. 4, ἐξ οὗ [Χριστοῦ] πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον. ‖ Item Accómodo & ad cohærentiam adduco, Conuenire facio, Confero, Bud. ex Gregor. contra Iul. ἄλλα ἄλλοις συμβιβάζων καὶ συναρμόζων, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ τῶν πολλῶν. hoc est, συμβαίνειν ἀποφαίνων, Ex variis prophetarum oraculis canticū vnum cōponens & coagmētans. At Act. Apost. 9, συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι C
οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, eidem Budæo significare videtur Ex collatione sacrorum vaticiniorum docens & probans: quemadmodum apud Platonē Hipp. min. διερωτῶ τε καὶ ἐπανασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα, Mente recolo quæ dicta sunt, eaque inuicem confero, vt, si consentanea siut, intelligam. ‖ Item Conicio. sic enim capi Act. Apost. cap. 16. Bud existimat, ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι, Ex insomnio Pauli atque iis quæ nobis acciderant, conicientes. συμβάλοντες. ‖ Item Doceo, In- D
struo, vt Bud. apud Esaiam 40 exponit: & Suid. itidem διδάσκω, διαλέγομαι. 1 Cor. 2, τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν;

Συμβιβασμός, οῦ, ὁ, Pactum, Transactio, Concordia. Διάλυσις ἐπὶ ἀμφιβαλλομένου χρέους συμβιβασμός. Ita Budæus ex Pand. ET Συμβίβασις, εως, ἡ, πίστις, διδαχή, πίστις. vt Hesych. explicat. In hoc verò apud Suidam loco εἰς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίας ἐλθεῖν περί τινος, idem videtur significare quod συμβιβασμός. ET Συμβιβαστικός, οῦ, ὁ, Pacificatorius, Bud. Plutarchus in Alcibiade, καὶ πρὸς E
πᾶν συμβιβαστικὸν καὶ δίκαιον αὐτοκράτορας ἥκειν λέγοντες, Ad quanuis pacificationem, seu (vt vulg. lexica exponūt) Ad quodcunque fœdus.

ΥΠΕΡβιβάζω, Traduco, Traiicio, Transfero, Transcendere facio, vt vulgata lexica exponunt. VNDE Ὑπερβιβασμός, οῦ, ὁ, Figuræ nomen apud grammaticos: vt quum vel accentus vel litera ex vna syllaba in aliam traducitur: quemadmodum in ἔργῳ, quod fit ex ἐρῷ, in κραδία pro καρδία. Sic & Plutarchus in vita Homeri ὑπερβιβάζειν τὰ στοιχεῖα vocat quum κάρτος ponitur pro F
κράτος.

ΥΠΟβιβάζω opponitur τῷ ἀναβιβάζω, vt Bud. scribit. Pol. διδακτέον δὲ τὸν ἵππον καὶ ὑποβιβάζεσθαι, ἵνα δὴ τὰ σκέλη ἐγκαθιεὶς τι καὶ ταπεινοῦν ἑαυτόν, ὥστε ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν τὸν ἱππέα. Ita ὑποβιβάζεσθαι equus dicetur quum se submittit sessori. ‖ Est etiam Subduco. Diosc. lib. 3 cap. 35 de tragorigani speciebus, ὑποβιβάζουσι γὰρ τὰ χολώδη. VNDE Ὑποβιβαστικός, οῦ, ὁ, Subducendi vim habens. ‖ Ὑποβιβάζω Hesychio est quoque ὑπο...ῶ, ὑποκαταβαίνω.

ΠΡΟ'ΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, Pecus. Πρόβατα (inquit Camer.) placet grāmaticis appellatas esse omnes pecudes, eo quod priores βάσεις, id est gradus, alii sequantur. Sed propriè oues πρόβατα dicuntur. Hæc ille. Quàm autē latè pateat hoc vocabulum, & vnde hanc significationem acceperit, vide apud Etymologisten & Eustathium. Cæterùm Hipp. quoque in lib. De artic. πρόβατα nominasse πάντα τὰ βοσκήματα autor est Galenus. AB eadem autem origine est πρόβασις apud Homerum pro prouentu seu reditu quem ex pecoribus aliquis habet. Odyss. ζ, v. 75, Ἡ μάλα τις ὁ ἄνθρωπος κειμήλιά τε πρόβασίν τε. vbi Eustathius κειμήλια esse ait τὰ κείμενα, addens, τὰ παρ' ἡμῖν αὐτὸ... at πρόβασιν, inquit, τὰ παρ' ἡμῖν αὐτόμ..., videlicet τὰ διὰ ποδῶν προβαίνοντα. vnde peculiariter per excellentiam vocata sint πρόβατα. Hæc ille. Galli certè hodiéq; biens meubles & immeubles itidem nuncupant, paulo tamen aliam huius appellationis rationem sequentes.

Πρόβατον, Ouis. Theophylactus epist. 1, ὁ ταξίαρχος τοῦ προβάτου ὁ θαυμαστὸς μοι κριὸς ἀπώλωλε. Et apud Lucianū passim, itémque apud alios. ET Προβάτιον diminutiuum, Ouicula. Aristoph. Pluto prouerbialiter προβατίου βίον λέγει, pro μωροῦ, id est stulti. De qua metaph. lege Erasmū. Hippocr. generali itidem signific. in libro De sacro morbo, οὐ γὰρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο προβάτιον οὐδὲν ὁ αἶγες καὶ βόες. Nisi fortè πρόβατον ibi reponendum est.

Προβατοκάπηλος, ου, ὁ, ET Προβατοπώλης pro eodem apud Hesychium, Ouium venditor, vel Pecudum venditor. Vtitur autem sæpe Chrysostomus nomine προβατοπώλης.

Προβατικός, ή, όν, Ad oues seu pecudes pertinens. q. d. Ouitarius, seu Pecuarius. Eupolis impropriè προβατικὸν χορὸν appellauit τὸν ἐξ αἰγῶν. Προβατικὴ κολυμβήθρα (vt legūt Ioh. 5, Cyrillus, Chrysostomus & Theophylactus) pecuaria piscina, id est, Ex qua potare & in qua mersari pecudes solebant. Vide plura in Bezæ annot.

Προβάτειος, Ouillus. vt Aristot. De animal. 3, προβάτειον γάλα, Ouillum lac. Sic προβάτειον ἦθος, Ouilli mores, prouerbialiter pro simplicibus seu fatuis.

Προβατώδης, Oues imitans: vnde προβατώδης exponitur ἀνόητος, item μωρός, inquit Bud.

Προβατεύς (SEV Προβατευτής, apud Poll.) Ouium pastor, Opilio. ET Προβατεία, Pecuaria, vel res pecuaria, inquit Bud. subiungens ex Plut. in Solone, τοὺς ἐπὶ τὰς νομάς τι καὶ προβατείας ἐξηγείσθαι, quos ἀπὸ τῶν γεωργῶν distinguit. Aristot. νομαδικὸν πλῆθος appellat. Idē, προβατεία, inquit, & κτηνοτροφία, Plutarcho in Publicola, Res pecuaria, vel potius Fœtura ouilli pecoris. ET Προβατευτικός, ή, όν, vnde προβατευτικὴ τέχνη, Pecuaria ars, Xen. Œcon. ET Προβατεύσιμος, vt apud Philonem προβατεύσιμος πόα vel προβατευσίμη (nam vtroque vtitur) Ouibus aptum gramen, seu vtile. q. d. pecuariū gramen.

Προβάτημα, ατος, τὸ, idem quod πρόβατον. Hesychius plur. προβατήματα exponit πρόβατα.

ΑΜΦΙΣΒΗΤΕ'Ω, ῶ, F. ήσω, tanquam ἀμφισβατέω, quod & Suidas habet. (ἀμφισβατεῖν autem sine σ apud Hesych. legitur, cui τὸ ἀμφισβητεῖν significationem tribuit) Ἀμφισβητεῖν inquit Suid. μὴ συμφωνεῖν, ἀλλ' οἷον χωρὶς βαίνειν, καὶ ἀμφιβάλλειν. Meminit & Etymolog. huius etymi, licet alia ponat: quæ non refero, quod planè iudicem futilia. Ἀμφισβητεῖν, Controuersari, Cicerone interprete. nam hunc Platonis in Protagora locum, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν ἀλλήλοις, καὶ περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή: ita ver- F
tit (vt Priscianus refert) Nunc à vobis Protagora & Socrates postulo, concedatis alter alteri: & inter vos de huiuscemodi rebus controuersemini, non cōcertetis. Dedit autē fortassis hic Plat. locus occasionē grāmaticis huius distinctionis, ἀμφισβητεῖν, ἐπὶ φίλων: ἐρίζειν, ἐπὶ ἐχθρῶν. Ἀμφισβητῶ σοι vel πρός σε, Tecū cōtendo. & ἀμφισβητῶ σοι τι, vel τούτου, vel περὶ τούτου. sed vsitatiores hæ duæ posteriores cōstructiones. Aristot. Pol. 3, ἀμφισβητοῦσι τῆς τῶν πραγμάτων ἰσότητος, De rei æqualitate inter se contendunt. Alibi autem dicit ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας. Isocrates, ἀμφισβητῶ σοι τῆς ἀρχῆς, De im- G
perio tecum contendo. Idem, ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου. Idem, περὶ ὧν αἱ πόλεις ἀλλήλαις ἀμφισβητοῦσι. Budæus autē, ἀμφισβητῶ σοι τούτου, καὶ δικάζομαι, ait significare, Contendo, Ambigo, vt Cicero loquitur. hoc est, ἐγκαλῶ, Certo, Litigo. Et addit, Ἀμφισβητῶ περὶ τούτου, & πρός τι, Non admitto, Non concedo. Hæc Budæus. Sed videndum est quomodo & significationes & cōstructiones huius verbi (quod frequentissimè apud Græcos scriptores occurrit) sint distinguendæ. quam rem tractauit nemo, H
quod sciam. Dico igitur ἀμφισβητεῖν aliquando significare Contendere de re aliqua, id est disceptare, aliter videlicet de ea sentientem quàm alii: id est, vno verbo, Controuersari: eóque sensu ἀμφισβητεῖν vsurpari in loco Platonis primùm hic citato: & hic apud Aristotelem, vbi ei opponit ὁμολογεῖν, Rhet. 1, ἐπὶ δὲ πολλάκις ὁμολο-

Digitized by Google

γραφῶντες ἀμφω συμφέρειν, περὶ τῷ μᾶλλον ἀμφισβητοῦσι. Habet verò in hac significatione alias cõstructiones præter iam à nobis positas. Nam & datiuo rei iungitur. vt Aristot. Ethic. 6, ἀμφισβητοῦσι τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς, Controuersatur de iis quæ euidentia sunt. vel, Adducit in controuersiam ea quæ, &c. aut, Vocat in cõtrouersiam. vel Contendit de iis, &c. Idem verò significat ἀμφισβητῶν πρός τι apud Platonem, in hoc quem Budæus citat loco ex eius Philebo, ἐρῶ σοι, ὦ Πρώταρχε, πρός τινα λόγον τὸν παρ' ἡμῖν μάλλεις ἀμφισβητεῖν. licet hic Budæus velit ἀμφισβητεῖν πρὸς τὸν λόγον, significare, Non admittere, Non concedere. Sed qui de re aliqua controuersatur, eam non admittit nec concedit, eique refragatur, & reclamat. vnde ἀμφισβητεῖν quidam etiam verterunt Refragari, Reclamare. Iungitur verò ἀμφισβητεῖν & cum infinitiuo, ac tum per verbum Contendo aptissimè interpretari possumus. vt apud Demosthenẽ in Paragr. ad Apat. ὅτι ἠμφισβήτησεν ὅτι μὴ ἡμᾶς διαιτητὰς αὐτοῦ. Apud eundem, ἀμφισβητῶ μὴ ἀληθῆ λέγειν σε, Contendo te non vera dicere: si modò rectè legitur hic locus in vulgatis lex. Græcol. vbi & hic Chrysostomi De sacerdotio locus citatur, in quo ἀμφισβητῶ cum infinitiuo itidem iungitur, sed loco genitiui posito, præcedente articulo τῷ. ita enim legitur, ἀμφισβητήσεις ἡμῖν τῷ μὴ καλῶς πεποιηκέναι.

Ἀμφισβητῶ, Contendo in iudicio, Litigo, Ambigo. Isocr. ad Nicoclem, τὰς κρίσεις ποιοῦ περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, Noli ad gratiam de iis de quibus inter se ambigunt, sententiam ferre. vel de quibus inter eos ambigitur. Aristot. Pol. 4, οὐ γὰρ που κρίσεις γίγνονται ἀμφισβητούντων περὶ τῷ ὀνόματος.

Ἀμφισβητῶ τούτου, vel τούτῳ, aut περὶ τούτου, Contendo de hoc tanquam ad me pertinente, Hoc mihi vendico. vt apud Themistium, εἰ τῷ πράγματος ἠμφισβήτουν, pro Si rem vendicarem mihi, vt Budæus in lexico interpr. apud Demosthenem in epist. Phil. ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων. Isocrates, ἀμφισβητῶ σοι τῷ χωρίου. Idem, τῶν δὲ κατακλεισθέντων πλῆθει ἀμφισβητήσουσι. Idem in Euagora, ἀμφισβητοῦντες περὶ βασιλείας. Aristot. Pol. 3, ἀμφισβητοῦσι τῆς τῶν πραγμάτων ἰσότητος. qui tamen locus & aliam admittit interpretationem. Additur interdum datiuus personæ, vt apud Isocratem, ἀμφισβητῶ σοι τῆς ἀρχῆς, Certo tecum de imperio, vel Contendo tecum. Exponitur etiam, Dubito de tuo principatu. sed hæc expositio mihi planè videtur reiicienda. Notãdum est autem affinem esse hanc significationẽ proximè præcedenti, qua ἀμφισβητῶ ponitur pro Contendo in iudicio, Litigo. nam ferè fit vt de iis litigemus, & apud iudicem contendamus, quas nobis vendicamus, & de quibus tanquam ad nos pertinentibus contendimus. Interpretor autem ἀμφισβητῶ τούτου, Contendo de hoc tanquam ad me pertinente, non quòd verba hæc, Tanquam ad me pertinente, sit necesse adiungere, quum ipsos autores interpretamur: sed vt distinguam hanc verbi Contendo significationem à præcedentibus. Occurrunt verò multi autorum loci in quibus hoc facilè subauditur. verbi gratia, in hoc quem Suidas ex autore non nominato profert, ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν κοίλην Συρίαν, παρεσκεύας ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης, id est, Ptolemæus autem sciens suos maiores cauam Syriam tenuisse, magnos apparatus faciebat, de hac contendens. Hic nihil opus est dicere, de hac contendens tanquam ad se pertinente: quum id facilè subaudiatur ex eo quod præcessit, Sciens suos maiores eam tenuisse. Iam verò & ex eo Demosthenis loco quem paulo antè citaui, ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων, videtur posse colligi, ἀμφισβητεῖν nos solere (certè debere) τῶν ἡμῖν προσηκόντων. Perinde acsi dictum fuisset, ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων, ὡς προσηκόντων. Sæpe autem in hac significatione genitiuum habet. Ἀμφισβητεῖν τοῦ κλήρου, vide apud Suidam in ἀμφισβητεῖν, & apud Budæum in Comm. in παρακαταβάλλειν.

Ἀμφισβητῶ, Dubito, Ambigo. Aristot. Rhet. 1, καὶ ἀμφισβητοῦντες περιεῖναι ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. Possit ἀμφισβητοῦσι accipi pro dubitant & in illo eiusdem loco, mo dò citato ex Rhet. 1, ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὁμολογοῦντες ἀμφω συμφέρειν, περὶ τῷ μᾶλλον ἀμφισβητοῦσιν.

Ἀμφισβητοῦμαι, Ambigi, In controuersiam venire, In cõtrouersiã adduci, aut vocari. vt τοῦτο ἀμφισβητεῖται, Hoc controuersum est, De hoc est controuersia, De hoc cõtenditur. Demosth. contra Timocratem, εἰ δὲ ἀμφισβητοῖτο, τούτων διαδικασίας, Siquid autem in cõtrouersiam veniret, disceptationem in iudicio constitueres. Vt autem ὁμολογεῖν & ἀμφισβητεῖν ostendi apud Aristotelem opponi, sic ὁμολογούμενα & ἀμφισβητούμενα apud Isocratem tanquam contraria ponuntur in Archidamo non semel. ἀμφισβητούμενα, Res quæ in controuersiam fuerãt adductæ, Res controuersæ, vel De quibus disceptatum fuit. Ἀμφισβητούμενα κατὰ σπονδὰς apud Thucydidẽ exponitur, Res quæ ex fœdere repetuntur. Sed vt diximus ἀμφισβητεῖν etiam verti aliquando Vendicare sibi quidpiam, ita hic ἀμφισβητούμενα posset reddi, Quæ sibi quidam vendicant ex conditionibus fœderis.

Ἀμφισβητοῦμαι, Controuersiam patior: vt inquit Budæus, citans hunc Demosthenis locum in paragr. ad Apaturium, ὁ δὲ οὐ μόνον ἀμφισβητηθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἀποστερηθεὶς αὐτοῦ, οὐδὲν ἧττον τὴν ἀπόφασιν ἐποίησαν. Vbi veteres codices non ἀποστερηθεὶς habent (vt legit Budæus, sequẽs vulgatas editiones) sed ἀποστερηθείς: quæ lectio in alterius locum reponẽda est. Cæterùm malim ἀμφισβητοῦμαι interpretari Controuersia mihi mouetur, quàm Controuersiam patior.

Ἀμφισβήτημα, ατος, τὸ, Controuersia, hoc est Res de qua disceptatur iudicio, inquit Budæus: restringens controuersiæ nomen, & id accommodãs ad locos eos in quibus ἀμφισβήτημα de re ea dicitur de qua in iudicio disceptatur. quum alioqui ἀμφισβήτημα tam latè pateat quàm Latinè controuersia.

Ἀμφισβήτημα, Quæstio inter disputantes agitata.

VNDE Ἀναμφισβήτητον, Non controuersum, Quod constat & conuenit.

Ἀμφισβήτησις, εως, ἡ, Controuersatio, Disceptatio, Contentio, item Dubitatio. Isocr. in Archidamo, περὶ μὲν ἄλλων πολλῶν ἀμφισβητήσεις ἐγένοντο. Idem in Panath. λόγοις ἐπαμφοτερίζειν δυναμένοις, καὶ πολλὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντας. Idem Ad Nicoclem ἀμφισβητήσεις & ὁμολογίας inter se opponit.

Ἀμφισβήτησις, Actionis quoddam genus, apud Poll.

Ἀμφισβητήσιμος, ὁ, καὶ ἡ, Controuersus, In controuersia positus, De quo controuersia est, De quo disceptatur. vel Dubius, De quo dubitatur: ἀμφισβητούμενος. A Budæo exponitur Cõtentiosus, Cõtrouersiosus: sed malim Cõtrouersus cum Cicerone dicere. τῆς ἀμφισβητησίμου χώρας, Xenoph. Hell. 3. Apud Demosthenẽ Pro corona, ἐν ἀμφισβητησίμοις τοῖς πράγμασιν ἦν, In controuerso erãt, pro In controuersia positæ erant. vt si dicas In ambiguo esse, vel in dubio, pro Ambiguum esse, vel Dubium esse.

Ἀμφισβητητικὸς, οῦ, ὁ, Cõtentiosus, id est Cõtentionibus deditus. Ἀμφισβητητικὸς (inquit Budæus) dicitur ὁ ἐλεγκτικὸς, ὁ ἀντιλογικὸς, ὁ περὶ λόγους ἀγωνιστικὸς, Acer & Argutus in disceptationibus.

ἈΜΦΙΣΒΑΙΝΑ, ης, ἡ, Serpens quædam ita dicta, quasi vtrinquegrada. dicitur enim antrorsum & retrorsum incedere: geminum habẽs caput. Hesychius tradit illã cauda etiam iter facere: adeo vt quibusdam dubium sit num duo habeat capita. Verùm Nicander ἀμφικάρηνον vocat, id est bicipitem: scribens in Theriacis, Τὴν δὲ μετ' ἀμφίσβαιναν ὀλίζονα καὶ μινύθουσαν Δείσεις ἀμφικάρηνον, αἰεὶ γλήνῃσιν ἀμυδρήν. Eustathius, ἀμφίσβαινα, ὄφις ἐκατέρωθεν βαίνων, ex aduerbio ἀμφίς. Hesychius tamen ait scribi etiam ἀμφίσμαινα, cuius scripturæ Nicandri scholiastes nõ meminit. Apud Etymologicum legitur & ἀμφίσβαινα.

ΒΑΔΙΖΩ, Vado, Eo. Demosth. βαδίζω ἐπὶ τὸ βῆμα. Idẽ, βαδίζειν ἐφ' ἡμᾶς. quod exponitur, Aduersus nos tendere. Plutarchus Publ. βαδίζειν ἐπὶ τὸ στράτευμα. Et cum πρὸς, item εἰς, apud eundem, vt in Lycurgo, βαδίζειν πρὸς οἰκίαν. Idem in Fabio, βαδίζειν εἰς τὸ πολίτευμα, Ad rempub. se confert. βαδίζειν ἐν ῥυθμῷ in vulg. lex. Gressus ad numeros glomerare: cui opponitur apud Athenæum, βαδίζειν ἀρρύθμως. In iisdem βαδίζειν πρὸς φῶς, præuio lu-

mine iter facere. ὁδὸν βαδίζειν, Iter facere, ex Xenoph. Et ὁδῷ βαδίζειν ex Luciano: quod tamen aliter sumitur. Sed & βάδιζε δεῦρο pro Huc ades, ex Aristophane. Et πόδι βαδίζειν, sed sine autore. Dicitur autem & de brutis βαδίζειν. Xenophon de lepore, ὅταν ἀτρέμα πορεύηται, πηδᾷ· βαδίζοντα δὲ οὐδεὶς ἑώρακεν. Vt autem βαδίζω, licet neutrum, in βαδιοῦμαι exit, ita & aliis verbis idem vsuuenire docet Budæus pag. 835. Cæterùm perperam Suidas βάδος à βαδίζειν deducit, quum, contrà βάδος, sicut & βάδην præcedere, & hæc à βαίνω deduci, ab his autem βαδίζω, manifestissimum sit. nam sicut à τείνω fit τάδην, sic à βαίνω fieri βάδην, Etymol. quoque fatetur. At Eustathius à βάδος vult factum esse βάδην, ex quo deriuatum sit βαδίζω. Suspicatur autem βάδος vocabulū esse ab Aristophane iocose fictum, vbi dicit πόδα τὸν βάδον βαδιζόμην. Quod perinde esse puto ac siquis Latinè dicat, Hanc viam viamus vel (minus licenter) Hos gradus gradimur, pro Hoc iter conficimus.

Βαδιστέον, Vadendum est, Eundum est. Plutarchus Galba, εἶπε γὰρ αὐτοῖς πρός· Καί ῥα βαδιστέον. Et βαδιστέα Atticè pro eodem, Aristoph. Acharn.

Βάδισμα, ET Βαδισμός, ET Βάδισις, Incessus, Gressus. Luc. τὸ σχῆμα ἁπαλὸς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα. Addit Bud. accipi βάδισμα à Demosthene pro modo ingrediendi. Pro Βαδισμὸς autem in vulg. lex. affertur ex Nazianzeno, βαδισμὸς, ἡ ἀπ᾽ ἄλλου πρὸς ἄλλο μετάβασις. At pro Βάδισις, ex Aristoph. in Pluto, βάδισιν ποιεῖται, id est Graditur. Ex eodem citat Bud. δῆλος γὰρ ἐστὶ τῇ βαδίσει καὶ τῷ τρόπῳ. vbi βάδισιν ingressum seu gradum esse tradit.

Βαδιστὴς, Cursor, δρομεύς. ex Euripide.

Βαδιστός, ET Βαδιστικός. Exponitur βαδιστὸς in vulg. lexicis Per quem incedi potest, sed sine exemplo. Βαδιστικὸς autem apud Aristophanem habetur in Ranis pro eo qui ferendo ambulationis labori est idoneus. Gallicè, *grand chemineur.*

C. Ἀποβαδίζω, Abeo. Discedo. vt εἶμι, Eo: ἄπειμι, Abeo. Exponitur tamen Eo, tanquam significationem simplicis habens.

C. Διαβαδίζω, Pertranseo. Bud.

ΒΑΙΟΣ, οῦ, ὁ, Paruus, (Etymologistes à βαίνω deducit, de quo etymo ille aliique cum eo viderint) Βαιὸς ἰδεῖν, Paruus aspectu. βαιὸς πέτρος, paruum saxum, id est corrosum, vt exponunt vulgata lexica, & κατὰ βαιὸν id est κατὰ μικρὸν apud Dionys. De situ orbis. Oppian. in cōparat. dixit βαιοτέροισι τ᾽ ἐφοπλίζονται λαγωοῖς, In minores lepores armantur. Βαιὸς pro Modicus, Paucus, seu (quod propriè βαιὸς significare Suidas dicit) Vnus, accipitur in hoc Sophoclis loco, πότερα ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων λοχίτας ἄνδρας; Idem Aiace, Ὁ δ᾽ εἶπε πρός με βαί᾽, ἀεὶ δ᾽ ὑμνούμενα. Et aduerbialiter apud eūdem, Τί βαιὸν οὕτως ὀντρέπῃ τῆς συμμάχου; Quid tam parum curas?

Ἠβαιὸς, idem quod & βαιός. Propriè verò ἠβαιὸν esse tradūt vulgata lexica ex grammaticis, τὸ διὰ σμικρότητα βάσιν μὴ ἔχον. q. ἀβαιὸν & ἢ: vel per πρόσθεσιν τοῦ η à βαιὸς factum. Alias etymologias vide apud Hesychium & Etym. Il. β, ἔσσεται οὐδ᾽ ἠβαιὸν, Ne tantillum quidem, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον καὶ ὀλιγοχρόνιον.

ΒΑ'ΛΑΝΟΣ, ου, ἡ, Glans. Propriè quercus fructum esse volunt: deinde ad similes aliarum quarundam arborum fructus transferri. (imò Marcellus tradit fructus lōgiores hoc nomine contineri: quemadmodum glandis appellatione apud iurisconsultos Latinos omnes ferè fructus, vt quidam tradūt) vnde βάλανοι δρύϊναι, φηγιναι: & Σαρδιαναὶ quæ castaneæ (vt Plinius docet) dicuntur, & Εὐβοϊκαὶ, pro iisdem: itē βάλανοι φηγοῦ, & φοινίκων (quæ compos. voce φοινικοβάλανοι appellantur & δάκτυλοι, quásque balanos etiam populari nomine vocari autor est Plin.) & Διὸς βάλανοι, quas Diosc. castaneas vocat, Hermonax autē & Timachidas apud Athen. nuces Ponticas. Apud medicos est etiam celebris βάλανος μυρεψική, quam Plin. & Aet. μυροβάλανον voce composita dicunt: Glans vnguentaria: fructus arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis: quæ quòd in Æthiopia, Ægypto, Arabia & Petra oppido iuxta Iudæam nascatur, Αἰθιοπική, Θηβαϊκή, Ἀραβική, Πετραία, Συριακή, & Αἰγυπτία dicta est (vt Gorr. testatur) addens falsò quosdam opinari esse eam quæ hodie nux muscata nominatur. Βαλάνου πίεσμα huius glandis succus, vel eiusdem expressæ retrimentum, vt idem autor docet. VNDE Βαλάνινος, Qui è glāde hac fit. vt βαλάνινον ἔλαιον, Oleum è glande vnguentaria seu myrobalano factum. Βάλανος est etiam Glans, id est, arbor ipsa glandifera: & specialiter arbor quædā apud Theophr. lib. 4, cap. 2, quam à fructu nomen obtinuisse scribit. De qua apud ipsum plura reperies.

Βάλανος est etiā ex aquatilium animantiū genere, ἀπὸ τῆς πρὸς δρυΐνας βαλάνους ὁμοιότητος, vt Athen. indicat: quem consule lib. 3, & Aristot. lib. 4 anim. Plinius quoque balani meminit. Est præterea medicamentū quod in glandis formam effictum, sedi imponitur ad deiiciendam aluum. quo significatu collyrii voce abusum esse Columellam lib. 6. cap. 6, Cæliúmque Aurelianum medicum βάλανον transtulisse collyrium, id est glandem quæ podici subiicitur, tradunt vulg. lex.

Est item extremi penis carnosa substantia in glādis similitudinem facta, vtrunque penis meatum, quem natura vrinæ & seminis communem effecit, complectens & ambiens. Gorr. VNDE Βαλανοβόρον, Glandiuorum, Diogenes cinædum quendam appellasse fertur: quo sensu Martialis quoque Pastas glande nates dixit. ET Βαλανίζω, F. ίσω, Glandem sedi subiicio, vt medici loquuntur. ἐστὶ γὰρ τοῦ ὀνομάσαι καὶ κλύσαι πεσσοὺς ἐπιθεῖναι πλάσματος, ᾧ αὐτὶ κλυστῆρος χρῶνται, βαλανῶσαι Ἱπποκράτης εἶπε. Poll.

Βάλανος, Obex, Pessulus, μοχλός: propriè verò Aristophanes & Thucyd. schol. esse vult τὸ βαλανάγραν τὸ εἰς τὸν μοχλὸν ἐνιέμενον, quod & μάγγανον vocetur. Ferrū quod init μοχλὸν, & à claue ducitur ac reducitur. vulg. lex. Thucyd. τὰς πύλας ἔκλεισε, στρογγύλον ἀκόντιον ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. A QVO Βαλανάγρα, ας, ἡ, Clauis dicitur παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. Xenophon Hell. 5, παραδοὺς αὐτοῖς τὰς βαλανάγρας τῶν πυλῶν. ET Βαλανόω, ῶ, F. ώσω, Obice traiecto obsero. βάλανοι γὰρ τὰ μάγγανα τῆς κλειδώσεως. vt Aristoph. schol. annotat in hunc Auium locum, Καὶ νῦν ἅπασαι ταῖσι πυλίσι πόλεις Καὶ βεβαλάνωται.

Βάλανοι sunt etiam Hesychio τὰ ἐμπηγνύμενα τῶν ὅρμων περὶ τὸν βάχηλον. ψίμια Suid. exponit.

C. Βαλανηφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Glandiuorus, Qui glandibus vescitur. Plutarchus Caio, μάλιστα ὑμνοῦσι δι᾽ Ἀρκάδας τῶν δρυῶν, βαλανηφάγους ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρησμῷ προσαγορευθέντας.

C. Βαλανηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Glandiferus. βαλανηφόροι φοίνικες apud Athenæum.

Βαλανικά, τὰ, Quæ in glandario genere comprehenduntur, vt σιτικά, σιτώδη, καρπικά, βοτρυικά, σταχυικά, Theophr. & ὀσπρεικά, Aristot. Ita Bud.

Βαλανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Glandibus plenus: aut Qui glandis figura est, vt ex Gaza exponunt vulg. lex. Et τὰ βαλανώδη itidem Glandes.

Βαλανίζω, Glandes excutio. Erasmus in Prouerbio, Aliam quercum excutere. Epigramm. lib. 2, Ἄλλην δρυῶν βαλάνιζε Μενέδημε. Vide βαλανίζω suprà, alia signif.

ΒΑΛΑΝΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, Balineū, Balneū. dictū volūt παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν. Suidas enim glandibus veteres vesci solitos fuisse docet, earúmque putamina succendisse. Plut. οὔτε γὰρ βαλανείου (φησὶν ὁ Ἀρίστων) οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστι. Athen. lib. 8, αἰτιῶνταί σε ἀπολωλεκέναι οἴκοθεν ὃ πάλαι πιεῖν ἐν τῷ βαλανείῳ.

C. Βαλανειόμφαλος, ου, ἡ καὶ ὁ. Athen. lib. 11, epithetū hoc esse dicit φιαλῶν apud Cratinum, inde dictarum quòd οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι similes essent: vel quòd earum ὀμφαλὸς ἰσθμῷ similis esset: vel ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς γυναικείαις πύελοις: vel διὰ τὸ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ τῆς σκευῆς ὄντα μέσους ἔχειν τοὺς ὀχετοὺς κατὰ μέσον, ἐφ᾽ οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστιν. Has easdem ab Ione μεσομφάλους dictas fuisse idem Athen. docet.

Βαλανεὺς, έως, ὁ, Balneator. Plato Pol. 1. Est etiam πλινθουργὸς μέτοικος, Hes.

Βαλανεύω, F. εύσω, propriè Aquam in balneo ministro: deinde de quouis ministerio dicitur. Aristoph. Pace, Ἀλλ᾽ εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ μαυτῷ βαλανεύσω, Ipse mihi ministrabo. διακονήσω καὶ ὑπουργήσω. ἀπὸ τῶν λουτῶν ἐπιχεόντων ὕδωρ

ἢ ἐκ βαλανείου χρωμένων. vt ibidem schol. explicat. Hesychio est etiam λαμποφωνεῖ ὁμαι, παρ' ὅσον οἱ βαλανεῖς, ὅταν περιάγωσι τὸ ὕδωρ, κραυγάζουσι.

Βαλανείτης, ου, ὁ, Balneator. quem παραχύτην vulgò dictum fuisse Suidas indicat. Item πλυνεγχύμων, ἀλείπτης, vt tradit Hesychius. ET Βαλανειώτης, pro eodem, Suidas.

Βαλανὶς, ίδος, ET Βαλάνισσα, ης, ἡ, Balneatrix.

Προβολεὺς, έως, ὁ, Productor, vt Budæus Comm. exponit. vt apud Dionys. Ar. τὸ μὲ γὰρ αἴτιος καὶ ὥσπερ προβολεὺς καὶ ἀποτελεστήρ, vbi causam productricem & προβολέα pro eodem dixit. Sic Gregor. Patrem cælestem γεννήτορα καὶ προβολέα vocat: vt Damascenus eundem Patrem nomi G nat λόγου γεννήτορα, καὶ διὰ λόγου προβολέα ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. Vbi notandũ est eum facere discrimen inter γεννήτορα & προβολέα. Vide Bud. p. 461 & 463.

c. 2. Ἀντιπροβάλλομαι, Contrà propono & nomino designãdum. Plat. De l. 6, ἐὰν δέ τις ἄρα ἀρχῇ τινι τῶν μὴ προβεβλημένων ἀμείνων ᾖ τῶν προβεβλημένων τινὸς, ὁ προβαλλόμενος αὐτὸν ὄνομα ἀντιπροβάλλεται, τοῦτ᾽ αὐτὸ ὀμόσας ἀντιπροβαλλέσθω τὸν ἕτερον. VNDE Ἀντιπροβολὴ, ῆς, ἡ, Comparatio in nominando, quæ & ἀντιβολὴ dicitur. vulg. lex.

c. 2. Ἐπιπροβάλλω, Superinnicio. Sic v. l. ex Plut. Romulo. H

ΠΡΟΣβάλλω, Adiicio, (eo sensu quo dicitur Adiicere oculos, vel Adiicere mentem. Vnde & Adiectæ voces ex Cic. aliquãto post) προσβάλλειν τὴν ὄψιν, Adiicere oculos, Obtutũ figere. Nazianz. καὶ φησὶ σαφεστέρας ἔτι προσβαλόντος τὴν ὄψιν. Plutarchus Sympos. sept. sapient. ὁ μὲν οὖν Νειλόξενος, ἀτενίσας, εἶπεν, ἀπιστεῖν φαμὲν τὴν ὄψιν· ὁ δὲ Θαλῆς προσέβαλε τῷ Νειλοξένῳ πολλῷ χρόνῳ. id est, oculum obtutumque fixit, vt vertit Bud. Sed non malè etiam reddiderit quis, Attẽtius curiosiusque intuitus est, vel spectauit. Obseruandũ est autem accus. ὄψιν ex præcedent. repeti: quẽ tamen aliquando prorsus omitti existimo. Προσβάλλω pro Adiicio etiam significante Addo sunt qui accipi velint: afferentes hunc Diosc. locũ lib. 1 cap. 54, προσβαλε ῥόδα. Vbi tamen à Ruellio exponitur Immittito. Προσβάλλω, Admoueo. Gal. σικύας μεγίστας τοῖς τιτθοῖς προσβάλλειν. Cic. Accõmodo ex Plat. Timæo vertit. At προσβάλλειν ἀτιμίας τινὶ verti non potest Admouere infamiam alicui, sed reddi debet Irrogare infamiam seu ignominiã, vel Inurere infamiam. Budæus interpr. etiam Infligere infamiã. Dicitur & προσβάλλειν τινὰ ἑτέρῳ pro Incitare in eum & irritare, Stimulare & impellere. Bud. ex Demosth. exemplum affert. p. 453. Προσβάλλω, Allido, Collido, Impingo, Confligo. Plut. de Bruto loquens, καὶ τῷ ξίφει γυμνῷ προσβαλὼν τῷ στόμα ἀπέθανε. Ita Bud. qui rursus προσβάλλειν interpr. Impingere, item Intorquere, Illidere: & affert ex Æsch. in epist. ad Philocr. ἐκ τούτου οὖν προσβάλλειν αὐτοῖς τὴν νόσον τοιαύτην ὑπελάμβανον. Vbi tamen reddere malim Infligere. Προσβάλλω neutraliter positum, Irruo, Adorior, Inuado, Impetum facio, Irruptionem vel Impressionem facio. In qua signif. apud nullum scriptorẽ frequentius quàm apud Thucyd. esse puto. Dicitur autem & προσβάλλειν πολεμίοις, & προσβάλλειν πόλει, vel τείχει, seu ἐρύματι, &c. vt ex sequentibus exemplis patebit. Igitur lib. 1, ἐπεὶ γὰρ προσβάλλοντες ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο. Et lib. 3, προσέβαλον τοῖς Ἀθηναίοις. At lib. 1, προσβαλόντες τῇ Οἰνόῃ. Et 3, καὶ τῷ ἐρύματι προσβαλόντες. Rursum lib. 3, item 1, προσβάλλειν τῷ τείχει dicit. Sed & cum præpos. πρὸς, lib. 1, καὶ πρὸς τὴν πόλιν προσβαλόντες. Huius autem exemplo vsurpãt & cæteri, sed potius cum dat. Προσβάλλω dicitur & de accessu minimè violento & infesto. vt Luc. τίς ὁ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν πόρρωθεν; Quæ vox aures nostras incessit? Quæ vox auribus nostris incidit? Sed vsitatiore loquendi genere, (præsertim ea mẽ apud poetas) Quæ vox pepulit aures nostras? Cic. Adiectæ voces vsurpat. lib. 1, De nat. d. tanquam προσβαλούσας. Dicitur & ὀδμὴ προσβάλλει, seu ὀσμή, à Theophr. i. Incidere, Incurrere, Appelli, vt Bud. interpr. Quem miror, postquam scripsit προσβολὴν de incursu & accessu violentiore dici, exemplum illud subiungere.

Προσβάλλομαι, Adiicior. vt προσβάλλεσθαι ὄψις, Oculi qui adiiciuntur, Obtutus qui figitur. Et προσβάλλεσθαι, Inici, Imponi. vt Diosc. lib. 8, προσβάλλεται τοῖς δήγμασι. Item προσβαλλόμενον dicitur id in quod quippiam incurrit, vel incidit vel incumbit & appellitur: & id quod oppugnatur. Bud. 452.

Προσβολὴ, Adiectus seu Adiectio (si vti liceat hoc verbali in in ea signif. qua dixi paulò antè Adiicere oculos) Coniectus. vt προσβολὴ τῶν ὀμμάτων Plat. Theæteto. Sic προσβολὴ τῆς ὄψεως, apud Phil. De vita M. l. 3, σημεῖον γὰρ ὡς τοιαύτη τοῦ παντὸς ἱεροῦ φαντασία κατὰ τὴν τῆς ὄψεως προσβολήν. Dicitur autẽ & Cõiectus oculorũ à Cic. Προσβολὴ, Admotio (sequor autem in his quem in ipso verbo tenui significationum ordinem) vt σικύας προσβολὴ, Diosc. lib. 7. Dicitur autem ab Euripide in Medea & de admotione oris quæ fit osculando. ex quo affertur etiam προσβολαὶ προσώπων φίλιαι. Apud Plut. autem Sympos. 4. exponitur Contago, ἢ τῇ προσβολῇ τὰ τοιαῦτα καταδίσεσθαι πάθη τοῖς ἀνθρώποις οἴονται. Προσβολὴ, Commissura, Cic. interprete. Vide Bud. p. 453, & meũ Cic. lex. p. 13. Προσβολὴ τῆς ἀτιμίας. q. d. Inflictio ignominiæ. vt προσβάλλειν ἀτιμίαν, Infligere ignominiam, pro Irrogare. Προσβολὴ, Appulsus eo sensu quo Cic. appulsum solis, item appulsum caloris & frigoris dixit. Προσβολὴ, Appulsus nauis. Item, Impressio ruentis aciei impetusq; militum cuneatim incurrentium. Plut. φάλαγξ χαλεπὴν προσβολὴν ἔχουσα, id est Quæ perrumpi impressione non poterat. Apud eundẽ verò alibi pro τὴν προσβολὴν κρατυνάμενοι reponit Bud. προσβολῇ, vt sit, Impressione valida irrumpentes. Itidem verò Valla apud Thucydidem non ἐν προσβολῇ τῆς Σικελίας, sed ἐν προσβολῇ τῆς

Σικελίας legit: quippe qui verterit In prominētibus Siciliæ locis. Vt autem προσβολὴ est hostium, ita & athletarum, quum inter se aggrediuntur. & Petitio gladiatorum ad vulnera infligenda. Ad hostilem autem προσβολὴν pertinet hoc loquendi genus, ἐκ προσβολῆς, quod exponitur, Primo statim impetu, apud Philostratum. Et ὁ ἐκ προσβολῆς ἀγὼν, pro pugna quæ in vrbis aggressione circa muros committitur, ex eodem Plutarcho affertur. Rursum ex eodem in Publicola, προσβολῆς ὀξείας τῷ τείχει γενομένης, pro In murum impetu acerrimo ab hostibus facto. Ita vulg. lex. Sciēdum est autē Thucydidem ante Plut. hoc genere loquendi aliquoties vsum fuisse, & in eo προσβολὴν (vel potius προσβολάς, nā plurali vti solet) Oppugnationem verti. vt lib. 1, προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιούμενοι μηχανὰς τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ. Ibidem, πῶς τι οὐ προσβολὰς ἐποιοῦντο. Idem lib. 5, καὶ προσπαθούμενοι τὸν Ὀρχομενὸν πρῶτον ἐπολιόρκουν, καὶ προσβολὰς ἐποιοῦντο. Sic & Bud. hæc Polybii verba, de quadam vrbe loquentis, ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολάς, interpr. Quum statim adueniens oppugnare adortus esset. Apud eundem Thuc. alicubi προσβολαὶ exponitur (& rectè quidem, meo iudicio) Pugnæ tumultuariæ. vt lib. 3, καὶ προσβολαί, ὡς ἐν εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, τῇ παρακλ. Idem lib. 7, προσβολὰς & ξυστάδην μάχας inter se opponit, pag. 261. A scholiaste autem προσβολὴ alicubi ἄσπιστος, atque adeo μάχη (item προσβολαί. συμπλοκαί) alicubi verò & προσόρμισις ac ἀποβατήριον exponitur. In vulgatis autem lexicis illud eiusdem Thucydidis antea citatum, ἐν προσβολῇ τῆς Σικελίας, exponitur Dum in Siciliam transmittunt. Affertur ibidem ex Polybio, ὅσας οὐ μόνον στενὰς καὶ τραχείας τὰς προσβολὰς pro itinere nō solùm angusto sed etiam aspero. quum tamen προσβολὴ iter simpliciter significare nullo modo possit. Rectius igitur Bud. (meo iudicio) προσβολὰς in simili Plutarchi loco interpr. Aditus ad aggrediendum: in Cæsare, ὑλώδεις τόπους καὶ προσβολὰς ἀφανεῖς ἔχον τας ἀμηχάνω τέχνῃ διελθὼν ὁ Καῖσαρ, ὥς φησιν, &c.

Προσβολὴ de aliis etiam dicitur. A Bud. προσβολὴ exponitur Violentia & impressio præpotentis, aut tyranni: & affert ex Gregorio in Iul. καὶ πολλαῖς πληγαῖς καὶ χαλεπαῖς ὑβριστοῦ προσβολαῖς. Apud Theodor. legitur προσβολὴ φθόνου, quod inuidia velut irruptionem faciat in animum eius quem incessit. Aggressionem quidā verterunt: Bud. appulsum. Et πυρετοῦ προσβολὴ Galen. ad Glauc. pro accessione febris, sed ita vt impetus significatio includatur. Bud. pro εἰσβολὴ poni scribit. ‖Προσβολή, Noxa, Offensio, vt idem vertit in hoc Synesii loco, ἐδόκει δὲ ἄρα χαλεπωτέρας μοι γενέσθαι τι πάθος τὴν προσβολήν. Vbi tamen alii προσβολὴν cum πάθος iungentes interpr. Aggressionem, Insultum. Itidem tamen προσβολὴ exponitur Noxa [ob læsum numen] apud Aristophanem, Χαῖρε πατὴρ δαιμόνων ἡ προσβολή. verùm & hic de irruentis impetu commodè intelligi posse videtur. Sic enim & Synes. εἰ δαιμόνων εἶεν προσβολαὶ τὰ γινόμενα δι' ἀνθρωπίνων.

Προτιβάλλομαι pro Προσβάλλομαι apud Homerum (præfixa præpositione Dorica προτὶ, aut certè facta ex Dorica ποτὶ, pro πρὸς) Adorior, Aggredior. Itē Coerceo, Castigo: vel simpliciter Increpo. Hom. Il. ε, v. 874. Τοῦτον δ' οὔτ' ἔπει προτιβάλλεαι, οὔτε τι ἔργῳ. id est ὀνειδίζεις, Eust.

C. ΣΥΜΒΑΛΛΩ, Conicio. vt apud Theophr. De causis pl. 3, exponitur, συμβάλλει τὰ χόνδρα εἰς τὰς γύας. Sed frequentius est pro Conicio metaph. vnde Coniectura. Plato Crat. εἰ οὖν τι ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. Itidem ex Dioscoride citatur, συμβάλλειν τὰς φύσεις pro Cōicere, id est coniectura consequi. Sic pass. συμβάλλομαι. Paus. in Mess. οἱ μάντεις ἀπείρως εἶχον συμβαλεῖν τὸ εἰσημένον. At Budæus apud Herodotum in Polymnia vbi dicit συμβαλλόμενος εὑρίσκω, vno in loco vertit Coniectura assequens, in altero autem Subducta ratione. de qua significatione postea dicam. Vt autem συμβάλλω pro Conicio, & cōiectura assequor, ponitur, ita etiam pro Intellectu assequor. (quam significationem, vt affinem proximè præcedenti, subiungendam ei putaui) vt apud Cebetem, δι' ἑρμηνείας συμβαλομένῳ τὰ γεγραμμένα. Sic apud Plut. in Amat. narr. συνεῖδ ἔχειν ἐν προξενίᾳ, Polit. vertit Intellexit. Fortasse autem & συμβαλεῖν in loco Platonis modò prolato aliquis ita accipiendum putauerit. At συμβαλλόμενος ἀπόδειξιν τῆς φιλοσοφίας, Plut. in Fabio, quidam interpr. putant Animo voluens. His addendum cēseo συμβάλλομαι pro Computo, vel Rationem subduco. vt apud Herodotum in Polymnia à Budæo verti dixi; aliam tamen similis loquendi generis quod ibidem habetur, interpretationem afferentis. Atenim in Erat. vbi scribit idem Herodotus συμβάλλεσθαι ὅτι δακτύλοι πεζ μιῶνας, pro Supputare accipi, omnes fatentur.

Συμβάλλω, Coniungo. vt συμβάλλειν τὰς δεξιὰς apud Euripidem eo modo quo Virgilius, Dextræ coniungere dextram. Sic & apud Xenoph. Pæd. 2, συμβαλεῖν φασὶ Γαδάτην. Sed & pro Connecto, Contexo, ex Philostr. Heroicis, συμβάλλειν στέφανον ἐκ λειμῶνος. Item Commisceo. vt quum ab Arriano fluuii quatuor dicuntur συμβάλλειν τὸ ὕδωρ εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. Quo & Homerus modo olim dixerat ῥοὰς συμβάλλειν, Il. 4. Sed & sine accus. ponitur συμβάλλειν hac signific. vt apud eundem historicū, αὐτὸς δὲ ὁ Ἀκεσίνης ἐς τὸν ξυμβάλλει τῷ Ὑδραώτῃ. Hinc & συμβάλλοντες ποταμοί, Confluentes. Dicitur verò & de aliis rebus neutra signif. pro Coeo (vt quæ inter se coniunguntur & commiscentur) & ita exponitur apud Aristotelem Problem. sect. 3, συμβάλλει εἰς ταυτὸ τῷ ἐπιφανεῖ. Itē in hoc eiusdem loco, de venis loquentis καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλαις. Hinc etiam pro Cōgredior, & Occurro. vt apud Appianum, ἵνα αὐτῷ συμβάλλει Κλεοπάτρα. Et apud Arrianum, ξυμβαλεῖν αὐτῷ, pro Cum eo coniungi & ei occurrere. Hinc apud Homerum σύμβλητο pro Occurrebant & participium συμβλήμενος apud eūdem Od. ο, pro συμβεβλημένος. Ab hac autem significatione est σύμβολος pro obuio. ‖Συμβάλλω, Committo (vt committimus aliquos ad certamen) Iliad. γ, Αὐτὰρ ἔμ' ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον Συμβάλετ'. Sic συμβάλλειν τὰς δυνάμεις apud Plutarchum. ἀλεκτρυόνας συμβάλλειν apud Xenoph. & Æschinem: & πόλεις συμβάλλειν apud Paus. Sed hic addit μάχῃ συμβῆναι. Interdum verò & pro Committo aliquos, id est sibi inuicem inimicos reddo. vt συμβαλεῖν ἄνδρας φίλους, Xenoph. Pæd. 6. Iungitur autem συμβάλλειν & cum accus. vt Lat. Committere (veluti quū dicimus Committere pugnam vel prælium) & quidem addito interdum personæ datiuo. vt συμβάλλω εἰς μάχην, vel συμβάλλω σοι εἰς μάχην. Sic συμβάλλω σοι ἀγῶνα apud Euripidem. At συμβάλλειν ἔριν apud eundem exponitur Contentionem inter se exercere. Soph. autem (hinc, vt opinor, ducto loquendi genere) dixit συμβαλεῖν ἔπη κακὰ pro Maledicta regerere, veluti quandam verborum pugnam committendo. Sed & συμβάλλειν sæpe per se pro Committo pugnam, Pugno, Prælior. vt συνέβαλον τοῖς πολεμίοις, apud Polybium. Cum πρὸς autem iunxit Isocr. ἀλλὰ πρὸς μόνους τοὺς προσγόνους τοὺς ὑμετέρους συμβάλλοντες.

Συμβάλλω, Confero. & quidem tribus diuersis significationibus, (quam etiam ob causam eā quæ sequuntur, huc reseruāda existimaui) Primùm vt Cōfero dicitur pro Cōtribuo, sic & συμβάλλω, vel potius συμβάλλομαι. Χρήματος ἄρα ἀριθμῷ πλείω συμβέβληται ἡμῖν. Vtque sumpta hinc metaphora Confero dicunt Latini pro Prosum, Adiuuo, sic & Græci suū συμβάλλομαι. Dicunt autem συμβάλλομαί σοι, & συμβάλλομαι τούτῳ, vel πρὸς τοῦτο, siue εἰς τοῦτο. quorum exempla sunt apud Herodotum, Xenophontem, Plat. qui & De rep. 1, nomen μέρος addit, scribens, μέγα μέρος εἰς τοῦτο ἡ χρημάτων κτῆσις συμβάλλεται. Deinde, quemadmodum Confero sermonem vel sermones cum aliquo, sic συμβάλλειν λόγους apud Eurip. legitur. (pro eadem autem significatione affertur & συμβάλλειν ἔπη εἰς λόγους) Tertiò, vt Confero pro Comparo interdum sumitur, sic & συμβάλλω apud Herodot. cum dat. apud Aristotelem cum πρὸς, Ethic. 1, πρὸς πολλοὺς συμβάλλοντες.

Συμβάλλω, Vtendum do, Commodo. Item, Fœneror. Suidas enim μεταδιδόναι & κιχρᾶν exponit in hoc loco (qui est ex Aristoph. Concion. licet ille taceat) Ἔπειτα συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη τὰ ματία, &c. Et συμβαλόντα in quodam Arriani loco pro δανεισάμενον accipi ait.

gg. iiii.

Poterit autem fortasse & in hac signif. ad verbũ Confe A
ro reduci.

Συμβάλλομαι, Paciscor, Contractus conuentáque ineo. Bud. pag. 619, ex Isocr. & Demosth. Et συμβάλλω ταῦτα, Hæc stipulor, ex eodem Isocr.

Σύμβλημα, ET Σύμβλησις, Commissura. In vulg. lexicis σύμβλησις pro Compago, ex 26 Exodi affertur: & σύμβλημα pro pessulo, item solidatione, ex Esaiæ cap. 41.

ITEM Συμβλητὸς, ού, ό, Conferendus, Qui conferri & comparari potest. Theocr. Ἀλλ' οὐ συμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα Πρὸς ῥόδα. Alia exempla vide apud Bud. p. B
610. inter quæ vnum ex Aristotele in quo συμβλητὰ vult esse comparabilia & commutabilia. Quam duplicem significationem ibi non admitto. AT Ἀσύμβλητος, Non conferendus, Non comparandus, Non æquus, Impar. Idem Bud. ibidem ex Aristot.

Συμβολὴ, Ipse actus conniciendi. Item, (sequendo metaph. verbi conicio signif.) Coniectura. Qua in significatione Plutarchum vti testatur Bud. | Συμβολὴ, Coniunctio, Iunctura, Commissura. vt συμβολαὶ τῶν ὀστῶν, ossium C
iuncturæ, Plat. Tim. Et ex Aristot. 1. De part. an. affertur, συμβολαῖς τῶν χειλῶν εἰσὶν ἔνια τῶν γραμμάτων pro Nonnullæ literæ labris comprimuntur. Et συμβολὴ, Locus vbi confluũt fluuii, velut aquas cõiungentes, Cõcursus confluentiũ, Bud. Sic Arr. ξυμβολὴν τῶν τε Ὑδάσπου καὶ τῶ Ἀκεσίνου dixit, & alibi sæpe plur. ξυμβολάς. | Συμβολὴ, Commissio (vt dicuntur aliqui ad certamen committi) seu Parium comparatio ad pugnam. Quam interpr. addit Bud. subiungens ex Herodiano, δι' ὀρτύγων μάχας καὶ ἀλεκτρυόνων συμβολάς. Item Commissio prælii (si ita dicere liceat, vt dicitur Committere prælium) Cõflictus, D
Congressus, apud Herodotum & Xenoph. | Συμβολὴ, Collatio quæ fit à singulis in commune. vt quum Athenæus dicit lib. 7, τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὸ συμπόσιον ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην. Et ex Canone 54 Concilii Laod. affertur, ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν. Et plural. συμβολαὶ, vt apud Plaut. ac Terent. Symbolæ, Quæ quisque conferebat, Collectæ (vt quidam ex Cicerone interpr.) Sic quidam comicus apud Athen. Ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον Καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς εἰσπράξατο. Et συμβολαὶ, Auxilia seu adiumẽta ad bellum quæ à E
quopiam conferuntur. Sic apud Plutarchum in Antonio dicitur iniquum esse à bello mulierem reiicere συμβολὰς τηλικαύτας διδοῦσαν. | (Item συμβολὴ pro pacto, vide in Σύμβολον.) HINC Ἀσύμβολος, Qui symbolam non confert. Gellius lib. 6, cap. 13, Ne omnino immunes & ἀσύμβολοι veniremus, coniectabamus ad cœnulã non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Sic ἀσύμβολον δεῖπνον, in quo conuiuæ symbolas non conferunt. Item Ἀσύμβολος metaph. pro inerti & inutili, & qui nihil in medium attulit. Bud. pag. 610 ex Plut. F
Coriol. ET Ἀσυμβόλως aduerb. Sine symbola. vt Ctesibius interrogatus quid illi ex philosophia superesset, respondit, ἀσυμβόλως δειπνεῖν. ET Βραχυσύμβολος, in Epigr. Qui paruum symbolum ad conuiuium confert.

Σύμβολον, τό, τὸ, Nota. Cic. interpr. vt verbum nota est & signum rei animo conceptæ. Aristot. De sensu, τῶν δ' ὀνομάτων ἕκαστον, σύμβολόν ἐστι. Etymologiam (inquit Cicero) notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristot. σύμβολον appellat, quod Latinè G
est Nota. Hæc Cicero. Accipi autem σύμβολον pro signo ab ea verbi συμβάλλειν signif. qua pro Conicio accipitur, Budæo assentior. Vt autem Nota seu Signum latè patet, déque variis rebus, deinde & de quibusdam peculiariter dicitur, sic & σύμβολον: vt sequẽtibus exemplis docebo. Aristid. in Panath. μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι τοῦ περιεῖναι ταύτῃ τῇ ἀρχῇ, Magnum est signum præstãtiæ huius ciuitatis. Id est indicium. Plutarchus Romulo, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπιχρήσεως σύμβολον. Herodian. 3, τὰ κηρύκεια πάντα καὶ τὸ σύμβολον νομίζοντες. Demo- H
sthenes, σύμβολον ποιεῖσθαι τῆς εὐνοίας, pro indicio & argumento salutis habere. | Σύμβολον peculiariter pro signo militari (sicut & σημεῖον à generali significatione ad hanc particularem transit) Herodian. 4, τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα. Hanc tamen significationem raram esse puto. Σύμβολον autem de re militari alio etiam sensu dicitur, pro eo videlicet quod potius Insigne appellatur, vt apud eundem Herod. 1, τάς τε ζώνας καὶ ἐσθῆτας καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν ἀφαιρήσαντες, 1. (Politiano interprete) cæteris militiæ signis. At βασιλείας σύμβολα seu βασιλικὰ σύμβολα aliquot apud eundẽ locis Insignia imperii, Insignia imperatoria, Insigniæ principatus idẽ interpr. Sed annulũ peculiariter vocatum fuisse σύμβολον ex Plinio discimus, lib. 33 cap. 1, videlicet, vt certæ cuiusdam dignitatis signũ seu insigne. Denique σύμβολον in re militari dicebatur quod alio nomine σύνθημα, id est Tessera, signum bello, vt dixit Virgil. — vt bello tessera signũ: (vbi lege Seruium) Et Silius eũ imitatus, — tacitũ dat tessera signũ. Ab hu' autem signif. similitudine Symbolum apostolicum appellatum fuisse existimatur, vt videlicet velut tessera ad internoscendos veros Christi milites esse posset: sed aliam & quidem certiorem huius appellationis rationem vide paulo pòst. Recentiores autem theologi symbola vocarunt in sacramentis visibilia signa, vt aquam in baptismo, panem & vinum in cœna Domini: quæ symbola ad rem significatam referũtur, vt in cœna ad corpus & sanguinem Domini. Quidam tamen symbolorum appellationem generaliter ad ipsa etiam sacramenta extenderunt.

Σύμβολον dicebatur etiam signum quoddam, vel (magis propriè) tessera quam publicè dabant ciuitates quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter & amicè acciperentur in oppidis fœderatis, vt scribit Bud. afferens ex Lysia, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Et paulo pòst, πολλοὶ γὰρ ἀγαθὸν καὶ ἄλλων χρημάτων ἀπορήσειν διὰ τὸ σύμβολον ἐν πάσῃ τῇ ἠπείρῳ. Sic hodie (inquit) vocari possunt tesseræ collybisticæ, quas literas collybicas vocãt, quasi ad permutandã pecuniã externam institutas. Hodie *lettres de change*, vel *lettres de banque*. Sed & priuatus vsus hospitaliũ tesserarum fuit, vt ex Plauto in Pœnulo & Cistellaria liquet. Hinc autẽ Tertull. lib. De præscrip. Contesserationem hospitalitatis dixit. Fuit autem antiqui moris (inquit Bud.) tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam anticus & vetus hospes. | Σύμβολον præterea apud Pollucem lib. 9 accipi putatur pro ea tessera quam numariam Suetonius appellat, quæ Gall. *vn mereau* vel *vn bulletin*. Meminit autem hic & tesseræ frumentariæ, cuius & Plinius, ac Iuuenalis: Vlpianus item & Paulus. De his lege Bud. annot. prior. in Pandect. | Σύμβολον, Tessera theatralis, quæ (vt in vulg. lex. scribitur) in congiariis iaciebatur à principe, largitionisque speciem numerúmque notis ostendebat. quæ omnia principis liberalitate obtinebat is, prolata tessera, cui fortuitò obtigerat. Dion, σύμβολα δι' ἃ τε εἰς τὸ θέατρον κατ' κορυφὴν ἔρριψε, τὰ μὲν ἐδώδιμον, τὰ δὲ ἐσθῆτα.

| Σύμβολον autem pro omine (quòd videlicet rei futuræ signum sit) vide in Σύμβολος. Exponitur autem & Præsagium, item Augurium, vt ibidem dicetur. | At συμβολα Pythagorica apud Plutarchum & alios, non simpliciter signa sunt sed occultæ cuiuspiam rei signa. vnde & Ænigmata quidam interpretati sunt. | Σύμβολον (inquit Budæus) significat etiam similitudinem & quandam naturæ communitatem. Aristot. De gen. & interitu, lib. 2, τὸ μὲν γὰρ πῦρ ἐστι καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ πῦρ ἔχει γὰρ ἀμφοτέρων σύμβολα. Volũt autẽ quidã conuenientiã naturæ & cõmunitatem sic appellari, ducta ab hospitalibus symbolis metaphora, vt sit velut societas quædam & necessitudo ex hospitio contracta. Ab hac autem συμβόλου signif. est Gall. verbum *symbolizer*: quod tamen nec antiquum, nec ab omnibus est receptum. ET Συμβολικὸς (ab hac συμβόλου significatione) Ænigmaticus, Allegoricus. & συμβολικὴ θεολογία. de quibus vide Bud. p. 611 & 612. Eidẽ verò alibi Συμβολικὸς est Significatiuus. & subiũgit, συμβολικὸν κίνημα τῆς κεφαλῆς, id est ἐπινεύειν. ET Συμβολικῶς aduerb. Ænigmaticè, Allegoricè. At in v. l. Coniecturaliter. id est, Per comparationem præteritorum & futurorum. Hesych. συμφωνούμενως.

Σύμβολον, Commissura, à συμβάλλω signif. Committo. Plato Symp. ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστιν ἀνθρώπου σύμβολον, ἅτε τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται, ἐξ ἑνὸς δύο. ζητεῖ δὴ ἀεὶ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστος σύμβολον. Alibi ἡμιτόμιον dixit. Σύμβολον commissurã vocare videtur: inquit Bud. qui tamen antequam locum proferret, dixerat σύμβολον esse αὐτὸ τὸ τμῆμα, quasi tesseram & frustum abscissum. Hæc ille, respiciẽs (vt opinor) ad id quod paulo antè ex eo retulim⁹, tesseram videlicet solitam dari hospitibus dimidiatam (quæ Gall. *taille*) vt huc alludens Plato, dicat homines olim διφυεῖς fuisse, ob idque nunc virum & mulierẽ tanquã B tesseras dimidiatas rursum inter se committi velle.

Σύμβολον, Quod confertur, à συμβάλλω significante Confero. Collecta, sicut & συμβολή, quidam interpret. Ego tamẽ nullum ex classicis scriptoribus exemplum citatum inuenio nominis σύμβολον hac in signif. positi. at genitiui plur. numeri συμβόλων suppetunt mihi nonnulla: sed quæ non immeritò alicui suspecta fuerint, quum facilis accentus lapsus esse potuerit, ex συμβολῶν à συμβολή, in συμβόλων à σύμβολον. Legimus tamẽ apud Gell. lib. 6, cap. 13, in fine, Talia symbola. Et apud C Plaut. ac Terentium, non solùm symbolam, sed & symbolũ. Verùm hoc ne ibi quidẽ apud quosdã suspicione caret. Vtut sit, σύμβολον Apostolicũ potius ab hac τῆς συμβάλλω significatione quàm ab altera (ad quam id nonnullos referre dixi) appellatum fuisse, Augustini etiam testimonio confirmari potest. is enim Serm. de temp. 115 collationem interpretatur, quia (inquit) collata in vnum totius catholicæ legis fides symboli breuitate colligitur. Hæc ille. σύμβολον tamen est potius quod confertur, aut collatum est quàm collatio, si quidem D hæc pro ipsa conferendi actione accipiatur.

Σύμβολον, Pactum, Conuẽtum, à συμβάλλω significante *Paciscor*. Pro qua significatione ex Aristotele affertur, *Polit. 3.* εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων, σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας. Ex eodem autem Rhet. 1, συμβολαί (non σύμβολα) cum συνθήκαις copulatum: vbi scribit, καὶ περὶ τῶν ἐξαγωγῆς δέοντας & περὶ τῶν εἰσαγωγῆς, ἵνα πρὸς τούτους καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γίγνωνται. In quibus locis paulo aliud σύμβολα & συμβολὰς quàm συνθήκας esse videmus. Harpocr. tamen συνθήκας E interpretatur, sed peculiari significatione. ait enim σύμβολα esse συνθήκας ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια.

HINC Εὐξύμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum quo facilè paciscimur, Facilis in commercio, Xen. (Item Εὐξύμβολον σημεῖον Bud. Signum fausti ominis, Signum faustum.)

CONTR. Δυσξύμβολος, apud eundem, πολλοῖς χρημάτων ἐπιθυμεῖ, καὶ διὰ τοῦτο δυσξύμβολός ἐστι.

Σύμβολος, ου, ὁ, vel Σύμβολον, ου, τὸ, Omen. (quòd signum sit rei futuræ) Synes. ἵνα μὴ τῷ τυμβίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. F Greg. ὡς ἐπαγγελία τὸ σύμβολον. Exponitur & Auguriũ, Auspiciũ. & affertur ex Plutarcho in Pericle, τὰ πυχνὰ τῶν συμβόλων ἀθυμοῦντες. Apud Xenophõtem autem dat. συμβόλοις ab vtroque nominatiuo esse potest, Apomn. 1, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. | Σύμβολος Hesych. est non solùm οἰωνός, sed etiam quod datur forum iudiciale ingredientibus. | Σύμβολος exponitur etiam Obuius. VNDE Συμβολεῖν & Συμβολῆσαι apud Hesychium pro Obuium fieri, Occurrere. G

c. 1. Συμβολοκοπέω, ῶ, Symbolas do in conuiuia, vt Bud. interpretatur in hoc Ecclesiastici loco, cap. 18, in fine, μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ. Ex alio autem eiusdem libri loco affert, μετὰ γυναικὸς μὴ συμβολοκοπήσῃς ἐν οἴνῳ. pro Ne des symbolum vel annulum.

c. 1. Ἀποσυμβολέω, λῶ, Occurro, si mendosè non legitur apud Hesychium, ἀποσυμβολεῖν, συναντᾶν.

Συμβολατεύω, Paciscor, Contraho. Hesych.

¶ Συμβόλαιον (multo frequẽtius quàm σύμβολον) Pactum, Conuentum, & quidem generali signif. Demosthenes, H καὶ συμβόλαια ποιοῦσι συμβάλλοντες. Plato, συμβολαίων πέρι ἃ πρὸς ἀλλήλους συμβάλλουσι. Isocr. in Panegyrico, ἴδια συμβόλαια, Priuati contractus, Bud. interpr. Qui etiam addit συμβόλαια & δικαιώματα in Pand. pro eodem accipi, videlicet pro instrumẽtis & indiciis, ac probatoriis syn A graphis, vel scriptis quibuscunque, vt testamento. Συμβόλαιον exponitur etiam Commercium, item Negotium. Synesius, μανθάνουσι δὴ παρὰ τῶν ἀνδρῶν εἰς τὸ συμβόλαιον γίγνεσθαι πρὸς ἄνθρωπον ὑπόβολον. Basil. ad Candidianum, συμβόλαιόν τι πρὸς αὐτὸν εἶπεν ἐγκεκλῆσθαι. Et συμβόλαιον κοινωνικὸν apud Plutarchum in Romulo, est Communis societas & commercium, in vulgatis lexicis.

HINC Συμβόλαιος δίκη, Controuersia vel iudicium de pacto & contractu. Bud. ex Thucyd apud quem tamen ipsemet legit συμβολαίαις δίκαις, nõ συμβολαίοις. ET Συμβολαιογράφος, Tabularius, Qui cõtractus scribit. Bud. ex B Pandectis.

¶ Συμβολίη, Occursus, pro συμβολία. Item casus, vel Successus, vt exponit Camer. in hoc Apoll. versu, — δρηστῆρες δὲ συμβολίῃ κεχάροντο. Est autem σ pleonasticum.

C. Ὑπερβάλλω hic omissum, vide post Ὑποβάλλω.

C. ΥΠΟβάλλω, Subiicio, oppositum τῷ ἐπιβάλλω. vt in hoc Athenæi loco (qui mihi propterea ad indicandam primam huius verbi significationem visus est aptissimus) κάτω μὲν ὑποβαλεῖτε τῶν Μιλησίων ἐρίων, ἄνωθεν δ' ἐπιβαλεῖτε ξυστίδα. Sic pass. ὑποβάλλεσθαι τῷ τείχει, ex schol. Ari- C stoph. pro Supponi vel Subiacere. At signif. act. ὑποβάλλεσθαι πορφυρίδας, Luc. Subiicere toralia, vel potius Substernere, vt Bud. interpr. Ex eodem Luc. ὑποβάλλεσθαι βιβλία, pro Substernere libros, vel Substratos habere. Et metaph. ὑποβάλλουσι σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ ταῖς συμφοραῖς apud Isocr. Seipsos calamitatibus subiiciũt. Vel, ad verbũ, Seipsos sub calamitates subiiciunt. Atq; ita malim, quum apud Cic. inueniam, Virtus sub varios incertósque casus subiecta. Huc pertinet apud Æsch. in Ctesiph. D ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις. q.d. Subiecit se Thebanorum imperio. | Ὑποβάλλω, Suggero, videlicet commonefaciens. Xen. ὑποβάλλειν δυνάμενος ὧν τι ἐπιλανθάνοιτο. Vbi & verbum Subiicere retineri possit. vt Terent. Phorm. Si meministi quod olim dictum est, subiice. Et ὑποβάλλοντός τινος, Herodian. Cuiusdam admoniti, id est ὑπομιμνήσκοντός τινος. Vide Bud. 464. | Idem ὑποβάλλειν esse scribit Interfari, Sermonem interpellare, & præproperè excipere. vt Æsch. in Ctesiph. αὐτοῖς ὑποβαλεῖν. Sic autem Hom. ὑββάλλειν Il. τ, dixit. Vtrum E que locum affert p. 463. Sed addo, hîc quoque verbo ὑποβάλλειν aliquã verbi Subiicio signif. includi. Sic enim apud Varr. Subiicit Scrofa, De formæ cultura hoc dico, &c.

Ὑποβάλλω, Suppono, (quod & ipsum verbo Subiicio interdum significatur) vel potius Ὑποβάλλομαι. vt mulieres αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι, Basil. apud Budæum 464. Item Ὑποβάλλομαι, Falsò quippiam mihi ascribo, Mihi quasi subdititium assumo. Strabo, ἀλλότρια ὑποβαλλόμενος. Consule eundem B. p. 463. Ex Soph. autem Aiace, F ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλεῖς, pro ὑποσπείροντες, Verba clàm ferentes fallunt. Additur autẽ, ὑποβάλλεσθαι. signif. etiam Per interpretem loqui.

Ὑποβάλλομαι pro προβάλλομαι & ὑποτίθεμαι. Vide Budæum pag. 463.

Ὑπόβλημα, ατος, τὸ, Substramen. Bud. ex Hippiatr.

Ὑποβλητος, ου, ὁ, Suppositítius, Camer. Subdititius, Bud. νόθος, Suid. ὑποβολιμαῖος. vt ὑπόβλητα βρέφη. & apud Suidã, ὑποβλήτους αἱ ἔσπειν αὐτοὺς καὶ νόθους αὐτίκα. Metaphoricè etiam capitur pro οὐκ ἀληθὴς ἀλλὰ πεπλασμένος. Sopho- G cles, Οὐδεὶς ἐρεῖ ποτ' ὡς ὑπόβλητον λόγον Αἴας ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός, id est γνήσια τῆς σῆς διανοίας οὐχ ὑπόβλητα ἀλλ' οἰκεῖα σαυτοῦ. Sic idem Soph. Œdip. Colon. dixit, Τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα. Vbi quidam exponunt Subornatum & ab alio instructum. Et apud Platonem, ὑπόβλητος ἄνθρωπος, Homo subdititius. Bud.

Ὑποβλήδην, aduerb. Subiiciendo. (eo sensu quo Virgilius dixit, — vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco) vel Interpellato sermone, Excipiendo verba dicentis nondum finita, vt v. l. exponunt. Obstreperè, Camer. Interfando, Bud. Il. α, Τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς, id est ὑποβλητικῶς, καὶ ὡς ἐν ἀφορμῇ τοῦ διεξοδικοῦ λόγου, Eust.

Ὑποβολή, ῆς, ἡ, Subiectio, & (si dici posset) Substratio. Plato apud Athenæum 1, νῦν δὲ τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν ἐν περιβολῇ χωρίζουσι καὶ ὑποβολῇ. | Item Subiectio rei

falsæ pro vera, Fraus. Basil. epist. ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, Accersita persona vsus, vt vulg. lex. interpr. In quibus huc refertur iste etiam Polybii locus, αὐτόπτης ἐμοὶ ἐκ ἐξεληλυθόντων ὑποβολή. Apud Plutarchum vero Romulo, ὑποβολὴ τῶν κλειδῶν Bud. vertit Adulteratio. ‖ Admonitio. Xenoph. Pæd. 3, ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ὑποβολῆς δυνάμενοι ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι, Præclarè cum eis agitur si moniti etiam proficiant, vt Camer. interpr. Eo sensu Liuius verbo Subiicio vsus est, Quæ ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo atque hortando subiiciunt. ‖ Item Subiectio eo modo quo interfando & interpellando alicuius sermonem aut respondendo, subiicere dicimur. vnde ἐξ ὑποβολῆς. Diogenes Laertius, Σόλων δὲ τά Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς ἔγραψε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον, Solon statuit vt Homeri versus alternis accinerentur, ita vt vbi vnus desiisset canere, alter inde auspicaretur.

Ὑποβολιμαῖος, ὁ, ὁ, Suppositiiius, Subdititius. Cui apud Demosth. γνήσιος opponitur. Luc. ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτίθημι ἐκείνῳ, ὑποβολιμαῖος αὐτ' ἐκείνου γεγονώς. Metaphoricè etiam capitur. Plutarchus, τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγγραπτον ἔχουσιν, ἀπὸ μισθοῦ φιλοῦσι. Sic ὑποβολιμαῖος λόγος.

Ὑποβολεύς, έως, ὁ, Monitor, Qui admonendo atque hortando subiicit & suggerit. Plut. Pol. præc. μιμούμενοι τοὺς ὑποκριτάς, πάθος μὲν ἴδιον καὶ ἀξίωμα τῷ ἀγῶνι προστιθέντες, τῷ δὲ ὑποβολέως ἀκούοντας καὶ μὴ παραβαίνοντας τοὺς ῥυθμούς. Et Philo, ὥσπερ ὑποβολέως ἑκάστοις ἀοράτως ἐνηχοῦντος, Velut monitore cuique clanculum subiiciente. ‖ Item Interpres, ἑρμηνευτής. Eust.

Ὑπόβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pignerationi obnoxius, & Obiectus pro pignore: quam hypothecam verbo Græco iurisconsulti sæpe vocant. Est enim ὑπόβολον, τὸ ὑποκείμενον πρὸς δάνειον καὶ τόκον, siue domus, siue prædium, siue res mobilis sit. Hæc Bud. Vnde apud Pollucem ὑπόχρεων χωρίον & ὑπόβολον pro eodem ponuntur. Eust. ex Pherecyde citat, ὑπόχρεως τὴν οἰκίαν τὴν Πολυτίωνος κειμένην ὑπόβολον. Ὑπόβολον etiam vocatur in Pand. προγαμιαία δωρεά: vt Bud. tradit. D

Ὑπόβολον etiam apud Suidam reperitur pro ὑπόβολον, in priore signif. id est ὑποκείμενον πρὸς δάνειον.

c. 1. Καθυποβάλλω, Subiicio. Magentinus, ἔτι δ' ὅπη τὰ ὁμοίγνια τῷ δεσμῷ καθυποβάλλονται. Et καθυποβαλλόμενος τῷ δεσμῷ, In vincula coniectus. Bud. E

c. 2. Προϋποβάλλω, q. d. Præsubiicio. Budæo Comm. est ferè idem quod Præstruo, Præmolior, & Fundamenti loco vel inchoamenti pono. Themist. De anima 2, εἰς γὰρ τὸ σπέρμα ἡ φύσις ἐνδίδωσι λογισμὸν, ὥσπερ καὶ τὰς λοιπὰς πάσας δυνάμεις εἰς δορυφορίαν τῷ λόγῳ προϋποβάλλεται. Idem inferius, εἰ δὲ ἡ φύσις προϋποβέβληται τὰς δυνάμεις, καὶ προτέρας ἐκείνας ἐνδέδωκε τῶν ἐνεργειῶν, οὐδὲν θαυμαστόν. Id est (Bud. interprete) Quòd si natura cōparatū est vt prius insint potentiæ in homine quàm actus, Ingenerentur & insint quasi inchoamenta animæ. F

ΥΠΕΡβάλλω, (q. d. Superiicio: vt Quint. ὑπερβολὴν superiectionē reddidit) Exupero, Excello. Item Supero. Cum accusatiuo personæ, & datiuo rei, ὑπερβάλλειν τινὰ τούτῳ: & tam in bonam quàm in malam partem. vt ὑπερβάλλειν τῇ φιλοτιμίᾳ apud Xenophontem. Sic ὑπερβαλέσθαι πάντας ἀνθρώπους ἀνδραγαθίᾳ, Aristid. At ὑπερβάλλειν πάντας ἀνθρώπους πλεονεξίᾳ καὶ μιαρίᾳ, rursus apud Xenophontem Hellen. 7. Sic Demosth. Pro corona, Αἰσχίνης δ' εἶναι πονηρὸν ὑπερβέβληκεν ἅπαντας ἀνθρώπους ὁμοίως. Sæpe autem accus. personæ omittitur. Aristoph. Pluto, ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Xen. Pæd. 1, ὡς δὲ εἶδον τὸ προσάγειν τῷ ἀνδρὸς ὑπερβάλλον ἀγαθόν. Isocr. in Euag. ὑπερβάλλοντας & καταδεέστερον ὄντας opponit. Sic etiam dicitur ὑπερβάλλουσα ἀνδραγαθία, & contrà ὑπερβάλλουσα μοχθηρία, & ὑπερβάλλον ἄλγος, ac similia. Sic ὑπερβάλλουσα τρυφὴ apud Athenæum 12. Sæpe autem in exuperationis signif. vtitur Xenophon τῷ ὑπερβαλέσθαι (sicut & alii nonnunquam) Sed & participio ὑπερβαλλόμενος actiuè vsus est Pæd. 5, τοὺς δ' ἄρ χοντας τοὺς ἀγαθοὺς ὑπερβαλλόμενοι. vbi accipitur pro superantes, Vincentes. ‖ Ὑπερβάλλειν autem dicitur etiā peculiari superādi significatione, qui in auctione superat, id est pluris licetur. Bud. pag. 464. ex Andocide. Sed G H

& alteram superandi signif. obseruauit in verbo ὑπερβάλλειν, & quidem propriam. Thucyd. lib. 8. pag. 296. ὑπερβαλόντες ἄκρας ἤδη τὴν ἄκραν. Bud. quoque ex Aristotele affert ὑπερβάλλοντας τοὺς ἰσοὺς de delphinis, pro Saltu superant. emēdatius tamen legi existimans ὑπεράλλοντας, ex alio eiusdem scriptoris loco. Qua in re libenter illi assentior: hoc tamen addo, Plinium verbo Superiecto, quod planè respondet τῷ ὑπερβάλλειν seu ὑπεράλλεσθαι, ita vsum esse. A

Ὑπερβάλλω, Excedo. Cui opponitur ἐλλείπω, & ἀπολείπω. Hesiod. Erg. Μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὀπλὴν, μήτ' ἀπολείπων. Aristot. autē in Ethic. ὑπερβάλλειν, (vel ὑπερβάλλειν τὸ δέοντος) & ἐλλείπειν inter se opponit. Sed & vocē pass. ὑπερβεβλημένην opposuit Plato ἐλλειπούσῃ. Hinc ὑπερβολὴ & ἔλλειψις itidem opponuntur. B

Ὑπερβάλλομαι apud Lucianum In aliud tempus reiicio, Differo: vnde ὑπερβολὴ χρόνου apud Herodot.

Ὑπερβεβλημένως, Supra modum.

Ὑπέρβλητος, ὁ καὶ ἡ, Excellens. Demosth. ὑπέρβλητον ποιεῖ λόγῳ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καταλελοίπασι. Bud. At ego aliter legendum & exponendum puto. C

C. Ἀνυπέρβλητος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Qui superari non potest, Quem nihil antecellit. Itē Nimius. Dem. Olynth. τὴν φιλοτιμίαν πάνδεινόν ἀνυπέρβλητον ἦν. Isocr. Paneg. τὸ συμμάχων ἀνυπέρβλητον ἡγουμένων ἔχειν τὴν ἀρετήν. Athen. 3, ἄνθρωποι ἀνυπέρβλητοι εἰς πονηρίαν. VNDE Ἀνυπερβλήτως adverb. Vltra modum. Aristot. Rhetor. οἱ δ' ἐργαζόμενοι λυποῦνται ἀνυπερβλήτως, μὴ τιμωρούμενοι.

Ὑπερβαλλόντως, Exuperanter.

Ὑπερβολή, Exuperatio, Exuperantia. Potius autem verbo vtendū est in reddendis loquendi formulis nomē istud habentibus: quæ & elegantes & valde vsitatæ sunt. Isocrates in Busir. enc. εἰς τοσαύτην δ' ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας ἥκουσι. Quæ ad verbum sonant, Ad tantam autem exuperantiam felicitatis perueniunt. Sed reddi potius debent verbo quàm verbali: hoc aut simili modo, Adeo autem exuperat eorum felicitas. Vel, Adeo autem modum omnem felicitas eorum supergreditur. Vel, Adeo autem quosuis alios felicitate superant. Sic & quum dicunt πρὸς οὐδεμίαν ὑπερβολὴν λείπει, vel ἀπολείπει, vel καταλείπει: (quod loquendi genus frequentissimum est) vt apud eundem Isocratem in Euag. λείπεται οὐδεμίαν ὑπερβολὴν τῶν τοιούτων. Luc. σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν αδικίας ἀπολελοίπασι, Considerate an aliquem aliis ad maiorem nequitiam locum reliquerit. Vel, An quicquam sibi ad nequitiam reliqui fecerit. Polyb. ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν, quod Budæus interpr. Vt maius esse non possit. Cic. in epist. Epicuri πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῖς ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους interpr. morbos ad quorum magnitudinem nihil possit accedere. Vide meum Cic. lexicū. Et res aliqua dicitur οὐκ ἔχειν ὑπερβολήν. vt Demosthenes in Midiam, τοῦτο γὰρ τοῦτο οὐκ ἔχει δεῖν ὑπερβολὴν ἀσελγείας, id est (Budæo interprete) Hoc flagitium nullo scelere superari potest. Vel, Sūmū est hoc scelus. Ego autem existimo huiusmodi phrasibus Latinè exprimendis accommodatum esse & illud loquendi genus, Nihil magis sceleratum dici aut fingi potest. At de illo Paulino loquendi genere 1 ad Corinth. 4, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν lege Bezam. ‖ Et ὑπερβολὴ peculiari appellatione figura quædam apud rhetores, à Fabio dicta Ementiens superiectio. Exponitur etiam Exuperatio, Item Superlatio & Verba superlata. & definitur, Oratio superans veritatem, alicuius augendi minuendiue causa. Vide Cic. & Fab. D E F G

Ὑπερβολή, Excessus, sæpe apud Aristotelem: cui opponitur ἔλλειψις vel ἔνδεια. Pla. Protag. ἀλλ' ἢ ὑπερβολὴ ἀλλήλων καὶ ἔλλειψις. Isocr. Nic. αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἔνεισιν. Interdum ὑπερβολὴ redditur Quod est nimium: à nōnullis & Nimietas, ex Colum. Et quod Cicero dixit in Orat. Magis offendit nimium quam parum, quidam esse putant ὑπερβολὴν & ἔλλειψιν. H

Ὑπερβολή, Transmissio (vt Transmittere ardua loca dicimus) apud Polybiū exponitur, ἡ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολή. Et ὑπερβολαὶ τῶν ὀρῶν apud eundē, Cacumina montium, Iuga, vt quæ exuperantem quandam altitudinem habeant. Sed & ὑπερβολαὶ sine adiectione dicitur, vt Plut.

Fab. τῆς ὑπερβολῆς εἰκραπὴς ὄντος. Ibidem, βοῦς ἐλαύνειν δεῖ τὰς ὑπερβολάς. ‖ Ὑπερβολή, Dilatio. Herodotus, ὑπερβολὴ κακοῦ ἐγένετο Καρυστίοισι, Carystiis clades dilata fuit. ‖ Ὑπερβολή, sicut & παραβολή, sectionis conicæ appellatio. Camer. Citatur ex Archimede.

Ὑπερβόλαιος, Superlatus. Plutarchus De defectu orac. καὶ συνημμένων καὶ διεζευγμένων καὶ ὑπερβολαίων. id est (Turn. interpr.) Coniunctarum, disiunctarum, superlatarum.

Ὑπερβολικὸς, ή, όν, Excedens, Nimius. VNDE Ὑπερβολικῶς, Supra fidem, Plutarch. Sympos. οὐχ ὑπερβολικῶς ἀλλ' ἀληθῶς πρὸς τὴν τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν τῆς πόλεως δημηγορεῖν ἔοικεν.

Ὑπερβολὰ εἰς ἀνίαν, Supra modum. in carm. Theogn.

Ὑπερβολία, Excessus, Iniuria, ὕβρις, κόρος, Hes.

Ὑπερβολιμαῖος, ου, ὁ, ἡ, ἐν ὑπερβολῇ ὢν, vel ὑπερβολαῖς χρώμενος. Camer.

Ὑπέρβολος, (scil. λίθος) Saxum quod iniici solebat iis qui in mare demergebantur. Ad quod Aristoph. allusit, Ἐκ τῶν λαρύγγος ὄστρακα σοῦ ὑπέρβολον. Fuit enim hoc nomine Athenis quidam insigniter improbus, interfectus in Samo, vt scripsit Thuc. Hæc Camer.

C. Ὑπερβάλλω, quod hic esse debuit, vide ante Ὑπερβάλλω.

ἈΚΡΟΒΟΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, Iaculator, Propriè qui e summitate loci alicuius iaculatur, vel summitatē versus. Ex ἄκρον & βάλλω, sic formatum vt ἰοβόλος, ἐλαφηβόλος, & alia multa. Ex hoc autē ἀκροβόλος fit proximē sequēs verbū ἀκροβολίζομαι. ET Ἀκροβολὸς pro ἀκροβόλος, vnde in Anthol. epigr. ἀκροβολεῖς ἀκίδες. quod tamen explicāt Mucrone ferientes. hoc autem comp. ἀκροβόλος, vnà cum verbo quod ab eo deducitur, siquis inter præcedentia eiusdem formæ composita reponere malit, non magnopere repugnabo.

Ἀκροβολίζω, & frequentius Ἀκροβολίζομαι, Iaculor. Propriè è summitate alicuius loci iaculor, vel Ex edito quopiā loco iacula emitto: quasi ἐξ ἄκρου βάλλω. Aut Summitatē aut Cacumen aliquod versus iaculor, & iaculationem dirigo. videlicet quasi τὸ ἄκρον βάλλω. Interdum verò & latius patet, nec significat tantùm Iaculor iaculis vten do: sed dicitur etiam λίθοις ἀκροβολίζεσθαι. Item generaliter, pro Missilibus pugno, Velitor, Velitarem pugnā ineo. Exponitur etiam, Certaminis præludia facio, Ferentariorum dimicatione vtor. Sunt & qui explicent, Pugnam lacesso. Lucianus in Timone, πάνυ οὖν δεῖ πάλιν ποτὲ αἰσθέσθαι ἀπελαύνειν αὐτούς. ὧδε λίθοις ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος. Xenophon Pæd. 8, ἐπεὶ δὲ ὑπ' ἀκροβολίζοντας οὐκ εἰς χεῖρας τῷ νῦν τῆς μάχης ἦλθον. Thucyd. lib. 3, χρόνον μὲν οὖν τινα ὀλίγον οὕτω πρὸς ἀλλήλους ἠκροβολίσαντο. vbi scholiastes, εἶπεν πόρρωθεν ἔβαλλον αὐτούς. ‖ Metaphoricè etiam capitur ἀκροβολίζομαι, itidem vt Velitor apud Latinos. ἀκροβολίζεσθαι (inquit Budæus) Velitari verbis & certamen lacessere, apud Chrysost. in epist. ad Corinth. 1. Legitur verò & apud Herodianum, lib. 8, ἀκροβολισάμενοι τοῖς ἔπεσι.

Ἀκροβολισμὸς, οῦ, ὁ, Iaculatio. Plato De Leg. lib. 7, γυμνάσια τὰ καὶ ὀρχησεῖα τοξικῆς τε καὶ τῆς ἄλλων ἀκροβολισμῶν ἕνεκα διδασκαλεῖα. Item, Velitatio, Velitaris pugna, Præludium pugnæ. Luc. in Timone, ὡς ἀστραπὴ συνεχὴς ἀπὸ τῆς ἀκροβολισμῶν προσκοπίζεται. Xenoph. Hell. 1, πρὸς τὸ τεῖχος ἀκροβολισμοῖς καὶ προσβολαῖς ἐποιοῦντο. Politianus apud Herodianum ἀκροβολισμοὺς interpretatur leues pugnas & velitares. ‖ Sumitur item metaphoricè pro velitatione e quæ fit verbis: vt ἀκροβολίζεσθαι pro Velitari verbis. Exponitur ἀκροβολισμὸς etiam ἐρεθισμὸς à Suida.

Ἀκροβολιστὴς, οῦ, ὁ, Iaculator, Veles, Ferentarius, apud Ælianum. ET Ἀκροβολιστικὰ, apud eundem Velitum tela.

ἈΝΤΙΒΟΛΕΩ, λῶ, Occurro, cum datiuo. Il. ω, Ὅς μοι ἐπειδὴ πρῶτον ὁδοιπόρον ἀντεβόλησας. Et Il. π, Τοιούτῳ δ' ὑπὲρ μοι ἀνέρι ἀντιβολήσω. Et alibi sæpe. Sed iungitur etiam genitiuo, pro μετασχεῖν & ἐπιτυχεῖν. vt Il. λ, — ὅτε μάχης καυστείρης ἀντιβολήσῃ. vbi Eustath. τυχεῖν exponit, at breuium schol. autor, μετασχεῖν. Et Od. φ, — ὅ πρῶτον ἐγὼ τοῦ ἀντεβόλησα. vbi Eustathius scribit hic ἀντεβόλησα esse ἐπιτυχεῖν, alibi autem συναντᾶν. apud posteros autem Homeri ἱκετεῦσαι significare. Idem in illum priorem locum annotat ἀντιβολεῖν esse quasi ἀντίον βάλλειν & ἐπιτυγχάνειν, Aliā tamen deriuationem quidam attulerunt.

Ἀντιβολῶ, Supplico, Oro, Obsecro, apud Homeri & Hesiodi posteros. in qua signif. videlicet pro παρακαλεῖν, vel (vt alibi) ἱκετεύειν, ait Eustath. ἀντιβολεῖν dici παρὰ τὸ ἀντίον πόδας βάλλειν τοῖς ἱκετεύουσι, id est ῥίπτειν. Iungitur autem accusatiuo. Aristophanes Nub. ἀντιβολῶ σε. Idem, ὁ δὲ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν ὡς πρὸς θεὸν ἀντιβολεῖ με. Demosthenes in Midiam pro Obtestari & obsecrare, ἀντιβολοῦντος οὕτω καὶ λιπαροῦντος οὐκ αἰτεῖν. Luc. καὶ σε ἀντιβολοῦμεν πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀφροδίτης. Plutarchus cum infinitiuo, de supplicibus loquens, συγγνώμην ἔχειν ἀντιβολοῦντος. In præt. imperfect. ἠντιβόλει apud Athen. lib. 11, κἀντιβόλουν προσπεσόμενοι. Item passiuū Ἀντιβολοῦμαι, Obsecror, Aristoph. ET Ἀντιβόλησις, Supplicatio, Deprecatio. Pla. Apol. οὐ περὶ τὸ οἴκτου καὶ τῆς ἀντιβολήσεως. ET Ἀντιβολία, quod Eustath. apud Eupolidem δέησιν exponit. ITEM Προσαντιβολῶ, Vltra supplico, vel obsecro.

ΒΕΆΤΕΡΟΣ, ου, ὁ, Melior, Præstantior. βελτίων, κρείσσων, ἀμείνων, καλλίων. Hesych. Hom. Il. φ, Ἦ τι βέλτερόν ἐστι κατ' ὄρεα θῆρας ἐναίρειν Ἀγροτέρας τ' ἐλάφους, ἢ κρείσσοσιν ἶφι μάχεσθαι. Sic Hesiodus Erg. v. 367, Οἴκοι βέλτερον εἶναι, Domi esse melius est. Phocylides, Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σοφὸς ἄλκιμος ἀνήρ. Aristoph. tamen scholiastes in positiuo gradu exponit φρόνιμος. Vide Ἀβέλτερος quod proximè sequitur.

¶ Ἀβέλτερος, ου, ὁ, Stolidus, Amens, Stultus, Vecors, Vesanus. Ex α priuatiuo & comparatiuo βέλτερον factum esse Suidas & Hesychius videntur indicare velle, quum exponunt, ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων, id est, Qui quod melius est non cognoscit. At Simplicius in Epictetum, ex α priuatiuo & βελτίων compar. mascul. gen. vult fieri: sed alia ratione. ait enim ἀβέλτερον appellari quempiam, ὅτι οὐκ ἔχει πῶς συγκρινόμενος, βελτίων φαίνηται, id est, Quum nō habet cui collatus, melior videri possit. Suidas tamen aliam quoque affert etymologiam: dicens βέλτερον significare prudentem, & à βάλλω fieri, vt à φέρω φέρτερος. Aristophanis scholiastes itidem βέλτερος significare dicit φρόνιμος. De qua significatione si constet, ego hanc etymologiam vt magis propinquam recipio: vt videlicet ἀβέλτερος ex α priuatiuo & nomine βέλτερος fiat. Alteram autem sequens, dicerē potius ὁ τὸ βέλτερον μὴ γινώσκων, id est τὸ βέλτιον. Ἀβέλτερος & ἔμφρων opponuntur apud Athen. lib. 13, — οὔτ' ἀβέλτερος, Οὔτ' αὖθις ἔμφρων. Ἀβέλτερος τοῖς, Suid. Vide χαῦνος.

Ἀβελτέρως, Aduerb. Stolidè, Stultè. Plut.

Ἀβελτέρειος, pro ἀβέλτερος, vt ἡμετέρειος pro ἡμέτερος. Eust. ex Herodiano quem appellat τὸν τεχνικόν.

Ἀβελτηρία, ας, ἡ, vel potius Ἀβελτερία, Stoliditas, Stultitia, Amētia, Vesania. Hes. Suid. apud quē Menāder, ὡς τῆς ἀβελτηρίας ἡ λαλεῖ αὐτῆς ὁ νοῦς οὗτι, &c. Apud eūdem paulo antè habetur, ἀβέλτερος νοῦς. Plutarch. πῶς αὖ τις διακρ. &c. Ἔτι δὲ δεισιδαιμονίας ἀδιότητα, καὶ πανουργίας ἀβελτηρίας ἀπολόγημα ποιεῖ). Idem in Fabio, ἀβελτηρίας ἄπειρος καὶ νωθρότητος ὑπόνοιαν εἶχε παρὰ τοῖς ἐκτός. Sequens autem Aristotelem (vt opinor) ἀβελτηρίαν & νωθρότητα copulat. sic enim ille lib. Rhet. 2, τὰ δὲ σχήματα εἰς ἀβελτηρίαν καὶ νωθρότητα. οἱ ἀπὸ Κίμωνος καὶ Περικλέους καὶ Σωκράτους.

Ἀβελτηρία Demostheni sæpe pro ignorantia quæ prudentiæ opponitur. B. in Lex.

Ἀβελτεροκόκκυξ, υγος, ὁ, Idem quod ἀβέλτερος. Suidas. Idē exponit & κενός, id est, Vanus, vel Ventosus, præsertim quum de homine dicitur.

ΒΕΛΤΙΏΝ, ονος, ὁ καὶ ἡ, Melior, Præstantior. Dem. περὶ Συντάξ. Οἱ νέοι γὰρ ἡμῖν δι' ἐκείνων ἔσονται τὰ ἀγαθὰ βελτίους, Ad frugem morum meliorem redigentur. Thuc. lib. 8. Ἔφασαν γοῦν οὐδὲν βέλτιον ἅμα καὶ χεῖρον ὁ Ταμὼς, ὡς πεπύσθαι.

Βελτιόνως, Melius.

Βελτιόω, F. ώσω, Meliorem seu Melius reddo. Philo De vita Mos. lib. 3, μὴ ὥσπερ ἀγαθὴν ἄρουραν φιλοσοφία παραλαβοῦσα, δόγμασιν ἠθικοῖς παγκάλως ἐβελτίωσεν, In melius prouexit. Idem, τὴν μὲν διάνοιαν τὸ πρῶτον, ἔπειτα καὶ τὸ σῶμα διὰ τῆς ψυχῆς ἐβελτίωσεν, Animus primùm, deinde per animā corpus proficiebat. Plut. νέῳ δὲ ἀνδρὶ βελτιουμένῳ τὸ ἦθος, Qui melior fit. VNDE Βελτίωσις, εως, ἡ, In meli' prouectio.

Philo De vita Mosis lib.2, ἐξ ὧν μεγαλουργίας καὶ ἄμα βελτιώσεως ἠθῶν, Tum ad vitæ morúmque disciplinam.

Βέλτιστος, η, ον, Optimus. οἱ βέλτιστοι τῶν πολιτῶν, Optimates. Plutarch. βελτίστους γίνεσθαι ἑαυτῶν ἀνθρώπους ὅτου ἐστὶν εἰς θεοὺς βαδίζειν, Tum denique longè optimos fieri homines. Thuc. lib.4, Ἀλλ' ὡς τὰ βέλτιστα συμβαίνουσι ἰσχυρίζοντο.

ΒΕΛΟΣ, εος, τό, Telum, Iaculum, Sagitta, Hasta missilis. παρὰ τὸ πέρρω θεν βαλλόμενον, vt Eust. explicat. licet alibi scribat βέλος propriè esse τὸ τοῦ οἰστοῦ σιδήρεον: indéque ipsum totum βέλος nominari, vt & αἰχμὴ quum pars δόρατος sit propriè, per synecdochē pro δόρυ accipitur. Odyss.υ, Οὐκ ἴσαιλις τὸν ξεῖνον ἀλθόαπο γὰρ βέλος αὐτῆς. Et Il. ρ, — μετὰ παυόμενοι δὲ μιὴ χοντο Ἀλλήλων ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα, Πολλοὶ ἀφεσταότες. Et Iliad.λ, — ὁ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἧκεν. Vbi Eustathius annotat βέλος pro δόρυ accipi, vtpote μακρόθεν ἀφιέν. Antè enim de eodem dixerat, ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ. Athen. ἐφ' ὧν λιθοβόλος ἐφεστήκει τριτάλαντον λίθον ἀπ' αὐτοῦ ἀφεὶς καὶ δωδεκάπηχυ βέλος. id est, Saxa tritalētaria teláque missilia duodeuiginti pedum facilè eiaculās, Bud. De asse. Ἐντὸς βελῶν ἐστι dicitur qui intra teli iactum est, vt idem Budæus Comm. exponit. Contrà verò apud Luc. De hist. scr. ἢ ἔντος ἀσφαλὲς μαθεῖν τοῦ πολέμου αὐτῆς ἔξω βέλους ἑστώς. ¶Quum verò peculiariter deo tribuitur, Fulmen est: vt apud Herodot. βέλος ἐνσκήψας θεὸς, Deus fulmen iaculatus est. At Soph. Trach. addidit & κεραυνοῦ, dicens Ἐνσεισον ὦ ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος Πάτερ κεραυνοῦ. ¶Eundem verò Sophoclē gladium quo interiit Aiax, ἐξ ἐχθίστου βελῶν audacter dixisse, autor est Eustath. Aristoph. tamen schol. in hoc Acharn. loco, Ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν ἀλλὰ καὶ τὸ βέλος pro ξίφος etiam poni scribit. ¶Βέλος Eustathio est etiā ipse ictus & dolor ex ictu illatus, vt Il. ξ, καὶ δέ οἱ ὄσσε Νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα, βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα. Id ipsum etiam tradit schol. Eurip. βέλος dici scribens καὶ τὸ τραῦμα καὶ τὸ τραῦμα ὑπὸ τῆς βολῆς τοῦ βέλους. ¶Βέλος ὀξὺ Homerus metaphoricè dixit etiam extremum dolorem parturientis. vt Il.λ, Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα Δριμύ, τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι. Βελῶν verò differentiam qui scire desiderat, consulat Paul. Æg. lib.6 cap.88.

C. Βελίαιον, quasi Telorū remediū, à quibusdam dicitur δίκταμνος, vt habetur apud Diosc. quòd tradat vulneratis capris mederi, à pastu eius statim decidentibus telis. Gorr.

C. Βελοθήκη, Theca ad reponenda iacula, Pharetra. Hes.

C. Βελομαντία, ας, ἡ, seu ῥαβδομαντία, genus est vaticinationis, quum mittuntur sagittæ in pharetram, & commiscentur inscriptæ siue signatæ nominibus singulorū, vt videatur cuius sagitta exeat, & quæ prius ciuitas debeat oppugnari. Vulg. lex. ex Hieron. in Ezech. cap.21.

C. Βελοποιὸς, οῦ, ὁ, Telorum fabricator. Camer.

C. Βελόστασις, εως, ἡ, dicitur vt ἱππόστασις, Budæo autore. Legitur Ezech.4 in principio, & 1 Maccab. 9, βελοστάσεις καὶ μηχανὰς καὶ πυροβόλα. vbi exponitur Balista.

C. Βελοσφενδόνη, ης, ἡ, Phalarica, vt habent vulg. lex. Apud Plut. verò in Sylla βελοσφενδόνη καὶ χέρσοι, interpres vertit Sagittæ & glandes.

C. Βελουλκὸν à quibusdam dicitur ὁ δίκταμνος, vt habetur apud Dioscoridem, quòd & sagittarum & partuum remedium sit. Gorr.

C. Βελουλκὸς, οῦ, ὁ, Tela missilia extrahens. Βελουλκὸν Bud. interpr. Ferramentum chirurgi ex Celsi lib.6 cap.16. Paulus Ægin. lib.6. cap.88, ὁ καὶ πλείονος δὲ δι' ὀδόντας ἢ ῥάμφεις ἢ βελουλκοῦ ἐπὶ τῆς ἑνὸς ἐξαίρειν. VNDE Βελουλκία, ας, ἡ, Teli infixi extractio: cuius tres ex Homero species tradit Eustath. Il. ἀπόσπασμῷ, quum telum educitur discissa latius carne, vt in Eurypylo: διωσμόν, quum protruditur ac propellitur, seu encitur, vt Celsus loquitur: vt in Diomede: ἐξολκήν, quum extrahitur, vt in Menelao. ET Βελουλκικὸς, ή, όν, Ad telorum extractionē pertinens. vt apud Ægin. lib.6 cap.88, ὅτι τὸ βελουλκικὸν τῆς χειρουργίας μέρος ἀναγκαιότατον ἐστί. ET Βελουλκέω, ῶ, Tela extraho. Ægin. ibidem, εἰ χρὴ γὰρ βελουλκοῦντας ἡμᾶς τὰ βέλους χεῖρον ἐργάζεσθαι κακόν.

C. Βελεσιχάρης, εος, ὁ καὶ ἡ, Iaculis gaudens, Iaculator. Apollinis epithetum in Epigr.

C. Βιοδώτης, ου, ὁ, ET Βιοδώτωρ pro eodem, in Epigrām. & Nonno. Apud Plat. verò & Βιοδότης reperitur.

C. Βιοθάλμιος ἀνήρ, Diuturnæ vitæ vir. Hom. Hymn.

C. Βιοθρέμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Vitā alens & sustentans. Almus. Aristoph. Nub. αἱ Νεφέλαι σεμνόταται βιοθρέμμονα πάντων. Gaza verò apud Aristot. vertisse dicitur Pollens ingenio ac industria in vitæ muneribus.

C. Βιομήχανος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ad vitā sustentandā & victum parandum nihil non machinatur. Aristot. 9 Hist. anim. χλωρεὺς δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, (quo sensu εὐμήχανος πρὸς τὸν βίον etiam reperitur. & apud eundem Aristot. de vlula βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος, pro quo Budæus εὔβιος etiam dici testatur) Docilis & ad vitæ munera ingeniosus, vt vertit Gaza, qui alibi interpr. Ingenio valens in vitæ officiis. VNDE Βιομηχανία, ας, ἡ, Industria in vita sustentanda & victu comparando. Citat Pollux ex Antiphonte.

C. Βιοπλανής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui victus quærendi causa vagatur huc illuc. id est Mendicus. At βιοπλανέες ἤθεα apud Nonn. interpr. Mores lubrici & inconstantes.

C. Βιοπορισμός, οῦ, ὁ, Victū parans & suppeditans. ex Euseb.

C. Βιοσσόος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitæ seruator. vt Ἰησοῦς βιοσσόος. & βιοσσόος ὥρη, Hora salutifera. Nonn.

C. Βιοφθόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitam corrumpens, Mortiferus.

C. Βιόχρηστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitæ & victui vtilis.

C. Βιαρκής, έος, ὁ & ἡ, Ad vitā sufficiēs, Vitā & victū suppeditans. Non. υἱέα πατρὸς βιαρκέος υἱέ θεοῖο. Almi Dei Patris.

C. Βίαρχος, ου, ὁ, Victui seu commeatui præfectus.

C. Βιώνης, ου, ὁ, Qui victum, seu ad victum necessaria, emit. ὁ τὰ δημόσια ἀγοράζων. Suid.

C. Βιωφελής, έος, ὁ καὶ ἡ, Vitæ vtilis, seu Vitæ humanæ vsib^o idoneus. Gell. l. 1, c. 22 ex Varr. quadā satyra refert, in cōuiuio legi nō omnia debere, & ea potissimùm quæ simul sunt βιωφελῆ & delectent potius.

C. Ἄβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inops, Cui non suppetunt ad victum necessaria, ex α priuatiuo, & βίος. i. βίοτος, victus. Luc. in Dialogo Achillis & Antilochi, οἱ οὐκ ἄν, οἶμαι, δέξαιντο αὖθις, εἴπερ αὐτοῖς ἀναπεμφθῆναι ἐπὶ ἄβιος καὶ ἀκλήροις ἀνδράσιν. Vbi respicit ad versum Homericum, Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη. Ἄβιος ἀκτήμων, inquit Bud. citans hunc Greg. locum, de martyribus loquentis, ὁρᾷς ἀβίους ζῶντας καὶ ἀοίκους, καὶ ἀσθενεῖς μικροῦ καὶ ἀναίμονας. Sonat autem ἀκτήμων, Nihil possidens, Nullas possessiones habens. Basilius tamē hæc duo distinguit, scribens, Ἄβιος, ἀκτήμονα

ἀιτήματα, ἀσχήματα, ἀπολακτικ ζῆ. Apud Homerũ item ἀβίους sunt qui pro ὀλιγοβίους accipiant in hoc versu Il. ν, circa principium, Γλακτοφάγων, ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. & ita α non esset priuatiuum, sed duntaxat μειωτικόν, id est diminutionis significationem habens: de qua diximus antea. Sed intellige per ὀλιγοβίους qui parco aut tenui ac vili vtuntur victu. Eandem autẽ aut huic affinem habebit significationem α, si cum Strabone ἀβίους explicemus, Mulieribus carentes, quasi videlicet degentes ἡμιτελῆ βίον. Sed tunc βίος non victum sed vitam declarabit.

Ἄβιος, Diues, apud Antiphontẽ, Suid. Hes. ab α augẽdi vim habente, & βίος: accipiendo itidem hic βίον pro victu, vt sit ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, inquit Suidas. At qui in loco Homeri modò citato ἀβίων intelligebant μακροβίων, id est longæuorum, α quidem accipiebant itidem ἐπιτατικόν, verùm per βίον non victum, sed vitam significari volebant. Illi item qui ἅμα βίῳ πορευομένων intelligebant, vt potè ἁμαξοβίων, id est In plaustris viuentium. Item qui exponebant Domo carentium. At qui explicabant βίους μὴ κεκτημένων (quæ explicatio est apud autorẽ Etymol.) βίους, id est vitas, pro legibus vitam hominum gubernantibus accipi posse credebant.

C. Ἀμφίβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex ἀμφὶ & βίος, quasi Vtrinq; vitã habens, Ancipitem vitã habens, id est Modò in aqua, modò in terra viuens. Columella lib. 8, cap. 13, Venio nunc ad eas aues quas Græci ἀμφιβίους vocant, quia non tantùm terrestria sed aquatilia quoque desiderant pabula: nec magis humo quàm stagno consueuerunt: eiusque generis anser præcipuè rusticis gratus est. Varro l. 4 De lingua Latina, Græci ea quæ in aqua & in terra possunt viuere, vocant ἀμφίβια. Sic autem omnino explicatur hæc vox ab Hesychio & Suida, vt hic à Varrone. habetur enim apud illum, ἀμφίβιον, τὸ γῇ καὶ ὕδατι ζῆν δυνάμενον. apud hunc autem, ἀμφίβιον, τὸ ἀμφοτέροις δυνάμενον βιοῦν, καὶ θαλάσσῃ καὶ γῇ. Exponit tamen ἀμφίβια ζῶα & ita, (redit autem ferè eodem vtraque expositio) τὰ ἔνυδρα καὶ χερσαῖα, id est Aquatilia & terrestria. Plutar. Sympos. 1. διὰ καὶ τίνα φυτὰ καὶ τινὰ ζῶα καὶ χερσαῖα ποιεῖ, καὶ ἀμφίβια προσαγόρευσις. Basil. Hom. 7 in Hexaemeron, καὶ ὑπερβολὴ δὲ καί τι διπλοῦν ὑπάρχει περὶ τὴν ἔνυδρον, μάλιστα μὲν ἀμφίβια τοιαῦτα ὄντων εἶδη, αἱ φῶκαι καὶ κροκόδειλοι καὶ οἱ ποτάμιοι ἵπποι. Interpretatus sum autẽ ἀμφίβιος Ancipitem vitam habens, vt sic interpretando ostenderem hoc nomine contineri etiam nomen βίος, non ignorans Ciceronem ἀμφίβια ζῶα vocare bestias ancipites. quanquam nouitatem aliquã in hac appellatione videtur animaduertisse, quòd particulam Quasi præfigat. ita enim scribit De nat. deorum lib. 2, Bestiarum autem terrenæ sũt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes. || Batrachomyom. autor, Ἀμφίβιον γὰρ ἔδωκε νομὸν Κρονίων. vbi ἀμφίβιον non ancipitis vitæ, sed ancipitem duntaxat interpretari oportet, vt posito nomine composito pro simplici. nam pastum ancipitem, vel pascua ancipitia dicere possumus, at pastum ancipitis vitæ, nequaquam: nisi pastum ancipitis vitæ intelligamus pastum eorum animalium quæ ancipitem vitam habent.

Ἀμφίβιος, Luciano iocosè appellatur Tiresias, qui vtrunque sexum habebat, quasi Ancipitem vitam habens: quòd anceps esset eius sexus. vel, Cuius sexus anceps vitam quoque redderet ancipitem.

C. Βραχύβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui breuis est vitæ, Cui breue viuendi tempus concessum est. Athen. 7, βραχύβια φασὶν εἶναι τὰ πολλὰ καὶ τὴν ταχεῖαν. Vnde Βραχυβιώτερος, comparatiuum Qui vitæ est breuioris. ET Βραχυβιότης, ητος, ἡ, Vitæ breuitas.

C. Ἔμβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui vita seu vitalis aliqua vis inest, Qui vitam intùs habet, Viuidus, Viuax. vt Theophr. ἐμβιωτέρων Synes. De insom. τὰς δὲ ὄντων, ἀπὸ ἐκείνων ἔτι, μᾶλλον ἔμβια καὶ ἀμυδρότερα. Magis viuacia. Idem epist. 146, ὁ μὲν κατὰ τὸ μέγεθος ἔμβιόν τι ψυχῆς πάθος ἐνσκήψει μοι, Viuũ quendam animi affectum mihi infudit.

C. Εὔβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bene & commodè viuens. Aristot. Anim. hist. lib. 9, οἱ δὲ φρυνολόγοι ἀβιώτεροι καὶ χαμαιλεόντες, A

A vndè viuunt, vt Gaza vertit.

C. Κακόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè, i. duriter viuens. Apud Plut. de Britannis qui ægrè viuũt & in egestate, inquit B. qui & exponit Ignobiliter viuẽs. X. Pæd. 7, παῖδας σου Πέρσας τοὺς οἴκοι κακοβιωτέρους μὲν ὄντας διὰ πενίαν, ἐπιπονωτέρους δὲ ζῶντας, διὰ τὴν δὲ χώρας τραχύτητα καὶ διὰ πάντας ἐργάζεσθαι. Plut. Artoxer. ἄνθρωποι κακόβιοι καὶ ἄποροι. Opponitur proximè præcedenti, item τῷ ὀλβίοις & βιομάχοις & βιωτικός.

C. Κοινόβιον, ου, τό, q. d. Vitæ communicata societas. Gell. lib. 1, cap. 9, Qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque pecuniæ familiæque

B habebant, in medium dabant. & coibatur societas inseparabilis: tanquam illud fuerit antiquum consortium quod in re atque verbo Romano appellabatur κοινόβιον.

C. Μακρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui longam vitam degit, Longæus, Lucianus in Macrob. ὅτι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ κατὰ πάντα ἔθνη μακρόβιοι γίγνονται ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγείαν χρώμενοι. Vnde Μακροβιώτερος apud Aristot. & apud Luc. ἔστι μακροβιώτατος. ET Μακροβιότης, ητος, ἡ, Vitæ longitudo.

C C. Μελάμβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui nigram (id est obscuram) vitã degit. v. l.

C. Μικρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui exiguæ vitæ est.

C. Νυκτίβιος, ET Νυκτιπρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Noctu viuens. id est Noctu vagans & victum quærens, interdiu verò latitãs: vt noctuæ & vespertiliones. Vel (vt Νυκτίβιος ab Hesychio exponitur) ὁ ἐν νυκτὶ ὡς ἡμέρᾳ διάγων.

C. Οἰόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui solitariam vitam degit, Qui in solitudine versatur. Suidæ est αὐθαίρετος, μονότροπος, μεμονωμένος τοῦ λογισμοῦ, ὀκνηρὸς φρενῶν.

D C. Ὀλιγόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pauco (id est breui) tempore viuens.

C. Παλίμβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rediuiuus.

C. Πυρίβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, In igni viuens.

C. Σύμβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui alicui conuiuit, Contubernalis. Aristot. 9 Ethic.

C. Ὑγρόβιος, Qui in locis humidis viuit, Qui in aquis degit. Apud Nonnum est epithetum piscatoris.

¶ Βιόω, ῶ, F. ώσω, (& sæpe f. pass. vocis βιώσομαι) Viuo. Dem. Pro cor. ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκα, ἄρξομαι. Luc. Macrob. τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. Plato

E Axiocho, εἴ σε ἡ κατὰ τὸν αἰῶνα ἀδικίαν οὐκ, Ἀξίοχε, βεβιωκότα ὁσίως, Quum sanctè & castè vixeris. In passiua etiam voce verbum hoc vsurpatum reperitur, idque in significatione tã actiua quàm passiua. Actiua, vt apud Plutarchum ad Col. ἡμεῖς βίον βιωσόμεθα. Herodian. lib. 5, ὑμεῖς δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ βιώσεσθε. Aristot. Ethic. 10, cap. 9, ὥστε δὲ γίγνεται αἱ βιουμένοις κατὰ τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν. || Apud Homerum verò Odyss. θ, — σὺ γάρ μ' ἐβιώσαο κούρη, transitiuè positum est pro Viuificasti.) In passiua autẽ significatione vsus est De

F mosthenes contra Midiam, ὥστε βίου καὶ ἔστω ἴστων ἃ τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ μάλα βεβίωται. Sic Cicero ad Atticum, Quare stomachor omnia, sed mihi βεβίωται, viderint iuuenes. Hoc est (vt Budæus exponit) Mihi vita acta est. Athen. 6, ἐμοὶ μὲν σοῦ χεῖρος ἱκανῶς βεβίωται· σὺ δ' ἔτι νέος εἶ. Et βεβιωμένος in particip. vt apud Demosthenem Pro corona, ἐξέτασον ὅπως τὰ βεβιωμένα σοί τε κἀμοί, id est Vitæ tuæ & meæ instituta.

Βιώσκομαι, Viuesco, seu Viuisco. Aristoteles Meteorolog. 1, ἔτεροι δὲ τόποι πάλιν ἀναβιώσκονται καὶ ἔνυδροι γίνονται κατά μέρος, quibus verbis aliquanto ante opposuerat γηράσκειν καὶ

G ξηραίνεσθαι.

Βιῶναι etiam reperitur, & Βιοὺς & Ἐβίων (frequentius tamen apud poetas & Herodotum) quorum thema in vsu nõ est. Odyss. ξ, — ἐπὶ ἰδεῖν μοι αἶσα βιῶναι. Æschin. cõtra Ctesiphontẽ, τοὺς πάντας βιοὺς λέγει, καλῶς βιῶναι· VNDE in passiua voce βιώτω apud Homerum Iliad. θ, Τοὺς ἀμφὶ μὲν ἀποφθίσθω, ἄλλος δὲ βιώτω. quanquam Eustath. Doricũ esse vult pro βιούτω.

Βίωσις, εως, ἡ, Vita, id est ipsa viuendi actio. Act. Apost. cap. 26, τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος. Id est, Itaque vitam quidem meam actam à iuuentute. Exponitur e-

H tiam Vitalitas in v. l. ex Plin. VNDE Βιώσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitalis, Plin. & Celso: i. Qui viuere potest, aut super viuendi spem habet, vt Suid. exponit hoc in loco, ὁ δὲ ἤδη

ἀνέβλεψέ πως, καὶ ἦρη ὅτι βιώσιμος εἴη. Βιώσιμος (inquit B. C.) ὁ ἀνασωζόμενος dicitur qui victurus videtur & euasurus. Et βιώσιμον βρέφος, Vitalis infans. & βιώσιμος βίος. Sic Herodot. οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι, Viuere nō possent homines, vel nollent. At in illo Synesii loco qui est Epist. 47. νομίσαι οὐκ εἶναι βιώσιμον ὅπου τινὲς ἰδιῶται χεῖρας ἔχουσι μείζους τῶν νόμων, exponitur, Ratus viuendum non esse. A QVO Βιωσίμως, aduerb. Vitaliter. vt Βιωσίμως ἔχω, Vitalis sum, apud Naz.

Βιωτέον, Viuendum est, Plato De leg.

Βιωτὸς, οῦ, ὁ, Viuendus, seu Vitalis. (eo videlicet sensu quo Cicero in Lælio, Cui potest esse vita vitalis, vt inquit Ennius, qui non amici mutua beneuolentia conquiescat) Plato Apol. ὁ δὲ ἀνεξέταστος βίος, οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ, Nō est vitalis homini. vel, Talis homini putanda est acsi nō vixisset. Aristoph. Pluto. Τί παραβάλλεσθαι βούλεται, ἤ φασιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον. Sic Naz. οὐδὲ βιωτὸς ἐστιν αὐτοῖς ὁ βίος, Vita illis vita non est. Aliquando etiam neutro genere βιωτὸν solum vsurpatur eodem sensu quo βιωτὸς βίος, pro Viuendum. Plato Sympos. εἴπερ που ἄλλοθι βιωτὸν ἀνθρώπῳ. Idem alibi, οὐδαμῶς βιωτὸν ἡμῖν ἐστι μετὰ διεφθαρμένου σώματος. Demosth. contra Mid. οὐ γὰρ ἦν μοι βιωτὸν ταῦτα ποιήσαντι. id est, (B. interpr.) Neque enim mihi, si hoc in me admitterem, causa superesset cur vitam propagarē. q. d. (vt in Lexico scribit) Dignus essem supplicio capitali. Athen. 8, ὡς οὐ βιωτὸν ἔστιν, οὐδ' ἀνασχετόν. Luc. οὐκ ᾤετο βιωτὸν αὐτῷ, Viuendum sibi non putauit.

C. Ἀβίωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nō viuens, Suid. Non vitalis, ab α priuatiuo & βεβίωται, tertia persona singulari præt. ab inusitato themate βιόομαι. ἀβίωτος βίος, Vita non vitalis, vt loquitur Ennius. Dem. ἀβίωτον εἶναι τὸν βίον ᾤετο αὐτῷ. Synes. ὡς χωρὶς ἀβίωτος ἡμῖν ὁ βίος. Aristoph. Pluto, ἀβίωτον εἶναί μοι ποιήσεις τὸν βίον. Sic ἀβίωτος αἰὼν, apud Xenoph. 7 Cyri Pædiæ, τοῖς δὲ κακοῖς ταπεινός τε καὶ ἀχρεῖος καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπαναγκάζεται. Quod Cicero libri primi epistol. ad famil. epist. prima Vitam acerbam dicit, ἀβίωτον βίον aptissimè interpretari possumus, vt opinor. Hesych. ἀβίωτον exponit κακὸν, ἀηδῆ, ὀδυνηρόν. subaudiens fortasse βίον, vt sit Malam, vel potius Miseram, Iniucundam, Luctuosam vitam. Sic in loco Xen. modò citato ἀχρεῖος & ἀβίωτος coniunguntur. Idem autem valent ἀχρεῖος & ὀδυνηρός. Apud Suid. tamen non ἀηδῆ legitur, sed ἀηδές, quæ scriptura si mēdosa non est, cum alio substantiuo iūgere voluit ἀβίωτον: aut certè exponere voluit ἀβίωτον absolutè positum, vt in locis sequentibus.

Ἀβίωτον substantiuū absolutè positū, pro ἀβίωτος βίος. Æsch. in Ctes. ἀβίωτον ἡγησάμενος εἶναι εἴ τινος ἀπολειφθήσοιτο δωροδοκίας. Plato l. 11 De leg. dixit ἀβίωτον ζῆν, pro ἀβίωτος ζωή. signif. aūt ζωὴ idē quod βίος. eius verba sunt, ἢ δυνατὰ δεινὰς σωμάτων ἢ ψυχῶν ξυμφορὰς, ἀβίωτον ζῆν κεκτημένοι. Huic autem loco & aliis huiusmodi accōmodare possis illa Suidæ adiect. in neut. gen. posita pro explicatione, κακὸν, ἀηδὲς, ὀδυνηρόν. Pro eodē dictum οὐ βιωτόν. vide suprà. Luc. ἀβίωτα pro ἀβίωτον dixit Atticè, ἀβίωτα γὰρ ἦν μοι τοῦ ἀποθανόντος. Id est, Viuere nolebam. Bud. in Lex.

Ἀβιώτως, Aduerbium, Cum tædio vitæ, Ita vt tædeat aut tæderet vitæ. Plutar. in Solone, ἔνιοι δὲ καὶ κυνὸς θανάτῳ καὶ ἵππων αἰσχρῶς καὶ ἀβιώτως ὑπὸ λύπης διετέθησαν. Sic ἀβιώτως ἔχειν hoc in loco quem Suidas affert, ὁ δὲ ἀβιώτως ἦχεν εἰ μὴ κρατήσει τῆς πόλεως. Id est, vt loquitur Terētius, Ille autem nullam sibi vitam expetendam existimabat, nisi, &c. Vel, Vitam sibi minimè vitalem fore putabat, nisi, &c. Nam ἀβιώτως εἶχεν εἰ μὴ, &c. id esse puto quod dicit Demosthenes, ἀβίωτον ᾤετο εἶναι τὸν βίον αὐτῷ εἰ μὴ, &c. In vulgatis autem lexicis ἀβιώτως ἔχειν exponitur, Periclitari de vita, Esse in discrimine vitæ: sed testimonium desidero.

Ἀβιωτοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Acerbam vitam reddēs, apud schol. Eurip. nam explicans hunc ex Hippolyto Coronato versum, Κατακτενεῖ σ' οὐμὸς ἀβίωτος βίος, ait, καταφορὰ ζωῆς ἀβιωτοποιὸς κατείληφέ με.

Βιωτικὸς, οῦ, ὁ, Ad vitam sustentandam & victum cōparādū industrius aut intētus. Itē, Ad vitā sustētādā & victū conquirendum pertinens. Aristot. hist. anim. l. 9, de ægolio aue, τὴν δὲ διάνοιαν βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος. vbi Gaza, Pollet ingenio ac industria in vitæ muneribus. Alibi (vt Bud. docet) βιομήχανος & περὶ τὸν βίον εὐμήχανος dixit: alibi τὰ ἀλλότρια βιβλία. At Luc. 21, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, Curis huius vitæ. Et 1. Cor. 6, βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, id est, Itaque si iudicia habeatis de iis quæ ad huius vitæ vsum pertinent. Accipitur peculiariter apud Theologos pro Secularis, itē, vt Bud. ex Basil. annotat, pro eo qui laicus est, id est profanus, non monachus. seu pro eo qui huius vitæ secularis curis & negotiis addictus est, aut eo qui ad huius mundanæ vitæ vsum tātummodo spectat. Chrys. De sacerd. ὡς δὲ ποτε καὶ αὐτὸς μικρὸν ἀνέκυψα τῶν βιωτικῶν κλυδώνων. Id est, Vbi tandem emersi à fluctibus seculi, Bud. Idem, Chr. αἱ φιλοσώματοι ψυχαὶ καὶ τοῖς βιωτικοῖς ἡδέως ἐγκαλινδούμεναι.

Βιωτικῶς, Vt fit in cōmuni vita. Item, Popularirer, Bud.

C. ἈΝΑβιόω, ῶ, F. ώσω, Reuiuisco, ἀναζῶ. Vnde est ἀναβιοίην Reuiuiscerem: & apud Suidā, ὥσπερ δέ τινές φασιν ὡς ἐσοῦντο ἄρα τὸν Αἴσωπον Δελφοὺς ἀδικῆσαι, ὡς καὶ ἀναβιῶναι αὐτόν. & apud Athen. l. 9, de Hercule à Typhone occiso, Ἰόλαον δὲ αὐτῷ προσενέγκαντος ὄρτυγα καὶ προσαγαγόντος, ὀσφρανθέντα ἀναβιῶναι. ET Ἀναβεβιωκὼς, Qui reuixit, Rediuiuus, vt Bud. interpr. AT Ἀναβιώσκομαι & ipsum Reuiuisco significat: vt apud Plat. Phædone, ἐπειδὰν δὲ ἀποθάνοι, ἀξίως ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὸ τεθνεὸς, καὶ μὴ πάλιν ἀναβιώσκοιτο. quemadmodum alio in loco dicit τὸ ἀποθνήσκειν ἐναντίον τῷ ζῆν ἐστιν esse τὸ ἀναβιώσκεσθαι. Interdū tamen est Reuiuiscere facio, Vitæ restituo, Exsuscito, vt apud eundem in Critone, μὴ ὡς ἀληθῶς τούτων σκέμματα ἦ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἂν εἰ οἷοί τ' ἦσαν. Et alibi ἀναβιώσκεσθαι τὸν τελευτήσαντα, id est Exsuscitare. Vide Bud. C. p. 579. VNDE Ἀναβίωσις, εως, ἡ, q. d. Reuiuiscentia, Reditus ad vitam, Resurrectio à morte, ἀνάστασις.

ἈΠΟβιόω, ῶ, F. ώσω, Morior, Viuēdi finem facio. nam βιόω est viuo. Videtur autem mihi talem quandam signif. habere præpositio ἀπὸ in hoc verbo, qualē habet præpositio Ex in verbo Expiro. Ἀπεβίω, Mortuus est, apud Artemidorum. Hinc Ἀποβίωσις nomen verbale, Interitus, Obitus.

C. ΔΙΑβιόω, ῶ, F. ώσω, Vitam produco, Vitā dego, vt διάγω & διαγίνομαι Bud. Ego tamē malim Vitā transigo seu traduco (vide Καταβιόω) X. τὸν χαλεπὸν ἀπείρως διαβιώσῃ. Isocr. in Euag. διαβεβιωκὼς ἄριστα βίον. Luc. ὅπως δ' αὐτοὺς ἀθλίως ἐν σκότῳ διαβιοῦν. Et Synes. in fine cuiusdam epistolæ, ἔρρωσθε ἀβρὸς & δυσδαίμων διαβιῴης τῷ κεχαρισμένῳ. In pass. voce etiam siue à διαβιόω siue à διαβιώσκομαι apud Plutar. Public. reperitur, ἀφ' ὧν διαβιώσονται φεύγοντες, Quibus exilium sustentare poterunt.

C. ἘΜβιόω, ῶ, F. ώσω, q. d. Inuiuisco. Theophr. de plātis quæ comprehenderunt terram & radices agunt, ὁ δὲ χρόνος γὰρ ὅταν ἐμβιώσῃ, πόρρω καθίεται τὰς ῥίζας. Idem, τῷ δὲ κεκλυμμένα πολύρριζα ἐμβιῶναι δεῖ. Idem in 1 De causis plant. τὸ ἐμβιῶναι καὶ βλαστῆσαι δυνάμενον, Quod (vt Bud. explicat) non est exuctum & enecatum. Et in pass. voce ἐμβιώσομαι τῇ γῇ. VNDE Ἐμβίωσις, εως, ἡ, q. d. Inuiuiscentia.

C. ἘΠΙβιόω, ῶ, Superuiuo, Vltrà viuo, Superstes sum, ἐπιζῶ. Plato Epist. ὡς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ. Et ἐπιβιώσονται οὐκ ἔτι προσηκόντως, pro ἐπιβιώσει.

C. ΚΑΤΑβιόω, ῶ, Vitam transigo, vt Bud. interpr. in his locis: Athen. καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν. Herodian. προσέταξεν ἐς τὴν πατρίδα ἐπανελθοῦσαν ἐν ταῖς οἰκίαις καταβιῶναι. Plut. καὶ περὶ Γέλων καὶ Γοργίαν συμβιώσαι κατεβίωσε. At ego τὸ διαβιῶναι potius Græcos vti existimo pro Vitam traducere, at τὸ καταβιῶναι pro Vitam ad exitum perducere, vt Cic. loquitur.

C. Συγκαταβιόω, ῶ, Vnà vitam transigo, vel extremam vitam transigo, sequendo ea quæ modò in καταβιόω dixi.

C. ΠΕΡΙβιόω, ῶ, Incolumis viuo, vel Superuiuo, Superstes sum, vt ἐπιβιόω. Ita Bud. subiungens hæc ex Plut. in Antonio, ἀπελαυνομένων δὲ τούτων, μὴ περιβιώσεσθαι.

C. ΣΥΜβιόω, ῶ, Conuiuo. Luc. in Vitarum vend. συμ-

βιῶναι δεξιῶς καὶ συμπεσεῖν ἱκανῶς. vbi obseruandam puto A horum duorum verborum copulationem, ex quorum posteriore suum συμπότης deducunt Graeci, quum Latini vocem ei respondentem Conuiuium ex Côuiuere deducât, quod priori illi videlicet τῷ συμβιῶναι omnino respondet. Iungitur autem συμβιόω dat. vt praepositionis nimirum. vt Demosth. 129. ἐγὼ μὲν δὴ ταύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ. Idem Pro cor. ἀγαθῇ δὲ (τύχῃ ἐρεῖς.) τύχῃ συμβεβιωκὼς, τῆς ἐμῆς σὺ φαύλης κατηγορεῖς. Quibus in locis eleganter iungitur hoc verbum dat. rei, sed tanquam datiuo personae. nec verò hic Latinè necesse est verbo Viuendi significationem habente reddere, sed possumus & hoc lo- B quendi genere, cum Budaeo, (aut simili quopiam) vti: Egregiam fortunam adeptus. Nego autē esse necesse, alioqui posse & ita reddi non negans. nam & ipse Bud. hoc etiam modo vertit, Bona fortuna vitam hactenus egisti. Illa autem eiusdem Demosth. ταύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ, vertit, Hanc ego sortem adhuc habui. Nec minus eleganter dicit Clearchus apud Athenaeū de Gorgia, illum συμβιῶναι τῷ φρονεῖν. ibi enim ita scribitur, πέρὶ φησὶν ὁ Κλέαρχος ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν, σχεδὸν ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσε. i. Constanti mente & nunquam delirante C vixit. Sic autem & verbo συζῆν Graecos vti obseruaui: vt quum (verbi gratia) dicunt συζῆν τῇ πενίᾳ.

Βίοτος, ου, ὁ, Vita. Il. ε Ἔνθα κε τοι Μενέλαε φαίη βιότοιο τελευτή. Od. α, Εἰ κεν μὲν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς. Sic apud Eur. Or. Electra ait, ἵνα σ' ἄπνουν ἀπὸ βιότου ἃ μέλεος εἰ. τὸν αὐτὸν χρόνον. ‖ Itē Victus, Id vnde viuitur, Res ad vitā sustentandā necessariae, Bona, Fortunae. Od. α, Οἳ δ' ἀμφ' ἀλλότριοι βίοτον κατεδουσι νηποινί, Κτήσιν Τηλεμάχου. Od. α, ἀνδράσιν οἳ βίοτον κατέδουσιν ἀπόινοι. Il. γ, Ἀφνειὸς βιότοιο. Hes. D Erg. — βιότου δὲ πολὺ πίμπλησι καλιήν.

Βιοτή, ῆς, ἡ, Vita. vt in his vers. ὑγιεία πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σοῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτῆς. X. Paed. 7, τῆς δὲ οὐκ ἔχων μακαρίαν βιοτήν. Et βιοτὴ ἀσκητική, Vita monastica.

C. Εὐβίοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Commodè viuens, Liberaliter & prolixè viuens, Qui strenui & industrii victus est, Qui in vitae officiis ingeniosus est. idem qui βιωτικὸς & βιομήχανος. cui opponitur κακόβιος. Bud. Aristot. Anim. hist. 9, περὶ ἰκτίνου, ἐν τῷ δὲ ὄρνιθας ἀδίκως, ἀβίωτος. Idem, τὴν δὲ διάνοιαν ἀβίοτος.

C. Ὁμοιοβίοτος, ου, ὁ, ἡ, Qui simili victu vtitur.

Βιοτεία, ας, ἡ, Vita. Theodor. in 1 Eccl. hist. τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιοτείας ἄδηλον ἐπισταμένος, τὸ θεῖον βάπτισμα τὸ δῶρον ἐδέξατο.

Βιοτήσιος, ου, ὁ & ἡ, Vitalis. vt βιοτήσιον ὕδωρ. & δαὶς βιοτήσιος apud Nonn. Et apud Apollon. Argon. 2. Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες, ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον, de Chalybum gente quae ferrum rebus ad vitam necessariis permutat.

Βιότιον, Victus exiguus & modicus. est enim dimin. à βίοτος. Aristoph. Pluto, Οὕτως γὰρ ἐξεῦρον ἂν ὑμῖν βιότιον.

Βιοτεύω, Viuo, Vitam dego, Victum quaero. Xen. Paed. 4, ἀγαθῶν παίδων βιοτεύειν, νῦν ἐξαρκέσαι ἡμῖν. Idem Paed. 4, εἰ οἱ ἐπιτηδείως βουλοίμεθα καὶ ἀπονῶς καὶ ἀνευ πόνων καὶ βιοτεύειν ἀπὸ τῶνδε. Idem Paed. 3, εἰ δὲ ἀναμένοιεν ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν. Plutar. de Amazonibus, ἀλλὰ καθ' αὑτὰς ἀπαλλαγεῖσαι βιοτεύουσι. VNDE Βιοτεία, ας, ἡ, Vitae institutū, Vita, vt Bud. interpr. in hoc Xen. loco de agricultura, δοκεῖ ἐμοὶ ἡ ἐνδοξοτάτη εἶναι ἐπιστήμη καὶ πόλει αὕτη ἡ βιοτεία, ὅτι ἡ πολίτας ἀρίστους παρέχεσθαι δοκεῖ.

ΒΛΑ'Ξ, ακός, ὁ, Qui summissus est aut abiectus prae luxu vel prae fatuitate. Quibus verbis reddere conor haec Eustathii, pag. 1405, ὁ καταβεβλημένος διὰ τρυφὴν ἢ καὶ ἀνοίαν. sed addit etiam καὶ μὴ δυνάμενος ὀρθοῦσθαι. Vult autem à βλαξ per syncopen facto ex βλακός esse βλάζω, vnde fiat βλάξ βλακος. Alterum autem etymū à μαλακός, ex Etymol. pete. ego certè de huius nominis deriuatione ἐπέχω: (praesertim quum Erotianus aliam & ipse huius significationis rationem afferat, quam tradam in βλάξ significante quendam piscem) sed quantū ex diuersorum locorum collatione conijcere possum, in quibus eos classicos scriptores comperio, puto dici βλάξ de eo qui sit imbecillo remissóque animo praeditus, miniméque industrius, sed iners: idéoque nullo Latino vocabulo aptius reddi posse arbitror quàm Supinus. praesertim quum eadem & ipsum metaphora dicatur qua βλάξ, id est eadem qua vult Eustathius dici βλάξ (nam Supinus dicitur quasi Supinus iacens) & Supinas etiam delicias dicant Latini, vt ille dicit καταβεβλημένος διὰ τρυφὴν. At in v. l. βλάξ exponitur Mollis, item Delicatus. Et Lasciuus. Itē, Qui se inaniter iactat. Item, Stolidus, Hebes, Stupidus. Adduntur etiam, Socors, Fatuus. Ex quibus omnibus vocabulis potissimùm placent haec duo, Socors & Hebes: sic tamen vt alterum illud Supinus, quod attuli, illis anteferendum censeam. Xen. Paed. 1. pag. 10, ὡς δὲ ποιῶν ταῦτα ἀεὶ διδῶ, δέδοικα ἔφη, μὴ παντάπασι βλάξ τις καὶ ἠλίθιος φανῶμαι. Vbi cur timeat Cyrus ne tandem βλάξ euadat, praecedentia ostēdunt. Democritus apud Plutarchum, in lib. De aud. ὅσοι μὲν καταφρονητικοὶ καὶ θρασεῖς ὑπὸ ἀσθενείας ἐξ ὧν λέγονται, οἱ δὲ θαυμαστικοὶ καὶ ἄκακοι μᾶλλον βλάπτονται, καὶ τὸ Ἡρακλείτου οὐκ ἐλέγχουσιν, ὅτι βλάξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπτοῆσθαι φιλεῖ. Sed in vulg. Plutarchi edit. perperam hic legitur παιδεύεσθαι pro ἐπτοῆσθαι. Pro quo apud eundem Plutar. hunc ipsum locum afferentem (sed tacito autoris nomine) mendosè itidem legitur πτοιεῖσθαι: videlicet in lib. De aud. poemat. ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει νομίζειν τὸ βλάξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι. quum vulgatae editiones habeant πτοεῖσθαι. Dicitur autem & βλάξ ἵππος à Xenoph. & opponitur τῷ θυμοειδεῖ. Budaeus Socordē & ignauū interpretatur. Apud Xenoph. legitur & superlat. βλακίστατος, in Apomnem. ὁ φορτικώτατος τε καὶ βλακίστατος ἐστι. Caeterùm Festo βλάξ est qui Latinè Stupidus. Quinetiam idem scribit, Blaterare, est stultè & praecupidè loqui: quod à Graeco βλάξ originem ducit.

Βλάξ, Piscis quidam omnino inutilis, & qui nulli animanti est esui. Etymol. autem dicit ne canibus quidem edulem esse. Hesychius eum foetidum esse tradit. Caeterùm an posterius sit piscis nomen, an contrà prius, grammatici certent. ET Βλακὸς idem piscis apud Erotianum, (qui & βλέννον dici ait) ab eo autem deriuatū βλακεύειν significare ἐπὶ πλεῖον διαρρεῖν quia ille ἐν τῷ συντακῆναι διαπλυτικὸν ἔχει. ET Βλακίας Hes. sed eum scripsisse puto βλακίας.

E Βλακικὸς, Socors, Ignauus, Iners, Piger. Apud Xenoph. (inquit Bud.) Iners: apud Luc. Stolidus. Ex Platone affertur τὸ βλακικὸν, pro Ignauia nostra. Erotianus apud Platonem Polit. lib. 2, βλακικὸν δὲ ἡμῖν τὸ πλῆθος exponit νωθρὸν & ὀλίγωρον. ET Βλακικῶς, Ignauè, Ignauorum & inertium more. Aristoph. Auibus. ὡς βλακικῶς διεξέρχει. vbi schol. βραδέως. Affertur & βλακικώτερον pro Ignauius, Stolidus. ET Βλακώδης ac Βλακωδέστερον ex Polluce idem significat quod βλακικός & βλακικώτερον.

F Βλακεύω, Socordiae me dedo & inertiae, Socorditer me gero, Pigritia vtor. Xenoph. in Lacedaem. Polit. οὐ καὶ ὅτι τὸ πολὺ δέ ὁ βλακεύων, ἐλάχιστα μὲν ὠφελεῖται, πλεῖστα δὲ πράγματα λαμβάνει. Damascius apud Suidam, καὶ περιέλκων τῷ λόγῳ τοῖς ἐν ἔργῳ βλακεύοντα. οὐδεμιᾶς γεῦσιν ἰδεῖν κακίας ἔλαττον τὴν ῥαθυμίαν. Erotianus ait βλακεύειν esse ἐπὶ πλεῖον διαρρεῖν, (eam huius significationis rationem afferens quam scripsi in βλάξ cuiusdam piscis nomine) itē ὀλιγωρεῖν & νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τι ποιεῖν. Quum autem Hippocr. verba explicet, illam tamen significationem non addit quae in v. l. huic verbo datur apud Hippocr. videlicet pro Contemnere. [Βλακεύειν (inquit Bud.) Per G delicias consumere bona, τρυφᾶν, Per nequitiā viuere: cui contrariū σπουδάζειν. ex hoc Luc. loco in Gallo, μήτε ὁ οἰκονόμος βλακεύων ἢ ὑφαιρούμενος λάθῃ. Dicitur & βλακεύομαι. Eustath. βλακεύεσθαι ait esse μωραίνειν, apud Xenoph. autem νωθρεύεσθαι. HINC Βλακεία, Socordia, Inertia, Ignauia. Xen. Paed. 7, circa finem, καὶ ἡ σεσωσμένη αὐτὴ ὅτι πονηρὸν πονηρίας ἕνεκα ἢ βλακείας δίκης κολάζειν. ET Βλάκευμα. Quod per socordiam fit. βλακεύματα (inquit Eustath.) αἱ ἀνοῆσαι.

H C. ΚΑΤΑβλακεύομαι, idem quod βλακεύομαι, seu βλακεύω, nisi quòd praepositio signif. auget. Hinc Καταβλακευμένοι καὶ κατὰ μέσοντες, Gregor. in oratione De theol. Socordiae dediti. A quibusdam exponitur In molliciem inertiámque effusi. à Budaeo, Otio dediti, item Lu

ii. ii.

xui addicti, item In deliciis vitam agentes. ET A
Καπβλακευμένως, Socorditer, Per socordiam, Remisso animo. Ex Aristoph. autem affertur pro βραδέως & πρυφερῶς, & συμπεπηγμένως illi opponitur.

ΒΛΑΠΤΩ, F. ψω, (quod à Βλάβω factum putatur, ex quo apud Hom. βλάβεται, vt paulo pòst docebo) Lædo, Damno afficio. Cic. apud Plat. in Apol. οἰόμενοι βλάπτειν τι interpr. Quòd mihi nocere se crediderunt. Quem locum vide in meo Cic. lexico. Apud eundem Plat. in Apol. οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. Xē. Pæd. 5, ὅτι δοκεῖ μέγα βεβλάφθαι. Apud Thuc. βλάπτεσθαι B schol. exponit ἀδικεῖσθαι, i. iniuria affici. Redditur etiā Damno affici, vel Detrimētum aut cladem accipere. In v. l. βλάπτεσθαι βλάβην ἐλαφράν, Leui dāno affici. Obseruaui autem de diis cladem seu noxam aliquam immittentibus dici βλάπτειν ab eodem, cum alibi, tum hoc Symposii loco, ἐὰν μὴ θεὸς βλάπτῃ. Sed & apud alios hunc peculiarem istius verbi vsum me obseruare memini. Soph. certè aut Eurip. (non enim satis recordor vter) dicit ὀργὴν δαιμόνων βλάπτειν τινά, in hoc versu, Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά. Quin autem hanc signif. ex Homero C sumpserint, minimè mihi dubium est. apud eum enim variis illam in locis annotaui. ex quibus sunt hi: Iliad. ψ, Ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων βλάψεν γὰρ Ἀθήνη. Et Od. ψ, Οἵ σε περ ἔβλαψαν· περὶ δὲ φρένας αἰσίμη ἦσθα. Est autem θεοὶ nominat. τοῦ ἔβλαψαν, ex præcedente repetendus. Hic autē quamuis ἔβλαψαν sine adiectione ponatur, possit tamen ex seq. intelligi φρένας: atque adeo ex isto eiusdem poetæ versu, Od. ξ, Τὸν δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐΐσας. Et Il. ο, Ἀλλ' εἰ δή ῥα τότ' ἔβλαπτεν φρένας ἀργέστα Ζεὺς Ἡμετέρας (vnde colligo βλαψίφρων, sicut & θεοβλαβής, D dici de eo cuius sanæ menti damnū diuinitus infertur) At Il. ψ rursū, paulo post illa verba, — βλάψεν γὰρ Ἀθήνη, habetur eadem de re dictum, & tanquam epexegeticè, Ὦ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας. Sed & βλάπτειν cum genit. vt βλάπτειν κελεύθου, Od. α, pro Ab itinere quempiam impedire, seu Itineri alicuius impedimentum afferre. Et βλάπτειν γούνατα quasi συμποδίζειν, item βλάπτεσθαι pro προσκόπτειν & ἐμποδίζεσθαι, vide apud Eustath.

Α βλάβω apud Homerum legitur Il τ, βλάβεται δ' ἀγορητής, quod & alibi repetitur. Et rursum Il. τ, — βλάβεται δὲ λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής. Cæterùm prius esse βλάβω qui E dam putarunt, (vti dixi) alii tamen vtrum prius sit, in dubio reliquerunt.

Βλάμμα, ατος, τό. Cic. 3 De fin. Emolumenta & detrimēta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant.

Βλάψις, εως, ἡ, Damni illatio, Noxa. Plato De leg. 11, τῶν δ' ἄλλων περὶ βλάψεων εἴτε τις ἄρα πώμασιν ἢ καὶ βρώμασιν ἢ ἀλείμμασιν ἑκὼν ἐκ προνοίας πημαίνει.

Βλαπτικός, οῦ, ὁ, Nociuus, Lædendi & damnū inferēdi vim habens. F

C. Ἄβλαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Noxæ expers, Cui non nocetur. Apud Nicand. Non nocens, Innoxius. Formatur à βέβλαπται, tertia præter. persona verbi passiui βλάπτομαι. vnde & passiua magis ei conuenit significatio.

C. Εὐβλαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui lædi seu cui noceri facilè potest.

Βλάβη, ης, ἡ, Noxa, Damnum, Detrimentum. Plato 8 De legibus, βλάβαι πολλαὶ καὶ σμικραὶ γείτονι γιγνόμεναι, Damna in vicinia facta. Idem De leg. 11, ὁ κακὸς ἔστω καὶ ὑπόδικος τῷ ἐθέλοντι βλάβης. Ibidem, ἢ τὴν βλάβην ἐξιάσθω μὴ ὢν δίκης. Thucyd. lib. 5, καὶ αὐτὴν ἂν βλάβην πιέζοιεν. Aristoph. G Vespis, προσκαλοῦμαί σ' ὅστις εἶ, πρὸς ἀγορανόμους, βλάβης τῶν φορτίων. Id est (B. interp.) Heus tu, quisquis es, in ius te voco damni iniuria dati in iis quæ importabam in forum. Βλάβης δίκη (inquit B.C.) Actio damni dati. Actio verò ob pauperiem à quadrupede factam, dicitur βλάβης δίκη τῶν τετραπόδων: quam legem Solon tulit, autore Plut. in eius vita. ET Βλάβος, εος, τό, Idem Plat. De leg. 8, τὸ βλάβος ἀποτινέτω, Damnum restituat, Pauperiem factam restituat. Aristoph. Ran. σὺ δ' ἀποτίσεις τὸ βλάβος. H

C. Ἀβλαβής, έος, ὁ καὶ ἡ, in actiua significatione, Innocuus, Innoxius, Nō nocens. vt ἡδοναὶ ἀβλαβεῖς, Plato 2 De rep. Voluptates innoxiæ, non damnosæ. Cic. Stoicum hoc dogma, ἀβλαβεῖς εἶναι τοὺς σοφούς, interpr. Alienū esse à sapiente nocere. Poterimus verò, vt opinor, eundem sequentes, ἀβλαβὴς interpr. Innocens, vt ἀβλάβεια vertit Innocentia.

Ἀβλαβὴς in pass. signif. Incolumis, Illæsus, Inoffensus, Damnū seu detrimentū nō accipiens. Noxæ expers. Xen. 5 Cyri Pædiæ, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀβλαβεῖς διὰ τὸ πειθεσθαι παρέχεται. id est, Illæsos præstat. Sic apud Platonē ἀβλαβὴς & ἀκέραιος copulantur.

Ἀβλαβῶς, Aduerb. Innocuè, Innoxiè, in actiua significatione. In passiua autem, Inoffensè, Illæsè.

C. Ἐπιβλαβής, έος, ὁ καὶ ἡ, Noxius, Damnosus, Detrimētosus.

C. Θεοβλαβής, έος, ὁ καὶ ἡ, q. d. Cui à Deo damna & pœnæ infliguntur. Sed peculiariter, Cui Deus abstulit intelligentiā. Bud. exponit Aduerso numine agens. Item ex Aretha, à Deo reprobatus. Herodot. Clione, ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, Μήδους τε ὥπλισε πάντας, καὶ στρατηγὸν αὐτῶν, ὥστε θεοβλαβὴς ἐών, Ἅρπαγον ἀπέδεξε, inimicum videlicet suum. HINC Θεοβλάβεια, ας, ἡ, quod ab eodem Bud. exponitur Dira stoliditas in hoc Æsch. loco, τὴν θεοβλάβειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην. Vide suprà βλάπτειν φρένας deo tributum.

Βλαβερός, οῦ, ὁ, Noxius, Damnosus, Detrimentosus. Plato Cratylo, ἀσύμφορον καὶ αὖ ἀνωφελὲς καὶ ἀλυσιτελὲς καὶ ἀκερδὲς ἀλλὰ καὶ βλαβερόν γε καὶ ζημιῶδες. Idem De leg. 11, βλαβεροὶ γὰρ γονεῖς ἐκγόνοις, ὡς οὐδεὶς ἄλλος ἑτέροις, δικαιότατα. X. Pæd. 8, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῶνται, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο.

C. ἈΠΟβλάπτω, Lædo, tanquam simplex βλάπτω. Aut enim planè pro simplici capitur, aut (meo quidem iudicio) tale quid sonat ἀπὸ in ἀποβλάπτω, quale ob in Oblædo, quo vtitur Plautus.

Ἀποβλάπτομαι, Pass. Lædor, Damnum accipio. A Sophocle vsurpatur cum genitiuo pro Priuor, Iacturam facio. In Aiace, Τοῦ δ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου, id est Priuatam tali amico, vel orbatam, aut Priuatam cum suo damno.

C. ἘΠΙβλάπτω, Insuper noceo & damnum infero. Thuc. lib. 3, καὶ δείσας μὴ καὶ ἄλλό τι ἐπιβλάπτωσι.

C. ΚΑΤΑβλάπτω, Lædo, Detrimētis afficio. Naz. in Orat.

C. ΠΑΡΑβλάπτω, Oblædo. Chrysost. τί καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων παραβλάπτει γένος; Quid hominum generi nocet?

ΒΛΑΙΣΟΣ, Valgus. Bud. Cui distorta sunt & praua crura, & cui genua ac tibiæ conuersæ sunt, inquit Cam. qui & affert ex Gal. De causis morborum, καλεῖ δὲ βλαισὸν μὲν τὸ ἐπὶ τὸ ἐκτὸς ῥέπον, ῥαιβὸν δὲ τὸ ἐπὶ τἀναντία. Cui loco subiungit, Detorta & intorta fortasse dicere possumus. Et Xenophōti sunt equi βλαισοί, quod vitium est tale vt interius atterantur pedes quando gradiuntur ac procurrunt. Hactenus Cam. Autor etymologici affert ex quodam quem etymologum appellat, ὁ τοὺς πόδας ἐπὶ τὰ ἔξω διεστραμμένος, & addit, Qui literæ λ similis est (referens videlicet ad tibiarum distortionem) vnde & Cypseli mater, Corinthii tyrāni, Λάμβδα vocabatur. Et subiungit βλαισὸν dictum esse τὸν βεβλαμμένον τὸ ἴσον τῶν ποδῶν. Bud. in prior. annot. in Pand. Vari sunt pedibus incuruis & in se cōtractis, &c. Iis contrarii sunt valgi, qui altrinsecus prominentes suras habent, & in diuersum actas: quales cancri habent & lacertæ, autore Aristot. qui Ægyptios huiusmodi esse tradit in Probl. eadem ratione qua capillum crispum habent, & à calore intortum. Hi à Græcis βλαισοὶ dicuntur, vt illi ῥαιβοί. Aristot. διὰ τί οἱ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες βλαισοί εἰσι; Cur Æthiopes & Ægyptii blæsi sunt cruribus? Sic enim transtulit interpres, qui blæsos Græcè protulit quos Festus valgos Latinè appellatos esse dixit. Blæsitas autem non modò vitium est linguæ sed eorum etiam vitiū qui oblæsum gressum habent: quæ ratio est vocabuli apud Græcos, παρὰ τὸ βλάπτω. Hactenus Budæus. Idem alibi affert, Θρᾶκες κυρτοὶ τὴν ῥάχιν, βλαισοί, κακοσκελεῖς. Et ex Hippiatria, σκέλη ἔχέτω ὀρθά, ἄστραβα καὶ ῥαιβὰ δὴ μᾶλλον, μὴ βλαισά. Vide Alex. Aphrod. Probl. 14, l. 2, vbi quærit cur eunuchi sint βλαισοί. In v. l. βλαισὸς est etiā qui literā aliquam exprimere nō potest: vt Dem. qui literā λ proferre nō poterat: sed hoc sine exemplo. Latinis certè blæsum dici scimus qui impeditæ est linguæ. HINC Βλαισόπους, Qui distortos habet pedes. ET Βλαισόπους apud Etymologicū eadem significatione. (si mendo carent eius exēpl.) ITEM Βλαισώπης

by Google

Distortio, de qua dictū est. Aristot. Probl. ἡ δὲ βλαισότης ἐστὶν ὥσπερ ἀλλότης τῶν σκελῶν. ET VERB. Βλαισόω, ῶ, vide Βλαισόομαι. Aristot. De hist. animal. ὁ δ' ἄνθρωπος τοὺς βραχίονας εἰς τὸ ἔσω, καὶ κάμπτει, καὶ μικρὸν ἐβλαίσωται ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ὀπίσω. id est (inquit Bud.) Brachia flectit extrorsum. VNDE Βλαίσωσις, idem quod βλαισότης.

ΒΛΑΣΤΑ'ΝΩ, Fut. βλαστήσω, à βλαστέω. 2 aorist. 2, ἔβλαστον, Germino, Fruticor vel Frutico, de plantis. Sed & generaliter pro Nascor, Originem duco. vnde apud Soph. ἐξ ἀρίστου δ' ὑμῶν βλαστών. Idem, ἴσπερ αὐθις τις φύσει βλαστῶν. Æschylus, Ἀγ. ἢ. τὰ καὶ τὰ βλαστάνει βελτίωματα. Philo De mundo, ἀνθεῖν & βλαστάνειν copulauit. |Βλαστάνειν actiuè, Produco. Alex. Aphr. καὶ ταχὺ χωρία βοτάνας οὐ βλαστάνει.

Βλάστημα, ατος, τὸ, Germen, Idipsum quod germinando prodiit Greg. in encom. Macc. μητρὸς ἀγαθῆς ἀγαθὰ βλαστήματα. Matris generosæ nobiles stirpes.

Βλάστησις, εως, ἡ, Germinatio. Theophr. φανερὸν δὲ γίνεται πάλιν ἅμα τῇ περὶ τὴν βλάστησιν. Pro quo Plin. Quod quum euenerit, detegitur statim in germinatione. Theophr. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην περὶ τὴν βλάστησιν, ἀσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι. Pro quo itidem Plin. Tradunt & abietem circa germinationem decorticatam, aquis non corrumpi. Scribunt quidam βλάστησιν esse non solùm germinum frondiúmque productionem, sed etiam fructuum inchoationem.

Βλαστητικὸς, ὴ, ὸν, Germinādi vim habens. Theophr. De caus. pl. l. 1, c. 3, τὸ γὰρ καὶ πανταχοῦ ἀεὶ βλαστητικόν.

C. Ἀβλάστητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non germinans, Germinare nō valens. Theophr. ibidem, ἀβλάστητα γὰρ τὰ ἄνευ δεῖ τῆς αὐτῆς αἰτίας.

Βλαστὸς, ὁ, Germen, Propago. Theophr. τοὺς δὲ μεγάλας καὶ τὰς ῥίζας καὶ τοὺς βλαστούς. Nicand. Ther. de echio, ὀλίγῳ δὲ μεταξὺ φύλλα, ὅτῳ αὐτὸς βλαστὸς ὡς ἔχιος ... ἰσοφαρίζει καρήνοις. vbi schol. exponit στίχος. Βλαστὸν autem ζώων metaph. Plato incrementum vocat, Bud. teste. Et Plut. de Niobe, βλάστας τέκνων βελτίστων. Apud Soph. verò Trach. ἵν' ἄλλη καλῶν, τῆς οἰκείας ἀνδρῶν βλάστας ... schol. dicit esse γονὰς ἀφ' ὧν ἐβλάστησαν. ET Βλαστεῖον, ου, τὸ, pro eodem. Nic. Alex. circa finem, Κύπρου τι βλαστεῖα νεοθηλέα. vbi schol. tradit κύπρον quibusdā esse εἶδος φυτοῦ, i. plantæ speciem: quibusdā verò Κύπρου βλαστεῖα esse τὰ ἀπὸ τῆς Κύπρου νήσου βλαστήματα.

Βλαστὸς, οῦ, ὁ, Germen. Theophr. βλαστὸν ἵησιν ἀφύλλον μικρὸν, ἀφύλλον, ὥσπερ ῥίζαν. Pro quo Plin. de fico Cypria, Hæc germina emittit sine vllis foliis, radici similia. Idem hist. pl. l. 3, c. 6. ἔτι δ' ἅμα τῇ πάντων ἄκρων βλαστοῦ. Et paulo pòst, γίνεται ... ἅμα τῷ ... βλαστοῦ καρύου.

C. Βλαστοκοπέω, ῶ, F. ήσω, Germina aufero & quasi amputo. Theophr. ὅταν ἀπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῇ. Pro quo Plin. Vi tempestatum germinibus ablatis.

C. Βλαστολογέω, q. d. Germina carpendo lego. Theophr. De caus. pl. l. 3. ἔοικε δὲ ὅμοιον τῷ ... καὶ ὥσπερ ... ἡ βλαστολογία, δεῖ γὰρ ... καὶ βλαστολογεῖν ὅπως ... τὸν καρπόν. Idem, ἔτι ... βλαστολογεῖν ... αὐτῶν. Vbi Budæus, Columella Pampinare dicit. &locum penè ad verbum vertit. Alicubi Cacumina defringere dixit. Sunt tamē qui scribant Cacumina defringere & Decacuminare propriè esse ἀκρωτηριάζειν.

VNDE Βλαστολογία, ας, ἡ, Pampinatio, à legendis pāpinis vt herbis: quemadmodum B. ex Colum. refert. Theophr. Ibidem, διόπερ δὲ καὶ ... ἡ βλαστολογία. καὶ γὰρ ... συμφέρει καταλιπεῖν καὶ τὰ ... ἀφαιρεῖν. vbi decacuminationem Gaza vertit.

C. Ἄβλαστις, ιος, ὁ καὶ ἡ, Non germinans, Sine germine, Nō pullulans, Infœcundus. Theophr. cui & opponit βλαστικός. Plut. ἄκαρπος ὅλος καὶ ἄβλαστος ... ET Ἄβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ. Theophr. ἄβλαστον καὶ ἀκαλλὲς.

C. Ἀειβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Semper germinans. HINC verbū ἀειβλαστέω, ῶ, Semper germino. VNDE nomen verbale ἀειβλάστησις, Semper germinatio, Perpetua germinatio.

C. Ἀναβλαστάνω, vt ἀναβλαστάνειν ἀφίησι, Germen emittit. vulg. l. ex Theophrasto.

C. Ἀρτιβλαστὴς, ιος, ὁ ἡ, Recēns germinans. Theophr. ἐὰν μὴ ἀρτιβλαστὴς ᾖ καὶ ἐν αὐτῇ λαμβάνηται.

A C. Δυσβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Difficulter germinans. VNDE Δυσβλαστέω, ῶ, F. ήσω, Difficulter germino.

C. Εὐβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Bene germinans. Theophr. εἰ τὸ εὐβλαστὲς καὶ εὔκαρπον μᾶλλον ... VNDE Εὐβλάστεια, ας, ἡ, Copiosa germinatio, vt Gaza vertit hoc in loco, ἡ γὰρ εὐβλάστεια ἀφαιρεῖται τοὺς καρπούς. ET Εὔβλαστος, idem quod εὐβλαστής. Theophr. εὐβλαστότερα γίνεται καὶ αὔξει μᾶλλον. VNDE Εὐβλαστία, ας, ἡ, Copiosa germinatio. Theophr. ὅταν γὰρ ἀεὶ μαλακὸς ὁ ἀὴρ, τοιαῦτα ἡ εὐβλαστία καὶ ἀκαρπία γίνεται. ET Εὐβλαστέω, ῶ, F. ήσω, Bene germino. Idē, συμβαίνει δὲ, ὅπως μὴ εὐβλαστοῦσιν ἄγαν, ἀκαρπεῖν μᾶλλον.

B C. Κακοβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Malè germinans. Theophr. δεῖ γὰρ μήθ' ὑπερβλαστὴς μήτε κακοβλαστὴς ᾖ τὸ καρποφοροῦν. ET Κακόβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem. VNDE Κακοβλαστέω, ῶ, F. ήσω, Malè germino. Theophr. l. 4 De caus. pl. c. 8.

C. Λεπτοβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Tenuia germina edens.

C. Νεόβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui nouissimè germinauit.

C. Ὁμοβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Simul germinans.

B. Ὀψιβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, ET Ὀψίβλαστος, ου, Serò germinans. Theophr. ἔστι δ' ἔνια τὰ μὲν πρωϊβλαστῆ, τὰ δὲ ὀψιβλαστῆ, ταύτης αἵ τις ἀποδοίη τὰς αἰτίας. Idē, τὰ ἀείφυλλα τῶν δένδρων ὀψιβλαστότερα καὶ ὀψικαρπότερα. VNDE Ὀψιβλαστέω, ῶ, F. ήσω, Serò germino.

C C. Παλιμβλαστὴς, ιος, ET Παλίμβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iterū germinans. Theophr. De caus. pl. l. 1. 10, σαθροὶ καὶ μικροὶ καὶ ἀπαλεῖς, ἅτε παλιμβλαστεῖς ὄντες. Vbi Gaza, Vtpote quæ secunda emerserit. Quod verò quidam Restibilis putant esse παλιμβλαστής, non omnibus probatur, quum Restibilis ager dicatur qui tulit segetē, ac rursus seritur.

C. Πολυβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Multum germinans. VNDE

D Πολυβλαστία, ας, ἡ, Vberrima germinatio.

C. Πρόβλαστος, q. d. Prægerminans. Bacchum ita vocatū annotat Cæl. Rhod. quià ègerminantibus vitium palmitibus illi fieret diuina res, vel quā easdē forēt putaturi.

C. Πρωϊβλαστὴς, ιος, ET Πρωΐβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Maturè germinās. Theophr. l. 1 De c. pl. c. 10, ὡς τὴν μεγάλην καὶ σμικρότητα τὴν πρωϊβλαστὴς καὶ ὀψιβλαστὴς ἀφορίζειν. Idē De hist. pl. l. 3, c. 6, πρωϊβλαστὴ δὲ καὶ κάρυα καὶ δρῦς. VNDE Πρωϊβλαστία, ας, ἡ, Matura germinatio, seu Præcox germinatio, vt Plinius vocat. apud eundem Theophr. De caus. pl. l. 1, c. 15.

E ET Πρωϊβλαστέω, ῶ, F. ήσω, Maturè germino.

C. Πυκνόβλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Densè germinans.

C. Συμβλαστὴς, ιος, ὁ καὶ ἡ, Congerminans. Item Germinationem iuuans. sic enim exponitur in hoc Theophr. loco lib. De c. pla. c. 4, ὥσπερ γὰρ ὁ ἀκρατὴς ἀὴρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, δρόσος τοῖς δένδρεσι συμβλαστὴς ἂν καὶ εὔκαρπος.

C. Ταχυβλαστία, ας, ἡ, Celeris germinatio, seu Germinandi celeritas. Theophrast. τὴν δὲ ταχυβλαστίαν τοῖς χαλεποῖς ἀποδοίη τις.

Βλαστικὸς, οῦ, ὁ, Ad germinandum prouentus. Theophr. l. 1 De caus. pl. cap. 15 βλαστικώτατα δ' οὖν, ὡς εἰπεῖν τὰ μάλιστα αὔξει τὰ φυτά.

F C. ΑΝ Αβλαστάνω, Fut. ἀναβλαστήσω, tanquam ab ἀναβλαστέω, Repullulo, Regermino, Renascor. Interdum capitur pro simplici βλαστάνω. Plato De leg. lib. 8, ξυνδὲ ὕβρα τῆς ἐν γῆς ἀναβλαστανόντων. HINC Ἀναβλάστημα, ατος, τὸ. quod vide in Παραβλάστημα.

C. 1. Συναναβλαστάνω, Fήσω, Vnà germina protrudo. Theophr. hist. plant. lib. 3, c. 6, αὐτῷ δὲ τῷ καθ' ἕκαστα δένδρων τὰ μὲν συναναβλαστάνει τοῖς ἡμέροις, τὰ δὲ αἰθρίαν ... Vbi Gaza, Ipsarum autem singularum arborum aliæ cum vrbanis germinare incipiunt.

G C. ἈΠΟβλαστάνω, ῶ, Germino, vel potius Ègermino, ad exprimendā vim præposit. Vtitur autem Colum. verbo Egermino. AB HOC Ἀποβλαστάνω vel potius Ἀποβλαστάνω fiūt ἀποβλάστησις & ἀποβλάστημα. i. Germinatio, Germē. nā ἀποβλάστημα potius est Germē, ἀποβλάστησις, Germinatio. Apud Diosc. quidā verterunt Capillamentum, quod de radicibus à Latinis metaph. dicitur. Capitur autē ἀποβλάστημα per translationē generaliter pro prole. Plato in Symp. ἵνα δὴ ... τὸ αὑτῆς ἀποβλάστημα φύσει ... vt si dicas Latinè Suū germen, pro Suam prolem.

H C. ΔΙ Αβλαστάνω, Germino, Pullulo. Theophr. l. 4 De c. pl. c. 9, συμβαίνει ... τὸ ἔαρ καὶ διαβλαστάνουσι θᾶττον, Ad ver obseruntur & celerius enascuntur. Gaza. VNDE Διαβλάστησις, εως, ἡ, Germinatio.

C. ἘΚβλαστάνω, Egermino. Theophr. De caus. pl. cap. 3, l. 1, τὰ μὲν οὖν πάντα παρ' αὐτὸ τὸ στέλεχος ἐκβλαστάνει. Et in v. l. citatur ἐκβεβλάστηκε τῆς σαρκός. VNDE Ἐκβλάστημα, ατος, τὸ, Germen, Id quod egerminauit. ET Ἐκβλάστησις, εως, ἡ, Egerminatio, vt apud Dioscor. lib. 1, ἐκβλάστησις πρώτη, Prima germinum eruptio. & ibidem ἐκβλάστησις τῶν φύλλων.

C. ἘΠΙβλαστάνω, Supergermino. Theophr. hist. pl. lib. 3, cap. 7, διὸ καὶ ὀλίγως οὐκ ἐπιβλαστάνει καὶ αὐξάνεται, μὴ ἔχοντα ἀρχήν. Vbi Gaza, Qua de causa ratione optima nullum germen superuenit. VNDE Ἐπιβλάστησις, εως, ἡ, Supergerminatio. Theophr. ibidem, καὶ τοῦτο ἀεὶ περὶ μετὰ πάσας τὰς ἐπιβλαστήσεις, Post quenque germinationis superuentum. Gaza. ET Ἐπιβλαστικός, ού, ὁ, Supergerminandi vim habens. Idem De caus. pl. l. 1, c. 15, καὶ ὅλως τὰ νέα τῶν πρεσβυτέρων ἐπιβλαστικώτερα. Vbi Gaza, Et omnino quæ iuuenescunt, quàm vetera, fertiliori prouentu sua germina duplicant.

c. 1. Προσεπιβλαστάνω, Incrementum germinum accipio.

C. ΠΑΡΑβλαστάνω, Circumpullulo & renascor, seu (vt alii exponunt) Adnata emitto. Theophr. hist. pl. lib. 3, cap. 8, ἀποκοπέντος δὲ τοῦ στελέχους τὰ μὲν ἄλλα πάντα, ὡς εἰπεῖν, παραβλαστάνει, πλὴν ἐὰν αἱ ῥίζαι πρότερον τύχωσι πεπονηκυῖαι. Vbi Gaza, Caudice præciso, reliquæ quidem omnes penè recrescunt. VNDE Παραβλάστημα, ατος, τὸ, Quod ita circumpullulat & renascitur. Pollux l. 7, ὁμοίως δὲ τῆς ἀμπέλου τὸ ἀπὸ γῆς ἕως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων τῶν δένδρων, αἱ παραφύσεις (ἃς εἴποις ἂν παραβλαστήματα, ἢ κατὰ τὸν Πλάτωνα ἀναβλαστήματα) αὐτομολίαι καλοῦνται. Quidam τὰ παραβλαστήματα ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ex Plinio lib. 17, c. 10 interpr. Radicibus pullulantem sobolem: & ex Colum. lib. 4, cap. 24, Sobolem repullulascentem: & ex Catone cap. 51, Pullos qui ab arbore ex terra nascuntur. ET Παραβλάστησις, εως, ἡ, Circumpullulatio illa. Theophr. αὐξάνεται δὲ πρῶτον εἰς μῆκος, καὶ ὅλως οὐδεὶς ἔτι παραβλάστησις, οὐδὲ πάχος γίνεται.

ET Παραβλαστὶς, ίδος, ἡ, Ramulus nepos, vt Gaza vertit. Quibusdam verò παραβλαστίδες sunt Adnata, Aliis adnascentia, siue appendices, atque ramuli qui iusto germini adnascuntur & succrescunt, quasique proles noua atque ascititia, è caule sponte pullulant. quos, si ab radice pullulent, Stolones potius Latinè dici iidem scribunt, quæ ipsi Plinio inutilis sit fruticatio. Theophr. hist. pl. l. 1, c. 4, αὗται δὲ τὰ μὲν ἄλλα εἰσὶν ὅμοιαι τῇ ἰτέᾳ, μείζους δὲ καὶ παχύτεραι, καὶ παραβλαστὰς ἔχουσαι καὶ ὑγρότητας. Vbi Gaza, Et ramulos humorémque habentes. Quo in loco quidam pro αἱ παραβλαστῶν paulo antè præcedēte, reponūt αἱ παραβλαστῶν, licet apud Athen. quoque legi illud confiteantur. ET Παραβλαστικός, οῦ, ὁ, Qui sic adnascitur & circumpullulat. Παραβλαστικὰ Bud. exponit Quorum germine caulis brachiatur, &, Quæ recisa ab radicibus circumpullulant & renascuntur. Theophr. hist. pl. l. 1, c. 5, ὅσα παραβλαστικὰ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, Quæcunque ab radice pullulat, Vel Sobolescunt ab radice & fruticantur, vt quidam ex Virgil. & Cic. interpr. CVI CONTR. Ἀπαράβλαστος. Theophr. ibidem c. 9, εἰσὶ δὲ καὶ αἱ μὲν παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω, καθάπερ ἄμπελος, ῥόα· αἱ δὲ ἀπαράβλαστοι, καθάπερ ἐλάτης, κυπαρίττου, πεύκης. Vbi Gaza, Quædam prolis sursumuersus procreandæ vim habent, vt vitis, vt punicæ: quædam nullam penitus proferre sobolem possunt. Idem l. 7, c. 4, de Laconica lactuca, ὀρθὴ δὲ καὶ ἁπλαυξὴς, καὶ ἀπαράβλαστος ἐκ τοῦ καυλοῦ.

C. ΠΡΟβλαστάνω, Prægermino, Prius germino. Theophr. De caus. pl. l. 1, c. 16, καὶ προανθεῖ καὶ προβλαστάνει πρότερον τῶν λοιπῶν. VNDE Προβλάστημα, ατος, τὸ, Quod prægerminauit, Præcedens germen.

C. ὙΠΕΡβλαστάνω, Germinationis modū excedo. Theophr. De caus. pl. lib. 1, cap. 15, ὥστε τῶν φύσει ἀσθενῶν, καθ' ἥκιστα ὑπερβλαστάνει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὡς αὐτὴν ἡ ὑπερβλαστία γίνεται πρὸς τὴν καρποφορίαν. Vbi Gaza, In arbores debiles germinum lasciuia minimè cadit. VNDE Ὑπερβλαστὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Germinationis modum excedens. Cui oppositum est Κακοβλαστής: at medium inter vtrunque εὐβλαστής. Theophr. ibidem, δεῖ γὰρ μήτε ὑπερβλαστὲς μήτε κακοβλαστὲς εἶναι τὸ καρποφορῆσον. Quod enim satis fructuum præstiturum sit, id neque excedere neque deficere in germinando oportet. Gaza.

C. ὙΠΟβλαστάνω, Suppullulo.

ΒΛΕ'ΠΩ, Fut. ψω, Aspicio, Intueor. Cū præpos. εἰς & πρὸς, vt Dem. & Æsch. βλέπειν εἰς τὰ τούτων πρόσωπα. Sic Plut. De def. orac. εἰμὴ τι σὺ λέγεις, ἔφη, πρὸς ἐμὲ βλέψας. Et Xen. addito aduerbio, βλέπω φιλοφρόνως πρός τι. Dicitur & εἴς τινα βλέπειν, & quidē interdū alia signif. vt paulo pòst docebo. Βλέπεσθαι pass. vt Luc. De luctu, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ. Βλέπω interdū etiā cū aduerb. vt ἄνω βλέπειν, & κάτω βλέπειν .i. Sursum vel deorsum intueri. Pro quibus tamen potius dicitur Attollere oculos (Ouid. addidit etiā ablat. humo) & Demittere oculos vel Deiicere oculos in terram. Dionys. Long. ἀλλὰ βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες. Quod idem Ouidius, de iisdem animantibus loquens, dixit ea prona spectare terras. Iungitur autem alius etiam generis aduerbiis: vt ὀξὺ βλέπειν, Aristoph. pro quo Horat. dixit Cernere acutùm. (Plato autem ad mentem illud loquendi genus transtulit) Item cum nominibus interdum, quorum quædam per aduerbia exponuntur, vt apud Aristoph. (qui præ aliis his loquendi generibus vtitur) βλέπειν κάρδαμα, item βλέπειν ὑπότριμμα, necnon βλέπειν ὀπὸν, explicatur βλέπειν δριμὺ vel δριμύτατον. Apud eundem autem βλέπειν πυρρίχην & βλέπειν σκύτη habetur, quod Erasmus inter prouerbia retulit. Sed & κλέπτον βλέπειν in Vespis dixit pro κλεπτικὸν, id est Furaci aspectu esse. At ἀστραπὰς βλέπειν ex eodē affertur, pro Ex oculis quādam velut coruscationē emittere, seu Coruscante aspectu esse. [Interdum autem βλέπειν dicitur pro Facultate videndi præditum esse, & opponuntur βλέποντες τυφλοῖς. Aristoph. Pluto circa princ. Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα. Plut. Sympos. τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν, ὅτι τῶν γαμψωνύχων τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος.] Βλέπω denique sine adiectione interdū pro Viuo, apud Soph. & Eurip. apud hunc in Aiace, — ἴσως τοι κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν, Θανόντ' ἂν οἰμώξειαν: apud illum in Hecuba, βλέποντα φίλον, cui itidem opponitur mortuus. Hoc autē loquēdi genus ab Homero mutuatos esse illos existimo, apud quem legitur Il. α, Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Sic autem Didonem Virgilianam tædet cæli conuexa tueri, id est viuere.

Βλέπω πρὸς τοῦτο, pro Rationem huius rei habeo. B. ex Aristot. Dicitur autem & βλέπειν πρός τινα vel εἴς τινα, pro Aliquid ab eo expectare, Aliquid sibi de eo polliceri. Quo sensu dicūtur Lat. oculi in quempiā cōuersi. Horatium autem puto Græcam phrasin imitari voluisse, quum dixit, De te pendentis, te respicientis amici. Apud Xenoph. certè memini me legere βλέπειν εἴς τινα pro Spem in eo suam collocare. Vide in Ἀποβλέπω.

Βλέπειν κάτω dicitur res etiam inanima pro Deorsum vergere, Aristot. De animal. lib. 2. Sic Lat. Spectare, & Gall. *Regarder*.

Βλέπω pro Caueo, apud Euang. vt βλέπειν ἀπὸ τῆς ζύμης & βλέπειν ἀπὸ τῶν γραμματέων. Sic Gall. *Regarder*, sed cum alia constructione. Spectare etiam ita dixit Plautus, Spectandum, ne cuiquam annulum det.

Βλέπω τοῦ ἰδεῖν pro Oculos aduerto vt videam, Ecclesiastæ 2.

¶ Ἐρυκάκω, ET Ἐρυκανάω, idẽ quod ἐρύκω, i. Inhibeo, Detineo, Remoror. Il. ε, – τίς μὲν ἐσὺ ἐρύκακε μαινομένοιο γε. Odyss. λ, Αἴκ' ἐθέλῃς σὸν θυμὸν ἐρυκακέειν καὶ ἑταίρων. | Item Arceo, Depello. Il. o, – αὐτὰρ Ἡλείοι κακὸν τὸ εἰ ὅτις ἐρυκάκοι ἱεμένων περ. E

C. Κατερυκάκω, idem quod κατερύκω, Inhibeo, Detineo, Remoror. Iliados ω, Μή μ' ἐθέλοντ' ἰέναι κατερύκανε. legitur tamẽ ibi & κατερύκανε, quasi A Κατερυκάνω. Sic verò & ἐρυκάνειν & ἐρυκανέειν in aliquibus exemplaribus scriptum reperitur tanquã AB Ἐρυκάνω ET Ἐρυκανέω.

ἜΡΧΟΜΑΙ, Venio, Eo. Fut. ἐλεύσομαι, & aorist. ἤλυθον ac ἦλθον, tanquam ab ἐλεύθω, de quo suprà. vnde & exempla diuersorum loquendi generum per ἐλθεῖν, aut eius composita cum ἔρχεσθαι & eius compositis ponere non dubitaui. Homerus Iliad. β, ὡς τῶν ἐρχομένων ἄπο, ab illis euntibus. Et γ, χέρας ἔρχεται ἄλλη, abit aliò. Cum ἐπὶ vel πρὸς vel εἰς, vt ἔρχεσθαι ἐπὶ τὰς δυνάμεις. Demosth. ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ πρᾶγμα. Plato. Cũ πρὸς autem, vt ἔρχεται πρὸς τὸ οἴκημα. Cum εἰς, vt ἔρχεται εἰς σε ἡ ὀργή. Demosth. Et ἐλθεῖν εἰς δύναμιν. Plato De republica lib. 2, pro Adipisci seu nancisci potestatem. Aristides autem alio loquendi genere τὸ γ' εἰς ἀνθρώπους ἐλθὸν dixit, pro Quantum quidem in viribus humanis situm fuit. Iungitur & cum διὰ, vt ἐλθεῖν διὰ μάχης τοῖς πολεμίοις, Thuc. Apud Herodot. sæpe cum participio futuri, vt ἔρχομαι ἐρέων, & ἔρχομαι φράσων, pro dicere aggredior. Ad verbum, Venio dicturus. id est ad dicendum. vt Gallicè Ie vien maintenant à parler de &c. Item ἐρχόμενος, pro Futurus, Instans, vt ex Act. Ap. 18, ἐρχομένη ἑορτή, festum quod instat. At ex Thuc. ἐρχομένου τοῦ ἔτους, pro Insequenti anno. G

C. Ἀνέρχομαι, Ascendo. ad verbum, Sursum vado. Herodianus, ἀνελθόντος εἰς τὸ βῆμα. Inuenitur etiam, ἀνελθεῖν ἐπὶ βήματος, Quum tribunal conscendisset. | Cic. apud Aratum ἀνέρχεσθαι exponit Emergere, Existere. nã quod dicit, Ἦμος δ' ἐκ κύων δύνει, τὸ δ' ἀνέρχεται ἄγχι, Ὄρνις τ' αἰετὸς τε, τὸ πτερόεντος οἰστοῦ Τεῖρεα, reddit, Obruitur procyon: emergunt alites vnà, Et volucris H terris existit clara sagitta. | Ἀνέρχομαι est etiam interdum idem quod ἐπανέρχομαι Redeo. ἀνερχόμενος, ἀναστρέφοντα, Hesych.

C. 2. Ἐπανέρχομαι, Redeo. Demosth. Pro cor. ἀλλ' ἐπὶ τοῦτ' ἐπανέρχομαι. | Item Rursus dissero. Itẽ Explico. Bud. pag. 209 ex Plat. & Aristot. Sed in hac significatione ab ἐπέρχομαι potius esse videtur quàm ab ἀνέρχομαι.

C. Ἀπέρχομαι, F. ἀπελεύσομαι. Aor. 2, ἀπῆλθον, Abeo, Exeo, Discedo. Interdum absolutè, i. sine casu. Cum genit. vt ἀπελθὼν τῆς οἰκίας, Quum abisset domo, vel Profectus domo, vel Egressus domo. Sic ἀπελθεῖν τοῦ βίου, E vita decedere, Abire e vita, vt Cic. loquitur. & ἀπελθεῖν τοῦ λόγου, apud Euripidem, Abi à sermone, pro Missum facito sermonem. Sic Cicero dixit, Sed abeo à sensibus, pro Missum facio de sensibus sermonem. Interdũ additur præpos. ἀπὸ vel ἐκ, vt apud Isocratem, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν. Nonnunquam construitur cum præpos. εἰς vel πρὸς. vt ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, &c. ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἄρχοντας. Iungitur interdum cum accus. ὁδὸν, sicut & simplex ἔρχομαι. vt ταύτην ἀπῆλθε τὴν ὁδὸν, Abiit hac via. nã à Latinis dicitur quidem Ire viam, item Redire viam: sed Abire viam si dicitur, certè rarò. dicitur enim potius per ablatiuum, via. Græci quoque dicunt non solùm per Accusatiuum, sed per datiuum, ἀπελθὼν ὁδῷ, τῇ ὁδῷ.

Ἀπέρχεσθαι dicũtur etiam res inanimæ. vt apud Anacreõtem dicũtur ἀπελθεῖν capilli, id est Abiisse, pro Defluxisse. Marc. 1, lepra ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. Sic Nausea abiit, Pestilentia abiit apud Lat. At Matth. 4, ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν, id est Abiit rumor de eo in totã Syriam, vel Iuit fama de eo per totam Syriam. vt dixit Virgilius, It fama per vrbes.

Ἀπέρχεσθαι, Mori. vt ἀποιχεσθαι, & apud Lat. Decedere, alicubi etiam Excedere. Greg. σοὶ δὲ κίνδυνος, εἰ ἀπέλθοις τῇ φθορᾷ συνδεθεὶς μόνη, καὶ μὴ τῷ ἀφθαρσίας ἀμφιεσάμενος; Citatur ex Chrysostomo ἀπελεύσομαι itidem pro Moriar, hoc loco, ἴσως κατὰ μικρὸν ἀπελεύσομαι χρόνον. Sic & apud Laertium ἀπελθόντες dicuntur mortui, vt in Plat. vita, εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους· ἐκείνου δ' ἀπελθόντος, προσεῖχε Κρατύλῳ τε καὶ Ἑρμογένει.

Ἀπέρχεσθαι, Redire, pro ἐπανέρχεσθαι, apud Thucydidem, si Suidæ credimus. ἀπῆλθεν, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐπανῆλθε, Θουκυδίδης. Demosthenes autem pro ἀποδρᾶναι, id est Aufugere. Sed fortasse scripserat Thucydides ἀπῆλθε πάλιν. vt & Isocrates ἀπῆλθε πάλιν dicit pro ἐπανῆλθεν, rediit: in Panegyrico, λέγεται δ' οὐδ' ἂν εἷς μὲν ἠμελημένος εἰς τὴν μὲν ἐλθοῦσαν οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθεν.

C. Διέρχομαι, Transeo, Pertranseo, Prætereo. Iliad. γ, versu 198, de ariete, Ὅστ' οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων. Sic Μακεδονίαν διέρχομαι, 1. Corinth. 16. Et διήρχοντο Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, Act. 15. At verò alibi cum διά, vt Ioan. 4, διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας. Et διέρχεσθαι τὸν βίον, Vitam traducere, Vitam transigere. Dicitur etiã λόγος διέρχεσθαι à Thucydide & Platone, vt Latinè Rumor peruadere. Ita enim malo interpretari, metaphoram retinendo, quàm Dimanare. | Διέρχομαι, Dissero, Enarro, Commemoro. Plato De republica 1, ἀπὸ περὶ τῆς δικαίου διῆλθε. Sed magis ad verbum, Percurro, seu Percurro oratione. Dicitur verò & διέρχεσθαι à Platone Percurrere legendo. Iam verò & quod Isocrates κατὰ Λοχίτου, pag. 194 dicit διελθεῖν πρὸς ἑαυτόν, & à Budæo redditur Secum reputare. Animo versare, malim, itidem verbum Percurrere retinens, interpretari, Animo & cogitatione percurrere, eodem tamen alioqui sensu. Budæus autem apud Isocratem περὶ ἑαυτοῦ διελθεῖν vertit etiam Orationẽ habere. Alicubi certè διέρχομαι vertitur etiã Enumero, Percẽseo. quo etiam modo Budæus interpretatur Act. cap. 17, v. 23, διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν. quum alioqui vulgò reddatur ab interpretibus Præteriens, legentibus videlicet seorsim, non autem iunctum accusatiuo σεβάσματα.

C. 2. Διεξέρχομαι, Pertranseo, Peruado. Aristoteles De mundo, μέχρι αὖ διὰ τοῦ παντὸς διεξέλθη. Et διεξέρχομαι χώρας, Plutarchus Lycurgo, Per regionem iter facio, eadem construct. Thuc. διεξελήλυθασι διὰ πασῶν ζημιῶν.

Digitized by Google

q.d.Peruenerunt omnia suppliciorum genera. At verò apud Isocr. τὸ μὴ διεξελθεῖν καὶ διελεῖν οὐ διεξελθεῖν pro Non consectari sunt Bud. quem vide p.332. Et διεξελθεῖν τῷ λόγῳ ibidem, Oratione prosequi, Enarrare, Explicare. Item, διεξελθεῖν λόγον, Plat. Sed dicitur & διεξελθεῖν sine datiuo. vt Philo De mundo, διεξελθόντος πάσι τῆς ὅλο ... Quinetiam pro Lego apud Herodianum l.1, διεξελθεῖν τὴν χειρίω.

C.El Εἰσέρχομαι, vel Ἐπέρχομαι, Ingredior. Item Eo ad, Accedo. Il.γ, Ἤλυθε καὶ Φρυγίην εἰσῆλθον ἀμπελόεσσαν. Et Od.ω, ... Herodian.2, ... In vulg.l. εἰσέρχεσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον ex Æschine pro Adoptari in curiam. At εἰσέρχεσθαι περὶ χρεῶν, Demosth. Postulare & causā dicere. & ἀγῶνα vel χρείαν εἰσελθεῖν, necnon εἰσελθεῖν sine adiectione, pro eodem: vide Bud.p.110. Item εἰσέρχεσθαι τὸν Δία, Subire personam Iouis: quod & ὑποδύεσθαι dicitur. Item εἰσελθεῖν εἴς τινα, pro Conuenire eum domi. Bud.p.110. ex Lysia. Ibidem affert ex Platone εἰσέρχεται αὐτῷ δέος. (Sic autem cum dat. ex Herodoto, εἰσελθεῖν αὐτοῖς ὑδοῖον) Et cum accus. (quæ multo frequentior est constructio) ex eodem, ἀλλ' οὐκ ἐπιθυμία ταύτης τῆς συνουσίας ἐσῆλθέ τε εἰσέρχεται εἰς πολλούς. Item, εἰσῆλθε δέ με φοβηθῆναι. Sic Lat. res aliqua dicitur Subire animum vel incessere animum alicuius, aut Incessere aliquem. De quibus ibidem. Affertur & ex Eurip. ὅ μ' εἰσέρχεται, pro Quod mihi in mentem venit.

c.2.Ἀντεισέρχομαι, Vicissim ingredior, In prioris locū subeo, Succedo. Naz.

c.2.Παρεισέρχομαι, & Ὑπεισέρχομαι, Subingredior, Irrepo, Irrependo ingredior. Sed ὑπεισέρχεσθαι interdum signific. etiam Subire animum, Occurrere. vt Lucianus De mercede conductis, ὑπεισέρχεταί γὰρ τι μαλ' ὑπ' ἄλλου αὐ ...

c.2.Συνεισέρχομαι, Vnà ingredior.

C.E Ἐξέρχομαι, Egredior. Cum genit. vt ἐξέρχομαι τῆς πόλεως, vel τῆς οἰκίας. Quo dixit modo Synesius, ἐξελθὼν τοῦ σώματος, id est ad verbum, Egressus è corpore. Dicitur etiā ἐξέρχεσθαι εἰς τινα τόπον: vt Xen. ex Prodico scribit de Hercule, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν, quod Cicero Exisse in solitudinem. Xenoph. autem ἐξέρχονται εἰς τοὺς ἐφήβους. Trāseunt in epheborum numerum. (Et Hesiodo in Erg. δίκη εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, pro Ad finem progressa, potius quam Egressa: sicut & Thucydides, ...) Sed & cum διὰ alicubi, vt Luc. διὰ πάσης ... vbi ἐξέρχεσθαι redditur Peruadere, Permeare. Sine adiectione autem interdum ἐξεληλυθώς, pro Qui in exilium abiit, apud Demosthenem. Nonnunquam etiam ἐξέρχεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους (vt apud Xenoph.) Egredi seu prodire aduersus hostes. Et sæpius sine adiectione, vt apud eundem Hellen.7. Budæus autem ἐξέρχεσθαι exponit Obuiam exire hostibus, item Suppetias ire apud Demosth. & Æschine m. Ex quo affert etiam in orat. περὶ ... p.40, ... δ' ἐξελθεῖν στρατιάς, quod exponit Primis stipendiis. Denique de tempore etiam dicitur. vt ἐξελθεῖν ὁ ἐνιαυτός, Dem. Elapsus est annus, Exactus est annus. Sic apud eundem, ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι.

c.2.Ἐπεξέρχομαι. vide post Ἐπέρχομαι.

c.2.Παρεξέρχομαι, Prætergredior, Prætereo. Itē Egredior. Ex Hom. παρεξελθεῖν πεδίον. Et ex Herodot. παρεξελθεῖν τὴν κάμινον ... At verò Od.ε, παρεξελθεῖν Διὸς νόον (quod & παρὲξ ἐλθεῖν scribitur) Transgredi. Itē παρεξελθόντος, Thuc.8, fortasse pro ὑπεξελθόντος.

c.2.Ὑπεξέρχομαι, (q.d. Subegredior) Clàm egredior. Plut. Publ. ὑπεξῆλθε τῆς πόλεως, Clàm egressus est vrbe, Subduxit se ex vrbe.

C.E Ἐπέρχομαι, Aduenio, Accedo, Venio ad. q.d. ἔρχομαι ἐπί. Iliad.α, Μυρμιδόνων ... Odyss.ο, — ... Sophocles autem ex abundanti præpositionē addidit, ... pro ἐλθεῖν. Alioqui cum solo accusat. in prosa significat & Peragrare. vt ἐπέρχεσθαι τὴν Λιβύην, Plutarch. Sic ἐπελθεῖν πᾶσαν γῆν, Diosc. in præf. At οἶμαι ἐπέρχεσθαι poeticè Iter facere. Sine casu autem est etiam Superuenio, Ex inopinatò venio. Od.π, ... Et Od.ξ, — ... Nonnunquam ἐπέρχομαι & pro Aduento, Appeto: vt inquit Budæus, addens ita videri positum à Paulo Epist. ad Col.c.1, v.7, ... τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Ibidem ex Paus.216 affert ἐπερχομένη νυκτί, pro Nocte sequēti: paulo pòst.n. ab eo dici τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα. At verò quum dicitur ἐπῆλθέ μοι τόδε, vel ἐπέρχεταί μοι, aut etiam sequente infinit. ἐπέρχεταί μοι τόδε ποιεῖν, vel λέγειν, signif. Cupido incessit, In mentem venit: vt docet Bud. pag.100 & 111. Sic Aristid. ἐπέρχεταί μοι ... Luc. verò dixit & δέος ἐπέρχεται ...

Ἐπέρχομαι violentiæ significationem interdum inclusam habet, & sumitur pro Hostiliter ingredior, Inuado, Incursio. B. ex Thuc.100. Idem abhi ex Plut. in Cic. 177 ἐπέρχεσθαι τὰς πόλεις, Inuadere, Vi tentare. Affertur ex eodem in Numa, ... ἐπερχόμενον, Vlciscentem. Ex Euripide autem, ... pro Hiſte sum aggressus.

Ἐπέρχομαι, (sicut & Διέρχομαι) Percurro, Recenseo. Item Dissero, Disputo. Bud. pag.100, ex Aristot. & Dem. Sed & pro Lego accipitur à Synesio, ἐμοὶ χρόνος τὸ πολλάκις ἐπελθεῖν, de epistola loquens.

c.2.Ἐπεξέρχομαι, (sicut & de ἐπέρχομαι modò dictum fuit) Incursio, Inuado, siue Excurro & percurso populabundè, vt Budæus exponit in hoc Thucydidis loco, ἐπεξελθεῖν τὰ πολλὰ τιμωρίας. Interpr. & Erumpo infesto exercitu apud Isocratem. Vide Comm. pag.100. Item pro Percurro, Commemoro, Dissero, (sicut ἐπέρχομαι) ex Isocrate, ἐπεξελθεῖν πάντα. Sed & τῷ λόγῳ ἐπεξέρχεσθαι ex Platone lib.1 De republica, pro Persequi oratione. Item ἐπεξέρχεσθαι pro Perlegere: Basilius, ἐπειδὴ γὰρ ἔλυσας τὴν ἐπιστολήν, καὶ πάντα ἐπεξῆλθες. Item Pro Vlcisci, Thucyd. cum datiuo, & Antiph. cum accusat. Item ἐπεξελθεῖν τινα, In ius rapere, Iudicium dictare. De quarum signif. vtraque lege B.p.99.

c.2.Ἀντεπεξέρχομαι, In pugnā aduersus inuadentem prodeo, Aduersus τὸν ἐπεξερχόμενον prodeo, Occurro τῷ ἐπεξερχομένῳ, vel Obuiam prodeo. Sic & ἀντεπέξειμι apud Paul.

C.K Κατέρχομαι, Descendo. Herodianus lib.1, φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, ... ξένον. Item Redeo vt exul, Postliminio redeo. Budæus ex Demosthene & Aristotelē. Æschylus autem ἥκω & κατέρχομαι copulās, vbi dicit ἥκω εἰς γῆν καὶ κατέρχομαι, ab Aristophane irridetur: quū tamen alioqui ἥκω quidem in κατέρχομαι includatur, at non item κατέρχομαι in ἥκω. neque enim quicunque ἥκει dicitur, is protinus intelligitur κατέρχεσθαι: adeo vt Aristophanem malitiosè hîc cauillari existimem, quum ait perinde esse acsi quis μάκτραν & κάρδοπον iungat. Fateor tamen istam verborum ἥκω & κατέρχομαι copulationem nimis ἀκυρίαν videri posse.

C.Μετέρχομαι, Adeo. vt Il.ζ, ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι, pro εἰς τὸν Πάριν ἐλεύσομαι, aut certè pro μετὰ τὸ εἰς τὸν Πάριν ἐλεύσομαι, inq. Eust. q & Od.γ, Πατρὸς ἐμοῦ κλέος εὐρὺ μετέρχομαι ἤν που ἀκούσω, exp. δι' ἀκολουθίαν ἔρχομαι τοῦ πατρός. Admonet autem à posteris Homeri dici etiā de vlciscente, item de eo qui aliquid tractat. Quum tamen alioqui & apud ipsummet Homerum, Iliad.φ, μετῆλθε non solùm ἐπὶ τοῦ ὕστερον ἐλθεῖν, sed & ἐπὶ ἐκδικίας accipi posse tradat: pag.1244. Cum datiuo autem pro συνελθεῖν ab eo poni idem alibi testatur. Qui vsus apud alios rarus est. At verò cum accusatiuo pro Adire vsi sunt itidem cæteri poetæ. Sed prosæ scriptores pro Accerso potius. vt Demosthenes, ὡς δὲ ἀφικνεῖται ὁ Θεόφημος μετελθοῦσα αὐτὸν τῆς ἀθρώπου. Et Lucianus, ἐγὼ δὲ ἄλλως οὐδ' ἐκ νεκρῶν μετελεύσομαι. Sed interdum & Quæro, Inuestigo (vt inuestigamus quos accersere volumus.) sicut apud Synesium μετῆλθεν ἐπὶ φάρμακα ... Et μετῆλθον δέμας, ex Euripide Quæsiuerunt pellem. Alicubi autē μετέρχομαι cū accus. personæ,

exponitur Adiens obsecro: vt in isto Herodoti loco, μετέρχομαί σε πρὸς θεῶν Ἑλληνίων εἰπεῖν: & isto, μετέρχεαί με λεχθῆναι εἰπεῖν. Sed Bud. exponit simpliciter Obsecrare: item Compellare, Appellare, Alloqui. vt apud eundem ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖς ἔπεσι. Sic & in Phalar. ep. p. 86, μέτελθε ταύτην αὐτὸς, compella eam, & hoc ab ea contende. Idem exponit & Sollicitare. Quod autem ad illam compellandi seu alloquendi signific. attinet, in ea verbum μετέρχομαι aptissimè reddi puto Latino Prosequor: vt μετέρχεται τοῖσδε τοῖς ἔπεσι in illo Herodoti loco sit quod Vergil. dicit His dictis prosequitur. atque ita μετέρχεσθαί τινα in hoc loquendi genere sit quasi ἔρχεσθαι μετά τινα, Ire post aliquem, id est Sequi aliquem, Prosequi. Sed & in aliis quibusdam loquendi generibus, μετέρχομαι verbo Prosequi commodè reddi existimo. Saepe verò cum eodem accus. personae pro Vlciscor. Antiphon 101. μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ παιδός. Herodot. μετελθεῖν τίσις Ὀροίτεα. Et ex Euripide cum accusat. rei, μετελθεῖν γάμους Ἑλένης ὑβρισθέντας, Sumere vindictam de nuptiis &c. Item, Punio: Synes. τῶν παίδων ἂν μετέλθοι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Aphthon. τὰ ἁμαρτήματα τῶν παίδων μετερχόμενος. Vt autem μετέρχομαι inclusam habet persequendi signific. in proximè praeced. exemplis, (quibus addi potest ex Thuc. τὰ ἴδια ἐγκλήματα πολέμῳ μετελθεῖν, querelas suas persequi) sic & in iis quae sequuntur, alioqui diuersis. Atque adeo Consectari etiam exponitur, item Ambire. (quod autem ambimus id persequimur, & quidem summo studio) Thucyd. 1, εἰμὴ ἐπιτηδεύουσιν ἀνδρείαν, ... μετέρχονται, fortitudinem consectantur. Plut. in Pol. praec. τὴν ἀγορανομίαν μετερχόμενον, ambientem. Idem, δυνηθεὶς ὑπατείαν μετελθὼν ἀποτυχεῖν. Budaeus verò μετέρχεσθαι à Luciano accipi tradit & pro Exercere, Meditari. vbi meminisse oportet τοῦ μεταχειρίζεσθαι, quod aliquando hoc verbo declarari scribit Eustathius. Esse autem & hic aliquam persequendi significationem fatebuntur qui quàm latè pateat apud Latinos huius verbi vsus considerabunt.

Μετέρχομαι, Transeo. vt μεταληλυθὼς ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπί τινας ἄνδρας, ex Lucian v. l. Apud Herodianum autem στρατὸς μετελθὼν πρὸς Ἀντωνῖνον, non simpliciter transeundi, sed & transfugiendi signif. habet.

c. 2. Συμμετέρχομαι, pro Concomitor, in v. l. ex Basil. quae tamen interpr. suspecta est.

C. ΠΑΡέρχομαι, Praetereo, Epigramm. lib. 1, Δεῖξεις τοῖς ὁρᾶν τοῖς παρερχομένοις. Et χρόνος παρελθὼν, Isocrates Archidamo, Tempus quod praeteriit, Tempus elapsum. Sic ἡμερῶν καὶ νυκτῶν παρελθουσῶν, Aristot. Huc pertinet illud cuiusdam poetae, παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη. Interdum verò cum accusatiuo, vt in cursu dicitur aliquis alium παρέρχεσθαι, id est praeterire. Hom. Odyss. θ, Οἴῳ δὴ δείδοικα ποσὶν μή τίς με παρέλθῃ Φαιήκων. Sed & metaphoricè pro Anteire, Vincere, Superare (vt qui praeterit in cursu, vincit.) Plutar. in Camillo, παρελθεῖν τῇ δόξῃ τὸν Κάμιλλον μὴ δυνάμενος. Idem in Publ. ποιοῦντι ἀτυχίᾳ Σύλλαν παρελθεῖν. At verò apud Homerum Il. α, — ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις, sunt quidam qui itidem exponant Superabis: sed alii malunt Decipies. Ego verò existimo perinde esse acsi diceret Non me anteuertes astutia, Non obrepes mihi incauto. Item Praetereo, id est Praetermitto, Omitto. Aristoph. Vespis, ὡς δ' αὖ πάντ' ἐπελήλυθεν, κοὐδὲν παρῆλθεν. Sed & cum infinit. ex Demosth. παρῆλθέ με τοῦτο εἰπεῖν, Praeteriit me hoc dicere, Fugit me hoc dicere.

Παρέρχομαι, Prodeo, In medium prodeo, seu Procedo aut Progredior. Thuc. 2, καὶ παρελθὼν ἔλεξε τοιάδε. Idem 3, παρελθὼν αὖθις ἔλεγε τοιάδε. Ibidem, ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν &c. Et cum εἰς sequente accus. vt Aeschin. in Ctes. παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Sed & παρελθὼν εἰς μέσον dicitur à Plutarcho in Sol. (quum alioqui παρελθεῖν per se id significet, vt modò docui.) Sed παρελθεῖν interdum non simpliciter est Prodire, seu Prodire in medium, sed Palam omnibus in medium prodire & se iactare. (Vel, In medium prodire ad edendum sui specimen.) Atque Budaeus pag. 684, exponit apud Athenaeum, αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον. Idem παρέρχομαι interpret. Ingredior, Eo, afferens ex Plut. in Antonio, μεγάλην μέντοι ἐπὶ τῇ νίκῃ, παρῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κλεοπάτραν κατειλήφει ἐν τοῖς ὅπλοις. Sed affertur ex eodem & pro Inuado, in Theseo, εἰς τὴν Κρήτην παρελθεῖν.

c. 1. Ἀντιπαρέρχομαι, Contrà prodeo, Aduersus aliquem prodeo.

ΠΕΡΙέρχομαι, Circumeo, Circumuenio. Aesch. in Ctes. περιέρχονται τὴν ἀγορὰν, ἀλλήλοις κατ' ἀλλήλων ἔχοντες δίκας. Plut. autem addidit κύκλῳ cum accus. in Publ. κύκλῳ περιῆλθε τοὺς πολεμίους, Hostem vndique circumuenit vel circumsedit. Cic. apud Plat. in Tim. κύκλον περιέρχεσθαι, de luna, Lustrare cursum suum: de sole, Suum conficere & peragrare orbem, interpr. vt videbis in Lex. Cic. Apud Lucianum verò περιελήλυθε ταῦτα τοὺς πολλούς, exponitur Haec vulgi animos peruaserunt. Quam expos. ita probo, vt tamen malim, Haec vulgi animos peruagata sunt. eo modo quo Cic. dixit, Molestiae, laetitiae, cupiditates, timores, similiter omnium mentes peruagantur. Sed frequenter etiam sine casu ponitur περιέρχομαι pro Oberro. Luc. in Nigr. μαθὼν ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. At minus est quàm Oberro, in sequentibus locis, vt paulo pòst declarabo. Plato Apol. οὐδὲν γὰρ ἄλλο πράττων ἐγὼ περιέρχομαι. Dem. in Mid. τί οὖν ἐβουλόμην, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὑμῶν ἔχει ἀγαπᾶν τις ἐκ τῶν περιέρχεται φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιστάς. Alicubi verò inuertitur orationis structura, & pro verbo ponitur participium: vt si in illo Platonis loco pro πράττων περιέρχομαι dicerem πράττω περιερχόμενος. Tale est, λέγουσι περιερχόμενοι, vel περιϊόντες (quod idem prorsus valet) Demosth. Phil. 1, λογοποιοῦντες περιϊόντες. Idem in Mid. περιϊὼν ἐλογοποίει. In quo loquendi genere mihi planè videor agnoscere nostrum illum Gallicismum, Ils vont disans, (quae tamen, quod ad orationis formam, respondet potius alteri orationis Graecae structurae, vt si dicas περιίασι vel περιέρχονται λογοποιοῦντες) Idem verò & de illo Platonis loco dici potest, οὐδὲν ἄλλο πράττων περιέρχομαι. Dicimus enim itidem Il ne va faisant autre chose que &c. Lat. autem praepos. περὶ in hoc loquendi genere retinent, quum de sermone agitur: nam pro ταῦτα περιέρχονται λέγοντες dicunt, Fama circumfert: & interdum, Sermonibus omnium circumfertur. Quid si verò dicamus & frequentatiuis suis hic Latinos vti? vt περιέρχονται ταῦτα λέγοντες, sit Talia dictitant: περιέρχονται ταῦτα πράττοντες, Talia factitant.

Περιέρχομαι, Circumuenio, id est Decipio, Herodot. & Luc. Vide Bud. 430.

Περιέρχομαι, Deuenio, Tandem venio. Plut. in Antonio, ὥστε γὰρ πάντα εἰς Καίσαρα περιελθεῖν. Bud. ibidem. Item περιελθεῖν pro In contrarium recidit, vt περιίσταται, idem Bud. alibi.

c. 2. Ἐκπεριέρχομαι, Vsquequaque circundo. Bud. pag. 331 ex Herodiano. Sic autem & ἐκπεριϊέναι ex Xen.

C. ΠΡΟέρχομαι, Progredior, Procedo. Thuc. 2, εὐτυχοῦσα πάλιν, ἐς τὸ πλέον οὐκέτι προελθόν. vbi ἐς τὸ πλέον velut otiosum est. vt quum dicitur Non vltra progressus, pro Non progressus. Demosth. Phil. 1, εἰ προεληλύθειν ἀσελγείας ἄνθρωπος, (vt Lat. dicitur Eo improbitatis, vel eo impudentiae progressus est, seu processit) Idem, εἰς πᾶν προεληλύθει μοχθηρίας τὰ παρόντα πράγματα. Ex Isocr. autem εἰς τοῦτο προῆλθον, Eo vsque progressi sunt, pro Ad eatum successum peruenerunt. Dicitur & de tempore: vt προελθόντος πολλοῦ χρόνου, Thuc. 1. Longo temporis progressu. Sic Theophr. in 9. θέρους ἀρχομένου & θέρους προεληλυθότος appellat, aestate ineunte, & aestate iam adulta. Et X. Hell. 6, προεληλυθότας ταῖς ἡλικίαις vocat aetate prouectos, τοὺς μὲν προεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἔχει, τοὺς δ' ἔτι ἀκμάζοντας. Interdum verò cum accus. pro Praeuenio, Anteuerto. vt Marc. 6. προῆλθον αὐτούς. In hoc autem Xenoph. loco De rep. 1, malim προέρχεσθαι vertere Praegredi quàm Progredi, vt vulgo exponitur: vbi scribit, παρ' αὐτῶν τῶν παιδαγωγῶν ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων. Imò aptius etiam fuerit vertere προέρχεσθαι ὁδὸν, Viam prius conficere, id est ante alium.

Προέρχομαι, Egredior, Prodeo. προέρχεσθαι τῆς οἰκίας, Galen. ad Glauconem, Domo prodire. Sic προελθόντα τῆς σκηνῆς, Herodian. 8. Luc. ἐκ μέσου προελθών. (Bud. autem

προέρχεσθαι sine adiectione, etiam pro Prodire in publicum, id est domo egredi, poni sæpe testatur.) Interdum cum εἰς: vt Herodianus lib.7, προελθεῖν εἰς τὴν βασίλειον αὐλήν.

Προέλευσις, εως, ἡ, Progressus. Et Profectus, qua in signific. accipitur & Progressus. Luc.4, μίαν ταύτην προέλευσιν ἐπὶ τὸ κάλλιον ἐπιτετηδευκέναι, vbi B. vertit Progressum.

C.ΠΡΟΣέρχομαι, Adeo, Accedo. προσέρχομαί σοι, Xenoph. προσελθεῖν τοῖς λογισταῖς, Demosth. Idem, προσέρχομαι τῇ βουλῇ, Accedo ad curiam, pro Ad curiam refero. Et προσέρχομαι τοῖς κοινοῖς, Dem. vel προσέρχομαι πρὸς τὰ κοινά, Plat. Ad rempublicam accedo, gerendam videlicet. Sed simpliciter etiam à Cicerone dicitur Accedere ad rempubl. Et προσέρχομαι ἐγγύς, Xen. Accedo propè, id est Appropinquo (Item προσέρχομαι pro Aduento & Immineo, Demosth.) ‖Peculiari autem signific. προσέρχεσθαι dicuntur qui supplices accedunt, vt quum ad orandum Deum venimus. de qua signific. lege quæ habet Bud. p.125. sed iis addo ex Synesio, αὐτοῦ καταμόνας ἐν πολλοῖς καιροῖς τι καὶ πίστεις προσελθεῖν τῷ Θεῷ. Nec male fortasse hæc quoque Thuc. addiderim, lib.4, p.160, ἵνα δὴ ἱερατεύειν τι καὶ προσέρχονται εἰς τὸν ἀβλαττῆ. Suspicor enim quandam diuini honoris signific. verbo προσέρχεσθαι hic includi, licet Valla longe aliter interpretetur. ‖Προσέρχομαι γυναικί, Accedo ad mulierem, pro Congredior cum illa. vt in isto apophth. Λάκαινα ἐρωτηθεῖσα εἰ ἀνδρὶ προσελήλυθεν, οὐκ ἐγώ, εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐμοί. Sic & in hoc loco (quem Xenoph. esse puto) ὡς αὖ προσέλθω ὑποψιαζόντα μοι. ‖Προσέρχομαι inuenio etiam pro Accedo positum significante Adiungor. Herodian. lib.3, προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως. ‖Προσέρχομαι, Accedo ad aliquem propinquitate, Sum propinquus, seu affinis. quam signific. colligo ex his quæ B. αἰδεσίμους profert, προσερχόμενος αὐτῷ κατὰ τὴν μητέρα, pro Affinis ei ex genere materno.

C.ΣΥΝέρχομαι, Conuenio, In vnum & eundem locum venio. Thuc.5, p.183, πρεσβεῖαι ἀπὸ τῶν πόλεων ξυνῆλθον. Xen. Pæd.6, ὡς δὲ πάντες συνῆλθον οὓς ἔδει. Plato De rep.1, addidit εἰς ταυτό, scribēs, πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταυτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες. Eóque prior Thucyd. paulo post locum modò citatum eadem verba adiecit, nisi quòd pro εἰς ταυτὸ habet ἐς τὸ αὐτό. (Latini quoque Conuenire & Conuenire in vnum, eadem signific. dicunt.) Quũ autem ibi à Thuc. simpliciter de conuentu dicatur, eorum videlicet qui ad consultandum de re aliqua conueniũt, (quo etiam sensu ibidem habetur ξυγκαθήμενοι) miror cur schol. ἐς τὸ αὐτὸ ξυνελθόντες exponat ἑνωθέντες: nec illi assentiri vllo modo possum. Sed nec lib.2, p.56, illi subscribo, ξυνελθόντας exponenti συστάντας. Ita enim habet ille locus, Περικλῆς δὲ ὁρῶν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸ παρὸν χαλεπαίνοντας καὶ οὐ τὰ ἄριστα φρονοῦντας, πιστεύων δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι, ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα, τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώμῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν τὴν πόλιν &c. quæ sic interpretor, At Pericles quum eos in præsentia irritatos esse, & rectè nō sentire animaduerteret, suã contrà de non facienda eruptione sententiam bonam esse, persuasum haberet, eos nec in concionem nec in vllum [aliud] cōcilium vocauit, ne fortè vbi conuenissent, ira potius quàm certo consilio impulsi, aliquid peccarent. Quis hîc ξυνελθόντας referri ad id quod dixerat ἐκκλησίαν & ξύλλογον ποιεῖν, ideóque simpliciter accipi, nō videt? Ideo autem hoc probare volui, ne lectores multas cum huius scholiastæ, tum aliorum expositiones à me prætermitti mirentur. nam vt multas mihi properāti vel potius præproperanti excidere fateor, ita plerasque me consultò prætermittere profiteor. Vt autē ad sign. verbi συνέρχομαι reuertar, συνέρχεσθαι dicitur etiam vterque exercitus ab Herodiano, lib.4, συνέρχεται δὴ ἑκατέρωθεν ὁ στρατὸς εἰς τὸ κατὰ τὴν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον πεδίον. vbi Polit. Cōcurrere interpr. Huc autē pertinet dissimile quidē, sed in re tamen simili, genus loquendi, quo vtitur Thuc. l.5, p.189, μάχη ὑπὸ ἀξιολογωτάτων πόλεων ξυνελθοῦσα, pro μάχη ἣν αἱ ἀξιολογώταται πόλεις ξυνῆλθον, vel ἀξιολογωτάτων πόλεων στρατοί. Rursum verò ab Herodiano res aliquæ

dicuntur συνέρχεσθαι, quæ ad eundem effectum conueniunt & velut concurrunt. ‖Interdum etiam συνέρχεσθαι de vnico dicitur homine. vt συνέρχομαι τῇ βουλῇ, quod ex Platone De leg. affertur. Quod eo fortasse modo dictum est quo à Plauto, In vrbem crebrò conuenio, pro Venio. Apud Demosth. autem quidam testes ab eo producti, dicunt se εἰδέναι Αἰσχίνην συνερχόμενον νύκτωρ εἰς τὴν Θεογένους οἰκίαν, καὶ κοινολογούμενον Ἀναξίνῳ. Dixerat verò Demosth. paulo antè de eadem re, Ἀναξίνῳ τῷ κατασκόπῳ συνιὼν εἰς τὴν Θεογένους οἰκίαν, item μόνος μόνῳ συνήει καὶ ἐκοινολογεῖτο. Vnde quum sint eiusdem signific. & naturæ συνέρχεσθαι & συνιέναι, non dubiũ est quin vt συνέρχεσθαι εἰς οἰκίαν τινός, sic & συνέρχεσθαί τινι dicatur: sed συνέρχεσθαί τινι ad Latinum Conuenire accedit, iunctum accusatiuo personæ: at in συνέρχεσθαι εἰς οἰκίαν videri potest esse ellipsis: vt sit pro συνέρχεσθαί τινι εἰς οἰκίαν, quod resoluatur, ἔρχεσθαι σύν τινι εἰς οἰκίαν. In v. autem lexicis conspirationis etiam significatio datur huic verbo: (& ita συνέρχομαι esset ad verbum Coeo, à quo Coitionem facere dicitur) sed sine exemplo. nec certè in illo Demosthenis loco ad hanc vsque signific. extendi potest. In iisdem affertur ex Soph. συνῆλθε νεῖ pro ἔλαβέ σε κατανεῖν τοῦ βουλεύματος. Item cum accus. sine præpos. ex eodem poeta, συνῆλθον τὸ σὸν λέχος, pro Conuenit ad tuum cubile. At ex Plutarcho regulariter cum εἰς, in Camillo, συνῆλθον εἰς λόγους, pro In colloquia conuenerunt. Sed Latinè dicendum est potius In colloquium venerunt. ‖In iisdē lexicis (aut certè in nonnullis eorum) affertur, sed ἀδεσπότως, ταῖς γυναιξὶ συνελθεῖν, pro Congredi cum mulieribus: (quod & Coire ad verbum) & Matthæi locus additur, cap.1, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, vt qui hanc etiam interpretationem admittat, & quidem eam sequente Erasmo. At ego eim nimè assentior, nec video cur minus vsitatam significationem (imò etiam cuius nullum certum exemplũ affertur) & minus loco conuenientem, magis vsitatæ & magis loco accommodatæ anteponere debeamus. Referendum igitur censeo ad contubernium, (propter ea etiam absurda quæ alterã interpretationem consequuntur) & exponendum, ad vitandam omnem ambiguitatem, Quum [in easdem ædes] conuenissent. Gallicè aptissimè redderetur, *Auant qu'ils fussent en mesnage*. quo loquendi genere peculiariter significatur contubernium mariti & vxoris. At quidam ambiguum verbum Græcum ambiguo Latino reddere volens, interpretatus est, Priusquam ipsi coiuissent. quasi verò Coiuissent de viro & vxore dictum, de coitu omnes intellecturi non sint, non autem de coitione.

C.ΥΠέρχομαι, Subeo. Sophocl. θαῦμά μ' ὑπέρχεται, subit me admiratio. Et τὸ ὑπελθόν, Lucian. Quod mentem subiit, Quod in mentem venit. Sed vereor ne malè pro ἐπελθὸν scriptum sit. ‖Item pro Subeo, vel Induo, aut Simulo, vt inquit Budæus, afferens ex Basil. de polypode, ὃς ὁποίᾳ ποτ' ἂν ἑκάστοτε πέτρᾳ προσπλακῇ, τὴν ἐκείνης ὑπέρχεται χρόαν. ‖Et vt Quintilianus dicit, Interim fallendus iudex & variis artibus subeundus est, sic etiam ὑπέρχομαι assentationem significare ait & obreptionem sese alteri captiosè submittentis, (nam huc pertinere dictum illud Fabii, ideóque in Bud. Comm. pag.389 suo loco motum esse existimo) & affert ex Luciano, τὴν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑπελθοῦσα ἡ Ἥρα &c. Item ὑπελθὼν μου τὴν ἱερωσύνην. Existimo autem posse hic reddi vel Obrepere simpliciter, vel Blanditiis obrepere. Eurip. certè datiuum etiam addit, dicens, ὑπέρχεσθαι φίλῳ, item ὑπέρχεσθαι τινὸς ὀργῇ. ‖Υπέρχομαι, Obsequiosè colo, Alicui me vendito & eum obseruo. vt ὑπέρχεσθαι καὶ θεραπεύειν. apud Demosth. vide B.p.389. Camer. quoque ὑπέρχεσθαι, inquit, signif. & insidiosam aggressionem & blandam submissionem: vt in Crit. Plat. ὑπερχόμενος πάντας ἀνθρώπους βιώσῃ καὶ δουλεύων, omnibus mortalibus obnoxius & subiectus vitam deges.

ἝΣΠΕΡΟΣ, ου, ὁ, Vesper. itē Hesperus, Virgil. Cic. De nat. Deorũ l.2, Infima est quinq; errantiũ terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Lat. dicitur, quũ antegreditur

solem: quum subsequitur autem, ἕσπερος. Moschus initio cuiusdam idyllii, p. 178 meæ edit. Ἕσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας, Ἕσπερε κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα, Τόσσον ἀφαυρότερος μήνας ὅσον ἔξοχος ἄστρων. quæ ego olim ita verti, Hespere perblandæ pulcherrima flamma Cytheres, Hespere, noster amor, nigræ decus Hespere noctis, Qui tantum lunæ, quantum tibi sidera, cedis. Animaduertendū autem hic inter alia pulchrè dici φάος Ἀφρογενείας, quod Cic. Stella Veneris. Hom. Il. χ. Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. At Odyss. α. Τῶν δὲ τερπομένων μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθε. vbi μέλανα dici tradit Eustath. ad differentiam illius καλλίστου. Cæterùm ἕσπερος dictum putat Etymol. ἀπὸ τῆς ἐσπέρας ...... παύεσθαι, vel ὁ ὥρας τῆς ἑω φέρων. Quod posterius etymum pauloverisimilius est: sed malim breuius dicere, ἕσπερος vocatum quasi ἑω ὥρας.

Ἕσπερος, Vespera: ex Aristot. lib. 9 Anim. ἄχρις ἑσπέρου καὶ περὶ ὄρθρον.

Ἕσπερος poetis adiectiuè interdum pro ἑσπέριος, i. vespertinus. Sic αἰετὸς ἕσπερος ex Apoll. Aquila vespertina, id est Vespere volans. Soph. ἕσπεροι λαμπτῆρες, vespertinæ faces. Item ἕσπερος θεὸς, Pluto, apud eundem. At ἕσπεροι αἰγιαλοὶ montium eidem pro Ad occidentē spectātes. Sic autem ἕσπερος ὠκεανὸς apud Dion. Alex. pro Occidentalis.

C. Ἀκρέσπερον, aduerbialiter, apud Hippocratem & Nicād. Summa vespera, i. prima & incipiente. ἀκρέσπερον, (inqt Gal. in Expositione vocū Hippocr.) ἄκρας ἑσπέρας, ἤγουν τῆς πρώτης καὶ ἀρχομένης. Interpretor autē Summa vespera cum Gorræo, alioqui vocabulum aliud desiderans. Sed & ἀκρέσπερον esse puto pro ἄκρου ἑσπέρου, hoc autē pro ἄκρας ἑσπέρας.

C. Ἀνέσπερος, ὁ & ἡ, Vespera carens. ἀνέσπερος ἡμέρα, dies carens nocte. B. ex Basil. & Damasceno.

C. Ἀρχέσπερος, ου, ὁ & ἡ, Vesperæ principium habens. Ab Aristotele apud Athenæum ἀρχέσπερος νὺξ dici videtur vespera qua nox incipit, q. d. nox vesperæ incipientis, aut nox primi crepusculi, (intelligendo de vespertino) γλαῦκες δὲ καὶ κόρακες ἡμέρας ἀδυνατοῦσι βλέπειν. διὸ νύκτωρ τὴν τροφὴν αὐτοῖς θηρεύουσι, καὶ οὐ πᾶσαν νύκτα, ἀλλὰ τὴν ἀρχέσπερον.

C. Τριέσπερος, ου, ὁ & ἡ, q. d. Triuesperus, id est Tres vesperas habens. vt τριέσπερος νὺξ, qua videlicet Iupiter cum Alcmena concubuit: quòd tres noctes in vnam tum coaluisse fabulentur poetæ. Alii autem τριέσπερον Herculis epithetum faciunt, vtpote nocte illa creati.

Ἑσπέριος, ου, ὁ, Vespertin⁹, (vt Vespertinus hospes apud Horatium) Vesperi adueniens, Od. ι, ἑσπέριος δ' ἦλθεν. Et alibi, ἑσπέριοι ἀφίκοντο. Sic Arrianus, κατάγονται ἑσπέριοι ἐς Βάκτρα. In quibus locis possumus etiam dicere nomē esse pro aduerbio, sicut Lat. Vespertinus sumitur. vt apud eundem Horatium, Gnauus mane forum & vespertinus pete tectum. ‖ Sed & pro Occiduus seu Occidentalis. vnde τὰ ἑσπέρια μέρη, pro occasu: sed sæpe dicitur ἑσπέρια sine adiectione, vt τὰ δυτικά. Β Τ Ἑσπερίτης, idem.

Ἑσπερὶς, ίδος, ἡ, Occidua, Occidentalis. vt ἑσπερὶς νῆσος, Dionys. Alex. ‖ Item Ἑσπερὶς, Herba generis violarum quæ noctu fragrantius quàm interdiu spirare dicitur: vnde illi nomen esse hesperidū putatur. Vulgò giroflee, secundum quosdam. Vide Theophr. & Plinių.

Ἑσπερίδες, Noctis filiæ (vt annot. ex Hesiodo) custodientes aurea mala, quæ & ex illorum nomine dicuntur ἑσπερίδων μῆλα. Et prouerbium μῆλα Ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, Mala Hesperidum largiri, quod apud Erasmum vide.

Ἑσπέρισμα, ατος, τὸ, Vespertinus esus, Cibus qui vespere sumitur. Est autem ἑσπέρισμα tanquā verbale A B ἑσπερίζομαι, eodem fere modo quo si à Vesperare diceretur Vesperamentum. Athenæus lib. 1, Φιλήμων δέ φησιν ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ, ἀκρατίσματι, ἀρίστῳ, ἑσπερίσματι, δείπνῳ.

Ἑσπέρα, ας, ἡ, Vespera. ἑσπέρας γενομένης, Xenoph. Orta vespera, Quum aduesperasset. Et πρὸς ἑσπέραν, Vesperi, vt πρὸς ἑσπέραν ἔσται, pro Vesperi erit, ex Platone De rep. l. 1.

Xenoph. Hell. 1, ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωὶ καὶ πρὸς ἑσπέραν. Sed & ἑσπέρας sæpe aduerbialiter ponitur, pro Vesperi. Aristoph. οὐχ ἑωθινὸν ἑσπέρας. Item ἑσπέρα adiectiuè. vt ἑσπέρα δείλη, Vespertinum crepusculū: Vide in Δείλη. ‖ Ἑσπέρα, Occidens, Occidentalis pars mundi. Aristot. De mūdo, ὁκ τῶν πρὸς ἑσπέραν μερῶν. Athen. 11, πάντες δὲ οἱ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντες βάρβαροι πεποίηνται. Cæterùm sicut nōnulla ex præcedentibus hinc deriuanda potius videbuntur, illi suo vti iudicio liberum per me erit.

ΕΣΤΙ΄Α, ας, ἡ, Foc⁹, Lar. Hesiod. Erg. ἑστίη ἐμπελάδην, pro Iuxta focum. Thucyd. ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν, καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Herodian. 3, ὡς μή τι δυνῆς μὴ τι ἑστίας κοινωνεῖν. Interdū verò pro tota domo. (vt Lat. dicunt larem seu lares & penates) ita volunt accipi quidam ab Homero, Odyss. ξ. (alii verò pro ara quæ iuxta focum extructa erat.) Xen. in Laced. pol. γυναικὸς δὲ αὐτὴν ἑστίας ἐπιμελεῖσθαι. In hoc item Plat. loco ἑστίας pro domibus accipi vult Bud. De leg. lib. 6, pag. 266, τῇ τε γὰρ πόλει πᾶσι ξύμφορον ταῖς τε ξυνιούσαις ἑστίαις. ‖ Item pro ara & asylo poni scribit idem, afferens locum illum Thucyd. quem modò citaui: itē hunc Aristot. in Œcon. καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν, ὥσπερ ἱκέτιν καὶ ἀφ' ἑστίας ἠγμένην μὴ δεῖν ἀδικεῖν. Sed in illo Thucyd. loco pro foco simpliciter accipi manifestum esse puto, & quid obster quominus in hoc etiā Aristot. loco si c accipiamus non video. ‖ Ἑστία, Vesta dea. vt X. Pæd. 8, θεοῖς μὲν Ἑστίᾳ ἔθυσε. vbi tamen Lari vertit Phil. Sic & in prouerbio ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, id est A Vesta incipe, Erasmus vertit A lare incipe. Dicitur & per infinit. ἀφ' Ἑστίας ἄρχεσθαι, item per partic. ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος, Eustath. De huius autem prouerbii vsu & origine lege eundem. (Eustathius certè inde dictū tradit quòd mos esset Ἑστίᾳ προθύειν ἀπάρχεσθαι) At de hac voce Ἑστία lege Cicer. De nat. deorum l. 1, & in lib. De leg. Etymum verò vel potius etyma, ex Eustathio & ex Etym. pete.

C. Ἑστίαρχος, Domus præses. Quidam cognomentum Iouis esse volunt. ‖ At Polluci ἑστίαρχοι qui concionis locum & theatrum lustrabāt, id est expiabant.

C. Ἑστιοπάμμων, ονος, ὁ & ἡ, Domus dominus, ὁ δεσπότης τῆς οἰκίας, vt inquit Pollux lib. 1, Doricam & Æolicam vocē esse tradens. Α Τ Ἑστιάμων quod apud eundem lib. 10 legitur eadem signif. non dubito quin mendosum sit. sequendo enim formationis analogiam, vt ἑστίαμα est Conuiuium, ita ἑστιάμων esset Conuiuator, aut certè Cōuiua. Contrà verò illam alteram vocem ἑστιοπάμμων suspectam mihi esse non sinit ex eodem verbo compositum πολυπάμμων.

C. Ἑστιοῦχος, Qui lari præest & penatibus, Qui larem tuetur, vt πολιοῦχος, Qui vrbi præest & eam tuetur. Bud. ex Plat. De leg. 9. At verò hic, Δήμητρ' ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονὸς, simpliciter pro Præses seu custos. ‖ Ἑστιοῦχος, pro Ἑστιάτωρ, Conuiuator. Aristoph. teste Polluce.

C. Ἀνέστιος, ου, ὁ & ἡ, Sine lare, Domo carens, Qui incertis vagatur sedibus. Luc. μὴ ἄοικον μηδ' ἀνέστιον εἶναι. Athen. de Cynicis, 160, ἄοικοι, ἀνέστιοι, βιοῦντες ζῶσ' ἀνὰ ... ‖ Exponitur etiam Exul. ‖ Sed apud Homerū, Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος Ὃς πολέμου ἔραται, Bud exponit, Nec in deos, nec in ciues, nec in familiam suam pius est.

C. Ἀφέστιος, Qui à domo abest In v. l. Absens, Extra domū, Non domesticus.

C. Ἐφέστιος, Qui est apud focum, seu larem. Et ἵζομαι ἐφέστιος pro ἐπὶ τὴν ἑστίαν, vt dixit Thuc. in loco ante citato. Interdū, Qui habet larem id est domum, atque adeo apud Hom. Qui larem habet vbi degit. vnde exponitur etiam Oppidanus, Ciuis, seu Incola. Il. β, Τρῶας μὲν λέξασθαι ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασι. Item, Qui in eadē est domo, Domesticus. Vide Eust. Synes. ὅπως τις αὐτῶν ἐφέστιος ἡμῖν γένηται. Greg. ἐφέστιον ποιεῖ τὴν δυστυχίαν. Sed & ἐφέστιος Iupiter apud Sophoclē, (Καὶ σ' ἀντιάζω πρὸς τ' ἐφεστίου Διὸς) à quibusdam redditur, Domesticus Iupiter, quod Græcus schol. exponat οἰκεῖος. Sed addit etiam, Qui colitur apud larem, & contubernium nostrum obseruat. ‖ At ἐφέστιος πηγῶν ex Apoll. pro Accola fontium.

C. Ὁμέστιος, Eundē larē habens, Contubernalis, ex Plat. S:

& in Epigr. εἰμὶ δὲ ταῖς νύμφαισιν ὁμέστιος.

C.Παρέστιος, vt παρέστιος Ἀθήναζε μετοικιζόμενος, Plutarchus in Solone, Cum tota domo (id est familia) Athenas commigrans.

C.Συνέστιος, Domesticus, Contubernalis. Opp. De ven. lib. 3, Ῥεῖα δ' ὅρις κατὰ δώματα συνέστιος ἀνθρώποισιν.

Ἑστιάς, ἀδος, ἡ, Vestalis. Plut. ἑστιάδων παρθένων παρουσῶν.

¶Ἱστίη, Ionicè (& secundum quosdam Doricè etiam ἱστία) idem quod ἑστία. VNDE Ἐφίστιος idem qui ἐφέστιος paulo antè.

ἙΣΤΙΆΩ, ῶ, Lare excipio, id est domo: Vel potius, Conuiuio te accipio apud larem. Aristoph. Nubib. ἀλλ' εἰσαγαγεῖν σε βούλομαι πρῶτόν τι ἑστιάσαι. Plut. Cor. καί ποτε μὲ εἱστία φιλοφρονούμενος τὸν Μάρκιον. Interdum verò ἑστιᾶν cum accusatiuo rei pro Celebrare agitando conuiuia, & q.d. Conuiualiter celebrare. vt ἑστιᾶν γάμους Athen. Celebrare nuptias agitando conuiuia. Sic ἑστιᾶν γενέθλιον vel potius γενέθλια. Luc. γενέθλια θυγατρὸς ἑστιῶντι. Possumus etiã (vt opinor) vertere, Celebrare natalem conuiuiis, vt dixit Ouidius Celebrare natalem ludis. Nisi quis malit ἑστιᾶν γάμους reddere, Nuptiale conuiuium aut epulum celebrare, seu agitare, Vel, Nuptiales epulas celebrare. & ἑστιᾶν γενέθλια, Natalitia celebrare. Sic apud Synesium epist. 3, εἱστιάκειμεν τὸ δεῖπνον τὸ ἐπιτάφιον, agitaueramus epulum, vel celebraueramus. At Ἑστιάομαι, ὦμαι, Excipior conuiuio, seu epulo, Epulor. Aristid. ἑστιῶνται λαμπρῶς ἀπὸ τῶν βαρβάρων. Aristoph. autem ἑστιᾶσθαι ἐνύπνιον dixit pro Insomnio vesci q.d. Epulari insomnium.

Ἑστιᾶν, metaph. vt Lat. Pascere animum pro oblectare. Bud. p. 740 & 741 ex Plat.

Ἑστίαμα, ατος, τὸ, Epulum. Eurip. in Iphig. AT de Ἑστιάμων, Vide in Ἑστιοπάμμων.

Ἑστίασις, εως, ἡ, Epulatio, Conuiuatio. Item Epulum, Conuiuium. Plato De rep. 1, τὰ λοιπὰ τῆς ἑστιάσεως ἀποπληρώσετε. Thucyd. 6, ἐκπώμασι καὶ χρυσοῖς καὶ ἀργυροῖς ἐσέφερον ἐς τὰς ἑστιάσεις. Interdum metaph. pro quodam animi velut pabulo. B. 741.

Ἑστιάτωρ, ορος, ὁ, Conuiuator, Qui conuiuium seu epulum præbet. Plato in princ. Timæi, τῶν μὲν χθὲς δαιτυμόνων, τὰ νῦν δ' ἑστιατόρων, heri conuiuarum, nunc autem conuiuatorum. ET Ἑστιατόριον, q.d. Conuiuatorium. Id est, Locus in quo celebrantur conuiuia. Quidam cœnaculum interpretantur voce (vt opinor) nimis humili. Plutarchus in Sympos. sept. sap. παρεσκευάκει μὲν γὰρ οὐκ ἐν τῇ πόλει τὴν ὑποδοχὴν ὁ Περίανδρος, ἀλλ' ἐν τῷ περὶ τὸ Λέχαιον ἑστιατορίῳ. AT Ἑστιατορία pro epulatione affertur ex Gr. Bibl. interpr. Reg. lib. 4, cap. 24.

C.ἈΝΘεστιάω, ῶ, Vicissim conuiuio accipio. Plut. sæpe. ET Ἀντεφεστιῶ, pro eodem ex Platone Timæo, sed mendosè, vt opinor.

C.ΣΥΝεστιάω, ῶ, Vnà excipio conuiuio, seu epulo. Et Συνεστιῶμαι, Vnà epulor.

DORICE autem Ἱστιάω, ῶ, (sicut in ἱστία non solùm Iones sed etiam Dores, secundum quosdam, vertere ε in ι, dictum est) quod ex veterum autoritate tradit Eustath. HINC Ἱστιατόριον pro ἑστιατόριον, de quo modò dixi: apud Herodot. AVTEM Ἱστιατόριον.

ἙΤΑῖΡΟΣ, ου, ὁ, Sodalis. Od. π, Ἤ μάλα τίς τοι ἑλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Et Il. ρ, Σαρπηδόν' ἅμα ξεῖνον καὶ ἑταῖρον. Ibidem, — ἐπεί οἱ ἑταῖρος ἔην φίλος εἰλαπιναστής. Et πατρώϊος ἑταῖρος, vt Od. ρ, Οἵ τε οἱ ἐξ ἀρχῆς πατρώϊοι ἦσαν ἑταῖροι. Sic autem & alibi cum datiuo, vt Il. σ, Ἔκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος. Vt autem dicitur ἐμοὶ ἑταῖρος, sic etiam ἐμὸς ἑταῖρος. vt Il. ψ, Μυρμιδόνες ταχύπωλοι, ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι. Itidémque dicit σοὺς ἑταίρους. vt Il. δ, Οὓς ἑτάρους εἴλοντα καὶ ὀτρύνοντα μάχεσθαι. Et Od. ξ, Αὐτὰρ ὁ οἷς ἑτάροισιν ἐκέκλετο δῖος ὑφορβός. Frequentissimus est huius vocabuli vsus in soluta quoque oratione. Tribuuntur verò & regibus ἑταῖροι. vt à Xenophonte qui Pæd. librum ς ita orditur, Καλέσας δὲ ὁ Κῦρος Ἀράσπαν Μῆδον, ὃς ἦν αὐτῷ ἐκ παιδὸς ἑταῖρος, ᾧ καὶ τὴν στολὴν, &c. Sic Demosthenes in oratione ad Phil. epistolam, ei tribuit ἑταίρους, scribens, τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας, δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρείᾳ, φθονεῖσθαι δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας. Quibus in locis (Xenophontis dico & Demosthenis) ἑταῖροι videntur esse qui Gall. *mignons*: eo sensu quo dicuntur *les mignons du roy*. Eo autem magis respondet vox hæc Gallica Græcæ in huiusmodi locis, quòd vt illa aliquam effœminati cultus signif. inclusam habet, qualem in nostris illis aulicis cernimus, quibus id criminis datur: sic & olim ἑταῖροι regum, atque adeo huius ipsius de quo loquitur Demosthenes, vsqueadeo luxu & mollitie diffluerent, vt Theopompus ἑταίρας potius quàm ἑταίρους appellãdos esse dixerit. Cæterùm eo ferè sensu quo dicimus *mignons du roy*, videntur à Liuio dici Qui sunt à latere regis. Alioqui Familiares hîc saltẽ dicere malim quàm sodales. Sed & in aliis plerisque locis illam interpretationem huic anteposuerim. Imò verò ἑταῖρον alicubi vertere etiam sociũ minimè dubitarim. qui autẽ me reprehendent, (vt certè multis hanc interpretationem displicere video) illis eadem opera & Latini poetæ reprehendendi fuerint qui quos Homerus appellauit passim Vlyssis ἑταίρους, ipsi quoque passim Vlyssis socios nominant. Quod autem in hoc Latino nomine, idem & in plerisque aliis vsuuenire animaduerti, vt nimirum inopia linguæ Latinæ sæpe laboremus non ob eam duntaxat causam quam reddit Quintilianus, sed quòd multa verba licet Latina, Latinitatis finib' alioqui per se angustis expellamus: in cõtrariũ vitiũ incurrẽtes ei quo imperitũ vulgus laborare videmus. hoc enim apertè etiam barbara donare ciuitate Romana conatur. Cuius rei admoneo propter nonnulla loquendi genera ac vocabula quæ reprehensum iri à multis scio, sed nihilo iustius quàm siquis me quòd ἑταίρους Ὀδυσσέως vertam socios Vlyssis, reprehendat. Interim tamen fateor me ea quæ lexicographis & grammaticalia tractantibus cõceditur, libertate vsum, multa etiam quæ alioqui planè à Latini sermonis consuetudine abhorrent, atque adeo barbara sunt, vsurpasse, & alicubi vt facilius à balbutiẽtibus pueris intelligerer, cum illis velut balbutisse. Hoc autem & lexicographos Græcos alicubi fecisse sciendum est. quod qui non considerabit, multa apud eos inueniet quæ illi & admirationem moueant & multum negotii facessant. Atque hoc semel in toto hoc opere dictum sit. Illud autem pro voce ἑταῖρος addo, Patroclum, quem Homerus Achillis appellat ἑταῖρον, à Latinis poetis passim quidem amicum dici, sed & alicubi socium, nisi me fallit memoria.

Ἑταῖρε interdum est etiam quædam compellatio, qualis apud Gallos *compagnon* (quod planè Græcæ vocis significationi respondet) vel, *mon ami*. quum vel parum notũ, vel prorsus etiam ignotũ alloquimur. Sic Matth. 20, ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ σε. (At verò vbi Christus dicit Iudæ, ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; vocabulũ hoc in prima eius significatione accipio. vt perinde sit ac si diceret, Quorsum ades tu qui esse sodalis meus solebas? vel, familiaris meus) Talẽ autem vocatiui ἑταῖρε vsum apud classicos etiam scriptores obseruare me memini. Atque adeo in præsentia loci vnius recordor huc pertinentis. Is est in longa illa epistola Hippocratis ad Damagetum, vbi illi qui nunquam antea visus fuerat, & de nomine duntaxat notus erat, dicitur τί δὲ τὸ χεῖλος δεῦρ' ἤγαγεν ἑταῖρε; Sed & apud Plutarch. in lib. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. ὦ ἑταῖρε blandè compellantis esse videtur, vt Lat. Amabo vel Sodes.

Ἑταῖρος cum genitiuo rei. Synes. epist. 81, τὸν σώφρονα, τὸν ἐμμελῆ, τὸν παιδείας ἑταῖρον, q.d. Doctrinæ familiarem. Id est Cui intercedit familiaritas cum doctrina. Possumus autem & inuersa structura orationis dicere, Cui doctrina est familiaris. At verò apud Theognidem, Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι, esse resoluendum genitiuum in præpositionẽ ἐν cum datiuo, dicẽdo, πολλοὶ ἑταῖροι ἐν πόσει καὶ βρώσει, ostendit sequens versus, Ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι. Gall. itidem dicimus, *amis de table*. id est, qui mensa tenus se amicos exhibent.

Ἑταῖρος ab Homero vocatur etiã Administer & Adiutor. à quo & ventus dicitur nauigantibus esse ἑταῖρος ἐσθλός. Vide Eustath. de hac significatione, simul verò & de huius vocis etymo ab ἔθος vel ab αἱρετός.

POETAE autem Ἕταρος etiam dicunt, metri causa. Hom. Od. α, in princ. quum dixisset Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν

καὶ νόσφιν ἑταίρων, dicit proximè sequente versu, Ἀλλ' αὐτὸς ἑταίροις ἐῤῥύσατο ἱέμενός περ.

Ἑταίρα, & Ionicè ἑταίρη, Sodalis, fœm. gen. Amica. Sic Galli ὁ ἐμὸς ἑταῖρος, mon compagnon, ἡ ἐμὴ ἑταίρα, ma compagne dicunt. Sappho. τὰ δὲ νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τέρπνα καλῶς ἀείσω. Et, Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι. Homerus apud Athen. vocat etiam citharam ἑταίρην cōuiuii. Φόρμιγγός θ' ἣν δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην. sed nos apud Homerum Od. θ legimus, Φόρμιγγός θ' ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ. admonet tamē Eustathius in quibusdam exemplaribus pro θαλείῃ legi & ἑταίρη, quæ tertia fuerit lectio.

Ἑταίρα, Meretrix. Cuius appellationis autores traduntur Athenienses, rei odiosæ speciosum dare nomen volentes. ita enim ἑταίραν dixerūt pro πόρνη, vt σύνταξις pro φόρος, & οἴκημα pro δεσμωτήριον. In vulg. lex. annotatur ex Plutarcho, Solonem per vrbanitatem appellasse ἑταίραν quæ πόρνη dicebatur. Quod tamen à Plutarcho non dicitur, sed Athenienses in imponendis nouis illis nominibus imitatos esse Solonem, qui χρεῶν ἀποκοπὴν appellauerat σεισάχθειαν. Itidem certè mutarunt Itali quidem primùm, deinde verò & Galli odiosum nomē quod πόρνην illis significabat. vnde est hodie honestum vel potius speciosum vocabulum courtisane (ab Italico vocabulo) pro turpi putain vel paillarde. Sed ita mutarunt vt tamen & alterum manserit: sicut etiam Græci suum πόρνη seruarunt. Ad nomen autem Latinum Amica quod attinet, ita meretricem apud poetas significat, vt tamen potius Græco ἐρωμένη respondeat, eodémque modo cum adiectione dicatur. Sed de harum vocum discrimine agam & infrà. Cæterùm ad huius vocis ἑταίρα originem respiciens Antiphanes, dixit de quadā meretrice optimè morata, illam ὄντως fuisse ἑταίραν, quum cæteræ contrà tam pulchrum nomen moribus suis contaminent. Postquam enim dixit de illa, Ἦθός τι χρυσοῦν πρὸς ἀρετὴν κεκτημένης, subiunxit, Ὄντως ἑταίρας. αἱ μὲν ἄλλαι τοὔνομα Βλάπτουσι τοῖς τρόποισιν, ὄντως ὂν καλόν. Anaxilas verò (comicus & ipse) dicit quidam, eum non πόρνης (vt ipse vocabat) sed ἑταίρας amore captum esse, & ἑταίρας appellationem ἐκ τῆς ἑταιρείας sumptam esse. ita enim scribit, ἐκ τῆς ἑταιρείας, ἑταίρας τοὔνομα Προσηγορεύθη. καὶ σὺ νῦν οὐχ ὡς λέγεις, Πόρνης, ἑταίρας δ' εἰς ἔρωτα τυγχάνεις Ἐληλυθώς. Est autem obseruanda hæc deductio, propter illud etiam quod quidam veteres grammatici annotāt, ἑταίρα videlicet in hac significatione non habere præcedens masculinum. Quibus tamen puto responderi posse, nomen ἑταίρα pro sodali muliere habere suum masculinum ἑταῖρος: quanuis autem ab illa significatione in aliam detortum sit, nō ideo desinere ἑταῖρος masculinū eius esse. Obseruanda verò est diuersitas accentus in genitiuo plurali ab ἑταῖρος, & gen. plur. ab ἑταίρα: in qua luserunt aliquando Græci scriptores: vt quidam apud Athenæum lib. 13, σὺ δ' ὦ σοφιστὰ ἐν ταῖς καπηλείοις συναναφύρῃ οὐ μετὰ ἑταίρων ἀλλὰ μετὰ ἑταιρῶν, μαστροπευούσας περὶ σαυτὸν οὐκ ὀλίγας ἔχων. (repono autem hic συναναφύρῃ pro συναναφύρει: de qua mea emendatione iudicet lector.) Porro non solùm dicebatur aliqua esse ἑταίρα, sed interdum & cum adiectione, esse ἑταίρα huius vel illius. sed raro tamen: potius enim voce ἐρωμένη tum vtebantur. quæ alioqui sine adiectione non ponebatur. & quanuis quum dicebatur ἡ ἐρωμένη αὐτοῦ, vel αἱ ἐρώμεναι αὐτοῦ (vt Athen. Φιλάδελφος πλείστας ἔσχεν ἐρωμένας) vt plurimum non aliud intelligeretur quàm ἡ ἑταίρα αὐτοῦ & αἱ ἑταῖραι αὐτοῦ, non tamen ἐρωμένη sine genitiuo itidem ponebatur pro ἑταίρα. Vt autem dicebatur ἔχειν ἐρωμένην (sicut ἔχειν ἑταίραν) ita vicissim illa dicebatur ἔχειν ἐρώμενον vel ἔχειν ἐραστήν. Deniq; honestior multo erat appellatio ἐρωμένης quàm ἑταίρας, & quiddam minus meretricium præ se ferebat. Plato tamen non dubitauit dicere se habere Archeanassam ἑταίραν, in hoc versu, Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν. Et vice versa poeta quidam Latinus (Propert. si bene memini) amicas, quod Græco ἐρωμένας respondere dixi) non aliud quàm meretrices esse ostendit, quum scribit, Nunquam venales essent ad munus amicæ. conquerens videlicet quòd venales essent.

Ἑταίρα cognominata etiam fuit Venus, tanquam ἑταίρους & ἑταίρας congregans: vel tanquam gaudens ἑταίραις. Meminit Eustathius. & ante eum Athenæus, qui & πόρνης Ἀφροδίτης templum apud Abydenos fuisse tradit.

C. Ἀνέταιρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Carens sodalibus.

C. Παραβαλλέταιρος, Qui sodali seu sodalibus imponit, Eustath.

D Macr. Dicitur præterea aliquis ἐπιβεβηκέναι τριακοστοῦ ἔτους, vel εἰκοστοῦ, aut alius, pro Attigisse annum tricesimum, vel ingressus esse annum tricesimum. Sic Herodianus lib. 5, ὁ δὲ Ἀλέξανδρος δεκάτου ἔτους ἐπιβεβηκώς. Apud Xenophontem autem Pædiæ 1, pag. 4 dicuntur τὰ δέκα ἔτη διαπεπληκότες, qui decem annos (seu potius decimum annum, Latinorum more) exegerunt.
‖ Quum verò Quotannis significare volunt, dicunt ἀνὰ πᾶν ἔτος, vel καθ' ἕκαστον ἔτος. Sed & ἔτους ἑκάστου ex Herodoto pro eodem. Item αἱ δι' ἔτους θυσίαι Aristidi, Sa-
E crificia quæ quotānis fiunt, Sacrificia annua. At verò παρ' ἔτος sign. Alternis annis.
Ἔτος quum annum significet, eandémque significationem habeat ἐνιαυτὸς, meritò aliquis miretur quod Aristophanes dicit, videlicet ἐτῶν ἐνιαυτούς: sed Eustathius scribit ἐνιαυτὸν interdum significare χρόνον περιβολὴν ἔχοντα, non autem σύντομον. Vide plura apud eundem.
Ab ἔτος composita, quum de ætate dicuntur ἐξαιτέσθαι, vt homo ἑξαέτης: at quum de tempore simpliciter, βαρύνεσθαι, vt ἑξαέτης, ex Suida annotatur. Idem tamē Sui-
F das ex Aristophane citat ἑξέτει σισβαυλίσκον πειθόμενος, dicens Atticè accentum in penultima collocari.
C. Ἀμφίετες, VEL Ἀμφιετεὶ aduerbium, Quotannis. ad verbum quasi Circumannuatim. Suidas ἀμφιέτει habet παροξυτόνως & exponit ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει. Budæus habet Ἀμφίετες, quod & in vulgatis lexicis legitur.
VNDE Ἀμφιετίω, Quotannis sacrifico, vel Per totum annum sacrifico. Etymologistes. ET Ἀμφιετίζεσθαι passiua voce (ab actiuo ἀμφιετίζειν) Quotannis re-
G currere, & quasi in orbem redire. ad verbum sonat Circumannuari. Eustathius exponit κατ' ἔτος περιέρχεσθαι: sed format ἀμφιετεὶ aduerbium ab hoc verbo: quum multo magis sit rationi consentaneum, ab ἀμφιετεὶ aduerbio formare verbum ἀμφιετίζεσθαι, & hæc formatio possit aliorum multorum exemplo confirmari.
Ἀμφιεπάζομαι, Idem quod ἀμφιετίζομαι. Nam quod Eustathius dicit verbo ἀμφιετίζεσθαι significari, id, secundum Hesychium & Etymologisten, significat verbum
H ἀμφιεπάζομαι. Nisi fortè aut apud hos aut apud illum librariorum est error. Certè mihi magis placet ἀμφιετίζεσθαι. Sciendum est autem apud Hesychium corruptum esse περιεχομένας pro περιερχομένας, vbi habetur, ἀμφιεπαζομένας, τὰς κατ' ἐνιαυτὸν περιερχομένας.

Digitized by Google

C. Αὐτέτης, Eodem anno. Odysseæ γ, – ὅτι τοι τῷ ουδ' οἱ αὐτοὶ Αὐτέτης εἰχόμεν, id est τῷ αὐτῷ ἔτει, vt vulgò exponitur. Eustathius tamen vult esse pro δι' ὅλου ἔτους, id est Per totum annum. Dicam autem de hac expositione & infrà, in Αὐτοδεκατέων. HINC Αὐτέτης, ἐος, ὁ καὶ ἡ, vt αὐτετὴς αὐαίνεται, eodem anno marcescit. Theophrastus, πτόρθοι δὲ καὶ ἐλάται ἀποκοπτόμενοι, αὐτετεῖς αὐαίνονται, eodem ipso anno marcescunt, quo videlicet amputatæ fuerint. Et, τὰ μὲν αὐτετῆ, τὰ δὲ εἰς νέωτα φύεται, Partim anno primo, partim secundo oritur, Gaza interprete. Pollux τὰ ἐπετεια vocari etiam tradit αὐτετῆ. ITEM Αὐτέτης οἶνος pro αὐτετής, (si Galeno credim' apud Hippocratem) Vinum quod est eiusdem anni, [quo bibitur videlicet,] Vinum hornũ. Sed à Polluce αὐτέτης οἶνος exponitur ὁ ἐπιχώριος: itidémque Suidas αὐθιγενῆ exponit, (pro quo malè in quibusdam editionibus αὐτοφυῆ) vt sit Vinum vernaculum. Sed quidam exposuerunt etiam ὁ ἀμιγὴς καὶ αὐθιγενὴς χρήματος: pro quibus habet Erotianus ὁ ἀπεχής. Sequendo autem hãc alteram expositionẽ, ab ἔτος deductũ hoc vocabulũ non fuerit. C. Δεκαετὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Decennis, Decennalis. vt δεκαετὴς πόλεμος. HINC Δεκαετία, Decennium. AT verò Αὐτοδεκατέων apud Thucydidem non est ex pronomine, & nomine, δεκατέων (genitiuo plurali à δεκαετής) compositum. exponitur enim ὁλοκλήρων δέκα ἐτῶν, id est solidis decem annis. Atque vt minus hunc pronominis vsum mirer facit illud αὐτέτης quod ab Eustathio exponi δι' ὅλου ἔτους modò dictum fuit. hanc enim sequendo expositionem, idem fuerit vtrobique pronominis vsus. Inuenitur autem ille genitiuus αὐτοδεκατέων apud Thucyd lib.6, p.171. Pro Δεκαετὴς verò dicitur ET Δεκέτης.

C. Διετὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Bimus, Duorum annorum. Geopon. διετεῖς δὲ ἐκτομὰς τοῖς μόσχοις ἀπαγορεύουσιν. id est (vt Varro habet) Castrare non oportet ante bimatum. Aristoteles de gener. animalium lib.4, διετὲς ὁ χρόνος τῶν ἐλεφάντων ἐστί. Plinius lib.8, cap.10, de partu elephantorum, Decem annis gestare in vtero vulgus existimat: Aristoteles biennio. Et διετὲς, neutro genere, Bimatus, Spatium duorum annorum. Æschines, ὅσοι ἐπὶ διετὲς ἡβῶσι, qui supra biennium sunt puberes, Qui biennium agunt supra pubertatem, Qui sextum decimum annum attingunt, vt exponunt vulgata lexica. Aristoteles De historia animalium lib.3, ἀποβάλλει δὲ τὰ κέρατα μόνον ἔλαφος κατ' ἔτος, ἀρξάμενος ἀπὸ διετοῦς. VNDE Διετία, ας, ἡ, Biennium. ET C. Ὑπερδιετὴς, Qui biennium excessit, Qui supra biennium est.

C. Δωδεκαετὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Qui duodecim annorum est.

C. Ἑβδομηκονταέτης ET Ἑβδομηκοντούτης, Septuagenarius. Qui septuaginta annorum est. SIC Εἰκοσαετὴς & Εἰκοσέτης, Qui viginti annorum est. εἰκοσαετὴς ὁμιλία, viginti annorum amicitia. εἰκοσαετὴς χρόνος, tempus viginti annorum. SIC Ἑκκαιδεκαέτης ET Ἑκκαιδεκέτης, Qui sexdecim annorum est. ITEM Ἐννεαετὴς, Nouennis. Et ἐνναέτης, Per nouem annos. Hesiodus, Ἐνναέτης δὲ θεῶν ἀπαμείρεται, nouennio. PRO QVO Εἰνάετης etiam dicitur, Odysseæ ξ, εἰνάετες πολεμίζομεν, Per nouem annos. SED ET Ἐνναετὶς, ιδος, fœmin. genere dicitur, id est Nouennis, Quæ nouem annorum est, Nouem annos nata. Epigramm. lib.3, κούρην αἰμύλον ἐνναέτιν. ITEM Ἐννενηκονταέτης ET Ἐννενηκοντούτης, Qui nonaginta annorum est, Nonagenarius.

ITEM Ἑξαέτης, Qui sex annorum est. Et ἑξάετες aduerbialiter, Sexennio, ex Homero. VNDE Ἑξαετία, ας, ἡ, Sexennium. Pro ἑξαέτης verò dicitur ET Ἑξέτης, Sexennis. Aristophanes, ἑξέτει σοι τραυλιζοντι πιθόμενος. Apud Platonem autem lib.7 De legibus pag.278, de pueris loquentem, τριετεῖ δὲ δὴ καὶ τετραετεῖ καὶ πενταετεῖ καὶ ἑξετεῖ ἤθει ψυχῆς τῶν παιδίων, δέοι ἂν εἶναι ἐπὶ οὕτως, Budæo legendum videtur ἑξαετεῖ. Cuius FOEM. Ἑξέτις, ιδος, Sex annos nata. Plato lib.7 De leg. 276, μετὰ δὲ τὸν ἑξέτη καὶ τὴν ἑξέτιν, διακρινέσθω μὲν ἤδη τὸ γένος ἑκατέρων. (vbi B. legẽdũ videtur ἑξέτιν vel ἑξαετῆ, pro ἑξέτη) Cæterùm Eust. à recentioribus Atticis fœmininum genus εις, ιδος, huiusmodi ab ἔτος compositorum vsurpari annotat, ci-

tans adespoton hoc, τριακοντούτιδες σπονδαί. Sed ea fiunt ab illis masculinis quæ ad normam nominum primæ declinationis inflectuntur. Qua de re in fine horum compositorum admonebo. ITEM Ἑξηκονταέτης, Sexagenarius, Qui sexaginta annorum est. ET Ἑπταέτης, Qui septẽ annorũ est, Septennis. Vnde ἑπτάετες aduerb. Septennio seu Septennium: Od. ξ, Ἔνθα δ' ἑπτάετες μένον. HINC Ἑπταετία, ας, ἡ, Septẽniũ. Pro ἑπταέτης verò dicitur ET Ἑπτέτης, Septennis, Qui septem annorum est. A quo FOEM. Ἑπτέτις, Quæ septem annorum est. ITEM Ἑπτακαιδεκαέτης, Qui septendecim annorum est. ET Μυριέτης, Qui decies mille (seu infinitorum) annorum est. vt μυριέτης βίος, Vita longæua, Vita annosa.

ET Ὀγδοηκονταέτης SEV Ὀγδοηκοντούτης, Qui octuaginta annorum est, Octuagenarius. ITEM Οἰέτης, Æqualis, Eiusdem ætatis, Qui idem annorum spatium compleuit. Il.β, [ἵππους] Ὄτριχας οἰέτεας, id est ὁμοίας, seu ὁμοχρόους seu ὁμήλικας: vt sit syncope ex ὁμοῦ & ἔτος, exempto μου, & inserto ι metri causa. Sunt tamen qui ab ἔτος quoque deriuatum hoc vocabulum existiment. ITEM Ὀκταέτης, Qui octo annorũ est. A quo FOEM. Ὀκταέτις. ITEM Ὀλιγοέτης, Qui paucorum annorũ est: VNDE Ὀλιγοετία, ας, ἡ, Paucitas annorũ. ITEM Πενταέτης, siue Πενταετὴς, Qui quinque annorum est. vt πενταετεῖς σπονδαί, fœdera quinquennalia, apud Thucydidem. Et πενταέτες aduerbialiter, Quinquennio, seu Quinquennium. VNDE Πενταετία, ας, ἡ, Quinquennium. Pro πενταέτης verò dicitur ET Πεντέτης. vnde πεντέτεις σπονδαί apud Aristophanem, Fœdera quinque annorum. ITEM Πεντηκονταέτης ET Πεντηκοντούτης, Quinquagenarius, Qui quinquaginta annorum est. Plato De leg. πεντηκοντούτεις σπονδαί, Quinquaginta annorum fœdera. Fœmininũ à πεντηκονταέτης EST Πεντηκονταέτις. Thuc. πεντηκονταέτιδων σπονδῶν, fœderũ quinquaginta annorum. Ab eodem est ET Πεντηκονταετία, Quinquaginta anni. Thuc. ITEM Πολυέτης, Qui multorum annorum est, Annosus. A quo EST Πολυετία, ας, ἡ, Multitudo annorum, Annositas. ET Πολυετέω, Multorum annorum sum, In multos annos duro. Vnde πολυετεῖ in vulg. lex. Asseruatur in multos annos.

ITEM Τεσσαρακονταέτης ET Τεσσαρακοντούτης, Qui quadraginta annorum est, Quadragenarius. ITEM Τετραέτης, Qui quatuor annorum est, Quadrimus. τετραετὴς χρόνος, Tempus quatuor annorum, Quadriennium. Herodot. A quo EST Τετραετία, ας, ἡ, Quadriennium.

ITEM Τριακονταέτης ET Τριακοντούτης, Qui triginta annorum est. τριακοντούτεις σπονδαί, Fœdera in triginta annos icta, Fœdera tricẽnalia. A quibus FOEM. Τριακονταέτις ET Τριακοντοῦτις, Quæ triginta annorum est. Plut. Numa, τριακονταέτις ἁγνεία, Castitas annorum triginta. In vulg. lex. annotatur τριακοντούτιδας ab Aristophane vocari scorta: indéque ESSE Κατατριακοντουτίζειν, Cum scortis rem habere. ITEM Τριέτης, Qui trium annorum est, Triennis. Herodot. τριέτης χρόνος. Et τριετὴς παιδίον apud Ammon. Puer trimus, seu tres annos natus. At τριέτες aduerbialiter, Triennio, Triennium, Per spatium trium annorum. Quò pertinet quod ex poeta Ammon. citat, Ὡς τρίετες μὲν ἔληθε δόλῳ. VNDE Τριετία, ας, ἡ, Triennium. ET Τριετίζω, Fut. ίσω, Triennis sum, Triennium ago. vt τριετίζων μόσχος, Vitulus trimus seu trium annorum. Annotandum verò hîc quod ad accentuum diuersitatem in his compositis attinet, in communi lingua ea acui, diciq; τριετὴς, διετὴς, & eodem modo in cæteris: ab Atticis autem accentum in penultimam retrahi: nec id solùm, sed ea ipsa secũdum normam nominum primæ simplicium declinationis inflecti, dicique δωδεκαέτης, δωδεκαέτου, sicut οἰκέτης, οἰκέτου. A quibus fœminina in ις, ιδος, formantur: vt à τριακονταέτης, fit fœm. τριακονταέτις: vnde τριακοντούτιδες σπονδαί apud Eust. Cæterùm retracto accentu in penultimam Atticorũ more, nihilominus ea nomina inflecti ad canonẽ primæ contractorum declinationis, ostendit ἑξέτει apud Aristoph. quod Suidas quoque agnoscit, & πεντηκοντούτεις σπονδαί apud Plat. & similia alia.

C. Αὐτέτης, Hornus, v.l.ex Hipp. (pro αὐτέτης, de quo suprà)

Simile huic composito EST Τῆτες ET Τῆτα, Hoc anno. quo vocabulo Synes. crebrò vtitur. Aristoph. Vespis, ὅστις δικαρπῆτες μέλλοισι ἱσταθαι. PRO quo Τᾶτες & Τᾶδες dicunt Dores, teste Suida. ITEM Σατῆς apud Hesychium τὸ ἐπ' ἔτος, Doricé. Pro quo in vulgatis lexicis EST Σατὶς: deducentibus INDE Σατινέος πρός. Apud eundem Hesychium est ETIAM Σατης, id est ἐπ' ἔτος.

C. Ἐπέτειος, ου, ὁ καὶ ἡ, Anniuersarius, Annalis, Annũ durans. Budæus ex Theophrasto, φασὶ δὲ εἶναι ἐπέτειον ..., οἱ δὲ διαμένειν τὴν ῥίζαν εἰς χρόνον. | Ἐπετείοις ὕμνοι ὄντας, Suidas exponit ἀμεταβλήτως, ὀλιγοχρονίοις, μὴ διαμένουσιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεί, ἀψύχοις: dicens metaphoram sumptam esse ἀπὸ τῶν οἰκονομικῶν μὴ μονίμων ὄντων, ἀλλὰ φερομένων τῇ πνοῇ. VNDE Ἐπετειόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vno anno fructificans. in vulgatis lexicis, ex Theophrasto, lib. 1. ET Ἐπετειόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius caulis hyeme moritur. Budæus ex Theophrasto lib. 7, pag. 81. Affert verò & Gazæ interpretationẽ, Qui annuo caule cõstat, etiamsi radices permanent. In vulgatis lexicis exponitur, Qui singulis annis caulem mutat. ET Ἐπετειοφόρος, Qui in singulos annos fructificat, Annuatim fructum ferens. Theophrastus in 1 De causis plantarum, παρετειοφόρα δὲ καὶ οὐκ ἐπετειοφόρα τῶν δένδρων, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώδη. A quo EST Ἐπετειοφορεῖν, In singulos annos fructum ferre. ET Ἐπετειόφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Singulis annis folia mutans. Theophrastus in 7, τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα ἐπετειόφυλλα. Simile τῷ ἐπέτειος (quod ad compositionis formam attinet) EST Μακρέτειος, Qui in longos annos perdurat, Annosus, Longæuus. idem quod μακραίων.

C. Ἀμφιετηρίς, ίδος, ἡ, Festum anniuersarium, Festum quod celebratur quotannis. Suidas. ET Δεκαέτηρος, Decennalis. δεκαέτηρος χρόνος, Decennale tempus, Decennium, Plato De legibus 6. Pro quo dicitur ET Δεκέτηρος. vt δεκέτηρος μάχη, Decennalis pugna, Bellum decem annorum. Epigramm. Quibus simile EST Ἐνναέτηρος, Nouennis seu Nouennalis. Hesiodus, βόε δ' ἐνναετήρω. ET Εὐετηρία, ας, ἡ, Annuorum prouẽtuum felicitas, Copiosa anniuersariorum redituum exuberantia, Fertilitas. Xenophon Hellenicῶν 5, ὅτι ὁ σῖτος ἐν τῇ πόλει πολὺς εἴη, εὐετηρίας γενομένης τῷ προέδρῳ ἔτει. Demosthenes contra Philippum 4, τὸ τῶν σίτων πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν εὐετηρίαν κατὰ τὴν ἀγοράν. Item Felix anni successus. Aristoteles De historia animalium 8, ὅταν κατὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐετηρία ᾖ, καὶ τοῖς πλείστοις ἰχθύσι συμβαίνει εὐημερεῖν, quum prosperè & salubriter hominibus cedit tempus anni, Budæo interprete. Chrysostomus, εὗρον τὴν εὐετηρίας, τῶν ἑκάστου κακῶν ἐπικειμένων ταχεῖαν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν. ET Ὀκταετηρίς, ίδος, ἡ, Octennium, Octennale tempus, Laertio. ET Πενταέτηρος, Quinquennis, Quinquennalis. Odysseæ ξ, σῦς πενταέτηρος. A quo EST Πενταετηρίς, ίδος, ἡ, Quinquennium. ET Πενταετηρικὸς ἀγών, Quinquennale certamen, Maccabæorum 2, cap. 4. Pro πενταετηρίς autem dicitur ET Πεντετηρίς. Thucydides, πεντετηρίδα ἐποίησαν τὰ Δήλια, Delia festa quinto quoque anno celebrarunt. A quo EST Πεντετηρικός, Quinquennalis, Qui singulis lustris recurrit. Huiusmodi est ET Τετραέτηρος, idem quod τετραέτης, Hesychio. VNDE Τετραετηρίς, ίδος, ἡ, Quadriennium. ET Τετραετηρικός, οῦ, ὁ, Qui quadriennio recurrit. vt τετραετηρικὸς ἀγών, certamen quod quarto quoque anno instituitur. ITEM Τριέτηρος, Triennis, Trimus, Triennalis. Epigramm. VNDE Τριετηρίς, ίδος, ἡ, Spatium trium annorum, Triennium. Latini etiam hac voce vtuntur. Martialis lib. 6, – paruus nec adhuc trieteride plena Regulus. Cicero De natura deorum 3, A quo trieterides constitutæ putantur. ET Τριετηρικός, Triennalis, Trietericus. Virgilius Æneid. 6, celebrant trieterica Baccho Orgia. id est, quæ tertio quoque anno sumptuosiora annuis eius orgiis agitabantur.

Ἐτήσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Annuus. Apollonius Argonauticῶν 1, ἐτήσια χύτλα χέοντες. Idem ἐτήσιοι αὖραι. Nonnus, μεμνημένοι ... ἐτήσιοι. Thucydid. ἐτήσιοι θυσίαι, anniuersaria sacrificia. Idem, ἐπ' ἐτησίῳ στρατηγίᾳ, annuo magistratu. Aristoteles in Problemat. βορέαι ἐτήσιοι, Aquilones anniuersarii, seu Aquilones etesiæ, vt Plin. vocat. Naz. τὰ ἐτήσια πανηγυρίζουσι, anniuersaria celebrant. AT Ἐτησίαι dicuntur venti quidam anniuersarii. Aristoteles De mundo, τῶν ἀνέμων οἱ μὲν χειμῶνος, ὥσπερ οἱ νότοι, δυναστεύουσι· οἱ δὲ θέρους, ὡς οἱ ἐτησίαι λεγόμενοι, μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. id est, Ex ventis quidam hyeme pollent, vt austri: quidam æstate, vt ἐτησίαι, (id est anniuersarii) cinnum quendam conficientes septentrionum atque fauoniorum. Vbi tamen Budæus interpretatur non Fauoniorum sed Subsolariorum: videturque (vt annotant vulgata lexica) legisse εὔρων, sequutus Strabonem qui libro tertio, Venti (inquit) spirant subsolani, id est εὖροι, qui & etesiæ dicuntur. Gellius lib. 2, cap. 22, Addidissémque eos qui Etesiæ & Prodromi appellantur, qui certo anni tempore, quum canis oritur, ex alia atque alia cæli parte spirant. Plinius lib. 2, cap. 47, Huius [caniculæ] exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. post biduum autem exortus, iidem aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos etesias vocant. Idem lib. 18, cap. 34, de aquilone loquens, Mollit sidera æstate media, mutátque nomen & etesias vocatur. Gorræus annotat ἐτησίας esse anniuersarios ventos qui circa decimum vel duodecimum diem à caniculæ ortu flare incipiant vsque ad arcturi exortum, hoc est, vsque ad æstatis finem: quos qui antecedant, προδρόμους appellari: eos autem canis ortu dirimi.

C. Διετήσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per totum annum durans. Thucydides lib. 2, pag. 60, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, Ludis & sacrificiis toto anno, ex instituto patrio.

C. Διετίζω, Totum annũ duro, Annum compleo. Budæus exponit Peranno, item ex Gaza, Annum solidum traduco. Aristoteles De historia animalium lib. 9, cap. 41, de vespis syluestribus, αὗται μὲν οὖν διετίζουσι, καὶ ἰσῶνται τοῦ χειμῶνος ἐν δρυσὶ κατακεκλεισμέναι, seu, vt paulo pòst addit, ὁρῶνται δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος, dicens illud ad differentiam τῶν ἐργατῶν, de quibus sequitur, οὐ διετίζουσιν ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν ὅταν χειμὼν ἐπιγένηται. Illud autem demonstrans, addit, τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀρχομένου μὲν, μανοὶ γίνονται, περὶ τροπὰς δὲ οὐ φαίνονται ὅλως. vt διετίζειν ea dicantur quæ non tantùm verno & æstiuo tempore conspiciuntur, sed etiam autumno & hyeme. Sic idem Aristoteles, οὐ διετίζει ὁ σαῦρος, lacerti vita annum non transit. nam sequitur statim, λέγεται γὰρ ἑξάμηνος εἶναι ὁ σαῦρος. Theophrastus De historia plantarum lib. 1, cap. 3, ἔστι δ' ἐπετειόκαρπα καὶ ὅσα διετίζει, καθάπερ σίλινον. Gaza verò alicubi διετίζειν vertit Bimatum complere. quemadmodum nonnulli illud Aristotelis paulo antè citatum, οὐ διετίζουσιν, ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν, ex Plinio interpretãtur, Vita bimatum non transit. Sed verba illa Aristotelis, de vespis sunt, at Plinii, de crabronibus syluestribus.

ΕΥ̃, Bene, Rectè. Iliad. β, Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω. vbi exponi etiam potest Ritè aptet clypeum. Sic & Iliadis γ, Κτήματά θ' ἑλὼν εὖ πάντα, γυναῖκά τε οἴκαδ' ἀγέσθω. Aristoteles de natura loquens, εὖ δὲ καὶ τὸ τῶν ὀνύχων μεμηχάνηται. vbi vel itidem Rectè, vel Aptè seu Commodè exponi potest: ad quas significationes extenduntur interdum illæ etiam Latinæ particulæ Bene & Rectè. Plutarchus in Themistocle, οὐχ ἧττον εὖ τὸν καιρὸν ἢ τὸν τόπον φυλάξας. Interdum dicitur εὖ μάλα pro Rectissimè, q. d. Valde rectè. Opponitur autem κακῶς huic εὖ. sed Thucydides ei opposuit & comparat. χεῖρον, lib. 2, εὖ τι καὶ χεῖρον εἰπόντι. Ex Aristide verò affertur εὖ τι καὶ ὡς ἑτέρως, itidem pro Bene & malè. Cui simile esse arbitror quod Latini dicunt, Bene vel secus. | Εὖ pro Facilè poni arbitror à Theophrasto De plantarum historia lib. 9, μίσγεται δὲ πρὸς τὴν πίτταν, ὅπως εὖ ἐμμένῃ, τὸ τῆς ἐλελισφάκου σπέρμα. | Εὖ interdum (vt & Latinè Bene, ac Gallicè Bien) idem ferè quod ἀκριβῶς, id est Exactè, Planè. Nã vt Hom. dicit εὖ εἰδέναι & post eũ cæteri quoque scriptores Græci, sic Lat. interdum Bene nosse, (præsertim tamẽ cum acc. personæ) & Galli Sçauoir bien.

Digitized by Google

Nonnunquam verò Sat scire Latini dicunt. Sed tamen in εὖ εἰδέναι & in εὖ ἴσθι vim illam non retinet, vt apparet ex iis quæ à Budæo traduntur pag. 396. A [Εὖ, Feliciter. Il. α, circa principium, Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ᾽ οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι. (Vulgata tamē interpretatio est hic quoque, Bene) Sic ζῆν εὖ non dubium est quin ab Aristotele dicatur pro Viuere feliciter, Felicem vitam agere: cum alibi, tum Polit. 7, ὥστε δεῖ ἐν πλούτῳ τινὶ ζῆν εὖ πλέοντας. Nec verò obscurum est hunc Græci εὖ vsum imitari voluisse Horatiū, quum cecinit, Si bene qui cœnat, bene viuit: lucet, B eamus Quò ducit gula. (Et vicissim Malè pro infeliciter ab eodem poni existimo in hoc versu. Nec vixit malè qui natus moriénsque fefellit) Alibi verò Rectè in eadem aut simili significatione dicere videtur, Viuere nec rectè, nec suauiter. In memoriam autem mihi reuocant hi loci alium quendam eiusdem poetæ, in quo cum opinor Græcum καλῶς imitari vel potius exprimere voluisse, (sicut in illis reddidit εὖ) nimirum vbi scribit, – bene erat non piscibus vrbe petitis, Sed pullo atque hœdo. Et alibi – sic vt mihi nunquam In vita C fuerit melius. Sic loquuti sunt alii etiam scriptores Latini. Sed & Pulchrè esse alicui, eodem sensu ab illis quoque dicitur, atque adeo & ab hoc ipso poeta. Talem certè vsum aduerbii καλῶς memini me apud quēdam comicum obseruare. [Vt verò ab vno comico ad alium veniam, quid de hoc Philemonis loco dicendum est, in quo εὖ genitiuo iungitur? is est apud Athenæum lib. 13. Οὐκ εὖ σαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις Παῖς ἢ θύγατερ εἶναι συνεργάδιον. Ego certè postquam diu multumque hunc locum expendi, nullam inueni aptiorē expositionem D quàm Gallicam. ita enim planè ad verbum dicimus, *Ie ne suis pas bien de moy*, vel *Ie ne suis pas bien de ma personne*, vt Græcè, οὐκ εὖ ἐμαυτοῦ ἔχω. (Sic autem εὖ cum genitiuo iūgitur, positum cum verbo ἔχω) Cæterùm non sequor vulgatas Athenæi editiones: sed interpunctionem quæ ibi est post τυγχάνεις, pono post ἔχων, vel potius eam in notam interrogationis muto. Video autem & versum secundum imperfectum esse, & aduerbium aliquod deesse suspicor significans Statim.

Εὐγενής, q. d. Præclarè natus, id est, Nobili loco na- E tus. (nam Bene natus aliud potius sonat) vide in Γίγνομαι. Itidem verò εὖ cum δέχομαι, cum ἔχω, cum ποιῶ, cum δρᾶς, cū λέγω, cū ἥκω, aliisque multis verbis, vide in vnoquoq; illorum. Volūt porro quidā gramm. εὖ esse à NOM. Εὖς, id est Bonus. vt ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο. vt videlicet sit tanquam à neutro ἐΰ, facta crasi. SED dicitur & Ἠΰς. vt Iliad. β, – ἠΰς τε μέγας τε. Adeo vt illud alterum ὡς sint qui contrà ab εὖ deduci putent. Ab ἠΰς autem putatur esse ET genit. ἐῆος in παιδὸς ἑῆος, vt sit ἠΰς, ἠέος, & per metathesin ἑῆος. Alii tamen aliunde de- F ducunt. Vide Eustathium. AT verò ἐάων, id est bonorum (in δωτῆρ ἐάων) sunt qui ab ἐὸν potius deriuent.

Εὖγε, Rectè, Rectè sané. Aduerbium laudantis, & approbantis seu assentientis. Philo De vita Mosis lib. 3, postquam edictum quoddam Mosaicum retulit, illud laudans, subiungit, εὖγε ὦ πάντων μόνος ἀμυγῶς ἄκρατον σοφίας τῷ κατακεχρῆσθαι χεῖρον τὸ ὀνομάζειν ἐπιλαβών. Lucianus pag. 46, εὖγε, οὕτω ποίει. Et ibidem, εὖγε, ἄξια ζῶντα ὁρῶντα. Scio tamen neque hic neque illic distingui post εὖγε in G vulgatis editionibus: sed ego ex aliis locis distinguendum esse colligo. Nam εὖγε pro loco significat quod Gallicè dicimus, *C'est bien faict*, vel *C'est bien dict*, vel *Cela va bien*. adeo vt alicubi reddi posse existimem Laudo factum. Latinis autem Euge traditur esse interiectio non solùm assentientis & laudantis, sed etiam congratulantis, & exultantis. [Nonnunquam tamen cum ποιεῖν ponitur, eodem modo quo καλῶς. vt Plutarchus Sympos. sept. sapient. εὖγε Χερσίας ἐποίησε μνησθεὶς τοῦ οἴκου, Bene fecit Chersias quòd meminerit, vel Bene fa- H ctum à Chersia, &c. [Interdum verò cum genitiuo. vt apud Luc. εὖγε τῆς ἀνδραγαθίας. In hoc autem loco & similibus crediderim reddendum Macte. quod vocabulum non ablatiuo tantùm iungitur, vt in Macte virtute, sed genitiuo quoque (sicut εὖγε) vt in Macte animi.

Εὖγε, insultantis, apud Græcos Bibliorum interpretes: vt Hieron. annotat in hunc locum Ezech. cap. 6, καὶ εἶπον εὖγε εὖγε, ἐπὶ πᾶσι τοῖς βδελύγμασι.

ΕΥΟΙ, quasi εὖ οἱ, Bene [sit] illi. Vox est quæ Baccho acclamabatur à bacchantibus mulieribus. Latinè Euœ, & Euohe. Et Εὐοῖ Βάκχε, quod Virgilius & Ouidius dicunt Euohe Bacche. Dionysius Alex. de Indis loquens, Καὶ μετὰ Ληναίων ἱερὸν χορὸν ἐστήσαντο, Ζώματα καὶ νεβρῖδας ἐπὶ στήθεσι λαβόντες, Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. vbi Eustathius annotat εὐοῖ Βάκχε esse ὑμνητικὸν λόγον quod Baccho acclamabatur: sicut & εὐαί, vnde εὐάζειν deducitur: dicitúrque εὔιος ipse Bacchus. Sed alios scripsisse εὐοῖ cum aspiratione, tanquam aduerbium primitiuum ex quodam enthusiasmo proficiscens: alios autem tenuasse, accipientes pro εὖ αὐτῷ. Hactenus Eustathius. At ego fateor quidem, vbi non additur vocatiuus Βάκχε, conuenire εὖ οἱ pro εὖ αὐτῷ: sed quum adiungitur, qui quadrare possit, nō video. quis enim εὖ αὐτῷ Βάκχε pro εὖ σοὶ

C Βάκχε dicat? Pro me autem facit vnum exemplar cuius inter alia ex regia bibliotheca patri meo facta fuit copia, Dionysium sub typis suis habenti. quum enim ex iis quædam εὐοῖ, quædam εὖ οἱ haberent, in vno εὐοῖ legebatur. Quod nisi ita legamus, εὐοῖ coniunctim scribendum, minimeque ad id quod sonat pronomen οἱ respiciendum fuerit. Ac profectò scrupulum inuicit & VOX Σαβοῖ, quæ alteri aliquando adiungitur. (vt à Demosthene Pro corona, καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ. vbi Æschini exprobrat, eum aliquando matrem ad sacra comitari

D solitum, & clamare εὐοῖ, σαβοῖ) quomodo enim & in σαβοῖ separabimus οἱ ab altera syllaba? Vicissim tamen quum Euohe Virgilianum pariter & Ouidianum considero, in eo mihi videor aspirationem particulæ οἱ agnoscere, seorsim positæ. Dicam igitur infrà quomodo nodus hic solui posse mihi videatur.

Εὐαί, alia vox earundem mulierum bacchantium, quam Baccho acclamabant, de qua itidem dubitat Eustathius, an potius diuidenda sit, scribendo εὖ αἴ. Pausanias in Messenicis tradit montem quendam Ithomiæ

E vrbi vicinum Euan fuisse nominatum ab ea voce Bacchica quam & Bacchus & mulieres cum eo bacchantes illo primùm loco ediderint. (At Latinis poetis est Euan & Bacchi cognomen) HINC Εὐάζειν esse constat, id est Euan clamare. Latini poetæ Euare dicunt: sed hoc Seruius poni tradit pro bacchari, à Libero qui Euan appellatur. In Epigrammatis, εὐάζειν Βάκχῳ, pro Orgia Bacchi celebrare. Sed & generalius εὐάζειν pro Celebrare: vnde εὐάζειν πάσχα Nonnus dixit pro Celebrare pascha. Cæterùm ex Euare (quo Latini Græ-

F cum εὐάζειν reddunt) factum esse Ouare crediderim. EST & compositum Ἀνευάζω, idem significans. Nonnus, μυστιπόλῳ ἀνευάζοντες ἰωῇ. Et cum accusatiuo apud eundem, Χερσὶν ἀνευάζων τινασσόμενον, Celebrans, vel Ouando celebrans. propriè tamen Euando celebrans. Cæterùm in vulgatis lexicis αἰθυάζειν exponitur εὐιάζειν. quam tamen vocem nusquam reperio: & vereor ne ex Suida per errorem sumpta sit: aliquo videlicet ex εὐοῖ ἄσαι (quo ille exponit αἰθυάσαι) faciente εὐιάσαι, deinde itidem εὐιάζειν. EX hoc autem verbo fit Εὐασμός, Euatio, Vociferatio bacchantium. Interdum verò & ad aliam vociferationem transfertur. Plutarchus in Antonio, βεβιωκότων μετὰ εὐασμῶν καὶ τυμπάνων σπαργωσῶν. ITEM Εὐαστής. ET Εὐαστήρ, Euator, Celebrator bacchanalium. Ex Epigrammatis, εὐασταὶ pro sacerdotibus Bacchi. Sed & ipse Bacchus εὐαστὴρ in iis appellatur.

Εὔιος, Euius, Bacchi cognomen, itidem ab illa acclamatione εὐοῖ ductum. Epigramm. lib. 1, in carmine in Bacchum, Εὔιον, εὐχαίτην, εὐάμπελον, ἐγχεσίκωμον. Horatius 1 carmine ode 18, Sithoniis non leuis Euius. Pro quo malè scribitur in quibusdam exemplaribus Euthius. HINC Φιλεύιος, Qui Euium amat, id est Bacchum. At ipse Bacchus φιλεύιος βασιλεύς ex Epigr. Euandi cupidus, Euationis studiosus.

Σαβοῖ, vox quædam bacchantium, quæ à Demosthene subiũgitur alteri εὐοῖ, vt antea dictum fuit in Εὐοῖ. Item Σαβοὶ, Qui Baccho sunt initiati. Item, Baccho consecrata loca. In vulgatis lexicis exponitur etiam, Bacchi sacerdotes, ex scholiaste Aristophanis: apud quem tamen non ἱερεῖς sed ἱεροὺς legimus: & alibi τοὺς ἀφιερωμένους αὐτῷ τόπους. sed vno in loco, σαβοῖ vocem esse Thracum, in altero Phrygum esse tradit. HINC Σαβάζιος dictus ipse Bacchus (quem tamen alii Bacchi filium putant) à Thracibus: ET Σαβασμὸς quod à Græcis εὐασμός. Vide Harpocr. & scholiasten Aristophanis in Vespas & in Aues. Cæterùm si σαβοῖ aut σαβοὶ ex Phrygum lingua est, corrumpentium (vt credibile est) Græcum εὐοῖ, non obstabit quominus εὐοῖ scribendum dicamus: atque ita nodus ille de quo suprà, solui posse videtur.

Εὐθύς, ἑος, ὁ, (quod ab εὖ & τίθημι deriuat Etymolog.) Rectus, id est Non obliquus, seu tortuosus. Fœmin. εὐθεῖα. Neut. εὐθύ. εὐθεῖα γραμμὴ, recta linea. εὐθεῖα ὁδὸς, recta via. Quo dixit modo Thuc. lib. 8, καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστί. Is qui Demetrius Phal. vocatur τῷ εὐθεῖ opposuit πλάγιον: quod & cæteri scriptores faciunt. Cæterùm subaudiẽdum sæpe relinquitur substãt. cum εὐθεῖα. dicitur enim εὐθεῖα, pro εὐθεῖα γραμμή, (vnde est ἐπ' εὐθείας [illegible]) & pro εὐθεῖα ὁδὸς (vt καὶ τὴν εὐθεῖαν διανοούμενος Luc.) & pro εὐθεῖα δίκη. de quibus lege Bud. Sed addunt vulg. lex. ἐπ' εὐθείας ἐκπίπτειν ex Dioscor. pro In rectum incidere. Et κατ' εὐθείας pro Directis lineis, ex Aristotele De mundo, διαπνέουσι φέρονται κατ' εὐθεῖαν, Spirãt directa linea: seu plural. Directis lineis. Sed & alia significatione, videlicet pro Rectè, Iustè, ex Phal. Verùm vt γραμμὴν illic, ita ὁδὸν subaudire hic oportet. Quod subaudiendum & in illo Luciani loco dixi: idémque nunc dico de isto qui apud Suidam legitur, εὐθεῖαν ἐδίωκεν ἐλαύνων ἐπὶ τὴν Στυδώνειαν. Necnon de hoc, εὐθεῖα πορεύεται, apud Aristotelem De mundo. (alii tamen subaudiunt γραμμὴ, exponẽtes Recta linea) Hoc interim fateor, accus. ὁδὸν qui adhibetur his locis, in propria signif. accipi: at in illo Phal. κατ' εὐθεῖαν pro Rectè, Iustè, metaphoricè intelligi debere ὁδόν. Idem porrò & de ἀπ' εὐθείας dico in sequentibus locis: Plutarchus Fabio, τὴν μὲν οὖν ἐπὶ τῇ Τρεβίᾳ γενομένην ἧτταν οὐθ' ὁ γράψας στρατηγὸς, οὔθ' ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας ἔφρασεν, ἀλλ' ἐψεύσατο, τὴν νίκην ἐπίδικον αὐτοῖς καὶ ἀμφίδοξον γενέσθαι. vbi redditur Verè: quum potius significet Absque dissimulatione quàm Absque mendacio. Nam aut ego valde fallor, aut ἀπ' εὐθείας φράζειν dicitur qui aliquid ita refert vt nihil dissimulet, qui autem dissimulare volunt, circuitione & ambagibus vti solent: quæ & ipsæ rectæ via (id est τῇ εὐθείᾳ ὁδῷ) opponũtur. Circuitionis autem vocẽ hac de re vsurpo cũ Terẽtio in Andr. Ita apertè ipsam rẽ modò loquutus, nihil circuitione vsus es. Cic. quoq; Circuitionẽ ita dixit. Denique ἀπ' εὐθείας esse puto quod Gallicè Ouuertement: cui opponitur Couuertement. Quo & Latini modo Apertè dicunt, & Palàm: contrà autem Tecto sermone, Tectis verbis, Cum inuolucris & integumentis verborum. Sed Apertè tamen non tam significans esse videtur quàm Gall. Ouuertement. Cæterùm non solum ἀπ' εὐθείας dicitur, sed etiã ἐξ εὐθείας, & δι' εὐθείας: atq; hoc vtitur idẽ Plutarchus De orac. Sibyllino: illo, autor libelli qui Dem. Phalereo adscribitur. Confirmãt autem meam sententiam de subaudiendo accusatiuo ὁδὸν duo Plutarchi loci, quorum vnus est ibidem vnde & primum exemplum attuli: videlicet in Fabio, paulo post verba à me citata. subiungit enim, loquens de alio qui contrà omni dissimulatoria ambage remota, cladem narrauerat, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸν δῆμον, οὐ περιπλοκὰς, οὐδὲ περιαγωγὰς, ἀλλ' ἀντικρυς ἔφη, νενικήμεθα, &c. Alter locus extat in Polit. præc. vbi scribit, πολλὰ γὰρ ἀπ' εὐθείας οὐκ ἔστι σχεῖν τὴν ἀλυσιτελεῖαν, ἀλλὰ δεῖ πως ἀναγκαίως καμπὰς καὶ περιαγωγάς. (Hic autem obiter admoneo, περιαγωγὴν videri esse quam à Terentio circuitionem appellari modò dixi: præsertim verò in præcedente loco ex Fabio Maximo, vbi de sermone agitur, nam illic περιαγωγὰς pro περιαγωγὰς reponere minimè dubito.) Sed & alibi, videlicet in lib. De Herod. malign. ἀπ' εὐθείας opponit πλαγίως. nam ἀπ' εὐθείας κακῶς λέγειν & πλαγίως χρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, contraria facit. Enimuero in loco illo ex Polit. præc. quum ἀπ' εὐθείας de sermone non dicatur, aliam interpretationem postulat. Quare videndum an conuenire hîc possit quod Latini dicunt Aperto marte. vt si dicamus in illo Plutarchi loco, Multa enim sunt incommoda in quibussummouendis aperto marte agi non potest. Vel breuius, Multa enim sunt incommoda quæ aperto marte nequaquam summoueri possint. Sed apud Suidam legitur etiam, ὁ δὲ κτείνει μὲν αὐτὸν οὐκ ἐξ εὐθείας ἐδίωκεν. vbi dutiuscula quidem mihi quoque videtur illa mea interpretatio, si ad verbum interpretemur κτείνει interficere: sed ita reddendo, Cædem eius aperto marte moliri veritus est, ferri eam posse (dum saltem aliquis meliorem afferat) existimo. In his enim aliisque multis huiusmodi loquendi generibus interpretandis viam aliis qualemcunque strauisse contentus ero.

Sed Thucydides, suo more à loquendi generibus quæ cæteris vsitata sunt, recedẽs, dixit ἀπὸ τοῦ εὐθέος pro illo ἀπ' εὐθείας de quo modò à me tractatum fuit: videlicet pro illo quod de sermone dicitur. Ita enim ille libro tertio, καθιστάναι δὲ χρὴ μηδὲ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. Id est, Sine circuitione, Sine vllis verborum inuolucris & integumentis. Apud Arrianum autem ἐκ τοῦ εὐθέος αἰνίσσεσθαι pro Non dissimulanter, Apertè, Palàm. Sed quomodo hic itidem substantiuum ὁδὸν subaudire queas dicet aliquis. Minimè certè hîc quoque subaudiri dico, sed τὸ εὐθὺ hic substantiuè accipi pro ἡ εὐθεῖα ὁδός. Huc autẽ pertinet & ὁ εὐθὺς λόγος apud Euripidem pro sermone aperto minimèque vlla circuitione tecto. Cæterùm inuenitur τὸ εὐθὺς & alio sensu positum à Thucydide libro 1, vbi scribit, ὥστε ἀπάτη μὴ προσαγαγεῖν ὑπ' αὐτῶν, δεομένους πολὺ τὸ εὐθέος μὴ ἰέναι, νῦν. Hic enim ἐκ τοῦ εὐθέος, videtur sumi pro Temerè & inconsultè (ac certè scholiastes ἀσκέπτως exponit, sicut & εὐθὺς in alio eiusdẽ loco vult esse pro ἐξ εὐθείας & ἀσκόπως, abutẽs tamẽ fortasse signific. huius loquendi generis ἐξ εὐθείας, & ἀσκέπτως accipiens pro ἀσκέπτως, id est inconsideratè) aut certè pro Statim, Extemplo.

INVENITVR & accusatiuus Εὐθῆ tanquam ab εὐθής, sed non apud satis idoneos autores, quod sciam. Inuenio enim duntaxat in Ecclesiaste, & apud Damascenum, ita scribentem, pag. 42, ἐποίησεν οὖν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀκακον, εὐθῆ, ἀναρετον. Sed & εὐθεῖς apud Greg. habetur, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον.

Εὐθὺ, aduerbium, Rectà. Xenophon Pædiæ 5, εὐθὺ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἡμᾶς ἄγει, duc nos rectà Babylonem. Sed multo frequentius est cum genitiuo: vt πλεῖν μὲν εὐθὺ Πενταπόλεως, Synesius. Sic apud Aristophanem sæpe. Item cum articulo ante εὐθὺ, contra quàm in illo Xenophontis loco, rursum apud Synesium, τὴν εὐθὺ τῶν πολεμίων ἦγε στρατιὰν, rectà in hostes duxerũt. Subauditur autem accusatiuus ὁδόν. Sed & τῆς εὐθὺ ὁδοῦ pro Rectæ viæ in Axiocho legitur, ἐδόκει οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπαντᾶν αὐτῷ. Et ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ pro In rectam viam, in vulgatis lexicis. ET Εὐθὺς in eadem significatione, Plat. in Euthydemo, nisi sit menda, inquit Budæus. Apud Thucydidem certè lib. 6 de epipolis seu arce Syracusarum legitur, χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου, id est rectà supra vrbem.

C. Καταντικρὺ, Rectà. vnde ἡ καταντικρὺ ὁδὸς dicitur ἡ εὐθεῖα ὁδός. Pausanias, ἐκ Σπαρτιάτης ἐστὶ τὴν καταντικρὺ ἐς Φλιοῦντα ἐρχομένῳ τε Γυραία καλουμένη ἐστὶν ἄλσος. Item καταντικρὺ pro E regione quidam accipi annotat. Scribitur autem & κατ' εὐθύ.

Εὐθύτης, ητος, ἡ, q. d. Rectitudo. Item Recta forma. Exponitur etiã metaphoricè Æquitas, Iustitia. quo dicitur modo Gall. droitture. AT Εὐθυωρεία (quod an cõpositũ sit, nõ satis constat) itidẽ pro εὐθύτης, i. Rectitudo, si dici posset. A Bud. exponitur etiã Proceritas, vt est arboris. Item Directio. Et Rectus trames. Itẽ Rectus processus, Rectæ lineæ porrectio. Quarũ signif. exẽpla vide apud B. p. 53 & 318. HINC Εὐθυωρεῖν Recto tramite iter facere, Recta linea progredi. pro quo & καὶ εὐθεῖαν ἰέναι dicit Aristot. Vide B. ibidẽ. ITEM Εὐθύπορος in v. l. ex Herm.

Digitized by Google

Recto tramite, κατ' εὐθεῖαν, non per diuerticula, propter obuios montes & fluuios. At verò εὐθύωρον τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, affert Etymol. pro εὐθυτάτην, seu συντομον, sed addens tamen esse ab εὐθὺ & ὥρα, quasi αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. At Suidas postquam εὐθυωρὸν (ita enim ibi scribitur ἐξαπίνης) accipi dixit pro κατ' εὐθεῖαν ab Antiphonte & Xenoph. subiungit accipi etiam pro αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, locũ hunc proferens, εὐθυωρὸν ἀπέβη. vbi aduerbium esse manifestũ est. Sed & εὐθύωρος pro Rectus in v.l. Sitne autem compositum in hac significatione, gramm. tacent.

Εὐθύνω, Dirigo, Corrigo, Rectum facio quod prauum seu obliquum erat. (sicut & κατευθύνω dici ἐπὶ τῶν ὀρθουμένων λέξεων testatur schol. Sophoclis.) Aut etiam generaliter, pro In rectum formo. Sumitur & pro Dirigere, eo modo quo dicitur Dirigere nauem aliquò, & quo Cæsar dixit Dirigere cursum ad litora. Euripides Hecuba, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην. vbi schol. εὐθύνοντας exponit per compos. ἀπευθύνοντας. Xenoph. autem in princ. Pæd. dicit pastores εὐθύνειν τὰς ἀγέλας, pro Ducere recta via, seu potius Deducere, vno verbo. neque enim mihi placet hic verbum Dirigere quo vsus est Philelphus. nisi adiungamus ei nomen Iter, vt εὐθύνειν τὰς ἀγέλας reddamus Dirigere armentorum iter. Hic porro est Xenophontis locus, πορεύονταί τε γὰρ αἱ ἀγέλαι ᾗ ἂν αὐτὰς εὐθύνωσιν οἱ νομεῖς, νέμονταί τε χωρία ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν. Capitur verò & pro Regere. vt εὐθύνειν ἡνίας, Aristoph. Regere habenas. Item metaph. (sicut & verbũ Corrigo apud Latinos itidémque verbũ *Redresser* apud Gallos, quod alioqui propriè significat Corrigere.) Ponitur enim pro Reprehendo, Redarguo. vt Gregorius, μὴ τι ἡμᾶς εὐθύνετε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς. id est (Budæo interprete) Nolite redarguere nos & incusare ob verbum altius elatum. Huc pertinet quod ex Hieronymo in cap. 1 Sophoniæ prophetæ annotatur, εὐθύνων non significare dirigentem, sed coarguentem atq; conuincentem. Quod tamen Hieronymi dictum ad locum de quo agit restringendum est: ibi videlicet εὐθύνειν non esse Dirigere, sed Coarguere. Cæterùm εὐθύνειν exponitur alicubi & Inquirere, cum præpos. In, (quod facere solent ii qui reprehendere & redarguere student, vt in hoc Plutarchi loco, in Symp. septem sap. ἀλλ' ἵνα μὴ δοκοίην εὐθύνειν τὰς τῶν ἑτέρων ἰδίας ἀποφάσεις. Budæus εὐθύνειν esse dicit In alicuius gesta inquirere, & quæstionem de eius administratione exercere. Item Rationem reposcere vitæ anteactæ. (Et pass. item εὐθύνεσθαι, pro Rationem reposci &c. quod vulgus syndicari. In Pand. verò & pro In iudicium vocari) Nonnunquam etiam est forense verbum, vel pro Postulare. Reum facere: vel pro Damnare. De quibus signific. lege B. Comm. p. 37 & 39 & 150: item in Annot. In v.l. affertur item ex Plutarcho in Publ. προσβατίαις εὐθύνειν pro Mulctare pœna pecuaria. ‖ Item εὐθύνειν eũ magistratũ gerere qui εὔθυνος dicitur, de quo mox

Εὔθυνσις, εως, ἡ, Directio, Correctio. Cui opponitur ab Aristotele κάμψις, id est Curuatio. Bud. ET Εὐθυντὸς, Directus: cui opponitur καμπτὸς, Curuatus. Idem ex eodẽ Aristotele. AT Εὐθυντὴς (SEU Εὐθυντὴρ, sed magis poeticè. vt apud Theognidem Εὐθυντῆρα κακῶς ὕβρεως ἡμετέρας) ET Εὔθυνος, Director, Corrector. Sed dicti sũt εὐθυνταὶ seu εὔθυνοι quidã magistratus qui aliorũ magistratuum censores erat, & rationem administrationis ab iis exigebant. Vide Bud. p. 38. ITEM Εὐθυντικὸς, quod vulgò itidem exponitur: sed ex terminatione significat potius eum qui reposcẽdæ rationis peritus est. AB eadem origine est & Εὐθυντηρία, quo tamẽ Hesych. ait ab architectis significari τὸ ἐν τῷ ἐδάφει σύμπαγμα. (quod quidam interpret. Soli rudus) item nauis partem.

Εὐθύνη, Inquisitio quæ fit in eos à quibus vitæ & magistratus gesti seu curationis actæ ratio reposcitur. Seu Ipsa actio reposcendi rationem &c. ‖ Exponitur & Accusatio à Budæo. Dicitur tamen potius plur. εὐθύναι. Atque hinc εὐθύνας διδόναι, & εὐθύνας ὑπέχειν, pro In disquisitionem vocari, Rationem reposci seu rationes administratæ reipublicæ. Demosth. De fal. leg. κἂν δεδωκὼς ὦσι εὐθύνας, pro Etiãsi rationes administratæ reipublicæ reposciti iam fuerint, Budæo interprete, quem vide Comm. pag. 39, & 150, & 173. item in Annot. Ostendit autem accipi ex consequenti & pro Pœnam dare. Item pro Damnari repetũdarum, in hoc Æschinis loco, ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ μικρὸν ἐπάνω ἔφευγεν ἐκ τοῦ δικαστηρίου, κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκώς. At ego non puto εὐθύνας ὀφλεῖν restringi ad hanc significationem pro Damnari repetundarum, nisi addatur aut illud κλοπῆς ἕνεκα, aut tale quidpiam: vel certè habita ratione rei de qua agitur, hanc interpr. admittat. Alioqui enim id per se significare arbitror, sed latius patere huius accus. signif. sicut & quum aliis verbis iungitur. Quidam εὐθύνας διδόναι interpr. ex Cicerone, Rationes referre, item Pœnas luere. In vulgatis lexicis affertur ex Demosthene εὐθύνας τῶν πεπολιτευμένων, item εὐθύνας τῆς πρεσβείας, necnon εὐθύνας βίου, pro Censuræ quibus quis vitæ anteactæ rationem reddere cogitur. Et ex Plut. in Pericle περὶ τὰς εὐθύνας ἀπαραίτητος, pro In exigendis rationibus implacabilis. In iisdem πρὸς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων redditur Ad accusandos magistratus repetundarum. Et, Ad repetundas gestorum rationes. Sed generalius etiam pro Rationem reposci cuiuslibet rei, vel Cogi ad reddendam rationem. Aristot. Polit. 3, ἐκ τῶν δεῖ διδόναι τὰς εὐθύνας ἐν ἰατροῖς. ‖ Εὐθύνη exponitur & Crimẽ in hoc Aristoph. loco, in Vesp. — κἄπειθ' ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν θεὸν ἀντιβολεῖ με ῥίψαι τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι. HINC Ἀνεύθυνος, ου, ὁ & ἡ, Non obnoxius reddendæ rationi rerum à se gestarum, Qui non tenetur rationem reddere &c. Ἀνεύθυνος magistratus (inquit Bud.) & ἀνυπεύθυνος, dictus est qui causæ dicendæ aut immunis est, aut quouis modo eximitur: vt qui abolitionem apud nos à principe impetrauerunt. Hæc ille. Sed sciendum est latius extendi huius vocis vsum, vnde ἀνεύθυνος dicitur quicunque rei alicuius rationem reddere non tenetur. Luc. παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας. vbi Erasmus ἀνευθύνους vertit Liberos: quum tamen propriè signif. Rationi reddendæ non obnoxios. Dicitur verò & res aliqua esse ἀνεύθυνος eadem significatione. vt ἀνεύθυνος ἀκρόασις Thuc. ‖ Ἀνεύθυνος, Crimine vacans. Synes. ἡ προαίρεσις οὐκ ἦν ἀνεύθυνος, ἀλλ' ὑπαίτιος. ‖ Item ἀνεύθυνον, Quod impunè fit: apud eundem, ἀνεύθυνα καὶ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι pro Impunè & sine reprehensione mẽtiri. ‖ Ἀνεύθυνος, Non discussus, Non examinatus. Bud. ex Gregorio. ET Ἀνευθύνως, Ita vt non cogaris rationem reddere. Item, Sic vt crimine vaces. Et pro Impunè, ex Hermog. ET Ἀνευθυνία, Immunitas à reddenda ratione. In vulgatis lexicis exponitur Innocentia. CONTR. Ὑπεύθυνος, Obnoxius reddendæ rationi, Qui liberam non habet rerum administrationem. Interdum cum datiuo. Demosth. 117, ὑπεύθυνος ὢν οὐδενί. Apud Aristoph. autẽ in Equit. ὑπεύθυνοι exponitur à scholiaste, Qui rerũ in magistratu gestarũ rationes nõdum retulerunt. Dicitur & res aliqua esse ὑπεύθυνος, sicut contrà ἀνεύθυνος. Thucyd. 3, ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. vbi quidam Obnoxiam & Non obnoxiam interpr. pro Cuius reddenda ratio est, & Cuius reddenda ratio non est. Et ὑπεύθυνος ἀρχὴ Herodoto. Item δίαιτα κατακεκλεισμένη καὶ ὑπεύθυνος, Plutarchus in Lycurgo: vbi quidam δίαιταν ὑπεύθυνον interpr. victum astrictum: ego malim Victum legibus quibusdam obnoxium, & minimè liberum. Q. d. Victum cuius reddenda sit ratio ipsis legibus. At Chrysostomus dixit aliquem ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ, obnoxium pœnæ: ὀφείλει ὅσων κεφαλὴν ὑπεύθυνος εἶ τιμωρίᾳ. ‖ Ὑπεύθυνος, Reus, Obnoxius crimini. Sed Luc. genitiuo iunxit in libro De salt. καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπεύθυνον παρέχειν ἑαυτόν. vbi exponitur, Sola voce semetipsum reprehendendũ exhibens. Ego malim Seipsum crimini obnoxium reddens, quod ad solam vocem attinet. ET Ὑπευθύνως, Ita vt rationem reddere tenearis, vel Ita vt crimini sis obnoxius. AT Ἀνυπεύθυνος huic opponitur, idémque est quod ἀνεύθυνος paulo antè præcedens. Exponitur enim Rationi reddendæ vel causæ dicendæ non obnoxius. Plato, δικαστὴν δὲ ἀνυπεύθυνον οὐδένα δικάζειν. vbi exponitur Examinis im-

munem. Interdum vero αὐτεύθυνος generaliter, Solutus legibus. vt αὐτεύθυνος esse dicitur tyrannus ab Aristotele Polit. 4. Sic αὐτευθύνων vocat dictaturam Plut. in Fabio. ET Ἀνυπεύθυνος, Ita vt causæ dicendæ obnoxius non sis. Item, Cum libertate qualis est eorum qui legibus soluti sunt.

C. Ἀπευθύνω, F. θυνῶ, Corrigo quod prauũ est, & rectum efficio. ἐπὶ τῆς ὀρθουμένης λέξεως dicitur, inquit enarrator Sophoclis. Capitur etiam metaphoricè pro Corrigo, eo sensu quo dicitur quis corrigere mores seu vitam. Gregorius, πρὸς ὃ βλέποντες καὶ βίον καὶ πρᾶξιν ἀπευθυνόμεθα. Capitur & pro Guberno, Rego. nam rectoris est praua corrigere. Sophocl. in Œdipo tyranno, — πρίν σε τὴν δ' ἀπευθύνειν πόλιν. Est etiam Dirigo. eo sensu quo dicimus dirigere telum, vel iaculũ, vel hastã. Basil. πρὸς ὃ σκοπὸν ἀπευθύνειν τὸ βέλος. Expon. etiã κανονίζω .i. Examino tãquã ad regulam, Tanquã ad regulã dirigo. & sic ἀπευθυνόμεθα exponi potest κανονιζόμεθα in Gregorii loco paulo antè citato. | Aliquando autem vsurpatur metaphoricè pro Punio, vt tradit scholiastes Sophoclis, scribens tã εὐθύνειν quàm ἀπευθύνειν dici ἐπὶ τῆς ὀρθουμένης λέξεως, item ἐπὶ τῆς κυβερνωμένης νεώς. & hinc ducta metaphora sumi ἐπὶ τοῦ κολάζειν. Hanc autem significationẽ tribuit huic verbo idẽ scholiastes in isto Aiacis loco, Οἴπερ, σὺ τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας Δεσμοῖς ἀπευθύνοντα προσμολεῖν κελεύω. id est (inquit) τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα, ἢ ἐπιβάλλοντα μετ' εὐθύνης. Suidas ponit priorem duntaxat expos. τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα.

Ἀπευθύνομαι, pass. Corrigor, Rectus efficior, Dirigor, &c. sequendo significationem actiui. Citatur ex Alexãdro Aphrodisæo Probl. l. 1, ἀπευθυσμένον ἔντερον, pro Intestinum rectum. id videlicet per quod flatus alui extruditur sæpe dum vrinam reddimus. Est autem ἀπευθυσμένον (si participio participium reddendum sit) quod statutum est rectum, vel Tendens in rectum.

C. ΔΙευθύνω, Dirigo. Item pro Corrigo, Emẽdo, vt B. interpr. in hoc Luc. loco. εἰρήνης. σφὼ δὲ ὦ Ἑρμῆ καὶ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διελέγχετε καὶ διευθύνατε· κἀγὼ αὖθις ἀπολελογήσομαι. Idem Bud. διευθύνω interpr. etiam Examino, Discepto. Item, Refuto. & à Gregorio poni ait pro Inquiro, Disputo, Percunctor: seu Inquiro disputando. In eo tamen quem ex illo affert loco legitur passiua vox διευθύνεσθαι. ita enim habet, ἀπαιδεύτερον δ', οὐδ' ἴδιον τὸ ἀπ' ἀρχῆς γεγενημένον, τί ἦν πρὸ τῆς γεννήσεως, ἢ νῦν ἦν, διευθύνεσθαι.

C. ἘΠευθύνω, Dirigo. Item Rego. ἐπευθύνειν τὰ κοινὰ (inquit Budæus) vel ἀπευθύνειν Æschines dicit pro Regere. ET Συνεπευθύνω, Vnà dirigo, Vnà rego, vel moderor. Vel Adiuuo in dirigendo. In v. l. ἀδιακρίτως affertur, τοῦ θεοῦ συνεπευθύνοντος, pro Numinis instinctu.

C. ΚΑΤευθύνω, Dirigo. Item Rego, Moderor, Compono, Constituo. Quas significationes Budæus huic verbo tribuit apud Plutarch. locos tamen non proferens. At v. lex. afferunt ex eo in Camillo, κατευθῦναι τὰ παρόντα πρὸς τὸ κάλλιστον τέλος. vbi illud Componere aptum esse puto, vel Constituere. Sed & Moderari hic quadrare posse videtur. In iisdem κατευθύνειν τὸ σκάφος habetur, sed ἀδιακρίτως. Est autem κατευθύνειν τὸ σκάφος, vel Dirigere, vel Regere, seu Moderari. Ex Gregorio autem κατευθύνειν & pro Administrare. | Κατευθύνω (sicut & simplex εὐθύνω) pro Mulcto: ex Plat. De leg. Pollux quoque ab eo κατευθύνειν pro καταδικάζειν poni tradit.

¶ Εὐθὺς, Protinus, Confestim, Statim. Xenoph. Pæd. 6, p. 92, ὁ δὲ Κῦρος εὐθὺς ἄγειν κελεύει αὐτὸν πρὸς τὴν γυναῖκα. Idem Hellen. 1, καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὖθις. Thuc. 1, ἀρξάμενοι εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἐν Ἐπιδάμνῳ (Vt autem hic εὐθὺς cum ἀρξάμενοι, sic alibi cum ἀρχῇ extat, vt ἀπὸ τῆς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ φάσεως apud Philonem De mundo, Quæ est statim in principio, vel Quæ est statim prima.) Alia eiusdem signific. exempla passim & apud cæteros habentur. Sed iungitur interdum & præpositioni ἐκ, vt dixit idem Xen. Pæd. 1, εὐθὺς ἐκ παιδίου. & Aristot. Pol. εὐθὺς ἐκ γενετῆς. Interdum & præp. ἀπὸ. vt εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ. quod exponitur Iam inde à vetustate. Sic autem & εὐθὺς ἐκ παιδίου reddi potest Iam inde à puero, seu à pueritia. & εὐθὺς ἐκ γενετῆς, Iam inde ab ortu. Vel simpliciter, Statim à pueritia, Statim ab ortu. | Inuenitur & participio iunctum hoc aduerb. vt εὐθὺς νέοι ὄντες. Thucyd. 2, οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, pro Statim ab ineunte ætate, vel Iam inde ab ineũte ætate. q. d. Statim quum iuuenes sunt. Tale est hoc, εὐθὺς γενόμενος ἔχει, quod Gaza vertit Iam inde ab ortu habet. Est enim idem εὐθὺς γενόμενος, quod εὐθὺς ἐκ γενετῆς. Legitur etiã τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου apud Thucydidẽ 2, pro Statim incunte æstate. | Sed & cum nomine genitiui casus. vt εὐθὺς τοῦ δράματος, quod ex Aristophane affertur pro Statim ab initio fabulæ: itidémque εὐθὺς ἡμέρας, pro Prima statim luce. | Interdum verò præfigitur articulus, & tũ per nomen redditur. vt ἡ τῶν Γαλλικῶν εὐθὺς φυγὴ, Herodiano, Subita fuga, vel repentina. Cæterùm quod ad signif. huius aduerbii attinet, inde factum reor vt εὐθὺς significaret statim, quòd qui rectà it aliquò, statim eò perueniat, præ illo qui non rectum iter tenet.

Εὐθὺς, Protinus, Continuò, pro Ideo, Etiã. Themist. οὐ γὰρ τι κατὰ παντὸς, εὐθὺς καὶ καθόλου. B.

Εὐθὺς Aristoph. pro Imprimum. ἐν ἀρχῇ, Bud.

Εὐθὺς pro Iam antea in v. l. ex hoc Plutarchi loco in Camillo, τοῦ μὲν τοι πάθους αὐτοῦ καὶ τῆς ὀψίμως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα φήμη διελθεῖν. Et additur sensum exigere hanc interpr. idque ex sequentibus patere. Sed viderit quicunque hoc annotauit.

Εὐθὺς pro Inconsultè, Inconsideratè, à Thucydide ponitur (si eius scholiastæ credimus) lib. 2, οἱ δὲ Πλαταιῆς, ἐπειδὴ τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος ἐσεκομίσαντο, ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς. Hic enim scholiastes ait εὐθὺς non esse παράχρημα, sed ἀβουλίας & ἀσκόπως. Vide suprà in Εὐθὺ, quæ dixi de ἐκ τοῦ εὐθέος huc pertinentia.

ITEM Εὐθὺ interdum pro εὐθὺς, id est Statim, Confestim, apud Alex. Aphrod. non semel. Bud.

DICITVR & Εὐθέως pro εὐθὺς, Statim, &c. sed apud veteres non itidem vsitatum. Ex Aphthonio affertur εὐθέως cum παραχρῆμα iunctum, εὐθέως παραχρῆμα ἀπεσβέσθη.

ΕΥ'ΝΗ', ῆς, ἡ, Cubile. vt εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ apud Hom. Sic Odyss. ξ, — τίθει δ' ἄρα οἱ πυρὸς ἐγγὺς Εὐνήν. Copulat verò interdum λέχος & εὐνὴν. & tum volunt aliqui grammatici εὐνὴν dici στρωμνὴν, at λέχος esse τὴν ὑποκειμένην κλίνην. Apud Xenophontem tamen στρώματα sunt ἐπὶ τῆς εὐνῆς. Pæd. 8, νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῆς κλίνης ἢ ἐπὶ τῆς εὐνῆς. Dicitur & de brutis vt Lat. Cubile, pro lustro. Et quidem de leporis cubili ab eodem Xen. dicitur. Et Hom. εὐνὰς συῶν, porcorum haras appellat. Interdum verò pro concubitu: vt Il. ε, — καὶ ἄλλων ἀνέρος εὐνὴν Γευσάμενα, οὐκ ἐθέλουσα. Et Od. κ, Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν. | Et εὐνὴ pro tentorio, ex Thucyd. | Item εὐνὴ, Sepulchrum. Eustath. Sed & generaliter pro omni loco in quo aliquis commoratur, & apud Hom. εὐναὶ pro loco in quo quis potest εὐνάζεσθαι, vt annotat Eustath. | Item Anchora. vt Il. α, Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν. Sic autem anchora dicitur per metaphoram, inde (vt opinor) ductam, quòd nauem fundans & stabiliens, velut conquiescere faciat. ET Εὐναία pro eodem: sicut dicitur κλιναία pro κλινή. Cæterùm εὐνὴ alii ab εὔδω, alii aliunde deducunt: nonnulli verò primitiuam vocem esse putant.

G Εὐνῆθεν, E lecto. Odyss. υ, — εὐνῆθεν ἀΐξασα. Apoll. Arg. 2, — ὀρθωθεὶς δ' εὐνῆθεν. ET Εὐνῆφι apud Hom. Od. γ, Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφι Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ, è lecto. Il. ο, ἐξ εὐνῆφι θορόντα. Scribitur autem alicubi ET Ἐξευνῆφι vna voce.

C. Ἔνευνος, Qui est in lecto. Et, In lecto positus, in v. l. AT Ἐνεύναιον δέρμα, Homer. Odyss. ξ, Pellis quæ cubili substernitur. Apud eũdem verò Od. π, χήτει ἐνευναίων, pro Incubantium. Vide Eust.

C. Μαλθακευνία, ας, ἡ, Cubilis seu lecti mollities.

C. Ὁμευνος, ET Ὁμευνέτης, Qui eodem cubili vtitur. Vnde exponitur & Maritus. ET Ὁμευνέτις, Vxor. Soph. ἰδὼν τὴν ὁμευνέτιν Αἴαντος. ITEM Εὐνέτης ET Εὐνέτις, idem quod ὁμευνέτης & ὁμευνέτις.

C. Σύνευνος ET Συνευνέτης, idẽ quod præced. Soph. ὅμως ἴσχε ξύνευνον μητέρα. ET Συνευνήτης pro eodem.

C. Χαμεύνη, SEV Χαμεύνια, Stibadium humi stratum. B.

Humilis & vilis lectus, in v.l. Aristoph. Auib. Plut. De Socr. dæm. φαίνεσθαι γὰρ ἄγριου καὶ μυελικῆς χαμεύνας. ET Χαμεύνιον diminut. forma. Plato in Symp. de militibus loquens, οἱ δὲ χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι, ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον. AT Χαμευνία, Ipsa actio cubādi humi, q.d. Humi cubatio. Sed & Storea quæ pro lecto substernitur, ita vocatur, teste Poll. ITEM Χαμεύνης dicitur Qui humi cubat. Gregorius. ET Χαμευνεῖν, Humi cubare, apud Hesychium. ADDE & Χαμευνάς, άδος, ἡ, itidem vt χαμεύνη, pro stibadio humi strato. Sed αὐτόπρεμνε χαμευνάδες apud Nic. schol. esse ait pro αὐτοφυεῖς καὶ ἁπλοῦς χαμαιστρώτας. ET Χαμευνίς, ίδος, Lectus humilis, Storea. στιβάς, v.l. DICITVR etiam Χαμαιεύνης pro χαμεύνης, (vnde χαμαιεῦναι apud Hom.) ET Χαμαιεύνη, seu χαμαιεύνα, pro χαμεύνη. ITEM Χαμαιευνάς pro χαμευνάς. Sed & adiectiuè χαμαιευνάδες σύες, humi cubantes.

Εὐναῖος, ου, ὁ. vt εὐναῖος λαγώς, lepus qui in cubili suo est. sic βοῦς εὐναῖος. Et in Epigr. εὐναίων ὀάρων colloquiorum quæ in cubili seu lecto fiunt. εὐναία ἄτη, id est σύζυγος, Calamitas cubilis particeps. Euripides Andromache, — ἀγά με ἄτην Ἤγαγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν. Idem Hipp. de Phædra, λύπη δ' ὑπὸ παιδίων εὐναία δέδεται ψυχά. id est vt schol. exponit, οὕτω συνδέδεται τῇ εὐναίᾳ λύπῃ ὡς ὑποβαλεῖν τὸ πάθος. intelligit autem ibi per εὐναίαν λύπην, dolorem adeo vehementem vt decumbere eam cogeret. & sic εὐναία ibi erit ἡ εἰς εὐνὴν κατακλίνουσα. Annotat tamen ibi schol. legi etiam nominatiuo casu εὐναία, vt constructio sit, ὑπὸ τῆς λύπης εὐναία ἡ Φαίδρα δέδεται τὴν ψυχήν. Apud Xen. Cyn. εὐναῖα vestigia quædam leporū dicuntur quibus δρομαῖα correspondent. ὄζει γὰρ τὰ ἴχνη ἐπὶ πλείω χρόνον τὰ εὐναίων ἢ τὰ δρομαίων. id est, subolent vestigia cubilium diutius quàm cursu impressa. Apud Pollucem l.6, etiam τὰ εἰς κοίτην στρώματα, εὐναῖα dicuntur.

Εὔνια, τά, Strata. στρώματα, vt Suidas in hoc adespoto loco exponit, οἱ μὲν ἐκ τῶν εὐνίων ἀπηλλάττοντο ἀμελῶς.

Εὐνάω, ῶ, F. ήσω, Sopio. Odyss. λ. τῆς δ' εὐνῆς χρόνος ἔσσεται. Et Odyss. ο. — πῦρ εὐνήσαι, id est cineribus obruere & quasi sopire: φυλάξαι, κατευνάσαι, ζωπυρῆσαι ἐν σποδιᾷ, vt Eust. quosdam ibi scribere & exponere annotat. Frequentior verò scriptura est Πῦρ τ' αὖ ναῆσαι. Hinc in pass. εὐνηθῆναι, id est Cubare, Sopiri. Od. θ, Δεῦρο φίλη λέκτρονδε τραπείομεν εὐνηθέντες. Epigramm. εὐνηθεὶς ὕπνῳ, somno correptus es. Et metaphoricè, Iliad. ι, de ventis Παύσασθαι δ' ἀνέμους καὶ εὐνῆσαι ἄνεμος. Item Cōcumbere. Odyss. κ, de Circe, Ἡ δὲ σ' ὑποδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι. Iliad. β, — θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα, dea cum mortali concumbens. VNDE Εὐνήτρια, ας, ἡ, q.d. Cubitrix. Deianira apud Sophoclem Trach. thalamū suum alloquens, dicit, ὦ λέχη τε καὶ νυμφεῖ' ἐμὰ εὐνήτριαι. i. εὐναζούσαι, κοιμωμένην, vt schol. exponit. ITEM Εὐνήτης, Concubitor, Maritus. ἀνήρ, Hesych.

C.KATευνάω, Sopio. Vnde in pass. Odyss. δ, Τὴν μὲν ἐπεὶ δὴ κατευνηθέντα ἴδηαι.

C.ΣΥΝευνάω, Vnà sopio. Vnde in pass. ex Phalar. ep. citatur συνευνηθεὶς, pro Somnum vnà caperem. Itē συνευνηθείς, Qui concubuit.

Εὐνάζω, F. σω, Sopio, idem quod εὐνάω, ex eóque deriuatum, quemadmodum σκιάζω à σκιάω. Odyss. λ, Ἔνθα σ' ἐγὼ ἀγαγὼν τὰ ἅμ' ποῖ φαιεσφόροι. Εὐνάσω ἐξείης. id est κατακλινῶ, κοιμίσω, Sopiam, seu Quiete sopiam, vt Lucretius loquitur. Capitur verò & metaphoricè, vt Sopio apud Latinos. Soph. Œdipo tyranno, Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Idem Trachiniis, εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον. Vnde pass. εὐνάζεσθαι, Sopiri, Dormire, Cubare. Odyss. υ, Αὐτὰρ ὁ ἐν προδόμῳ εὐνάζετο δῖος Ὀδυσσεύς. Hesiod. Theog. θνητοῖσι τι ἰλάσκηται Ἠρίον ὅτ' εὐνάζει καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ, quum is cubitum. | Item Concumbere. Odyss. ε, — παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι Ἀμφαδίην ἤν τίς τε φίλον ποιήσετ' ἀκοίτην. | Εὐνάζω, In cubili colloco. Xen. Cyneg. αὐ αἳ μέλλει ἑκάστη τὴν ἑαυτῆς εὐνάζειν [νεβρόν,] id est, B. interprete, Et cubile statuere. quo sensu paulo pòst dicit κατακλίνασαι δέ. Et in pass. itidem εὐνάζεσθαι, Cubile habere, apud eundem Xenophontem de hinnulis: & Iacere noctu, de militib⁹, εὐνάζεσθαι σκληρῶς δυνατοὶ ἔσονται καὶ φύλακες εἶναι ἀγαθοί. Referri potest huc & illud Sophoclis Œdipo Colon. de Cerbero, ὃν ἐν πύλαισι φασὶ πολυξένοις εὐνᾶσθαι. Et illud Odyss. ε, Ἔνθα δέ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο. | Εὐνάζειν neutraliter etiā capitur pro εὐνάζεσθαι, id est Dormire, Quiescere. Soph. Trach. ἐᾶτέ με δύστηνον εὐνάσαι. Quemadmodum autem Ἀνάζω pro Concumbere etiam vsurpatur, ita & hoc Εὐνάζειν neutrale accipi potest apud Aristotelē lib.9 De hist. anim. cap.1, de quodam erodii seu ardeolæ genere, τούτων δὲ ὁ πέλλος χαλεπῶς εὐνάζει τε καὶ ὀχεύει. id est (vt Gaza vertit) Pellæ coitus difficilis est. Plinius quoq; ardeolas in coitu angi tradit.

Εὐνάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad cubandum seu cubile statuendum opportunus. Xen. Cyneg. παραλείπει δ' οὖν εὐνάσιμα πολλά, ζητεῖ δὲ ὕλην, itaq; opportuna cubilibus loca multa prætermittit.

Εὐναστήριον, ου, τό, Cubiculū, Cubile, seu (vt ex Plin. interpr.) Dormitorium, & ex Cicerone Cubiculum dormitorium, Cubicularis lectus. Soph. Trach. Καθίζετ' ἐν μέσοισιν εὐναστηρίοις.

Εὐναστής, οῦ, ὁ, Cubicularius. v.l. AT Εὐναστωρ, ορος, ὁ, Maritus, Concubitor. ex Euripide. Apud Hesychium verò scribitur ET Εὐνάτωρ, quod exponitur κοιμώμενος.

C.Ἀπευνάζω, Sopio. Soph. Trach. Σὺ δέ μ' ἀπευνάσειας ὀκυπετὲς κακοῦ. id est κατασοφαισθήτης, vt schol. exponit.

C.KATευνάζω, Sopio. In passiuo accipitur pro Cubo, Dormio. Iliad. γ, ἐν τρητοῖσι κατεύνασθεν λεχέεσσι. Κατευνάζω, metaphoricè quoque capitur vt Εὐνάζω, pro Sopio, Sedo, Paco. Apoll. Argon. 1, κατὰ δ' εὔνασε πόντον. Opp. lib.3 De Ven. κατὰ δ' εὔνασε θηρὸς ἐρωήν, Placat & sedat feræ impetum. Philo in vita Mos. lib.3, de Ægyptiis in rubro mari intereuntibus, εἰς τὴν κρυσταλλωθέντα πίχυ ἢ αἴθρα πῦν τε κατεύνασεν, Consopitos obruerunt. Construitur etiā præter accusatiuum personæ, cum genitiuo rei. Epigr. lib.3, Μόχθων δ' οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασε, A laboribus autē nec apud inferos quiesco & respiro. ad verbum, A laboribus verò ne mors quidem me sopiuit.

Κατευνασής, οῦ, ὁ, Plut. Alex. 125 delicias recensens comitatus Alexandri, πείθας δὲ καὶ κατευνασὰς ἀδελφωνημένους. V.l. apud eundem Plutarchum in Oth. interpr. Cubicularius, Qui sponsam ducit dormitum, Qui delicias recēset. Idem Plut. Ad præfectum indoctum, ὁ μὲν γὰρ Περσῶν βασιλεὺς ἕνα κατευνασὴν εἶχε, ὃς πρὸς πρωΐ μέλλοντα εἰσιόντα λέγει πρὸς αὐτόν, Ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων.

c.2.Ἀκατεύναστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui sopitus non est, aut sopiri nequit, Irrequietus, Insomnis, Inquies, ἀκοίμητος, Hesych.

C.ΠΑΡευνάζω, Iuxta me sopio. Vnde in pass. Παρευνάζομαι, Iuxta seu à latere alicui cubo. Od. χ, Δμωάων δὲ γυναιξὶ παρευνάζεσθε βιαίως.

ΕΥΝΟΥΧΟΣ, ου, ὁ, Eunuchus, Spado. ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνήρ, vt Clearchus apud Athen. lib.10 vocat. Xen. Pæd. 6, οἱ εὐνοῦχοι καὶ θεράποντες λαβόντες αὐτὴν ἀπήνεγκαν εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν. Plut. Alex. ἐκ τῶν θαλαμηπόλων τις εὐνούχων, οἱ συναλίσκονται ταῖς γυναιξί. Aristot. οὐδεὶς γὰρ γίνεται εὐνοῦχος φαλακρός. (pro quo alibi, οὐ γίνονται δὲ φαλακροὶ οἱ ἐκτετμημένοι) Plinius, Defluuium capillorum in spadonibus non visum. Et εὐνούχους ποιεῖν, Eunuchum facere. Xenophon Pæd. 7, τοὺς ἀμφὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας, εὐνούχους ἐποιήσατο. Iuuen. satyra 12, -imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit. Metaphoricè etiam hoc vocabulum vsurpatur. Athen. lib.14. ex Aristotele De plantis, φοινίκων ἐνίους, οὓς τινες εὐνούχους καλοῦσιν οἱ δὲ ἀπυρήνους. Plinius quoque spadonias laurus meminit. Idem lib.12 cap.14, à conditione castrati seminis, mala quædam à Belgis spadonia appellari docet. Sed & lactucam quandam τὴν ἐκ φύσεως πλατύφυλλον καὶ λείαν καὶ ἄκαυλον, à mulieribus ἀστύτιδα, at εὐνοῦχον à Pythagoreis vocari, ex Athenæo tradit Eustathius, eo quod frequens lactucarum esus ad venerem inhabiles reddat. vnde & exosam Veneri herbam esse, & Adonidem, quòd ad lactucam confugisse, ab apro peremptum. Quod lactucæ genus dicitur ETIAM Εὐνοῦχον. Gorræus in suis defínit. med. Εὐνοῦχον (inquit) dictū est à Pythagoricis lactucæ quoddam genus suapte natura latum & caule viduum, quasi spadonium, quoniam maximè refragetur Veneri. Plinius

quoque lib.19 cap.8 lactucã rotundam, ac minima radice, latis foliis, astylida (pro quo ἀστύλιδα est apud Eust.) à quibusdam eunuchion, quoniam maxime refragatur Veneri, appellatam tradit. Cæterùm quod ad etymon attinet vocabuli εὐνοῦχος, Etymologico dicitur ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, (quoniam videlicet ad cubilium & gynæceorum custodiam curámque comparari solebant, quòd ancillis expeditiores essent, & ob exemptos testiculos ad coitum inepti.) vel ab εὖ τοῦ νοῦ ἔχειν: eo quòd res venereæ ἀνοίας ab antiquis dicerentur. Eust. autem dictum vult quasi εὔνιν (.i. ἐστερημένον) ὄχείας.

Εὐνουχίας, ου, ὁ, idem quod εὐνοῦχος, seu spado, vt Bud. tradit. est verò adiectiuum, ideóque Spadonius etiam non incommodè reddi posse videtur. Aristot. De gener. animal. lib.1, πῶς δὲ μὴ φθειραίνω' εὐνουχίας διατελεῖν ὄντας. Idẽ Metaph.4, οὐ γὰρ ὁμοίως ἂν φαίην ἀδύνατον εἶναι φθειραίνειν παῖδα καὶ ἄνδρα εὐνουχίαν. In Probl. inter εὐνοῦχον & εὐνουχίαν distinguere videtur ὅτι συμβαίνει τοῖς εὐνούχοις καὶ εὐνουχίαις. adeo vt v. lex. tradant εὐνουχίας testes habere posse, sed inutiles, quòd effœminatus sit: εὐνοῦχον verò propriè castratum & euiratum intelligi. Capitur verò & metaphoricè, vt εὐνοῦχος. Vnde Theophrast. Hist. lib.4, cap.12, scribit arundines non habentes τὴν αὐλίδα, εὐνουχίας appellari. Plin. quoque lib.16, cap.36, bombycias arũdines, graciles, fœminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut omnino nulla, spadonum nomine insignes commemorat. Sed & surculos qui nihil afferunt, Colum. spadones nominari autor est.

Εὐνουχώδης, τεος, ὁ καὶ ἡ, Effœminatus vt eunuchus. Hipp. De aere & aquis, loquens de Scythis, εὐνουχωδέστατοί εἰσιν ἀνθρώπων.

Εὐνουχίζω, F. ίσω, Eunucho, Varroni: Eunuchizo, Hieronymo: Castro, Euiro. Geopon. δεῖ μὴ ἐκ τῆς δὲ φθινομένης τοὺς μόσχους εὐνουχίζειν. Varro, Castrare non oportet ante bimatum. Athen. lib.12, Ἀδραμύττην φασὶ τὴν Λυδῶν βασιλέα πρῶτον γυναῖκας εὐνουχίσαντα, χρῆσθαι αὐταῖς ἀντὶ ἀνδρῶν εὐνούχων.

ΕΥ'ΡΙ'ΣΚΩ, Fut. ήσω, ab εὕρω, Inuenio. Odyss. μ, εὑρέ τι μῆχος Εὑρέσθαι δυνάμεσθα. Plato Timæo, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. id est Cicer. interpr. Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire, difficile: & quum iam inueneris, indicare in vulgus nefas. Aristoph. Pluto, εὖ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ ζητῶν τὸν ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα. Lucianus, χρυσοῦν δὲ κ τύλιον εὗρε βαδίζων. vbi significat casu reperire: sicut in præcedentibus, inuenire inuestigando & quærendo. Nec enim semper quærentis est. Sic Iohann.1, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσήφ. ‖ Item Adipiscor, Nanciscor, Pro labore meo aliquid consequor, vt exponit Vlp. in Orat. Demosth. contra Timocr. sicut Inuenire à Latinis vsurpari pro Parare sibi & acquirere testatur Donat. apud Terent. in Eunucho. Et sic accipit Beza Matth. cap.16, ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Illud autem Lucæ cap.1, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, idem interpret. In gratia es apud Deum, vel, Inuenisti siue nacta es gratiam: non tamen vt vllum hic intelligatur meritum, (quum inuenire & εὑρίσκειν interdũ de eo etiã dicatur quod nihil tale quærenti vel speranti obtigerit, nedum vt studuerit promereri) aut casu accidisse putetur. ‖ Item Comperio, Reperio. Demosth. contra Philipp. πολλάκις εὑρίσκω λογιζόμενος, οὐ μόνον τὰ συμμαχικὰ τὰ Φιλίππῳ περὶ ἀσφαλείας ἥκοντα. Idem contra Mid. ἂν οὕτω ὑμεῖς ὀρθῶς ἐπισκοπῆτε, τοῦτον πλησιαίτερον εὑρήσετε Μειδίαν ὄντα τοῦ ἱεροῦ. Idem contra Lept. τὰς παρὰ τοῦ δήμου δωρεὰς εὑρήσετε βελτίους οὔσας, Reperietis, seu Comperietis. Sic Cicero apud Platonem, λογιζόμενος οὖν εὕρισκε, &c. vertit, Quum rationem habuisset, reperiebat, &c.

Εὑρίσκομαι, Inuenior. Item Comperior. Herodianus lib.2, εὑρίσκετο τοὺς στρατιώτας φυσώμενος. Demosth. Pro corona, οὐ πάνυ πιστῆς εὑρίσκεις. ‖ Capitur & actiuè pro εὑρίσκω, id est Inuenio: dicitúrque (itidẽ vt εὑρίσκω) nõ semper de quærente, sed ex insperato aliquid inueniẽte seu reperiente, vt apud Gregorium de Saule, τὰς ὄνους τῷ πατρὶ ὁ ζητῶν βασιλείαν εὕρατο. ‖ Item Consequor, Nanciscor, Adipiscor, Impetro. Demosth. contra Lept. τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεάς, Qui adipiscuntur & obtinẽt, Qui promerentur, Budæo interprete. Pausi. Phoc. πλὴν τοὺς Ἀμφικτύονας εὕραντο, Obtinuerunt vt adnumerarẽtur inter Amphictyonas. Thuc. lib.1, ὠφέλειάν τινα πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκεσθαι, impetrare ab eis. Synes. epist.54. ἐξ ἀπεροψίας εὑρόμενος πράγματα, ex oberratione animi aliud agentis, consequutus molestias. Idem epist.94, εὑραίμην τῆς προθυμίας ἀμοιβὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ, consequaris prompti animi compensationem. Εὑρίσκεσθαι (inquit Bud. Comm. p.301) propriè est λαβεῖν αὐτὸ ὤν τις ἐδεῖτο ἢ εὐηργετηκὼς ἢ ἐπαινῶν, id est mereri. exempla autem inde petes. Demosth. τοὺς τὴν εὑρημένους τὴν ἀτέλειαν, qui immunitatem ciuitatis beneficio consequuti fuerant, vt idem B. interpr. Accipitúrque interdum in malam partem pro Incidere & impingere, vt ibidem docet ex Pausan. exemplum afferens, annotánsque, Ciceronem quoque Græcorum imitatione dixisse, Qui propter hæsitantiam linguæ stuporémque cordis, cognomen ex contumelia inuenit. Apud eundem Paus. οἱ συμμάχους εὕραντο οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς Φωκέων ζημίας, interpret. Pœnas luerunt & pependerunt ob fœdus cum Phocẽsibus ictum.

Εὕρημα, ατος, τὸ, Inuentum, Inuentus. Plato epist. ἔφησθα εἶναι σὸν εὕρημα, tuum inuentum esse dixisti. Xenoph. τὸ μὲν εὕρημα θεῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἄγραι καὶ κύνες, deorum inuentum. ‖ Εὕρημα est etiam idem fere quod ἕρμαιον, hoc est lucrum aduentitium. Xenoph. Anabas.6, εἰ δὲ μισθὸν προσλήψοιντο, εὕρημα ἐδόκει εἶναι. Quod si insuper stipendium acciperent, lucrum insperatum id censeri. Bud. Comm. Sic apud Thuc. lib.5, p.180, ἐκείνοις δὲ διενεχθῆναι, ὅτι τάχιστα εὕρημα εἶναι διακινδυνεῦσαι, id est, Illis valde optabile esse, vel in lucro deputandum esse, quamprimum belli fortunam tentare. Isæus 70, ἡγοῦμαι γὰρ εὕρημα ἔχειν ὅ, τι ἂν τῶν Ἀγνίου λάβω, lucrum abruptũ & aduentitium. B.

Εὕρεμα, ατος, τὸ, Inuentum. Philo Tharsen. in carm. Εὕρεμα ἐμῆς τέχνας εἰμὶ παθῶν ὀδύνας. Gregor. δαιμόνων εὕρεμα σκοτεινόν.

Εὕρεσις, εως, ἡ, Inuentio, Inuentus. Est etiam pars orationis apud oratores: id est (vt Cic. definit) excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. De qua intelligit Plut. quũ scribit, ὁ Πλάτων τῇ Λυσίου λόγῳ οὐκ εἶχεν τὴν εὕρεσιν ἐπαινεῖν, καὶ τῆς ἀπαξίας αἰτιώμενος.

Εὑρετὸς, οῦ, ὁ, Inuentus. Item Qui inueniri potest. Plutar. De fortitudine, τὰ πράγματα ὁ καιρὸς, τὰ μὲν διδακτὰ μαθητὰ· τὰ δὲ εὑρετὰ, ζητητὰ· τὰ δὲ βέλτιστα, παρὰ θεῶν αἰτητέα.

C. Ἀνεύρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non inuentus, Irrepertus, Horat. Incompertus. Vel, Qui inueniri seu comperiri nequit.

Εὑρετὴς, οῦ, ὁ, Inuentor. Isocr. ad Phil. οὐδεὶς ἂν τούτων λόγων εὑρετὴς οὔτε ποιητὴς ἐπαγγείλαιτο. Idem, εὑρετὴς γέγονε τῶν βελτιόνων. Athen. l.14, εὑρετὰς τῶν γελοίων. Fœm. gen. dicitur ET Εὑρέτις, ιδος, Inuentrix.

Εὑρετικὸς, ἡ, ὁ, Inueniẽdi facultate præditus, In rebus inueniendis acer, vt Cic. loquitur.

Εὕρετρον, ου, τὸ, Præmium quod inuentori pro rei amissæ restitutione datur: sicut μήνυτρον, præmiũ indicii. Vlp. Dig. lib.46, De furtis, Solent plerique etiã hoc facere, vt libellum proponant continentem inuenisse, & redditurum ei qui desiderauerit. Hi ergo ostendunt non furandi animo se fecisse. Quid ergo si εὕρετρα quæ dicũt, petant? Vbi quædam exemplaria scriptum habent μήνυτρα.

C. Ἀνευρίσκω, Reperio, Inuenio, Comperio. Plato, πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν παρ' ὑμῖν νόμων ὄντων ἐνθάδ' ἀνευρήσεις. Thuc. lib.1, ἐπηγάγετο δὲ τὰ τε ἄλλα καὶ ὃ αὐτῷ, ὡς ὕστερον ἀνηυρέθη, quemadmodum postea compertum est. ‖ Item, Comminiscor, Excogito, vt & Latinè Adinuenio vsurpatur. Athen. lib.1, τὰ μὲν ἀναβάλλων τῶν ἀξίων ζητήσεως, τὰ δὲ αὐτὸς ἀνευρίσκων σὺν ἀβασανίστως, alia verò adinueniens, seu comminiscens atque excogitans. In qua significatione dicitur ETIAM Ἐξανευρίσκω, addita altera præpositione: quod idem Ἐξανευρίσκω, pro Deprehendo, Inuenio, citat Bud. ex Plat. Tim.45.

Digitized by Google

A Ἀνεύρεσις, εως, ἡ, Inuentio, Adinuentio.

C. ἘΞευρίσκω, Inuenio. Il. ε, Πολλὰ δέ τ' ἄλλα ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν, Εἴ ποθεν ἐξεύροι. Lys. ῥᾳδίως εὑρόντα αὐτὸν ἐξεῦρον εἰς τὰς ὁδοὺς τὰς μακροτέρας τῶν αὐτοσχεδίων, facilē modū inueni longioris itineris conficiēdi, seu Adinueni & excogitaui. Sicut & hoc Euripidis Orest. accipitur, Σὺ γὰρ πατ' εἰς Αἴγισθον ἐξεῦρες κακά, Solerti ingenio tuo inuenisti, seu commentus es & excogitasti. ‖Item Comperio seu Reperio. Sophocl. Ἐξεύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν. Eum comperimus infestiorem quàm Phryges. Sic

B exponitur & hoc Luc. ἐξευρημένος τὰ τοιαῦτα, huiusmodi comperta habens.

Ἐξεύρημα, ατος, τὸ, Inuentū, seu Solers inuentum. Plutar. ad Col. τὰ καλὰ πάντα καὶ σοφὰ καὶ θεῖα τῆς ψυχῆς ἐξευρήματα.

Ἐξεύρεσις, εως, ἡ, Inuentio, Adinuentio.

C. Ἀνεξεύρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indeprehensibilis. Bud. ex Aristot. PRO QVO dicitur ET Ἀνεξεύρετος. Thuc. τῷ δ' ἄλλου ὄχλου ἀνεξεύρετος ἀριθμός, reliquæ verò multitudinis numerus perquirendo inueniri nequit. Vel, Reliquæ multitudi-

C nis numerus inueniri non potest. Inexputabilis numerus, vt Gell. loquitur.

c. 2. Ἐπεξευρίσκω, Vltra adinuenio.

c. 2. Παρεξευρίσκω, Obiter inuenio.

c. 2. Συνεξευρίσκω, Simul adinuenio, Vnà excogito. Dion apud Plat. in ep. τοὺς γὰρ τῆς μοναρχίας λόγους αὐτὸν ἐλπίζω ξυνεξευρήσειν.

C. ἘΦευρίσκω, Adinuenio. Item simpliciter Inuenio seu Deprehendo. Odyss. τ, – οὔτι τιν' ἄλλην Μνηστήρων ἐφευρίσκω. Odyss. κ, Δαιτυμόνας δ' εὗ πάντας ἐφεύρομεν ἐν μεγάροισιν. Iliad.

D β, Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι βοόωντά τ' ἐφεύροι, clamantémque inueniret, seu deprehenderet. VNDE Ἐφευρετής, οῦ, ὁ, Inuentor, Excogitator.

c. 2. Προσεφευρίσκω, Insuper adinuenio, Insuper comminiscor.

C. ΠΑΡευρίσκω, Obiter inuenio. VNDE Παρεύρεσις, εως, ἡ, Commentum, vt B. interpr. apud Dem. in Psephism. 98, μηδεμιᾷ παρευρέσει ἐν τῇ χώρᾳ κοιτάζεσθαι γίγνεσθαι, nulla occasione inuenta & prætextu.

E C. ΠΡΟΣευρίσκω, Vltra inuenio. Hermog. καθάπερ λεῖπόν τι προσευρών.

ΕΥ'ΡΥΣ, έος, ὁ, Latus, Amplus. Iliad. ξ, Οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας Αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν. Il. ψ, – ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα. Il. ε, – πίειραν ἄρουραν, Εὐρεῖαν, τρίπολον, aruum latum seu amplum. Plut. De Socr. εὐρεῖαι μὲν γὰρ ἀτραποὶ βίων, ὀλίγαι δ' ἃς δαίμονες ἀνθρώποις ἄγουσι.

C. Εὐρυάλως, ωος, ET Εὐρύαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Latam seu amplā aream habens, Latus, Amplus. ab εὐρὺς & ἀλωά. Nonn. apud Ioh. cap. 12, Χώρης δ' εὐρυάλωος ἐρημάδος ἐγγὺς ἐάσας

F Ἰησοῦς. Idem, ἀπ' εὐρυάλοιο δὲ γαίης πολλοί, &c. ET Εὐρυπετής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui latè distenditur, Latus, Amplus. Nonn. Cætera composita cum suis substant. reperies.

Εὐρὺ, aduerb. Latè, sicut ab εὐθὺς fit εὐθὺ, rectā. Il. β, – εὐρὺ ῥέοντος, Latè fluens. Iliad. ε, Ἀλφειοῦ ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης. Dicitur verò ETIAM Εὐρυρέω composita voce. vt annotat Eustathius, id est Latè fluo, vt εὐρυρέων Φᾶσις, Phasis lato seu amplo alueo manans. Apoll. Arg. 2.

Εὐρύτης, ητος, ἡ, Latitudo, Amplitudo. Galen. ad Glauc. ET

G Εὖρος pro eodem. Alex. Aphrod. εἰς εὖρος ἀποτείνειν, in latitudinem extendere.

Εὐρύνω, Dilato, Amplio. Od. θ, λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα. Oppian. lib. 3 De venat. Στήθεα τ' εὔρυνεν, συφελὸν θ' ὑπὸ τέρμα ἰδόντα, pectus dilatabat. Anth. Epigr. libro 1, Μή ποτε δ' εὐρύνῃς σὸ χείλεα, neque vnquam diducas tua labra.

C. ἈΝευρύνω, Dilato, Latius reddo, Laxo. VNDE Ἀνευρυσμὸς, Dilatatio, Laxatio. ET Ἀνεύρυσμα, Arteriæ siue vasorū dilatatio. Gal. in Def. med. ἀνεύρυσμα ἐστὶ φλεβώδους ἀγγείου ἀνευρυσμός, ἢ πνεύματος ὕλης διάχυσις ὑπὸ τὴν σάρκα

■ κατὰ διαπήδησιν ἀναδιδομένης, venosi vasis dilatatio, aut materiæ spiritalis dispersio sub carne quæ dissiliendo distribuitur. Paulus Ægin. lib. 6, c. 37, dicit esse ὄγκον ἁπαλὸν καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπείκοντα, ἐξ αἵματός τε καὶ πνεύματος συνεστῶτα. id est, tumorem blandum tactu, digitisq; cedentem, ex sanguine & spiritu contractum. Galen. De tumorib. ἀρτηρίας ἀναστομωθείσης, τὸ πάθος ἀνεύρυσμα καλεῖται, Ore in arteria facto, affectio illa ἀνεύρυσμα vocatur. Hic tamen ἀνεύρισμα quædam exemplaria habent, sicut & alibi: sed mendosam esse hanc scripturam constat.

C. ΔΙευρύνω ET ΚΑΤευρύνω, Dilato.

ΕΥ'ΧΟΜΑΙ, Precor, Preces fundo, Vota facio, seu nūcupo. Il. ο, v. 371, Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα, Ζεῦ πάτερ, εἴποτε &c. Et cū suo datiuo, Iliad. λ, v. 735, Συμφερόμεσθα μάχῃ, Διΐ τ' εὐχόμενοι καὶ Ἀθήνῃ. Sic & in prosa. vt Luc. in Demon. εἰ μὴ δύναται κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκοῦσαι. Et εὔχομαι τοῖς θεοῖς Thuc. Sed & εὔχομαι πρὸς τοὺς θεοὺς, Xenoph. Dicitur & εὔχεσθαι εὐχὴν seu εὐχὰς τοῖς θεοῖς, à Demosthene. Itē sine datiuo. ‖Interdum cum infinitiuo pro Exposco precibus, Precor vt &c. Iliad. β, v. 401, Εὐχόμενος θάνατόν τε φυγεῖν καὶ μῶλον Ἄρηος. Sed alicubi cum infinit. est Precando polliceor, Voueo. vt Iliad. δ, v. 101, Εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην. Itidem in soluta oratione, cum infinitiuo vtrāque significationem habet: vt εὔχομαι σώζειν. Apud Demosthenem cum infinit. simul & dat. τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις ὑπάρξαι μοι &c. Xenophon, εὔχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι. Et pro Voueo. Plut. in Publ. εὔξατο τὸν ναὸν ἀναθήσειν. Sic εὔχομαι τῷ Διῒ θύσειν, idem in Theseo. Legitur verò & εὔχομαι θυσίαν eadem significatione. Sicut & Aristophanes dixit, εὐξάμενος ἱερεῖον τῷ θεῷ (Dicebant verò & κατὰ χιλίων εὔχεσθαι pro Vouere χίλια, vt docet Eustathius pag. 1454) Quinetiā cum quolibet accus. pro Precibus exposco, Precor aut Opto à diis: vel etiam simpliciter Opto. Xenophon Hellen. 5, εὔχοντο αὐτῷ πολλὰ καὶ ἀγαθά. Thuc. 2, ἀσφαλέστερα μὲν εὔχεσθαι. Lucianus de sacrif. ἃ αἰτοῦσι καὶ ἃ εὔχονται. Interdum verò & cum infinit. vel pro Exposco precibus à diis: vel simpliciter pro Opto. Demosthenes Phil. 4, οὐδὲν ἂν ἄλλο εὔξαιτο ποιεῖν τὴν πόλιν. Luc. 46, τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι. Cæterùm hoc εὔχεσθαι videri dici quasi εὖ ἴσχεσθαι τοῦ θείου, vel ὡς προσκαλουμένων τινὰ ἐκεῖθεν ἀντιχεῖν, tradit Eustathius. Dico autem hoc εὔχεσθαι, quia reliquis eius significationibus minimè conueniret hoc etymum: vnde etiam minus verisimile à me iudicatur. Quid quòd & nomini εὐχὴ suum dat etymum, vel potius sua etyma? quasi verò nō vnum idémque vtriusque esse deberet. Quid quòd eousque siue inscitiæ siue temeritatis venerūt quidam, vt & composito προσευχὴ suum etymum tribuerint, προσευχὴ tāquam προσοχὴ dictum esse scribentes: quasi verò illud πρὸς adiectitium non esset, aut quasi etymologia compositi, non autem simplicis, quærenda esset. I nunc, & quæcunque tradunt grammatici, (de etymis præsertim) tanquam ex tripode profecta amplectere.

Εὔχομαι εἶναι, Glorior esse, Iacto me esse. Iliad ψ, – ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος. & sic sæpe. Cum accusatiuo etiam: vt Odyss. ξ, Ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχεται εὐρειάων. Sic Lat. Iactare genus à Ioue. Interdum sine adiectione: vt εὔχεαι αὔτως apud Homerum non semel, Temerè gloriaris, Vel, Temerè te iactas. Sic εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω. ‖Sed εὔχομαι cum illo infinit. non semper exponēdum Glorior, vel Iacto. nā Od. ι, Ἀλλ' ἐλέαιρε ἄναξ· ἱκέτης δέ τοι εὔχομαι εἶναι, est potius (cū Cic.) Profiteor me tibi supplicem esse. Eustathius autem Od. α, Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι Υἱὸς, vult esse λέγομαι, dicor. Itidémque hic Iliad. ζ, ξεῖνος πατρώϊος εὐχόμεθ' εἶναι. Affertur autē εὔχεσθαι & pro εἰπεῖν (id est dicere) ex hoc Pindari loco in Olymp. τὸ δ' οὔτ' ἂν ἀκοῦσαι, οὔτ' ἰδεῖν εὔχεται. Cæterùm vt ab εὔχομαι significante Precor, fit εὐχὴ, sic ab hoc dico fieri εὖχος quod gloriationem significet, seu potius gloriandi materiā, item gloriā. Scio tamen non defuturos qui nomina hæc verbis priora esse malint.

Εὖγμα, ατος, τὸ, Votū, Precatio. Item Gloriatio. καύχημα, Hesych.

Εὐκτὸς Optabilis, Optandus. Xenophon, ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι, μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου. Apud Plutarchum autem (in loco quem protuli in voce Εὐρετὸς) videntur εὐκτὰ dici quæ fas est à diis precari. ET Εὐκτῶς, Optabiliter. ITEM C. Πολύευκτος, Multum optatus, Multis

votis expetitus. Est & nomen filii Themistoclis ex Archippa, vt ex Plut. in Themist. annot. v. l.

Εὐκταῖος, idem quod εὐκτός. vt εὐκταῖοι λιμένες, in Epigr. Itē superl. ὅσῳ εὐκταιότατον ἦν ἐκείνῳ, Luc. Maximè optabile vel optandum. Et εὐκταιοτάτη νίκη, Phal. epist. ET Εὐκταίως, Optabiliter. B. ex Areop.

Εὐκτικός, q. d. Optatiuus. vnde εὐκτικὴ ἔγκλισις, apud gramm. Optatiuus modus. Et εὐκτικὸν ῥῆμα, verbum optatiuum, id est Per quod optamus, seu Quod est optatiui modi. Item εὐκτικὸς λόγος, Oratio optantis, q. d. Oratio optatiua. At εὐκτικοὶ hymni, vide in Ἀπευκτικοί, post Ἀπεύχομαι.

Εὐκτήριος, q. d. Precatorius, Ad precationem seu preces pertinens, aut accommodatus. vt εὐκτήριος οἶκος, & εὐκτήριος ναός, Bud. ex Theod. Eccles. hist. p. 10. Item εὐκτήριον neutro gen. quod inter loca sacra & veneranda enumeratur in Pand. vt idem B. scribit. In v. l. εὐκτήριον, Sacrarium ex Cic. Lararium ex Lampr.

Εὐχή, ῆς, ἡ, Precatio, Votum. Dicitur & εὐχαὶ in plur. vt Lat. Preces. Hesiod. Theog. ὦ περ θεῶν γε καὶ ἱλαόμενος ἐξ εὐχάς. Et εὐχὴν ποιεῖσθαι vel εὐχὰς pro εὔχεσθαι, precari. Apud Thuc. εὐχὰς ποιεῖσθαι τὰς νομιζομένας, redditur, Vota legitima nuncupare. Item ex Plut. in Camillo affertur εὐχὰς ἐποιήσατο, μεγάλας θέας ἄξειν, pro Vouit se magna spectacula editurum. Item εὐχὴν ποιεῖσθαι τῶν χιμάρων, ex Aristoph. pro Capras vouere. Et εὐχὰς ἀποδιδόναι, ex Xenophonte, Vota persoluere, seu implere. At εὐχῆς τυχεῖν, ex Plat. De leg. Potiri voto. Quod & εὐχῆς τυγχάνειν. Dicunt autē de rebus magnis eas esse εὐχῆς ἀξίας, item εὐχῆς ὁμοίας, quibus loquendi generibus vtitur Isocrat. Sed & aliquid μεῖζον εὐχῆς esse dixit Lucianus. Sæpe etiam cum præpos. vtuntur nomine εὐχή. dicunt enim δι' εὐχῆς ἐστί μοι τοῦτο, Precor hoc, vel Opto hoc, Optatum habeo: Vel, Hoc mihi est in votis: apud Herodianum & Hermog. Item δι' εὐχῆς ἄγω τοῦτο, in eadem significatione apud Synes. Cum μετὰ autem, vt μετ' εὐχῆς, optando, Plat. De leg. At κατ' εὐχήν, vel πρὸς εὐχήν, Ad votū, Pro voto, Ex animi sententia. ‖ Item εὐχὴν ποιεῖσθαι, pro Deuouere se, Bud. ex Athenæo.

AT Εὖχος (ab ea verbi εὔχομαι signific. qua pro Glorior ponitur) Gloriatio, vel potius Gloria, Honor, apud Hom. sæpe vbi dicit εὖχος δοῦναί τινι, & εὖχος ἀρέσθαι. Potest etiam reddi fortasse Gloriandi materia.

C. ἈΠεύχομαι, Deprecor, Precor seu opto non euenire. Item Abominor, Execror. Demosth. πρὸς Ἀριστοκρ. pag. 104, in princ. ἄλλαι δέ τινες παρ' ἐκείνοις εἰσὶ τιμαί, ἃς ἀπεύξαιτ' ἂν ἅπας ὁ δῆμος ὑπὲρ τοῦ φθείσθαι. Idem Phil. 4. p. 56, particulam μὴ addit, vacantem in huiusmodi locis, more Attico, τὴν δὲ τῶν δούλων [ἀνάγκην] ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ. Iul. imper. εἰς οὐ ταύτην εὐξάμην, μᾶλλον δὲ ἀπευξάμην ἀποκτεῖναι Κωνστάντιον. Interdum etiam cum accus. vt Synes. Θεμιστοκλῆς ἀπηύξατο πάσαις ἀρχαῖς εἰ ... ἔσται ... ἔμελλεν ἕξειν εἰ γνώσειεν. Et cum accusat. simul & datiuo, apud eundem, ἃ ἐγὼ ἀπεύχομαι τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς, Quod inimicis meis deprecor, Quod deprecor ne inimicis meis eueniat.

Ἀπευκτός, Abominandus, Execrandus. Item Vitandus, Auersandus, Budæus interpr. in hoc Phalar. epist. loco, ὥσπερ ἀπευκτὸν τὸ θανάτου ὄνομα πᾶσιν ἀνθρώποις, εὐξάμην ἂν &c. Itē ἀπευκτόν, quod deprecamur. Et ἀπευκτὴ ἡμέρα, Luc. quæ & ἀποφράς dicitur. Item pro ἀπευκταῖος, eidem Luc. p. 107. Bud. ET Ἀπευκτῶς, Abominandè. ITEM Ἀπευκταῖος, idem quod ἀπευκτός, ex Basilio 164.

AT Ἀπευκτικοὶ hymni, Quibus aliquid deprecamur: vt εὐκτικοί, Quibus aliquid precamur. Exponūt tamen v. l. ἀπευκτικοί, Qui precationem reiiciebant.

C. ἘΠεύχομαι, pro simplici εὔχομαι, Precor, Vota facio, aliquoties apud Homerum, quum addit dat. θεοῖς. Sic & apud Plutarchum. Et interdum etiam cum infinit. vt in Camillo, ἐπηύξατο τοῖς θεοῖς ἐλθεῖν Ῥωμαίοις μεταμέλειαν, deos precatus est vt Romanos pœniteret. Et cum accus. rei ac datiuo pers. in Galba, τὴν ἀποχὴν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι. At verò apud Eurip. ἐπηύξατο otiosā non habet præpos. vbi dicit πᾶς δ' ἐπηύξατο στρατός, pro Verba precantis Neoptolemi votis prosequutus est, vt interpr. Bud. p. 662. Existimo autem posse etiam verti,

A Neoptolemi vota suis subsequutus est. Apud Xenoph. certè inuenio ἐπεύχεσθαι & de eo qui alicuius verbis preces subiungit. ‖ Apud Hom. ἐπεύχομαι pro Glorior etiam, vel Iacto me, vt simplex εὔχομαι. Ex Eurip. quoque affertur ἐπεύχομαι μέγα θράσος, pro Iacto me valde audacem.

Ἐπευχή, Precatio, Preces. Votum ex Plat. De leg.

C. ΚΑΤεύχομαι, Imprecor, Diras precor, Deuoueo. Soph. κατεύχομαι τῆς δεδρακότος. Et ὅταν κατεύχῃ ταῦτα, quum hæc
B imprecaris. Sic Plut. κατευχόμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ κατ' αὐτοῦ. Item κατεύχομαι, pro Diras mihi imprecor, Deuoueo. Bud. ex Plutarch. εἶτα ὁ ἀδελφὸς τοῦ κατευξάμενος, Suprà dixerat (inquit) ηὔξατο κατ' αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι τὴν χεῖρα ἄκαρπον γενέσθαι. ‖ Sed ab eodem scriptore κατεύχομαι poni scribit pro Magnopere precor, in περὶ ... p. 94. (Alicubi tamen simpliciter etiam pro Precor poni existimatur) Item cum infinit. pro Votum facio, ab Athenæo, p. 141. Et pro Opto à Plutarch. rursum κατηύξατο τὸ κράτιστον αὐτῆς ... τῷ θεῷ δοθῆναι. Sic & apud Eurip. κατεύχομαί σοι τἀγαθὸν exponitur Opto. & apud Synes. κατευξάμενος γενέσθαι.

C Κατευχή, Precatio, Obsecratio, Votum. Plut. in Dione 313, μετὰ τὰς σπονδὰς καὶ τὰς νομιζομένας κατευχάς.

c. 2. Προσκατεύχομαι, Insuper imprecor, Insuper execratione vtor. oppositum τῷ ἐπεύχομαι. Theophr. in 9, de legendis herbis loquens, ... ἐπιθύειν ... καὶ προσκατευχόμενοι ... B.

C. ΠΡΟΣεύχομαι, Precor, Preces fundo, Vota facio. Plat. προσευξάμενος τῷ θεῷ. Aristoph. autem in Pluto cum accus. προσεύξῃ τὸν θεόν. Lucian. cum vtroque casu vsus
D est. Προσεύχομαι, Vota nuncupo, vt scribit Budæus, afferens ex Xenoph. προσευξάμενος Διὶ πατρῴῳ, ὁρμᾷν ἐπὶ τὴν στρατιάν. Et apud eundem, προσεύχεσθαι νικῶν πολλάκις, interpr. Vota facere si vinceret. HINC Προσευκτήριος, ου, ὁ, q. d. Precatorium, Locus in quo precamur. vt apud Philon. quidam interpr. ET Προσευχή, Precatio. Itē plur. προσευχαί, Preces, vtrunque in Testamenti Noui scriptis frequens. Apud Iuuenalem autem Proseucha exponitur locus in quo mendici stipem petunt.

C. ΣΥΝεύχομαι, Vnà cum alio precor, Simul vota facio. Item συνεύχομαι, Bene precor alicui, Exitum felicem opto, Bud. ex Plut. 242. Idem ex Gregorio affert, ... τοῖς ἐμοῖς ἐγὼ βοηθοίμην σοι ... τῷ πολεμοῦντι συνευχόμενος, χεῖρας δίδους διὰ τῆς πίστεως. vbi interp. Votis tamen mihi fauens, Precationibus me adiuuans. Addit legi inter sententias Aristot. μὴ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν τοῖς φίλοις συνεύχεσθαι. pro Optare amicis. Sic autem dici vt συνήδομαι, συνάχθομαι, συνεργάζομαι.

C. ΥΠΕΡεύχομαι, cum gen. pers. vt ὑπερεύχομαί σου, Precor pro te, seu Preces fundo pro te. B. ex Areop.

ΕΥΧΕΤΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, Precor, Preces fundo supplex, Supplico. Odyss. 8, Τοὶ δ' αἴ τοι καὶ κεῖθι θεοῖς εὐχετόωνται. ‖ Sæpe verò & pro Glorior, Iacto me: vt εὔχομαι etiam accipi dictum est. Il. υ, — ἀτὰρ μὴν ἐγὼ μέγα φημὶ αὐτὸς εὐχετάασθαι. vt alibi dicit εὐχαὶ αὐτὸς. Item cum infinit. Odyss. ξ, — τινὲς ἔμμεναι εὐχετόωντο, quos se esse iactabant, aut prædicabant, seu profitebantur. Ex Apoll. autem Arg. 1 affertur iunctum cum ἐκ habente suum genitiuum: τοῦ καὶ ἐφ' αἵματος εὐχετόωντο. vbi tamen subaudiri
G fortasse potest infinit. At verò apud Hom. Odyss. χ, Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, Fas non est mortuis viris insultare. Pro quibus vulgata interpr. hæc ineptissima habet, Non pietas interfectis in viris orare. Cæterùm εὐχῶ, ᾶς, & ab eo nomen εὐχητὸς fingit Eust. ad formationem huius verbi. Hesych. verò habet ET Εὐχητάζω, quod exponit εὔχεσθαι.

ΕΥΧΩΛΗ, poet. idem quod εὐχή. Precatio, Preces, Votum. Hom. Il. α, Οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐδ' ἑκατόμβης. Idem Od. λ, εὐχωλῇσι & λιτῇσι copulat, adiungens
H ἱκεσσομένοιο. (Itē εὐχωλὴ pro deuotione. B. ex Ath. 85.) Alibi verò pro εὖχος ponit. i. pro gloriatione, itē pro gloria. HINC Εὐχωλιμαῖοι, i. (B. interpr.) Qui vota faciunt, Qui votis faciendis constituti sunt, Herodot. 17. i. (vt ipse inquit) εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες. Item Εὐχωλιμαῖοι, Deuoti, id est

Digitized by Google

id est Soldurii, Cæsari. Athen. 85. At ἀχολιμαῖα, Oprabilia, ἀκταῖα, idem Bud. ex Poll. 105.

ἜΧΘΟΣ, ϵος, τὸ, Odium, Inimicitiæ, Simultas. Thucyd. 1, τῷ ἐκείνου ἔχθει, παρ' Ἀθηναίοις μεταπράξασθαι, odio illius, id est in illum. Sic ἔχθος τῶν Ἀθηναίων, eidem, Odium in Athenienses. Pausan. ἐξ τὸ Ὀλυμπιάδος ἔχθος. Est autem alioqui vsitatius ἔχθρα in soluta oratione. Hom. plur. etiam dixit Iliad. γ, ἔχθεα λυγρά.

Ἔχθιον ET Ἔχθιστος, vide post Ἐχθρός.

C. Ἐχθοδοπὸς, οῦ, ὁ, Odiosus, Inuisus. Sophocles Aiace. ἐχθοδοπ' Ἀτρείδαις, inuise Atridis. Et ἐχθοδοποὺς πόλεμους, Aristoph. Fieri putat Eust. ex ἔχθος (vel ἔχθω) & ὄπτω, aut ὄψ ὀπός: vt sit ἐχθοπὸς, & per pleonasmũ literæ δ, ἐχθοδοπὸς, quasi Quem aspicere aut alloqui nobis est odiosum. Est autem poetica vox, atque adeo tragica: vt non dubitem quin Aristophanes ilocaliter ea vtatur, sicut & aliis nonnullis. Sed & quæ in vulgaris lex. ex Platone De legibus afferuntur, ἐχθοδοπεῖ ὁδὸς, si pro Platonicis verbis citatur, suspecta sunt. Cæterùm Hesychius ἐχθοδοπὸς exponit ὁ ἔχθρας ποιῶν, id est Qui inimicitias concitat. HINC Ἐχθοδοπέω, ῶ, Inuisus sum, Sum odio. Iliad. α, – ὅτ' ἄν μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσῃς Ἥρῃ, quum impelles me in odium & offensionem Iunonis. Sunt tamen qui ἐχθοδοπῶ vertant etiam, Inimicitias suscipio, Simultatem exerceo.

Ἔχθω, Odio prosequor, Odi. Sophocl. ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα. Et pass. Ἔχθομαι, Sum odio. Odyss. ξ, – ἤχθετο πᾶσι θεοῖσι. quod in vulg. lex. malè ponitur in Ἄχθομαι, tanquam eius themate. (Sed pro hoc vsitatius est, in carmine etiam, compos. ἀπέχθομαι, de quo paulo post.) ET Ἔχθημα (tanquam ab ἐχθέω, ῶ,) Odium.

C. Ἀπεχθὴς, έος, ὁ & ἡ, Inuisus, Odiosus. Isocrates, τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ. HINC Ἀπεχθῶς, Inuise, Odiose. vnde ἀπεχθῶς ἔχειν vel διακεῖσθαι πρός τινα, Qui odit, Exosus, Perosus. ET Ἀπέχθεια. Demosth. Pro corona τὴν μὲν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς Θηβαίους. Sic Isocrates De pace, μὴ καταστῶ, δείσας τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν, Veritus ne in vestrum odium incurram. Iisdẽ cum πρός. Apud Platonem in Apol. πολλή μοι ἀπέχθεια γέγονε καὶ πρὸς πολλούς. vbi redditur, Multum in me & multorum odium concitatum est. ET Φιλαπεχθὴς quod vide post Φιλαπεχθήμων. ITEM VERB. Ἀπέχθομαι, VEL Ἀπεχθάνομαι, Inuisus sum, Sum odio. Iliad. ζ, – ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι. Sic Lysias, φανερῶς ἀπήχθοντο τοῖς θεοῖς. Plato De republica libro 1, ἀπηχθάνοντο τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις. Et ἀπήχθοντο apud Thucydidem pag. 68. Et alibi particip. ἀπηχθημένοι τοῖς πολλοῖς, Qui in multorum odia & offensiones incurrerunt. Itẽ ἀπεχθαίρομαι, pro eodem. vt Isocrates 13, ἀπεχθάνεται τοῖς Ἕλλησι. Et ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι, Plat. De republica 2, pro Flagrare mutuo odio. ‖ At verò ἀπηχθάνοντο πρὸς τὴν ἡγεμονίαν, Plutar. in Galba, pro Infensi erant imperio. quum tamen ex Euripide afferatur ἀπεχθάνεσθαι cum eadem constructione in altera significatione. HINC Ἀπεχθητικὸς, Qui in hominũ odia incurrere solet. Exponitur tamen simpliciter Inuisus in v. l. ET C. Φιλαπεχθήμων, ονος, ὁ & ἡ, idem quod ἐθελέχθρος & φιλέχθρος, (de quibus infrà) Qui lubẽter inimicitias suscipit, aut susceptas exercet. A Budæo redditur, Qui se simultatibus & odiis oblectat. Itẽ, Qui libens odia & simultates exercet. Item, Malignus, apud Lucianum. Lysias 160, ἀλλ' ὅτι πολυπράγμων εἰμὶ καὶ θρασὺς καὶ φιλαπεχθήμων; ἀλλ' οὐ τοιαύταις ἀφορμαῖς τοῦ βίου τυγχάνω χρώμενος. Item φιλαπεχθήμονες λόγοι, Isocr. 136, Inuidiosi, Ingrati, Bud. HINC Φιλαπεχθημόνως, Eorum more qui sunt φιλαπεχθήμονες, (id est Qui lubenter inimicitias &c.) Lucianus, Θεοπόμπου φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων. id est (inquit Budæus) inuectiuarum & odiorum causas affectanti. ET Φιλαπεχθημοσύνη, Demosth. ... τῆς τοιαύτης φιλαπεχθημοσύνης καὶ πονηρίας καὶ αναιδείας καὶ ὕβρεως. id est (eodem Budæo interprete) Improbitatis in omnium odia consultò incurrentis. ITEM Φιλαπεχθὴς pro φιλαπεχθήμων, vt idem scribit, afferens ex Polybio lib. 5, ...οις δὲ τοιαύτης κατηγορίας πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ ... φιλαπεχθῶς ἦσαν. Existimo tamen φιλαπεχθὴς pertinere potius ad ea quæ deriuata sunt à nomine, at φιλαπεχθήμων, ad ea quæ à verbo.

C. Εἰδεχθὴς, q. d. Odiosam seu inuisam faciem habens, Aspectu deformis, vide in Εἶδος.

¶ Ἐχθαίρω, Odio prosequor, Odi. ἐχθαίρειν & φιλεῖν contr. apud Homerum & Hesiodum. Aliquis autem est huius verbi vsus & in prosa: vt apud Plutarchum in Romulo, ἐχθαίρουσα τὴν κακίαν. Et pass. Ἐχθαίρομαι, Odio sum. Sophocl. Aiace, ἐχθαίρεται θεοῖς. COMP. Ἀπεχθαίρω, quod interdum simplicis ἐχθαίρω significationem habet, pro Odio prosequor (vt Iliad. γ, Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα: & apud Themist. οὐ γὰρ οἶμαι θέμις ἄνδρας σοφοὺς τὰ ἔχγονα ἀπεχθαίρειν τὰ ἑαυτῶν) Interdum verò capitur pro Inuisum reddo: vt Odyss. δ, – ἐστί μοι ὕπνον ἀπεχθαίρει καὶ ἐδωδήν. vbi tamen Eustathius habet ἐχθαίρει, sed non stante versu. nisi fortè legit ὕπνον τ' ἐχθαίρει. sed potius erratum librarii esse crediderim.

¶ Ἔχθρα idẽ quod ἔχθος, sed illud vsitatius in prosa quàm hoc. Dicitur autem ἔχθρα εἴς vel πρός τινα. Thucyd. 1, τὴν μὲν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους ἐποιήσαντο. Demosth. in Midian, φύσει τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας αὐτοῖς ὑπαρχούσης πατρικῆς. Ex eodem, ἔχθραι ἔχουσί μοι παμμεγέθη. Plato in Epist. εἰς ἔχθραν ἡμᾶς ἐλθεῖν, nos subire inimicitias. Euripides autem dixit ἔχθραν συμβάλλειν τινί. Latini dicunt etiam Contrahere inimicitias. Sed & ἔχθραν αἴρεσθαι frequens est: quo vtitur Demosthenes quoque in Midiã. At his aliisque huiusmodi opponitur ἔχθραν διαλύεσθαι apud Isocratem, & ἔχθραν καταλύσασθαι apud Plutarchum. quod Latini ad verbum dicunt, Inimicitias deponere. Dicitur autem & ἔχθραι plurali numero à Xenophonte & Isocrate pro Odia. HINC Ἐθελέχθρος ET Φιλέχθρος, ου, ὁ & ἡ, Inimicitiarum amans, Qui lubenter inimicitias exercet, aut suscipit. Vsus est autem Cratinus nomine ἐθελέχθρος, teste Polluce. VNDE Ἐθελέχθρως ἔχειν, ET Φιλέχθρως ἔχειν πρός τινα, Lubẽter cum aliquo inimicitias exercere, vel Occasionẽ inimicitiarũ quærere. Dem. μὴ ἔχε οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἐθελέχθρως. Laert. in Plat. εἶχε δὲ καὶ φιλέχθρως ὁ Πλάτων πρὸς Ἀρίστιππον. ET Ἐχθραίνω, Odio prosequor, Odio habeo. Soph. Aiace, ἐς τοσόνδ' ἐχθραντέος ὡς καὶ φιλήσων αὖθις. Sic exponitur & in hoc Plutarchi loco in Numa, ἐχθραίνει βίας καὶ πόλεμον. Signific. tamen sæpe ἐχθραίνω (sicut Ἀπεχθαίρω Homero) Inuisum reddo, μισητὸν ποιῶ, Eustath. AT Ἐχθρεύω, ET Διεχθρεύω, cum dandi casu, Inimicus sum, Inimicitias gero, Simultatem exerceo, ex Maccabæorũ 1, cap. 10, ἐχθρεῦσαι τοῖς ἐχθροῖς. Athenæus, διήχθρευε γὰρ τῷ Σύρῳ ὁ Μυρτίλος. ITEM Ἐχθροδῶς, Infense, Infestè, Infenso animo, vel infesto. (ἀπεχθῶς & κακῶς exponit Suidas.) Sed malit aliquis fortasse ab ἐχθρὸς quàm ab ἔχθρα deducere.

Ἐχθρὸς, οῦ, ὁ, Inuisus, Quẽ odimus. vt ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, Il. ι, & Odyss. ξ. Et de re quoque dictum, vt ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα, Iliad. ι. Item Odyss. μ, – ἐχθρὸν δέ μοί ἐστιν Αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν, Odiosum mihi est, Res est mihi odiosa seu molesta. Aristophanes, ἐχθρὸς θεοῖς. Solebant autẽ hoc de improbo homine dicere. Sic Demosthenes Pro coron. παμπόνηρος ἄνθρωπος καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὄντως. Sed interdum dicebant ὁ καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ ἀνθρώποις, vt Xenoph. Pæd. 5. ‖ Item ἐχθρὸς, Qui odit, Infensus, Infestus. Demosthenes Philipp. 4, κακόνους μὲν καὶ ἐχθρός ἐστιν ὅλῃ τῇ πόλει. Denique ἐχθρὸς generaliter vt Lat. Inimicus: oppositũ habens φίλος. Pæd. 1, καὶ φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς ἀλέξασθαι. COMPAR. Ἐχθίων, Magis inuisus, vel Magis infensus. Inimicior. Pæd. 4, οἵ τι νῦν ἐχθίονές εἰσιν ἢ ἐμοί. ET Ἐχθιόνως aduerb. vt apud eundem in Symp. ἐχθιόνως ἔχουσιν, magis infensi sunt. SVPERL. Ἔχθιστος, Inuisissimus, vel Infensissimus, Inimicissimus. Iliadis ε, Ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν. Plato Symposio, ἔστι δὲ ἔχθιστα τὰ ἐναντιώτατα, ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ. Sed & pro ἐχθρὸς apud Homerum. Existimo autem ἐχθίων & ἔχθιστος pro ἐχθρότερος & ἐχθρότατος dici: ideóque illa sub ἔχθος non posui.

C. Ἐχθροδαίμων, Inuisus diis. Item Infelix, vt Bud. interpr. in hoc Soph. loco, vbi Œdipus de seipso dicit, Τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ; Existimo autem hanc signif. esse ex consequente. A

C. Ἐχθρόξενος, Osor hospitum, Eurip.

C. Ἐχθροποιέω, ῶ, Inimicum reddo, Inimicitias concito.

ἜΧΩ, (fut. ἕξω cum aspero: item σχήσω. & præt. ἔσχηκα, aor. 2 ἔσχον, A Σχέω, ῶ, inusitato. Ab ἕξω autem Σχῆμα. Sed & Σχέσις & alia per ε, tanquā ab ἔχομαι, ἐσχέθην, pro ἐσχημαι, ἐσχήθην.) Habeo, Possideo, Teneo, id est Obtineo. Il. α, — ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας. Et Il. ι, — ἔχει δ' ἄλοχον θυμηρέα. Et Il. β, — ἀλλὰ σὺ σῇσιν ἔχε φρεσὶ, quod Virgil. Tu condita mente teneto. Xen. Pæd. 3, ἀλλὰ σὺ ὅ γ' ἐμοὶ, ἔχουσα πάντα τὰ χρήματα ἄπιθι οἴκαδε, ἄπιθι. Et 7, καὶ ἀποδίδωμι ἤδη γυναῖκά τε ἔχειν ἣν εἶχες καὶ τοὺς θυγατέρας. Dicitur etiam, Hanc vel illam ἔχω γυναῖκα, habeo vxorem. id est, Hæc vel illa est mea vxor. Pro quo dicunt interdum Latini Habere in matrimonio. Thuc. 2, οὗ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σιτάλκης. Sed & qui cum meretrice consuescebat, dicebatur illam ἔχειν: vnde ille Aristippi iocus de Laide, ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Item ἔχειν πόλιν τινά, vel χώραν, apud Thuc. Tenere seu Obtinere. B

Sed & pro Tenere aliquid manu dicitur ἔχειν, & manus ipsa ἔχειν. Luc. in Herc. ἡ μὲν τῇ δεξιᾷ μὲν ἔχει τὸ ῥόπαλον, τῇ δὲ λαιᾷ δὲ τὸ τόξον ἐντεταμένον. C

‖ Ἔχω cum suo accus. interdum verbo redditur, interdum aliud interpr. genus accipit. vt τιμὴν ἔχω παρὰ πᾶσι, Plut. in Sol. Honoror ab omnibus. Vel, In honore sum apud omnes. Sic ἔχω δόξαν, ibidem. (Homericè autem dicitur & κλέος ἔχει με, id est δόξα ἔχει με, vt infrà docebo.) Sic αἰτίαν ἔχω, Accusor. de quo loquendi genere, simulque de δι' αἰτίας ἔχειν, vide in Αἰτία. Et ἔχειν φθόνον παρὰ τοῖς δυνατοῖς, Plut. Temist. Inuideri à potentibus, Inuidia laborare apud potentes. Itidémque verbum ἔχω cum aliis multis substantiuis, admittens hoc interpretationis genus, vide in eorum vnoquoque, prout nimirum inter legendum tibi occurrent. Poterat certè & ἔχειν cum accusatiuo πράγματα, passiuo reddi verbo, Implicari negotiis, vel Molestiis affici. (vt ὀνείδη ἔχειν apud Platonem Opprobriis affici) Cicero tamē maluit ad verbum, Habere: quemadmodum παρέχειν cum eodem accusatiuo Exhibere: vt dicetur in nomine πρᾶγμα. Sunt verò & qui ἔχειν vertant Pati, vel Accipere, nonnullis substantiuis iunctum: vt in ἔχειν κακὰ apud Demosthenem: & ἔχειν πληγὰς apud Aristophanem (cuiusmodi est & ὀνείδη ἔχειν apud Platonem) vbi tamen reddi itidem possit illo verbo Affici. Sic & in ἔχειν μεταβολὰς apud Thucydidem sunt qui ἔχειν vertant Pati. D E

‖ Ἔχω cum accus. interdum contrà verbo actiuo reddendum est. vt ἔχω ἐπιμέλειαν, Curo, Curam adhibeo. X. Pæd. 1, ἔχεις δὲ ἐπιμέλειαν τοῦ σχεῖν &c. Sic & cum accus. ἡσυχίαν. nā ἡσυχίαν ἔχειν aliud nō est q̄ ἡσυχάζειν. (quod tamen neutrum potius est q̄ actiuum) Itidem cum accus. συγγνώμην: est. n. συγγνώμην ἔχω vbique Ignosco, συγγνώσκω. quod genus loquendi apud omne autorū genus hoc in vsu est: sed veteres scriptores verbo ἔχειν cum plerisque aliis accus. ita vsos fuisse obseruaui: ex quibus sunt, μομφὴν ἔχειν, καταμεμψιν ἔχειν, ἀγανάκτησιν ἔχειν. Hoc autem qui non animaduerterunt, κατάμεμψιν ἔχω apud Thuc. interpr. Reprehendor, quum sit contrà Reprehendo: & ἔχω σοι ἀγανάκτησιν, Tu mihi indignaris: quum contrà sonet, Indignor tibi. Sed cum nonnullis accusat. potest etiam verti ἔχω, Habeo. vt συγγνώμην ἔχω, vel Ignosco, vel ad verbum Veniam habeo: quo Fab. vtitur. Sic χάριν ἔχω rectè ad verbum redditur Gratiā habeo. Huc pertinet & τιμὴν ἔχω pro Honorem habeo. i. exhibeo seu defero. Paus. in Atticis, οἱ δὲ Ἕλληνες τιμὰς ἔχουσι. (quam tamen signific. raram esse arbitror.) Nec veritus est Cicero εὔνοιαν ἔχειν ad verbum itidem interpretari, Beneuolentiam habere: (vt vides pag. 140 mei Cicer. lexici) quum tamen alioqui Beneuolentia prosequor, sicut & Amore prosequor, Latinæ linguæ magis conueniant. Alicubi verò ἔχω non simplici verbo Habeo, sed composito Adhibeo, reddendum fuerit. vt θυμὸν ἔχειν ἐπὶ ἔργῳ, Hesiodus, Animum operi adhibentes. Sic autem & alibi videndum est quod aliud ex Habeo compositum interpretationi aptum esse possit. F G H A

‖ Ἔχω cum accus. interdū etiā verbo neutro redditur aut deponente, & quidē ex ipso verbo à quo deductum nomen illi adiungitur: sicut ἔχω δέος ex Plutar. q. d. Metū habeo, seu timorem, (vt Galli, j'ay peur) pro Metuo, Timeo. ἔχω δρόμον ex Euripide pro Curro. Sic θαῦμα ἔχω ex Sophocle (quum potius dicatur ἔχει με θαῦμα) pro θαυμάζω, Miror. Sed & in hoc Thucydidis loco, τὸ λυπηρὸν ἔχει τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ, possumus αἴσθησιν ἔχει in verbum αἰσθάνεται resoluere, mutando dat. ἑκάστῳ in nomin. & τὸ λυπηρὸν in τοῦ λυπηροῦ hoc modo τοῦ λυπηροῦ αἰσθάνεται ἕκαστος. (scio tamen posse etiam verti, eodem manente sensu, ἔχει, affert, vel præbet, παρέχει: vt sit dolor affert sui sensum. ac certè ἔχειν redditur itidem afferre in hoc Demosth. loco, ἔχειν μεγάλους κινδύνους ἰδίᾳ.) Sic resoluendū videtur apud Plutar. ἔχει πολλὴν ἀγανάκτησιν ἡ βούλησις, in ἀγανακτοῦσιν αὐτῷ πολλοὶ καὶ βούλονται: itidémque ἔχω τούτους πειθομένους apud Xen. Pæd. 7, resolui posse in οὗτοι πείθονταί μοι. qui tamen locus multo aptius quàm ille alter Latinè reddi possit ad verbum, Hos mihi obsequentes habeo. Estque, ni fallor, & verbi Vtor talis quidam apud Latinos in similibus locis vsus. B C

‖ Ἔχω cum nonnullis accus. diuersam à superioribus interpretationis formam postulat, videlicet per verbum substantiuum. interdum verò & verbo substātiuo, & ipso verbo Habeo reddi potest: vt quum dicitur τοιαύτην ἔχω τὴν ἡλικίαν, vertere possumus, Hac sum ætate, vel Hanc ætatem habeo. Xen. Pæd. 1, ὁ δὲ ἔχων τὴν ἡλικίαν ἣν σὺ νῦν ἔχεις ἤδη.

INVERTITVR autem sæpe illa constructio cuius varia modò excēpla protuli: poniturque pronomen in accus. nomē autem in recto casu, idq; nō solùm apud poetas, sed interdū & in soluta oratione. vt δύη ἔχει με, Hom. Od. ξ, Miseria me habet. (pro quo alii, Premit) Ibidem χαλεπὸν δέ ἑ ἔχει θυμοῦ φθίμας. Sic apud eundē dicitur ὕπνος ἔχει aliquem: (quo & Virgil. modo dixit, -animalia somnus habebat) item θάμβος. In prosa autem legimus ἔχει με φιλοψυχία apud Plat. in Apol. & ἔχει με ὀργὴ apud Plut. Animaduertendum est autē quædam reciprocari etiā: vt quū pro κλέος ἔχω, dico κλέος ἔχει με, quo Hom. vtitur: & vicissim pro ἔχει με θαῦμα (quale est & ἔχει με θάμβος) dico ἔχω θαῦμα. D E

‖ Est alius præterea vsus pronominis cū hoc verbo: vt ἔχω ἐμαυτὸν ἀκολουθοῦντα, Plat. Sic ἐκποδὼν ἑαυτὸν ἔχειν ἀφανῆ, apud eundem, pro Seipsum è cōspectu eripuit.

Ἔχω cum aduerbiis frequenter ponitur: & interdū verbo substantiuo reddendū est, nisi quis verbum Habere retinens, inuertat orationem. vt ἔχω εὐνοϊκῶς πρός σε, Xenoph. ad verbum, Habeo [me] beneuole erga te: id est Sum tibi beneuolus, vel Habes me tibi beneuolum. Tale est, ἔχω φιλικῶς πρός σε, & ἔχω οἰκείως, & πράως ἔχω (vel per dat. ἔχω σοι φιλικῶς & οἰκείως: vt Xen. φιλικώτερόν τε καὶ οἰκειότερον ἀλλήλοις ἔξειν) quibus opponūtur, ἔχω ἐχθρῶς πρός σε, ἔχω πικρῶς aut βαρέως πρός σε: vel βαρέως aut χαλεπῶς ἔχω σοι. Interdum vero ἔχω vertitur affectus sum: vt ἔχει οὕτως πρὸς Εὐαγόραν, Isocrates, Sic in Euagoram fuit affectus. Nec solùm cum accus. personæ sed & cum accus. rei iungitur, præcedēte aduerb. vt ἔχειν ἀκρατῶς πρὸς τὰς ἡδονάς, Plato De leg. Sic ἀκολάστως ἔχει πρὸς τὰ δίαιτα, Xenoph. pro Intemperanter se gerere: vel (vtendo hic quoque verbo substant.) Intemperantem esse. Sed & prout diuersa occurrūt loquēdi genera, ita & nouum interpretationis genus quærendum est: vt ἔχω πρὸς τὴν πορείαν ἀσυντονώτατα, Tardissimè seu lentissimè incedo, Vel, Valde remissè me gero in conficiendo itinere. Sed sæpe illa resolutio verbi ἔχω in verbum substant. aptissima est: vt si ἀθύμως ἔχω πρὸς ἐμὲ vel πρὸς τοῦτον, ita reddatur ac si esset ἄθυμός εἰμι. F G

‖ Interdum verò illud οὕτως (cuius generis loquendi paulo antè protuli exemplum ex Isocr.) adiūctum sibi genitiuum habet: vt οὕτως ἔχω γνώμης, In ea sum sententia, Ita sentio. (affertur verò & sine illo gen. ex Xenophonte pro eadem significatione ἔχω οὕτως πρὸς σέ) Sic οὕτως ἔχω φύσεως, tali sum natura præditus. οὕτως εἶχε τοῦ τρόπου, Herodian. Tale erat eius genus. Itidē H

Digitized by Google

verò cum ὡς & ὅπως, aliisque huiusmodi. Plato Gorgia, οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. quod Cicero interpr. Ignoro enim quàm sit doctus, quàm vir bonus. Plutar. Camillo, ὡς ἕκαστος ἐπιμέλειας ἢ βουλήσεως ἔχοι. Ex Thucydide etiam, ὡς ἔχοι τῆς μνήμης, vt meminisset. Tale est οὕτως ἔχω δόξης, vel ὡς δόξης ἔχω, vt loquitur Halicarn. de Lysia scribens. Sic Plato, πῶς ἔχεις δόξης τοῦ διδάσκειν: quàmnam opinionem habes? Gregorius de martyribus loquens, τοσοῦτον γὰρ οὕτως εἶχον καὶ γνώμης ὡς πάντα ῥᾳδίως οἴσοντες. Dicitur & ὡς εἶχεν ὀργῆς, pro, Qua erat ira percitus, Vt erat iratus. Vide & cum aliorū nominū genit. in vnoquoq; eorū. At verò ὡς τάχους εἶχε apud eundē & cæteros quoque scriptores, pro Quàm celerrimè poterat, aliàque illi similia, ad ἔχω significans Possum, pertinere videri possint. Alius verò est τοῦ ὡς vel ὥσπερ ἔχω vsus sine genitiuo, vt ὥσπερ εἶχε apud Thucydidem: quod schol. exponit αὐτῷ τῷ σχήματι. Quod loquendi genus vide quomodo interpretetur Gellius in duobus Herodoti locis de Arione scribentis. At verò apud Luc. σκάπτε ὡς ἔχεις sunt qui interpr. Fode ita vt facis. Sed viderint. ‖Ἔχω iungitur & aliter aduerbio, nimirum vel sequente accusatiuo, qui regitur à subaudita præpositione κατὰ (aut certè datiuo, qui in accusatiuū cum κατὰ resolui potest) vel nullo casu sequente, vt εὖ ἔχω τὸ σῶμα, vel κακῶς ἔχω τὸ σῶμα, Plat. & Xen. Inuenitur etiam εὖ ἔχω ῥώμης, & εὖ ἔχω σωμάτος. At verò τῇ λέξει καλῶς ἔχει ὁ λόγος, Isocr. in Euag. pro κατὰ τὴν λέξιν. Vtimur autem & hic plerunque verbo substantiuo in interpr. vt εὖ ἔχω τὸ σῶμα, Sū bona corporis valetudine. Vel potius sine illo genitiuo, Sum bona valetudine. Aut breuius etiam, Valeo. Interdum verò casus non additur, vti dixi: sed dicitur simpliciter κακῶς ἔχει, vel πονήρως ἔχει. Sic & μαλακῶς ἔχει, aliàque huiusmodi. ‖ Sed & res quoque dicitur ἔχειν εὖ seu καλῶς, & ἔχειν κακῶς, res quæ bene se habet, vel malè. Itē τὰ εὖ ἔχοντα, Quæ decēt vel expediunt. Sic τὰ καλῶς ἔχοντα. vt apud Lucianum, ἐπιδείξασθαι ἃ καλῶς ἔχει. Apud Lysiam autem p. 87, ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, Bud. interpr. Opportunum illi erat, vel tempestiuum. Itē εὖ ἔχειν dicitur Quod conuenit seu quadrat, addito interdum datiuo. vt Plato De rep. 1, καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει αὐτὸς λόγος. Et τὸ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον apud Platonem Cic. interpretatur, Quod semper vnum & idem est, & sui simile. Inuenitur item ἔχει οὕτως, pro Ita se res habet, Sic res est. Aristoph. & Demostheni. Gall. Voila comment il en va. Budæus autem apud Synesium ἔχει γὰρ οὕτως ὦ λῷστε Πυλαιμένες interpr. etiam Sic statuo. Legitur etiam, ἔχει μοι λυπηρῶς τόδε apud Euripidem, pro ἀνιαρόν μοι ἐστὶ τόδε. Aliquando etiam iungitur infinitiuo: vt ἔχει μοι καλῶς προσδέχεσθαι, (q. d. Pulchrè vel conuenienter se habet mihi) Pulchrum & conueniens mihi est, Decet me expectare. Commodius autem redditur apud Herodotum, ἔχει μοι ἀναγκαίως ποιεῖν ταῦτα, Necesse habeo hæc facere. Dicitur & καλῶς ἔχει τῶν ποιεῖν sine datiuo. vt Xenoph. Pæd. 4, καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτῷ μὴ πάλιν κινδυνεύειν. Demosth. οὐ γὰρ κατεπείγει οὕτως εἶχε καλῶς, non erat honestum. Sic ὁσίως ἔχει, idem Demosthenes cum infinitiuo, Pium est. Iungitur & aliis aduerbiis, vt in vnoquoque eorum dicetur.

Ἔχω cum præpositione alicubi quidem reddi potest per Habeo, vel Teneo (vt ἔχω διὰ χειρός, apud Thucydidem. Sic ἔχω διὰ στόματος, Plutarch. Et ἐν νῷ ἔχω ἀπιέναι, In animo habeo discedere, Plat.) frequentissimè autem reddendum est verbo Lat. habente significationē verbi Græci à quo deductum est nomen, vel quod deducitur à nomine illi adiuncto: vt si ἔχω σε δι' ὀργῆς vertas Irascor tibi, tanquam sit ὀργίζομαι. Sic ἔχω διὰ σπουδῆς, Operam do, σπουδάζω. Et ἔχω δι' ἐλπίδος, Herodian. ἐλπίζω. Item cum ἐν, vt ἐν ὀργῇ ἔχειν, & ἐν ἡδονῇ ἔχειν. Sic ἐν αἰσχύνῃ ἔχειν, Euripides pro αἰσχύνεσθαι. Talia autem vel in præpositione, vel in ipsis nominibus inuenientur. Quibus addendum est etiam ἐν γαστρὶ ἔχειν, pro Grauidam esse, quod itidem in γαστὴρ quærendum fuerit. (Sed & τὴν ἔχουσαν sine adiectione dixit Aristoteles Polit. pro matre.) ‖ At cum præpos. ἀμφὶ & περὶ significat Occupatum esse, Vacare: vt ἀμφὶ ταῦτα εἶχον, Xen. Pæd. 4, In his occupati erant, Hæc agebant (pro quo alibi dicit ἐν τούτοις ἦσαν.) Sed & ἀμφὶ τοὺς ἄλλους φίλους ἔχειν alibi, Cæteris amicis operam dare.

Vsum autem verbi ἔχω cum participii aoristo Galli planè retinuerunt. nam ἔχω ποιήσας, pro ἐποίησα, est ad verbum, I'ay faict: vt in quodam meo libello de conuenientia linguæ Gallicæ cum Græca, sat multis docui. Est autem hic verbi ἔχω vsus apud Græcos carmini cū soluta oratione communis. Hesiodus initio Erg. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι, pro ἔκρυψαν. Sophocles Aiace, προχαράξας ἔχει πρᾶγμα, pro ἐπράχθη. Sic Thucyd. ἔχω δείσας. & Demosthenes, ἔχω καταστήσας: item συλλαβοῦσα ἔχει apud eundem. Arrianus verò dixit itidem ἀγασθὼν ἔχειν, pro ἀγᾶν lib. 4, de cæde Cliti loquēs, ἱκανὸν γὰρ εἶναι τὸ πλῆμμα ἐν τῷ ὅτι παροινίᾳ καθ' αὑτὸν ἀγασθὼν ἔχειν, pro ἀγᾶν. Vide Bud. p. 394. ‖ Interdum verò abundat partic. vt ληρεῖς ἔχων, & παίζεις ἔχων, quæ cum aliis vide ibidem. Item ἔχον neutro genere similiter vacans, quum dicitur τὸ νῦν ἔχον pro Nunc; ibidē inuenies.

Ἔχω sæpe etiam suorum compositorum significationem accipit. vt ἔχω pro ἀνέχω, Sustineo, Odyss. τ, — οὐρανὸν εὐρὺν ἔχοντες. Sic Hes. Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει. Item pro ἀνέχομαι, Tolero, apud Hom. Item pro ἀντέχω, Resisto, Obsisto, Il. ι. Et cum accusat. Il. υ, circa principium, Οὐδὲ μένουσ' ἕξουσι ποδώκεα Πηλείωνα, id est ἀντισχήσονται. Vbi & verbo illo Sustinere vti possumus, vt sit, Non sustinebunt illum, pro Illius impetum. Interdum & pro κατέχω, κωλύω, Cohibeo, Inhibeo, Reprimo, Retineo, vt ἔχειν ἴππους dicitur Lycaon Il. φ, pro κρατεῖν, κωλύειν τῆς βολῆς. Sic Od. χ. non semel, σχέτε αὐτὸν ὅδε χεῖρας ἀάπτους. Et cum genit. Il. β, Ὃς δ' ἂν ἐγὼ ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω. Iungit & infinitiuo. quo etiam modo Herodotus, sed addita μὴ particula, ἔχω μὴ ποιεῖν. Sic autem Hom. ἔχω pro κωλύω sæpe variisque modis ponit. vt Od. λ & π, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε, καὶ ἔσχεθεν ἱεμένους περ. Sic αἷμα ἔσχεθεν, Od. τ. Et Od. σ, — σχέτο πότμος. Et σχέθε δ' ἀντίθεον, Od. λ. Lege quæ paulo pòst de verbo Teneo à me dicuntur. Ponitur ἔχω & pro περιέχω, Cingo, Circundo. vt apud Hesiodū, Χρύσεαι δὲ μιν εἶχον ἐπιδιφρίαδες ἀραρυῖαι ἑπτὰ πύλαι. vbi tamen alii interpret. Custodiebant vel Tuebantur. ‖ In vsu est denique ἔχω & pro προσέχω significante Appello: & quidem apud Thuc. quoque non semel. Sciendum est autem à schol. alicubi annotari & pro παρέχειν, item ἐπέχειν.

Ἔχω alias etiam significationes quàm suorum compos. accipit. vt verbi ἐλαύνω apud Hom. qui ἔχειν ἵππους ἐπί τινι dicit pro ἐλαύνειν κατά τινος, item ἔχειν ἵππους φόβονδε pro εἰς φυγὴν ἐλαύνειν. Item ἔχειν πρός τινα τόπον, pro ἀπευθύνειν τὸν δρόμον. Vide Eustath. Huic autem significato affine est illud quo pro Pertingo, item Tendo & Attineo ponitur, vt annot. in v. l. ex Herodoto, ἔχει πρὸς ἑσπέρην. Et, ἔχει ἐς τὸ ἔξω μέρος τῆς εἰλέας, ex eodem. Et τὰ ἔχοντα πρὸς τὸν πόλεμον, quæ ad bellum attinent. Sed & apud Paul. pro Pertinere, alio sensu, ἐγὼ δὲ ὅσον ἐς τὴν ἄφιξιν τὴν Ἀθηναίων ἔχει δικαιόω, quatenus ad expugnationem pertinet. Idem, ἐν τοῖς Πολυγνώτου τὰ μὲν ἔχοντα ἐς αὐτοὺς ἔγραψα. At quum dicitur ἔχειν δακτύλιον, vel ἱμάτιον, est pro φορεῖν, id est Gestare, vt Eustathius annotat. Qui & κατὰ χειρὸς ἔχειν apud Homerum nihil aliud esse docet quàm κατοχίζειν. Quod verò ille dicit, ἔχειν δ' ἡμῖν ἔπεα, exponit εἰδέναι. Sic autem & οὐκ ἔχω pro Nescio accipi mihi videri in quibusdam loquendi generibus, docebo aliquanto pòst. Hic porro meminisse nos oportet Latini verbi Tenere, quod quū propriè sit ἔχειν, id est ἐν χερσὶν ἔχειν, seu διὰ χειρὸς ἔχειν, itidē pro Scire interdum sumitur. Addo autē, verbū Teneo nónullas etiam alias verbi ἔχω significat. habere, aut ad eas propè accedere: vt τῷ ἔχω positi pro Cohibeo, Retineo. Sed dicitur etiā res hæc vel illa Tenere aliquē,

vt Græci ἔχειν. Item Tenere vrbem aliquam, seu quępiam locum, eodem modo quo ἔχειν πόλιν τινὰ, (quod & apud Platonem legitur) nisi quod etiam administrationis significationem inclusam habet; vnde πολιούχος θεός. Sic autem & ἔχει περίχωμα πόλεως dixit Aristophanes. magis etiam ἔχειν pro Appellere seu Applicare, ad Latinum Tenere accedit. nam ἔχειν nihil aliud est quàm quod Latinis Tenere littus. Cæterùm vt ad Eustathium reuertar, meminit & τοῦ ἔχειν elliptice positi in hoc Sophoclis loco, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. vbi subaudiri vult τὰ ἀγαθά: at ego malim χρήματα: hic enim τὸν ἔχοντα significare puto diuitem: aut saltē quod Gall. dicitur *Qui ha de quoy*. Qua in signif. memini me alibi legere.

Ἔχω autem pro Habito, Incolo, (vt dii Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες apud Homerum) potest & ad verbum reddi Habeo, ex Plauto & Salustio. Iunxit autem Xenophon præpositioni κατὰ, quum τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντας vocauit Asiaticos.

Ἔχω inuenio in alia præterea verbi Habeo signific. tali nimirum qualis est quum dicitur Habere aliquem in numero bonorum virorum, vel sapientum: & Habere aliquid potius pro Anteferre: item Habere aliquid pro nihilo. Inuenio autem apud Isocratem in Panath. vbi scribit, πῶς ἂν ἔχω τι πεπαιδευμένους, ἐπειδὴ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδοκιμάζω; In alio autem vllo classicorum scriptorum loco legere me non memini: apud Marcum quidem certè cap. 11. eandem significationem habere scio, vbi dicit, ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. Sed duo fide dignissima exemplaria ex eorum numero quibus pater meus in sua Testamenti noui editione vsus est, ᾔδεισαν habebant pro εἶχον: quod & in illius editionis margine annotaui. Affinis est autem ista significatio verbi ἔχω hisce in locis ei quam habet quum aduerbio iunctum ponitur pro Sentio: vt apud Gregorium, ἔχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ὡς ἐμαυτὸν πείθω, λίαν ὀρθῶς. Sic autem & ex Xenophonte afferri οὕτως ἔχω περὶ σοῦ, & pro eodem οὕτω γνώμης ἔχω dici, suprà docui.

Ἔχω denique significat Possum, & quidem frequentissime: ac certè Latini hunc quoque verbi ἔχω vsum suo Habeo in certis quibusdam loquendi generibus dederunt. Sed falsò quidem annotatur ἔχω pro Possum non accipi nisi quum infinitiuo iungitur: vt ex sequentibus patebit exemplis. Ac primùm quod ad ἔχω attinet infinitiuo iunctum, cum λέγειν vel εἰπεῖν frequētius quàm cum aliis, id est aliam signif. habētibus, poni sciendum est. quo & Cicero modo dixit Habeo dicere. Athenæus 85, de soldurіis loquens, καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει τινὰ ἀποδειλιάσαντα θάνατον. Idem 271. ἐγὼ δὲ ἔχοντί σε πολλὰ λέγειν περὶ μουσικῆς, καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν. Plutarch. sic suum περὶ παίδων ἀγωγῆς libellum auspicatur, Τίνα ἄν ἔχοι τις εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, &c. φέρε σκεψώμεθα. Sic Xenophon Pædiæ 5, ἔχεις τινὰ παντοδαπὴν ἐμοῦ κατηγορῆσαι. Apud Thucydidem autem cum infinitiuo, præcedentem habente particulā μὴ, libro 2, μηδεὶς ἂν ἔχει τι προσγενέσθαι μὴ ἀγνοεῖν. Interdum verò infinitiuū circumloquūtur per ὅπως, vel πῶς, aut alia particula, cum subiunctiuo. vt οὐκ ἔχω ὅπως βοηθῶ, (ad verbum, Non habeo quomodo succurram) pro οὐκ ἔχω βοηθεῖν. Demosthenes cum πῶς iunxit, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσω. Et cum ὅτι apud Platonem in Phædone, οὐδ᾽ αὐτὸς ἔχω ὅτι εἴπω ἀντεῖναι. Interdum verò ponitur cum particula μὴ, vt Plato De republica libro 1, quum dixisset, οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ ἔχω, subiungit, paucis interiectis, οὔτ᾽ αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω. Lucianus autem in hoc loquendi genere ὅπως futuro indicatiui iunxit, præcedente itidem infinitiuo verbi ἔχω. ita enim scripsit, οὐκ ἔχων ὅπως ἀπαντήσει μὴ οὐχὶ παραδοῦναί τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. Vtuntur verò eleganter verbo χρῆ eadem in re. vt Thucyd. 1, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπαντῆσαι. vbi tamen οὐκ εἶχον (si hoc loquendi genus ad verbum reddere quis velit) non video quomodo verti possit Non poterant: ac malim, Nesciebant. Sic Xenophon Pædiæ 1, περὶ τοῦ Κύρου οὐκ ἔχων ὅ,τι χρὴ λέγειν. Quæ mea interpretatio & illi Demosthenis loco conuenire videtur, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσω: vt sit Nescio quo pacto laudem; id est laudare queam, vel debeam. Conuenire illam puto & huic Isocratis loco in Panath. οὐκ ἔχω ὅπως ἐπαίνους εἰπεῖν, ἀξίους αὖ οἷον εἰρηκὼς τῆς ἐκείνων διανοίας. Sed & quum post οὐκ ἔχω sequitur τί, (vt οὐκ ἔχω τί λέγω. Apud Demosthenē Philipp. 3. Et Dinarch. 91, οὐ γὰρ ἔχω τί ἄλλο εἴπω. Et Plat. in Gorg. οὐχ ἕξω ὅ,τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ) videtur οὐκ ἔχω posse accipi pro Nescio: vt sit Nescio quidnam dicere debeam, vel quidnam aliud. Fateor tamen ἔχω suam etiā signif. hic seruare posse, præsertim verò vbi sequitur ὅ,τι: vt in illo Plat. loco, οὐχ ἕξω ὅ,τι λέγω, Nō habebo quod dicam, id est dicere debeam. vt autem οὐκ ἔχω τί λέγω dicitur, sic etiam οὐκ ἔχω τί ποιῶ dixit Xenophon Hellen. 1, οὐκ ἔχω τί ἄλλο ποιῶ ἢ τὰ κελευόμενα ὡς ἂν δύνωμαι κράτιστα. Facilius autem mihi assentietur in illa mea interpretatione huius οὐκ ἔχω per Nescio, qui recordabitur illius loci Homerici, ἔχει δ᾽ ὑμῖν ἵππων pro scire, seu nosse, εἰδέναι. quo etiam Latinos modo suum Tenere vsurpare admonui. Sed & hoc sciendum est, Ciceronem alicubi Nō habeo pro Nescio dixisse. Iam verò & ipsum ἔχω cum infinit. εἰπεῖν seu λέγειν non semper redditur Possum. nam in hoc Isocratis loco, περὶ μὲν οὖν τῶν πραχθέντων παρ᾽ ἀλλήλα καὶ τῶν κινδύνων ταῦτ᾽ εἴχομεν εἰπεῖν, Budæus ταῦτ᾽ εἴχομεν εἰπεῖν vertit Hæc habuimus quæ diceremus. Et apud Xenophontem eadem verba interpret. Hæc dicenda habuimus. At verò in hoc loquendi genere ὡς εἶχον τάχους, & similibus, sunt qui ἔχω accipi interdum velint pro Possum: quibus ego assentiri nequeo: licet ὡς εἶχον τάχους verti sciam Quàm potui celerrimè. Sed ita accipi dico verbum ἔχω in ὡς εἶχον τάχους vt accipitur in ὡς εἶχον ποδῶν, quod eundem sensum habet. Suspicor autem eundem vtrobique esse vsum gen. cū ἔχω qui est in hoc loquēdi genere, ὡς ἕκαστος εἶχε ῥώμης, & ὡς ἕκαστος εἶχεν ἀξίας. vt enim ὡς ἕκαστος εἶχε ῥώμης est Pro cuiusque robore & q. d. pro ea roboris portione quā quisque habebat, sic & ὡς ἕκαστος εἶχεν ἀξίας, pro dignitate cuiusque: ita apud Thuc. μεταπεμφθεὶς ἐκεῖνον ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, crediderim ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος esse Pro sua quisque celeritate, id est prout quisque celeritate valebat: q. d. pro suo celeritatis modo & sua quadam mensura. In illo autem loquendi genere, ὡς τῷ δύναμιν εἶχεν, accipio ποδῶν pro τάχους ποδῶν.

PASS. Ἔχομαι, Habeor, Teneor, Possideor. Iliad. ε, v. 130, Ἀλλὰ πάντα κατὰ μοῖραν Τρώεσσιν ἔχονται. Et v. 197, Εὖ νῦν ἡμεῖς ἴδ᾽ μὲν ὅτι κατὰ τεῖχος ἔχονται. Aristippus, ἔχω Λαΐδα, ἀλλ᾽ οὐκ ἔχομαι (cuius apophthegmatis meminit Plutarchus, & alii) pro Habeo Laidem, at non habeor. Cic. Epist. ad fam. lib. 9 in vltima, Sed tamē ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset ei obiectum habere Laida: Habeo, inquit, non habeor. Græcè hoc melius: tu, si voles, interpretabere. Hæc Cicero, quem puto quum dixit, Græcè hoc melius, intellexisse significantius Græco verbo id exprimi. vtpote quod non simpliciter haberi, sed teneri, & quidem velut cōstrictum significaret. De hoc autem verbi ἔχομαι vsu dicam paulo pòst. Nunc addo ex Aristoph. Ranis ἐχόμενος, quod exponitur Teneris medius: & dicitur de eo qui sic tenetur vt extricare sese nulla ratione possit. vt Erasmus docet, apud quem paulo plura vide. Lege & Budæum p. 671. Sophocles autem dixit in Œd. Coloneo ἔχων ἔχει, pro Tenens teneris, de quo loquendi genere lege eundem Erasmum in prouerb. Captantes capti sumus. Alicubi certè ἔχεσθαι exponitur & Captum esse. vt apud Thucydidem 2, ὧν τῶν ἀνδρῶν τῶν μὲν διεφθαρμένων, τῶν δὲ ζώντων ἐχομένων. Sic apud Plutarchum in Romulo ἐχομένης ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, redditur, Capta à Sabinis arce. Potest tamen reddi etiam, Quum teneretur à Sabinis. ‖ Sed pro Teneri interdū etiam casum habet, videlicet datiuum: vt ἔχομαι κακότητι καὶ ἄλγεσι Od. θ, apud Homerū, pro Teneor ærumna & mœroribus. Verùm intelligo non simpliciter Te-

neor, sed Teneor velut obstrictus, Teneor occupatus A & impeditus (vt Cicero dixit pro Cælio, Amores & hæ deliciæ quæ vocantur, nunquam hunc occupatum im peditúmque tenuerunt) Ac profectò talem quandam vim subesse putauit Cicero illi ἔχομαι Aristippeo, de quo suprà. Iungitur autem & aliis datiuis tam in prosa quàm in carmine. Apoll. ἔχεσθαι ἀμηχανίῃ, Inopia consilii laborare. ἔχεσθαι νόσῳ παραφροσύνης, Plat. epist. 7. vbi exponitur Tentari morbo: sed malim ad verbum, Teneri morbo, aut Laborare morbo insaniæ. Et μανίαις ἐχόμενοι apud eundem. Et ἔχεσθαι τῇ ὀργῇ ex Herodoto B pro Commoueri ira: sed malim Correptum esse ira. Sic λιμῷ ἐχόμενοι, Luc. Fame correpti, vel Fame laborantes. Rursus apud Herodotum ἔχεσθαι ἀγρυπνίῃ, insomnia laborare. Sed dicitur etiam ἔχεσθαι κνώδαλῳ ab Hom. Odyss. λ: sicut Latini non solùm Teneor metu, & Teneor morbo, (pro quo tamen frequentius Tenet me morbus) aliáque huiusmodi nonnulla dicunt, verumetiam Teneri studio alicuius rei, Teneri ludis & spectaculis. ‖ Additur interdum ἐν: vt ἔχομαι ἐν συμφοραῖς, C ex Platone De leg. ἔχομαι ἐν τῷ σιγῇ, Luc. At verò apud Hom. Il. η, Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι, pro Victoriæ termini positi sunt, vel consistunt in diis, id est in deorum arbitrio.

Ἔχομαι cum genit. Prehendo. Luc. in Timone, καί μοι εἶπεν ἐχόμενος τῆς χλαμύδος. Idem in Necya, εἰπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ. Sic & apud Plutarchū in Amat. narr. καὶ ὁ Στράτων γε εἴχετο τῆς παρθένου. Politianus autem vertit Trahebat ad se. Apud Homerū autem est potius Tenere, Il. α, – Θέτις δ' ὡς ἥψατο γούνων, ὣς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα. Interdum verò Hæreo alicui, seu Ad- D hæreo, Coniunctus sum alicui, Proximus sum, Proximè sequor. Philo De vita Mos. lib. 2, ἐμπλεκόμεναι γὰρ καὶ ἀλλήλων ἐχόμεναι συγχορεύουσι. Sic τὰ ἑπόμενα τῶν προηγουμένων ἔχεσθαι dicuntur, Consequentia præcedentibus hærere. Sic autem & in illo posteriore Luc. loco quidā ἔχεσθαι interpr. Adhærere. Apud Aristoph. autem in Pluto, Μὰ Δί', ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐχόμεθά σου, Tibi adhærebimus, A suo latere ne latum quidem vnguem discedemus. Ita enim reddere malo quàm Te retinebimus: eodem alioqui sensu. Apud Basilium ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν, E exponitur Insistere vestigiis: vbi & Inhærere vestigiis reddi potest. Iam verò & apud Thucyd. l. 1, τῆς μὲν γνώμης ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, pro In eadem persto sententia: q. d. Eidem sententiæ inhæreo. Nisi quis malit, Eandē sententiam retineo. Apud Platonem ἔχεσθαι τούτων τῶν ἀνδρῶν ξυμβουλεύω σοι, quidam exponunt Adiungere tibi hos viros: sed malim Coniunctos tibi habere. Nec malè etiam, Amplecti hos viros. Denique ἔχομαι variis genitiuis adhibetur, signif. his vicinam habens. Plutar. in Pericle, ἐχόμενοι δημηγορίας εὐγνώμονος ψήφισμα, Decretum cum æquitate coniunctum. Vel q. d. Decretum F æquitati inhærens, seu æquitatem retinens. In epist. autem ad Hebr. ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, quod alii reddunt Cōiuncta cum salute, vet. interpres vertit Viciniora saluti. Apud Platonem ἐχόμενοι τέχνης, Pertinens ad artem. Sed & alicubi per Habeo redditur: vt Aphrodis. in Problem. ἔχεται δέ τινος αἰτίας εὐλόγου. Sic apud Dioscoridem lib. 1, ἔχεται τῆς αὐτῆς δυνάμεως. Interdum etiam exponitur Pendere: vt apud Aristidem, ὥσπερ τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐχόμενοι, redditur, Ac velut è sacra anchora ex illius voce pendentes. Ab Ho- G mero autem additur ἐκ in hac significatione, Odyss. ξ & λ. Sed & sine præpositione. Il. ι, – σέο δ' ἕξεται, ὅτι κεν ἄρχῃ, tale quid signific. videtur. Cæterùm ab illa verbi ἔχομαι signif. qua pro Proximum esse seu Proximè sequi ponitur, sumptum est partic. ἐχόμενος, quod & sine adiectione dicitur pro Proximus, Contiguus. Plato, ἐχόμενόν ἐστι, Proximum est, Sequitur deinceps. Interdum verò & pro Coniunctus. Item Pendens ab aliquo. HINC aduerb. Ἐχομένως, Proximè, item Cō- H tiguè. Interdum Deinceps. Interdum & cum genit. vt Laertius in Crat. ὅθεν οὐ λέξοιμ' ἐχομένως Ἀρκεσιλάου, proximè post Arcesilaū. Vel, Statim post Arcesilaum, vt B. vertit. Ex Aristot. autem Rhet. ἐχομένως τούτων, pro Consentaneo his modo.

Ἔχομαι cum genitiuo itidem, Capesso, Aggredior. vt ἔργου ἔχεσθαι, Thucyd. non semel, & ἔχεσθαι τοῦ πολέμου. Sic ἔχεσθαι τῶν ἐγχειρημάτων Herodian. & ἔχεσθαι τῶν ἐγχειρουμένων, Vrgere incœptum. Sed & ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, & τῆς ὁδοιπορίας, apud eundem: quod quidam Capessere viam interpret. Quod certè apud eundem Herodianū legitur, ἔχεσθαι μάχης. Latini sæpe Capessere pugnam dicunt: atque ita magis propriè reddidisset Politianus apud eundem libro 7, εἴχετο τῆς πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μάχης, quàm vt vertit, videlicet, Bellum Germanis intulit. Apud eundem libro 8, εἴχοντο τῆς πολιορκίας, reddit, Vrbē oppugnare aggrediuntur. Arbitror autem & hanc significationem τοῦ ἔχεσθαι ex Homero sumptam esse, canente Iliados π & ρ, Ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅπαντα. In quo Iliad. π loco scholiastes exponit ἀντέχου τῆς μάχης.

Ἔχομαι cum genit. itidem, Desisto, Abstineo. Hom. Iliad. γ, – σχέσθαι μάχης, (quæ significatio contraria est proximè præcedenti in eodem loquendi genere) & alibi σχέσθαι βίης. Plut. quoque in Crasso, ἔχεσθαι μάχης dixit pro ἀπέχεσθαι, vt annotat Bud. (itidē verò in altera signific. ἔχεσθαι μάχης, pro Capessere pugnam, ex eodem affertur, sicut & ex aliis) Idem dixit ἔχεσθαι δρόμου, Sistere cursum: de Cæsare loquens ad Rubiconem, ἔσχετο δρόμου καὶ τὴν πορείας ἐπιστήσας. Cæterùm ad hanc significationem pertinet φρεσὶ δ' ἔσχετο, Od. ρ, q. d. Mente constitit & velut conquieuit, motum eius reprimendo. Sic enim puto locum esse intelligendum.

Ἔχομαι cum accusatiuo, pro Sustineo apud Hes. in Theog. Γαῖα ποτὶ πᾶς ἔχετ' οὐρανὸν εὐρύν. Apud Homerum autem exponitur simpliciter Tenere, item Habere, Iliad. μ. Τὴν δ' ἄρ' ὅγε πρόσθεν ἔχεται. Et Odyss. α, Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα. Sed πρόσθεν σχέσθαι sicut & ἀντα σχέσθαι videtur esse Prætendere, aut q. d. Tenere seu habere prætensum. in alia tamen prætendendi signif. illic quàm hic.

Ἕξις, εως, ἡ, Habitus, id est Affectio in animo vel corpore stabilis, & à subiecto ægrè mobilis, siue bona ea sit siue mala. Plato Timæo, εἰς τὴν τῆς ἀρίστης καὶ πρώτης ἀφίκηται εἶδος ἕξεως, id est (Cicerone interprete) Ad primam atque optimam affectionem animi peruenerit. Aristot. Ethicor. 1, cap. 5, ἕξεις δὲ [λέγω] καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς. Idem Politicor. 7, πεπονημένην ἔχειν δεῖ τὴν ἕξιν πεπονημένην δὲ πόνοις μὴ βιαίοις. Idem Rhetoric. libro 1, οἱ μὲν εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν, οἱ δὲ διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως. Isocrates Panath. κατασκευάσας αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτὴν ἕξιν ἐξ ἧς περ ἐξέπεσον. In corpore quoque ἕξις dicitur. id enim quod est ἐν διαθέσει διαθέσει, (siue sanitas, siue morbus siue aliud quodlibet) κατ' ἕξιν διακεῖσθαι dicitur, vt tradit Gorræus ex Galeno libro 2 Meth. med. addens, contrarium esse τῷ κατὰ σχέσιν, siue ἐν σχέσει, idem significanti quod simpliciter ἐν τῇ διαθέσει. Apud Galenum itidem ἕξις definitur σύστημα συνέχον καὶ συνεχόμενον τὰ μέρη. Hippocrates verò De victu acutorum morborum, ἕξιν vocauit etiam αὐτὴν τὴν τοῦ σώματος τὴν κατασκευήν, hoc est ipsius corporis constitutionem, per quam vel raro aut denso corpore, vel gracili aut obeso, vel aliter quis dicitur, vt idem Gorræus ex Galeni Comment. 2 annotat: adiiciens, eandem tamen ab eodem Hippocrate σχέσιν etiam in libro De articulis appellari, duo hæc nomina confundente. Habitudinem corporis Latini dicunt. Addit idem Gorræus, quanuis Galen. De arte medica scripserit totius corporis habitum de iis maximè partibus dici quæ primæ intuentibus obiiciuntur, (cuiusmodi sunt musculi ossa omnia cingentes, ex simplici primâque carne & fibris quas ipsa conuestit, constantes, quod quidem non est aliud quàm ipsa κατασκευὴ τοῦ σώματος, cui propriè competit raritas, densitas, gracilitas & obesitas) eundem tamen proculdubio intellexisse, dici & de aliis partibus, licet oculis non obuiis, quæ habitus nomine comprehendātur: cuiusmodi sunt omnia interna viscera, cor, pulmones, vē

triculus, iecur, lien, renes & reliqua omnia præter contenta & impetum facientia: esséque in hac signific. accipienda quæ dicuntur à medicis, febres intermittentes gigni humoribus in habitu corporis putrentibus. A

Ἕξις apud Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, signif. etiam τὴν ἐν τῷ μετὰ τὴν ἐπίδεσιν καιρῷ κατάστασιν τῶν ἐπιδεδεμένων. hoc est, post deligationis tempus, membrorum deligatorũ collocationem, vt idem Gorr. ex Gal. Comm. 3 annot.

Ἕξις à Philone De mundo, tribuitur etiam lapidibus, qua videlicet vt firmissimo vinculo contineantur. dicit autem eam esse πνεῦμα πάντων ... οὐκ ἄρρηκτον, ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτον, id est, tenorem spiritualem, vinculúmque fracturæ non immune, tametsi ægrè sit solubile. In eodem libro, aliquanto antè, tradit ἕξιν esse πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτό. incipientem enim à mediis, in extrema tendit: quumque supremam attigerit superficiẽ, reflecti rursus, quoad eodem loci peruenerit vnde primùm profectus erat. ‖Ἕξις, Facultas. Philo De vita Mos. lib. 3, dicit πλειστάτῳ ἡγεμόνι quatuor inesse oportere, βασιλείαν, νομοθετικὴν ἕξιν, ἱερωσύνην, προφητείαν. vbi Turnebus interpr. legislationis facultatem. Plut. tamen περὶ τῶν ἀρ. inter δύναμιν & ἕξιν distinguit, quum tria hæc περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν dicit, δύναμιν, πάθος, ἕξιν: sicut Aristot. quoque Ethic. 2, c. 5, inter δυνάμεις & ἕξεις discernit. Definitur autẽ ἕξις ibi à Plut. ἰσχὺς καὶ κατασκευὴ τῆς περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως ἐξ ἔθους ἐγγινομένη. B C

Ἑξείδιον, SIVE Ἑξίδιον, ου, τὸ, diminutiuum ab ἕξις. Etymologus tradit ἑξίδιον fieri à genit. ἕξεως, at ἑξείδιον ab ἕξεις.

Ἑκτικὸς, οῦ, ὁ, In habitu positus, Habitu comparatus. Ἑκτικὸς πυρετὸς, febris hectica: inde dicta quòd non tam corporis habitum occupet, (seu, vt Actuar. tradit, in habitum cordis recipiatur) quàm ὅτι ἐν τῇ ἕξει fit, vt aliæ febres in σχέσ. est. n. solutu curatuque difficillima. Et ἑκτικὸς σφυγμὸς, hecticus pulsus species inæqualis pulsus in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, confinis formicanti, qui Græcis μυρμηκίζων dicitur: sed eo adhuc minor: phthisi, empyemati & febri hecticæ propri⁹. Hæc & alia Gorr. ‖Ἑκτικὸς dicitur etiam qui hectica febri laborat, Gal. VNDE Ἑκτικῶς, q. d. Habitualiter. Plut. Pol. præc. ... ἑκτικῶς ἢ διαθετικῶς. Basil. epist. ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν ... κειμαι, Ad habitum vsque in virtute prouectus sum.

C. Εὐεξία, ας, ἡ, Bonus habitus, Bona corporis habitudo, vt autor ad Herenn. loquitur. ἡ ἀκρότης τῆς ὑγιείας, vt Suidas docet, (est. n. aliquid amplius quàm sanitas) seu ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ ἀκρότης, perfectissima & absolutissima sanitas: quam sequuntur necessariò, bona omnium partiũ temperies, actionum robur, euchymia, & præterea sanguinis, carnis totiúsque corporeæ molis symmetria: & quia species ἕξεως est, constantius in corpore perseuerat. & hæc est ἁπλῶς εὐεξία, deprehenditurque in optima corporis constitutione. Est verò & quædã ἡ μετὰ προσθήκης εὐεξία, quam habent singulæ corporum naturæ propriam & in comparatione dictam, ea autem est quæ à priore illa deficit, modò nondum vitiosa sit. tũc enim nõ simpliciter sed huius vel illius εὐεξία dicitur, quemadmodum ἡ τῶν ἀθλητῶν εὐεξία: vt inter alia Gorr. annotat. Aristot. Ethic. 5, cap. 1, εἰ γὰρ ἐστὶν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκὸς, ... καὶ τὴν καχεξίαν ... μανότητα σαρκός. Philo De vita M... πρὸς ... εὐεξίαν ἐπιδιδοὺς, ad habitus bonitatem proficiebat. Herodian. l. 6, σώματος εὐεξίᾳ καὶ ἡλικίας ἀκμῇ, habitudine corporis & ætatis vigore. Theoph. epist. ... εὐεξίας ... διῆλθεν μεταπίπτειν. ‖ET Εὐεξής, ὁ, ἡ, Qui est corpore bene habito, Habitior, Qui bona corporis habitudine præditus est. Item εὐφυής. Hesych. F

Εὐέκτης, ὁ, ὁ, Qui est corpore bene habito, Qui bona corporis habitudine est. Laert. De Socrate, ἐπιμελὴς ἦν σωμασκίας, καὶ ἦν εὐέκτης. ET Εὐεκτικὸς, ὁ, Qui bene habito corpore est, Strenuus. vulg. lex. ex Plat. VNDE Εὐεκτικὸς, οῦ, ὁ, itidem Qui bona habitudine est. Aristot. τὰ δὲ ἀκρωτήρια τὰ σώματος ἰσχυρότερα ἢ λιπαρώτερα ἢ ἀτ... τῆς ἀρρενος, habitiora sunt idẽ σάρξ ... καὶ ἀπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτικωτέρα οὐδὲ ... Et in primo De gener. animal. ... καὶ ... G H

καί. Idem Ethicõn 5, cap. 9, loquens de ἀδικεῖσθαι & ἀδικεῖν, addit, τὸ μὲν γὰρ ἔλαττον, τὸ δὲ πλέον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέσου, ὥσπερ ὑγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ. vt εὐεκτικοὶ dicantur qui corpore sunt bene habito & bene curato more athletarum. (Vnde & Plautus dicit, Pugilicè atque athleticè valere, item Pancraticè atque athleticè valere) Vt Terent. in Eun. dicit, Siqua habitior paulo, pugilem esse aiunt. Gellius, Equum nimis strigosum & malè habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum viderunt. ‖Εὐεκτικὸς, οῦ, ὁ, Bonæ habitudinis in corpore efficiẽs (seu vt B. interpr.) Bonæ valetudinis efficiens. Aristoteles Ethic. 4, καὶ τὸ εὐεκτικόν ἐστι τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν τῇ σαρκί. Et in 6, τὰ ὑγιεινὰ καὶ τὰ εὐεκτικά. Quibus addit idem Bud. & hoc ex Alex. Εὐεκτικὸς, εὐεξίας ποιητικὸς, vt ὑγιεινὸς ὑγιείας. ET Εὐεκτέω, ῶ, Sum corpore bene habito, Bona corporis habitudine sum. opponitur τῷ καταμαραίνομαι. Ceb. in tab. ὁρᾷς γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ἐπὶ τοῖς πέτρας λιπαρὰς καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι; Vtitur & Basil. sæpe hoc vocabulo.

C. Καχεξία, ας, ἡ, Malus habitus, Mala corporis habitudo. id est solidarum corporis partium deprauatio qua alimentũ omne corrumpunt, vt Gorr. definit. Est verò aliquid minus quàm morbus. Morbus enim omnis, καχεξία est, at nõ viceuersa. vt docet Suidas in Ἀρξία. Plutarchus De educ. lib. πῶς δὲ σώματος ἰσχὺς οὐκ ... ἀμβλύνεται καὶ καταφθίνει δι' ἀμέλειαν καὶ ... καχεξίας; Celsus lib. 3, cap. 22 dicit Malus corporis habitus alimẽta corrumpens. Paulus Æg. lib. 3 cap. 47, τὴν ἀρχὴν τῶν ὑδρωπικῶν παθῶν καχεξίαν καλεῖν εἰώθαμεν. Metaphoricè ad animum quoque transfertur. Diphil. apud Athen. lib. 6, Νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ἀποδέδωκε τοῖς ὄχλοις, Αἱ κρίσεις δ' ἡμῶν νοσοῦσι, Mala mens, seu Mala mentis habitudo: vt dicitur bona seu mala corporis habitudo. Polybius, ἀπὸ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ ῥαθυμίας καὶ καχεξίας, propter consuetam vitæ socordiam, & morum deprauatiõne, vitiositatémque animi, vt in vulgatis lex. exponitur. D

Καχέκτης, ου, ὁ, ET Κάχεκτης, ου, ὁ καὶ ὁ, Malè habitus, Cachectes. Budæ⁹ ex Galeno & Dioscoride. Apud Latinos Plinius hanc vocem retinuit, quum ait lib. 28 cap. 9, Phthisici, syntecticique & cachectæ. Metaphoricè quoque vsurpatur, vt καχέξια, pro homine malæ mentis, seu turbulento & seditioso. Budæus ex Polyb. lib. 1, pag. 17 ... τὸ πλεῖστοις καχέκτας καὶ στασιάστας ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν. Et lib. 1, in fine ὁρῶν αὐτῆς καχέκτας ὄντας καὶ ... VNDE Καχεκτικὸς, οῦ, ὁ, Mala habitudine laborans, Malo habitui obnoxius. Galenus lib. 4 κτ τόπους, affectiones oculorum ad malum habitum perductas vocat διαθέσεις καχεκτικὰς ὀφθαλμῶν. Et καχεκτικοί, quorum corpus macie conficitur, inquit Budæus, citans Plin. l. 32, c. 6. Notandũ tamen quẽadmodũ εὐεκτικὸς dicitur etiam Qui vim habet procreandi bonã corporis habitudinem, similiter fortasse alicubi & hoc posse exponi. ET Καχεκτέω, Malo corporis habitu laboro, Mala sum corporis habitudine. Polybi⁹ de Perseo, ... τῇ ψυχῇ καθάπερ οἱ καχεκτοῦντες τὸ σῶμα, id est κακῶς τὴν ἕξιν διατιθέμενος, vt Suidas hunc locum citans exponit. Idem Suidas dicit, οἱ μὲν νοσοῦσι ... καχεκτεῖ, οὐ ... δὲ οἱ καχεκτοῦντες καὶ νοσοῦσιν ἤδη. E F

C. Μειονεξία ET Πλεονεξία, vide post Μειονεκτῶ & Πλεονεκτῶ.

C. Μειονεκτέω, ῶ, Minus habeo, Minorem partem seu portionem habeo. Xenophõ Hierone p. 530, ἀλλὰ μὴν ᾧ πίστεως ἐστὶν ἐλάχιστον μετέχει, πῶς οὐχὶ μεγάλου ἀγαθοῦ μειονεκτεῖ; id est, Atqui is cui minimum habetur fidei, nonne is magni boni minorem partem habet seu capit? q. d. nonne is magni boni minimùm est particeps? Synes. epist. 66, πλεονεκτεῖν μὲν πόνοις, μειονεκτεῖν δὲ τιμῶν. Interdũ pro Deteriore sum conditione: vt apud eundem De insomn. ὡς αὐτὴ μειονεκτοῦν τὸ πλουσίου. Sic & Xenophon vtitur, ei opponens πλεονεκτεῖν. Vide Bud. Comm. p. 858. Sed hic locus, ὥστε καὶ τῷ χείρω τῆς ἰδέας μειονεκτεῖς &c. qui Luciano ibi adscribitur, Xenoph. est in Hierone, p. 527 mex edit. HINC Μειονέκτημα, ET Μειονεξία, Deterior conditio. Xenophon Pæd. 1, pag. 26, ὅτι ἴσως ἀλλήλοις ὁμοίως προσφερομένοις καὶ οὐκ ἐλάττω ... μειονεξίας, ὥστε ὑβρίζειν τινα, &c. Vbi Philelphus non malè vi- G H

Digitized by Google

detur reddidisse μειονεξίαν, Min⁹ bene tractari. At μειονέκτημα est quod Gallicè dicitur *desauantage.* Cæterùm μειονεξία & πλεονεξία post μειονεκτεῖν & πλεονεκτεῖν ponenda censui, non contrà, sicut in præcedentibus ὀλιγεξία & καχεξία præcedunt ὀλιγεκτεῖν & καχεκτεῖν; quia ὀλιγεκτεῖν dicitur qui habet ὀλιγεξίαν, & καχεκτεῖν qui habet καχεξίαν: quod de μειονεκτεῖν & πλεονεκτεῖν nisi alio respectu dici non potest. Adde quòd ὀλιγεξία & καχεξία nominis ἕξις signif. inclusam habent.

C. Πλεονεκτέω, ῶ, Plus habeo, Ampliorem partem seu portionem habeo: aut maiorem. Thucyd. 6, pag. 211, τῶν δ' ἀφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει, Pl⁹ cōmodorū habet, seu percipit. Sic πλεονεκτεῖν τῆς τιμῆς, Aristot. Dicitur etiā πλεονεκτῶ τι σοῦ ἐν ἔχειν, vt Pla. De rep. 1, ὁ ἰδιώτης ἢ ὁ ποιεῖν δοκεῖ τι ἰατρικὸς ἰατρικοῦ πλεονεκτεῖν ἢ ἀνδρὸς ἢ πράγματος. Inuenitur itē πλεονεκτῶ τοῦτό σου, eodē modo quo diceretur πλεῖον ἔχω τοῦτό σου, pro Habeo istud plus q̃ tu. Vel, In hoc sum te superior. Vel, In hoc conditio mea melior est tua. Aut, In hoc superiore sum conditione, Philostr. πλεονεκτοῦσι τοῦτο τῶν ἀνθρώπων οἱ θεοί. Sic Isocr. οἱ γὰρ δίκαιοι εἰ μηδὲν ἄλλο τῶν ἀδίκων πλεονεκτοῦσι. Synes. autem dixit cum genitiuo quidem personæ, sed datiuo rei, πλεονεκτοῦσιν οἱ χρηστοὶ τῶν πονηρῶν ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι. Sed & cum datiuo rei solo. vt Xenophon Pæd. 2, τιμαῖς καὶ δώροις πλεονεκτεῖν, (cui opponitur τῶν ἴσων τυγχάνειν vel ἰσομοιρεῖν) id est, Plus honorum & munerum consequi, aut accipere. Quidam autem vertunt, Honoribus & muneribus alios antecellere: sed malim Superiorem esse. Quæ interpretatio melius etiam conuenit huic eiusdem loco Pæd. 7, ἐπλεονέκτουν μάλιστα οἱ Αἰγύπτιοι καὶ πλήθει καὶ τοῖς ὅπλοις. Interdum verò dicitur cum solo genitiuo personæ itidem pro Superiorem esse, vel Superiora omnia, aut priores, habere, seu Conditione meliore aut commodiore esse, vt loquitur Cic. qui etiā dicit In superiori conditione positum esse. (vt contrà πλεονεκτεῖσθαι passiuè est Omnia habere inferiora: de quo & infrà dicetur, in altera verbi πλεονεκτῶ signif.) Item πλεονεκτεῖν ἀξιῶ apud Aristot. Primas partes in Rep. mihi vendico. At verò apud Herodianum lib. 1, οὐδὲ γὰρ πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίωσα, Polit. vertit, Neque enim ego me superiorem vobis vnquam gessi. Cicero autem hæc omnia Plat. verba, πλεονεκτεῖν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον, reddidit vno Lat. Vincere. vt videbis pag. 115 Cic. lexici. |Sed & pro Vincere, id est Antecellere, seu Anteire aut Præstare, sæpe accipitur. vt Isocr. Euag. τοσοῦτον πλεονεκτήσαντος τῆς ποιήσεως. Sic πλεονεκτεῖ τῆς Ἑλένης, Philostr. |Πλεονεκτεῖν in malum etiam seu in malam partem dicitur (& hoc est quod Budæus intelligit quum scribit πλεονεκτεῖν dici etiam eum cui plus incommodi accidit) vt quum dicit Xenoph. Pæd. 1, πλεονεκτεῖν τοῦ ψύχους καὶ τῶν πόνων. vbi alioqui suam illam primam signif. retinet. est enim Plus frigoris & plus laborum habere, id est tolerare.

Πλεονεκτῶ, Fraudo. vt videlicet solent qui plus habendi quàm alii cupidi sunt. Vide Bud. p. 858, ex Plat. Hac certè in signif. Paulus Apost. accus. iungit. vt 2 ad Cor. cap. 7, v. 2, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, quod redditur Neminem expilauimus. Perinde est autem acsi dicas, Nemini quicquam plus habēdi desiderio (id est auaritia) eripuimus. Vel, Neminem per auaritiam fraudauimus vlla re. Quidam etiam vertunt Neminem per auaritiā circūscripsimus. Sed & accusatiuū rei addidit cap. 12, μή τι ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς Τίτος; Scio tamen vulgò μήτι coniunctim legi: sed mihi altera lectio magis placet. Apud eundem tamē, eiusdem epistolæ cap. 2, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, accipitur potius pro Circumueniamur quàm pro Fraudemur: licet alioqui circūuenire dicantur & qui fraudant. Quidam autem annot. πλεονεκτεῖσθαι esse propriè in sortitione vel distributione ab alio potiores partes sibi vendicante & suam conditionem meliorem faciente, iusta parte & portione priuari. Sed ego potius credo πλεονεκτεῖσθαι in prima signif. dici generaliter eum cui ὁ πλεονεκτῶν iniuriam facit, fraudando videlicet, circunscribendo, aliisque modis huiusmodi.

A Πλεονέκτημα, Commoditas quam quis præ aliis consequitur, vel Adiumentum quod habet aliquis præ aliis. Item Superiores partes, Melior cōditio. Demosth. πλεονέκτημα μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ. (pro quo dicitur & προτέρημα) Apud eūdē legitur πλεονεκτήματα πρὸς πόλεμον, sicut apud Xenophontem, τὰ ἐν τοῖς πολέμοις πλεονεκτήματα: sed πρὸς πόλεμον & τὰ ἐν τοῖς πολέμοις diuerso sensu dicuntur. Alicubi πλεονέκτημα vertitur etiam Prærogatiua. Hermog. τῆς φύσεως πλεονεκτήματα dixit, eodémque modo Philo φυσικὰ πλεονεκτήματα. Hoc certè constat (vt & B aliàs dixi) πλεονέκτημα id planè esse quod Gallicè dicitur *auantage*, sicut μειονέκτημα alicubi *desauantage.* |Πλεονέκτημα, Fraudatio, Vel potius, Quod fit ad fraudādum aliquem, seu circumueniendum. aut Id in quo fraudatur aliquis. Demosth. in epist. ad Heracleodorum, ὥσπερ ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῶν μὲν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν περὶ ταῦτα ἐργασμάτων ἔξω, vbi Bud. interpr. Vt & procul ab omni iniquitate absit quæstuosáque versutia. ITEM Πλεονέκτης VEL Πλεονεκτικός, Fraudator & circunscriptor, Alieni auidus. Apud Paulū redditur Auarus: illo præ- C sertim loco vbi πλεονέκτην esse dicit εἰδωλολάτρην, ad Ephes. 5, v. 5. (sicut ad Col. 3, πλεονεξίαν ait esse εἰδωλολατρείαν) Reperitur autem & πλεονεκτίστατος apud Xenoph. ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος ἐγένετο. Vbi sunt qui vertunt Rapacissimus: sed videmus à Paulo cum πλεονέκτης poni etiam ἅρπαξ. Πλεονεκτικὸς autem Aristoteli est etiam Violentus & tyrannicus, teste B. HINC Πλεονεκτικῶς, Luc. More eorum qui fraudant, & circumueniunt.

Πλεονεξία, idem quod πλεονέκτημα. Isocr. in Nicocle, αἱ ἐν D τῷ πολέμῳ πλεονεξίαι sunt Cōditiones præstātiores, Præcipua commoda. Bud. 858. |Πλεονεξία, Plus habendi auiditas inexhausta, Alienum vsurpandi cupiditas. Thucydid. 3, ὅτι μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ἀπὸ ἴσου δὲ μάλιστα ἐπιόντες. Xenoph. οὐκ ἐξαπατᾶς ἐπὶ πλεονεξίᾳ. Sæpe redditur Auaritia. vt apud Synes. ὑπὸ στρατιωτικῆς ἀταξίας, καὶ τῆς τῶν ταξιαρχῶν πλεονεξίας. Atque ita sæpe redditur in Pauli epistolis: apud quem tamen, 2 ad Cor. cap. 9, v. 5, ὥστε ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν, Erasmus vertit Frau- E dationem, item Spoliationem: sed malo cum Beza per quandam metalepseως formam intelligi Quod tāquam ab auaro extortum est.

C. Κακουχέω, ῶ, Malè tracto. Et quod Latinè ad verbum, Malè habeo aliquem. Damascenus 116 ex lib. Sapientiæ θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. Hæc Bud. Κακουχοῦμαι eidem Budæo est Ægritudine animi morior & enectus sum, Despondeo animum. Plut. Consolat. ad Apoll. 99, ὥστε περὶ ἀνοίσαντας τὰ πένθη, κακουχουμένους τελευτῆσαι τὸν βίον, conflictatos, tabescentes luctu, vt idē Bud. interpretatur. At v. l. κακουχέω pro κακοπαθῶ siue F κακὰ πάσχω citant ex Thucydide vt sit idē quod Ciceroni malum habere, & Quintiliano Malo affligi, seu Malis premi. sed nullum testimonium proferunt.

HINC C. Συγκακουχοῦμαι, Vnà conflictor malis, Vnà affligor. Bas. in Hexaem. de Mose, εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. ET Κακουχία (nisi fortè quis præcedere hoc nomen putet) Mala tractatio, vt Bud. interpretatur in hoc Theanûs epist. loco. ἐναι δὲ κέρδος τὸ ἀκερδέστατόν τι ἡγοῦνται, τὴν τῶν θεραπαινῶν κακουχίαν, βαρυνόμεναι μὲν ταῖς ὀργαῖς, ὑποστελλόμεναι δὲ τὴν ἐπιστασίαν. Sic Polyb. ἄπειροι τῆς τοιαύτης κακουχίας. G Plutarchus autem plur. numero vsus est in Consol. μάτην αὑτοὺς καταικιζόμενοι ταῖς κακουχίαις. Hesych. vult κακουχίαν inter alia significare ἀθεραπευσίαν, id est cultū corporis neglectum.

C. Ἀχλιώ, Pauper, Nihil habens. q. d. ἀεχλιώ. Apud Suidam verò scribitur Ἄχλιω accentu in penultimam retracto: & ἀχλιώεις apud eundem οἱ μηδὲν ἔχοντες. Aliam etymologiam affert Hesychius, ὅτι τὰ κατὰ ἐχεῖ. VNDE Ἀχλυΐα, ας, ἡ, Inopia, Penuria, ἀπορία, Suid. ex Aristoph. Amphiarao, Νόσῳ βιαζόμενος ἢ φίλων ἀχλυΐᾳ. Apud Hesych. H verò est ET Ἀχλιώα quod exponit ἄπορα, quasi AB Ἀχλιώιος adiectiuè sumpto. Pro ἀχλιώ verò siue ἄχλιω apud Suidam est ETIAM Ἄχλις, idem significans, id est Pauper, πένης.

¶Σχῆμα, ατος, τὸ, Habitus. Redditur tamen & aliis nominibus sæpe, vt mox docebo: sed ab hac interpretatione incepi, quòd σχῆμα eodem modo dicatur ab ἔχω (aut certè σχῶ inusitato pro ἔχω) quo Habitus à verbo Habeo. Quam latè autem vtrunque extendatur, ex sequentibus patebit exemplis. Xen. Pæd.5, circa principium, καίπερ ἐν ταπεινῷ σχήματι ἑστῶσα. id est Quanuis in humili esset habitu. Sed magis Latinè, Quanuis humilis esset eius habitus. (Sic autem vicissim dixit Liuius Cætero habitu se augustiorem fecit) Herodianus lib.1, οὐδὲν ἄλλο ἢ πένθους σχῆμα δεῖξασα. quod Politianus vertit, Ac planè in lugubrem habitum deformata. Eodem libro ἀνὴρ φιλοσόφου φέρων σχῆμα, philosophi habitu. Et lib.3, σχῆμα τὸ ἐν προόδοις, reddit, Habitus quo in publicum prodibat. Idem verò σχῆμα ἐσθῆτος dixit lib.5, sicut Virg. Æneid. lib.8, circa finem, — incedunt victæ longo ordine gentes, Quàm variæ linguis, habitu tam vestis & armis. (Vbi tamen vestis & pro vestitu accipi potest, quum in illo Herodiani loco ἐσθῆς vestimentum significet) Huc pertinet σχῆμα quod redditur Cultus. Herodian.7, ἤδη φέρων βασιλέως ὄνομα καὶ σχῆμα, nomen imperatoris iam cultúmque gerens, Polit. Et apud eûdem, καθυβρίζοντα δὲ τὸ ἀξίωμα αἰσχίστῳ καὶ μιμαρωτάτῳ σχήματι, Sed amplissimam dignitatem turpissimo fœdissimóque cultu contaminare. ¶Sæpe etiam σχῆμα, quod à Latinis & Habitus oris & Gestus appellatur, à Gallis *maintien* & *contenance*, quæ itidem à *Tenere* (quod est ἔχειν) deducta esse constat. Eurip. Medea, Ὦ φιλτάτη χείρ, φίλτατον δέ μοι στόμα, Καὶ σχῆμα καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων. Demosth. in Mid. τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. Ibidem, λυπεῖ δὲ τὴν σὴν θρασύτητα καὶ φωνὴν καὶ τὸ σὸν σχῆμα θεωροῦντας. Aristophanes Vespis, ἰδοὺ γάρ, τὸ σχῆμα, καὶ σκέψασθέ μ' ὥσπερ Μάλιστ' ἔοικα τὴν βάδισιν τῶν πλουσίων. Vt autem ibi βάδισμα subiungitur τῷ σχήματι, sic etiam à Luciano in Tim.p.10, ἔστι ὁ τὸ σχῆμα ἁπλοῦς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σώφρονος τὴν ἀναβολήν. (vbi tamen Erasmus vertit simpliciter Habitu) Idem Luc. alibi, ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος, ἀπὸ γε τοῦ σχήματος. Atque vt hic dixit aliquem esse σεμνὸν ἀπὸ τοῦ σχήματος, sic etiam dicitur σχῆμα σεμνόν, item σχῆμα σεμνότερον (Sunt autem qui huc referant illud ταπεινὸν σχῆμα Xenoph. paulo antè allatum, quod tamen latius extendi puto, vt docui) Sed nonnunquam σχῆμα redditur & Persona, quod huc pertinentem signif. habet: vt apud Horatium, Personámque feret non inconcinnus vtrámque. Quinetiam speciem oris Latini dicunt, sicut habitum oris, quod Græci σχῆμα. ¶Verùm σχῆμα redditur Species de aliis etiam rebus dictum. vt ἐν σχήματι νοσοῦντος apud Herodianum Bud. vertit Specie ægrotantis, & ἐν σχήματι πολιορκίας, In speciem obsidionis: item σχῆμα παρέχειν λυπουμένου, Speciem præbere hominis mœsti. Interdum verò & alteram nominis Species signif. habet: vnde etiam redditur alicubi Color & species, (vt Cic. dicit apud B. pag.491, Sed etiam colorem & speciē pristinā ciuitatis amisimus) itē Species & prætextus. vt apud Plutarchum in Galba, ἀρνήσεως σχῆμα τῆς ἀναβολῆς τῇ φάσκοντος. Sic & apud Thucyd. vbi σχῆμα exponitur πρόσχημα. Greg. verò huic voci σχῆμα adiunxit πλάσμα κενὸν, scribens, οὐκ ἀληθείας σχῆμα γνοὺς τι καὶ πλάσμα κενὸν περικείμενος. vbi Bud. pro vtroque dixit duntaxat Simulationem inanem. Apud Paulum autē 1. Cor. cap.7, v.31, παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, redditur σχῆμα, vel Species, vel Forma. sed malo Species, puto enim σχῆμα hic esse quod Gallicè dicitur *La belle apparence*. ¶Iam verò vt Species interdum aliquam dignitatis signif. inclusam habere videtur (vnde dicit Cic. Sustinere alicuius dignitatem non solùm consilio sed ipsa specie) sic & σχῆμα Græcis. Atque adeo etiam Dignitas redditur alicubi: vt apud Basin Epist. ad Candidianum, ὅτε οὐδ' ἡμῖν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἐπιτρέπεις, ἀλλὰ τὴν εἰωθυῖαν τούτων. Sed hic fortasse rectius illi grauitatis aut etiam fastus signif. dederimus. Hesych. certè σχῆμα vult inter alia esse κόμπον.

Σχῆμα, Forma, Figura. Cic. interpr. in Plat. Tim. Sic Herodian. 1, ἐν τῷ σχήματι περικείμενον καὶ περιβάλλοντα Ἰταλίας. Dionysius Alex. σχῆμα μὲν οὖν τελεσθὲν ἐπὶ πλάτος βιβλίων. Item σχήματα geometrica: de quibus Gell. lib.1, cap.20, Figurarum quæ σχήματα geometræ appellant, genera sunt duo, planū & solidum: hæc ipsi vocāt ἐπίπεδον καὶ στερεόν. ¶Sed & rhetorum sunt σχήματα, quorum alia vocantur λέξεως, alia διανοίας. Cicero in oratione ad Brutum, Concinnitatem adhibet, quæ verborum collocationem illuminat iis luminibus quæ Græci quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellant. Idem De clar. orat. Ornari orationem Græci putant si verborum immutationibus vtantur, quos appellant τρόπους: & sententiarum orationisque formis, quæ vocant σχήματα. Fabius lib.9, cap.1, περὶ τῶν σχημάτων itidem agens, scribit, Sed si habitus quidam & quasi gestus sic appellandi sunt, id demū hoc loco σχῆμα dici oportebit, quod sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poeticè vel oratoriè mutatum. Sic enim verum erit, aliam orationem esse ἀσχημάτιστον, id est carentem figuris (quod vitium non inter minima est) aliam, ἐσχηματισμένην, id est figuratam. Hæc Fab. Sciēdum est tamen, quum dicit Aristoteles σχῆμα λέξεως nec ἡμᾶς nec ἄρρυθμον esse debere, non intelligi de figurata oratione, sed simpliciter de forma & specie.

Σχήματα saltantium, Lat. Staticuli. Budæus autem apud Herodotum ὀρχήσατο δὲ Λακωνικὰ σχήματα (vbi tamen legunt alii σχημάτια) vertit Saltare Laconicis modulis. Item Motibus, & Gestibus. Subiungit autem ex Xenophonte Sympos. de saltatore loquentis, εἶπεν, ἔφη, ὡς καλὸς πῆς ὤν, ὅμως σὺν τοῖς σχήμασιν ἔτι καλλίων φαίνεται ἢ ὅταν ἡσυχίαν ἄγῃ. Ibidem, ἡδέως ἂν ὦ Συρακούσιε μάθοιμι τὰ σχήματα παρὰ σοῦ, interpr. Saltandi genus & rationē, vel Saltandi artem. Aristophanes autem in Vespis σχῆμα hac in signific. dixit in singul. καὶ γὰρ δὴ σχήματος ἀρχῇ, μᾶλλον δὲ γ' ἴσως μανίας ἀρχῇ.

C. Σχηματοποιέομαι, οῦμαι, Fingo, Cōformo, Informo. Xen. De re eq. ὅπως οὖν τις αὐτὸν εἰς ταῦτα προάγῃ ἀφ' αὐτῆς σχηματοποιεῖται, ὅπως μάλιστα καλλωπίζηται, id est, Quum quis equum caput arduum habere, ceruicemque pandatam, docet: quæ est affectio & habitus equi in ferociam se conformantis & effingentis, vt Bud. explicat, seu (vt alii) Quum quis equum caput reducta & pandata ceruice attollere condocefacit: quod σχῆμα est & habitus exultantis equi & sese conformantis ad ferociā. Σχηματοποιέω, Gesticulationi seruire, Schemata saltationis cuiusque imitari. Bud. pag. Comm.787. Σχηματιζόμενος dicitur etiam ὁ πλαττόμενος ἀνὴρ καὶ μὴ ἁπλῶς γνήσιος, Qui ingenuè non loquitur & simpliciter, sed effecto vultu & sermone assimulato: tracta metaph. ab illis saltatoribus qui in multas species sese assimulabāt. Bud. Σχηματοποιεῖσθαι eidem Bud. Comm. pag. 491, id est quod Ciceroni Colorari, quum ait, Sentio illo tactu orationē meam quasi colorari. At Colorare eum sic dixisse addit vt Plat. ἐπιχρωματίζειν. esse enim coloratam orationem quæ certam habet suam phrasin. E F

Σχηματοποιΐα, ας, ἡ, Gestuum schematumque in saltando effictio. Bud. Comm. pag.786, citās ex Athenæo lib.14, prolixum de saltationibus priscis locum, dicit σχηματοποιΐαν ibi vocari artificem gesticulatorum disciplinam, qualis est chironomia: eiusque artis hodie reliquias licet tenues in saltationibus extare.

Σχημάτιον, ου, τὸ, idem quod ὑπόρχημα. Herodot. Eratone, ἐπελθούσης δὲ τῆς τραπέζης, προσῆγε μὲν ἐν αὐτῇ ὀρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια· μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικά· τὸ τρίτον δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν, τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Vbi Bud. annotat fortasse staticulum id dici, vt apud Plautum in Persa, Nequeo leno quin tibi saltem staticulum dem quem Hegea Faciebat. At quod Gellius dicit Gestuosus, sunt qui Græcè reddant ὁ πολλὰ σχημάτια ὀρχούμενος. vide σχήματα paulo ante.

Σχηματίζω, F. ίσω, Effingo, Assimulo. Bud. ex Athen. σχηματίζειν πρὸς τὴν τῆς χειρὸς ἐπιτηδειότητα. Et σχηματίζομαι idem quod πλάττομαι & ὑποκρίνομαι, In certam quandā corporis affectionē componor. Bud. Alia etiā significatio in vulgatis lexicis ponitur, id est Simulo, Prætexo, Fingo. Hoc enim Plutarchi in Numa, προσεποιοῦντο δὲ ἀπὸ τοῦ θεοῦ δόξαν αὐτοῖς ἐκείνοις πρὸς οὓς ἐσχημάτιζον τὸ σωτήριον οὔσαν, exponitur, Dei opinionem commenti sunt iis apud quos hanc simulabant & fingebant, salutarem.

A In iisdem v.l. hoc quoque Lysiæ contra Tim. ἀλαζονεύσιν παρ᾽ ἦν Τιμαίου περιπλανώσας, καὶ ἐσχηματισμένος περιέρχεται ὡς τῶν ἄστε, exponitur iisdem προσποιητὸν ἦθος ἔχοντας καὶ δοκοῦντας εἶναι κόσμιος. Σχηματίζεσθαι, Ornari, Componi, Coli. In Gorg. περὶ κολακευτικῆς loquens, Καὶ οὕτω μὲν πεπανουργήμενη ἐστὶ καὶ κοσμία, καὶ οὐ σημειώτης ἐσχηματισμένη ὡς ὑποδύεται τὸ διὰ περιβολὴν, hoc est, Non vt rhetorica magno cultu & exquisito se venditat. Quò referri potest & ἐσχηματισμένος λόγος apud Hermog. pro oratione figurata, seu suo quasi habitu & cultu ornata & compta.

B quo modo & σχηματοποιεῖσθαι accipi suprà ex Bud. annotaui. Vide & σχῆμα paulo antè. Hæc autẽ Epicuri apud Laertium, τὴν σάρκα τὸ παρὸν μόνον σχηματίζειν τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρόν, sunt qui ex Cic. interpret. Corpore nihil nisi præsens & quod adest sentire possumus animo autem & præterita & futura. VNDE Σχηματισμός, οῦ, ὁ, Cultus corporis & comptura. Bud. ex Plat. lib. 4 De rep. κομμώσεις τε καὶ ἀμπεχόναι καὶ ὑποδέσεις καὶ ὅλος ὁ τοῦ σώματος σχηματισμός. Item In certã quandam affectionem corporis compositio, vt σχηματίζεσθαι

C accipitur. Plut. De audiendo, loquens de auditore molesto, σὺν τε καὶ βαρύτητι καταπλάττων καὶ σχηματισμῷ περιφέρειν δόξαν ἀνδρὸς καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός. |Ponitur & pro fastu vt apud Plat. De rep. Ἀλύφαλον ἐξαίρειν αὐτὸν σχηματισμοῦ καὶ φρονήματος κενοῦ ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον. Bud. |Item Figura seu Figuratio. Plut. De primo frig. τῶν σκαληνῶν καὶ τετραγωνοειδῶν σχηματισμῶν ἐν τοῖς σώμασι καθιδρυμένων, id est (Turnebo interprete) Ex triquetris inæqualibus, figurisque quarum triangula sit forma, in corpore hærentibus. Est etiam vocabulum grammaticum, quo

Ἢ pro An, in principio etiam orationis, & non præcedente alia particula. Il. ο, v. 504, Ἦ ἔλπεσθ' ἢν νῆας &c. An speratis? Speratisne? Il. ζ, Ἦ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι; Plato Pol. 1, ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε, οἷον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, πρὶν διδάξαι ἱκανῶς ἢ μαθεῖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. ἢ σμικρὸν οἴει ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα διορίζεσθαι, ἀλλ' οὐ βίου διαγωγήν, ᾗ ἂν διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν λυσιτελεστάτην ζωὴν ζῴη; Apud Homerum rursus non præcedente alia eiusmodi particula, & extra interrogationem. vt Il. ε, Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν Ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι, Ἢ ὅγε (&c.) ἕλοιτο. Sic Iliad. α, (nisi quòd posteriore loco ponitur εἰ) Ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι, Ἦε χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν. Vt autem hic quoque ἢ pendet à μερμήριξε quod est in fine proximè præcedentis, sic alibi iungitur hæc particula cum ὁρμαίνειν, quod nihil aliud est quàm μερμηρίζειν, (vt vel ille modò citatus locus ostendit, in quo ὁρμαίνειν dicitur quod paulo antè dictum fuerat μερμηρίζειν.) Odyss. δ, Ὁρμαίνουσ' ἤ οἱ θάνατον φύγοι, ἦ ὅγ' ἁλοίη. Itidem verò Iliados υ, post μερμήριξε φρεσὶν ἧσιν τόνδ' Αἰνείαν, subiungitur, ἢ κέν μιν ἐρύσαιτο, ἦ καὶ ἐάσῃ, &c. Item Iliados π, Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε, (&c.) ἤ μιν ζωὸν ἐόντα. At cum πειρηθῆναι, Iliad. φ, — καὶ ἔπειτα πειρηθῆναι Ἀγήνωρ ἤ κέν μιν δαμάσειεν, ἦ κεν ἑλοίατο. His autem omnibus in locis videmus particulam hanc esse διαπορητικὴν absque interrogatione, (& quidem iungi verbis quandam διαπορήσεως significationem inclusam habentibus) quod tamen peculiariter annotat Eustathius, ex veterum grammaticorum autoritate, in hunc Odysseæ λ locum, Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο; Ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν. Ideo autem de hoc admonet (vt opinor) Eustathius in hunc locum, quòd alioqui videri possit continuata esse interrogatio. At certè (vt verum fatear) non video quid obstet quominus poetam continuasse illam dicamus, (vt in alio eiusdem libri loco fecisse eum apertè videmus. nam illi eidem versui, Τίς νύ σε κὴρ &c. subiungitur, Ἦ σέγ' ἐν νήεσσι &c. sequente verbo ἐδάμασσεν: iterúmque ἠέ, sequente ἐδηλήσαντο.) Imò verò ne videtur quidem posse interrumpi illa interrogatio, ita vt hæc διαπορητικὰ nudam habeant, nisi verbum aliquod subaudiendum dicamus, simile videlicet illis quæ in locis modò citatis particulæ ἢ iūcta sunt, (vt is q in primo versu interrogatione vsus est, postea dicat, Scire cupio an δολιχὴ νοῦσος &c. Vel, Apud me cogito an &c. aut tale quid) vel εἰπέ, quod in proximè sequente versu ponitur, huic quoque loco operam suam præstare cogamus. Vtut sit, Eust. silētium de hac ellipsi valde admiror. Cæterùm de εἰ apud Homerum tenente eundē locum quem ἢ, dicam in Ἠέ.

Ἢ οὖ, vel ἢ οὐκ, Annon, Nónne. Iliados ο, versu 106, Ἢ οὐκ ἀΐεις; ... Annon audistis? Nónne auditis? Iliad. ε, versu 349, Ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις; Sic Il. ψ, v. 170, Ἢ οὐχ ἅλις ὅττι μάχης ἐπιδεύομαι; (Vbi animaduertendum est Homerum, repugnante alioqui versus lege, particulam ἢ tanquam necessariam, alteri ἢ præfixisse: quum tamen in soluta oratione οὐ per se etiam pro Nónne accipiatur) Plato in Par. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσον ἔργον προστάττεις; Idem De republica 1, ἢ οὐ καλοῦμεν ... &c. Ibidem ἢ οὐ δοκεῖ σοι, ad quam interrogationem respōdetur, ἔμοιγε. Sic Matthæi cap. 20, versu 15, ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; Annon licet mihi &c. Deinde in altero orationis membro, An oculus &c. vbi etiam dicere possumus in orationis principio poni sicut in Platonis loco quem modò protuli. Sed animaduertendum est veterem interpretem hic quidem ἢ rectè vertisse An, at ibi perperam ἢ οὐ, Aut non. sicut & ἢ sine οὐ, sæpe reddi malè per Aut, antea docui. Sciendum est autem ἢ οὐ pro annon poni etiam vbi non est interrogatio directa, (vt ita loquar) sicut in hoc Laertii loco in Arces. εἰπόντος ἢ οὐ δοκεῖ αὐτῷ πρὸς ἑαυτὸν ..., Quum dixisset, annon videretur &c. Vel, Quum interrogasset annon videretur. ‖ Sed, ne quis hic fallatur, sciendum est ἢ οὐ sæpe etiam reperiri positum pro An non disiunctè scripto: siue Nécne: ac tum ἢ οὐ tendere ad verbum quod ex præced. subauditur. Plato De republica 1, ἢ ὀρθῶς σοι δοκῶ εἰπεῖν, οὕτω λέγω, ἢ οὔ; id est ἢ οὐ δοκῶ; Sic Matthæi cap. 22, versu 17, εἰπὲ οὖν ἡμῖν τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; quod eodem modo apud Marcum legitur. Hic autem subaud. ἔξεστι ex præcedentibus, quum perinde sit acsi diceretur, ἢ οὐκ ἔξεστι; Licet censum dare Cæsari, an non? subaudi licet. Alicubi autem ponitur non præcedente verbo, sed vtrobique subaudiendo. vt apud Platonem rursus, γεωργία χρήσιμον, ἢ οὔ; nam vtrobique subauditur ἐστί. Cæterùm quod dixi ἢ οὐ posse reddi etiam Nécne, id intelligendum est potius vbi non est directa interrogationis forma: vt quum dicitur οὐκ οἶδα πότερον λέγειν δεῖ, ἢ οὔ, nescio vtrum dicere oporteat, nécne. Vel, sine Vtrum. (Homerus autem pro ἢ οὐ dicit ἠὲ καὶ οὐκί, vt docebo in Ἠέ.) Enimuero cauere debet lector ne cōfundat ἢ οὐ huius significationis cum ἢ οὐ pro Alioqui non, sequente particula ἄν: de quo vsu paulo antè egi. At in altera significatione inuenitur & ἢ μή. vt apud Marcum c. 12, v. 14, ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;

¶ Ἤτε, pro ἢ, Aut, Siue. Iliados τ, Δῶρα δ' ἐγὼ μὲν ἀλλ' ... Ἤτ' ἐχέμεν, πάρα σοι. Vbi tamen aliquando credidi legendum εἴτ' nō ἤτ', præsertim quū præcedat αἴκ', idem valens & ipsum quod εἴ. Sed dubitationem hanc tollit Eust.

¶ Ἠὲν pro ἢ, Aut, vel An: vacante particula κεν. pro Aut, vt Odysseæ ρ, versu 80, Ἀνδρῶν δ' ἦεν τίς μοι ... ἠὲ καὶ οὐκί. At pro An, vt Odysseæ α, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Ἤκεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκί. Alia exempla habes cum exemplis de ἠέ.

Multa tamen exemplaria disiunctè scriptum habent ἤκαν: sed vt ἤπι, sic & ἤκαν coniunctè etiam scribi posse videtur.

¶ Ἦπι, An. Odysseæ γ, Ἦπι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε; Scio tamen hanc quoque vocem in multis exempl. diuidi. sed quum ex Aristoph. quoque afferatur eadem in eodē significato scriptura, itidémq; μῶν coniūctè scribatur pro eodem, locum & illi posse hic dari existimo.

Ἠέ, poeticè, pro ἤ, Aut, Siue. Odyss. ξ, Τὸν δ' ἤ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐΐσας, Ἠέ τις ἀνθρώπων. Il. ο, —τεῶν ἄρμενον ἢ ἀπολέσθαι, Ἠὲ σαωθῆναι. Paulo pòst, Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι, &c. Et ἠὲ præcedēte particula ἤ ter posita, vide suprà in principio sermonis seu tractatus de illa.

Ἠὲ pro An, apud eundem poetam non rarò, & quidem non solùm in posteriore loco (vt in exēplo quod protuli ex Il. α, quum agerem de particula ἤ) sed interdum etiam in priore. vt Il. π, Δίζε γὰρ ἠὲ μάχοιτο κατὰ κλόνον αὖθις ἐλάσας, Ἦ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἀλῆναι. Exemplum verò vtriusque vsus particulæ ἠέ, id est vtranque sedem habentis, sufficere potest vnus & idem huius poetæ locus. apud eum enim legitur Odyss. λ, in ea parte quæ νεκυία nominatur, Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος ὃν κατέλειπον, Ἢ που ἔτ' ἐκείνοις ἐστὶν ἐμὸν γέρας, ἠέ τις ἤδη Ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει, &c. deinde (interiecto eo quod sequitur hemistichio, & versu vno in quo repetitur verbum εἰπὶ cum accus. rei) subiungit, Ἠὲ μένει παρὰ παιδὶ, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσει, Ἦ ἤδη μιν ἔγημεν Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος. Ἠὲ per interrogationē quoque in hoc vers. qui est 134, Il. α, Ἠὲ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας; sed non dubium est quin altera scriptura melior sit, Ἦ ἐθέλεις. ¶ Ἠὲ καὶ οὐκί apud eundem poetam, pro eo quod in soluta oratione dici ἢ οὔ, antea docui, videlicet pro Annon. sed extra interrogationem (sicut & Nécne poni solet) Il. β, —ὄφρα δαῶμεν Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκί. Ibidem, —ὄφρα ἴδηται Ἤ ῥά οἱ ἦχ' ἡμῖν προστήσεται, ἠὲ καὶ οὐκί. Hic autem nobis non sine admiratione considerandum est ἠὲ καὶ οὐκί in vna eademque significatione, vno tamen in loco subiungi particulæ ἤ, in altero autem particulæ εἰ: quum etiam ὄφρα ἴδηται quod vni præfigitur, simile sit illi quod alteri præfixum est, videlicet ὄφρα δαῶμεν. Meum tamen vetustissimum exemplar quod mihi in editione Homeri optimā alioqui & fidelissimā operā nauauit, in his lectionibus cum cæteris exempl. consentit. quod me ἐπέχειν facit. Cæterùm particulæ εἰ subiungi ἠὲ non mirabitur qui legerit quod suprà annotaui in Ἦπι, quæ subiungitur particulæ αἴκε, idem significante quod εἰ. Sciendum est porro ἠὲ καὶ οὐκὶ interdū etiam accipi pro Aut etiā nō. vt Od. ..., v. 80, Ἀνδρῶν δ' οὔκ ἄν τίς μοι ἐρίσσειεν ἠὲ καὶ οὐκὶ Κτήμασιν.

ἬΤΟΙ, Aut, Siue. sed præponitur composita hæc particula simplici ἤ. Thuc. 2, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρινόμεθά γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα. Idem, ἤτοι κρύφα γε, ἢ φανερῶς. Luc. ἤτοι κατὰ σῶμα, ἢ κατὰ ψυχήν. Sed sæpe primum etiam locum obtinet particula ἤ, vt ex prolatis antè exemplis apparet.

Ἤτοι apud poetas pro μέν, Quidem. vt Il. β, Ἤτοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. Et Il. γ, ita orditur Priamus suam breuem orationem, Ἤτοι ἐγὼν εἶμι προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν Ἄψ. Interdum tamen additur μέν, sed ἐκ τοῦ περιττοῦ: vt Il. γ, Ἤτοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασι. cui redditur δέ in proximè sequente versu, Καλὸν δ' οὕτως ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν. At in eodem libro illi ἤτοι μέν redditur ἀλλά cum δή, vt videbis v. 213 & 216. Interdum verò ei redditur αὐτάρ. Sed & coniunctioni ἀλλά interdum subiungitur, sequente eadem particula αὐτάρ, aut δέ: vt videbis Odysseæ ξ, versu 171, & Iliados α, versu 141 & 142. vbi ἤτοι nequaquam vacare existimo, sed ἀλλ' ἤτοι esse pro Verùm enimuero. Quo fortasse modo possumus vertere ἤτοι & in versu 207 Odyss. ξ, Ἀλλ' ἤτοι κῆρες ἔβαν &c. aut, Sed enim, vel At enim. Nisi quis malit pro μέν ibi quoque accipere, quum sequatur δέ. Nihilo autem magis vacare existimo particulam ἤτοι quoties ponitur cum μέν, quod dicendum fuerit si ἐκ παραλλήλου poni eas vbique dicamus, quo poni modo censet Eust. in hoc versu, Ἤτοι μὲν τόδε καλὸν, ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ.) sed interdum ἤτοι μέν esse Certè quidē, vel Quidē certè, vt illo versu Il. ..., Ἤτοι μὲν κεφαλῇ, &c. Sic ἀλλ' ἤτοι pro Sed certè. Sed nec pro μέν poni arbitror particulam ἤτοι quoties sola ponitur, sed aliquando esse potius Certè, aut Sanè, seu Profectò, vel Equidem: vt in illo versu Il. γ, suprà citato, Ἤτοι ἐγὼν εἶμι &c. Addendus est autem iis quos attuli locis, hic quoque in quo post ἤτοι ponitur μέν, adiūctā habens γάρ, Il. υ, Ἤτοι μὲν γὰρ τοί γε πολεῖς ἐμόγησεν ὀρέσθαι.

Ἤτοι, videlicet. ἤτοι haberi ἑρμηνευτικὸν σύνδεσμον ab Homeri posteris, vt ἤγουν & ἔστιν, tradit Eust. sed addēs χυδαϊκῶς. Vide p. 50.

Ἤ, Quàm. σύνδεσμος συγκριτικός, vt quidam grammatici hac in signif. appellarūt. Il. ..., Καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν (ita enim legendum, non πολυκέρδιον coniunctè) Ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ὑπόψιον ἄλλων, Multo satius fuisset quàm &c. Idem Iliad. ο, Βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Xenophon Pæd. 3, pag. 41, ὅτι μοι ἰδόντι τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον θαυμάζειν ἢ ἐμέ. Plato Pol. 1, τὸν τοῦ ἀδίκου βίον φάσκων εἶναι κρείττω ἢ τὸν τοῦ δικαίου. Philo De mūdo, τὴν σπουδὴν οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἢ προνοητικὰς λαβεῖν φαντασίας, non prius remisit quàm &c. Rursum Plato eodem libro, οὐ δήπου ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἤ, ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τούτῳ τὸ βέλτιστον ἐκτελεῖ. Ex Herodoto autē affertur ἢ οὐ pro ἤ solo, itidem post οὐδὲν μᾶλλον, in hoc loco, ἀπεδωκώς λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μανθάνοι τῆς χώρης ἢ οὐ καὶ σφίσι. ¶ Interdum ἢ cum compar. sequente εἰ, vt Xen. Pæd. 7, ἔτι κάκιον ἢ εἰ κατὰ κέρας προσιόντων. Sic post μᾶλλον, vt idem in fine lib. 1, eiusdem Pæd. αὕτη ἡ ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι ἢ εἰ κληρούμενος ὅ,τι λάχοι, τοῦτό τις πράττοι.

Interdū verò cum cōparatiuo sequentem habet particulam κατά, vel aliam. Demosthenes in or. ad Phil. epist. μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν ἀράμενον. Sic dicitur μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον, Quod maius est & magis arduum quàm vt homini conueniat, Quod humanas vires excedit. Thucyd. μείζοσιν ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν. Vicissim autem cum μικρότερος iunxit Lucianus De cal. μικρότερος ἢ κατὰ τὴν τοιαύτην προσδοκίαν ζωγράφος. Apud Herodianum autem l. 5, τὸ εἶδος πρέποντος καλλωπιζόμενον περιεργότερον ἢ κατὰ γυναῖκα σώφρονα, magis exquisita cura vultum componere quàm probam fœminam deceret. ¶ Cum ὡς autem, vt Demosth. Phil. 2, ἔστι γὰρ μείζω τὰ ἐκείνου ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις εἴποι. Interdum etiā post κατά: vt μεῖζον ἢ ὡς κατ' ἄνθρωπον. vbi vacat ὡς. Aliquando autem iungitur cū ὥστε, sequente infinitiuo, vt μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν. Sic Plato Apol. ἀπειρότερον εἶναι ἢ ὥστε πείθεσθαι. Sed infinitiuo etiam solo iūgitur interdū, vt μεῖζον ἢ φέρειν pro μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν.

Ἤ inter duos compar. Plutar. in Sol. φορτικώτερον ἢ φιλοσοφώτερον διειλέχθαι περὶ τὴν ἡδονήν. De quo quidem vsu particulæ ἤ lege Budæum pag. 1050. ¶ Ego autem inuenio & vacantem particulam ἢ post comparatiuum, vt apud Thucydidem lib. 7, p. 160, ἐνόντι τι καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν. neque enim dubito quin hic vacet, quum dicendum sit in nominatiuo, δεινότερα ἢ τοιάδε, vel δεινότερα τοιῶνδε. Sic autē vacat & hic οὐκ ἐλάσσους ἦν ἢ πέντε καὶ εἴκοσι ταλάντων. ¶ Sed & pro ἀλλά itēpro καί poni existimatur ἢ ab eodem Thuc. Eustathius certe annotat & ipse pro καί nōnullos apud Hom. accepisse.

Ἤ post ἐναντίον nonnunquam, seu τοὐναντίον, vt Lat. Quàm post Contra. Aristophanes Pluto circa principium, Τοὐναντίον δρῶν ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν. Sic Plato Symposio, ἢ οἶσθα ὅτι τοὐναντίον δεῖ πᾶν ἢ ὃ ἔλεγον; Sic Lat. Cōtrà quam dicebat, sicut Contrà atque dicebat: sed Contrarium atque dicebat, vel ac dicebat, non Cōtrarium quàm dicebat: quod quidem sciam.

Ἢ pro εἰ μή, Nisi: cuius significationis exemplum hoc affert Eustathius, τί ἂν καλὸν εἴποιμι ἢ τι αἰδεῖ τὸν Σαυμάσαι; Sic autem accipitur & à Iohāne Euang. cap. 13, v. 10, ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι. Sed in illo exēplo Eustath. dixerim τί καλὸν ἢ, esse pro τί ἄλλο καλὸν ἤ. At in hoc Ioh. loco idem nomen non æquè commode subaudiri queat.

Ἤ, pro μᾶλλον ἤ, Potius quàm. vt Iliad. α, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Vbi tamen quidam ἢ pro καί

accipere maluerunt, perinde ac si diceret, Volo populū saluū esse, & ipse interire. Nonnulli verò & alias expositiones excogitarunt: sed si ab illa prima discedēdum nobis sit, malim ἤ pro Aut, seu Alioqui, aut Sinminus accipere, quàm pro Et: vt dicat, Saluum esse populum opto, aut ipse interire: vel, sinminus, ipse interire. Verū eos qui ab illa explicatione discesserunt, non legisse puto aut certè non recordatos fuisse huius versus qui apud eundem poetam habetur, Od. ρ, éstque 81, Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε. Quinetiam Homeri posteri quum ita vtuntur verbo βούλομαι & similibus cum ἤ, ita apud illum se quoq; exposuisse ostendūt, vtpote à quo hoc loquendi genus mutuatos esse constet. Laert. in Diogene, 186 ἀλλὰ βούλομαι, ἔφη, ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατερῷ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. Vide & in Βούλομαι suprà. (quod quidam in huiusmodi locis exponunt Malo, seu Præopto: & ita ἤ solitam significationem retineret) itidem verò cum αἱροῦμαι. vt apud Chrysostomum in epist. ad Thessal. pag. 16, ἀλλ' ἑλοίμην ἂν γυμνὸς εἶναι, ἢ ἱμάτιον τοῦ δούλου φορέσαι. Sed & apud Sophoclem ita quidam exponunt, Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς. Apud Aristotelem certè aut vitiosum esse exemplar, aut ἤ pro μᾶλλον ἤ accipiamus necesse est hoc in loco Probl. fol. 99, διὰ τί παρακαταθήκην αἰσχιον ἀποστερῆσαι μικρὸν, ἢ πολὺ δάνεισμα. |Eustathius autem in hunc Od. τ locum, Καὶ γάρ τίς τ' ἄλλοῖον ὀδύρεται ἄνδρ' ὀλέσασα Κουρίδιον, (&c.) Ἤ Ὀδυσῆ' ὅν φασι, &c. annotat particulam ἤ non accipi συνήθως pro παρὰ, sed potius declarare quandam ὑπέρθεσιν, perinde ac siquis dicat, πολλῷ δὴ πλέον τὸν Ὀδυσσέα χρὴ κλαίειν. |Idem alicubi vult ἤ significare ἴσως, aut aliquid huiusmodi.

ΗΠΕΡ, idem quod ἤ, id est Quàm: sed vsitatum in soluta oratione potius quàm in carmine. Eustathius in illū Homeri versum, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, annotat, veteres tradidisse si ἢ ἀπολέσθαι acciperetur pro ἤπερ ἀπολέσθαι, tunc ἤ fore συνθέσμον διασαφητικόν.

Ἦ, (cum circunflexo & tenui spiritu) pro Certè, Profectò. Il. α, Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, Profectò enim arbitror. Vel potius, Nam profectò arbitror. Sic autem & Il. β, Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο. Quòd si potius cum Budæo exponatur pro Alioqui, aut Alioqui enim, (quæ quidem expositio mihi non displicet) tunc certè ἤ dicēdum fuerit pro ἤ accipi: cuius hac in significatione multa passim exempla extant, atque adeo afferuntur à Budæo aliquot, ibidem vbi & de isto Homeri loco agit: nimirum pag. 931. Sed nec dubitarim fateri suspectam mihi esse scripturam illam cum circunflexo: & eo quidem magis quòd in meo illo antiquiss. & fidelissimè scripto exemplari alteram scripturam reperiam, nimirum ἤ: sic tamen vt circunflexus ab aliquo non satis circunspecto correctore superpositus sit. Cæterùm Bud. in eadē illa pag. ἦ γὰρ simpliciter pro καὶ γὰρ, vel καὶ γάρ τοι ab eodem poeta vsurpari docet. atque ita fortassis accipere aliquis in locis etiā modò citatis malit. |Iungitur ἦ & his particulis, δὴ, που, μὴν, τε, atq; aliis. dicitur enim ἦ δὴ, & ἦ που, & ἦ μὴν, & ἦ τε. Il. β, Ὢ πόποι ἦ δὴ μυρί' Ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργε. Il. γ, Ἦ πού τι καταισχύνουσι κάρη κομόωντες Ἀχαιοί. Ibidem, Ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι. (De ἦ μὴν autem quod iureiurando adhibetur, vide in μὴν) Sed interdum adiungitur μὲ, non μὴν: aut etiam μάν: vt docebo in μὲ & in μάν. Cum τε, vt ἦ τ' ἐθέλεις, & ἦ τέ μ' ἔφασκε ἄξειν, &c. (at Il. α, ἦ τέ κεν ἤδη Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, pro Alioqui. adeo vt suspecta sit hæc scriptura, eodem modo quo illa quam modò protuli, Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη, &c.) Iungitur denique & aliis multis particulis. nam non solùm ἦ μὲ, sed etiam ἦ μάν οὖν, sicut & ἦ μὲ δή: nec solùm ἦ ῥά, verumetiam ἦ ῥά νυ, dicūt. Cæterùm in multis horū, quidam vacare alterutrā particulā existimarunt. (sicut & de ἦ γὰρ paulo antè docui) alii maiorem affirmationi vim addere crediderunt, & esse, verbi gratia, ἦ δὴ pro ὄντως δὴ, & ἦ μὲ pro ὄντως μὲ, seu ὄντως δή: itidémque ἦ μάλα pro ὄντως μάλα. De quibus & alibi dicetur. Hoc tantùm addo in præsentia, pro loco posse verti non solùm Certè, vel Profectò, sed & Equidem, Certè quidem, Nimirum, Enimuero. Quam postremā significationē cōuenire ipsi etiam ἦ γὰρ existimo in hoc versu Il. α, Ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην.

Ἦ interrog. Vtrum, An. Iliad. γ, qua in signif. iungitur etiam particulæ ἄρα, idque ἐκ παραλλήλου. vt Iliad σ, Ἦ φασ', ἦ ἄρα δή τις ὁμῶς θεοῖσιν ἐν ὀλύμπῳ, &c. sequente ἀνίσχει. Vbi quòd ἄρα ponatur ἐρωτηματικῶς ἐκ παραλλήλου, non fuisse scripturos Hom. posteros aliter quàm ἆρα hic quoq;, nimirū cū circunflexo, ait Eust. Ego tamē nihilo magis puto ἆρα hic retinere aliquam interrogationis significationem, quàm retinet ῥα subiuncta eidē particulæ. vt Il. ε, v. 421, Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά τί μοι κεχολώσεαι, ὅττι κεν εἴπω; Sic alibi, Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά τις ἐστὶ βροτῶν. Ex Sophocle ἦ sine adiectione, in eadem illa significatione, ἦ οὐ φὴς ἄγειν; Idem in Aiace illi adiunxit καὶ, in hoc versu, Ἦ καὶ φίλη δέσποινα πρὸς καιρὸν τινά; vbi tamen καὶ videri etiam possit non esse otiosum. Apud eūdem cum γὰρ, in eadem trag. Ἦ γὰρ Αἴας πολέμιος πρὸς οὖν τινι; Sæpe autem ἦ γὰρ in prosa & pro Nónne: atque ita Plato inter alios frequenter vtitur. Vide Bud. pag. 931 & 932. Sed hic lectorem admoneo, quum itidem ἤ pro An accipi ostenderim antea, non mirum illi debere videri quòd alicubi in huius particulæ scriptura significationem istam habentis, varient exemplaria. Apud Hom. certè nusquam me in emendatis codicibus memini legere, ἦ cum tenui & circunflexo pro Vtrum, nisi sequente ἄρα, aut ῥα, vel alia particula. Quanuis enim sciam legi ἦ cum circunflexo passim in typograph. editionibus, atque adeo in mea etiam, hoc in versu, Il. γ, Ἦ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς, &c. (vbi omnino hæc particula interrogatiuè accipienda est) fateri tamen non erubesco scripturam illam à me pro mendosa haberi: pœniterétque me quòd hic plus fidei aliis exēplaribus quàm illi meo adhibuerim, in quo ἤ apertè legitur. Budæum certè de hac scripturæ discrepantia voluisse ἐπέχειν existimo: quippe qui in lexico suo scribat, ἦ καὶ pro Vtrum etiam, identidem à Xenophonte poni, vt, ἦ καὶ συνῆν, ἦ φίλω ἐγώ, οὕτω δὴ φυτεύειν; sed in alio exemplari ἢ καὶ legi, atque ita apud Gregorium quoque scriptum inueniri.

De ἦ autem dicā (Deo fauente) in Ὡς. Interim lectorem moneo, vt quum leget apud Eustathium, hanc particulam esse non solùm διαζευκτικὸν & παραδιαζευκτικὸν, sed etiam διασαφητικὸν & διαπορητικὸν, & ἐρωτηματικὸν, item συγκριτικὸν, necnon βεβαιωτικὸν, item poni pro καθὼς & ὡς: meminerit eas quæ ab eo ita cōmiscētur signif. primùm quidem in diuersas huius particulæ scripturas distinguere, videlicet ἤ, & ἦ, & ἥ: deinde verò & eas quæ ad vnam eandémque scripturam pertinent, certo ordine collocare, sicut hîc à me factum esse videt.

ΑΥ ΔΕ ἤ ἤ non refert vbi tractetur, quum non magis ad sequens ἤ quàm ad præcedentia ἤ & ἦ pertineat. Nam ἤ ἤ vox est reprimentis & desistere aliquem iubentis, (ea pars orationis quæ Latino more interiectio appellatur) apud Aristoph. in Nubibus, ἤ ἤ μὴ σύ γε. μαθὼν εἴπερ νῦν. Quidam interprā à tace, vel, ha ha sile. Sed vnicum ha malim: quòd eiusmodi signif. habet apud Plautum. Ha caue ne illi obiectes. At Ha ha, sequente he, interiectio est risus.

ΗΓΕΟΜΑΙ, οῦμαι, Duco, Sum dux viæ, seu Præsto me ducem viæ, Præeo.

Od. ζ, v. 300. Ἔνθα δ' ἀφίκηαι ἐστὶ καὶ αὖ πατρὸς ἡγήσατο Νήσος. Apud eundem sæpe cum accusatiuo, (qui fortasse & in illo subaudiri loco debet) vt Od. η, v. 22, Ὦ τέκος, οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο Ἀλκινόου; Sic Od. θ, ἄστεα δ' ἀνθρώπων ἡγήσομαι. Alibi verò cum præpos. vt Od. ξ, – κλισίηνδ' ἡγήσατο. Sic ἡγήσατο ἐς Ἴλιον, & ποτὶ πτόλιν ἡγήσασθαι, de quibus postea dicetur. Cæterùm ἡγεῖσθαι δόμον pro εἰς δόμον, non aliud esse puto quàm Ducere domum, id est Domum ire cum aliquo, præstando se illi ducem viæ, seu præeundo. Sic ἡγεῖσθαι ἄστεα pro εἰς ἄστεα, ducere in vrbes vel per vrbes. In illo tamen versu 22 Od. η, ἡγεῖσθαι exponitur Ostendere. cui expositioni occasionem præbuisse puto verbum δεῖξω, quod postea sequitur eadem de re. sed considerare oportuerat, non solùm dici ibi δόμον δεῖξω, verumetiā ὁδὸν ἡγεμονεύσω. Vt autem hic ὁδὸν ἡγεμονεύσω, sic Od. κ dicit ὁδὸν ἡγήσασθαι. vbi Eustath. subaudit εἰς, quemadmodum in præcedentibus exemplis subaudiendum puto. Alicubi porrò ἡγεῖσθαι & ἐπάγεσθαι ita

dicitur vt præire & sequi. (Terent. verò dixit etiam, I A
præ, sequar) Od.α, v.125, Ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ'· ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς
Ἀθήνη. At in soluta oratione ἡγεῖσθαι non vno modo con
struitur. dicitur enim ἡγοῦμαί σοι, vel σοῦ: ἡγοῦμαί σοι τῆς
ὁδοῦ vel τὴν ὁδόν. Aristophanes in Pluto, Οἱ γὰρ βλέποντες
τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, Οὗτος δ' ἀκολουθεῖ. Lucianus in Her-
mot. ἀλλ' ἠκολούθει τοῖς τῶν προσωδεστάτων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ
πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον. Sed in illo Aristopha-
nis loco annotat schol. videri deesse constructioni ge-
nitiuum ὁδοῦ. vt enim plena sit, dicendum esse ἡγοῦμαί
σοι τῆς ὁδοῦ. Herodotus certè dixit etiam ἡγέομαί σοι τὴν B
ὁδόν. Synes. cum accusatiuo itidem, ἡγήσατο τὴν ὁδὸν τῶν
πολεμίων. Et ἡγοῦμαι ἄλλοσε pro Duco aliò, ex Xenoph.
Homerus autem addita præpositione accusatiuo dixit
Τρωσὶ ποτὶ πτόλιν ἡγήσασθαι, Il.χ, v.101. Sic ἡγοῦμαί σοι εἰς τὸ θέα
τρον, Æschin. Item ἡγοῦμαι sine adiectione, pro Præeo,
Præcedo (vt in loco eiusdē Homeri antè citato.) Thu-
cydides 3, ὁ μὲν ἡγούμενος, ἡ δ' ἐφεπομένη. Sic Polyb. τὰ μὲν ἡ-
γεῖται, τὰ αὐτὰ δὲ πάλιν ἕπεται.

Ἡγέομαι, οῦμαι, pro Dux sum, id est imperator, Ducto, C
Præsum. cum genitiuo, vel datiuo. vt ἡγεῖσθαι Παφλαγό-
νων, & ἡγεῖσθαι Μύσοις apud Homerum circa finem Bœo-
tiæ. pro quo ἄρχειν etiam & ἀρχὸν εἶναι dicit, atque alia.
Idem Il.α, dixit de Calchante, Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν
Ἴλιον εἴσω, pro Dux fuerat classi Græcorum ad Troiam.
In prosa autem pro hac significatione genitiuum fre-
quenter habet, datiuum rarissimè quantum memini-
sse queo. Thucyd. 1, ὧν ἡγοῦντο. & 3, Λακεδαιμονίων ἡγήσαν-
το. Herodot. ἡγεῖσθαι τοῦ πεζοῦ & τοῦ στρατεύματος. Demosth. οὐ-
δένα στρατιωτῶν αὐτῶν ὄντων ἡγούμενος ὑμῶν. At Isocrat. di-
xit etiam ἡγεῖσθαι στρατιᾶς. ‖Ἡγοῦμαι generaliter pro D
Præsum. Xen. ἱκανός ἐστι τῆς πόλεως ἡγεῖσθαι. Item ἡγούμε-
νος τῆς Γερμανίας, ex Plutarcho, vt Lat. dicitur Præesse
prouinciæ. At ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν ex Isocrate in Euago-
ra, pro Imperans voluptatibus. ‖Ex Xenophōte &
pro Præire aliis in re quapiam, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι
παντὸς καὶ ἔργου καὶ λόγου νομίζεται. Et absolutè ex eodem
affertur pro Incipere, νῦν δέ μοι δοκεῖς ἡγούμενος, μᾶλλον
ἂν ἐξεργάζεσθαι. Hesiodus tamen dixit ἡγεῖσθαι αὖθις ἐς φι-
λότητα pro præire rursum ad amicitiam, id est Redinte
grare amicitiam, in eius officiis quasi præeundo alii. E
Ita enim puto exponi debere illum locum; non igno-
rans esse qui ἡγεῖσθαι Prouocare, item qui Ducere simpli
citer hîc interpretētur. ‖Item res aliqua dicitur ἡ-
γεῖσθαι pro Præcipua esse: vt exponit B. apud Demosth.
τὸ ἡγούμενον καὶ τὸ μέγιστον.

Ἡγέομαι, οῦμαι, Duco, id est Existimo, Thuc. 1, pag. 33,
καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι. vbi subauditur infiniti-
uus εἶναι. Plato De leg. 4, ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι
περὶ τοῦτο σωτηρίαν τῇ πόλει. Rursum apud Thucydidem
lib. 1, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον τε καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε, Du- F
cite plurimi, vel Facite plurimi. Sic περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι,
Isocr. Et περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι, Lys. Nihili facere. Cæte-
rùm ἡγέομαι non dubito quin ab ἡγῶ, aut ab ἥγημαι (quæ
sunt ab ἄγω) deriuatum sit.

Ἥγημα, ατος, τὸ, Ductus, Consilium. βουλή, γνώμη, παρὰ τῷ
προφήτῃ, inquit Suid.

Ἥγησις, εως, ἡ, Ductus, Principatus.

Ἡγήτωρ, ET Ἡγητήρ, ῆρος, ὁ, Ductor. Il.β, — Ἀργείων ἡγήτορες
ἠδὲ μέδοντες, Argiuorum ductores. Il.γ, Τρώων ἡγήτορες.

VNDE Ἡγήτειρα ET Ἡγήτεια, fœm. gen. Ductrix. Prius G
ἡγήτειρα in Epigr. est. At ἡγήτεια dicebatur (vt scribit Eu-
stath.) παλάθη τις ἡ προσόντι πεμπομένη ἐν ταῖς πομπαῖς. pro-
priè autem παλάθη appellabatur, (vt idem subiungit) ἡ
τῶν σύκων ὕστερον τῶν ἰσχάδων ἐπισωρευθεῖσα. Ab ἡγήτωρ autem
est ET Ἡγητεία, ας, ἡ, Principatus, ἡγεμονία, Suidas.
‖Apud eundem Suidam ἡγητεία Psello est τῶν σύκων ἡ
παλάθη: παλάθη verò ἡ μᾶζα τῶν σύκων. PRO QVO Ἡγη
τηρία scribitur apud Hesychium & Athenæum, & itidē
dicitur esse σύκων παλάθη, ἣν ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Πλυντηρί-
ων φέρουσι συγκειμένην ἐξ ἰσχάδων, διὰ τὸ τοὺς αὐτὸ χθονὸς ἡμέ- H
ρου καρπὸν φαγεῖν πρῶτον τῶν σύκων: dicta παρὰ τὸ ἡγήσασθαι
τροφῆς, vt apud Hesych. est. Apud Athen. lib. 3, ficus dici-
tur hominibus fuisse ἡγεμὼν καθαρείου βίου: idque inde
perspicuum esse quòd Athenienses ἱερὰν συκῆν vocent
locum in quo primùm inuenta est: fructùmque eius

A ἡγητηρίαν, διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. Quæ
ferè iisdem verbis ab Eust. referuntur: apud QVEM
Ἡγητηρίας scribitur: ὁ καρπὸς αὐτῆς (inquit) ἡγητηρίας, διὰ
τὸ προευρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. ita vt ἡγήτεια, (quod
suprà ex eodē Eust. attuli) & ἡγητεία (quod ex Psello a-
pud Suidam) & ἡγητηρία (quod ex Athenæo & Hesych.)
& ἡγητηρίας hoc, (quod itidem ex Eust.) eadem sint rei-
psa, scriptura diuersa.

Ἡγηλάζω, Duco, Præeo. προηγοῦμαι, ἐξηγοῦμαι: si autem te-
nui spiritu scribatur, ἄγω, vt quidem Eustachius anno-
B tat. Odyss. ρ, Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλά-
ζει, malus malum ducit, malus malo præit. cui subiun-
git, Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, Ita semper deus
similem ad similem ducit: seu similem simili aggre-
gat. vbi verba hæc duo ἄγει & ἡγηλάζει affinem habent
significationem. Od. λ, ἦ τινα καὶ σὺ κακὸν μόρον ἡγηλάζεις;
id est ἄγεις, vt Eustathius exponit: addens, ἡγηλάζειν apud
antiquos, præter ἄγειν, esse διώκειν, φυγαδεύειν, τηρεῖν: deri-
uari autem ab ἄγειν & ἐλᾶν, facto inde ἀγηλᾶν, & ex eo
C ἡγηλάζειν.

Ἡγεμὼν, όνος, ὁ & ἡ, Dux [viæ.] Xenophon, καὶ τὸν ἡγεμόνα
δήσαντες παραδιδόασιν αὐτοῖς. Additur interdum & geni-
tiuus ὁδοῦ, sicut à Lat. Viæ: vt ab eodem, ὁδοῦ λαβεῖν ἡγε-
μόνα. Sic ἡγεμόνας τῆς ἀτραποῦ dicit quidam apud Sui-
dā. Iungitur & aliis genitiuis, vt τῆς ἀπάτης ἡγεμόνος,
apud Plut. vbi verti etiam potest Qui præfuit. Et Syne
sius epist. 137, ἐγὼ θεὸν ἡγεμόνα τοῦ παραδόξου λογίζομαι, quæ
Budæus vertit, Huius rei causam diuino numini attri-
buendam censeo. Sic autem & ducem Lat. interdum
metaph. dicunt, nonnunquam verò Ducem & Autorē
D iungunt. ‖Item Dux [exercitus,] Ductor, Imperator.
Iliad. β, Ὡς τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα Ὑσμίνην
δ' ἰέναι. sic alibi sæpe. Thucydides lib. 8, ἔχοντας ἡγεμό-
νας τῶν πάνυ στρατηγῶν. Apud eundem certè plus esse vi-
detur ἡγεμὼν quam στρατηγός.

Ἡγεμὼν, Princeps. (sicut Lat. quoque ducem & prin-
cipem interdum copulant) Plato in fine epist. 6, καὶ τὸν
τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγε-
μόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον. vbi Bud. ἡγεμόνα interpret.
Principem. Chrysippus dixit νόμον debere esse προ-
E στάτην τῶν καλῶν τε καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, vbi ἄρ-
χοντα & ἡγεμόνα quidā interpr. Principē ac imperatricē.
‖Ἡγεμὼν interdum Præses seu Præfectus, cum variis ge
nitiuis. Interdum verò & sine adiectione, Magistratus.
quo vtitur modo & Plutarchus. qui etiam scribit in
Romulo, Romanos appellasse Patres conscriptos quos
Græci ἡγεμόνας suo etiam tempore vocarent. Athenis
ἡγεμὼν & πρύτανις dicebatur qui erat princeps & præfe-
ctus collegii τῶν ἀρχόντων, vt scribit Bud. p. 152.

Ἡγεμὸν neutr. gen. vnde ἡγεμόνα μέρεσιν apud Plato-
F nem in Tim. Partibus principatum obtinentibus, vel
Partibus præcipuis.

Ἡγεμονὴ, ῆς, ἡ, Principatus, Imperium. vulg. l. ex Plat. Tim.
Apud Hesychium verò ἡγεμόνη dicitur Ἄρτεμις & Ἀφρο-
δίτη: item nauis quædam. In vulg. lex. est ET Ἡγεμο-
νός, οῦ, ὁ, Dux.

Ἡγεμονὶς, ίδος, ἡ, Imperatrix, Quæ principatum obtinet. vt
ἡγεμονὶς πόλις, Roma Appiano. Et Philo αἴσθησιν appella-
uit ἡγεμονίδα sensum qui principatum inter cæteros
obtinet.

G Ἡγεμόνιος, Mercurius cognomento dictus quòd viæ sit
dux. Aristoph. Plut.

Ἡγεμονία, ας, ἡ, Imperium, quod obtinent qui imperatores
seu duces vocantur. Thuc. 4, pag. 151, τῆς ἡγεμονίας εἵνεκα
αὐτοῦ. Idem lib. 7, pag. 237, πολλὰ ἐν ἡγεμονίαις ὑμᾶς εὖ ἐποιή-
σαμεν. Plutarchus in Camillo, οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλίαρ-
χοι. Apud eundem cum genitiuo in lib. De Herodot.
ἡγεμονίας τυχεῖν τοῦ ἀριστεροῦ κέρως. Alicubi verò ἡγεμονία est
potius ipsum imperatoris munus, seu ars imperatoria:
vt apud Philonem, ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν ἡγεμονίᾳ πάντων ἀρί-
H στης. Imperium à Plauto tali significatione poni existi-
mo. Latius autem extenditur ἡγεμονίας signif. vt quum
dicit Æschines ἡγεμονίαν τῶν δικαστηρίων λαμβάνειν, pag.
56, pro Imperium & iurisdictionem accipere, Bud. in-
terpr. De qua fusius apud Suidam & Harpocrationem.
Et pro imperio, ea significatione qua dicitur Imperiū

Romanum. Plutarchus in Cicerone, ὤμνυε χαίρειν ὅρκον, ἦ μὴν συνειλέναι τὴν πατρίδα καὶ διατετηρηκέναι τὴν ἡγεμονίαν. A
Generaliter denique pro imperio seu principatu, apud Thuc. Isocr. Æschinem, atque alios. Sunt verò & qui ἡγεμονίαν alicubi Præfecturam interpr. Apud Herodianum certè Politianus Magistratum etiam reddidit.
‖Sed Plato ἡγεμονίαν alio etiam modo posuisse mihi videtur, nimirum pro eo quod Gall. dicitur *conduire*, respondetque omnino Græcæ voci, quum ἡγεῖσθαι sit *conduire*. Plat. locus est hic, μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ B
τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. Hinc autem sumpsit Cicero quæ ait a Platone scripta esse, & quidem diuinitus: nimirum, Quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Ita ille. At si vim vocis ἡγεμονία exprimere oporteat, puto esse Exemplum quo quis alii præit, & veluti viam ostēdit. Ad verbum autem reddi possit fortasse Ductus, pro illo Gallico *conduite*. Auspiciū quoque eo sensu dicunt Latini interdum: atque adeo Plautus Auspicio & ductu, simul ponit: imò verò alicubi Imperio etiam addit. Legitur enim in Amphitr. Vt C
gesserit remp. ductu, imperio, auspicio suo.

Ἡγεμονικός, ή, όν, Imperatorius, Ad imperatorem pertinēs, Imperatori conueniens. Philo De vita Mosis lib. 1, τὰς δὲ τῆς τάξεως χώρας [ἀπαρχὰς] ἀπὸ ἡγεμονικάς, τῷ συμπάντων μεγάλῳ ἡγεμόνι θεῷ [ἀπένειμε.] Plutarcho ἡγεμονικὸς (teste Budæo) est Prætorius vir: item Ordinum ductor. Synesio autem, Qui imperare nouit. In v. lex. ἡγεμονικωτέρα τάξις ex Plutarcho in Publicola, pro Primus locus: sed rectius (vt opinor) Duci seu imperatori conuenientior, vel Magis decens imp. &c. D

Ἡγεμονικός, Principatum obtinens aliqua in re, Princeps. Philo De mundo, ἐν τῷ σώματι ἡγεμονικώτατον ὄψις ἐστὶν, ἐν δὲ τῷ παντὶ, ἡ τῆς φωτὸς φύσις. Et substantiuè τὸ ἡγεμονικὸν, Principatus animi, Cic. Vide Bud. p. 152. Item τὸ ἡγεμονικὸν πνεῦμα ex Greg. pro spiritu principali.

ET Ἡγεμονικῶς, Imperatoriè, Vt imperatorem decet. Item, Vt decet virum principem, vulg. l. ex Plutarcho in Pericle.

Ἡγεμονεύω, Sum dux [viæ.] Il. ε, Τῇ ἴσαν ἦρχε δὲ σφιν Πυλαιμένεος ἡγεμονεύων. Et cum accus. ὁδὸν, Od. ζ, — ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω. Sic alibi. Iungitur & aliis accusatiuis. vt A- E
pollon. Argon. 2, δαίμων ἕτερον πλόον ἡγεμονεύσει. Et cum genitiuo apud eundem, στόλου ἡγεμονεύει pro Ductor est classis. Apud Homerum verò & cum datiuo personæ pro Ductorem esse seu ducem, id est imperatorem: vt Il. β, Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε. Thucyd. pass. etiam dixit lib. 3, ἡγεμονεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν, Imperio nostro parere, Regi à nobis. VNDE Ἡγεμονεία, ας, ἡ, Præitio, Principatus.

Ἡγεμονέω, ῶ, Principatum teneo, vt Cic. apud Plat. vertit, p. 31 mei Cic. lexici. F

Ἡγεμόσυνον, ου, τὸ, Præmium ducendi. v. l.

Ἡγεσία, ας, ἡ, Præitio, Principatus.

Ἡγέτης, ου, ὁ, Ductor, Dux. Idem quod ἡγεμών; vt Suid. docet, apud quem adespoton hoc est, μὴ διαφῆς ἁγέτα θηροσύναν. Est AVTEM Ἁγέτα Doricum pro ἡγέτα.

C. Ἀφηγοῦμαι, pro ἡγοῦμαι, Duco, Sum dux, Præeo. Xenophon Pæd. 1, ἵνα ἐξάγωνται καὶ ἵππεις καὶ ἀφηγεῖσθαι. Idem Hellen. 5, νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, ἀφηγεῖτο, ὥσπερ νομίζεται, φῶς ἔχων, ὡς μὴ πλανῶνται αἱ ἑπόμεναι νῆες. Sic Aristot. περὶ τῶν θαυμασίων. pag. 405. Item pro Ducem esse, in re G
militari. vt ἀφηγεῖτο ἑκάστης ἑκατοστύας ἀνήρ, ex Maccab. Item pro Ducem esse, id est principem: vt ἀφηγεῖσθαι τῆς σχολῆς, Laertius in Xenocr. 187: & in Lacyde. Sed & sine casu, ex Plutarcho in Numa, ἀφηγεῖσθαι δοκοῦντας αἰσχυνθῶσι, pro Regnare. ‖Item ἀφηγεῖσθαι pro Adducere summum magistratum in ædes vbi delitescit qui in carcerem abducendus est (quæ significatio ex prima sumi videtur, vt sit quasi Ducem viæ esse ipsi magistratui, &c.) Vide Pollucem lib. 8.

Ἀφηγέομαι, οῦμαι, Narro, Commemoro (qua in signif. vsitatius est διηγέομαι) Herodotus in Clione, ἀπηγέεσθαι πᾶν τὸ γεγονός. id est (Aulo Gellio interprete) Rem sicuti acciderat, narrauisse. Est autem ἀπηγέεσθαι Ionicè pro ἀφηγεῖσθαι. H

Φηγήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Dux viæ. Hesych.

Ἀφήγημα, Narratio, διήγημα. Greg. ET Ἀφηγηματικὸς, Narratiuus, apud Gazam. ET Ἀφήγησις, idem quod ἀφήγημα. ITEM Ἀφηγητὴς, Narrator. Aut etiam, Dux viæ. ET COMP. Ἀξιαφήγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, (pro quo apud Herodotum ἀξιαπήγητος) Narrari dignus, id est qui narretur, Memoratu dignus, Memorabilis.

C. Διηγοῦμαι, Narro, Cōmemoro. vt Lucianus De hist. scribenda, de Thucydide loquens Atticam illam pestilentiam commemorante, ὅπως μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς ἔτι δοκῇ, οὐ τὰ πράγματα ὑπονοεῖ. Idem ibidem, ἐπὶ τὰ δυστυχῶς ἢ ἀσεβῶς γεγενημένα, ὡς ἐπιτρέχων διηγῆται. Isocrates autem dixit etiam διηγοῦμαι περὶ τούτων, pro Dissero de his.

Διήγημα, ατος, τὸ, Narratio, Quod narratur. Apud Greg. sæpe est Rei expositio, Commemoratio, vt scribit Bud. ex illo afferens, καὶ μικρόν τι προσεξηγήσασθαι τῷ διηγήματι, pro Longiusculè rem narrare. HINC Διηγηματικὸς, q. d. Narratiuus, Ad narrationem pertinens. Item, Qui narrationibus delectatur, vel, vno verbo, Fabulator, Sermocinator, vt à Bud. redditur in hoc loco Aristotelis, Ethic. 3, τοὺς γὰρ φιλομύθους καὶ διηγηματικοὺς, καὶ περὶ τῶν τυχόντων καταπείροντας τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχους λέγομεν. ET Διηγηματικῶς, q. d. Narratiuè. ITEM diminut. Διηγημάτιον, Narratiuncula.

Διήγησις, εως, ἡ, Narratio, Commemoratio. Sed longior est quàm διήγημα: à quo ita eam differre tradit Aphthon. vt ποίησις à ποίημα. ET Προδιήγησις, q. d. Prænarratio, Præparatio ad narrationem. In v. l. exponitur προκατάστασις apud Hermog.

C. Εἰσηγοῦμαι, Consilio meo alicui velut præeo, Consilium do aliqua de re, Suadeo. Dicitur autem εἰσηγοῦμαι τι, vel εἰσηγοῦμαί σοί τι: item εἰσηγοῦμαι περί τινος: interdum & cum infinitiuo, necnon cum ὅπως. εἰσηγοῦμαι πόλεμον, Dem. Xen. Hell. 1, εἰσηγοῦντο πόρον χρημάτων. Idem alibi, μὴ ὅπως ταῦτα εἰσηγεῖσθαι αὐτοῖς. Isocrates Panegyr. περὶ τοῦ πολέμου εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβουλεύειν. Et εἰσηγεῖσθαι δωρεὰν, Plut. Publ. Idem in Per. εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸν περὶ τῶν νόθων νόμον. Sed & cū ὅπως apud eundem in Themistocle, εἰσηγουμένων ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας. vbi εἰσηγεῖσθαι exponitur etiam Referre de ea re, Consilium in medium afferre, seu proponere. Sic εἰσηγεῖσθαι γνώμην Plutarch. & Synes. Vbi tamen εἰσηγεῖσθαι non est simpliciter Proponere, sed Proponere quasi præeundo & in viam deducendo. Itidem verò εἰσηγεῖται νόμον qui legem proponens suadet. Suasor legis, & lator rogationis (inquit Bud.) ὁ γράφων appellatur, & ὁ εἰσηγούμενος, vt Luc. in Timone, εἰσηγήσατο τὸν νόμον Ἐχεκρατίδης. Idem εἰσηγοῦμαι τοῦτο exponit etiam Autor sum huius rei, Principiū & originem do huius rei: vt videbis pag. 814. Instituo quoque alicubi redditur: vt Plutarchus in Apophthegmatis de Lycurgo, καὶ τὴν χειρῶν ἀποκοπὴν εἰσηγησάμενος. Cæterū illi verbi εἰσηγοῦμαι signif. qua pro Suadeo ponitur, primū locum dedi, quòd & frequens sit, & in ea simplicis etiā significatū ex parte aliqua retineatur. quod vt ostenderem, vsus sum illa periphrasi, Consilio meo alicui velut præeo. Siquis tamen primum locum illi dare malit qua ponitur pro Autor sum, vel Principium do & originem, non magnopere repugnabo. nam qui illud facit, is itidē aliis velut præit. Cæterùm Budæus alibi εἰσηγεῖσθαι, sicut & ὑπάρχειν, exponit etiam Exemplum præbere, item Præire, Præmonstrare. Ego verò his addo, posse εἰσηγεῖσθαι (meo iudicio) alicubi reddi etiam ad verbum Introducere, & quidem ex Cicerone: vt quum dicit De off. lib. 3, Eiusmodi deliberationem introducere. Sic & quod Athen. dicit de Lucullo εἰσηγητὴς γενέσθαι τρυφῆς, verterim, Introduxit luxum. idem enim est quod εἰσηγήσατο τρυφήν. Atq; adeo quum infinitiuo etiam iungat hoc verbum Cicero, nō dubitarim, quod idem Athenæus dicit, θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, reddere, Introduxit, Alexandrum esse deum. nam subaud. εἶναι. ‖Sed εἰσηγεῖσθαι & pro Explicare affert Bud. ex hoc Platonis loco in Symposio, ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰσηγήσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε.

Εἰσήγησις, Suasio, Admonitio, Theodorit. in Eccles. hist. Itē διδασκαλία, Hesych.

Εἰσηγητὴς, Suasor, Monitor. Item autor, vt εἰσηγητὴς ἐπιτηδευμάτων ὠφελίμων, Luc. in Anacharſ. vbi poteſt etiam verti fortaſſe Qui introduxit, ea ſequendo quæ paulo antè dixi. A

Εἰσηγητήριον, Tempus quo quis ad magiſtratum gerendū aut ad fungēdū ſacerdotio velut introducitur. Ita quidam interpretantur ex Heſych. cuius verba ſunt, εἰσηγητήρια ὅταν ἄρχηται βουλεύειν ἢ θύειν.

C. ΕΞηγοῦμαι, Dux ſum, Præſum. Il. β, Τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω οἷσί περ ἄρχει, Τῶν δ' ἐξηγείσθω, κοσμησάμενος πολιήτας. vbi Euſtathius σημαινέτω exponit προστασσέτω, at ἐξηγείσθω, expon. ἡγεμονευέτω. quinetiam poſterioris verſus ita reſoluit verba, ἐξηγείσθω τῶν οἰκείων πολιτῶν κοσμήσας αὐτούς. Thucydides quoque ἐξηγεῖσθαι dicit pro Præeſſe, item Regere, Moderari: & Ducem ſe præbere aliqua in re. Sed & Adminiſtrare apud eum redditur, vbi iungitur accuſatiuo. Et ἐξηγουμένη Præſes & arbitra, vt Bud. interpretatur in hoc Galeni loco, τρίτη δ' ἐν ἐγκεφάλῳ καθίδρυται ψυχὴ λογιστική, τῶν κατὰ προαίρεσιν ἐνεργειῶν ἅμα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐξηγουμένη. B

Ἐξηγοῦμαι τὸν νόμον, Præeo legem, id eſt Præeo legis verba: vt Bud. vertit in hoc Demoſthenis loco De falſa legatione, ὑπογραμματεύων γὰρ ὑμῖν, αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τοῦτον τῷ κήρυκι. id eſt, Quum enim ſcribæ officio fungeretur, ipſe apud vos pronuntianti præconi legis huius verba præibat. Alloquitur autem iudices. C

Ἐξηγοῦμαι, Autor ſum, Cenſeo. vt apud Xenophontē Pæd. 7 & 8 Bud. interpr. εἰ μάγοι ἐξηγοῦνται. Idem tamen alibi dicit eidem Xenoph. eſſe Interpretari quid ius fáſque ſit. Rurſum apud Lyſiam ait eſſe, Interpretari res ad cultum deorum pertinentes: vel Reſpondere de legibus, ita ſcribentem pag. 103, τοὺς ἀγράφους νόμους καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται. Quò pertinent hæc Plutarchi in Camillo, θύσας τοῖς θεοῖς, καὶ καθάρας τὴν πόλιν, ἐξηγουμένων τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν. Et ibidem, ἐξηγουμένου Φαβίου τοῦ ἀρχιερέως. ‖Demoſth. contra Euerg. 144, τὰ νόμιμά σοι ἐξηγησόμεθα, id eſt, Iura tibi interpretabimur, vt Bud. vertit: vel Explicabimus tibi iura legitima, vt Cam. Et ἐξηγήσασθαι πολλαχῶς περὶ τῶν αὐτῶν, Æſchin. pro Diſſerere, vt Bud. interpr. At in vulg. lex. ex Platone in epiſt. ἐξηγεῖσθαι ἐν λόγοις pro eodem. Et ex Ariſtot. pro Enarrare, Explicare: itidémque ex Galeno ad Glauconem 2, ἐξηγεῖσθαι τὰς δυνάμεις ἁπάντων φαρμάκων. In iiſdem ex Euripide, ἐξηγοῦ θεούς, pro Ede deos: fortaſſe pro Ede nomina deorum. D E

Ἐξήγημα, ET Ἐξήγησις, Enarratio, Explicatio. Sophoclis tamen ſchol. ait ἐξήγησιν dici ἐπὶ τῶν θείων, ſicut ἑρμηνεία dicitur ἐπὶ τῶν τυχόντων. A Polybio lib. 2, ἐξήγησις vocatur etiam Hiſtoriæ & rerum geſtarum expoſitio, vt ſcribit Budæus. Differūt autem ἐξήγημα & ἐξήγησις: ſicut antea de διήγημα & διήγησις dictum fuit.

Ἐξηγητὴς, οῦ, ὁ, Qui in re aliqua ſe veluti ducem præbet. Herodot. σὺ εἰς οἶκον τὸν βασιλέως ἐξηγητὴς γίνεαι πρηγμάτων ἀγαθῶν, ἐκ σέο παραγίνεταί οἱ ταῦτα, Tu dux es in ſuadēdo quæ domui regiæ vtilia ſunt, Tuo ductu tuiſq; auſpiciis regia dom⁹ multis fruitur cōmodis. Hūc enim eſſe puto huiusloci ſenſum. at in v. l. ἐξηγητὴς γίνεαι redditur ſimpliciter Exponis. A Budæo autē explicatur Conciliator, Sequeſter & tranſactor alicuius rei, in hoc Demoſthenis loco (qui Herodoteo non abſimilis videtur) πρὸς Λακρ. pag. 63, οὗτος δ' ὁ Λάκριτος ἁπάντων ἦν τούτων ὁ ἐξηγητής. ‖Ἐξηγητὴς, Enarrator, Explicator, Explanator. vnde & eos qui ſcholiis ſeu commētariis aliquem ſcriptorem illuſtrarunt, quidam ἐξηγητὰς appellarunt. Sed ἐξηγηταὶ peculiari ſignificatione dicti fuerunt Qui interpretabantur res ad cultum deorum pertinentes, Qui rationem ſacrorum tenebant & cultus deorum, Prudentes iuris pontificii, vel Pontifices & religionum iudices. Tot enim modis interpretatur Bud. qui etiam addit non fuiſſe auguribus abſimiles ſeu haruſpicibus. Quidam reddunt Sacrorum interpretes. Cicero certè apud Platonem vertit Interpretes religionum. Demoſthenes contra Euergum & Mneſib. ἐπειδὴ ἐπαύσατο ἦλθον ὡς τοὺς ἐξηγητάς. vbi ἐξηγηταὶ ſunt (ſicut Camer. annotat) illi quorum erat reſpondere de iure ſepeliendi eam quæ videbatur mortua de pulſatione. Vide Plato- F G H

nem De leg. pag. 293 & 359: & Pauſan. 13. Exponitur autem ab Harpocratione & Polluce. HINC Ἐξηγητικά, Libri Pontificales, vel de iure pontificio, Bud. ex Macrob.

C. ΕΦηγοῦμαι, Præſum, vt exponitur in vulgatis lex. quæ hunc ex Thucydide locum afferunt, ἐφηγεῖται ἐλθεῖν τοῖς ἐν πόλει οὖσιν ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι αὐτοὺς πρὶν ἰδεῖν. Sed ἐφηγεῖται hîc (ſi mendo caret) nullo modo ſignificare poteſt Præeſſe: videtur autē accipi pro Exponit, eorū videlicet more qui conſiliū dare volunt, quod potius eſt ὑφηγεῖσθαι. AT Ἐφήγησις Suidæ eſt Actio aduerſus eos à quibus receptus eſt is cui lex regione aliqua interdixit, ſiue exuli, ſiue homicidæ, ſiue alii: aut Actio aduerſus eū qui publicum aliquid clanculum poſſidere exiſtimatur. Vide Suid.

C. ΚΑΘηγοῦμαι, Dux ſum viæ, Præeo. Plut. ad Col. εἰ μὴ καθηγήσατο Δημόκριτος, οὐκ ἂν προῆλθεν Ἐπίκουρος ἐπὶ τὴν σοφίαν. Plato Dionyſio, σὺ καθηγοῦ, ἕψομαι δ' ἐγώ. q. d. I præ, ſequar. Sed quia id metaphoricè ab eo dicitur, Budæus vertit, Prouocato me: at ego malim, Præi tuo exēplo. Sic apud Xenophontem Apomn. 2, καθηγεῖσθαι pro Exēplo meo illi præire. Quod autem dicit Plutarchus in Theſeo, καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, verto ad verbum ex Cicerone, Ducem eſſe regēdæ reipublicæ, potius quàm Principem gerere remp. vt habent vulg. lex. Idem Plutarchus in Camillo, καθηγήσατο τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατείας: quod in illis redditur, Duxit exercitum in Italiam. Ego malim, Dux fuit expeditionis in Italiam: vel autor, aut princeps: vt ſimul etiam conſilio eius ſuſceptam fuiſſe eam intelligatur. Item καθηγεῖσθαι τοῦ λόγου, pro Diſputationis initiū præbere, B. 812. vel Diſputationē inſtituere. ‖Καθηγεῖσθαι item pro Præceptorem eſſe: Strabo, καθηγήσατο δὲ χρόνος ὁ Ἀθηνόδωρος.

Καθηγητὴς, οῦ, ὁ, Dux viæ. ET Καθηγεμὼν eadem ſignificatione, & quidem in fœm. etiam genere interdum, vt Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι, Plutarch. Theſeo. Interdum verò additur genitiuus ὁδοῦ. Exponitur & Autor, Suaſor, Impulſor: quia qui ſuadet & impellit, eſt velut dux viæ. Item Qui inſtruit, Monitor, Præceptor. Gregor. de Baſilio, σύμβουλος ἀγαθὸς, προστάτης δεξιὸς, τῶν θείων ἐξηγητὴς, τῶν πρακτέων καθηγητής. Syneſ. τῆς γενναίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων.

C. ΠΕΡΙηγοῦμαι, Circunduco, Duco circum. Luc. περιηγήσομαί σοι τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα. vbi Bud. Circunducere interpretatur. Baſil. in Hexaem. homilia 6, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀηθεῖς τῶν πόλεων τῆς χειρὸς λαβόμενοι περιηγούμενοι. At ex Herodoto affertur cū datiuo perſonæ, περιηγησάμενοι τὸ οὖρος Πέρσῃσι, pro Qui circum montem Perſas duxerunt. Vbi videtur eſſe pro ἡγησάμενοι Πέρσῃσι περὶ τὸ οὖρος. ‖At Luc. cum illa cōſtructione poſuit pro Singillatim expono, Singulas partes narro & commemoro: ſcribens, περιηγήσομαί σοι τὰ ἐν ᾅδου ἅπαντα. ita enim Bud. hic exponit. Sed addo, intelligendum eſſe Singula exponere, tanquam ſimul per ſingula ducendo, vt Virg. loquitur.

Περιηγηματικὸς λόγος, Oratio qua res ita deſcribuntur vt quaſi in rem præſentē lectores perducantur. Aphthon.

Περιήγησις, q. d. Circunductio, id eſt Ipſa actio circunducendi, ſeu ducendi per ſingula. Item, Expoſitio & commemoratio rei alicuius quæ fit ſingillatim, & quaſi lectores in rem præſentem atque adeo per ſingula ducēdo, vt dixi Virgiliū loqui. Hoc autē cum alii faciunt, tum Pauſanias & Strabo. vnde & hic lib. 2, exponere incipiens ſitum orbis, ſcribit, καὶ δὴ καὶ εἴη ἂν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως. Hinc & Dionyſii Alexandr. poemation inſcribitur τῆς οἰκουμένης περιήγησις. (& ab Euſtachio paſſim ipſe περιηγητὴς appellatur) Sed & ὕβρεως περιήγησιν dixit Hermog. Vide Bud. p. 423 & 424.

Περιηγητὴς, q. d Circunductor, id eſt Qui circunducit, ſeu ducit per ſingula, Perductor, qui & Xenagogus Cicer. voce Græca vtenti. Iuſtin. in Paræn. περὶ δὲ τῆς περιηγητοῦ ... καὶ τοὺς τόπους ἡμῖν ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἐπιδείξαντων. Luc. autem περιηγητὴν τῆς εἰκόνος appellauit τὸν ... ἐκ πλείονος τὴν εἰκόνα. Item περιηγητὴς eo ſenſu quo tribui Dionyſio hoc nomen dixi: quod & Polemoni ab Athen. itē Diodoro & Praxiteli cuidā à Plutarcho datur. ET Περιηγητικὰ βιβλία apud eundem

Digitized by Google

Plut. Libri quibus huiusmodi descriptiones continentur. A Item περιηγητικός, Peruagator, & Peruulgatus. vt περιηγητικὴ δόξα Plut. Peruulgata opinio. B.

C. ΠΡΟηγοῦμαι, Praeeo, Praecedo, Antegredior. Aristoph. Pluto, προηγοῦ τοῦ θεοῦ σύ. Et metaph. προηγουμένη αἰτία seu προηγησαμένη, seu προηγούμενον αἴτιον, quae Cic. ad verbum Causa antegressa. Dicitur & causa antecedens. Celso est causa abdita & in occulto posita, quae morbos continet. At προκαταρκτικὴ est causa externa, quae & euidens dicitur. De his Gorraeum lege. Plutarchus De fato, p. 648. τὸ μηδὲν ἀναιτίως γίγνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰς προηγουμένας B αἰτίας. Sed illa differentia inter προηγουμένας αἰτίας & προκαταρκτικὰς apud medicos praesertim extat. Paulus Aegineta lib. 3, προηγουμένης μὲν ἐν τῷ σώματι καὶ πῶς ἡρμοσμένης τῆς ὕλης, τῆς δὲ προκαταρκτικῆς αἰτίας κινησάσης αὐτήν. Hanc tamē diff. alicubi confuderunt cum alii tum Aetius. Apud Galenum sunt etiam τὰ προηγησάμενα relata ad sua συμπτώματα, vt docet B. pag. 497. Item προηγούμενα generaliter pro Antegressa, id est, Ab initio & per se subsistentia. Budaeus ex Basil. in Hexaëm. 14, τὸ δὲ σκότος οὐ προηγούμενον ἦν, ἀλλὰ παρυφίστησιν, ἑτέροις παρακολουθοῦν. Vide eundem Bud. & in Comm. pag. 497. Et C προηγούμενα σπέρματα, Primigenia semina, vt idem interpr. Sic autem & in isto Plutarchi loco vult προηγούμενον esse primigenium, vel Antecedens. vbi videlicet scribit, ἐπεὶ τοίνυν προηγούμενον οὐδὲ ἓν τὸ ἀδόξασμα, τὸ δὲ κοινόν, ἐπηγούμενον καὶ συμβεβηκός. id est (vt ibidem) πρόσφορον τῷ φύσει καὶ τυχὸν δίκαιον. Item προηγούμενον ex Aristotele pro exemplari proposito vnde effigies ducitur.

In vulgatis lexicis ταύτης προηγουμένης ex Aristotele pro Huius ductu. Et προηγουμένη ἀντίθεσις ex Hermog. Obiectio prima, cui opponitur ἡ ἐξ ὑποβολῆς. Item τὸ προηγούμενον τῆς βλαστῶν ἁπαλῶν, pro Summa pars germinis.

Προηγεῖσθαι, Praecipuum esse, Praecipuum locum tenere in re aliqua: vt δῆλον οὖν ὡς προηγουμένου καὶ πρώτου, τουτέστι τῆς ψυχῆς, προηγουμένην τε καὶ πρώτην δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. qui locus ἀδεσπότως à Bud. affertur. In vulgatis lex. προηγούμεναι σμικραί ex Diosc. pro Praeualentes: itidémque προηγούμενον τεκμήριον ex Chrysost. pro Praeualens signum.

Προηγοῦμαι, Procedo. Pauf. προηγουμένου ἐς ἄκρον ἀμφοτέροις τοῦ μίσους, procedente odio. B.

Προηγεῖσθαι cum accusatiuo personae & datiuo rei apud Paulum, ad Rom. 12, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, quod vetus interpr. reddidit Honore inuicem praeuenientes. Alii, Honore alius alii praeeuntes. Videtur autem signif. Paulus, Alius alii suo exemplo praeeūtes in honore deferendo.

Προηγουμένως, q. d. Antecedenter, (vt pro ἑπομένως dicitur Consequenter) Ex antecedente vel antegressa causa. F Interdum etiam pro Primaria ex causa, Primariè, Praecipuè, vt Budaeus exponit in hoc Plutarchi loco, οὕτω δὲ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου προηγουμένως παραλαμβάνει, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα, ἑπομένως. Damascenus, De Deo loquens, τὰ δὲ ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει καὶ εὐδοκεῖ· τὰ δὲ πονηρὰ καὶ ὄντως κακά, οὔτε προηγουμένως, οὔτε ἑπομένως. Vide & Basilii locos apud Bud. pag. 495 & 497.

Προηγουμένως, Ex professo, vt exponitur apud Dioscor. lib. 4, προηγουμένως καθαρτικὴν ἐκλέλεκται ἀγωγήν.

Προηγητής, οῦ, ὁ. ET Προηγητήρ, ῆρος, ὁ, Qui praeit, Dux viae. G Sed peculiariter ita vocatur Qui praeit caeco, estque ei dux viae: ὁ χειραγωγὸς τοῦ τυφλοῦ, si Hesychio creditur. Item, ὁ τὰ ζεύγη προηγούμενος ἐν τοῖς γάμοις. Hes. & Eust.

ET Προηγητικός, Ad praeeundum aptus.

Προηγεμὼν pro ἔξαρχος videtur accipi à Demosthene p. 130, ἔξαρχος καὶ προηγεμὼν καὶ κινδυνεύων, καὶ ὑπερχούμενος, τῆς Ἀθηνᾶς. Ita Bud. sed si hic nihil aliud esset προηγεμὼν quàm ἔξαρχος, vacaret alterutrum.

C. ΥΦηγοῦμαι, Praeeo. Plutarchus in Caesare, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου. Et cum accusatiuo ὁδόν, apud eundem, scribentem de Pompeio, καὶ δαίμων ἐκείνῳ ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. H viam praeibat in Aegyptum. Plato Epin. εἰ μὴ θεὸς ὑφηγοῖτο, nisi deo praeeunte & autore doctrinae. Haec Bud. qui & haec Thucyd. πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ὑφηγητὰς ταύτῃ ᾗ αὖ ὑφηγεῖσθε, vertit, Eo modo propulsare conabimur bellum à vobis lacessitum, quo modo vos prouocaueritis. Ego tamen malim magis propinqua interpretatione reddere, Ea via quam vos nobis praeiueritis. Nam qui bello lacessitus, tandem & ipse bello vim ita propulsat vt par pari referat, eandem insistere viam videtur. Idem Bud. apud Aristotelē, τὸν ὑφηγημένον τρόπον λέγωμεν, vertit, Modo iā instituto & supra seruato, id est praecedente. Eiusdem verò Aristotelis similis locus, κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον λεκτέον, redditur, Dicendum est ea via & ratione qua coepimus. Itidémque B Bud. ὑφηγήσομαι vertit Incipiam seu Exordiar, in hoc Platonis loco in Euthyd. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ καὶ αὐτὸς πάλιν ὑφηγήσασθαι οἷον προσεύχομαι αὐτὼ φανῆναί μοι, id est (inquit) ipse exordiar disputationem, vt intelligant quonam pacto ego optem eos sapientiae praeceptores esse & disputatores. Vel, Praeibo, & προαποδείξομαι, seu Praemonstrabo.

Ὑφηγοῦμαι, Hortor, Suadeo, Dicto. Aristot. ἤδη ὑφηγεῖται καὶ ὁ κοινὸς νόμος. Haec Bud. pag. 193, afferens & aliud exemplum. Sed hoc addo, Praeire, itidem pro Dictare C positum inueniri: alicubi verò & suadendi significationem habere mihi videri. In vulgatis lexicis ex Galeno ad Glauc. ὑφηγήσασθαι χρὴ pro Tradere, & ex Plutarchi Romulo, ὡς γὰρ αἱ τῆς γυμναστικῆς παραγγέλματα ἀπαλύουσι ὑφηγοῦνται, pro Praecipiunt. Sed ὑφηγεῖσθαι aptius reddi puto in huiusmodi locis Docere quàm Praecipere. Illam certè significationem apertè habet in isto eiusdem Plutarchi loco, Symp. 4. καὶ τὸ τῆς αὐτῆς ὑφηγήσεως ἔργον. Item ὑφηγεῖσθαι pro Praeesse: vt Gal. τῷ μέλλοντι τῆς γυμνασίας ὑφηγεῖσθαι.

D Ὑφήγησις, q. d. Praeitio. vt Plato in Prot. καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, q. d. Et cogunt scribere iuxta praeitionem linearum. pro Eósque in scribendo sequi cogunt quas ipsi lineas praeiuerunt. Item ὑφήγησις, Doctrina quam quis alii velut praeiens tradidit. Et in plurali ὑφηγήσεις pro praeceptis, apud Philonem. In vulg. lex. ὑφήγησις, Enarratio: (sicut & Hesych. ἐξήγησις) item Ductus, ex Aristot. in Rhet. Exponitur verò & παραίνεσις, id est Suasio: sicut ὑφηγεῖσθαι, παραινεῖν, Suadere.

Ὑφηγητής, Qui praeit alii in re quapiam (vt ὑφήγησιν esse dictum est doctrinam quam quis alii velut praeiens tra- E dit) Suasor. Soph. Oed. tyr. ὑφηγητὰς appellare videtur eos qui suo consilio velut praeeunt. nam malè intellexerunt scholiastae expos. qui putarunt illum scribere ὑφηγητὰς idem signif. quod μάντεις seu ἱεροσκόπους. ET Ὑφηγητήρ, ῆρος, ὁ, Dux, in Epigr.

ΗΔΗ, Iam. Hom. Il. α, de Nestore, τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν, &c. vbi Eustathius praesenti etiam & futuro iungi docet. Plato Apol. Socr. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, quae Cic. F vertit, Sed tempus est iam hinc abire. Vide pag 5 mei lexici Ciceroniani. Saepe vtuntur hoc aduerbio quum de aetate loquuntur: vt Xenophon, τὴν δὲ παῖδα ὡς ἤδη ὥραν ἔχοις ἤδη. Idem in Cyneg. τὸ ἤδη ἐκ παιδὸς ἀλλὰ ὄντα τὴν ἡλικίαν. Et γάμου ἤδη ὡραία apud eundem Paed. 4, vt apud Virg. Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Apud eundem Xenophontem, ἤδη & οὔπω inter se opponuntur: vt Lat. Iam & Nondum, quum dicit τοῖς μὲν προεληλυθόσιν ἤδη τῆς ἡλικίας, τοῖς δὲ οὔπω ἀκμάζουσι. Sic autem vicissim ἔτι interdum cum nomine aetatem si- G gnif. vt νέος ἔτι. vide Ἔτι. Apud Isocr. πολλῷ ἤδη χρόνῳ καταφρονοῦμεν, vt Lat. A longo iam tempore.

Ἤδη cum ἄπειθι eodem modo iunctum esse puto apud Xenoph. quo Iam cum Vale, apud Virg. Ita enim ille Paed. 6, χαῖρε Πάνθεια, καὶ χαῖρε, καὶ ἄπιθι ἤδη: Virgil. verò ita, Aeneid. lib. 2, Iámque vale, & nati serua cōmunis amorem. Sic autem & aliquot aliis locis.

Ἤδη cum futuro, interdum quidem redditur Iam, interdum autem Mox, Confestim. Xenoph. Paed. 8, νῦν δὲ ἤδη διηγήσομαι. Demosth. Philipp. 2, ταῦτ' ἤδη λέξω. In H quo Demosth. loco ἤδη fortasse verti potest Iam nunc, vel Nunc iam. At contrà in illo Xen. ἤδη vacare crediderim, & esse ἐκ παραλλήλου posita illa duo: vt aliquādo poni testatur Eustath. At Budaeus exponit Mox, & Confestim, in hoc eiusdem Demosthenis loco, ὅταν εἰδῆτε ὅτι δεῖ βασιλέα ἐκ τῆς ὑμετέρας ἐλέγχους ἤδη ἴσοιτε. Eust.

de vsu huius aduerbii in infinitiuo dubitationẽ quandam affert, quam vide p.100.

Ἤδη, Nunc, νῦν, vt Eustath. exponit in hoc versu 304 Od. α, Αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη. Addit autem inueniri ἐκ παραλλήλου posita ἤδη & νῦν. qua de re modò dixi.

Ἤδη cum participio ἐκπορευόμενος, Cic. apud Polyb. vertit, Paulo pòst quàm egressus erat è castris. vt ostendet pag. 63 Cic. lexici.

Ἤδη, Continuò, Protinus (in ea signif. qua dicitur, Non qui epigrammata nouit componere, protinus censeri debet poeta) Greg. εἰς ἅγιον βάπτισμα, Οὐ γὰρ ὅστις ἢ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ τιμῆς· ὥσπερ οὐδὲ ὅστις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. Sic apud Chrysost. De orando Deum, ὅταν οὖν ἴδω τινὰ μὴ φιλοῦντα προσευχὴν, (&c.) ἤδη μοι δῆλόν ἐστιν ὡς οὐδὲν γενναῖον ἐν τῇ ψυχῇ κέκτηται.

Ἤδη cum aliis particulis. Ἤδη δὲ, Iam verò, vel Atque adeo: Bud. ex Synesio, τοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ πρᾶγμα χαπτέον. ‖ Ἀλλ' ἤδη idem Budæus ex Gregorio pro Sed etiam, οὐ τῶν ἀγγελικῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν γεγονότων. ‖ Τότ' ἤδη apud Demosth. pro Tum demum, vt quidem ego interpretor hoc in loco orationis Pro corona, ταῦτά μοι δεῖξον, καὶ τότ' ἤδη κατηγόρει μου. At in vulg. lex. οὕτως ἤδη ex Æschine, itidem pro Tum demum. ‖ Ἤδη ποτὲ, (vacante ἤδη) Aliquando. Item Olim: vt apud Hom. Il. α, Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν Ἀνδράσιν ὡμίλησα. (Sed & ἤδη sine ποτὲ à schol. Thuc. exponitur alicubi πάλαι ποτέ) Inuenitur autem ἤδη ποτὲ interrogatiuè etiam positum, vt apud Gregor. ἤδη ποτὲ τεθέασαι τοσοῦτον δῆμον; quod Bud. exponit, Vidistine vnquam antehac?

ἩΔΥΣ, έος, ὁ, Suauis, Dulcis, Iucundi saporis. Item generaliter pro Iucundus. ἡδέϊ οἴνῳ, Hom. Od. κ: & ἡδὺν οἶνον, Od. ι. Idem Od. μ dixit ἡδὺς αὐτμὴ, (vbi obseruandum est iungi ἡδὺς substãtiuo fœminino) Plato Theæteto, ταῦτα δὴ ὦ Θεαίτητε, ἆρα ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι καὶ γεύσῃ αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων; Aristot. ἐλάττω τὰ μεγέθη γίνεται, καὶ ἧττον ἡδέα, καὶ ὑγρότερα τῶν γονίμων. Pro quo Plinius, Irrita oua sunt minora, ac minus iucundi saporis, ac magis humida. Extenditur autẽ ad multa hoc nomen sicut Lat. Suauis & Iucundus. ἡδεῖαι κινήσεις, suaues motus, Lex. Cic. pag. 52. Xenoph. τῷ ἡδεῖ opposuit ἀναγκαῖον, scribens Pæd. 8, ὥσπερ οὖν Σάκα οὕτως ἡδύ ἐστι τὸ ἔχειν χρήματα, ὡς ἀναγκαῖον τὸ ἀποβάλλειν. Eidem eiusdem Pæd. lib. 6, ἥδιστον & χαλεπώτατον sunt contraria. Dicitur autem ἡδύ ἐστιν ἀκούειν, pro Iucundum est audire, & τοῦτ' ἐστὶν ἀκούειν ἡδύ, seu ταῦτά ἐστιν ἀκοῦσαι ἡδέα, pro Hoc iucundum est auditu, vel Hæc iucunda sunt auditu. quo & Aristophanes modo loquutus est in Vespis. Illius autem prioris generis loquendi exemplum est & in hoc prouerbiali Euripidis versu, Ἡδύ τι τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. quod Cic. vertit, Suauis est laborum præteritorum memoria: & alibi liberius, Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Sæpe autẽ ἡδὺ substãtiuè ponitur pro Suauitas, aut etiam Voluptas seu Delectatio: sicut τὸ καλὸν pro Honestas: sic καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, Aristot. Eth. 2.

Cõpar. EST Ἡδίων, Suauior, Iucundior: Superlat. Ἥδιστος, Suauissimus, Iucundissimus. pro Ἡδύτερος & Ἡδύτατος, quæ tamen & ipsa alicubi reperiuntur, ac præsertim comp. ἡδύτερος. Thucyd. 7, τούτων ἐγὼ ἥδιον μὲν ἂν εἶχον ὑμῖν ἕτερα ἐπιστέλλειν, οὐ μέντοι χρησιμώτερά γε. Idem ibidem, βουλομένων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν. At cõparatiui ἡδύτερος exemplum est apud Phocylidem, Τὸ γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον. Reperitur verò & in prosa, vt apud Gregorium. SED superlatiuo ἥδιστος interdũ præfigitur præpos. ὑπὲρ, ac dicitur Ὑπερήδιστος, id est Quamsuauissimus, Longe suauissimus.

Ἡδὺ, interdum aduerbialiter pro Suauiter, Iucundè. vt ἡδὺ γέλασσαν apud Hom. (quo & Luc. vtitur) eodemq; dixit modo Horat. Dulce ridere.

Ἡδὺς dicitur aliquis interdum pro Lætus: vt apud Greg. εἰς Καισάριον, pag. 91, καὶ παρασκευάζεσθε ὡς ἑστιάσοντες τὴν ἀκοὴν, καὶ ἡδεῖς ἐσόμενοι. Idem, αὐτὸς ἡδίων ἔσομαι τῇ τούτων μνήμῃ. Sed & apud Plutarchum ἡδίω redditur Alacriorem, in Fabio, ἡδίω τὸν δῆμον πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησεν. Et in Camillo, ἡδίους ἐχρῶντο ταῖς ἐλπίσιν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης.

Ἡδὺς, Fatuus. Ἀνόητος, vel Εὐήθης, Suidas. Exponitur & Stolidus apud Strab. libro 1. Sic apud Platonem lib. 1, ἡδὺς γὰρ εἶ, ἔφη· vbi tamen Ficinus reddit Facetus. Atque hanc interpr. aliquibus locis conuenire arbitror, sed accipiendo Facetus ironicè: vt Gallicè sumitur interdum *plaisant*: veluti quum dicitur, *Vrayement vous estes plaisant de me vouloir faire croire que*. (Quo sensu dicitur & istud, quod idem etiam sonat, *Vrayement vous auez bonne grace de* &c. Atque ita poni χαρίεις quoque, à χάρις quod *grace* significat, docebo in illo nomine, si recordatus fuero) Sic autem sumi arbitror ἡδὺς in isto Synesii loco, ἡδὺς εἶ, κελεύων ἡμᾶς ὅπλα κατασκευάζεσθαι. Fortasse tamen paulo etiam aptius vertemus, Lepidus es, qui iubeas nos, &c. Nam Lepidus, sicut & Lepidum caput, ironiæ sæpe à Latinis accommodari constat.

Ἡδέως, Suauiter, Iucundè. Ἥδιον, Suauius, Iucundius: Ἥδιστα, Suauissimè, Iucundissimè. Epicurus, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, id est (Cicerone interprete) Non posse iucũdè viui. Plutarchus in Symp. sept. sapientũ, εἰ μέλλοιμεν μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσεσθαι. Sic ἡδέως γενέσθαι alibi dicit. Ac quod apud Ciceronem Timotheus Platonem alloquens dicit, Vestræ quidem cœnæ non solùm in præsentia sed etiam postero die iucundæ, pro eo apud eundem Plut. est, οἱ παρὰ Πλάτωνι δεδειπνηκότες καὶ εἰς αὔριον ἡδέως γίγνονται. Isocrates autem dixit in Panath. οὐχ ἡδέως ἔχων ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, pro Qui non delectabatur iis quæ dicta erãt. Ex Demosthene, ἡδέως ἔχω σοι, pro Delector te. Et ex Eurip. ἡδέως ὁρᾷς pro Aspectu es hilari. ‖ Ἡδέως sæpe pro Lubenter: sicut ἥδιον, Lubentius: ἥδιστα, Lubentissimè. vt ἡδέως ἂν ἐροίμην αὐτῶν, lubenter eos interrogem. DICITVR & Ὑπερηδέως: vt Xenophon Pæd. 1, τούτῳ οἱ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται, id est Perlubenter. Item Ὑπερήδιστα, Quamlubentissimè. At ὑπερήδιστος pro Quamsuauissimus.

C. Ἡδύχαρτος, & Ἡδύχροος, & Ἡδύοινος, &c. vide suis locis, id est vnumquodque in substantiuo cum quo compositum est ἡδύς.

C. Ἡδυπαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, q.d. Suauitatem seu voluptatem patiens, id est, Qui suauitate seu voluptate afficitur. Qui voluptate fruitur. Ab Hesych. exponitur φιλήδονος, id est Voluptati deditus, Voluptarius. Sæpe autem exponitur Mollis, Delicatus, In luxũ effusus. Ego ad huius nominis interpretationem lubenter Mollis & voluptarius copularem, vt & à Cicerone copulantur. Athen. 12, ἐν οἷς εἶναι καὶ Πολυάρχον τὸν ἡδυπαθῆ ἐπικαλούμενον. Quidam apud eundem, Ἰώνων ἁβρὸς ἡδυπαθὴς ὄχλος. Obseruandum est autem eundem esse vsum verbi παθεῖν in hoc composito verbo qui est apud Theognidẽ, in hoc versu, Γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν. quod exprimens Horatius epist. 12 lib. 1, dixit, Si ventri bene, si lateri est, pedibúsque tuis. HINC Ἡδυπάθεια, Vita voluptaria, Vita mollis, Luxus. Xen. Pæd. 7, εἰ νομίζουσι τὸ μὲν ποιεῖν, ἀθλιότατον, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν. ET Ἡδυπαθέω, ῶ, Voluptariam vitam dego, Voluptati indulgeo. Xenophon, καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ παῖδες ἐσκώπτον αὐτὸν ὡς ἡδυπαθεῖν μαθήσοιτο ἐν Μήδοις ὤν.

COMP. Ἐνηδυπαθέω, Suauitate & voluptate fruor in aliqua re, Oblector. Item Acquiesco. Chrysostomus, τοῖς παροῦσιν ἐνηδυπαθεῖν πράγμασι. ET Καθηδυπαθέω, ῶ, Per voluptatem & luxum absumo, cum accusatiuo. Xen. Et τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς καθηδυπαθεῖν, Luc. Per luxũ & voluptatem conterens. Item cum genitiuo. Vide Budæum 1079 & 1080. Ponitur autem ab eo & pass. Καθηδυπαθεῖσθαι, pro Per luxum & voluptates consumi, sed sine exemplo.

Ἡδύνω, Suaue reddo, Condio. Et ἡδύνεσθαι pro Condiri à Cicerone metaphoricè posito, dixit Gaza: sicut & ἡδυσμένος λόγος apud Aristotelem. Idẽ ἡδύνειν, Lætitia afficere, vertit alicubi. Itidem passiuum ἡδύνεσθαι pro Lætitia affici, seu Lætitia aut gaudio frui, poni videtur in hoc versu quem affert Athenæus, Ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, τοῦ δ' ἄρχεσθαι ἡδύνεσθαι. Sic ἡδυνθεὶς exponitur χαρείς. HINC Ἡδυντὸς, Conditus. Sed peculiari signif. apud Hippocr. ἡδυντὴ πίσσα, Pix odoribus condita, quæ videlicet cocta est cum aqua & aromatibus: itidem ἡδυντὸν στέαρ eidem est Adeps in aqua & aromatibus coctus. (CONTR. Ἀνήδυντος,

ἀνήδυντος, Inconditus, Non conditus. A Bud. redditur Inconditus, Insulsus, afferente hunc Athenæi locum, vbi ἀνήδυντοι ἅλες opponuntur τοῖς ἡδυσμένοις. sic enim scribit, καὶ ἅλας δὲ ἡδυσμένους ὁρᾷς ἐν ἄλλαις παρεσχίσιν, ἀνηδύντων ὧν ἀλῶν πλήρεις οἱ κυνικοί. Idem Bud. ἀνήδυντος, inquit, apud Aristot. ὁ μὴ ἡδυσμένος, Inconditus, Nulla suauitate iucundus. (In vulg. lex. vertitur etiam, Durior quàm vt vlla voluptate afficiatur) A Budæo ponitur ET Ἀνήδυντος, idem cum ἀνήδυντος. ET Ἡδυντῆρες dicti ἅλες, quòd sal condiendi vim habeat, διὰ τὸ ἡδύνειν, inquit Pollux. Hesychius Eratostheni hanc appell. adscribere videtur. ET Ἡδυντικός, Condiendi vim habens, Ad condiendum aptus. Et τὰ ἡδυντικά, Condimenta, Bud. ex Gaza. Idem Bud. vertit & Voluptifica. Item ἡδυντικός, Ad condiendum seu ad condiendi scientiam pertinens. Sed & σκευασίας ἡδυντικὴν dicit Pollux quasi conditricem. ITEM Ἥδυσμα, ατος, τό, Quod suauitatem & gratiam aliquam conciliat, Quod rem aliquam iucundiorem gratiorémque reddit. Gorr. Item (vt B. expon.) Suauitas, Dulcedo. Aristot. De arte poetica, τῶν δὲ λοιπῶν πέντε μερῶν τῆς τραγῳδίας, μέγιστον τῶν ἡδυσμάτων ἡ μελοποιΐα. Peculiariter verò ἥδυσμα in cibo dicitur Condimentum, quod suauitatis & dulcedinis gratia adhibetur ad gratiam ei conciliandam. Plato 1 De rep. ἡ τέχνη μαγειρικὴ τοῖς ὄψοις ἀποδιδοῦσα τὰ ἡδύσματα. Sic Gal. lib. 3 De alimentis, pinguedinem & adipem carnium ἡδύσματα esse dixit: quippe quæ cibis suauitatē potius conciliant quàm in alimentum vertuntur. Plut. De disc. am. & adul. οἱ δὲ ποιοῦσι τῶν ὀψοποιῶν τοῖς πικροῖς χυμοῖς καὶ αὐστηροῖς, ἡδύσμασι χρῶνται, τὴν γλυκύτητα ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον. Athen. lib. 2, οὔτε πεπέρεως μέμνηται, οὔτε ὄξους, ὁ μόνον ἄριστον ἐστι τῶν ἡδυσμάτων. Idem lib. 4 ex Alexidis Lebete varia citat ἡδύσματα quæ à coquis adhiberi solent. In qua signif. (vt cōdimentum apud Latinos) metaphoricè quoque accipitur. Quo modo Plutarch. in Lyc. dicit, παιδιὰ δὲ τὸν ἥδυσμα, lusus laboris condimentum. Idem De Herod. ὥσπερ ἥδυσμα τῇ κολακείᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐμβάλλοντος. Ἡδύσματα dicuntur etiam vnguenta ipsa quibus ad suauitatem odoris aromata adiuncta sunt. Alii non vnguenta, sed aromata sic appellant quibus odor vnguentis conciliatur: cuiusmodi sunt, amaracus, costus, amomum, nardus, carpobalsamum, & myrrha, (vt patet ex Dioscoride in descriptione vnguenti amaracini) item coriandrum, mentha, apium, ruta. Cæterùm vnguenta ea quæ ἡδύσματα vocabantur, succus tantùm erant, hoc est liquida, vt quæ solis ferè constarent oleis, eóque differebant ἀπὸ τῶν συμμάτων, vt Plin. scribit: quòd hæc corpus haberent, hoc est solidiora essent: vtrisque tamen eadē odoris gratia. Gorræus. Plut. ἡδύσμασι Συριακοῖς, Ἀρραβικοῖς, ὥσπερ ὄντως νεκρὸν ἐνταφιάζοντες. Ἡδύσματα etiam ab Hippocrate dici τὰ χλωρὰ καὶ ξηρὰ ἀρτύματα, vocémque Atticam esse, Erotianus annotauit: ex quo ipse lib. 1 τῶν γυναικείων, σίαρ ἡδὺ appellat τὸ ἄρτυμα. Gorr. ET Ἡδυσμός, οῦ, ὁ, idem quod ἥδυσμα. Exodi 30, ἡδυσμοῦ χαλβάνη, galbanum iucundi siue suauis odoris.

C. Ἀφηδύνω, Iucundum reddo, Interdum (vt annotat Budæus) Ex tristi iucundum reddo. & sic ἀφηδύνω, ὡς τὸ ἦθος apud Plut. in Dione.

C. Ἐνηδύνω, Exhilaro in, Illætifico. Bud. ex Naz. τῇ θείᾳ θεωρίᾳ αὐτὴ ὠνούμενός τι καὶ ἐνευφραινόμενος.

C. Ἐφηδύνω, Exhilaro super aliqua re, Iucundum & hilarē reddo.

C. ΠΑΡηδύνω, Condio. B. ex Athen.

C. ΣΥΝηδύνω, Vnà exhilaro & iucundum reddo, Oblecto. Aristot. Ethic. 5, cap. 6, ὡς δὲ ὁμιλήσει· διαφέρον δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, στοχάσεται τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. Idem Ethic. 4, αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δὲ εὐλαβούμενος, lætificare, exhilarare. sic alibi sæpe. B. Συνηδυσμένος, Conditus, Delicatus. Bud. ex Plut. Symp. 4, καὶ ῥᾳδίως ταῖς ἀνάγκαις ἀλίσκονται διὰ τὸ μικτὴν τινα καὶ συνηδυσμένην ἔχειν σωτηρίαν.

H Ἤδυμος, Suauis, Dulcis, Iucundus. idem quod ἡδύς: ex eóque factum per paragogen. Apoll. Arg. 2, ἤδυμος ὕπνος. PRO QVO Νήδυμος ab Hom. dicitur, per pleonasmū literæ ν, Il. β, Διὰ δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Vbi tamē fuerūt qui scriberent, ἔχεν ἤδυμος ὕπνος: sed Eust. hanc scripturā non probat. quòd in aliis locis νήδυμος semper reperiatur: atque adeo apud Homeri posteros tātùm putat illud ἤδυμος in vsu esse. Il. π, θάνατόν τε φέρειν καὶ νήδυμον ὕπνον. Il. ψ, [ὕπνος] λύων μελεδήματα θυμοῦ Νήδυμος ἀμφιχυθείς. Sunt tamē qui non hinc deriuatum velint, sed à νε particula intensiua, & δύω, vt per νήδυμος ὕπνος intelligatur profundus & altus sopor. In Epigr. est etiam νήδυμος Ὀρφεὺς & νήδυμον ὕδωρ apud Nonn. Vbi secūdū primam etymol. significat Suauis, Iucundus, Dulcis.

B Ἡδυλίζω, Adulor, Grata & iucunda loquor. idem quod ἡδυλογέω, ῶ. Citat Eustath. ex Menandro. VNDE Ἡδυλισμός, οῦ, ὁ, Assentatio, Adulatio, vel Adulationis species quædam, εἶδος τῆς κολακείας, vt idem Eust. tradit.

Ἦδος, Suauitas, Iucunditas. Il. α, οὐδέ τι δαιτὸς Ἐσθλῆς ἔσσεται ἦδος, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ, neque suauitas vlla epuli erit, Nec iucundæ erunt epulæ. Il. σ, Ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλεθ' ἑταῖρος; Quæ ex his ad me redit iucunditas? Quid hæc iuuantinam exponitur etiam ὄφελος. Annotat autē Eustath. Æolicè tenuari, & indeclinabile esse. At ἧδος aspiratū, Acetū significat. Ælius Dionys. apud

C Eust. ἧδος τὸ ὄξος (inquit) λέγουσιν οἱ Ἀττικοί. Idem tamē Eustath. tradit ἦδος à Pausania exponi & ὄφελος & ὄξος: nulla facta spiritus diuersi mentione.

C. Ἀηδής, ET Ἀαδής, Doricè, έος, ὁ καὶ ἡ, Insuauis, Iniucundus, Odiosus. Athen. 6, ἐν τοῖς ἄλλοις ἦν ἀηδὴς καὶ ψυχρός. Et ἀηδὲς substantiuè. Isocr. ad Phil. εἰ πρὸς τινας αὐτῶν ἀηδές τι σοὶ συμβέβηκεν. vbi accipit pro offensione: vt Gall. dicitur Auoir quelque fascherie contre quelcun. Vult autem ἀηδὴς ab ἦδος formari Eustath. quē hic sequor. HINC Ἀηδῶς, Insuauiter, Iniucundè. Item Grauatè, Illibenter.

D ἐσθίειν ἀηδῶς, Xen. Pæd. 1, Non suauiter edere, id est, nulla cum delectatione. Isocr. ad Phil. οὐκ ἐπαινοῦντες, ἀλλ' ἀηδῶς ὁρῶντες, Sed illibenter cernunt. Vel, Grauatè cernūt: aut, Grauantur cernere. At Budæus ἀηδῶς ἔχειν τινί apud Demosth. interpr. Non amare aliquem, Non libenter vti aliquo. Et apud eūdem, ἀηδῶς δ' ἔχων οἷς λέγω τούτοις, pro Quū præterea tristis essem. ET Ἀηδία, Insuauitas, Iniucunditas, Molestia. Item Tædium. Æschin. in Ctes. τὴν δὲ σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐκ ἐχαίρεν. vbi exponitur Tædium tui. Demosth. ἀηδίαν πρὸς αὐτὸν ἐσχηκώς, tædium sui, & fastidium. Isocr. plur. etiam dicit ἀηδίας καὶ βαρύτητας, item ἀηδίας καὶ λύπας. Capitur & pro cibi fastidio,

E quod ἀνορεξία propriè vocatur. Apud Epicureos idem est quod ἀηδονία, de quo infrà. ITEM Ἀηδίζομαι, Tædio afficior, Fastidio. Bud. interpr. Abhorreo in hoc Greg. loco (qui in orat. περὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα legitur) ὥσπερ τὰ χρηστὰ τοῖς κακοσίτοις, οἱ ἐπειδὰν πρὸς τι τῶν βρωμάτων ἀηδισθῶσι, φεύγουσι καὶ χαλεπαίνουσι. Sic apud Aphrod. ἀηδίζομαι τῷ ξένῳ redditur, A rei nouitate abhorreo. ET Ἀηδίω, idem quod ἀηδίζομαι.

F C. Φιλήδης, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui amat quod suaue est & iucūdum, Suauitatis seu voluptatis amās. A Bud. redditur Voluptatis consectator, in hoc Aristot. loco, Ethic. 8, καὶ γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἡδὺ τοῖς φιλήδεσι. HINC Φιληδία, Amor rerum suauium, Studium voluptatis. Item Suauitas, Voluptas: Aristoph. χυμίζει ὑπὸ φιληδίας. ET Φιληδέω, ῶ, Delector, cum datiuo rei: vt φιληδῶ τούτῳ, Delector hac re, Capio voluptatem ex hac re. & q. d. Amo suauitatē huius rei. Athen. Καλλιμέδων ῥήτωρ, διὰ τὸ φιληδεῖν ὡς καράβοις βρώμασι, κάραβος ἐκαλεῖτο. Sic φιληδοῦσι ταῖς λιμώδεσιν ἐρημίαις, apud eundem. Et φιληδεῖν μάχαις, Aristoph. Apud Theophrastum non adiecto datiuo, de dictamo, καὶ πίνειν αἱ αἶγες ἐκτέμνονται διὰ τὸ φιληδεῖν.

G Ἡδόω, F. ώσω, Suauitate & iucunditate afficio, Delecto seu oblecto. Autor Axiochi, τὰ δ' ἀλγεινά, ἀκραφνῆ καὶ πολυχρόνια, καὶ τῶν ἡδόντων ἄμοιρα. Synes. ep. 154, τοῖς μὲν γὰρ ἥσθη, τοῖς δὲ ὠνήσατο. Idem Ep. 9, ὡς οὐχ ἥττους κατεστημένης λόγους καὶ ὅσα ταῖς πόλεσι καὶ ὤνησε, & voluptati & emolumento fuit. Idem, ἥσθης δὲ ἡμᾶς ἐξ οἷς ἐπέστειλας, ὅπαντα γὰρ ἐκομισάμεθα. Pro ἥσθης autem, id est Exhilarasti, Delectasti, dissolutione facta Etymol. DICI Ἔασας annotat. Pass. est Ἥδομαι, lōgè actiuo vsitatiꝰ. est autē ἥδομαι Suauitate& iucū-

H ditate afficior, Delector: interdū & Gaudeo (nec. n. semper idē est quod χαίρειν, vnde & Plut. De virt. mor. distinguit ita inter ἥδεσθαι & χαίρειν, vt inter αἰδεῖσθαι & αἰσχύνεσθαι. ait enim αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἥδεσθαι χαίρειν, καὶ τοὺς

φόβοις δυλαβείας: loquitur autem de iis qui duplicem αἰδῶ in se sentiunt.) Costruitur Ἥδομαι vel cum participio, vel cum datiuo, aut cum præpositione ἐπὶ vel πρός: interdum & cum particula ὅτι. Od.ι, ἥσατο δ' αἰνῶς Ἡδὺ ποτὸν πίνων, καί μ' ᾔτεε δεύτερον αὖτις. vbi ἥδεσθαι dicitur quoniam ἡδύ τι προσφέρεται. Plutar. Fabio, τὸ θεῖον ἥδεται τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἀτυχούντων. Aristoph. Vespis, εἴθισαι γὰρ ἥδεσθαι τοιούτοις πράγμασι, assueuisti enim delectari huiusmodi rebus. Plut. De virt. mor. ὁ μὲν γὰρ ἥδεται τοῖς καλοῖς, ὁ δὲ οὐκ ἄχθεται τοῖς αἰσχροῖς. vbi ἥδεσθαι & ἄχθεσθαι sibi opponuntur. Dionys. Long. χαιρέτω δ' ἕκαστος οἷς ἥδεται. Xen. Pæd.3, ἡδόμενοι τῇ εἰρήνῃ. Idē Pæd.8, ἰσχυροῖς χρήμασιν ἥδεται. cui opponit postea, ἰσχυροῖς ἀνιᾶται. Callim. apud Athen. l.10, Θρηΐκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν Οἰνοποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. vbi ἀποστυγεῖν & ἥδεσθαι opponuntur, vt paulo ante ἄχθεσθαι & ἥδεσθαι, ἀνιᾶσθαι & ἥδεσθαι. Idem Xenoph. Pæd.8, ἐπί τε τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοῦ ἀγάλλεται καὶ ἥδεται. vbi copulat ἀγάλλεσθαι & ἥδεσθαι, sicut in Pæd.5, ἥδεσθαι & εὐφραίνεσθαι. Alex. Aphr. in præf. Probl. lib.1, ἄλλος πρὸς τῷδε πλέον ἥδεται τῷ ἐδέσματι, magis delectatur hoc cibo. Aristoph. ἥδομαι ὅτι πεντετάλαντος μοι διεχέσατο δίκη, Gaudeo quód. Dicitur verò & ἥδεσθαι ἡδονήν, Atticè. Plato Philebo, ἥδεσθαι τὰς ἡδονάς. Idem, πάσας ἡδόμενος ἡδονάς, pro quo Cic. Omnibus lætitiis lætus. Et cum aduerbio, βραχέα ἥσθης, Thuc. ἥδομαι βαιά, Aristoph. A participio autem ἡδόμενος (quod & ipsum aliquãdo pro nomine capitur, vt Lubens apud Latinos) EST Ἡδομένως aduerb. idem significans quod ἡδέως. Xenophon Pæd 8, οὐ προθύμως ἢ οὐχ ἡδομένως πράττοντα. id est Lubenter, & ita vt suauitatem & voluptatem ex eo quod facio percipere videar.

Ἧσις, εως, ἡ, Delectatio, Voluptas, τέρψις. ET Ἡσός, οῦ, ὁ, Iucunditate affectus, Exhilaratus, Delectatus: vel Qui iucũditate affici, exhilarari aut delectari potest. Suidas ἡσὸν exponit ἡδὺ & ἀρεστόν.

C. ΕΝηδομαι, Delector in. Idem quod ἐνηδυπαθέω.

C. ΕΦηδομαι, Delector seu gaudeo super aliqua re. Isocrat. De pace, οὐ συμπενθήσοντες τοῖς γεγενημένοις, ἀλλ' ἐφησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς, gauisuri nostris calamitatibus. Chrysost. ἔπειμι τοῖς ἡμετέροις ἐφησθῆναι κακοῖς. sic dicitur vt ἐπιγελᾶν.

C. ΠΡΟΣηδομαι, Delector ad rei alicuius sensum & perceptionem.]

C. ΣΥΝηδομαι, Vnà cum alio voluptate & gaudio afficior, Gratulor. Xen. Pæd.1, συνηδόμενός τε φαίνεσθαι, ἤν τι ἀγαθὸν αὐτοῖς συμβαίνῃ, καὶ συναχθόμενος, ἤν τι κακόν. vbi συνήδεσθαι & συνάχθεσθαι sibi opponuntur, vt ἥδεσθαι & ἄχθεσθαι suprà. Isocrat. ad Phil. τοιούτοις ὑπὸ σου πεπραγμένοις ἅπαντες συνησθήσονται. Dem. cõtra Mid. οὐδαμοῦ τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη τῷ δήμῳ, videlicet quando nuntiabatur aliquid τοιοῦτον ὧν ἀφελεῖται πάντες. Herodian. l.2, ἀπέστελλον συνηδόμενοι αὐτῷ, gratulatum miserunt. Sic App. πρέσβεις ἔπεμψαν συνηδόμενοι ὡς γεγονότι. Aliquãdo dat. pers. additur genit. rei. Synes. Ἀντωνίῳ συνησθεὶς τῆς καλοκαγαθίας, gratulatus sum de. Συνήδομαι interdum capitur pro ἐφήδομαι. Isocr. συνηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. sicut suprà ex eodem attuli ἐφησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. Eurip. οὐ μὴν θανόντι συνήδομαι, non lætor super eius morte, vel ob eius mortem: vt præpositio exprimatur, alioqui Latinius dicitur Lætor eius morte.

C. ΥΠΕΡηδω, Supra modum exhilaro, Supra modum gaudio & lætitia afficio, Supra modum delecto. Basil. καὶ ἡ μὲν ἀσχολία σε τοῦ χρυσοῦ ὑπερήδει. Et in pass. Ὑπερήδομαι, Supra modum exhilaror & delector, seu gaudio & lætitia afficior. vt ὑπερησθεὶς τῷ πόματι, maiorem in modum delectatus potu. Herodianus lib.5, οὐχ οὕτω δὲ εὔφρανεν πάντας ἡ Μακρίνου διαδοχή, ὡς ὑπερήδοντό τε καὶ πανδημεὶ ἑώρταζον ἐπὶ τῇ Ἀντωνίνου ἀπαλλαγῇ.

¶ Ἡδονή, ῆς, ἡ, Iucunditas, Suauitas. Theophr. ὃ καθαίρει τὰ πρόβατα καὶ παχύνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμαστὰ ποιεῖ τῇ ἡδονῇ. Plinius, Tradunt vesci pecora solita, primóque purgari, mox pinguescere, carne mirabilē in modum iucunda. Theophr. de arboribus Indicis, τοῦ δὲ καρποὺς φέρει ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα· καὶ ἡ ἡδονὴ κρείττων τῶν ἀμυγδάλων. Plinius, Pomo [quod fert, similis est] amygdalis, præcipuæ suauitatis. Cicero apud Græcos variis mo-

dis hoc vocabulum interpretatus est. plerunque verò Voluptas: cui contarium λύπη siue ἀλγηδών, molestia, dolor. Lib.2 De fin. Omnes enim iucundum motum quo sensus hilarentur, Græcè ἡδονήν, Latinè Voluptatē vocant. Et lib.3, Quámque Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονήν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. Idē, quod Stoici dicũt, ἡδονή, ἄλογος ἔπαρσις, reddit, Lætitia gestiēs, vel nimia, sine ratione, animi elatio. Plato, δέλεαρ κακῶν ἡ ἡδονή. Vnde idem Cicero De senect. Plato escam malorum voluptatē appellat. ἡδονῇ καὶ λύπῃ, Voluptate & molestia. ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς, Voluptas ex malo alterius. αἱ δι' ἀκροαμάτων ἡδοναί, Voluptates quæ auditu & cantibus percipiuntur, Aurium delectatio. αἱ διὰ τῶν χυλῶν ἡδοναί, Voluptates quæ sapore percipiuntur. Hactenus ex Ciceronis interpretatione, quæ prolixius in Cic. lexico. Aristot. Eth. 10, cap.5, ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονή, καὶ κυνός, καὶ ἀνθρώπου, alio voluptatis sensu afficitur equus, alio canis, alio homo. Plutarchus De animal. solert. ἡδονῆς δὲ τὸ μὲν δι' ὤτων ἀκρόαμα, κήλησις ἐστι· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία. Idem, ἡδονῆς πέρας οὐκ ἐχούσης. Aristoteles Ethic.7, αἱ σωματικαὶ ἡδοναί. Pro quo Plato, αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί, & Xenoph. αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. item, αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί. Dem. Pro corona, τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος. Athen.12, τὰς διὰ τῶν χυλῶν ἡδονάς, voluptates quæ gustu percipiuntur. Et ἡδονὴ λόγων apud Thucydidem sæpe pro verborum illecebris. vt l.6, λόγου μὲν ἡδονῇ προσαγωγὰ πεπονθότες. & lib.3 ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, victi iis quæ auribus grata & iucũda essent, id est adulationibus. Et apud Philonē, ὅσα καθ' ἡδονήν, quicquid iucundum ac volupe est: cui opponit τὰ λυπηρά.

Cum variis autem verbis hoc vocabulũ coniũctum varias efficit phrases. Luc. in Vit. auct. πάντα χρὴ ἐργάζεσθαι τῆς ἡδονῆς. Ath.10, ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ... τὰς ἡδονὰς πορίζεσθαι. Pl. Alcib. ἡδονὴν ἀνδρὸς ἐραστοῦ θηρεύοντες. Athen.12, τὰς ἡδονὰς διώκειν προτιμῶντες. Ibidem, τὴν ἡδονὴν διώκοντες καὶ βίῳ πρὸς προηρημένοι. Xen. πρὸς ἡδονὴν ἅπαντας διαγαγεῖν. Idem, τῇ ἡδονῇ χαρίζεσθαι. Isocrates autem dixit ταῖς ἡδοναῖς δουλεύειν. Idem, τῶν ἡδονῶν ἀπολαύειν. Xenophon Pæd. 4, ἱκανὰ ἡδονὴν τὰ νικᾶν παρέχει. Et ἡδονὴν ποιεῖν τινί, voluptate aliquem afficere, Thuc. At ἡδονὴν δόντες ἄλλοις, apud eũdem Thuc. Aliis gratũ facientes. Interdũ cum præpositionibus iunctum elegãtes itidem phrases præbet. Dem. πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν. Idem, πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούειν. Idem, ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες. Isocr. τῶν πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν λεγομένων. Cicero quoque Ad voluptatē loqui dicit, Pro quo Thuc. habet καθ' ἡδονὴν λέγειν. Idem dicit καθ' ἡδονὴν ποιεῖν, pro libito siue libidine facere. Itē, ἐτράποντο κατ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι, libidini populi res committere. Apud eundē Thuc. frequens est ἐν ἡδονῇ ἔχειν, Gratum ac iucũdum habere, lib.3, καθ' ὅσον μὴ ὠφελῆσθαι, ἐν ἡδονῇ ἔχειν. Sed & apud eũ dicitur ἐς τὸ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, Pro libidine, & q.d. Sua voluptate omnia metientes. Locus est lib.3, p.111, οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προστιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες. (At lib. 4, p.156, διὰ τὸ ἡδονὴν ἔχον ἐν τῷ αὐτίκα, idem esse opinor quod alibi dicit, διὰ τὴν προσαυτίκα ἡδονήν.) ἐν ἡδονῇ ἐστι, Volupe est, iucundum ac gratũ est, Eurip. Apud Herodian. frequenter cum διὰ iungitur. vt l.4, [ὅσα] δι' ἡδονῆς εἶχε θέαμα ἢ ἄκουσμα, quicquid vel oculis eius vel auribus iucundum erat. Apud eũdem, δι' ἡδονῆς πράττειν, cum voluptate aliqua facere. Et apud Luc. ὑφ' ἡδονῆς ἐδάκρυσεν, præ voluptate & lætitia illacrymauit. Sed & ἡδονὴν εἰσελθεῖν aliquē dicitur, pro Cupido inuadere aliquē. Herodot. καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ. id est (Gell. interpr.) Feros & immanes nautas prolubium tamen audiendi subisse. ἐν ἡδονῇ ἄρχειν, Leniter & humaniter & quasi suauiter imperare. Thuc. l.1, p.32, ἦσαν δέ πως καὶ ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι ὁμοίως ἐν ἡδονῇ ἄρχοντες, non pari humanitate & comitate imperabant. De quibus paulo ante dicit, λυπηροὶ ἦσαν, & προσάγοντες τὰς ἀνάγκας.

C. Ἀηδονία, ας, ἡ, (ex α priuatiuo & nomine ἡδονή, non ab ἀηδής, vt in vulgatis lexicis annotatur) Voluptatis priua-

tio, Iniucunditas: medium quiddam inter ἡδονὴν & ἀλγηδόνα duo extrema: idem quod ἀηδία & ἀπονία: affectio animi vel corporis qua nullam quidem percipimus voluptatē, sed nec molestiam aliquam. Laertius in Aristippo, ἡ δὲ τῆς ἀλγεινῶν ὑπεξαίρεσις, (ὡς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ) δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονὴ, οὐδὲ ἡ ἀηδονία ἀλγηδών. Et quemadmodum τῶν ἀλγεινῶν ὑπεξαίρεσις minus aliquid est quàm ἡδονὴ, ita & ἀηδονία minus quàm ἀλγηδών.

C. Ἀήδονος, Iucunditatis & voluptatis expers, Iniucundus. Illætabilis, Virg. Molestus. Ioseph. ἀηδόνου ἡμωρίας εἰς πεφραγμένης.

C. Ἐνήδονος, ου, ὁ & ἡ, Qui in voluptate est, vt Cicero loquitur, Voluptarius, Cic. Voluptabilis, Plaut. Qui voluptate afficitur, Vel, Cum voluptate coniunctus.

C. Φιλήδονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Voluptatum amans, Voluptarius, Voluptuosus. Plutarchus, καὶ τὸν βίον ὡς τὰ πολλὰ ἀσώτους καὶ φιληδόνους ἀποδείξοντας. Lib. 1 Epigramm. ἀλλά μοι Βάκχειο φιλήδονον ἔντυνε νᾶμα, voluptuosum Bacchi laticem. VNDE Φιληδονία, ας, ἡ, Amor voluptatis, Studium voluptatis, Vitium eorum qui voluptatibus dediti sunt. Plutarchus, ὅπου φιλοπλουτία καὶ φιληδονία συνειμάχετας καὶ φθόνος ἄκρατος.

Ἡδονικὸς, ὁ, ἡ, ὁ, Voluptarius. Ceb. Theb. Et Athen. lib. 13, περὶ τῶν ἡδονικῶν καλουμένων αὐτοῖ τὸν τῆς ἡδονῆς βίον ἐπεσπακότες. Idem, ἡδονικὸς φιλόσοφος Ἀρχέστρατος. Chrysipp. Tyan. apud eundem Athen. lib. 14, de placenta Montiana, μάζης ἐξ οἴνου καὶ ἡμισυ ἐκ τυροῦ. ἡδονικώτερον γὰρ γίνεται, iucundior enim & magis voluptabilis ita fit.

ἌΣΜΕΝΟΣ, η, ον, Gaudens. Item Libens. Il. υ, — ὅς κεν φύγῃ ἄσμενος ἐκ θανάτοιο. Il. ξ, - ἐμοὶ δέ κεν ἄσμενος εἴη. Quam constructionem imitatus Thucydides dixit lib. 4, pag. 131, ἀσμένοις δ' ὅμως ἐγένετο τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων. Apud eundem lib. 3, pag. 111, ἀσμένη in fœminino genere: quod scholiastes exponit μεθ' ἡδονῆς. Vtitur autem hoc fœminino Plato quoque in Sympofio, ἀσμένην ἤκουσεν.

ET Ἀσμένως aduerbium, Cum gaudio, Lubenter. Et in superlatiuo gradu Ἀσμενέστατα, Lubentissimè, pro ἀσμενέστατα. Ab ἥσμαι præterito τοῦ ἥδομαι fit ἡσμένος, ex quo ἄσμενος. Etymol.

Ἐνασμενίζω, Delector [aliqua re,] acquiesco. ἐνασμενίζω τῇ γεωργία, Lubenter agriculturæ operam do, Agricultura delector. Sic Gaza hæc Ciceronis, Tempestiuis conuiuiis delector, vertit, συμποσίοις ἐπικαίροις ἐνασμενίζω.

ἉΝΔΑΝΩ, Placeo. Il. α, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et Od. β, — τεῖχα δ' σφίσιν ἥνδανε βουλή. Annotat autē Eust. fieri ἁνδάνω ab ἥδω, eodem modo quo λαμβάνω ex λήθω, & μανθάνω ex μήθω: & aspirari, vt apparet ex composito ἀφανδάνω, & ex ἀφάδιον. Alibi tamen annotat, ex Heraclidis grammatici sententia, esse ab ἅδω, vt λαμβάνω à λάβω.

C. Ἀφανδάνω, Displiceo. contrarium τῷ ἁνδάνω. sicut ἀπαρέσκω contrariū τῷ ἀρέσκω. Ab hoc verbo FIT Ἀφαδίος hostem significans, teste Hesychio. Pro quo ET Ἀφαδλος dici ait. ITEM Ἀφαδία (eodem autore) est ἡ πολεμικὴ πάως, dicta διὰ τὸ ἀφανδάνειν. Suidas autem ἀφαδίος exponit duntaxat ὁ μὴ ἀρέσκων, id est Non placēs. nam ἀδεῖν, inquit, τὸ ἀρέσκειν. Eustathius ex Pausania ἀφάδιον exponit τὸ ἐχθρὸν & ἀπαρέσκον.

ἙΔΑΝΟΣ, ὁ, ἡ, ὁ, Iucundus, Suauis. idem quod ἡδύς: factū autē ex ἥδω per systolē literæ η, quasi ἡδανὸν, vt tradunt grāmatici. Il. ξ, — ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ. Et ἑδανὸν γλεῦκος apud Nicandrum. vt suprà ἡδὺς οἶνος apud Hom.

ἉΔΕΩ, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Aspirata prima litera. Placeo. Itē, Gratificor. Iliad. γ, Ὡς ἔφατο θάνατος μοι ἁδεῖν κακός. Il. μ, — ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων. id est, placuit Hectori oratio Polydamantis. Vbi Eustathius notat ἅδε videri esse aoristum secundum Æolicum verbi ἥδω: aut certè ab ἁδεῖν esse ἅδε, vt ἔκτυπε à κτυπεῖν. Quo in loco tenuatur apud Eustathium: & ipsum ita scripsisse inde apparet, quòd dicat ex eo fieri ἄδος pro κόρος, id est satietas: & ἄδην, abundanter: vnde etiam tenuetur in vulgari sermone. Ita enim intelligendum est quod ait Eustathius, ἅδω tenuari παρὰ τοῖς παλαιοῖς. nam opponit τοῖς παλαιοῖς Atticis, qui hoc aspirant: vt ipsemet in Comm. in Dionysium docet. In illum autem locum Il. γ, scribit quæ sequuntur: Sciēdum est autem, ex ἥδω, quod est εὐφραίνω (id est Delecto) futurū secundū actiuum esse ἁδῶ. à quo Ionicè & Æolicè, necnon Doricè tenuato, & ad originale thema reuerso, formatur etiam ἁδεῖν. Hæc Eustathius. At Etymologistes ait, ἥδω, fut. ἥσω, aor. 2. ἅδον: vnde ἅδε apud Homerum. fut. 2 ἁδῶ, & infinitiuus ἁδεῖν. Rectè quidem Etymolog. si duntaxat ἅδεν & ἁδεῖν inuenirentur: sed vnde dicet esse ἁδήσεις apud Herodotum, & ἅδησε apud Hipponactem, nisi thema ἁδέω constituat: vt ἅδησε βουλή, placuit consilium. Infinitiuo autem vtitur & Solon initio cuiusdam versus apud Plutarchum, Πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν. Vti etiam solet hoc infinitiuo Herodotus, vt in Thalia, καί σφι ἁδεῖν τὸ ... μηκέτι πλέειν. vbi ἁδεῖν pro placere sumitur eo sensu quo dicimus, Mihi placet illud fieri, pro, Sentio illud faciundum. Idem in Terpsichore ἁδήσεις vsurpat pro Gratificaberis, καὶ πείσεις ... Σπαρτιήτησι ἁδήσεις. i. Et hæc faciēs, Spartanis gratificaberis, A Spartanis gratiam inibis. Idem & pro Assentior, in Calliope, ... μήτε Αἰγινήτῃσι ἁδεῖν, μήτε ... ταῦτα ἀρέσκοντα. vbi etiam obseruandum ἅδειμι tanquam ab ἅδω barytono. Sic & Eustathius alicubi Homericum illud ἅδε (in ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων) exponit ἤρεσκε: secundum quam expositionem ἅδε esset præt. imperf. ab ἅδω barytonæ coniugationis, non circunflexæ. Quod autē ad spiritum attinet, de eo ambigit Eustathius. nam quum dixerit tenuari in iis quæ modò ex eo protuli, itidem verò in Od. μ tradat Æolicè tenuari ἁδεῖν, licet ab ἥδω fit quod aspiratur: tamen in Iliad. ι, in dubio relinquit annon & ἁδεῖν aspirandum sit, & id ex αὐθάδεια probari possit, quæ inde ducto nomine dicatur quasi αὐταρέσκεια. Ego eos sequor qui ἁδέω, vnde ἄδος satietas, tenuant: ἁδέω pro placeo, aspirant: præsertim quum videam ἁνδάνω (quod præsens in locum ipsius ἁδέω substituitur à poetis, sicut & ἥνδανον imperfectum in locum τοῦ ἥδον) passim denso spiritu notatū. vt initio Il. α, — ἥνδανε βουλή. aspirari autem constat ex composito ἀφανδάνω. Hoc autem verbum ἁνδάνω Eustathius ab ἥδω vult esse, vt λαμβάνω à λήβω: sed Heraclides apud eum vult ex ἅδω esse factum, vt λαμβάνω à λάβω. vt dictum est. ITEM Εὔαδεν, id est Placuit, Eustathius ab ἥδω, aut etiā ab ἁδεῖν deduci posse ait. AT de Ἅδω, barytonæ coniugationis vide in modò citato Herodoti loco.

Ἄδος, ου, ὁ, Lætitia, Gaudium. εὐφροσύνη, inquit Etymolog. Idem ἄδον exponit ἀρέσκειαν, id est complacentiam, ad verbum. Exponit & κόρον, ἢ κόπον, id est satietatem, aut lassitudinem, seu defatigationem. confundens ἄδος aspiratum ab hoc ἁδέω placeo, cum ἄδος tenuato ab ἀδέω itidem tenuato, quod ex ἀηδέω factum est, vt paulò pòst dicetur.

Ἁδοσύνη, ης, ἡ, Voluptas. ἡδονή, Hes. Idem ET ἁδοναὶ exp. ἡδονήν. sed ἁδοναὶ habere duntaxat η mutatum in α Dorico more, perspicuum est: at ἁδοσύνη ab ἄδος deriuatum est, ἄδος autem ab ἁδέω, quod primitiuum sit necne, ambigitur inter grammaticos: vt ex iis quæ modò dixi, satis liquet. ego certè eos sequutus sum qui primitiuum esse nolunt.

C. ΑΥΘΑΔΗΣ, ες, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Sibi placens) Arrogans, Superbus. De eo propriè dicitur qui sibi placet, sibi plaudit, sibi est pulcher, (vt quidam dixit) sic vt cæteros omnes præ se contemnat. Sed generaliter etiam extenditur ad superbi significationem. Isocrates ad Demonicum, ἴσθι σεμνὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σύννουν. δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις. Plut. in Polit. præceptis, οὐ γὰρ αὐθάδης οὐδὲ ἔστι ... αὐθάδης ... ἀνήρ, &c. Aristot. Rhet. 1, τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μανικὸν, ἁπλοῦν· καὶ τὸν αὐθάδη, μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνόν. Æschylus autem in Prometheo pag. 55 meæ edit. nomini αὐθάδης adiungit genitiuū φρενῶν, eique opponit ταπεινός. ita enim ibi ipse Prometheus, Ἠ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν, Ἔσται ταπεινός, &c. Quem genitiuum superuacaneum esse puto, eodem prorsus modo quo apud Latinos genitiuus Animi

post nonnulla nomina vacare comperitur, ex quibus est Infelix: sed apud poetas (quantum meminisse possum) non apud solutæ orationis scriptores. Tacitum tamen excipio, qui non iisdem quibus cæteri astrictus sermonis legibus, etiam Ferox animi dixit: à quo non multum abfuerit Arrogans animi, vel Superbus animi. Cæterùm αὐθάδης in vulgatis lexicis exponitur etiam Cõtumax & præfractus. de qua expositione dicam in Αὐθαδίζομαι. Redditur & Inhumanus apud Aristotelẽ, sed omnino vitiosè, vt docebo in Αὐθάδεια. Est autem & manifesta & extra controuersiam posita huius nominis deriuatio, quam & Aristoteles affert Ethicorum magnorum lib. 1, vbi αὐθάδης esse dicitur αὐτάδης τις, ex eo quòd sibi placeat, & quidem ita placeat vt etiam congressus aliorum vitet, & cum nemine commercium habeat. Quæ tamen Aristotelis verba ad propriam significationem restringenda sunt, quum alioqui generalius (vt dixi) accipiatur. Est igitur αὐθάδης dictus quasi αὐτοάδης, id est αὑτῷ ἁδών.

C. Αὐθαδόστομος vide in Στόμα.

Αὐθαδῶς, Arroganter, Superbè. Item Contumaciter, in vulg. lex.

Αὐθάδεια, ET Αὐθαδία, Arrogantia, Superbia: sed eius propriè qui ita sibi placet vt cæteros omnes præ se contemnat, sequendo analogiam significationis quæ data est nomini αὐθάδης. Plato in epist. ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημίᾳ ξύνοικος. Quod Platonis dictum multis in locis à Plutarcho celebratur. Idẽ Plut. αὐθάδειαν dicit de militibus parere imperatori recusantibus. Apud Aristotelem Ethicorum magnorum lib. 1, σεμνότης est inter αὐθάδειαν & ἀρέσκειαν. vbi perperam redditur αὐθάδεια Inhumanitas, sicut σεμνότης Humanitas, ab eo qui hæc Aristotelis, σεμνότης ἐστὶ αὐθαδείας καὶ μέσον καὶ ἀρεσκείας, interpretatur, Humanitas est medium inter inhumanitatẽ & placendi studium: quum vertere oportuerit, Grauitas est medium inter arrogantiam & placendi studium. In suo autem errore sibi constans nomen αὐθάδης (quod proximè sequitur apud Aristotelem) vertit Inhumanus. Atqui cogitandum fuerat, ea quæ Aristoteles dicit, μηδενὶ ἐντυχεῖν, μηδὲ ἄλλῳ ξυνεῖναι, non solùm ab inhumanitate, sed etiam à superbia posse proficisci. Vnde & in vernaculo sermone iis qui suo colloquio aut generaliter sua cõsuetudine & familiaritate non dignatur quos debẽt, obiicim⁹, *Vous tenez vostre grauité*. id est (ad verbum) Grauitatẽ tuã tenes. sed nos *grauité* in eo loquendi genere appellamus vitiosam quandam grauitatem, & à superbia proficiscentem, ac quasi σεμνότητα quandam αὐθάδη. Cæterùm quum αὐθάδειαν ita distinguat Aristoteles ἀπὸ τῆς σεμνότητος, eámque distinctionem confirmet receptus passim huius vocabuli vsus, (nisi me memoria fallit) miror Isocratem αὐθαδείας & σεμνότητα copulasse in Archidamo, ita scribentem in vltima pag. δόξομεν γὰρ τὴν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι, καὶ τῇ μὲν φύσει ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις εἶναι, ταῖς δὲ αὐθαδείαις καὶ σεμνότησιν οὐκ ἀληθιναῖς ἀλλὰ πεπλασμέναις κεχρῆσθαι. Sed hoc responderi posse de loco isto crediderim: Isocratem non ita coniunxisse αὐθαδείας & σεμνότητας quasi vtrunque idem valeat & in laude ponatur, sed perinde esse ac si dixisset, Eam quam in nobis alii appellarunt, atque adeo esse arbitrati sunt, αὐθάδειαν, alii σεμνότητα. Vt sit hic sensus, Nos neque αὐθάδεις neque σεμνοὺς verè fuisse & à natura, sed simulatè.

Αὐθάδεια, Peruicacia, vt Cicero interpretatur, scribens, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, Auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia. Vbi quæ enumerat vitia, ea sunt quæ à Stoicis vocantur, φιλοχρηματία, φιλοτιμία, φιλογυνεία, αὐθάδεια, λιχνεία, φιλοινία, φιλοψία. De qua interpr. nonnihil αὐθάδεια dicam in Αὐθαδίζομαι.

Αὐθάδεια, (inquit Budæus) opponitur comitati à Theophrasto, estque ἀπήνεια τῆς ὁμιλίας, id est Dura & inhumana rusticitas. Quæ tamen Budæi interpretatio illi superiori, qua Inhumanitas esse dicebatur, patrocinari nequit: quum hic non distinguatur ἀπὸ τῆς σεμνότητος, sed vocetur inhumana rusticitas, illorum qui quòd sibi placeant, cæteros contrà contemnant, inde inhumanè rustici euadunt, dum præ arrogantia, ab officiis quæ ciuilitas & ipsa etiam humanitas requirit, prorsus abhorrent.

Αὐθαδίζομαι, ET Ἀπαυθαδίζομαι (tanquam ab αὐθάδεια non αὐθάδεια) Arroganter me gero, Superbè me gero. A Budæo redditur Pertinaci superbia vtor & contumacia, vt qui supplicare iudicibus non sustinet. Affert autem hunc Platonis locum in Apologia, (vnde sumptum est exemplum quod addit, de nolente supplicare) ἴσως οὖν τις ὑμῶν οὕτω διανοηθεὶς αὐθαδέστερον ἂν πρός με σχοίη, ... ἀτιμάζων. Ibidem composito ἀπαυθαδιζόμενος eadem significatione vtitur. Cæterùm Pertinaci superbia vtor, optimè interpretari mihi videtur Budæus. sed vt Pertinaci superbia dixit non Pertinacia, sic maluissem Contumaci superbia quàm Contumacia dixisset. Semper enim, quoad fieri potest, ea vtendum interpretatione censeo quæ vnius vocabuli significationem cum alterius significatione non confundat. Quo fit vt αὐθάδης nolim vsquam simpliciter Pertinax reddere, nec contumax (vt in vulgatis lexicis) sed potius Arroganter pertinax, aut Arroganter contumax. Si tamen hoc aduerbium omittendum sit, malim Peruicax, quàm Pertinax, aut Contumax, vt Cicero αὐθάδειαν Peruicaciam interpretatur. Existimo enim nominibus Peruicax & Peruicacia includi aliquam arrogantiæ seu superbiæ signif. potius quam illis.

Αὐθαδίζομαι, idem. quod Budæus ex Gregorio contra Iulianum affert, exponens Pertinaciter resisto: in hoc loco, φιλεῖ γὰρ τὰ γενναῖα φρονήματα πρὸς τὴν βίαν κρατοῦν αὐθαδίζεσθαι. Ego, quod verbo Resisto vsus est Budæus, valde probo, (quum iungatur præpositioni πρὸς) sed maluissem dicere Pertinaci superbia resisto, ob eã quam modò attuli rationem.

Αὐθάδισμα, ατος, τὸ, Arrogantia: vel potius, Arrogans dictum, seu factum. Æschyl. Prom. pag. 59, Τοιοῖσδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασι Ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας, hisce arrogantibus dictis.

C. Ἐπαυθαδίζομαι, pro αὐθαδίζομαι. nisi quòd præpositio vim significationis augere videtur. In vulgatis lexicis exponitur In eadem pertinacia perduro. SIC & in Προσαυθαδίζομαι, præpositionem intẽsiuam duntaxat esse crediderim: si quidem vera est Suidæ expositio, προσαυθαδίζεται explicantis, ὁ ὑπερηφανίᾳ διαφέρεται, vel μέγα φρονεῖ περὶ ἑαυτοῦ. AT in Ὑπαυθαδίζομαι contrà minuit significationem præpositio. sonat enim (vt opinor) q. d. Subarroganter me gero.

Ἄδην, ET Ἅδδην aduerb. Affatim, Abundè, Ad satietatẽ vsque. Cuius etyma apud grammat. diuersa reperiuntur. Etymologistes deriuat ab aduerbio δήν, quod significat diu, (vt præfixo α cõgregãdi significatiõe habente, & cum pleonasmo literæ δ, fiat ἄδδην) ponens tamen & alias deriuationes. Eustathius ἄδην vult significare propriè Ad satietatem vsque: & cognationem habere cum verbo ἁδέω ac nomine ἄδος tenui spiritu notatis, existimat: vnde & simplici δ scribi mauult, sicut ἀδινὸς ab eo deductum. Alicubi etiam dicit, fortasse ab ἀδὴν deriuatum esse ἄδην: quum tamen in Iliad. μ, tradat ab ἄδεν, id est ἤρεσεν, placuit, ἄδην deductum esse, sicut & ἄδος. Idem in illum versum Iliad. ε, Ἀτρῶν οἵ κε μιν ἄδην ἐλόωσι πολέμοιο, annotat quæ sequuntur, Ἄδην autem pro Abundè, Nicias quidem tenuat, geminans δ propter metrum, vt in ἐάδδεις: Aristarchus autem vnico δ scribit, & correptè, & denso spiritu aspirans etiam ἅδε (pro Placuit) & ἄδος Satietas. Hæc Eustath. qui alio præterea loco ex Rhet. lexicis refert, ἄδην esse Atticam vocem, pro δαψιλῶς, vnde sit ἁδρός, & ἅδος. quod qui dixerunt, non videntur ἄδην pro deriuatiua sed pro primitiua voce habuisse. Cæterũ notãdũ est, ἄδην nõnunquã absolutè poni, nõnunquã habere casum, videlicet genitiuũ. Absolutè ponitur in loco ex Iliad. ε modò citato: at cũ genitiuo, eiusdẽ Il. ν, — ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο. & Od. ε, — ἄδην ἐ-

Digitized by Google

κάδαν κατέποτες. Plato in Charmide, ἐπειδὴ τῆς ζητήσεως ἄδδην εἴχομεν. Sic dicitur & ἄδδην ἔχειν τοῦ φαγεῖν. Frequenter in prosa etiam sine casu ponitur, vt apud Suidam partim ex Herodoto, partim ex non nominatis autoribus aliis, ὡς δὲ ἄδδην εἶχον κτείνοντες. Item, οἶνον ἄδδην ἐχόντων. Itē, ἄδδην καὶ ἀπείρως ἀπολαύσαντες τοῦ οἴνου. Itē, οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἄδδην ἐνεπίμπλαντο. Item, οἱ ξένοι ἐμφορούμενοι τὰ ἄδδην τὰ δημόσια καταναλίσκειν. Sic etiā ignis ibidem dicitur ἄδδην ἐπινέμεσθαι τῆς οἰκίας, ad satietatem vsque absumere ædes. Quod ad scripturā attinet, primùm, tenuari debere, ex vetustis codicibus liquet, qui omnes vno consensu tenuāt. debere autē simplici δ scribi, ostendūt infiniti propemodum loci poetarum, primam syllabam corripientium. quinetiam ipse Homerus in omnibus aliis locis præterquam in illo — οἳ ἐλόωσι ἄδδην, corripit. Vt verò metri gratia produci posset, geminarūt quidā eo loco δ: quos primos suspicor occasionem huic scripturæ dedisse. Sed nihil necesse erat produci α eo loco, quum Homerus alibi eadem vsus sit licentia. vnde etiam Aristarchus censebat correptè positum esse α ibi quoque. Certè non modo Homerum in aliis locis corripuisse α in hac voce, sed alios omnes poetas, comperio. Dion. De situ orbis, Γαῖα καλὰ νέμονται ἄδην βεβαρηότα μαλλοῖς. Oppianus κυνηγ. 1, Εἴασε γὰρ βόσκεσθαι ἄδην ποιήεντος ἀνά, &c. Sic & ἀδηφάγος prima breui passim inuenio: vt mox dicam. Sed obseruandum est, in illo Dionysii loco aspiratam esse primam huius aduerbii literam in editione patris mei: quæ ex vetustissimis exemplaribus (cuius rei sum oculatus testis) aspirationem illam accepit. & Eustathius ipse eo loco Atticos solere aspirare admonet. Exponitur etiam ἀθρόως, item ἀδεῶς ab Hesychio: quo modo quædam ex præcedentibus accipi possunt. HINC Ἀδηφάγος, SIVE Ἀδδηφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad satietatem & libitum comedens, Qui quoad libitum est comedit, Vorax, Edax, Helluo. Theocritus, Παῖς γὰρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν; Oppianus Halieut. 2, Ἔξοχα γὰρ πάντων ἀδηφάγος οἶστρος ἐλαύνει. Athenæus libro 10 Alcmanem poetam dicit ἀδηφάγον fuisse: de quo paulo pòst, τάχα δὲ πλέος ἔπετο, ὁ παμφάγος Ἀλκμάν. Et paulo pòst neutro genere substant. κἀν τῷδε ἐμφανίζει αὑτοῦ τὸ ἀδηφάγον, voracitatem suam. Et metaphoricè apud Aristophanem Nebulis (seu, vt Suidas habet, apud Alcæum) λύχνοι ἀδηφάγοι, i. οἰνοπόται, inquit Eustath. Lychni bibuli, qui multum olei deuorant. At ἀδηφάγοι ἵπποι (vt idem Eustathius ex Rhetorico lexico affert) equi τέλειοι, & ἀγωνισταί, vt Suidas addit: Equi curules, qui magnis sumptibus ad certamina curulia aut bellum nutriebantur: sicut & ἀδηφάγον ἅρμα, Currus huiusmodi equorum. De quo Erasmus in Prouerbiis, Currus edax. Et apud Lysiam ναῦς ἀδηφάγος, ἡ τὸν μισθὸν λαβοῦσα ἐντελῆ: cui plenum dabatur stipendium. Sicut & ἀδηφάγοι τριήρεις apud Suidam αἱ ἐνόπλόμισθοι καὶ πολλὰ ἀναλίσκουσαι, quæ multum absumunt & quasi deuorant: in quas magni erogantur sumptus. VNDE Ἀδηφαγέω SIVE Ἀδδηφαγέω, ῶ, Ad satietatem vsque comedo, Vorax sum. Alciphr. ep. 12, χωρὶς ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας τὰ πολλά, καὶ ἀδηφαγοῦντα καὶ καθηδυπαθοῦντα μετά τε ἡμῶν μετά τε ἑταιρῶν. Isocr. in Archid. ζῶμεν ὥσπερ ἀδηφαγοῦντες ἐν καὶ τοῦ ὀρέγεσθαι τρέφονται. Vbi tamen ἀδηφαγοῦντες accipi possit vt ἀδηφάγοι ἵπποι paulo antè. ET Ἀδηφαγία SIVE Ἀδδηφαγία, ας, ἡ, Esus ad satietatem vsque, Voracitas. Athenæus lib. 10, ex Polemone scribit, παρὰ Σικελιώταις ἀδηφαγίας ἱερὸν εἶναι καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα. Et apud Suidam, ὑπὸ τῆς ἀδηφαγίας καὶ μέθης ἐς ὄγκον καὶ βάρος ἐξεχεῖτο, de corporibus quæ ibi dicuntur τρυφηλὰ καὶ ὀδυνηρὰ ὑγρῶν μεστά. Callimachus, Παύσατ᾽ ἀδηφαγίας. Oppianus Hal. 3, plurali vsus est, Λαιμάργοις ὅσοι ἄλγος ἀδηφαγίῃσιν ὀπηδεῖ: quo loco in vetere quodam codice δ duplicatum vidi, licet contra metrum: vnde apparet scripturam hanc olim receptam fuisse.

ἮΜΑΡ, ατος, τὸ, Dies: poeticè pro ἡμέρα. Aratus, Ἐν δέ οἱ ἤματα νυξὶν ἰσαίτατα ἀμφοτέροισι. Cicero, Exæquat spatium lucis cum tēpore noctis. Il. ζ, Ἔσσεται ἦμαρ ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή, erit aliquando dies qua. Od. λ, αἰεὶ φθίνουσι νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ, dies noctésque. Il. ξ, εἰδέναι
E χάρειν ἤματα πάντα, in perpetuum. Il. σ, Πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο, per totū diem. Il. ρ, Ἤματι τῷ προτέρῳ ὅτ' ἐμαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ, die præcedente. Il. τ, Ὅς τις ἐπ' ἤματι τῷδε ἑκὼν μεθίησι μάχεσθαι, hoc die. Il. τ, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας, Vno die integro, seu (vt Cic. vertit) Luctū lacrymis finire diurnis. Hes. Erg. ἐπ' ἤματι ἐργάζεσθαι, in dies. Sic Od. ξ, ἐπ' ἤματι μᾶλλον ἀέξει, in dies singulos. Et ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ, in Epigr. De die in diem, Assiduè. Varia autem ei adiectiua adiūguntur. est enim apud Ho-
F merū ἱερὸν ἦμαρ, & νόστιμον ἦμαρ, & ὀλέθριον ἦμαρ, & τελεσφόρον ἦμαρ, & κακὸν ἦμαρ: cui oppositum αἴσιμον ἦμαρ. Sed & δούλειον ἦμαρ, ac αἰχμάλωτον ἦμαρ pro ipsa seruitute dicit, sicut contrà, ἦμαρ ἐλεύθερον pro libertate.

Ἦμαρ aduerbialiter etiam, vt apud Hesiodum, ἦμαρ καὶ νύκτωρ. Sic verò & in hoc loco Hom. Il. ι, Σοὶ δὲ χρὴ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἦμαρ, vult aduerbialiter accipi ἦμαρ Eustathius. Idem ἦμαρ tenuatum ab ἡμέρα scribit μεταπλασμῷ, vt ἆδος Æolicè ab ἥδιον.

C.Αὐτῆμαρ Eodem die. idem quod αὐθημερὸν in prosa. Iliados α, Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, etiāsi enim eo die & in præsentia iram represserit.

G C.Ἐννῆμαρ, Nouem dies, seu Per nouē dies. Il. α, Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

C.Πανῆμαρ, Per totum diem. Apoll. Arg. 2, ξεινίᾳ δ' ἄσσα τε Θυνοὶ Πανῆμαρ προΐαλλον. ET Παν ῆμαρ pro eodem, apud Homer. teste Eustathio.

Ἠμάτιος, ου, ὁ, Diurnus, idem quod ἡμερινὸς in prosa. vt φέγγει ἠματίῳ, in Epigr. Diurno lumine, id est sole. Aratus, Μειότερ' ἠμάτιος, τὸ δ' ἐπὶ πλέον ἔννυχος ἤδη, de arctophylace: hoc est, (Cicer. interpr.) Nam breuior clara cæli de par te videtur, Amplior infernas depulsus possidet vmbras.
H Dicitur verò aliquis vel res aliqua facere aliquid ἠμάτιος, id est ἐπ' ἤματι, vel ἐπ' ἦμαρ, toto die, aut in dies. Iliados ι, —τὸν ἵστε Ἀχαιοὶ Ἠμάτιαι Θρήκηθεν ἐπ' εὐρέα πόντον ἄγουσι. Sic apud Hesiod. μέλλουσι ἠμάτιαι ποιεῖσθαι.

Ἥμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mansuetus, Cicur, Mitis. Cui opposi tum ἄγριος. Odyss. ο, de aquila, χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ἥμερον, anserem cicurem. Plato De leg. ἥμεροι αἰγέλαι. Xen. Pædiæ 1, πολλὰ αὐτοῦ παρέφερεν καὶ θηρεῖα καὶ τῶν ἡμέρων. Herodian. lib. 5, ζῶά τε πάντα, ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀπίθασα. Dicitur etiam de plantis & frugibus, & tunc Satiuus Latinè reddi potest. vt ἥμερα φυτὰ, & ἥμερα δένδρα, plantæ & arbores satiuæ. sic ἥμερος ἐλαία, olea satiua, ἥμερος κρόκος, crocus satiuus. Xenoph. Cyn. ὅσα γὰρ ἡ γῆ φέρει, τὰ μὲν ἥμερα συλλαμβάνεται, τὰ δὲ ἄγρια γῆρα διαλέλυται. Metaphoricè de hominibus etiam dicitur, quorum emolliti esse videtur mores, quique velut ex agrestibus cicures, mites ac placidi facti sunt. Dem. contra Midiam, ἄνθρωποι οὕτως ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι τοῖς τρόποις. Herodian. lib. 1, πρᾷον καὶ ἥμερον ἦθος ἐπεδείκνυτο, comem atque mansuetam indolem ostendebat. Sic lib. 6, ἐνῆν ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾷον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium. Et apud Plutarchum Numa, ἥμερος μοῦσα, mitis musa. Sed & ἔργα ἥμερα, dicit Herodian. lib. 6, καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων, φοβερὰ καὶ τραχέα νομίζεται· τὰ δὲ ἀνειμένα καὶ ἐκβεβακχευμένα, ὡς ἥμερα, δι' ἡδονῆς ἔχεται, quippe apud illos fortissima ac grauissima pro asperrimis, dissoluta atque ebacchantia pro mitibus voluptariisque habētur. Et apud Plat. De leg. ἡμερώταται ὁδοί, viæ mitissimæ ac placidissimæ, nec asperæ. Deducunt autem ἥμερος ab ἡμέρα, quod ἡμέρα sit quippiam πρᾳὺ & ἱλαρὸν ὄν.

C. Ἡμεροποιῶ, F. ήσω, Mansuefacio, Cicuro, Mansuetum & cicurem reddo.

C. Ἀνήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Immansuetus, Immitis, Agrestis, Ferus. Naz. θηρίον πονηρὸν καὶ ἀνήμερον. Et ὗλαι ἀνήμεροι, sylux incultæ, horridæ & agrestes. Luc. Metaph. de homine quoque agresti & feroci dici potest, vt ἥμερος.

Ἡμερότης, ητος, ἡ, Mansuetudo, Placiditas. Naz.

Ἡμερόω, ῶ, Mansuefacio, Cicuro. Geopon. καὶ οὐδέποτε ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριοῦται, de onagro: de quo Varro, E mansueto ferus nunquam [fit.] Plutarchus, οὐχ ἡμεροῦνται πρὸς ἀνθρώπους, οὐδ' ἀνέχονται κοινωνίαν πρὸς παιδείας.

HINC Ἀνημερόω, ET Ἐξημερόω, quæ idem cum ἡμερόω significant, nisi quòd præpositio significationi aliquid addit. Vsitatius est autem ἐξημερόω. Geopon. de onagro, ἐξημεροῦται δὲ σφόδρα τὸ ζῶον, καὶ οὐδέποτε ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριοῦται. De quo Varro, E fero fit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam. Plut. οὐ δύναται τῶν ἐξημερωθέντων δένδρων ὁ γεωργὸς, οὐδὲ τῶν τιθασευθέντων θηρίων ὁ κυνηγός. Idem Fabio, τὰ δ' εἰς αἰτίους, τὰ δ' εἰς σῦκα ἐξημεροῦντες καὶ τιθασεύοντες. Idem in Numa, metaph. ἐξημέρωσεν αὐτὸν διὰ παιδείας, per disciplinā eum emolliuit & excoluit, vt Ouidius emollitos & feros mores inter se opponit. Apud eundem Plutarch. ἐξημεροῦσθαι Budæus exponit Mansuescere, Cicurari, id est ἐκδύεσθαι τὸ ἄγριον καὶ χαλεπόν. VNDE Ἐξημέρωσις, εως, ἡ, Cicuratio. In v.l. est ETIAM Διημερόω pro Mitigo, Emollio, sed suspicor mēdosè poni pro Διημερόω.

Ἡμερίδης, ου, ὁ, Mitis. Plutarch. Sympos. 4, τὸν δὲ ἀνθοσμίαν ἀποπεμψάμενοι ἐκεῖνον καὶ ἡμερίδην, ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου. Id est, (Turn. interprete) Isto veteri & miti vino reiecto, durum & immite bibimus. Idem De carn. com. τὸν ἡμερίδην καὶ μειλίχιον αἰσχύνεται Διόνυσον. Idem De virt. mor. ὁ φυτάλμιος θεὸς καὶ ἡμερίδης τὸ ἄγριον κολούσας καὶ ἀφελών.

Ἡμερίς, ίδος, ἡ, Mansueta, Cicur. Apud Homerum Odyss. ε, περὶ σπεῖος γλαφυροῖο Ἡμερὶς ἡβώωσα· τεθήλει δὲ σταφυλῇσι, quidam intelligunt vitem satiuam, ad differentiam agrestis. In antiquis autem in Iliadis ξ commētariis annotatum Eust. scribit, ἡμερίδα dici speciē λεπτοφλοίου δρυὸς, & fructum eius σακουλεῖν: contrà verò infrugiferas & latifolias δρῦς, apud Pergamenos vocari ἱερόφλοιας, sicut tenuifolias & frugiferas nominari ἡμερίδας. Annotat præterea, ad suam vsque memoriam quasdam in Thracia δρῦς vocari solitas ἡμερίδας. Plinius Græcum hoc vocabulum retinens, hemeridem & ipse inter glādiferas arbores recenset. Theophr. Hist. pl. l. 3. c. 6, τὴν τὰς γλυκείας [βαλάνους] φέρουσαν, οἱ μὲν ἡμερίδα καλοῦσιν, οἱ δὲ μῆδιον. Gorr. Quercū placidā interpr. Appellatur verò arbor hæc ET Ἡμερόδρυς, vt quibusdā placet. Ἡμερὶς pro vite apud Oppian. l. 3, De ven. Γυμναὶ δ' ἡμερίδες περὶ βότρυσιν ἰνδάλλονται, Circūcirca nudæ vuis vites. Et apud Macedonium lib. 1 Epigr. οἱ δὲ πελοποὶ Ἀνέρες ἐργατίναι κάμνον ἐφ' ἡμερίσιν, in vitib⁹ meis. Sic & apud Aristophanē Acharn. ἡμερίδος ὄρχον, schol. exponit ἀμπέλου, Homericum quoque locum sic accipiēs. At Plut. Erot. οὐδὲ δρυὸς, οὐδὲ μορέας, οὐδ' ἣν Ὅμηρος ἡμερίδα σημαίνων προσεῖπεν.

ΗΜΟΣ,

Ἦμος, Quum, Quando, extra interrogationem. Est autem planè poeticum hoc aduerbiū, cui redditur τῆμος, vel τότε, id est Tum. Homerus Odyss. μ, circa finem, – ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη, Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν, Τῆμος δὴ τά γε δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη. Odyss. ι, v. 168, & seq. Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε, Δὴ τότε κοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης. Quos versus excipiunt hi duo, Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος μετὰ πᾶσιν ἔειπον. Sæpe tamen ponitur ἦμος nō sequente particula τότε aut alia simili: vt in his versibus à quibus secundū Od. auspicatur librū Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱός. Cui initio simile hoc lib. octaui principiū, Ἦμος δ' ἠρ. φ. ῥοδ. ἠὼς, Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆς ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. At vero in simili principio libri decimi septimi, non solùm δὴ τότε subiunxit particulæ ἦμος, sed illis duabus particulis δὴ τότε addidit tertiam ἔπειτα. ita enim ibi legitur, Ἦμος δ' ἠρ. φ. ῥ. ἠὼς, Δὴ τότ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα Τηλέμαχος, &c. Et his quidem in locis non dubium est quin ἦμος δὲ sonet Quum autem, vel Postquā autem: at verò alicubi δὲ post ἦμος vel ponitur pro δὴ, vel certè ἦμος δὲ sic dicitur vt τῆμος δὲ pro τῆμος. cuius vsus exemplum est Odyss. δ, v. 400, Ἦμος δ' ἠέλιος &c.

ΤΗ͂ΜΟΣ, Tum. quod redditur τῷ ἦμος, vt ex Homericis apparet locis quos in Ἦμος protuli. Sed ponitur τῆμος aliquando etiam præcedente alia particula quàm ἦμος. vt Odyss. ν, quū præcessisset, Εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε φαάντατος, ὅς τε μάλιστα Ἔρχεται ἀγγέλλων φάος ἠοῦς ἠριγενείης, sequitur, Τῆμος δὴ νήσῳ προσεπίλνατο ποντοπόρος νηῦς.

ET Τῆμος δὲ interdum pro τῆμος, vel pro τῆμος δὴ, sicut modò dictum fuit in Ἦμος.

ITEM Τημοῦτος interdum pro τῆμος, vt apud Hesiodum, Τημοῦτος σπεύδειν.

ΟΠΠΗ͂ΜΟΣ, pro ἦμος apud Aratum in Phæn. Νειόθεν ὀππῆμος κείνων φορέονται ἑκάστων. Sed aspirandum fortasse potius vocabulum hoc aliquis putauerit: de quo nihil vsquam apud lexicographos reperio, ac certè rarum apud ipsos etiā poetas esse existimo. Iis tamē qui aspirandum censuerint, lubēter subscripserim: quippe qui ex ὅππη & ἦμος factum suspicer: vt videlicet ὅππη, quod alioqui loci est aduerbium, hic ἐκ παραλλήλου positum, temporis significationem accipiat, quam & ὅπου alicubi habere scimus.

ΗΝΙΑ,

Ἡνία, ας, ἡ, ET Ἡνίον, ου, τὸ, Habena, Lorum fræni quo reguntur equi. Alio nomine & ῥυτὴρ appellatur, de quo suo loco. Iliad. θ, Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἡνία. Odyss. γ, Ἐς δίφρον τ' ἀνέβαινε, καὶ ἡνία λάζετο χερσί· Μάστιξεν δ' ἐλάαν, Manibus capiebat habenas. Il. γ, κὰδ δ' ἡνία τεῖνεν ὀπίσσω. Xenophon De re equ. ἡνίας χαλινὸν ἐπαρτοῦμεν ὁποίας ἴσας τε εἶναι καὶ μὴ ἀσθενεῖς μηδ' ὀλισθηράς, μηδὲ παχείας. Plut. De Socr. οὐχ ὑφ' ἡνίας οὐδὲ ῥυτῆρος, ἀλλὰ λόγῳ διὰ συμβόλων ἀγόμενος. Et metaph. apud eundem in Pericle, τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἀνείς, Populo laxans siue permittens habenas. Annotat Eustath. ἡνία esse idem quod χαλινούς, id est frænos: idque patere ex hoc versu Il. ρ, Ἡ ἔπειτ' δ' ἐξ ὀχέων, κὰδ δ' ἡνία χεῦεν ἔραζε: quippe quæ κατὰ πτῶσιν ἀπολυθέντα καὶ αὖθις ἀναλαμβάνονται. At Pollux ἡνίον esse scribit τὸ μέσον τοῦ χαλινοῦ: & circa illud esse annulos & echinos quos equus mandit. Ab eodem quatuor ἡνιῶν ponuntur species, αἱ κατατομάδες, αἱ διὰ ῥυμοῦ, αἱ διὰ μεσαβίου, & στρεπτὸς ἱμάς. Apud Sophoclem autem Aiace, ὅπως ἂν ἐγχεύσωσιν ἡνίας, scholiast. exponit ἅρμα, vt Phœbus currum inhibeat. Nihil tamen vetat quin propriam hic quoque significationem retineamus. Cæterùm quod ad etymon huius vocabuli attinet, Eustathius ab ἱέναι deriuari scribit: esse enim ἡνία δεσμοὺς ἱέντας τοὺς ἵππους.

C. Ἡνιοποιός, οῦ, ὁ, Qui habenas conficit. VNDE Ἡνιοποιεῖον, ου, τό, Officina in qua habenæ conficiuntur. Xen. ET Ἡνιοποιέω, ῶ, F. ήσω, Habenas conficio. Item Habenas rego & duco. Vel simpliciter, Rego, Moderor. B. ex Xenoph. Apomn. lib. 4, ὡς δὲ ἤδη τὰ αὐτὰ προθυμότερον ἀκούοντα ὅτι λέγοιτο, μόνος ἔλθοι ἐς τὸ ἡνιοποιεῖν.

C. Ἡνιοστρόφος, ου, ὁ, Qui habenas vertit. Id est, Qui habenis vertit seu flectit huc illuc equos, Auriga. idem quod ἡνίοχος.

C. Ἡνίοχος, ου, ὁ, Qui habenas tenet, Auriga. Il. λ, Ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ ἐπέτελλεν ἕκαστος Ἵππους εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν. Il. ψ, Ἀλλ' ἰδέειν ἐν δίφροισι παραιβάτας ἡνιοχῆάς τε. vbi discrimen facit inter παραιβάτην, hoc est sessorem aut propugnatorem: & inter ἡνίοχον, hoc est aurigam seu agitatorem: illud tamen non obseruans Il. ε quum dicit, Πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε καὶ ἡνία λάζετο χερσί. Iris enim ibi & παραβάτου & ἡνιόχου munia obit. Xenoph. Pæd. 6, ὥσπερ ἡνίοχοι ἐν πύργοις ἑστῶτες ξυλίνοις. Impropriè verò & apud poetas trasfertur etiam ad alia. Dicitur enim apud Aristophanem Nebulis, αἰγίδος ἡνίοχος Minerua, id est ægidis agitatrix. & ἡνίοχος παλαισμοσύνης in Epigr. item ἡνίοχος τῆς νεώς, vt tradit Pollux. Annotat Eustathius ex Ælio Dionysio ἡνιόχους Athenis fuisse τίμημα ἀξιόλογον, eo quòd ditiores ad currus & equos curules alendos deligerentur. Erunt itaque ἡνίοχοι hic iidem qui & ἁρματοτροφοῦντες & ζευγοτροφοῦντες, hoc est qui equos αἰθριάζοντες & αἰθριάζων ἅρμα alebant. HINC Ἡνιοχέω, ῶ, Habenas teneo, Aurigor. Herodianus lib. 5, ἑωρᾶτο τοπολλάκις ἡνιοχῶν ἢ ὀρχούμενος, identidē aurigans aut saltans conspiciebatur. Et metaphoricè apud Philonem De vita Mosis lib. 1, προεκδραμοῦσαι τὸ ἡνιοχεῖν ὀφείλοντος λογισμοῦ, ante rationem, quam aurigari oporteret, excurrentes. Interdum ex neutro actiuū fit & accusatiuo iungitur, simpliciterque pro Moderor siue Rego capitur, vt βουκολεῖν simpliciter pro Pasco. Aristophan. Vespis, οὐκ ἀλλοτρίων ἀλλ' οἰκείων μουσῶν στόματα ἡνιοχήσας, non alienarum sed suarum musarum ora frænis regens. Philo De vita Mosis lib. 1, τοῖς μὲν ἡνιοχοῦσα σωτηρίως καὶ ἀσφαλῶς ἐπιλαυτε, hæc velut habenis tractandis salutariter tutòque præ se agebat: loquens de nebula quæ Israelitarum in deserto ὁδηγὸς erat. Epigr. lib. 1, Χειρὶ λεοντείῃ ἡνιοχεῦντα βίαν. A QVO Ἡνιόχησις, εως, ἡ, Aurigatio. Philo De vita M. l. 3, νεφέλης ὀπισθοφύλακος ἡνιόχησις, nubis tanquā terga cogētis aurigatio. ET Δυσηνιόχητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui habenis retineri difficulter potest, Quem moderari difficulter quis potest, δυσάγωγος. B. ex Luc. Ab ἡνίοχος est ETIAM Ἡνιοχεύω, quod idē cū ἡνιοχέω significat, & eodē modo quo illud vsurpatur. Anacreon apud Athen. lib. 13, ad puerum, τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις. vbi præter morem genitiuo construitur. Epigr. lib. 4, πόλιν ἡνιοχεύειν, ciuitatem gubernare. VNDE Ἡνιοχεύς, έως, ὁ, Auriga, Qui habenas tenet. Idem quod ἡνίοχος. Il. ε, – ὑπὸ δ' ἕτεροι ἡνιοχῆες.

ET Ἡνιοχεία, ας, ἡ, Aurigatio. idem quod ἡνιόχησις. Herodianus lib. 6, ἡνιοχείαις καὶ τρυφαῖς προσέχοντος, aurigationibus intento. Et lib. 4, γυμνάσια δὲ σώματος ποιούμενος ἡνιοχείας. Construitur interdū etiam cum genitiuo, & simpliciter ponitur pro Agitatio, Gubernatio, Moderatio. Herodianus lib. 1, ἁρμάτων ἡνιοχείας, curruum agitationes. Plut. De anim. solertia, ἡ τῆς μηχανῆς αὐτῆς ἡνιοχία καὶ κυβέρνησις. Ab ἡνίοχος est etiam COMP. Ὑφηνίοχος, ου, ὁ, Administer aurigæ, vel Auriga. idem quod ἡνίοχος, vt Suidas annotat. Xenoph. Pæd. 6, ἀναβαίνεις αὐτὸς κατακλείσει τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος. Eodem lib. λαβεῖν δὲ τοῦ ὑφηνιόχου τὰς ἡνίας, παρασκευάζειν ὡς ἀναβησόμενος ἤδη ἐπὶ τὸ ἅρμα. VNDE Ὑφηνιοχέω, Aurigæ administer sum: vel simpliciter Aurigor: sicut ὑφηνίοχος idem est quod ἡνίοχος, teste Suida.

C. Δυσήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui habenis contineri difficulter potest, Refrænatu difficilis. δυσχαλίνωτος, vt Galenus exponit: δυσπειθής, αὐθάδης, δυσάγωγος, vt Suidas. Itē Morosus, δυσαρέστητος, Galen. Exponitur etiā Doloris impatiens. δυσθύμως καὶ δυσχερῶς τὰς αἰτίας φέρων, Erotian. ὁ μὴ ἀνέχων αἰτιώμενος, Galen. Quæ significatio non ab ἡνία originem habet sed ab αἰτία: ad quod te remitto.

VNDE Δυσηνίως, Ita vt habenis retineri difficulter possit, Effrænatè, Cic.

A C. Ἐξήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Effrænis. Plut. De loquacitate, σοφώτερον δοκοῦσι τῶν ἐξηνίων ἵππων καὶ φερομένων οἱ στρογγύλοι καὶ βραχυλόγοι, ὡς ἐν πολλῷ νοῦς ἐν ὀλίγῃ λέξει συνέσταλται. vbi ἐξήνιοι & φερόμενοι sunt quorum lingua præceps fertur nec audit habenas.

C. Εὐήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui habenas facilè admittit, Qui habenis regi facilè potest, Fræno seu habenis ductilis. Plato De Rep. ἐφ' ἵππων ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων.

C. Χρυσήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aureas habenas habens.

B Ἡνιάζω, F. άσω, Fræno. VNDE Δυσηνίαστος, Qui habenas difficulter admittit, Qui habenis regi vix potest. A QVO Δυσηνιάστως, Ita vt refrænare difficile sit, Ægrè. Synes. ep. 57, ἔφερον, ἀλλὰ δυσηνιάστως, τὴν χαιρεκακίαν τοῦ βίου, ægro animo & ita vt vix audiret habenas rationis.

C. Ἀφηνιάζω, Habenas detrecto, seu excutio, Vel (vt Bud. interpr.) Frænos respuo vel emordeo. Luc. de curru solis loquens, εἰ γάρ τι καὶ ὀλίγον ἐπιτραπῇ θυμοῦσθαι, λάθη, ἀφηνιάσαντες οἱ ἵπποι καὶ τῆς ὁδοῦ παρατρεπόμενοι, κατέφλεξαν τὰ πάντα, excussis habenis, vel emorsis frænis. Idem alibi de iisdē, εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς. Et metaphoricè apud Herodianum lib. 1, ὅσοι πρότερον ἀφηνίαζον ἢ ἐστασίαζον, siqui frænos depulerant. Item lib. 3, de filiis Seueri qui patri monenti non parebant, οἱ δὲ οὔτε γε ἐπείθοντο, ἀφηνίαζον δὲ καὶ ἐπεδίδοσαν εἰς τὸ χεῖρον, sed frænos ex ore depulerant. Philo De vita Mosis lib. 3, ἀφηνιάζοντες οὐ προσέχουσι τοῖς λεγομένοις, velut excussis frænis dicto audientes non erant. Idem lib. 1, ἐπὶ προφάσει ἑορτῆς καὶ θυσιῶν ἀφηνιάσειν, per causam feriarū & sacrificiorum rebellaturum. Aliquando cum genitiuo etiam construitur, interdum & cum præpos. πρός. Philo De vita Mosis lib. 1, ἀρετῆς δ' ἀφηνιάσαντες, virtutem aspernātes, Turn. interpr. Luc. τὸ ἀδίκαιον ἐκεῖνον ἀφηνιάσαι γε μὴ φιλοσοφίας, fecit vt emorso philosophiæ fræno nos auersaretur. Areth. in Apoc. 6, οἱ τῆς Χριστοῦ ἀφηνιάσαντες δουλείας καὶ ἀσεβείας βίου αἱρησάμενοι. Herodian. lib. 1, μή ποτε ἀκμάζουσα μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων ἀφηνιάσῃ, bonarum artium studiorūmque quasi frænos excutiat. Synes. De insomn. κατὰ τῶν ἀφηνιασάντων πρὸς τοῖς νόμοις αὐτῆς, contra eos qui excussis habenis contumaciter in leges ipsius peccarant. Reperitur verò ET Ἀφηνιάω, pro eodem: quod itidem cum genitiuo construitur. Canone 8 Concilii Ephesini. VNDE Ἀφηνιασμός, οῦ, ὁ, Habenarum excussio, Ferocia habenas non admittens. Plut. De virt. mor. καὶ γὰρ καὶ βοῦν καὶ ἵππων τὰ πηδήματα καὶ τοὺς ἀφηνιασμοὺς, οὐ τὰς κινήσεις οὐδὲ τὰς ἐνεργείας, ἀφαιροῦνται. Item Contumacia veluti excussis habenis, Rebellio. ET Ἀφηνιαστής, οῦ, ὁ, Habenarum excussor, Ferox & habenas non admittens. Philo De vita Mosis lib. 1, τὰς ὁρμητικὰς τῆς ψυχῆς ἐπιβολάς τε καὶ ὁρμὰς, ὡς ἀφηνιαστὴν ἵππον, ἐτίθει, quasi tenacem & cōtumacem equum, Turn. interpr.

ΗΝΙΚΑ,

Quū, Quando, sed extra interrogationē. Quidam poeta apud Athen. lib. 4, Ἡνίκ' ἐχρῆν δ' αὐτὸν, νοῦ δ' ἀρχῇ τοῦ αὐτοῦ. Bianor Anth. Epigr. lib. 1, pag. 46, Εἰς βαθὺν ἤλατο Νεῖλον (&c.) ἡνίκα εἶδε. In prosa quoque sæpe: vt ἡνίκα δίκην ἔλαχον, Demosth. Quum iudicium dictassem. ἡνίκα συνσκοτάζοι, quum aduesperasceret. Et cum particula ἄν, sequente subiunct. (vt post ὅταν) Aristoph. in Nub. ἡνίκ' ἂν πεινῶμεν.

G Ὁπηνίκα, itidem pro Quum, Quando. Apollonides Anth. epigr. lib. 1, pag. 11, Ξεῖνον ὁπηνίκα θαῦμα κατείδομεν Ἀλκάνορα: cui respondet λόγος ἤλυθε. ‖ Interdum verò & pro Quādo, id est Quandoquidem: vt apud Demosth. in Midiam, pag. 120, ἀλλὰ μὴν ὁπηνίκα καὶ πεποίηκε ἃ κατηγορῶ καὶ ὕβρει πεποίηκε φαίνεται, τοῖς νόμοις ἤδη δεῖ σκοπεῖν. Sic & ὅτε interdum poni docet Bud. pag. 930.

H ΤΗΝΙΚΑ, ET Τηνικάδε, ET Τηνικαῦτα, Tum. Respondent enim præcedentibus ἡνίκα & ὁπηνίκα. Est autem in τηνικάδε particula δε adiectitia, sicut in ἐνθάδε, aliisque nonnullis. ἦμος & ἦμοςδε (inquit Eustathius) sicut τηνίκα τηνικάδε, & ἔνθα ἐνθάδε. Vsitatius est tertiū illud Τηνικαῦτα, quod Demosth. alicubi subiungit aduerbio ἐπειδή. Idem autem Philipp. 3, quum dixisset, οὐ πρότερον ἐπολέμησεν οὐδεὶς ῥῆξαι φωνὴν πρὶν, &c. subiunxit, τηνικαῦτα δ' οἱ μὲν ἠμύνοντο, &c.

ΗΠΑΡ, ατος, τὸ, Hepar, Iecur. Od. λ, — ἧπαρ ἔκειρον Δύω ἔσω δύνοντες, de Tityo, cui vultures hepar, prauæ cupidinis sedem, laniabãt. est enim περὶ τὸ ἧπαρ ἀρχὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, teste Plutar. Il. υ, φασγάνῳ οὔτασεν ἧπαρ. Apud eundem Homerum aliquoties legere me memini ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων, pro quo alibi dicit (videlicet Od. ι) — πρὸς στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν. Archilochus, χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι. Est autem & brutorum ἧπαρ. vt χηνὸς ἥπατα apud Athen. Et ἧπαρ τῆς αἰγὸς 1 Reg. 19. Sũt verò & τηγανιστὰ ἥπατα apud Athen. lib. 3, iecinora in sartagine frixa, περιειλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ. nam solebant ἐπίπλῳ siue omaso iecinora ἐπικαλύπτεσθαι καὶ ἐντυλίττεσθαι. Possunt etiam (vt annotat Pollux) dici ἥπατα σισυκασμένα, ἥπατα συκῶν σεσυκοβαγηκότων, iecinora ficata, suũ maximè ficu pastorũ. qua voce vtitur Marcellus empiricus, nisi me memoria fallit. Agrœtas apud Apollonii schol. dicit ἧπαρ, sicut & οὖθαρ, παρὰ τοῖς παλαιοῖς dici τὴν εὔκαρπον γῆν, terram frugiferam: per allegoricum illud, Promethei iecur ab aquila laniari, declarari dicens, optimã regionẽ Promethei ab Aëto fluuio vastari.

C. Ἡπατοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Iecinori similis, Iecinoris formam habens.

C. Ἡπατοσκόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Haruspex, Extispex: ad verbum, Qui inspecto victimæ iecinore futura prædicit. est enim iecur caput extorum: & in hostiis in primis inspici solebat. De qua re vide Plinium lib. 11, cap. 37.

VNDE Ἡπατοσκοπία, ας, ἡ, Iecinoris inspectio, Haruspicina, siue Haruspicium, Extispicina siue Extispicium. Herodianus lib. 8, πολλῶν ἐκεῖ ὄντων περὶ θυτικήν τε καὶ ἡπατοσκοπίαν ἐμπείρων, τά τε ἱερὰ αἴσια ἀπαγγελλόντων. ET Ἡπατοσκοπέω, ῶ, F. ήσω, Iecur inspicio. Vnde ἡπατοσκοπήσασθαι. Ezech. Iecur inspicere, Exta consulere.

C. Ἀθυμηπατίας VEL Ἀλευκηπατίας, ου, ὁ, olim dicebatur timidus. Aiunt quorundam hepati vitium quoddam accidere quod eos timidos reddat: eius autem vitiati indicium pallor est qui timidos arguit. Vide Erasmi Chiliad.

Ἡπατηρός, οῦ, ὁ, Hepaticus, Hepatarius. ἡπατηρὰ δυσεντερία, dysenteria hepatica: quum propter iecinoris imbecillitatem aquosus sanguis deiicitur, loturæ carniũ persimilis. Gorr. AT Ἡπατικὰ dicuntur medicamenta hepatis affectibus accommoda, præsertim vbi vomica, duritie, collectionibúsque laborat. Alexand. Trall. δεῖ δὲ καὶ τοῖς φαρμάκοις ἐπὶ τούτων κεχρῆσθαι μὴ μόνον τοῖς διαφορεῖν ἀλλὰ καὶ προστέλλειν δυναμένοις. καλοῦσι δὲ ταῦτα ἡπατικά. vulg. lex.

Ἡπατίας, ου, ὁ, Hepatarius. vt λοβοὶ ἡπατίαι apud Pollucem lib. 2, fibræ hepatis: sicut λοβοὶ πνευμονίαι, fibræ pulmonis, ibidem.

Ἡπατικὸς, οῦ, ὁ, Hepaticus, Hepatarius. vt ἡπατικὸν πάθος, morbus hepaticus, Celso: Morbus hepatarius, Plauto. Et ἡπατικὴ δυσεντερία apud Trallianum, quæ & ἡπατηρὰ & ἡπατῖτις, quũ ἡ ἀλλοιωτικὴ δύναμις ἀσθενεῖ, καὶ τὰ διαχωρούμενα ὅμοιά ἐστιν ἀποπλύματι νεοσφαγῶν. Ἡπατικοὶ dicuntur etiam Qui hepatico morbo laborant: Hepatici, Celso, Iecinorosi, Scribonio: Iecoritici, Marcello empirico. Hepatici generaliter quidem dici possunt omnes qui ex iecinore quouis modo affecto laborant: at non ita latè accipitur, sed veteres quidem sic appellarunt eos qui propter iecinoris inflammationẽ febricitarent: recentiores verò, si tumor aliquis in hepate est, hepatis inflammationem vel abscessum vel scirrhum vel aliter morbum ipsum appellant, non autem hepaticam affectionem: quum verò citra manifestum aliquod iecinoris malum imbecillitas sola acciderit, hunc ægrum hepaticum appellant. Gorr. ex Galeno De comp. pharm. secundũ locos lib. 8, cap. 7. Diosc. ἀσύμφορον πᾶν γάλα κεφαλαλγοῦσιν, ἡπατικοῖς, σπληνικοῖς. Id est (Plinio interprete) Lactis vsus contrarius capitis doloribus, hepaticis, spleneticis.

Ἡπατίτης, ου, ὁ, Hepaticus, Hepatarius. ἡπατίτης λίθος, hepatites lapis, Plin. Et fœm. gen. ἡπατῖτις δυσεντερία, dysenteria hepatica, quæ & ἡπατηρὰ & ἡπατικὴ paulo antè. Et ἡπατῖτις φλὲψ, vena hepataria, seu hepatica. ἡπατῖτις φλὲψ (inquit Gorræus) vena iecoraria dicitur ab Hippocrate vena caua, vt Galenus annotauit lib. De form. fœt. & Comm. in lib. De nat. hom. Ἡπατῖτις ET Ἡπατώριον vocatur etiam eupatorium herba à quibusdam, vt Orib. in Collectan. annotat.

Ἡπατίζω, F. ίσω, Hepar refero, Hepati similis sum. Plin. lib. 34, cap. 2, de ære, Illud suo colore pretiosum ad iecinoris imaginem vergens, quod ideo hepatizon appellãt. Dioscor. lib. 3, cap. 25, de aloe, ἐκλέγου δὲ τὴν καθαρὰν καὶ ἄδολον καὶ ἄλιθον, στίλβουσαν, ὑπόξανθον, εὔθρυπτον, ἡπατίζουσαν, ῥᾳδίως ὑγραινομένην. Plin. lib. 27, cap. 4, Erit ergo optima, pinguis ac nitida, ruffi coloris, friabilis, ac iecinoris modo coacta, facilè liquescens.

Ἡπάτιον, ου, τὸ, Iecusculum. Hegesander apud Athen. lib. 3, ἐν τοῖς κεκαλυμμένοις ἡπατίοις αὐτὴ πνευμόνιον ἔλαβεν. Alexis ibidem, ἱερὸν ἡπάτιον ἐγκεκαλυμμένον. Vtitur hoc vocabulo & Aristoph. Alcæus, Eubulus.

ΗΠΑΤΟΣ, ου, ὁ, piscis nomen apud Aristotelem lib. 2 Animaliũ historiæ. Gaza Iecorinum vertit: à Plinio Hepar appellatur. quem Eubulus apud Athen. libro 3, felle carere dicit, οὐκ ᾤου με χολὴν ἔχειν; ὡς δ' ἡπάτῳ μοι διελέγου. Videtur autem à colore hepatis simili ita dictus: alio nomine λεβίας appellatur. Vide plura apud Athenæum lib. 7.

ΗΠΕΙΡΟΣ, ου, ἡ, Terra continens ac mediterranea: Pars ea terræ quæ cõtinuo tractu iuncta est, non autem à reliqua terra mari diuulsa: propriè opposita τῇ νήσῳ, id est insulæ. Vnde est apud Aristotelem De mundo, τὴν οἰκουμένην ὁ πολὺς λόγος εἴς τε νήσους καὶ ἠπείρους διεῖλε, in insulas & continentes diuisit. Philo De mundo, τὸ παλαιὸν ἠπείρῳ Ἰταλία Σικελίαν προσεπεφύκει, olim Italia Siciliam continenti adiungebat. Xenophon Hellen. 6, οὐ νήσους ἀλλ' ἤπειρον καρπούμενος. Thucydides lib. 1, τάς τε ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε, καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἤπειρον, & magnam insulæ partem fecit continentem. Herodianus lib. 1, τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ, continentem Europæ oppositam. Plut. De fort. ἐν ᾗ πλανώμενος μεταξὺ ταῖς δύο ἠπείροις, duas continentes, Asiam videlicet & Europam: loquens de Paride. ‖Quum verò ei opponitur θάλασσα, simpliciter terram significat. Od. γ, de Vlysse, Εἴτ' ἐπ' ἠπείρου δήμῳ, (&c.) Εἴτε καὶ ἐν πελάγει, siue terra, siue mari. Il. α, νῆα μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν, nauem in terram seu littus subduxerunt. Sic Hesiodus Erg. Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι. Et κατ' ἤπειρον, Terra, Pedestri itinere. Demetrius Phaler. πλείονα μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζοὺς ἢ διὰ τῆς θαλάσσης. Thucydides lib. 1, πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν τοῦ κατὰ γῆν ἐκ τοῦ ναυτικοῦ ἐμπειρίας, ἢ ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ κατ' ἤπειρον ἐς τὰ ναυτικά, plus valemus militia terrestri ex re nauali, quàm illi ex terrestribus expeditionibus in re nauali. Euripides, Ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐμβαλεῖν πόδα, in terræ spatium immẽsum. Eustath. annotat adiectiuum esse, & subintelligi γῆ: plerúmque esse in hoc loco, ἐπ' ἀπείρου γαίης. Esse enim DORICVM Ἄπειρος hoc loco pro ἤπειρος. ‖Peculiariter verò ἤπειρος apud Homerum dicitur pars illa quæ vltra Ithacam & Cephalleniam, ἡ πέραν Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας, vt Eustath. exponit. Il. β, Οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο. Il. σ, Πέμψω σ' Ἤπειρόνδε βαλὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ. Post Homerum autem hanc Epirum dilatatam fuisse scribit vsque ad Illyridem. Molossia primùm vocata fuit, item Chaonia à Chaone Heleni fratre: nunc verò Albania, vt quidam tradunt. Fuit autem hæc Epirus clara rege Pyrrho Romanorũ aduersario. Cæterùm quod ad etymon attinet vocabuli huius ἤπειρος, in primaria significatione, sunt qui dictã ἤπειρον velint quasi ἄπειρον, siue ἀπείρονα γαῖαν, vt vocat Homerus.

Ἠπειρόω, ῶ, F. ώσω, Continentem facio. ἤπειρον ποιῶ, vt Aristot. & Thucydides loquuntur. Aristoteles De mundo, ἐπιδρομαί τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις πολλάκις καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν, & maris alueos adiecerunt continentibus, seu Ex locis marinis fecerunt continentẽ. Et in pass. ἠπειροῦσθαι, Continenti adiungi seu accedere, Continentem fieri. Thucydides libro 2, καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται. Philo De mundo, μεγάλων τε πελαγῶν μεγάλοις κόλποις καὶ βαθέσιν ἀναξηρανθέντας ἠπειρῶσθαι, continenti accessisse. Idem, ἤ τινες ἀπομαὶ καταχλαζόμεναι τοῖς πάλαι χρόνοις αὖθις ἠπειρώθησαν, denuo red-

ditæ ſunt continenti.

Ἠπειρώτης, ου, ὁ, Qui in continenti habitat. Et ἠπειρῶται ἅλες apud Syneſ. Sal terreſtris, Sal qui in continenti effoditur: qui non eſt marinus. Et in fœm. gen. ἠπειρώτιδες πόλεις apud Herodot. Vrbes in cōtinenti ſitæ, Quæ non maritimæ ſunt aut inſulares. Thucydides lib. 1, καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης, & maximè quum offertur naualis ſocietas, ac non pedeſtris, ſeu terreſtris. Apud eundem ἠπειρώτιδες παρασκευῇ πόλεις, vrbes copiis mediterraneis ſeu pedeſtribus ſubnixæ: id eſt equitibus & peditibus, nō nauibus. ‖Item Ἠπειρώτης, & fœminino gen. Ἠπειρῶτις, Qui vel quæ ex Epiro eſt, Epirota. Pauſan. Atticis 7, Ἀλέξανδρος Ἠπειρώτης ἦν, Epirota erat. & Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης, Pyrrhus Epirota: ille Epiri rex nobilitatus bello cōtra Romanos. HINC Ἠπειρωτικὸς, οῦ, ὁ, Ad continentem ſpectans. idem ferè quod ἠπειρώτης. Xenophon Hellen. 6, μὴ εἰς ναυὔδρια ἀποβλέποντας, ἀλλ' ἠπειρωτικὰ ἔθνη καρπουμένους, id eſt ἤπειρον, vt paulo pòſt loquitur, & in ἤπειρος ſuprà citaui. ‖Itē Epiroticus. Dioſcorides libro 1, cap. 163, Ἠπειρωτικὰ μῆλα λεγόμενα, Ῥωμαϊστὶ δὲ ὀρβικουλάτα. Plin. lib. 15, cap. 14, de diuerſis malorum generibus, Orbiculata, à figura orbis in rotūditatem circumacti. Hæc in Epiro primùm proueniſſe, argumento ſunt Græci qui Epirotica vocant. Pallad. lib. 3, Mala rotunda quæ orbiculata dicuntur. Hæc eſſe ea putat Marcellus apud Dioſcoridem, quæ vulgò roſea appellantur. ET Ἠπειρωτικαὶ βόες apud Euſtath. Boues Epirotici.

C. Ἀπηπειρόω, ῶ, In continentem redigo, Continenti adiungo. idem quod ſimplex. Epigr. ἀπηπείρωσε θάλασσαν, ex mari continētem fecit. Simili loquendi forma Ariſtoteles vſus eſt in ἠπειρόω.

ἬΠΙΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, Clemens, Mitis, Lenis, Benignus. idē quod προσηνής. Od. α, Μήτις ἔτι πρόφρων, ἀγανὸς, καὶ ἤπιος ἔστω σκηπτοῦχος βασιλεύς. Od. ξ, — οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον Ἤπιον ὧδε ἄνακτα κιχήσομαι. Od. ν, εὖ εἰδὼς ὅτι μοι πατρὸς ἤπια ᾔδη. Il. λ, ἐπὶ τ' ἤπια φάρμακα πάσσε, lenia & blanda pharmaca. Item ἤπιον ἦμαρ apud Heſiodum Erg. Thuc. lib. 2, καὶ ἀπαγαγεῖν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι, ad humaniorem quandam lenitatem & minorem formidinem traducere. Plut. De puer. educ. ὥσπερ εἰσὶν οἱ ἠπιώτατοι Θετταλῶν, leniſſimi. Herodianus lib. 2, ἤπιον ἄρχοντα καὶ πατέρα, clementem principem. ſic apud Homerum, πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν, Benignus pater. Citatur etiā fœmino gen. ex Heſiodo, Ἀντὶ ἠπίων. Dicitur & ἤπια εἰδέναι τινὶ poeticè, pro Benignum & clementem eſſe erga aliquem. Il. π, — εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων Ἤπια εἰδείη. Deriuant autem quidam hoc vocabulum ab ἡδὺ, ideóque aſpirant, vt ſcribit Euſtathius. (qui tamen frequentius tenuari dicit, quod & ex compoſ. καταπιάω clarum eſt) Alii ab ἔπος deriuant, vt ſit ὁ ἐν λόγῳ πάντα ποιῶν.

Ἠπίως, Leniter, Benignè, Clementer.

Ἠπιότης, ητος, ἡ, Lenitas, Placiditas, Clementia. ἁλὸς ἠπιότης, placidi pellacia ponti. B. ex Hermol.

Ἠπιάω, ῶ, F. άσω vel ήσω, Mitigo, Lenio, Placo. VNDE Ἠπίαμα, ατος, τὸ, Id quo aliquid mitigamus, Fomētum quo dolores mitigamus, Lenimentum. Herodot. Thal. Ἐπιλωικεῖσιν ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἠπιάματα τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, ὕπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίεε.

C. ΚΑΤηπιάω, ῶ, Mitigo, Delinio, ſiue Lenio. Il. ε, Ἄλθετο χεὶρ, ὀδύναι δὲ κατηπιόωντο βαρεῖαι. eſt autem κατηπιόωντο poeticè pro κατηπιάοντο, ſicut ἡβώω pro ἡβάω.

ἨΠΊΑΛΟΣ, ου, ὁ, Epialus: febris quotidianæ continuæ ſpecies quædam, quæ alio nomine ῥιγοπύρετος appellatur, quum videlicet πυρέττουσί τε καὶ ῥιγοῦσι, καὶ ἀμφοτέρων αἰσθάνονται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος, quum ſimul febricitant & rigent, atque eodem tempore in toto corpore vtrunque ſentiunt affectum, vt Galen. De different. feb. lib. 2, cap. 6, definit: addens, ſecundum Archigenem, nulli rei alii id nomen accommodari niſi huic febri: Atticos tamē quoſdam videri cum etiam rigorē qui febres antecedit, ita nominare. Dicitur autem (vt Paulus Ægineta lib. 2, cap. 25 tradit) vel a metaphora τῆς ἁλὸς id eſt maris, ἠπίας μὲν φαινομένης, χαλεπῆς δὲ κατὰ τὰς ταραχὰς αὐτῆς ὑπαρχούσης, quòd principio trāquillum apparet, at quū turbatur, aſperrimum euadit: vel παρὰ τὸ ἠπίως καὶ πραέως ἀλεαίνειν, id eſt θερμαίνειν, à calefaciendo leniter & placidè: quoniam (vt Actuarius docet) οὐ σφοδρὸν οἷοι ἀνάπτειν πυρετὸν, non vehementem febrem accendunt. Euſtathius per antiphraſin ab ἤπιος deriuatum exiſtimat. Dioſcor. lib. 4, cap. 69, de hyoſcyamo ſiue herba Apollinari, τρία δὲ ἢ τέτταρα ποθέντα σὺν οἴνῳ, ἠπιάλους πυρετοὺς θεραπεύει. De quo Plinius lib. 25, cap. 4, Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur. Ariſtophanis ſcholiaſtes in hunc Veſp. locum, Τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειροῦσι πέρυσι καὶ τοῖς πυρετοῖσιν, Οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον, annotat ἠπίαλον eſſe τὸ τοῦ πυρετοῦ κρύος apud Ariſtophanem Nebulis & Theſmophoriazuſis: ſimul verò ἠπίαλον eſſe πυρετοῦ πρόδρομον: Didymo verò δαίμονα eſſe qui etiā ἠπιάλης & τίφης & ἠπάτης: (Euſtathius autē ex lex. Rhet. annotat, δαίμονα τοῖς κοιμωμένοις ἐπερχόμενον, id eſt incubum qui & ephialtes dicitur & πνιγαλίων) intelligere autem Ariſtophanem hìc peſtes & noxas ciuitatis. quanuis non incommodè pnigalionem ſeu incubum hìc accipere poſſis, præſertim quum dicat ἀπέπνιγον. ‖Ἠπίαλοι Heſychio ſunt etiam οἱ ψυχροὶ, Frigidi.

HINC Ἠπιαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ. vt ἠπιαλώδης πυρετὸς, ὁ μετὰ φρίκης καὶ ῥίγους γινόμενος, apud Hippocratem, vt annotauit Erotianus. ET Ἠπιαλέω, ῶ, F. ήσω, Epiala febri laboro. Ariſtot. Probl. ſect. 17, ὅμοιον δὲ ἔοικεν ὥσπερ τοῖς ἠπιαλοῦσιν, οἳ ἅμα τῷ ῥιγοῦν διψῶσι, quos febris epiala exercet. Ariſtoph. Ach. ἠπιαλῶν γὰρ οἴκαδ' ἐξ ἱππασίας βαδίζων, epiala correptus. ῥιγοπυρέτῳ πιεσθείς.

Ἠπιόλης, ου, ὁ, ET Ἠπιάλης, ητος, ὁ, idem quod ἠπίαλος. Euſtathius ex quodam grammatico, δαίμονα τοῖς κοιμωμένοις ἐπερχόμενον ἠπιόλην φασί. Apud eundem Herodianus ex Sophrone, Ἡρακλῆς ἠπιάλητα πνίγων. Vide ἠπίαλος paulo antè.

Ἠπιάλιον, ου, τὸ, Leuis epialæ febris acceſſus. ῥιγοπυρέτιον, Heſych.

¶ Ἠπιόνη, ης, ἡ, Medela. vulg. lex. ex Epigr. At apud Suidā ἠπιόνη eſt vxor Aſclepii. SED ET Ἀσκληπιὸς ipſe hinc dicitur, quoniam ἠπίως ἀσκεῖ τοὺς νοσοῦντας: vel ab ἤπιος & Aſcleto quodam Epidaurio, quem oculis laborātem ſanaſſe dicitur. Antè verò ἤπιος tantùm appellabatur. VNDE Ἀσκληπίειος. vt Ἀσκληπίειον φάρμακον, Æſculapii pharmacum. Et Ἀσκληπίειον πάνακες apud medicos, Aſclepion panaces, Plin. ET Ἀσκληπίεια apud Pollucē, quæ ET Ἀσκλήπια, Feſtum in honorem Æſculapii. AT Ἀσκληπιεῖον, Fanum Æſculapii, Suid. Sic Plutarch. Probl. Rom. ἐν τόποις καθαροῖς καὶ ὑψηλοῖς ἱδρυμένα τὰ Ἀσκληπιεῖα ἔχουσι. Sunt tamen qui & Ἀσκληπιεῖον ſcribant, vt dicitur ἡλιεῖον. ITEM Ἀσκληπιὰς, άδος, ἡ, Aſclepias, herba apud Dioſcor. & Plinium. Item collyrii nomen apud medicos. ET Ἀσκληπιάδης, ου, ὁ, Aſclepiades, patronymicum. Vnde frequentiſſimè plurali numero Ἀσκληπιάδαι & Ἀσκληπιαδῶν παῖδες pro ipſis medicis: vt υἷες Ἀχαιῶν apud Hom. pro ipſis Græcis.

ἨΡΈΜΑ, Quietè. Autor Axiochi, νυνὶ δὲ ἠρέμα κατ' ἐμαυτὸν ἀναριθμήσομαι τὰ λεχθέντα, Tacitus ipſe mecum repetam, Quietè & tacitè repetam. Plato Crat. εἰ δὲ βούλει, ἔχε ἠρέμα. δοκῶ γάρ μοι καθορᾶν τι πιθανώτερον, ſi verò vis, quietè te contineas, hoc eſt expecta. Item Paulatim, Senſim. cui oppoſitum σφόδρα. Herodianus lib. 3, ἠρέμα πως ὁ Σεβῆρος ὑπήγετο πείθοι τῇ ὑπὸ Πλαυτιανοῦ λεγομένῃ, paulatim labaſcebat, Polit. interpret. Luc. in Zeux. ἠρέμα καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα καὶ ἐκ περιαγωγῆς τρεπομένη, λανθάνει τὴν ὄψιν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένην, ſenſim & ita vt vix animaduertere poſſis. Item, Paululum, Leuiter aut Leniter. Lucian. ἐγὼ δὲ ἡσυχῇ μοι δοκῶ, πρὸς τὸν Ἀθηναῖον ἠρέμα τὼ ὀφθαλμὼ παραβαλὼν, i. (Bud. interpr.) Leuiter oculos ad Athenæū deflectens, vt ſolent qui in medio duorum ambulātes, viciſſim ad vtrunque conuertuntur. Ariſtoteles Meteorol. lib. 1, de quodam cometa loquens, quem ſe vidiſſe ait, ἀτενίζουσι μὲν γὰρ εἰς αὐτὸν, ἀμυδρὸν ἐγίνετο τὸ φέγγος, παραβλέπουσι δ' ἠρέμα τὴν ὄψιν, πλεῖον, id eſt (eodem Budæo interprete) Intuitu leuiter limo aſpicientibus, pluſculum apparebat. Idem Ethic. 4, cap. 5, αἱ δ' ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις ψεκταί· καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν γινόμεναι, ἠρέμα· ἐπὶ πλεῖον, δὲ μᾶλλον·

Digitized by Google

ἐπὶ πολὺ δὲ, σφόδρα, quæ si non lōgè absunt à medio, leuiter vituperanda sunt: sin longius, grauius. Athen. lib. 1, ἔχει δὲ καὶ ἀρωματῶδές, ἠρέμα ἐπιστῦφον, Leuiter adstringens, vel Aliquantulū adstringens. At apud Aristotelem Ethic. 3, cap. 1, [ὥς τι δὴ καὶ τί, καὶ περὶ τί ἢ ἐν τίνι πράττει] καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα, ἢ σφόδρα, exponitur Leniter, hoc est Sine impetu aliquo vehementi.

Ἤρεμος, ου, ὁ, Quietus, Mitis, Placidus. ἤρεμον (inquit Hes.) ἥσυχον, πρᾶον, ἥμερον. VNDE Ἠρεμία, ας, ἡ, Quies. Aristot. in Prædicam. ἡ κατὰ τόπον ἠρεμία, quies quæ est in loco. Idem, Ethic. 8, cap. vlt. καὶ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ ἐστὶν ἢ κινήσει, magis est in quiete quàm in motu voluptas. Et ἠρεμίαν ἔχω, Quiesco, Plut. Apophth. Apud Aristotelem Ethic. 1, cap. 3, διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας commodius redditur Vacuitates quasdam perturbationum & animorum status quietos. Apud eundem, ἡ κατὰ τὸ ποιὸν ἠρεμία v. l. interpr. A qualitate puritas & vacuitas.

Ἠρεμέστερος, ου, ὁ, Quietior, Placidior. Xenophon Pæd. 7, ἠρεμέστεροι γίνονται στερισκόμενοι ταύτης τῆς ἐπιθυμίας, de hominibus quibus iniuriam inferēdi cupiditas quasi exempta est. VNDE Ἠρεμεστέρως, Quietius, Tranquillius. Idem Xenophon Pæd. 3, πότερον αὖ οἴει ἠρεμεστέρως ἔχειν τὰ ἐνθάδε, καινῆς γιγνομένης ἀρχῆς, ἢ τῆς εἰωθυίας καταμενούσης. Videtur autem comparatiuus hic esse ab ἠρεμής, έος: at AB Ἠρέμης, ου, quod in v. l. habetur, & exponitur Quietus, deduci non potest.

Ἠρεμαῖος, ου, ὁ, Quietus. Item Remissus, Submissus. Theophrastus, ἡ ἁπλῶς λέγει στρυφνότητά τινα ἠρεμαίαν καὶ μαλακήν, austeritatem remissam, siue leniusculam. Sic apud Lucianum ἠρεμαία ὑπόληψις exponitur Remissa existimatio: & ἠρεμαία φωνὴ, Submissa vox, apud eundem. Hinc Ἠρεμαιότερος, Pacatior ex Plutarcho Solone. ET Ἠρεμαίως, idem quod ἠρέμα. Herodianus lib. 5, βαδίζων τι πλέον τοῦ δέοντος ἠρεμαίως, incedens quàm solebat lētius. Xenoph. De re equ. οὐδὲ ἐξαπιναίως σπᾶν, ἀλλ' ἠρεμαίως προσαγαγεῖν τῷ χαλινῷ προσήκοντα, Placidè seu leniter aut lentè fræno adducere.

Ἠρεμέω, ῶ, F. ήσω, Quiesco, Quietus sū, vel maneo. ἐν τῇ αὐτῇ σχήματος θέσει καὶ σχήματι καὶ εἴδει μένων ἠρεμεῖ, vt apud Aristotelem Michael Ephes. exponit. Philo De vita Mosis lib. 3, πάντας εἰδὼς ἐν ταῖς σκηναῖς ἠρεμοῦντας, in tentoriis omnes quiescere. Et libro 1, καὶ παγέντα ἐπὶ τεῖχος κραταιῶς ἠρέμει τε καὶ ἠπίχαζε, solidáque, more munitionis, & firma stabilitate concreta hærebant, Turn. interpr. VNDE Ἠρέμησις, εως, ἡ, Ipsa quasi quiescendi actio, Quies, qua res aliqua à motu in quo erat quiescit & quasi sedatur. Aristot. Rhet. 2, ἔστω δὴ πραΰνσις, κατάστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς. ET C. Κατηρεμέω, ῶ, Quiescere facio, Sedo. Xenophon Pæd. 7, de militibus iratis, βουλόμενος αὐτοὺς κατηρεμῆσαι, Pacare. Et paulo pòst, ἐπεὶ δὲ ἔθετο τὰ ὅπλα, καὶ κατηρεμήθησαν. Legitur tamen ibi & κατηρεμίσθησαν A Κατηρεμίζω, quod eiusdem est significationis. ET Ἐνηρεμέω, ῶ, Quiesco in. Philo De vita M. lib. 1, ἐπιτηδειότατον [ἦν] τὸν τόπον ἐνησυχάσαι καὶ ἐνηρεμῆσαι, ad requiem & tranquillitatem, Turn. interpr.

Ἠρεμίζω, F. ίσω, Sedo, Quiescere facio. Et ἠρεμίζομαι idem quod ἠρεμῶ apud Themist. 55. Et vtroque (vt Bud. annotat) vtitur indifferenter. ET Κατηρεμίζω, quod vide paulo antè.

ἩΡΩΣ, ωος, ὁ, Heros, Semideus. Qui ex deo & homine natus credebatur, aut reliquos homines virtute sua ita superabat vt ad deos proximè accedere videretur, ob eámque post mortem in diuorum numerum referretur: tanto homine præstātior quanto deus dæmone. vel, vt apud Lucianum habetur, ὃς μήτε ἄνθρωπός ἐστι, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερόν ἐστι. Hesiodus Ergois, Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. Iliad. τ, Ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος. Odyss. 6, ἥρως Αἰγύπτιος. Plut. Consolat. τοὺς ἀποχωρήσαντας τῶν ἡρώων καὶ φασὶ τὰς ἀπὸ θεῶν. Thucydides lib. 5, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας. Idem lib. 4, μάρτυρας μὲν θεοὺς καὶ ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους ποιήσομαι. Sic Xenophon Pæd. 1, προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς Περσίδα γῆν κατέχουσι. Et ἥρωες ἐπώνυμοι apud Pausaniam Att. pag. 3, heroes a quibus Atheniensium tribus denominabātur. de quorum imaginibus ibidem. Zenon apud Laertium lib. 7, heroas vocat solutas corporibus animas sapientum: & Pythagoras apud eundem totum aera censet plenum esse animis, eósque & dæmonas & heroas existimari. Vnde & Philo De mundo, τὰς δὲ, θειοτέρας κατασκευῆς λαχούσας, ἁπάσης ἀλογεῖν τῆς περὶ γῆς χωρίου. αἰωρεῖσθαι δὲ εἶναι πρὸς αὐτῷ τῷ αἰθέρι τὰς καθαρωτάτας, ἃς οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες ἥρωας καλοῦσι καὶ δαίμονας, Μωυσῆς δὲ εὐθυβόλῳ χρώμενος ὀνόματι, ἀγγέλους. id est, Alias animas cōstitutionem diuiniorem sortitas, ab omni terrestri situ cogitatione abhorrere: at quæ sint earum purissimæ, eas verò opinio est excelsissimo in loco apud ætherem ipsum stationem habere. quas qui in Græcia philosophari instituerunt, heroas & dæmonas appellauere. Apud Homerum tribuitur etiam ignobilioribus hoc nomē. vt Od. σ. – Μούλιος ἥρως, Κῆρυξ Δουλιχιεύς, ὅς ῥά οἱ θεράπων ἔσκ' Ἀμφινόμοιο. Contrahuntur verò quidam obliqui in hoc vocabulo. nam ἥρως pro ἥρωος, affertur ex Philostrato. sicut & Od. θ, δόμος Ἀλκινόοιο ἥρως dicitur pro ἥρωος. Et ἥρῳ, vel ἥρω sine ι subscripto, per apocopē, pro ἥρωϊ, teste Eustathio. Item ἥρω pro ἥρωα. Apollon. Argon. 1, κάλλιπον ἥρω Ἡρακλῆα. At ἥρως dicitur pro ἥρωες & ἥρωας. Cæterùm quod ad etymon attinet, Plato in Cratylo ab ἔρως deriuat, (quoniam heroes ex diis deabúsve mortalium amore captis nati putabantur, aut vicissim ex mortalibus deûm inidē amore captis) vel ab εἴρειν hoc est λέγειν, quoniam σοφοὶ ἦσαν καὶ ῥήτορες καὶ δεινοὶ καὶ διαλεκτικοὶ, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες. Alii deriuare maluerunt ab ἔρα id est terra, quòd partim è terrenis & mortalibus hominibus orti essent. Alii ab ἀὴρ, quoniam (vt Hesiodus habet) ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶσιν ἐπ' αἶαν. Augustinus ab Ἥρα, id est Iuno, quòd ei aer deputetur, in quo inter lunæ gyrum & nimborum ac ventorum cacumina, aeriæ istæ animæ, lares, genii, heroésque isti, hoc est alicuius meriti defunctæ animæ, degere creduntur.

Ἡρωϊκὸς, οῦ, ὁ, Heroicus. Demosthenes Epitaph. οὕτω μεμυθολόγηται, οὐδ' εἰς τὴν ἡρωϊκὴν ἀνατέταται τάξιν, in numerum heroum. Plutarchus Ad præfect. indoct. ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες, formam heroicam. Aristoteles Ethic. 7, ἡρωϊκὴ ἀρετή. Item ἡρωϊκὸν μέτρον, vel ἔπος, metrum seu carmen heroicum, apud rhetores & grammaticos. Item ἡρωϊκοὶ στίχοι, versus heroici seu longi, Cicero apud Platonem p. 41 lex. Cic.

Ἡρῷος, ου, ὁ, siue Ἡρῶος, (vtrūque enim reperitur, & cum ι subscripto & sine illo) idem quod ἡρωϊκὸς, seu Herous: vt Latini etiam loquuntur. ἡρῷος ῥυθμὸς, numerus herous, Cicero apud Aristotelem pag. 50 lex. Cic. Et ἡρῷον μέτρον, metrum heroum. Demetr. Phaler. ἐξάμετρον ἡρῷον τε ὀνομάζεται ὑπὸ τοῦ μήκους, καὶ πρέπον ἥρωσιν. Heroi carminis opus dicit Propertius. VNDE Ἡρωελεγεῖον dicitur metrum ex herois & elegiacis versibus cōstans, vt apud Theocritum idyllium octauum. AT Ἡρῷον, ου, τὸ, substant. Monumentum siue fanum heroi cōstructum. Thucydides lib. 2, καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἡρῷα πάντα, & fana & omnia heroum monumenta. Et libro 13, τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον, Androcratis herois monumentum. Athenæus lib. 6, ἡρῷον ἱδρύσαντο κατὰ τὴν χώραν, καὶ ἐπωνόμασαν, Ἥρωος εὐμενοῦς. Plutarchus Probl. Hellen. τὸ δὲ Εὐνόστου τὸ ἡρῷον καὶ τὸ ἄλσος οὕτως ἀνέμβατον ἐτήρει καὶ ἀπροσπέλαστον γυναιξί. ‖ Ἡρῷα dicuntur etiam epulæ solennes in heroum honorem. Plutarchus Polit. præc. de Theagene, τέλος ἡρῷα δειπνῶν ἐπιταφίου τινὸς, ὥσπερ εἰώθει, προσηθείσης ἅπασι τῆς μερίδος, inuitatus ad cœnam & epulum quod de more heroum parentalibus exhiberi solebat. ET Θἠρῷον, pro τὸ ἡρῷον Atticè, vt θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. Aristoph. ITEM Ἡρώειον, ου, τὸ, Herois monumentum, μνημεῖον, Hesych. Idem quod ἡρῷον.

Ἡρωΐνη, ης, ἡ, Heroina, Propert. Semidea. Dionys. De situ orbis, loquens de Medea, Αἴητεω θυγατέρος, αἰνομένος ἡρωΐνης. Ælianus apud Suidam, γενναῖον ἔργον καὶ ἐλλαμπρὸν ἡρωΐνης. Pro QVO Ἡρῴνη, per contractionem cum subscripto ι. Aristoph. Neb. ποῖαι ἡρῷναι τινές εἰσι.

Ἡρωΐς, ίδος, ἡ, Herois. Athenæus lib. 1, de Nausicaa, ἐκείνην γὰρ μόνην τῶν Ἡρωΐδων Ὅμηρος σφαιρίζουσαν παράγει. ‖ Ἡρωΐς est etiam nomen festi nouennalis quod Delphis cele-

Digitized by Google

brabatur. Plut. Hellen. τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐνναετηρίδας κατὰ τὸ ἑξῆς, ὧν τὴν μὲν σεπτήριον καλοῦσι, τὴν δ' ἡρωΐδα, τὴν δὲ χαρίλαν. De quo paulo pòst, τῆς δὲ ἡρωΐδος τὰ πλεῖστα μυστικὸν ἔχει λόγον ὃν ἴσασιν αἱ θυιάδες. ἐκ δὲ τῶν δρωμένων φανερῶς Σεμέλης ἄν τις ἀναγωγὴν εἰκάσειε.

Ηρώϊσσα, ης, ἡ, Heroina. v. l. Pro QVO Ἡρῷσσα citatur ex Lascaris Epigr. -ἄλιον ἔχουσα Ἡρώισσης ξεινών. Dicitur autē ἡρῷσσα pro ἡρωΐσσα, vt ἡρωΐνη pro ἡρωΐνη.

ΗΣΣΩΝ, ET Ἥττων, Minor. Vsitatius tamen in neutro ἧττον pro Minus. quod ἧττον aduerbialiter etiam ponitur. Aristot. Ethic. 2, καὶ λυπηθῆναι δεῖ ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον. Isocrates Panath. τὸ τούτων τέλος ὃ πᾶσι τοῦτοις προσέθηκεν, οὐδενὸς ἧττον προσήκει θαυμάζειν, non minus quàm quicquam aliud. Item οὐχ ἧττον, & οὐδὲν ἧττον, Non minus, vel Nihilo minus. Aristot. Ethic. 6, ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων καὶ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, pro οὐχ ἧττον ἢ ταῖς ἀποδείξεσι, non minus quàm demóstrationibus. Theophrastus, τὰ χειμερινὰ δὲ οὐχ ἧττον [φίλυδρα καὶ φιλόψυχρα] τῶν θερινῶν. At οὐδὲν ἧττον exponit Suidas ἴσον & ὅμοιον: cuius exempla apud eum vide.

Item ἧσσον seu ἧττον pro οὐδ' ὅλως, seu οὐδαμῶς, Atticum est, vt annotat Eustathius. Ego hunc istius vocis vsum apud Thucydidem præsertim reperio, & à Latinis non solùm Parum, sed & Minus (quod ad verbum respondet) sic interdum poni existimo.

Ἥσσων, Inferior. Homerus Il. ψ, Αἴθ' ὅσον ἥσσων εἰμί, τόσον σέο φέρτερος εἴην. Aristoph. Pluto, γνώσεσθ' ἥττων ὢν πολὺ ὑμῶν. Plato κρείττω opposuit τῷ ἥττω, cui adnectit ὑποδεέστερον in Phædro, οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάζεται. Thucydides autem τὸν ἥσσω opposuit τῷ δυνατωτέρῳ, id est potentiori, lib. 1. Dicitur autem ἥττων εἰμὶ τινὸς (subaudita præpositione κατὰ) & ἥττων εἰμὶ τούτῳ: item ἥττων εἰμὶ cum infinitiuo. Quarum constructionum hæc sunt exempla. Xenophon Pæd. 1, ἀλλ' ἅπερ ᾔδει ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, ταῦτα ἐξῆρχε, id est (vt Budæus eleganter & doctè reddidit) Quocunque certamine sciebat se inferiorem esse, eo socios prouocabat. Herodianus lib. 1, οὐδενὸς ἥττων ἀνδρείᾳ τε καὶ ἀλκῇ. At ἥττων seu ἥσσων sequente infinitiuo vt apud Thucydidem lib. 2, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. At Horatius dixit Minor in certamine, exprimens quidē ἥσσων, sed quod sit pro ἡσσώμενος: sicut ἥσσονας pro ἡσσωμένους accipi testatur Hesych. Sic autem, sed cum genitiuo, vsurpari in variis loquendi generibus, sequentia exempla docebunt.

Ἥσσων εἰμὶ cum genitiuo rei, pro Vincor ab ea, Ei succumbo. vt ἥττων οἴνου apud Xenophontem Pæd 8, Qui vincitur à vino, id est à vinolētia. hoc est Qui sibi à vinolentia temperare nequit, Qui vino supramodum est deditus. Itidem ἥττων τῶν ἡδονῶν seu τῶν ἐπιθυμιῶν, Qui refrænare nescit libidines, & domitas habere, vt Cicero loquitur. Itidem verò ἥσσων ἔρωτος, & ἥσσων ὀργῆς, (quo & Herodianus vtitur) aliáque huiusmodi reddenda censuerim. Possumus verò hoc posterius ἥσσων ὀργῆς vertere etiam Qui nescit iræ moderari. A Politiano certè redditur vno verbo Iracundus. At verò ἥσσων λήμματος, & ἥσσων χρημάτων, item ἥσσων φιλοτιμίας ex Cicerone reddi posse arbitror Qui seruit quæstui. Seruiens pecuniæ, Seruiens gloriæ. Sed & illud ἥσσων τῶν ἐπιθυμιῶν ex eodē interpretor eadem voce, Qui seruit cupiditatibus. ita enim ille in libro De amicitia, Cupiditatibus iis quibus cæteri seruiunt, imperabunt. vbi sicut Seruire cupiditatibus, ἥττονα εἶναι τῶν ἐπιθυμιῶν, sic Imperare cupiditatibus, esse dico, κρείττονα εἶναι. quod vertere etiam possumus Domitas habere libidines, ex eodē Cicerone. At quum dicit Cicero Seruire pecuniæ, & Seruire gloriæ, fateor quidem includi etiam actionem quandam quæ non includatur his Græcis, ἥττονα εἶναι χρημάτων, & ἥττονα εἶναι φιλοτιμίας: quare alicubi nomine Seruus vti malim & dicere Seruus pecuniæ, Seruus gloriæ: sicut Seruus libidinum, & Seruus vitiorum, vel vitiis, Latini quidam dixerunt. Quidam verò ἥττων φιλοτιμίας interpretantur, Nimium gloriæ cupidus: & ἥττων χρημάτων, Pecunia captus. pro quo dixerim, Pecuniæ amore captus,

vel potius Insano amore captus. Atque adeo Pecuniæ amore cæcus, dicere non dubitarim hac in signif. vt dixit Virgil. Auri cæcus amore.

Ἥσσονα, Pauciora, oppositum τῷ πλείω. vt quū Zeno apud Diog. Laertium dicit, Ideo binas habemus aures, at os vnicum, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἥττονα δὲ λέγωμεν. id est, Vt plura quidem audiamus, pauciora autem loquamur. Qua in significatione non memini me apud classicos scriptores hoc nomen ἥττονα legere.

Ἡσσάομαι, ῶμαι, vel Ἡττάομαι ῶμαι, Inferior euado, Vincor, Superor. Thucydides lib. 2, κρατήσαντες δὲ πάσας ἡμῶν, πάντας αὐχοῦσιν ἀπῶσθαι, καὶ νικηθέντες, ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι. Idem lib. 1, ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. Quibus in locis obserua κρατεῖν & ἐπικρατεῖν opponi τῷ ἡσσᾶσθαι. pro hoc autē poni & νικᾶσθαι. Dicitur verò à Demosthene & de eo qui in iudicio vincitur. Isocrates ἡττηθέντες & κατορθώσαντες contraria fecit in hoc Panegyrici loco, ἐν οἷς [κινδύνοις] ἡττηθέντες μὲν παραχρῆμα διεφθάρησαν ἂν, κατορθώσαντες δὲ, μᾶλλον εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ἐδουλώσαντο. Vbi obserua etiam vsum huius verbi cum præpositione ἐν. Sic ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἡττημένων, quidam poeta apud Athenæum. Hæc tamen præpos. frequentius (nisi me memoria fallit) omittitur. dicunt enim ἡττᾶσθαι μάχῃ & ἡττᾶσθαι πολέμῳ, itidémque cum aliis datiuis sine hac præpositione. Quo & Demosthenes dixit modo Philipp. 3, ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις: quem datiuum τοῖς ὅλοις resolui posse existimo in τῇ περὶ τῶν ὅλων μάχῃ. Legitur verò ἡττᾶσθαι & cum accusatiuo: vt apud Isocratem, πολλὰς μάχας ἡττῶνται. vbi subaudiri potest præpositio κατά. Demosthenes in Epit. simul cum accusatiuo rei, & genitiuo personæ, vsus est, scribens, οὐχὶ τὴν ψυχὴν ἥττηται τῶν ἐναντίων. vbi non dubium est quin subaudiri illa præpositio debeat. Animaduertēdus est præterea alius huius verbi vsus, videlicet cum participio genitiui casus. vt apud Xen. Pæd. 5, p. 77, εἰ ἡττώμεθα αὐτοῦ εὖ ποιοῦντος.

Θαρσύς, έος, ὁ, Fiducia præditus, Confidens animo. Item Audax. nam Hesychius θαρσὺς exponit non solùm θαρρηκώς, sed etiam θρασύς. Ego rarissimum esse arbitror vocis illius vsum, ac certe vnicum mihi in præsentia suppetit exemplum: videlicet ex Thucyd. lib.7, pag.260, ἡ μὲν ἐλπὶς ὅμως θαρσεῖα τῶν μελλόντων. Vbi non placet hæc vulgata interpr. Futurorum spes audax: sed malim, Spes fida de futuris. (vt fidissimam spem dixit Virgilius) Aut Spes alacris. Aptè etiam (meo iudicio) verterim, De futuris animo & spe confidere possumus. quod loquendi genus apud Cicer. extat. Pro eodem dixerat Thuc. paulo antè simpliciter ἐλπίδα χρὴ ἔχειν. adeo vt ἐλπὶς θαρσεῖα resolui posse existimem in ἐλπὶς καὶ θάρσος. Schol. θαρσεῖα exponit θαρσαλέα, & (quod minimè probo) ἀνεπαίσχυντος.

Θαρσαλέος, idem quod præcedens ἀθαρσής: sed illud compositum est (sicut & quæ ipsum sequuntur) hoc eandē formam habet quam ταρβαλέος à τάρβος, & δειμαλέος à δεῖμος seu δεῖμα. Exponitur etiam Audax, Magnanimus. Ab Homero dicitur aliquis esse θαρσαλέος, item θαρσαλέος πολεμιστής. Dicit etiam θαρσαλέον ἦτορ (id est cor) esse alicui. Vbi verò θαρσαλέος & ἀναιδὴς copulat, tunc accipitur θαρσαλέος in malam partem, sicut Confidens apud Lat. At verò Il.κ, versu 223, Μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται, verto θαρσαλεώτερον perinde ac si dixisset μεῖζον θάρσος ἔσται, Maior fiducia erit, seu animi præsentia, vel Plus fiduciæ. Sic autem Thucydidem θαρσαλέος substantiuè protulisse comperio, libro 2, ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι. sed ibi signif. videtur, In tuto esse. ET Θαρσαλέως, Fidenter, Cum fiducia, Audacter. quo aduerbio vtitur post Homerum Thuc. & cum eo cæteri quoq; prosæ scriptores interdum: quum alioqui ipso nomine θαρσαλέος, aut nunquam aut rarò (nisi me memoria fallit) vtantur, sed τῷ θαρραλέος, pro eo. Od.σ, ἀλλ' ἐνθάδε πολλ' ἀγορεύεις Θαρσαλέως.

Θαρσέω, ῶ, Fiducia præditus sum, Fiduciā habeo, Cōfido, Non vereor, Sū bono animo. Interdum verò Fiduciam capio, Ad fiduciam erigor seu excitor, aut etiam ad audaciam. Il.α, Θαρσήσας μάλα εἰπὲ, Confisus, aut Animo cōfisus, Fidenti animo. vel, Nihil veritus. Idem Il.γ, Θάρσει Δαρδανίδη Πρίαμε φρεσὶ, μηδέ τι τάρβει. Vtque hic imperatiuo θάρσει subiunxit μηδέ τι τάρβει, sic alibi μηδέ τι δείδιθι. (itidémque verbo θάρρει additur μὴ φοβοῦ apud Aristoph.) Thucyd. lib.3, pag.91, καὶ οἱ μὲν Μυτιληναῖοι ἐθάρσουν τε καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἥσσον εἶχον τὴν γνώμην. atq; hic ille est locus in quo dixi schol. ἐθάρσουν exponere θάρσος seu θάρρος ἐλάμβανον. Idem lib.1, θαρσοῦντας ἰέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον, alacres & fidētes ad bellum proficisci, idque multis de caussis. Aliquando iungitur datiuo, interdum & accus. nonnunquam etiam infinit. Thucyd.1, θαρσήσαντες τοῖς τε προγεγενημένοις. Idem alibi, ταῖς ναυσὶ θαρσοῦσι. Cum accusatiuo autem exponitur verbo Audeo cum infin. aut etiam cum accus. Vel redditur Non reformido, Non metuo, vel aliis etiam modis. Synes. epist. ἐθάρρησε τὴν ὁδὸν τῶν ὅπλων ἐμπεσεῖν ὄντων, Hoc iter suscipere ausus est (vel Ausus est hoc iter, vt interdum loquuntur Latini.) Sic apud Philostr. in Heroic. θαρσεῖ ποιμὴν ἐκεῖνο τὸ χωρίον, redditur, Audet pastor in eo loco versari. Et apud eundem, θαρσεῖν τὰς αἰχμὰς τῶν κρατήτων, audenti animo sustinere. Apud Apollon. autem, θάρσει γέροντος χεῖρα, noli metuere. Cum infinitiuo: vt apud Plutarchum in Pericle, συνάψαι μὲν εἰς χεῖρας οὐκ ἐθάρσησαν. Idem in Themistocle, ἐθάρσησε παρακαλεῖν.

Θαρσήεις, εντος, ὁ, Qui est fidenti animo, Qui est præsenti animo, Fidens. Nonn.

C. ἈΝΑθαρσέω, Fiduciam resumo, In spem bonam rursus erigor, Ad spem bonam redeo, Animum recipio. Thucydides lib.5, καὶ Ἀργείων ὁ δῆμος κατ' ὀλίγον ξυνιστάμενός τε καὶ ἀναθαρσήσας. vbi scholiastes ἀναθαρσήσας exponit ἀναλαβόντες αὖθις ἐλπίδας ἀγαθάς, id est, resumpta spe bona. Idem Thucyd. lib.7, εἰ μέν τινες ἴδοιεν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἄν, καὶ &c. vbi idem schol. ἀνεθάρσησαν explicat ἀνέστησαν τὸ φρόνημα.

C. ἈΠΟθαρσέω, ET Ἐκθαρσέω, ET Καταθαρσέω, vide in Ἀποθαρρέω, & Ἐκθαρρέω & Καταθαρρέω.

Θαρσυνέω, ET COMPOS. Ἀναθαρσυνέω, ET Παραθαρσυνέω, vide cum Θαρρυνέω, Ἀναθαρρυνέω, Παραθαρρυνέω.

¶ Θάρρος, εος, τὸ, Fiducia, &c. vt dictum est de θάρσος. idem enim valet θάρρος quod θάρσος, sicut θαρρῶ, idem quod θαρσῶ. sed & compositorum aliorumque deriuatorum vtriusq; verbi signific. inter se conueniunt. Ab Homero tamen θάρσος & θαρσῶ, & θαρσυνέω & θαρσαλέος, nō autem θάρρος aut θαρρῶ aut θαρραλέος dicitur, quod quidem sciam. vnde etiam nomini θάρσος, vt antiquiori, priorem locum dedi. Sed & etymum vocis θάρσος affertur, non autem vocis θάρρος. Volunt enim quidam grammatici θάρσος esse à θέρσω futuro verbi θέρω. quæ deriuatio licet audacula fronte prima videri possit, nō tamen à ratione abhorrere videtur: quum AEOLES Θέρσος pro θάρσος dicant, & θερμὸν ἔργον vocetur τὸ θρασὺ (à nomine θράσος, quod ex θάρσος factum esse patet) quū denique θαλπωρή, quod Homero interdum fiduciæ itidem signific. habet, verbale sit τοῦ θάλπω, idem significantis quod θέρω. Possum verò ad eiusdem confirmationem & hoc Virgilii dictum afferre, Æneid.12, — subita spe feruidus ardet. Cui alia poetica eiusdem generis adderem, si eorum memoriam refricare vacaret.

Θάρρη plur. etiam num. dicit Aristot. opponens illi φόβους. vt Ethic. Nicom. lib.3, vbi scribit ἀνδρείαν esse μεσότητα περὶ φόβους καὶ θάρρη, quod & in magnis Ethic. legitur. ibi autem quidam μεσότητα περὶ φόβους καὶ θάρρη, vertunt Mediocritatem in timendo & in confidendo. ‖Sed θάρρος redditur etiā Audacia: apud Aristot. Rhet. lib.2, καὶ μὴ τὶ ἐν ἀνδρείας πάθει ὄντες, οἷον ἐν ὀργῇ καὶ θάρρει. ἀλόγιστα γὰρ τοῦ ἐσομένου ταῦτα. Dicitamē audaciam propriè θράσος, docebo in Θράσος.

Θαρραλέος, Fidens, Fiducia præditus, aut Magna fiducia præditus. Idem quod θαρσαλέος & ἀθαρσής, de quibus suprà. Vtuntur cum alii, tum Xenophon. Apud Synes. legitur & compar. θαρραλεώτερος. Dicitur autem &

θαρραλέον

θαῤῥαλέον substātiuè, Fiducia, Animi magnitudo. Polit. autem Audaciam quoque interpr. apud Herodian. ET Θαῤῥαλέως, Fidenter, Confidenter, Cum fiducia, Intrepidè. Pla. in Apol. θαῤῥαλέως ἔχω πρὸς τὸν θάνατον, Mortem non reformido. ET Θαῤῥαλεότης, Fiducia, Fidentia, Firma animi confisio, Cic. θαῤῥαλεότης & δειλία opponuntur apud Plut.

Θαῤῥέω, ῶ, Fiducia præditus sum, &c. vt de θαρσέω dictum fuit. Quibus addere potes, Bono sum animo, Securus sum. Pol. apud Herodian. θαῤῥοῦν πρόσωπον, vertit Vultum audaciæ plenum: at ego maluissem Fiduciæ plenum. Cic. θαῤῥεῖν ποιῶ vertit, Confirmo animum, vt ex Cic. lex. disces. Isocr. in Areop. θαῤῥεῖν ὡς πόῤῥω κινδύνων ὄντας. Idem dixit in Archid. καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ θαῤῥεῖν περὶ τῶν μελλόντων. Sic Gal. cum genit. dixit θαῤῥεῖν περὶ θεραπείας. Dicitur verò & θαῤῥεῖν περί τι. Iungitur & præpos. πρὸς. vt ἐθάῤῥησαν πρὸς μάχην, Audacter ad pugnam iuerunt, vel Pugnam capessere seu committere ausi sunt. Item cum datiuo, necnon cum accus. eodē modo quo de θαρσῶ antea dixi. Luc. in Harm. ὃ καὶ θαῤῥεῖν με τῷ παρόντι ποιεῖ. Ex Gal. l. 2 ad Glauc. θαῤῥεῖν τῇ κενώσει, pro Audacter vacuare, vel Audacter aggredi vacuationem. Sed participium θαῤῥῶν cum hoc casu sæpe redditur commodè Fretus. Cum accus. autem, vt Lat. Audere & Ausus, interdum construitur. Interdum verò infinitiuus in interpr. additur, vt docet Budæus pag. 1060. At ipsius θαῤῥῶ iuncti infinitiuo, exemplum est apud Plut. in Solone, θαῤῥοῦντες φανερῶς ἐγκαλεῖν. & ibidem θαῤῥῶν ἄρξασθαι. Idem τὸ τεθαῤῥηκὸς dixit pro Fiducia.

Θαῤῥῶ rursum cum accusatiuo, sed in signif. cuius in θαρσῶ mentionem non feci: videlicet pro Committo, Credo. vt θαῤῥῶ σοι τὸ ἀπόῤῥητον, Committo arcanum. Budæus ex Chrysostomo in 1 ad Cor. p. 110. Ego malim Audeo committere.

Θαῤῥητικὸς, ῦ, ὁ, Ad fiduciam seu confidentiam propēsus. Gazæ, Fidibundus.

C. ἈΠΟθαῤῥέω, Confido, ex Xen. Sed præp. vim addit signific. vt sit potius, Valde confido, Præfidente animo sum. ET Ἀποθαρσῶ pro eodem. Apud Paus. autē ἀποθαρσῆσαι ἐπὶ, pro Audeo aggredi.

C. ἈΝΑθαῤῥέω, Fiduciam resumo, Animū recipio, In spē bonam rursus erigor, Ad spem bonam redeo. Plut. in Publ. πρὸς δὲ τὴν Κολλατίνου μαλακίαν καὶ μέλλησιν ἀνεθάῤῥησαν οἱ Ἀκυλλιοι, Ex Collatini mollitie confirmari cœperunt, & fiduciam resumere, siue animū recipere. Sed in hoc genere loquendi, ἀναθαῤῥῶ πρὸς τὴν ἄλλην πεῖραν, præpositio sumitur aliter quā in præcedente Plutar. loco. nam in eo πρὸς accipitur vt Ad præpositio apud Ouidium, quum dicit, — sic ad tua verba reuixi: at quum dicitur ἀναθαῤῥῶ πρὸς τὴν ἄλλην πεῖραν, significat Animum recipio ad tentanda reliqua. vt quum dicitur, Non satis mihi est animi ad hoc faciendum.

C. ἘΚθαῤῥέω, ῶ, Confido, vel potius Valde confido, sicut de ἀποθαῤῥέω dictum fuit. Item, Fiduciam capio, In spē bonam erigor. vt ἐκτεθαῤῥηκότες τοῖς πράγμασι, Plut. in Rom. vbi tamen exponitur Elati. Ex eodē affertur in Galba, ἐκτεθαῤῥηκότες ὑπ᾽ αὐτοῦ βεβαίως, pro Quibus ipse firmam iniecerat fiduciam. ET Ἐκθαρσέω, ῶ, pro eodem. vnde ἐκθαρσήσας, In bonam spem erectus.

C. ἘΠΙθαῤῥέω, ῶ, Confido. in v. l. sine exemplo.

C. ΚΑΤΑθαῤῥέω, ῶ, Fidenti animo sum, seu Fiduciam sumo aduersus aliquem, Fidenter seu audacter me gero aduersus aliquem. ET Καταθαρσέω, pro eodē. Herodian. lib. 1, ὅτι εἰς τὸ παρὸν καταθαρσεῖ, τῆς ἡλικίας καταφρονήσας. quæ Polit. vertit, Neque in præsens, contēptu ætatis nostræ, se efferet audacius. At cum genit. apud eundem, τῶν ἡμετέρων ὅπλων καταθαῤῥήσας, vertit, Nostra arma lacessere aggreditur. Bud. in Fab. Æsopi καταθαρσήσας αὐτοῦ, vertit, Ausus est prope ipsum accedere. HINC Κατατεθαῤῥηκότως, quod idem B. vertit Confidenter, Audacter, Licenter, afferens ex Plutar. ἀνειμένως καὶ κατατεθαῤῥηκότως.

Θαῤῥύνω, Fiduciam affero, Fiduciam addo, Animum addo. θαῤῥεῖν ποιῶ, quod Cic. Confirmo animum dixit. Verti etiam potest, In spem bonam erigo, Bene sperare iubeo, vel Bono animo esse iubeo. X. Pæd. 6, θαῤῥύνων τοὺς ἐπιδόντας καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Plut. θαῤῥύνων τοὺς ἀπεῶντας. ET Θαρσύνω pro eodem, quo vtitur aliquoties Homer. vt Il. ν, Θαρσύνεσκ᾽ ἑτάρους καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι. Et Il. δ, Τοὺς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσι. SED & Θαρσύνος οἰωνῷ, apud eundem, pro Confidens augurio, vel In spem erectus, Confirmatus.

C. ἈΝΑθαῤῥύνω, Fiduciam alicui reddo, In spem repono, Spem reddo, Animum reddo, Rursum erigo. Xen. Pædiæ 5, ἀναθαῤῥύνωμεν τοὺς ἄνδρας. Plutarchus Pericle, ἐπειρᾶτο παρηγορεῖν καὶ ἀναθαῤῥύνειν. ET Ἀναθαρσύνω, pro eodem.

C. ΠΑΡΑθαῤῥύνω, Fiduciam addo, &c. vt in θαῤῥύνω dictum fuit. Plut. de Socr. dæm. δεξιούμενος ἕκαστον ἡμῶν καὶ παραθαῤῥύνων. Et cum infinit. apud eundem in Fabio, παραθαῤῥύνων ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἐκείνου μανίας, pro Excitans & erigens eorū animos ad cohibendum &c. Vel Alacres reddens. ET Παραθαρσύνω, itidē pro Fiduciam addo, Confirmo, apud Thuc. & Herodianum.

ΘΡΆΣΟΣ, εος, τὸ, Audacia, Temeritas. Fit ex θάρσος per metathesin literæ ρ, cum qua metathesi sic mutatur significatio, vt quum θάρσος in bonā partē accipiatur pro fiducia, θράσος contrà, in malā pro audacia. Autor libri qui Demetrio Phaler. adscribitur, ὥσπερ δὲ παράκειται φαῦλά τινα ἀστείοις τισὶν, οἷον θάῤῥει μὲν τὸ θράσος, ἡ δ᾽ αἰσχύνη τῇ αἰδοῖ. vbi θάῤῥει idem quod θάρσει. Plutar. in Lyc. μία γὰρ ἐμπειρία καὶ θράσος ἀφαιρεῖ καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται. Quem locū confer cum hoc Thuc. τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Gregor. in Iu[illegible]g. 131, dicit θάρσος & θράσος, licet appellationibus vicina, multum significatione differre: ὅτι θάρσος καὶ θράσος κἂν εἰ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζοι, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται. Quidam θάρσος definierunt ἄλογον πρόσταγμα ψυχῆς, eius contrariū esse dicentes τὸ θράσος. quæ definitio habetur & in schol. Hom. At Stoicam itémque peripateticam definitionem θάρσους affert Eustathius pag. 511. |Ab Homero autem θράσος pro θάρσος poni arbitror, Il. ξ, v. 416. Sed & in nonnullis epithetis sic accipi videtur. Certè de θρασυμέμνονα dubitare nos non sinunt alii loci vbi μένος & θάρσος copulat. nec enim quenquam inficiaturum puto, componendo θρασυμέμνονα ex θάρσος & μένος, permutatā quidem literæ ρ fuisse sedem, at in significatione nihil immutatum fuisse. Quòd siquis θρασυμέμνονα ex θρασὺς & μένειν, aut etiam μένος, compositum esse malit, (quæ formatio magis ex propinquo petitur) tum verò θρασὺς itidem in bonam partem accipietur: de quo eius vsu dicam paulo pòst.

Θρασὺς, Audax, Temerarius. ὁ ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων, (inquit Aristot. Eth. 2) est θρασύς. Idem ibidem, ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός. Demostheni Pro cor. οἱ ἐν φόβῳ & οἱ θρασεῖς opponuntur: sicut θρασεῖς πεῖσαι καὶ ἐντάξαι contrarium facit τῷ καταπλῆξαι, ibidem. Et γλῶσσα θρασεῖα, Lingua audax, id est petulans. |Aliquando verò in bonam partem pro Magnanimus, Fortis, Strenuus: vt quum Apoll. Herculem appellat θρασύν: & quum dicit Hom. Il. ρ, θρασεῖαν ἀπὸ χειρῶν. Sic & ipsum aduerb. in bonam partē accipi interdum, proximè sequentia docebunt. HINC Θρασέως, Cum audacia, Temerariè. Interdū verò & in bonam partem pro Audacter, Fidenter. Isocr. in Euag. ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν ὅτι περὶ αὐτοῦ θρασέως εἴρηκας. Sic & apud Thuc. θρασύτερον pro θαρσαλεώτερον, maiore cum fiducia: θρασύτερον γάρ τις προσχωρήσεται. ET Θρασύτης, Audacia, Temeritas, quæ & τόλμα ἀλόγιστος, Thuc. apud quē legitur & τὸ μὴ προσημαινούσης δόξης θρασύτητι ὀργιζόμενον, l. 2. vbi θρασύτητι est pro ὑπὸ θρασύτητος. Plut. De virtute mor. ὅπως ἀνδρεία μὴ ἀπόνοια, καὶ θαῤῥαλεότης, μὴ θρασύτης γένηται. Ibidē ἀνδρείαν esse μεσότητα δειλίας & θρασύτητος docet: addēs, hac esse excessū τοῦ θυμοειδοῦς, vt illā defectum.

C. Θρασυδειλος, Θρασυκάρδιος, Θρασυαύχενος, &c. vide singula in singulis nominibus subst.

Θρασύνω, Audacem seu cōfidentē reddo, Audaciā affero. Thuc. l. 1, p. 47, τῷ πλήθει τὴν ἀμαθίαν θρασύνοντες. i. multitudinis fiducia seipsos, alioq timidos propter imperitiā futuros, cōfirmantes. Basil. in or. περὶ τῆς ταπεινοφρ. Θρασύνει δὲ ἄνθρωπον χειρῶν δύναμις, καὶ τάχος ποδῶν, σώματος εὐμορφία.

Θρασύνομαι frequentiori in vsu est, sed pro Audax fio,

Animos tollo, Efferor, Ferocio. Æschines, ὅπως θρασυνῶμαι λίαν θρασυνώμενος Δημοσθένης. Et Demosth. Pro cor. ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα. Dicitur etiam θρασύνομαι πρός τινα à Plut. ité θρασύνομαι τούτῳ, efferor hac re, & ex ea audaciã assumo. ‖ Itẽ θρασύνομαι, Audacter seu liberè loquor, apud Isocr. Alicubi autẽ θρασύνομαι est Audacter ago. ‖ Item pro Confido, Confidentia præditus sum. Bas. de Pharisæo illo q̃ de sua iustitia gloriabatur, ὁ μὴ μόνον ἐφ' ἑαυτῷ θρασυνόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸν τελώνην ἐπὶ τοῦ θεοῦ διασύρων.

C. ἈΠΟθρασύνομαι, idẽ quod θρασύνομαι, nisi quòd præp. vim signific. auget. Iungitur autem (sicut θρασύνομαι) cum πρός, & dicitur ἀποθρασύνεσθαι πρός τινα, pro Audacia, vel magna audacia aduersus aliquem vti. B

¶ Θράσων, nomen propriũ militis apud Terent. ex Græca comœdia id mutuantem. Sed militis gloriosi nomen est: atque adeo ex re (vt loquitur Ouid.) nomen habentis. θράσωνα. n. ab audaci iactãtia nominatum arbitror: ac quoniam qui ea vtuntur, Thrasones vocari solent, proprio nomine in appellatiuũ trãseunte, ideo hic ponendum censui. SED Θρασωνίδης à Θράσων fit, nomẽ itidẽ propriũ apud Plut. in lib. περὶ φιλοπλ. ex comœdia hoc itidem sumentem, vt opinor. C

ΘΕΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, F. άσομαι, Specto. Xen. Pædiæ 5, οἱ δὲ καλοὶ καὶ πὺξ ἀπαθεῖς θεώμενοι ὑφ' ἄλλων ἄστι ἀθλεῖ τῷ ἔρωτι. Aristot. Pol. 8, εἴ τις χαίρει τὴν εἰκόνα τινὸς θεώμενος. Dem. θεάσονται σε τί ποιήσεις, Obseruabunt q̃d acturus sis, Studiosè spectabũt. Aristoph. Vesp. ἰδοὺ θεῶ τὸ σχῆμα, καὶ σκέψαι μ' ὅτῳ μάλιστ' ἔοικα τὴν πλοκάδα, Specta gestũ, seu Studiosè inspice & cõtẽplare. Absolutè interdum pro Specto ludos, seu certamẽ. Luc. Nig. πυνθάνεσθαι αὐτοῦ τινὲς ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐσθῆτι, διὰ τί ἐν ἐσθῆτι θεώμενος, q̃ tali veste indut' spectaret videlicet certamẽ Panathenaicũ, quo in sẽsu etiã vocabulo θεωρεῖν paulo ãtè vtitur. Ponitur & simpliciter pro Video. Vnde quod Soph. Trach. dicit Ἰδοῦ, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας, Accius vertit, Videte cũcti: συνωνύμως vero paulo antè dixerat, Σκέψασθ' ὁμοίας πάντες συμφορᾶς ὑπὸ Πέπονθα, Aspice. Et pass. ex Apoll. epist. citatur θεαθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, Videri à me. ΑΤ Θέα verbum est apud Themist. 91. pro Videas, Videre licet. 41. θέα δὲ καὶ ἕτερον ἀπιστότερον, Vide. Bud. D E

Θέαμα, ατος, τὸ, Spectaculũ, Res ipsa quã spectamus. Soph. Ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ Ἄλγιστον, tristissimũ mihi spectaculũ, Res omniũ quas viderim tristissima. Luc. οἰκτρὸν θέαμα πᾶσι Σκύθαις. Et apud eundẽ, ἐλεεινὸν ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα. Item apud eundẽ δυσαίσθητον καὶ ἀπόβλητον θέαμα. Et contrà Xen. τὸ πάντων ἥδιστον θέαμα τῆς ἀθέατος εἶ, non vidisti rem omnium iucundissimã, spectaculum omniũ iucundissimũ. Idẽ Symp. εἴσεσθε θεάματα ἐφ' οἷς ὑμεῖς εὐφρανεῖσθε. Plutarch. πολλὰ καὶ καλὰ θεάματα καὶ ἀκούσματα. Herodian. θεάματα & ἀκροάματα similiter copulat. Dicitur & θέαμα ποιεῖσθαι τι. Plut. φόνον καὶ θάνατον ἀνθρώπων καὶ τραύματα καὶ μάχας, θέαμα ποιεῖσθαι πολυτελέστατον, habere loco spectaculi. F

C. Ἀθέαμων, Qui non spectat. Syn. De insomn. ἐνυπνίων ἀθεάμονας εἶναι, Somniorum spectatores non esse, hoc est Nõ videre somnia.

C. Φιλοθεάμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Spectaculorũ amãs, Spectaculorum seu spectãdi cupidus, Qui spectaculis gaudet, quo modo à Greg. vsurpari docet B. Vel Visendarũ rerũ cupidus, Inspector, vt idẽ B. interpr. Plut. De def. or. ἀνὴρ φιλοθεάμων καὶ φιλομαθὴς, visendi & discẽdi cupidus. Luc. in Herodot. ὁ συρφετώδης ὄχλος, ἄλλως δὲ μᾶλλον φιλοθεάμων. Athen. δεῖ δὲ δοῦναί τι τῷ φιλοθεάμονι, καὶ κατανοῆσαι τὴν οἰκίαν, cupiditati rerum inspiciendarum.

Θεάμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Spectator, Contemplator, θεατὴς, θεωρητικὸς, Suid.

Θεατὴς, οῦ, ὁ, Spectatõr. Thuc. l. 3, θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθε, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων. Luc. Herod. οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν ὀλυμπίων παρέχειν ἑαυτόν.

Θεατὸς, ῦ, ὁ, Spectabilis, Spectandus, Visendus. ὁρατὸς, θεωρητὸς, ὁλ(ε)κτὸς. Hesych.

C. Ἀθέατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuisus, id est Nõ visus, vel Qui videri spectarive nequit. Luc. ὄρνεον ἐν Ἰνδοῖς ἀθέατον τοῖς ἄλλοις, auis apud Indos aliis nõ spectata, seu visa. Idem Nigr. αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πλουσίων ἀκολουθεῖν τοῖς πλουσίοις, μηδ' ἀθέατον αὐτῶν μηδὲ ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλι-

πεῖν, Non spectatam & intestatam relinquere. Plut. De puer. educ. μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, Nihil permittere quod non audiat ac videt, seu cognoscat, Nihil non auditum & non visum præterire. Sic ἀθέατον φυλάττων ὑπὸ κόλπου, in sinu abditum seruans, ne videri posset. ‖ Item Non visendus, Non inspectandus. Phocyl. μηδ' ἀθέατα δείξῃς ἰδίῳ. Plut. Numa, ἀθέατα τοῖς ἄλλοις ἱερά, Sacra quæ aliis videre non licet. ‖ Actiuè etiam capitur pro Qui non vidit seu spectauit. Xen. τῶν πάντων ἥδιστον θεάματος ἀθέατος εἶ, Non vidisti rem omniũ spectatu iucundissimam. Luc in Scytha, καὶ μὴ ἐάσῃς με ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρέφειν, Ne permittas vt his nondum spectatis redeũdum mihi sit, Vt mihi hæc nondum cõtemplato reuertendum sit. Idem in Nigr. ἄγευστος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παρρησίας, ἀθέατος δὲ τῆς ἀληθείας, Qui veritatem non perspexit & cognouit. A B

C. Ἀξιοθέατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Spectatu dignus, Dignus qui visatur. Herodian. lib. 1, de Commodo, πρὸς δὲ τῷ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ καὶ τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέατος.

C. Δυσθέατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuisus, Infelix aspectu. Soph. ὦ δυσθέατον ὄμμα, O dirum spectaculum. Idem quod ἀπόβλητον θέαμα apud Lucianum. C

Θεάτρια, ας, ἡ, Spectatrix. Poll. l. 4.

Θέα, ας, ἡ, Spectatio. Xenoph. Hell. 6, ἀξία ἦν ὑπὲρ τῆς θέας ἀπαντῆσαι, Visu digna. Sic apud Eurip. τὴν θέαν δὲ εὐπρεπὴς, Spectatu seu aspectu decor'. Et actiua signif. apud Xen. τῇ θέᾳ τῇ ἑαυτοῦ προαγεῖσθαι, Spectatione sui, seu spectãdo sese. Idẽ Symp. ποιήσας δὲ αὐτὴν πᾶς Κράτης ἦγεν ἄχρι ἐπὶ τὴν θέαν, Spectatum seu ad spectãdum duxit. Plut. De def. orac. πλεύσαντας δ' αὐτοὺς ἱστορίας καὶ θέας ἕνεκα, πεμπὴν τοῦ βασιλέως, Sese autem cognoscendi visendique causa imperatore mittẽte nauigasse. Synes. ep. 57, καὶ πανταχόθεν δὲ δὴ ἰδεῖν ὁμιλεῖν ἀκοῇ καὶ θέᾳ κακῶν, Auditu & visu seu spectatione. ‖ Θέα interdũ pro spectatione ludorũ. Herod. ἐπὶ δὲ τὰς πλαδεῖς αἱ τῆς θέας ἡμέραι, Dies spectationis ludorũ. Quib' ludos populus spectare solet. Et θέαν ἔχειν apud Liban. in arg. 1 Olynth. ἑκάστῳ ἐδίδοσαν δύο ὀβολοὺς, θέαν ἔχειν, Duos dare obolos vt spectare ludos posset. Item in v. l. θέαν ποιησάμενος, Speculatus. ‖ Θέα dicitur etiã idipsum quod spectatur seu videtur, idẽ quod θέαμα. Epict. πᾶσαν θέαν ἣν ἴδῃς, μιμῇ, quicquid vides, imitaris. Philo De vita M. l. 3, θέαν ἀθέμιτον ἰδόντες, Nefãdum spectaculum cernẽtes, seu Rem quã videre non licet. Vt verò spectacula apud Lat. crebrò pro ludis qui spectãtur, ponũtur, sic etiã θέαι. Plut. Cas. μετὰ δὲ τὴν θρίαμβον τὸν δῆμον εἱστιάσας ἐν ἑστιάσει καὶ θέαις, epulo & spectaculis. Herod. lib. 1, δημοσίας θέας ἐπετέλεσεν, Publica spectacula edidit. Et l. 3, ἑορτὰς τι μεγαλοπρεπείας ἐπὶ νίκῃ, καὶ θέας πλείστας ἐπινικίους, & spectacula seu ludos pro victoria. Et l. 2, ἑορταῖς καὶ θέαις ἐκδοὺς ἑαυτὸν, Feriis & spectaculis seu ludis deditus. Item apud Plut. Camillo, τὰς μεγάλας θέας. D E F

C. ἈΠΟθεάομαι, Despecto, Ex alto specto, Vel Attentè seu intentis oculis inspecto.

C. ΔΙΑθεάομαι, Dispicio, Considero. v. l.

C. ἘΠΑΝΑθεάομαι, Specto. v. l.

C. ΚΑΤΑθεάομαι, Respicio, Suspicio. Philo De mũdo, ἵνα τὸν ἄνθρωπον ἀνακύπτοντα, ἵνα τὸν οὐρανὸν καταθεᾶται, vt cælum respiceret.

C. ΠΑΡΑθεάομαι, Alterinsecus spectando confero. Plato epist. αὐτὰ παραθεώμενος παρὰ τὰ τῶν ἄλλων, Ea cõparans cũ iis quæ ab aliis traduntur.

C. ΣΥΝθεάομαι, Conspicor. Polyb. lib. 16, ἐν τοῖς λέμβοις συνθεασάμενοι ποτηρίων πλῆθος, Conspecta in lembis poculorum multitudine. Idem lib. 1, τῶν δὲ Ῥωμαίων συνθεασαμένων ἐπὶ λέμβων ὁρμωμένους τοὺς Καρχηδονίους. HINC Συνθεατὴς, Qui simul spectat, Spectationis socius seu consors. ET Συνθεάτρια, Quæ simul spectat. Poll. ex Aristophane.

¶ Θέατρον, ου, τὸ, Theatrum, Locus in quo diebus festis ludi spectantur, interdum etiam orationes audiuntur. Demosth. εἰς δὲ τὸ θέατρον εἰσελθὼν τὸ Καῖσαρ, καὶ τὸν ὄχλον συνειλεγμένον ἰδὼν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. Isocr. Panath. εἰσφέρειν εἰς τὸ θέατρον. Plutar. Apophth. τὸ θέατρον αὐτοῦ τῶν πράξεων. Athen. l. 5. αἰσχύνοντα δὲ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον αὐτοσχεδιάσαντας, ἀγῶνα δὲ τὰ δικαστήρια. Ponitur interdũ pro ipso spectaculo. 1 Cor. 4, v. 9, θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

spectaculum facti sumus mundo. Quo sensu θεατρίζεσθαι inferius accipitur.

C. Θεατροειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Theatri formā habens, Qui theatralis formæ est. Diod Sic.

C. Θεατροκρατία, ας, ἡ, Theatralis potestas. Plato De leg.

C. Θεατρομανέω, ῶ, Insano theatri amore teneor. Philo De vita Mos. lib. 3, γελάζοντας οὐχ ὡς ἔτυχε, γέλωτα ἢ παιδιάς, ἢ μιμοῖς ἢ ὀρχησταῖς ἐπιδείξεων, περὶ ἃς κεκραγότων καὶ διαθεατρομανοῦσιν οἱ θεατρομανοῦντες, qui theatrorum insano amore tenentur.

C. Θεατροπώλης, ου, ὁ, Qui ex locandis theatris quæstum facit. ὁ καὶ θεατρώνης. Poll. ex Aristoph.

C. Θεατροσκοπία, ας, ἡ, Theatralis spectatio. Synesius epist. 54. οὐδὲ θεατροσκοπίαις ἐπὶ θάλλω, οὐδὲ διδασκαλιῶν ἐδοξάσα, nec theatrales spectationes seu theatri celebritatem sequutus sum.

C. Θεατρώνης, ου, ὁ, Theatri magister, Qui theatrum conduxit, seu ὁ διοικητὴς τοῦ θεάτρου. Theophr. ὥστε αὐ τοῦ θέαν ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι.

C. Ἀμφιθέατρον, ου, τό, Amphitheatrum, Theatrum non hemicycli forma constructum, sed rotundum, ita vt vndiquaque spectari possit.

Θεατρικός, ή, όν, Theatricus, Theatralis. Aristot. Polit. θεατρικὴ μουσικὴ, theatralis musica. Plut. Alex. ὥστε θαυμαστὴν καὶ θεατρικὴν τὴν ὄψιν εἶναι, τῶν μὲν ἀγωνιζομένων, τῶν δὲ πίπτοντος. ||Item Ostentatorius, Ad ostentationem compositus: vt θεατρικὴ καὶ τραγικὴ λέξις apud Plut. De educand. puer. Dictio quæ theatricam pompam magis decet, & tragicum aliquid redolet: cui postea opponit τὴν μικρολογίαν τῆς λέξεως καὶ ταπείνωσιν: synonyma autem vtriusque ponit, τὴν ὑψηλὸν & ἰσχνὴν. Idem in Polit. præcept. vult τὸν λόγον τοῦ πολιτικοῦ esse neque παρὸν καὶ θεατρικὸν, ὥσπερ πανηγυρίζοντος καὶ στεφανοπλοκοῦντος ἐξ ἁπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων, nec item ἀπολογίαν ἔχειν καὶ σοφιστικὴν ἀκριβολογίαν.
VNDE Θεατρικῶς, Theatraliter, Ita vt in theatris fieri solet. Item Ostentatoriè, Compositè ad ostentationem. Greg. ταῦτα μυθικῶς, ὅπειτα θεατρικῶς. Pro eodem à Plut. poni θεατρικῶς, ἐπιδεικτικῶς, πανηγυρικῶς, annotat B.

Θεάτριον, ου, τό, Theatrum, idem quod θέατρον. Suid.

Θεατρίζω, F. ίσω, In theatro recito vel ago comœdiam aut fabulam. Quo accipi modo apud Suid. in σκηνὴ tradit B. vbi de ὀρχήστρα loquens, dicit esse τὸ μετὰ τὴν σκηνὴν ἔχον τὸ ἔδαφος, ἀφ' οὗ θεατρίζουσιν οἱ μῖμοι. Eidem B. θεατρίζω est Edo in theatro, Ostento. Greg. in Macc. 89. Idē in Epitaph. fr. de fucatis mulieribus, αἳ ἐπιχρίουσι τὸ κάλλος οἰκεῖον, ὥσπερ τὰ χρώματα καταφθείρουσι καὶ εἰσί πως (ὡς αἱ σκηνικαί) κοσμίως θεατριζόμεναι (in theatro specimē sui præbentes, vel, In theatrum traductæ) δι' ἀσχημοσύνης ἀγήμονος. Idem de pauone caudam rotante loquens, θεατρίζει τὸ κάλλος τοῖς ἐρασταῖς μετὰ σοβαρῷ βαδίσματος, ostētat, seu in theatricam ostentationem conformat. Itē in mala parte, pro Traduco, seu In theatrū omnibus spectādum produco Greg. ὡς πόλεις δίας αἰσχρῶς ἑαυτὴν δεῖ θεατρίζειν. Sic in ep. ad Hebr. c. 10, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, in theatrum estis producti: seu θέατρον ἐγενήθητε, vt loquitur Paul. 1 Cor. 4. quod & verbo παραδειγματίζεσθαι declaratur. Dicitur. n. hoc de iis qui ignominiæ causa palam in plenum theatrum producebātur. Quo modo accipitur apud Salust. Ostentui esse, & apud Tacitū, Ostentui mittere.

C. Ἐκθεατρίζω, Per theatrum traduco, vt B. interpr. apud Polyb. l. 3. p. 58, ἐμέλλον εἰς ταῦτα καταστρεφθήσεσθαι, ὥσπερ ἐς θέατρον οἱ Καρχηδόνιοι καταπλήξαντες μὲν ὡς παραδόξως πάντας, ἐκθεατρίζειν τοὺς πολεμίους φιλοπραγμονοῦντας. Suidas apud eundem Polyb. exponit ἐξελέγχειν in his qui ab eo in θεατρίζω citantur locis, οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν ἀτυχούντων ἢ πταιόντων μιμούμενοι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν, arguunt, & velut omnib' in theatro spectandam exhibent. Item, ἡμῶν ἑαυτοὺς ἐκθεατρίζομεν ἅμα καὶ τὴν Ἑλλάδα κατήσχυναν. Exponitur ab eodē Suida etiam ἐκπομπεύω, & Explodo, Exigo, à Bud. cui sic accipi videtur apud Athenæū l. 11, de Protagora Platonis, ὅτε τοῖς κατὰ τὸ δρᾶμα ἦχει πολλὴν παιδιὰν ἢ σοφῶν ἀνδρῶν ἐκθεατρίζομεν ἔχει καὶ τὸν Καλλίου βίον μᾶλλον τῶν Εὐπόλιδος κολάκων.

A Θεατρίδιον, ου, τό, Paruum theatrum, Theatrum minusculum. Vitruu. lib. 7, cap. 5, Quum Apaturius Alabandeus eleganti manu finxisset scenā in minusculo theatro quod ἐκκλησιαστήριον apud eos vocatur. Varro lib. 3, c. 5, Inter has & exteriores gradatim sunt structa, vt θεατρίδιον auium, mutulis crebris in omnibus columnis impositis, sedilia auium.

¶Θεέω ET Θεέομαι, Admiror, Cum admiratione specto. θεέω, θαυμάζω, inquit Suid. Est autem Ionicum. VNDE Θέημα, Miraculum, Quod cum admiratione spectam'. Ionicè pro θαῦμα, seu θᾶμα Doricè. SIC Θεήμων Ionicum est pro θεάμων, Spectator, Epigr. A QVO Θεημοσύνη, ης, ἡ, Speculatio, Contemplatio, Spectatio. Epigr. ||Item Diuinitas. v. l. ex Epigr. SIC ET Θεητής, οῦ, ὁ, pro θεατής, itidem Spectator. ET Θεητὴς, idē quod θεατής. VNDE Ἀξιοθέητος apud Herodot. pro ἀξιοθέατος. SED ET Θάεο, ITEM Θάεσθαι reperitur pro θεῶ & θεᾶσαι, Aspice, Vide. Dorica autē ea sunt. Θάεο, est in 4 l. Epigr. At θάεσθαι aliquoties apud Theocritū habetur. A QVO Θάημα, Spectaculum vel Miraculum, θαῦμα. B. ex Theocrito. ET Θαητὸς, οῦ, ὁ, Spectabilis, Cum admiratione spectandus, seu Præ admiratione spectandus, Mirandus.

¶Θηέομαι, Admiror spectando, B. Cū admiratione specto. Est autem vocabulum Ionicum. Od. 1, Θηήσαιτο ἰδών, καὶ τερφθείη φρένα ᾗσιν. Ibidem, ἐπειδὴ πάντα ἑῷ θηήσατο θυμῷ, postquam omnia cum admiratione contemplatus est. Od. 7, Ἦ δὴ πολλαί γ' αὐτοῦ ἐθηήσαντο γυναῖκες. Il. 7, Θηεῦντο μέγα ἔργον Ἀχαιῶν. Herodot. ἐθηεῖτο πόντον, spectabat pontum cum admiratione, Pontum contemplabatur admirabundus. VNDE Θηητός, οῦ, ὁ, Cum admiratione spectandus aut contemplandus, Spectabilis, Admirabilis. Hesiod. δέφρης εἰσθηλέος ὄζον Ἀρέφαδη θηητόν, spectabilem, egregium. ET Θηητήρ, ῆρος, ὁ, Qui cum admiratione spectat, Od. 8, Ἤ τις θηητὴρ καὶ ἐπίκλοπος ἔπλετο τόξων. i. admirator, qui quum eos vidisset, admiratúsque esset, furatus est. θαυμαστικὸς τόξων, Eust. ET Θηήτωρ, ορος, ὁ, pro eodem, Nonn.

ΘΕΩΡΕΩ, ῶ, F. ήσω, Specto, Cōtēplor, Inspicio. Et Θεωροῦμαι, Spector, Inspicior. Aristot. in Probl. διὰ τί αἱ ἀσύμμετροι παρ' ἀλλήλας θεωρούμεναι. Sæpe autem ad animum refertur, sicut & Contemplor apud Latinos. θεωρῶ περὶ τούτου, Aristot. in Polit. Ab eodem θεωρεῖν pro ζητεῖν alicubi accipi tradit Alex. At Plut. eadem constructione dixit τὰ περὶ τὸν ἄστρων θεωρούμενα, quod B. vertit, Quæ de astrorum ratione comprehensa sunt à philosophis. Redditur etiam Perspicio, Perpendo. Demosth. Olynth. 1, περὶ γε λογίζεταί τις ὑμῶν καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον &c. Interdū vero pro Æstimo, vt apud Æsch.

Θεωρέω, Ludos specto, vel celebro, Pla. Luc. autem θεωρεῖν & θεᾶσθαι hac in signific. dixit, vno eodémque in loco. Vide in Θεάομαι. Interdum verò θεωρῶ est Ludos spectatum venio. Thuc. 3, ξὺν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες. Aristoph. Vesp. Ἐγὼ δ' ἐθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ, πλὴν ἐς Πάρον, nusquam ad spectandos ludos profectus sum. ||Item Θεωρῶ, Oraculum consulo. Plato in epist. οὐ δὴ καὶ τὸν θεὸν, ὡς ἐσήλλαι οἱ τότε θεωροῦντες, περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς. Sic Bud. interpret. in hoc Thucydidis loco, lib. 5, pag. 171, περὶ μὲν τῶν ἱερῶν τῶν κοινῶν, θύειν καὶ ἰέναι καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ τὰ πάτρια τὸν βουλόμενον. vbi tamen schol. exponit θεωροὺς πέμπειν. Existimo autem à θεωρὸς deduci hoc θεωρῶ, non contrà, si modò vera est etymologia quam tradit Poll. de qua dicetur in Θεωρὸς post Θεός.

Θεώρημα, ατος, τό, Spectaculum, vt B. apud Athen. vertit. ||Sed θεώρημα multo frequentius appellatur, Quod contemplamur, seu speculamur, Quod cōmentamur. Θεωρήματα, (inquit B.) sunt Speculamēta disciplinarum, & veluti commentationes. Cic. De fato, Si est diuinatio, quibúsnam à præceptis artis proficiscitur? præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Ibidē, Sūt astrologorū θεωρήματα: vt verbi causa, si quis oriente canicula natus sit, in mari non morietur. Sed percepta etiā & perceptis his in locis legitur. Apud Hermog. θεώρημα τεχνικὸν, B. vertit Præceptū artis, vel quod ars tradit. Idē

A scribit esse θεωρήματα apud Euclidem quæ propositiones vulgò dicuntur. Sunt qui ex Proclo ita θεώρημα distinguãt ἀπὸ τοῦ προβλήματος, vt πρόβλημα sit quod proponit aliquid inueniendum aut describendum, aut cõminiscendum: θεώρημα autẽ doceat, & astruat quæ natura subiectis inesse cõparatum est. Vide de hac voce Alexandrum in Topic. pag. 40 & 41. Et θεώρημα γεωμετρικὸν, apud Themistium libro 3 De anima. At quod Cicero ad Att. dicit θεώρημα καθολικὸν, Budæus ait esse quod vulgò dicitur Regula generalis. HINC Θεωρηματικός: vt θεωρηματικοὶ philosophi, Theorematis vtentes. Bud.

B Θεώρησις, εως, ἡ, Contemplatio, Speculatio.

Θεωρητός, οῦ, ὁ, Spectabilis, Aspectabilis. ET Ἀθεώρητος, contr. Non spectabilis, Sub aspectum non cadens. vt ab Aristotele De mũdo dicitur Deus πάσῃ θνητῇ φύσει ἀθεώρητος. VNDE Θεωρητῶς, ET Ἀθεωρήτως, q.d. Spectabiliter, & Non spectabiliter, aut Visibiliter & Inuisibiliter. vt apud Gregorium, opponentem duo hæc aduerbia θεωρητῶς & σωματικῶς, duobus istis ἀσωμάτως & ἀθεωρήτως. Sed ad animum sæpius referuntur: diciturque θεωρητὸς, Sub contemplationem cadens, In contemplatione positus seu versans, Quem contemplatione assequi possumus. & quasi dicas, Contemplabilis. Exponitur & Perceptibilis, item Comprehensibilis. (quorum neutrum Latinum est) additur autem interdum λόγῳ, item διανοίᾳ. dicitur enim aliquid esse λόγῳ θεωρητὸν, item διανοίᾳ θεωρητόν. In qua etiam signif. τῷ θεωρητῷ opponitur ἀθεώρητος. In v.l. affertur etiam ἀθεωρήτως ἥψατο τῆς περὶ τὰ οὐράνια πραγματείας, pro Imperitè rerum cælestium studium attigit. ET Ἀθεωρητὶ aliud aduerb. pro Sine contemplatione. ITEM Δυσθεώρητος, Cuius difficilis est contemplatio, Contemplatu difficilis. ET Εὐθεώρητος, contr. Cuius facilis est contemplatio.

C Θεωρητικός, Contemplatiuus. i. Contemplationi deditus, seu addictus, Greg. τῶν ἄγαν θεωρητικῶν τε καὶ αἰσχμένων. Plutarch. De lib. instit. dicit esse τρεῖς βίους, id est tres vitas, seu tria vitæ genera: videlicet πρακτικὸν, & θεωρητικὸν, & ἀπολαυστικόν. vbi contemplatiuam vitam vertere possumus, vt contemplatiuam & actiuam philosophiã dixit Seneca. Legitur autem & apud Aristot. θεωρητικὸς βίος. ‖Item θεωρητικὸς λόγος, Plut. Theoretica disputatio, Ea quæ appellantur θεωρήματα continens: quæ sunt veritatis inuestigatio. B.

D Θεωρητήριον, υ, τὸ, Locus spectandis ludis. B. ex Plut. θεωρητήρια ἐν μιᾷ δουῶ ἐν τῇ ἀγορᾷ.

E Θεωρία, ας, ἡ, Contemplatio, Commentatio, Meditatio. Plut. De psychog. ἀναλύσιτε θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς. vbi exponitur Commentationis gratia. Bud. putat meditationem esse θεωρίαν seu σκέψιν, in hoc Cic. loco, in Tusc. Nihil est enim quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem quàm meditatio conditionis humanæ. Idem θεωρία exponit Inspectio, pro speculatione, ex Quintiliano. Propriè tamen θεωρίαν esse ait rerum diuinarum inspectionem & spectaculum, & apud Areopag. Spiritalis sensus contemplationem. Obseruandũ est autem θεωρία non esse à Θεωρῶ, SED à Θεωρός, quòd Platoni est Spectator, Contemplator.

F C. ἈΝΑθεωρέω, ῶ, Attentè contemplor, Diligenter considero. nam ἀνὰ hic est epitaticum, eadem ratione qua in ἀναθρῶ. Ideóque ἀναθεωρῶ non simpliciter expono Contemplor. A Diodoro Siculo lib. 12, p. 297 meæ edit. opponuntur ἐξ ἐπιπολῆς θεωρούμενος & ἀναθεωρούμενος.

G Ἀναθεώρησις, εως, ἡ, Diligens consideratio. Suidas hunc locum citat in quo habetur ista vox, μεγάλης δὲ οὔσης κατὰ τὴν θυσίαν ἀναθεωρήσεως, μισοπόνηρος φαίνεται ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ πάντων τῶν νομοθετῶν πρότερα ταῦτα τιμᾷ θύειν. Vt autem hic habes μεγάλης ἀναθεωρήσεως, ita & apud Cic. magnã ἀναθεώρησιν, in epist. ad Att. O mirificum meum Dolabellã. iam. n. meum dicam. magnam ἀναθεώρησιν res habent. & in sequẽte epistola, O Dolabellæ nostri magnã ἀριστείαν. quanta est ἀναθεώρησις.

H C. ἈΠΟθεωρέω, ῶ, Contemplor, Perspicio, Obtueor, vt in speculo faciem. Budæus ex Plutarcho. In vulgatis lexicis exponitur Longè prospicio, Item Diligenter animaduerto.

C. ΠΑΡΑθεωρέω, ῶ, q.d. Iuxta specto, seu contemplor. Vnũ alteri admotum contemplor & inspicio. vnde pro Cõparo ponitur. Xenoph. ὁ πρὸς τοὺς ἄλλους παραθεωρῶν ἡμᾶς τὸν, οὔτι διαπίπτεις περὶ ἡμῶν ὃ γιγνώσκει. id est (inquit Bud.) Me comparãs alijs, Me ad obseruationem aliorũ examinans. Luc. παραθεωρῶν Μίλωνι. Idem, ἀλλ' ἴδω μὲν ὑμᾶς Πολυδάμαντι ἢ Γλαύκῳ παραθεωρῆτε μοι. Idem, ἔτι δὲ τὴν φιλοσοφίαν θαυμάσας, παραθεωρῶν τὴν ποιητικὴν ἀξίαν, καὶ τὰ τῆς τύχης ἀγαθὰ καταφρονῶν. Eadem signif. παράλληλα θεωρεῖν. ‖Παραθεωρῶ, pro Obiter commẽtor, vt B. exponit in hoc Gregorij loco, ἵνα τι παραθεωρήσω μικρόν.

Παραθεωρῶ, Despicio, Aspernor. Act. apost. cap. 6, in principio, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. Sic & Hesychius παρεθεωροῦντο exponit κατεφρονοῦντο. Existimo autem non aliunde quàm ex loco illo sumpsisse Hesychium hoc παρεθεωροῦντο. Rarissimam certè esse hãc significationem, & in ea præpositionem παρὰ idem quod in παραβλέπω sonare existimo.

C. ΠΡΟθεωρέω, ῶ, q.d. Præcontemplor, vel Prius commẽtor. ET Προθεωρία, q.d. Præcommentatio, seu Præmeditatio. Ita vocatur in declamationibus, quod vnicuique tanquam argumentum præfigitur.

¶ Θεωρίζω, in vulg. lex. itidem Specto. ET Ἀναθεωρισμός, ibidem, (tanquam ab ἀναθεωρίζω) Recognitio. sed sine vllo testimonio.

¶ AT Θεωρός, in altera significatione, item Θεωρίς, Θεωρικός, vide post Θεός.

Θαυμάζω, F. άσω, & άσομαι, Miror, Admiror, Admirationi habeo. Homerus Odyss. π, θαυμάζειν προσιδέσθαι & ἀγάασθαι iungit, habentia accusatiuum personæ. sicut Odyss. α, Τηλέμαχον θαύμαζον ὁ θαρσαλέως ἀγόρευε. & Iliad. ω, θαύμαζ' Ἀχιλῆα, ὅσος ἔην οἷός τε. At cum accus. rei, Odyss. δ, ἀλλὰ τὸ θαυμάζω ἰδὼν ἐνθάδε &c. Idem Odyss. τ, addidit particulam ὡς, exponens rem ipsam quæ admirationem mouebat, τὸ δὲ θαυμάζεσκον ἅπαντες, ὡς οἱ χρύσειοι ὄντες, ὁ μὲν λάε νεβρὸν ἀπάγχων &c. Idem Il. β, iunxit cum οἷον sequente verbo ἐτύχθη. Ἡμεῖς δ' ἑσταότες θαυμάζομεν οἷον ἐτύχθη. Existimo autem in illo ex Iliad. ω loco, accus. personæ in nominatiuum posse resolui, immutata orationis structura: atque adeo θαύμαζ' Ἀχιλῆα ὅσος ἔην, perinde esse ac si dixisset ἐθαύμαζεν ὅσος ἦν Ἀχιλλεὺς &c. In soluta oratione & has & alias præterea constructiones habet. Plut. De aud. ἐκ φιλοσοφίας ἕπεσθαι αὐτῷ προσγενήσεται τὸ μηδὲν θαυμάζειν. Luc. in Tim. θαυμάζει τι τῶν οὐ θαυμαστῶν. (nõnũquã autẽ dicimur θαυμάζειν rem quam improbamus: quo dixit modo Demosth. θαυμάζω τοῦτο. & cũ personæ etiã gen. ita poni, videbis infra) Cum accus. sequente εἰ, Plato Pol. 1, πολλάκις θαυμάζω εἰ ἐν ἀρετῆς καὶ σοφίας ἐν τοῖς μέρεσι τὴν ἀδικίαν. Sed frequentius iungitur illi particulæ, non præcedente accus. vt apud eundem Platonem ibidem, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι τοῦ μισοπονηρότερος οὐ δόξει. Isocr. de Pace, ὥστε ἄξιον θαυμάζειν εἴ τις ἐλπίζει &c. (Interdũ etiam additur huic particulæ altera, videlicet μὴ, diciturque θαυμάζω εἰ μὴ, vt Lat. Miror ni, & Mirum ni) Aliquando autem sequitem habet particulam ὅπως, & quidem interdum præcedente accus. vt apud Philonem, τίνα θαυμάζω ὅπως διαμένει συνοικεῖν τῶν ἐναντίων ἐθνῶν. Iungitur, & cum ὅπως οὐχ. Luc. in Cauc. θαυμάζω δ' ὅπως οὐχὶ καὶ τὸν ἥλιον κατεσκευάσατε καταλάμπειν αὐτῆς, Miror quomodo non prohibueritis. Nonnunquã etiã (nec rarò) subiungitur ὅτι huic verbo, pro eo quo Lat. dicitur Miror quod: atq; ita Isocr. inter alios vtitur, sic exordiens orationẽ quæ Ἀρεοπαγιτικὸς inscribitur, Ἴσως πολλοὶ θαυμάζουσιν ὅτι (&c.) ποιοῦμαι τὴν πρόνοιαν μεταβολήν. Thucyd. verò ὡς ei subiunxit, eadem signif. lib. 1, καὶ θαυμάζειν ὡς οὔπω πάρεισι, sc q: mirari quòd nondum adessent. At ex Xenophonte affertur θαυμάζων ὡς ἐφρόνει pro Admirans eius prudentiam. Item sequente τῷ apud eundem Xenoph. Hell. 1, θαυμάζοντες τῷ ἀδίκως τι πανία. Sic apud eundem, θαυμάζω πῶς ποτε ἐπείσθησαν οἱ. Lysias item dixit θαυμάζω εἰ, & τὸ τῷ πολέμῳ ἀπελογίζετο. Interdum etiam θαυμάζειν per se ponitur & sine vlla adiectione: vt Pausan. Attic. ἐμοὶ δὲ περὶ ῥοῆς τῆς ἐκ καὶ τόδε θαυμάσαι, q.d. Hoc mihi præ

buit admirari, id est Admirationem mihi mouit. A

Θαυμάζω autem cum casu personæ, interdum genitiuo, interdum accusatiuo. Sed cum genitiuo θαυμάζω ἐκείνου dicimus quum aliquod eius factum aut dictum improbamus: sicuti Gall. Ie m'esmerueille de cestuy. vt apud Isocratem suam Panegyricam orationem sic auspicātem, Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, ὅτι ἠξίωσαν &c. vbi animaduerte potuisse etiam dicere πολλάκις ἐθαύμασα ὅτι οἱ τὰς πανηγύρεις συναγαγόντες ἠξίωσαν. (vt eum alibi loqui, ostendi paulo antè) sed non parē vim habuisset verbum θαυμάζω. Idem verò & in seq. B locis considerari debet, in quibus subiungitur genitiuo particula εἰ, item εἰ μή. vt apud eundem, θαυμάζω δ' ἔγωγε τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν. Idem alibi θαυμάζω δὲ τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων. Xenoph. ὑμῶν μέντοι θαυμάζω εἰ μὴ βοηθήσετε ὑμῖν αὐτοῖς. Plut. in Lycurgo, ὅθεν θαυμάζω τῶν λεγόντων ὡς, &c. Interdum verò subauditur genitiuus: vt Isocrat. in Archidamo, θαυμάζω δὲ ὅσοι ἀξιοῦσιν &c. pro τούτων ὅσοι ἀξιοῦσιν. Cæterùm Budæus postquam attulit exempla hui⁹ vsus verbi θαυμάζω, videlicet ἐπὶ κατηγορίας C (ita enim ille loquitur) addit, iungi etiam genitiuo & accusatiuo: vt apud Demosthenem Pro cor. καί μου μηδεὶς τὴν ὑπερβολὴν θαυμάζῃ. At ego contrà non puto hic θαυμάζῃ genitiuo iungi, sed accusatiuo duntaxat, cui adiungitur μου. alioqui quum ita loquimur, μηδεὶς τὴν ἐμὴν ὑπερβολὴν θαυμάζῃ, itidem dicendum esset iūgi θαυμάζω duplici accusatiuo. planè enim ὑπερβολὴν iūgendum existimo cum μου, vt sit pro τὴν ἐμὴν ὑπερβολήν. Nihilo denique magis verbum θαυμάζω vtrunque casum in loco illo ac similibus habere existimo quàm haberet si diceretur μηδεὶς μεμφέσθω μου τὴν ὑπερβολήν, D aut μηδείς μου χλευαζέτω τὴν ὑπερβολήν. Sed de his & aliàs. Non debuit autem nouum videri Budæo θαυμάζειν in illa etiam significatione accusatiuo soli iunctum: quū & à Plutarcho apertè ita accipiatur in libro De defectu orac. διὸ καὶ Χρύσιππον ἄξιον θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ ὅλως διαπορεῖν ὅ, τι δή ποτε ἔδοξε τὸν κόσμον ἐν μέσῳ φασὶν ἱδρῦσθαι. Sic θαυμάζω cum accus. rei positum ostendi suprà.

Θαυμάζω, Obseruantia prosequor, vel Cultu & obseruantia prosequor, vt Budæus exponit in hoc loco Isocratis ad Demonicum, καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας, ἢ τοὺς τῷ γένει προσήκοντας. Quæ Budæi interpretatio si loco illi conuenit, itidem certè huic Xenophontis conuenire videtur, Hellenicωv 1, pag. 160, ἀλλὰ ξυνὸν τοὺς θεοὺς δείξωμεν τοὺς βαρβάρους, ὅτι καὶ αὐτοὶ τοὺς ἐκείνους θαυμάζειν δυνάμεθα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι. Hoc tamen addo, θαυμάζω sæpe minus esse, videlicet Sic admiror vt simul in pretio habeam, Suspicio, In admiratione simul & in pretio habeo, (si modò In admiratione habeo, Latinè dici potest) Magni facio. Xenophon, ἔστιν οὕστινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; Vbi animaduerte etiam ἐπὶ σοφίᾳ, pro quo dici poterat τῆς σοφίας. quæ F constructio est cum alibi tum in hoc Plutarchi loco in Camillo, τῆς ἀληθείας καὶ καλοκἀγαθίας τὸν Κάμιλλον ἐθαύμασαν. Sic Aphthon. θαυμάζω τὸ ῥόδον τοῦ κάλλους. quibus in locis subaudiri solet ἕνεκα. Sed affertur ex Plutarcho in Romulo, cum ἀπὸ etiam, θαυμάζων ἀπὸ τοῦ σώματος γεγονότα. Sic Chrysostomus, θαυμαζόμενος ἀπὸ τοῦ λόγου. Et cum κατὰ habente suum accusatiuum. Plutarch. in Camillo, θαυμαζόμενος κατ' εἶδος. Interdum verò copulatur θαυμάζειν cum τιμᾶν, atque ita vsus est Isocrates, qui & cum ζηλοῦν iunxit in oratione De pace. G At passiuū θαυμάζεσθαι cum δοκιμάζεσθαι interdum copulatur, interdum in eadem periodo per vtrunque idē exprimitur: vt in hoc Isocr. loco, in Panegyrico, θαυμαζόμενοι δὲ καὶ διὰ τὰς ἄλλας πράξεις, οὐχ ἥκιστα τοὺς ἔργοις ἐπὶ μᾶλλον εὐδοκίμησαν.

Θαυμασμός, οῦ, ὁ, Admiratio, Plutar. Autor libri Dem. Phalereo inscripti, ἔστι θαυμασμός, ἔστι χλευασμός ἔστι.

Θαυμάσιος, ου, ὁ, Admirabilis, Mirabilis, Admiratione dignus, Mirificus. Extat liber Aristotelis περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων inscriptus. Citatur verò ab Athenæo & Polemon quidam in libro περὶ θαυμασίων, non addito substantiuo. Xenophon Sympos. οὐδὲ πάνυ τι ἐπιστεύσατε ἔτι θαυ- H

μασίοις ἐντυχεῖν, ἀλλ' εἴ τις ταῦτα δύναιτο, ἀλλ' ἔξεστιν αὐτίκα μάλα τὰ παρόντα θαυμάζειν. Et θαυμασιώτατοι λόγοι, Plato. De rep. lib. 1. Dicitur etiam aliquis esse θαυμάσιος πρός τι, vt apud Æschinem, πρὸς δὲ τὴν ἐν τοῖς λόγοις πλάνην θαυμασιώτατοι, id est Mirum in modum apte. nam hoc opponit ei quod dixerat ἀχρειότατοι πρὸς &c. Et θαυμάσιον φάρμακον, Gal. Mirum medicamentum, id est Mirè potens, Miras vires habens. Iungitur interdum cum ὅσος, sicut & θαυμαστός. vide in Θαυμαστός. ‖Sed & θαυμάσιος dicitur Qui admirationi est & in pretio habetur. Luc. in Vit. auct. οὐδὲν τι κωλύσει θαυμάσιον εἶναι, ἢν μόνον &c. Syn. epist. 19, προσείρηθι δὴ θαυμασίοι. vbi exponitur etiam Clari & illustres viri. ‖Ὦ θαυμάσιε sic dicitur vt ὦ δαιμόνιε, & ὦ μακάριε, inquit Budæus, afferens ex Platone, οὐκ εἰς φαῦλόν γε αὖ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ θαυμάσιε, σκέμμα ἐμπέπτωκαμεν. antea ὦ φίλε dixerat. Idem alibi scribit ὦ θαυμάσιε honestam esse appellationem. HINC Θαυμασιουργέω, ῶ, Xen. pro quo vsitati⁹ est θαυματουργῶ, de quo infrà. ET Θαυμασιότης, Admirabilitas, Bud. ex Cic. ET Θαυμασίως, Admirabiliter, Mirè, Mirum in modum. Aristoph. θαυμασίως ἥσθην ποιεῖς. Iungitur & cum ὡς. vt apud Plat. in Gorg. νυνὶ δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν.

Θαυμαστής, οῦ, ὁ, Admirator. Vel Laudator, vt B. apud Plut. vertit. ET Θαυμαστικός, Ad admirandum propensus, vel Immodicè admirator. vt B. exponit in hoc Aristot. loco, περὶ μεγαλοψύχου scribentis, οὐ θαυμαστικός. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ μέγα ἐστίν. ET Θαυμαστικῶς aduerb. vt θαυμαστικῶς ἔχει apud Phil. pro Admiratione teneri. AT VERO Θαυμαστός pass. accipitur pro θαυμάσιος, Admirabilis, &c. Xen. θαυμαστὸν ποιεῖς, ὃς ἡμῖν οὐδὲν δίδως &c. Et cōtrà, θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖν apud Isocr. De pace, θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖ. καὶ γὰρ εἰώθασι &c. Demosth. ad Phil. epist οὐκοῦν ἐστὶν οὐδὲν θαυμαστὸν εἶναι πλεονεκτεῖν ἡμᾶς &c. Theophr. de maspeto, καὶ παχύνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμαστὰ ποιεῖ τῇ ἡδονῇ, pro quibus Plinius, Mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Iungitur sæpe cum ὅσος, itémque cum ἡλίκος, sicut & θαυμάσιος. Aristot. διαφέρουσι δὲ τῇ ἀνδρείᾳ ἐχέφρονες θαυμαστὸν ὅσον. quo dicunt & Latini modo Mirum quantum. Qua de re lege Budæum pag. 1096. Ponitur etiam aduerbialiter θαυμαστὰ alicubi: vt apud Plat. in Sympos. ὥστε καὶ θαυμαστὰ ὑπερπλήττεται. Θαυμαστός autem dicitur esse aliquis id est Admirabilis, Admiratione dignus. Interdum cum genitiuo, vt apud Plut. in Publ. θαυμαστὸς ὁ ἀνὴρ τῆς ἀσφαλείας. (eodem videlicet modo quo diceretur θαυμάζω τι τῆς ἀσφαλείας.) Interdum verò θαυμαστός sine adiectione, exponitur etiam Eximius, Egregius. quo accipi modo videtur à Synesio. ‖Θαυμαστόν præterea aliquando videntur vsurpare Græci in ironia, vt Lat. Præclarum. ET Θαυμαστῶς, Mirabiliter &c. vt de θαυμασίως dictū est, Iungiturque itidem cum ὡς, vt θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεσθαι, Plat. Item θαυμαστῶς ὡς σφόδρα apud eundem, præcedente etiam ὡς, De republica lib. 1, ὡς νῦν λέγω, θαυμαστῶς ὡς σφόδρα. HINC Θαυμαστόω, ῶ, Admirabile seu admirabilem reddo. Exponitur apud Plutarchum Mirifico ex Plauto. Et pass. Θαυμαστωθείς, Redditus mirabilis. Item Admirationi habitus, In pretio habitus. Plutarch. de spectaculis Pompeii loquens, ἐπὶ τούτοις θαυμαστωθεὶς καὶ ἀγαπηθεὶς αὖθις οὐκ ἐλάττονα φθόνον ἔσχεν. EST ET comp. Ἀξιοθαύμαστος (ex ἄξιος & θαυμαστός) pro Admiratione dignus, Xenoph. ET Ἀθαύμαστι aduerb. Citra admirationem. SED Θαυμαστὴ etiam dicitur à Pindaro pro θαυμαστός, vt annotat Eust.

Θαῦμα, ατος, τό, Admiratio, vt quum dicitur ἐν θαύματι ποιεῖσθαι, & διὰ θαύματος ἔχειν. Plut. ὁρῶν τοὺς ἀκούσαντας, ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τοῦ σχήματος ἐν θαύματι ποιουμένους. (dicitur verò & θαῦμα πέπηγμαι, de quo infrà.) Herodian⁹, ὅτε ὑπάρχοντα ταῦτα ἦν ἐν τῷ ἀεὶ διὰ τιμῆς τι καὶ θαύματος ἦγεν. Sed & quum dicitur θαῦμά μ' ἔχει, (quo vtitur & Luc.) est θαῦμα admiratio. Sic apud Herodianum lib. 7, οὐ θαύματος ἀλλὰ χλεύης καὶ γέλωτος ἄξια. Propter hanc autem significationem, aliásque simul rationes, θαῦμα verbo θαυμάζω postposui.

Θαῦμα, Miraculum, Res mira. Il. 1, Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι. Aristoph. Pluto, καὶ θαῦμά γ'

ουδέν. Gregorius, ὢ τῆ θαύματος, O rem miram. θαῦμα ποιοῦμαι, Rem miram esse puto, seu miraculum, vel Mirandum esse puto, apud Pausaniam. Et cum infinitiuo apud Homerum non semel, quum dicit θαῦμα ἰδέσθαι. Hesiodus autem non solùm θαῦμα ἰδέσθαι, sed etiam θαῦμα ἰδεῖν dicit. Sic θαῦμα ἀκοῦσαι, auditu mirum, apud Plat. ‖Cic. θαύματα vertit Portenta apud Demosth. vt videbis p.138 mei Cic. lexici.

Θαύματα, Præstigiæ. Xen. Sympos. ἤ τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν. VNDE Θαυματοποιός, ET Θαυματουργός, Præstigiator, Circulator, Qui circulatoriis præstigiis vtitur. Demosth. Olynth. 2, πολὺ δὲ θαυματοποιοὺς αἰσχυλογίους ὄντας. Et Ξενοφῶν ὁ θαυματοποιός, Athen. Apud eundem, θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι.

ET Θαυματοποιέω, AC Θαυματουργέω, Præstigiis vtor, Præstigiatricem artem exerceo. Xenophon Sympos. pag. 521, ἐγὼ οὖ ἔμελλε θαυματουργήσειν. nā & ita legitur pro θαυματουργήσειν. Sed θαυματοποιῶ, Bud. exponit etiam Præstigiatoris in modum facio, in hoc Luciani loco, καὶ ἄλλα πολλὰ πανηγυρικὰ θαυματοποιῶν. Item καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, δεινόν τινα καὶ ποικίλον ἐπιδεικνύμενος. Exponit verò & Præstigiari, quo verbo & Picum vti ait. ET Θαυματοποιία AC Θαυματουργία, q.d. Præstigiatio, vel Præstigiatoria ars. Item, Figmentū præstigiatorum figmentis simile, Luciano in Zeux. Dixit verò & θαυματοποιίας Isocrates. ‖SED Θαυματοποιός interdum etiam generalius pro Miracula edēs. vnde & θαυματοποιὸς ὄνειροι Lucian. quòd somnia res mirabiles nobis repræsentent. Item θαυματοποιός & θαυματουργός, Qui miracula edit, & quidem verè. vnde Christus etiam dicitur θαυματουργεῖν à Damasc. pag. 65. Sed & θαυματουργεῖσθαι dicitur res aliqua quæ cum miraculo fit.

Θαυμαλέος, ου, ὁ, Admirandus. θαυμαστός, Hes. Exponit autem & φοβερός.

Θαυμαίνω, poeticè pro θαυμάζω, (vt ab ὄνομα fit ὀνομαίνω) Admiror. vnde Odyss. θ, Φαίηκες εἰ δῆσει αἴθλια θαυμαίνοιτες. id est θαυμασόμενοι, inquit Eust. qui tamen & aliā expos. affert, videlicet θεασόμενοι.

Θαυματίζομαι, Rei admirabilitate obstupesco. ἐκπλήττομαι, Hesych.

C. ΑΠ Οθαυμάζω, Demiror. nam vt θαυμάζω est Miror, sic ἀποθαυμάζω, Demiror. ita videmus De augere in Lat. verbo sicut ἀπὸ in Græco. Æschines aduersus Timocratem, ἀποθαυμάζω γὰρ εἰ μὴ πάντες μέμνησθε ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, &c. Et cum accusatiuo, ἀποθαυμάζω τὰ λεγόμενα, Vehementer admiror quæ dicuntur, Magnæ admirationi habeo.

C. ΕΠΙ θαυμάζω, Donis honoro. Suidas ex Aristoph. Ego tamen nolim ita simpliciter exponere, sed (ad exprimendam vim verbi) hoc aut simili modo, Donis honoro quem admiratione dignum censeo, ac in pretio habeo.

¶ Θωυτὸς Ionicè pro θαυμαστός, Mirabilis. Hesiodus in Aspide, τὰ δὲ δαίετο θωυτὰ ἔργα. vbi tamen θαυματὰ quædam exemplaria habent: quod & à Pindaro vsurpari dixi antea. SIC Θωύμασιν quoque affertur, ET Θωϋμάσιοι pro θαυμάσιοι ab Eust.

ΘΕ'ΛΓΩ, Fut. ξω, Mulceo, Demulceo, Delinio. Item Pellicio. Homero tamen est simpliciter, Afficio aliquem ita vt impellam quocunq; velim, Animi affectū naturalē seu motū aut inclinationē immuto, vel rei alicuius habitū seu statum. Vel breui*, Adigo aliquē vel rē quāpia ad faciendum quod eius naturæ repugnet. Hæc sunt quæ ex Græcis Eustathii expositionibus colligere possum, addentis θέλγειν esse dictum quasi ἀπάγειν ποιεῖν οὗ ἐθέλει, vel ἄγειν εἰς ὃ θέλει ὁ ἐχθρός. Vide & Etymologisten ac Hesychium de etymologia huius verbi. Sunt autem cum alii Homeri loci in quibus hanc dat verbo θέλγω significationem, tum isti: Iliad. μ, — αὐτὰρ Ἀχαιῶν Θέλγε νόον, Τρωσὶ δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζε. Iliad. ο, — τῶν δὲ θυμὸν Ἐνὶ στήθεσσιν ἔθελξε, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς. (vbi exponit etiam ἐξέστησε & μετεποίησεν ἐκ τοῦ εὖ ἐνεργεῖν. quod explicari ait sequentibus hisce verbis, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς) Item Iliad. μ,

Θέλξαι ἴσον φαεινώ, πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα. Affert & illud à Circe dictū Vlyssi, Odyss. κ, Θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης. vbi exponit τὸ κατὰ φύσιν μετέβαλες. Sed non satis sibi constare videtur hic gramm. in iis quæ de huius verbi significatione tradit, quòd quum vno in loco negasset poni apud Homerum ἐπὶ ἡδονῆς, sicut apud eius posteros: in alio scribit θέλγειν significare ἐκβάλλειν τινὰ καὶ μεταθεῖναι τοῦ κατὰ φύσιν, aut διὰ φόβον, aut διὰ λύπην, aut δι' ἡδονὴν, aut ἕτερόν τι πάθος ἐμποιεῖν ἄλλως. Certè si non aliud, ipsum verbale nomen θελκτήριον prius illud Eust. dictū refellere existimo. Hesych. non solùm vult esse κηλεῖν & πέμπειν, sed etiam ἀπατᾶν. qui exponit item, εἰς τὸ θέλειν ἄγειν. quod etymum aliquantum à præcedentibus diuersum fuerit. existimo enim eum per εἰς τὸ θέλειν ἄγειν declarare voluisse Inducere seu immittere animo voluntatem aliquid faciendi. Quod autem ad ἀπατᾶν attinet, (quæ expositio datur verbo θέλγειν ab Etymol. quoq; & Suida) nō videtur Homerus hanc significationem inclusisse huic verbo: alioqui enim vacabit δόλῳ quod alicubi ei adiungit. Autor Etymologici inter alia scribit θέλγειν esse σκοτίζειν, vbi Homerus dicit, Ἀχαιῶν θέλγε νόον, & Ἀχαιῶν ὄμματ' ἔθελγε. Suidas itidem θέλγειν cum aliis modis explicat, tum verbo σκοτοῦν. Hactenus de grammaticorum expositionibus: nunc paucis quod de hoc verbo sentio aperiam. Θέλγειν, quum Hom. tribuat Circæ, tribuat item Sirenibus, iisdémque videam à Latinis poetis tribui verbum Mulcere, non video quid obstet quominus θέλγειν Homero quoque esse dicamus Mulcere. Sed nec dubitem θέλγειν alicubi interpretari, Mulcere carmine, seu cātu, quod iisdem nihil aliud est quàm Incantare. Imò verò & verbo Mulcere sine adiectione vti hac in significatione possumus, quum de Medea incantamentis seu carminibus nobilitata dixerit Naso, Quáque feros angues, te quoque mulcet ope. Sed obseruandū est, quibusdam voluptatis illecebris idem effici interdum quod cantu: qua in significatione dixisse existimo Virgilium de Orpheo, Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. quum Horatius dixerit Lenire tigres, quod Virgilius Mulcere tigres: & Sono testudinis, quod ille carmine: (neque enim ibi ad incantamenta referendum est) Atque adeo si verum esset quod datum fuit suprà etymon verbo θέλγω, in eodem Horatii loco huius verbi etymum expressum aut certè adumbratum haberemus: quum de eodem Orpheo ita scribat, Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quò vellet. Sed & simplici* capitur Mulcere pro Delinire. quam etiam significationem dari verbo θέλγω debere apud Hom. existimo, contra Eustath. qui negat (vt dixi) vsquam apud illum poni ἐπὶ ἡδονῆς. Nā ἡδονῆς significationem includi verbo θέλγειν apud Homerū, vbi dicit (Odyss. ξ, v.387) Μήτε τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε, & Odyss. α, v.281, θέλγει δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσι, non video quomodo quis inficiari possit. Imò & quod dicit θέλγειν μειλιχίοις ἐπέεσσι, nihil obstare puto quominus reddatur ex Virgilio, Mulcere dictis. Hoc quidem certè fateor, in illo Homeri loco θέλγειν esse delinientis fraudulenta quadam voluptate, quum subiungatur, — ὡς δέ οἱ ἄλλα μέμονε. itidémq; Od. ξ, μήτε τι θέλγε, esse perinde ac si diceret, Ne tuis mendaciis vanam mihi voluptatem afferas, vel vanum gaudium. Vel, Ne mendaciis apud me vtaris, dū vis mihi gratificari, & ad voluptatē loqui. vt hîc sit θέλγε quod alibi in eadem re dicit μειλίσσεο: Odyss. γ, v 96, Μηδέ τί μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλεαίρων. (Pro his autem dicit Æschylus, — μηδέ μ' οἰκτίσας ξυνθάλπῃ μύθοις ψευδέσιν. vbi etiam videri possit ad istum Homeri versum allusisse) Ab Eustathio igitur ibi quoque dissentio, exponente θέλγε verbo ἀπάτα. Ab Æschylo p.53, ἵμερος dicitur θέλγειν Hypermnestram, id est amor erga maritum eam mulcere & delinire, ita vt ad perpetrandam eius cædem adduci non possit. Est porro verbum poetarum potius quàm cæterorum scriptorum, qui tamē & ipsi eo aliquādo vtuntur. Synesio in lib. De insomn. non semel θέλγεσθαι est Pellici.

Θέλγω est etiam Sopio, κοιμίζω; vt Eustathius ex veterum grammaticorum autoritate exponit in hoc Od. ε loco, de virga Mercurii, —τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Sed & ipse Somnus Il. ξ, de se dicit, Ἤτοι ἐγὼ μὲν ἔθελξα Διὸς νόον αἰγιόχοιο Νήδυμος ἀμφιχυθείς. Ad quos respexisse locos Euripidem existimo quum dixit in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον. de qua voce mox dicam. Sed crediderim θέλγει in illis Homeri locis reddi etiam posse Mulcet, addendo datiuum Somno. nam hoc loquendi genus Mulcere somno apud quendam poetam legere memenimi. Locus certè Ouidii in promptu est, in quo Somnus mulcere pectora dicitur. ita enim in epist. Leandri ad Heronem, His ego si vidi mulcentem pectora somnum Noctibus. Et Metamorphos. lib. 8, Lenis adhuc somnus placidis Erysichthona pennis Mulcebat. At Virgil. velut παραφράζων hoc loquendi genus, dixit, —somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas.

C. Πανθελγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Omnes demulcens, seu deliniens, Omnes oblectans. vt πανθελγὴς ἐστιν, Nonno. ET Πανθέλκτειρα ἄμπελος, in Epigr. Vitis omnium oblectatrix, seu recreatrix.

C. Θελξίνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mentem demulcens. ET Θελξίφρων pro eodem, in Epigr.

Θέλγμα, ατος, τὸ, Delinimentum. Ab Hesychio tamen exponitur θαῦμα.

Θελκτήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Delinitiuus, Deliniendi seu demulcendi vim habens, Illecebrosus. ἐπῳδὴ θελκτήριος, Plutar. Item θελκτήριον substantiuè, Illecebra, Oblectamentum, apud Hom.

Θέλγητρον, ET Θέλκτρον, Delinimentum, Illecebra, Oblectamentum. Athen. 71. πόθου θέλγητρα, Amorum illecebræ. Eurip. in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, O suaue somni delinimentum, id est O somne suauiter deliniens, seu mulcens. Dici autem somnum mulcere, ostendi paulo antè. Synes. τοσοῦτον θέλκτρον αὐτοῖς εἰς ἀναγνώσκουσι.
SED & Θελκτήριος inuenitur, idem signif. quod θελκτήριος. vt θελκτήριος ᾠδὴ in Theophyl. epist.

C. ΚΑΤΑθέλγω, Demulceo, θέλγω. Vel, Vehementer demulceo, & delinio, in Epigr.

ΘΕΟΣ, οῦ, ὁ, Deus. Et Θεός, ἡ, Dea. Apud Hom. frequenter plur. θεοί, (& quidē plerunq; cum ἀθάνατοι, vel αἰειγενέται, aut αἰὲν ἐόντες, aut Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, aut μάκαρες,) vt Lat. Dii, vel Superi, vel Cælestes: interdum tamen & singul. θεός, non de certo quopiam deo, sed pro τὸ θεῖον, cuius nomen Ζεύς. Exempla sunt hæc. Od. ε, Ἀλλ' ὅτι δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι. Il. ω, Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι. Od. δ, 11, —Ἑλένῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον. Sic & alibi sæpe vbi de iis loquitur quæ potentia diuina fiunt. Singulari autē vtitur vt in sequentibus locis. Il. ν, Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα, Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, &c. (præcedit autem hic versus, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι, pro quo legitur Il. δ, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν) Od. ξ, —θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, Ὅ, ττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλει· δύναται γὰρ ἅπαντα. Od. γ, Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. Od. θ, —οὐδέ κεν ἄλλως Οὐδὲ θεὸς τεύξειε. Et Il. τ, Ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι; θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ. quod tamen hemistichium non vno modo exponitur. Cæterū quod dixi, θεὸν in his aliisq; huiusmodi locis posse etiam significare τὸν Δία, id est Iouem, id mihi verisimile reddunt cum alii loci, tum verò isti: Od. ζ, Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Il. α in principio, & Od. λ, v. 197, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. itidémque Il. ε, —ἐκ μὲν δὴ πέλεται Ἐκ δῆτα Διός. (Apud Hes. autem, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς, & Διὸς μεγάλοιο ἕκητι) Atque adeo quod Διὸς βουλὴν illis in locis appellat Homerus, alibi θεοῦ μοῖραν nominare videtur, vt quū dicit, θεοῦ κατὰ μοῖρ' ἐπέδησεν. Quo ex loco non dubitarim dicere, figuram quæ ἓν διὰ δυοῖν vocatur, esse in hoc versu Il. τ, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς: vt videlicet sit Ζεὺς καὶ μοῖρα pro Ζηνὸς μοῖρα. Quinetiam alicubi obseruasse mihi videor, pro eo quod vno in loco dicatur θεός, in altero dici Ζεύς. cuius rei exemplum peti fortasse possit ex Odyss. ξ. quum enim ab Vlysse dictum esset v. 440, Αἴθ' οὕτως Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ γένοιο Ὡς ἐμοί: respondens illi Eumæus ait, v. 444, —θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, &c. A

Quinetiam quum sæpe βροτοὺς seu ἀνθρώπους vel certè ἄνδρας opponere soleat θεοῖς, alicubi illos soli Διὶ opposuit. vt in hoc versu Il. α, Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Et Il. π, Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέπερ ἀνδρῶν. Iam verò & hoc obseruandum est (quo confirmari posse videtur quod scripsi, nimirū per θεὸν intelligi Δία, id est Iouem) hunc poetam quemadmodum dicit, Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, videlicet κατ' ἐξοχὴν seu κατ' ἐξαίρετον, Hectorem separans à cæteris Troianis (quod imitatus Maro dixit Troas relliquias Danaûm atq; immitis Achilli) ita etiam separare Iouem à cæteris diis, cum alibi, tū in his versibus: Il. γ, Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἀλεξίκακε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. Il. σ, Κρυβδὰ Διός τ' ἄλλων τε θεῶν. Qua in re imitati sunt Homerum vno consensu omnes eius posteri non poetæ tantùm, sed & prosæ scriptores: (præsertim tamen comici poetæ. inter quos videmus Aristophanē suum Plutum ab hoc versu auspicatum esse, Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν ὦ Ζεῦ καὶ θεοί) nec solùm in exclamatione, aut in precibus concipiendis, verùm & in obtestatione: vt apud Demosthenem Pro cor. καὶ μὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεμίαν ψυχρότητα κατ' ἐμοῦ μηδείς (non ignoro autem, eadem in oratione valde commotum eum exclamare, ὦ γῆ καὶ θεοί & subiungere paulo pòst νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας τοὺς θεούς) Alicubi verò dicit idē Hom. Ζεὺς ἄλλοι τε θεοί, vt paulo pòst docebo. His accedit vsitatissima illa ἀποσιώπησις in votis nuncupandis, Ζεῦ πάτερ, Ζεῦ ἄνα, tacito cæterorū deorū nomine. Ne autem ita κατ' ἐξοχὴν discerni Iouē à cæteris diis miremur, faciunt pulchri illi quibus eum ornari videmus tituli cum ab eo tum à cæteris poetis. sed in præsentia exēplis ex eo atque Hesiodo petitis contentus ero. Ac primùm Iouem ipsum nō vocat πατέρα solùm & sine adiectione, (vt dixi vsitatum esse in votis nuncupandis Ζεῦ πάτερ) sed addit etiam ἀνδρῶν τε θεῶν τε: vt cum alibi tum Il. ο, —μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. quod hemistichium & in aliquot Hesiodi locis extat. & à Virgilio duobus modis eleganter expressum legitur, videlicet, Diuûm pater atque hominum rex: &, O pater, ô hominum diuumque æterna potestas. Sed alicubi genitiuus hominum omittitur: vt, Aut tu magne pater diuûm miserere. Et, Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo. (vbi obseruandum ei addi Apollinem) Sed & Pater omnipotens sæpe ab eo vocitatur. Interdum verò & Pater, adiecto solùm pronomine Ipse. vt quū scribit, Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. Item, Ipse Pater Danais animos viresque secundas Sufficit. Quā tamen Patris appellationem latius etiam extendisse mihi videntur Latini poetæ quàm Græci. legimus enim apud eundem quoque Maronem, Pater Lenæe, Pater Neptune, Tybri pater, &c. Vbi hoc saltem est discriminis, quòd vnicuique illorum non tribuitur patris appellatio, nisi adiecto eius nomine, quū Iupiter sine hac adiectione Pater vocetur, sed addito (vti dictū est) genit. Diuûm, aut Diuûm atq; hominum: vel certè pronomine Ipse, emphaticè posito. Alicubi tamen, ita poscente versu, Saturnius pater dixit idē Maro. Obseruādum est porro vt à Virgilio nuncupatur diuûm quidem pater, hominum verò rex, sic & regem diuûm ab Hesiodo appellari, id est θεῶν βασιλῆα, & βασιλεὺς θεῶν. Sed & Altitonans & Altisonans apud Latinos poetas (ac præsertim antiquiores) horum Græcorum locum obtinēt, ὑψιβρεμέτης & ἐριβρεμέτης, & ἐρίγδουπος & βαρύκτυπος, & τερπικέραυνος: item ἀστεροπητής. Iā verò & à sede quam incolit celebrari illum ab vtrisque videmus. eam enim appellari à Græcis poetis ὑψηλὰ δώματα, & χαλκοβατὲς δῶ, & μακρὸν Ὄλυμπον. necnon ab hoc nomen ei datum esse, videlicet Ὀλύμπιος. (nam alicubi sine adiectione etiam ponitur Ὀλύμπιος pro Ζεύς, nimirum κατ' ἐξοχήν) at Lat. poetæ pro Ὀλύμπιος, & pro ὃς ὑψηλὰ δώματα ναίει, &c. dixerunt Summi regnator olympi, vel Magni regnator olympi, & Rex magnus olympi, Olympi ætherei rex. Denique peculiaribus etiā titulis ab vtrisque ornatur: inter quos hunc Ζεὺς θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, crediderim Latinis occasionem præbuisse hono-

rificētissimæ huius appellationis, Iupiter optimus ma- A ximus. Habentur autem illa apud Homerum Odyss. τ, ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος. (De quo versu istud etiam annotabo obiter, nō bene distingui apud Eustathium post πρῶτα, vt videlicet θεῶν iungatur sequentibus. hāc enim interpunctionem refellit hic versus qui Odyss. ξ &υ habetur, ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα) Cætera huc pertinētia (quæ plurima sūt) diligenti lectorum obseruationi relinquo: præsertim quum iis quos protuli locis, tanquam locupletibus testib⁹, satis superq; probari videatur mea sententia, nimirū B quum Hom. dicit θεὸς sine adiectione, intelligi Ζεύς. Sed quoniam in Ζάω de hac voce agere oblitus sum, de ea nunc pauca dicam. DICITUR Ζεύς, Iupiter, vel à verbo ζῆν, quòd omnia faciat ζῆν, id est viuere: vel Ζεὺς quasi Δεύς, à δεύω, id est Rigo. (cui etymo subscripsisse puto poetam illum qui Nilum Iouem Ægyptiū appellauit, scribens, Αἰγύπτιε Ζεῦ, Νεῖλε, vt commemorat Athenæus lib. 5. Quò etiam pertinet Tibullianum illud, Arida nec pluuio supplicat herba Ioui) Vel à δέος id est formido. quia est formidabilis. (sic autem fuerit C iterū Ζεὺς dictum quasi Δεύς) Vel à ζέω, i. Ferueo. quæ non video qua ratione nitatur, alioqui minorē quàm cæteræ literarum mutationem habens. Afferuntur & aliæ etymologiæ sed quæ planè futiles mihi videātur: qui etiam duas illas primas magis rationi consentaneas esse arbitror, atque adeo cum etymo Latinæ vocis Iupiter magis consentire. Iupiter enim dictus putatur quasi Iuuans pater. is autem iuuat qui facit ζῆν, id est Qui vitæ est autor omnibus, seu A quo omnia vitam habent. Iuuat etiam qui terrā ad suppeditanda vi- D tæ omnium alimenta reddit aptam, eam rigādo, quod est δεύειν. Apud Diogenem Laertium in Zenone legimus, Ζῆνα vocari quia τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν, vel quia διὰ τὸ ζῆν κεχώρηκεν. Lact. Firm. à ζῆν quidē & ipse deducit, sed ob aliam rationem, quam & Etymol. reddit. Cuius Lactantii verba subiungere visum est, vt quam etymologiā cæteris reiectis probet, intelligamus. Ita igitur l. 1, cap. 11, scribit, Ipse autem furto seruatus, furtimq; nutritus, Ζεὺς siue Ζὴν appellatus est: non (vt isti putant) à feruore cælestis ignis, vel quòd vitæ sit dator, vel q E animātibus inspiret animas, (quæ virtus solius Dei est. quā enim possit inspirare animā q ipse accipit aliūde?) sed quòd primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Potuerunt igitur, &c. Sed de etymo hactenus. Dicitur porro Ζεὺς in nominatiuo, & Ζεῦ in vocatiuo (vt etiam vidimus in quibusdam locis paulo antè citatis) at obliquos poetis quidem peculiares habet, Ζηνός, Ζηνί, Ζῆνα, tanquam à nominatiuo Ζήν: at verò poetis communes cum cæteris scriptoribus, Διός, Διί, Δία, tanquam à nominatiuo Δίς, de quo suo loco dixi. vbi etiā F admonui proferri à veteribus grāmaticis alios quoq; nominatiuos, videlicet Ζάν, Ζάς, Ζής: item Δεύς, qui Bœoticus esse traditur, sicut & Ζεύς. Traditur autē illo Ζὴς vsus esse Pherecydes: at cæterorum vsus exempla nulla proferuntur. Aiunt & accusatiuum Ζῆν Polycratem sophistam vsurpasse. ‖Sciendum est porrò legi apud Homerum Ζεὺς καταχθόνιος pro Plutone, quem eodem modo Virgilius Iouem Stygium appellauit. sed Ζεὺς καταχθόνιος ad verbū est Iupiter infernus, quod cōmodè verti ita posse existimo, quum Claudianus G itidem Proserpinam, Iunonem infernam vocarit: atque adeo quum ipse Virgilius eundem Plutonem, etiam infernum regem appellarit. His autem simile est Æquoreus Iupiter pro Neptuno. Animaduertendum est autem, in his loquendi generibus Ζεύς, sicut & Iupiter, ex proprio appellatiuū fieri: & nihil aliud esse Ζεὺς quàm θεός, & Iupiter quàm deus: sic tamen vt κατ' ἐξοχὴν dici intelligātur, videlicet de eo deo cuius sit summum imperium. Ζεὺς pro aere etiam, vt habes suprà in Δίς. sed addo iis quæ ibi dicta sunt, ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ Διὸς H appellari a Latinis interdum cælestem aquam. Theophrastus, ἐπιζητεῖ δὲ μᾶλλον τὸ γαμαπαῖον ὕδωρ ἢ τὸ ἐκ τοῦ Διός. ‖Ω Ζεῦ genitiuo interdum iungitur, admirationis cum exclamatione vsum præbens. Luc. in Vit. phil. ὦ Ζεῦ τῆς ἐναντιότητος. quod omnino perinde esse puto ac si Latinè dicas, Dii boni quanta est ista repugnantia. & Gallicè, Mon Dieu quelle contrarieté. Aristophanes addidit etiam βασιλεῦ, dicens, Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. Varia autem nomina ab obliquis casibus deriuata, quos à Δὶς sumit, vide suprà in ipso Δὶς, ordine alphabetico videlicet col. 1023.

Θεὸς pro Ζεὺς ab Homero poni, docui paulo antè. nūc lectorem admoneo, non ita semper accipi, sed interdū pro θεῶν τις, seu θεός τις, id est Deus quispiam, Deorū aliquis. vt in isto hemistichio aliquoties repetito, – θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ. & Il. ι, – ἶσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοί. Cuiusmodi sunt & ista: Od ν, – ἐγὼ δέ τοι ἔνθα καὶ ἔνθα θεῷ ὣς εὐχετοῴμην, καί σευ φίλα γοῦνα θ' ἱκάνω. itidémque Il. χ, ᾧ Τρῶες κατὰ ἄστυ θεῷ ὣς εὐχετόωντο. Quibus & hæc addenda sunt: Od. θ, – θεὸν ὣς εἰσορόωσιν: & Od. η, – θεὸν ὣς εἰσορόωντες. Meam autem expositionem confirmare videtur hic locus, in quo de pluribus loquēs, dixit θεοὺς ὥς, cum eodem verbo, Il. μ, – πάντες δὲ θεοὺς ὣς εἰσορόωσι. Occurrēt verò & alii ab his diuersi loci in quibus θεὸς itidem indefinitè pro deorum quopiam accipitur: nisi quum ad certum refertur cuius facta sit mentio. ‖Illud autem θεός τις apud eundem poetam legitur: vt Od. ι, – καί τις θεὸς ἡγεμόνευε Νύκτα δι' ὀρφναίην. Sic etiam Latini poetæ nonnunquam loquuntur: vt quum dicit Ouidius, Quisquis fuit ille deorum. Sed & apud prosæ scriptores idem legimus: velut apud Æschinem in Ctesiphontem, καὶ εἰ μὴ πρῶτον μὲν θεῶν τις ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, ἔπειτα δ' οἱ στρατιῶται οἱ ὑμέτεροι.

Θεὸς αὐτὸς reperitur etiam, sicut & θεοὶ αὐτοί, apud eundem poetā. θεὸς αὐτός, vt Iliad. ι, – οὐδ' εἴ κέν μοι ὑπόσταίη θεὸς αὐτὸς, Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα. Et Od. ψ, – ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν Ῥηϊδίως ἐθέλων θείη ἄλλην ἐνὶ χώρῃ. At θεοὶ αὐτοί, vt Il. φ, Ὦ Ἀχιλεῦ, περὶ μὲν κρατέεις, περὶ δ' αἴσυλα ῥέζεις ἀνδρῶν· αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσι θεοὶ αὐτοί. Quibus in locis nolim dicere pronomē significare ἐξοχήν, (vt dicit Eustathius de illo loco Il. ι) sed potius ἔμφασιν habere. vt θεοὶ αὐτοὶ perinde sit acsi diceret θεοὶ οἱ Ὀλύμπια ἔχοντες, vel θεοὶ ἀθάνατοι, vel θεοὶ ἐπουράνιοι, seu θεοὶ οὐρανίωνες: aut potius θεοὶ οἱ πάντα δυνάμενοι, quod aliquoties de illis testatur. Sic autē apud Eurip. legitur in Bacchis, λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτός, ὅταν ἐγὼ θέλω. quod Horatius interpretatur, Ipse deus, simulatque volam, me soluet. Sic apud Virgilium Ipse pater, & Pater ipse, de Ioue. Sed & alia multa huius vsus pronominis Ipse extant exempla.

Θεὸς cum Ζεύς, pro Ζεὺς solo. Odyss. δ, – ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. δύναται γὰρ ἅπαντα. Idē Od. ξ, Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Cuius tamē loci putaret fortasse aliquis aliam inueniri posse expositionem, secundum quā duo hi genitiui cōiungēdi non essent: ac certè de ea me quoque diu multumque cogitasse fateor, antequam in alterum illum locum ei similem, & omni controuersia carentem, inciderem. Apud Latinos certe nihil tale me legere memini.

Θεὸς cum genitiuo, Od. ρ, Ἀλλ' εἴ που πτωχῶν γε θεοὶ καὶ ἐριννύες εἰσίν, Ἀντίνοον πρὸ γάμοιο τέλος θανάτοιο κιχείη. Quo in loco tacet Eustathius de vsu huius nominis θεοὶ cum genitiuo, tacet item breuium scholiorum autor, siue is Didymus, siue alio nomine vocandus sit. Ego verò existimo, εἰ θεοί εἰσι πτωχῶν, significare, Siqui sunt dii mendicorum vindices. Memini enim me legere apud Ouidium, in re simili, – siquis deus vltor amantis.

Θεὸς θεός, (q. d. Deus deus) solebat ab iis dici qui aliquod auspicabantur opus, subaudientibus (vt opinor) quodpiā verbum quo θεῶν auxilium optabant. Vide Hesych. item Eustathium. sed hic præter hanc istorum verborum expositionem, ex Rhet. lexico sumptam, affert & alias duas, pag. 158.

Ὦ θεοί, quod est exclamantis, vide in Ὦ.

Θεὸς fœm. gen. Dea. Il. α, – Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι. Soph. Aiace, ἀλλά μ' ἡ Διὸς ἀλκίμα θεὸς ὀλέθριον αἰκίζει. Idem, Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς Παλλάς φυτεύει πῆμα. Aristoph. τὴν πολιοῦχον ἀεὶ φυλάττουσαν τὴν θεόν. Plato De rep. lib. 1, προσευξόμενος τῇ θεῷ. Demosthenes initio orationis Pro corona, Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ, &c. Stil-

pon tamen (vt narrat Diogenes Laertius) dixit Mineruam non esse θεὸν, sed θεάν. nam θεοὺς esse τοὺς ἄρρενας. in quo tamen iocatum vel potius cauillatum esse cõstat, ad excusandum videlicet quoddã suum dictum quod alioqui impietatis argui poterat. Homerus quidẽ certè multis ante eum seculis θεὸν non solùm ἄῤῥενα sed etiam θήλειαν esse censuerat, Il. ϑ. in principio, Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε μήτε τις ἄρσην Πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος. A

Θεὸς in obliquis casibus, variis loquendi generibus accommodatur, quæ licet à profanis scriptoribus sumpta, sunt tamẽ & Christianorũ ore dignissima. Ea autẽ prout occurrẽt, recensebo: sed ab Homero, more meo, initium sumens. Legimus igitur Od. ο, circa finem, — ὥς τοι ἀέλπτῳ θεοῦ ἔπταν δεξιὸς ὄρνις. vbi ἀέλπτῳ θεοῦ (sicut & alibi οὐκ ἀθεεί) interpretandum censeo, ex Virg. Non sine numine diuûm. Sic apud Lucianum, πῶς ἂν αὐτὸ ἔπαθον ἀέλπτῳ θεοῦ; Dicitur & οὐκ ἀέλπτῳ θεοῦ ab eodem Hom. ‖Σὺν θεῷ, Deo auspice, (in qua interpretatione respicio ad Virgilianum illud, Dis equidem auspicibus reor, &c.) vel Deo inspirante, Diuino instinctu. Iliad. ι, — σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν. Vel, Deorum fauore & ope freti venimus. Puto enim & ita reddi aptè, quum scribat Eustathius, quemlibet κατὰ θείου πάροσος ἀφελείας προσιόντα ἐπί τι ἔργον, posse dicere, σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθα. Quod verò legitur Il. ω, — πέμψει δέ με σύν γε θεοῖσιν, exponitur ab autore breuium scholiorum, εἰ οἱ θεοὶ μὴ ἀντιπράττοιεν, ἀλλὰ βοηθοῖεν, i. Si dii non obsistant, sed opitulentur. In soluta autem oratione σὺν θεῷ accipitur quidem aliquando & pro Dei instinctu, vt apud Herodotum, ὡς οἱ ἔπη σὺν θεῷ εἰρημένα: & σὺν θεοῖς, Xenoph. pro Pace deûm impetrata, Diis exoratis (quo etiam modo crediderim posse exponi in illo priore Homeri loco) sed frequentius ponuntur hæc pro, Deo fauente, & Diis fauentibus, Diis bene iuuantibus, vel Deûm benignitate. Item, pro eo quod apud Terẽtium legitur, Est diis gratia. & quidem etiam cum εἰπεῖν, item cum εἴρηκα, seu εἰρήσθω. Quarum significationum exempla lege apud Bud. pag. 993, ex Aristoph. Plat. Xenoph. Apud Thucydidem σὺν θεοῖς exponitur etiam Diis ducibus. (Sciendum est autẽ alicubi inueniri etiam σὺν τῷ θεῷ, & σὺν τοῖς θεοῖς, addito articulo) Legitur & θεοῦ σὺν παλάμᾳ apud Pindarũ pro Ope diuina. ‖Item ἢν θεὸς θέλῃ, cum verbo fut. temp. apud Xenoph. & Aristoph. q. d. Si deus velit, (vt vulgò dicimus S'il plaist à Dieu) pro Deo fauente. Dicunt verò & θεῶν ἐθελόντων, vel βουλομένων, itidem pro Diis fauentibus, Diis bene iuuantibus. Lucianus, οὕτως σοι, θεῶν βουλομένων, ὅν ἄλλοι δηλώσομεν λόγον. Item θεῶν συνεθελόντων apud Xenoph. pro Diis approbantibus. Ennius ad Græcam hanc loquendi consuetudinem respexisse videri potest quum dixit, Volentibus cum magnis diis. B C D E

‖Ἐκ θεοῦ autem dicitur & Κατὰ θεὸν pro Diuinitus, Dei impulsu, Dei nutu. Aristid. de Dario post Marathoniã pugnam, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ θεοῦ πληγείς, ἀποπέμψας τὰ τῶν ἐν... vbi Bud. vertit Diuinitus. Idem verò pag. 971 Κατὰ θεὸν non solùm pro Diuinitus, & Dei instinctu poni docet, sed & pro Dei benignitate, à Synesio. Apud Euripidem κατὰ θεὸν νοσεῖ redditur, Dei impulsu insanit. Vide & κατὰ θεῖον in Θεῖον. ΑΤ Θεόφιν apud Homerum interdum quidem pro Diuinitus, Ex deo seu Ex diis: interdum verò pro datiuo θεοῖς. Dicitur & ἐκ θεόφιν pro Ex deo, seu Ex diis. vt Il. ψ, ὡς ἐκ θεόφιν φῶς ἦεν. Sic Hesiod. Theogon. Οὐ γὰρ μὲν ἐκ θεόφιν φύγε θνητοῖς ὄνειαρ. F G

Θεοῖιν alicubi Hom. ponit dissyllabè per συνίζησιν, qualis in χρυσέῳ interdum, atque aliis. ‖Sed & θεῶν ἀέκητι pro θεὸν ἀέκητι dictum tradit Eust.

Θεὸς varias habet etymologias: sed omnium receptissima est ἀπὸ τοῦ θέειν, quod est currere. Videntur enim (inquit & Plato in Cratylo) primi homines Græci (sicut hodièq; barbarorũ bona pars) deos existimasse, solem, lunam, terram, astra, cælum: quæ quum viderẽt perpetuo cursu ferri, θεοὺς nominasse: deinde verò & cæteris nomen idem tribuisse. Macrob. lib. 1, Sat. c. 23, Nam quod ait [Homerus] θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο, sidera intelliguntur, quæ cum eo [sole] ad occasus ortúsq; quotidie impetu cæli feruntur, eodémque aluntur hu- H

more. θεοὺς enim dicunt sidera & stellas ἀπὸ τοῦ θέειν, id est τρέχειν, quòd semper in cursu sint. ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖσθαι. Dixerat autem initio capitis, Eundẽ esse Iouem ac solem claris docetur indiciis. Afferuntur verò & aliæ etymologiæ, ex quibus est hæc, vt dicatur θεὸς quasi θὸς, à θῶ, quod accipiatur pro Dispono. Vide Etymol. item Eustath. qui etiam scribit θεοὺς vocatos σοφοὺς ἄνδρας, ad diuinitatem quam proximè fieri potest accedẽtes. Vide etiam in Θεῖον, aliquid præterea de θεός.

C. Θεόσδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo datus seu donatus. Hes. Erg. Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω, pecuniæ deûm munere tributæ. Aristoteles Eth. 1, cap. 9, εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι θεῶν ἐστὶ δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι, id est, κατά τινα θείαν μοῖραν παραγίνεσθαι, vt paulo antè præcedit. Eustath. in hoc vocabulo vult esse pleonasmum τοῦ σ.

C. Θεοσεχθρία, ας, ἡ, Dei odium, Impietas. Aristophanes Vespis, ὦ πόλις καὶ Θεώρου θεοσεχθρία. Et Archippus apud schol. Aristoph. πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία.

C. Θεοσκυνέω, ῶ, Deos honoro, θεοὺς τιμῶ. Hesych.

C. Θεόσσυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus impulsus. vt θεόσσυτος φωνὴ apud Nonnum, Vox diuino instinctu seu impulsu edita.

C. Θεουδόχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deum capiens aut suscipiens. Idem quod θεοδέγμων. Nonn.

C. Θεόγληνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pupillas oculi diuinas seu similes Deo habens, Os Deo similis, Aspectu diuino præditus. vt θεόγληνοι πρόσωπον apud Nonn. Diuina facies.

C. Θεόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui diuina lingua est. θεόγλωσσος βίβλος, Liber qui Dei lingua loquitur, id est sacra scriptura.

C. Θεογνωσία, ας, ἡ, Cognitio Dei. Damasc. 101, ὁ ἄγγελος τῆς θεογνωσίας κηρύσσεται. Idem pag. 94, τὴν τῶν ἀνθρώπων θεογνωσίαν τε καὶ σωτηρίαν, ἰδίαν πραγματείαν ποιούμενος, vt homines Deum agnoscerent & seruarentur. Cyrill. σὺν τοῖς καλλιγραφήσασι τὴν ἡμέραν τῆς θεογνωσίας. Sic Areop. Areth. Theod. Item Religio orthodoxa & ἀληθογνωσία. Budæus ex Areopag. ΕΤ Θεόγνωστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo cognitus. Epigr.

C. Θεόγνια, τα, Dei natalis, vt interpretantur apud Demosthenem in oratione contra Neæram, in iureiurando sacerdotum Bacchi, καὶ τὰ θεόγνια καὶ τὰ ἰοβάκχεια γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις, dei natalem & Iobacchea celebro Baccho more patrio.

C. Θεοδέγμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Dei seu rerum diuinarum susceptor, Diuinus. vulg. lex. ex Nonno. Idem quod θεουδόχος apud eundem. ΕΤ Θεοδέκτωρ, ορος, ὁ & ἡ pro eodẽ. Vnde θεοδέκτορα apud Hesychium, quod exponitur θεὸν δεξάμενον.

C. Θεοδήλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo læsus, Cui à Deo noxa seu damnum illatum est. à δεδήληται præterito verbi δηλέομαι. Dicitur etiam res aliqua θεοδήλητος, id est, Dei seu deorum noxa illata. vt θεοδήλητος μιαιφονία in Epigr. Cædes deorum noxa illata.

C. Θεοδίδακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo doctus, Diuinitus edoctus. 1. Thessal. c. 4, θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Ioan. cap. 6, diuisa voce dicit ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, docti à Deo.

C. Θεοδίνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui à Deo circumagitur, A Deo agitatus vel impulsus. vt θεοδίνητος φωνὴ apud Nonn. Et θεοδίνητος ὀμφὴ apud eundem, Vox Dei instinctu edita.

C. Θεόδμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo vel diis ædificatus, A diis extructus. Iliad. ϑ. — θεοδμήτων ἐπὶ πύργων, de turribus seu mœniis Troianis quæ à diis fabricata poetarum fabulæ docent. Apud Euripidem autẽ in Hecuba, βωμὸς ἐκ θεοδμήτου πιτνεῖ, de ara ad quam Priamus à Neoptolemo occisus est, schol. vult esse aram nõ à dea structam, sed in honorem deæ Palladis, vel Diuina & mira arte structam.

C. Θεόδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus datus. Vnde θεόδοτα apud Hesychium, ὑπὸ θεῶν δεδόμενα. Pro quo Hesiod. & Aristot. dicunt θεόσδοτος.

C. Θεοειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deo similis, Diuina forma præditus. Odyss. ξ, Τηλέμαχος θεοειδής. Il. γ, Ἀλέξανδρος θεοειδής. Philo De vita Mosis lib. 1, κατὰ δὲ μίαν τὴν φλόγα μορφή τις ἦν περικαλλεστάτη, τῶν ὁρατῶν ἐμφερὴς οὐδενί, θεοειδέστατον

ἄγαλμα, ſimulacrum perſimile diuinæ formæ. Plato l. 6, De rep. pag. 84, ἀπ᾽ ἐκείνου τεκμαιρόμενοι ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐκάλεσεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενον, θεοειδές τε καὶ θεοείκελον. quo ſenſu aliquanto antè dicit θεῖος, εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, γίγνεται. Apud Gregorium autem, Πατρὸς μὲν γενόμενον θεοειδέος, Bud. interpr. Patre Chriſtiano. VNDE Θεοειδῶς, Similiter Deo, Ita vt diuinam formam repræſentet. θείως, Suidas. ET Θεουδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, per contractionem, pro θεοειδής. Od. ζ, Ἠὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδὴς, Benigna deorum more. vel, Deo places, ab αἰδέω, vt Euſtath. exponi etiam poſſe annotat. Et θεουδέα κέντρα in Epigr. HINC Θεουδίη, Pietas: quippe qua Dei ſimiles eſſe ſtudemus. Citatur ex Nonno. Dici verò ET Θειώδης, pro θεοειδὴς, ſeu θεοῦ ἰδέαν ἔχων, Euſtathius annotat ex quodam lexico ἐν συγχύσει τάξεως ſcripto, citante ex Antiphonte, ἄνθρωπος ὅς φησι πάντων θηρίων θειωδέστατος γενέσθαι. Sed nouam hanc eſſe ſcripturam dicit.

C. Θεοείκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo ſimilis. idem quod præcedens. Il. α, θεοείκελ᾽ Ἀχιλλεῦ. Ab Heſiodo quoque epitheton hoc tribuitur viris eximiis & qui diis æquiparandi videntur.

C. Θεοεπεῖς, ἐκ θεῶν ἐπόμενοι ἢ λεγόμενοι, Heſych.

C. Θεόθυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo immolatus, Diis ſacrificatus. Et θεόθυτα apud Heſych. ἱερόθυτα. Et apud Poll. θεόθυτα κρέα, eadem quæ τὰ ἐκ τῶν ἱερείων.

C. Θεοκάπηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui Deum ſeu res diuinas cauponatur, Qui Deum & res diuinas quæſtui habet, ſeu (vt Bud. interpr.) Sacrilegus nundinator. Sic appellat Gregor. 160, eos quos Dominus eiicit è templo. μετὰ τὸ ἀπόδειξιν ἐν τῷ ἱερῷ, τοὺς θεοκαπήλους ἀπέλασαν. vt χριστοκάπηλος pag. 177, & χριστέμπορος, & ἱερέμπορος, Diuinarum rerum nundinator, Sacrilegus inſtitor. B. §Θεοκάπηλοι dicuntur etiam (vt vulg. lex. tradunt) οἱ αἱρετικοὶ, ὡς παραμιγνύντες ταῖς ἑαυτῶν διδασκαλίαις τοῖς ὀρθόφροσι δόγμασιν, ὡς καὶ οἱ κάπηλοι τὸν οἶνον τῷ ὕδατι, hæretici, qui aliena veræ religioni admiſcent.

C. Θεόκλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo vocatus. Nonn. Item, In quo Deus inuocatur, vt θεόκλητος ἱρός, & θεόκλητος βωμός. Item θεόκλητον μέλαθρον, ædes in qua Deus inuocatur, Templum. ET Θεοκλήϊστος pro eodem, in v. l.

C. Θεόκλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, à Suida exponitur θεόπνευς. AT Θεοκλυτέω, ῶ, F. ήσω, Deum ſeu à Deo audio. θεοῦ ἀκούω, Heſych. Et θεοκλυτούμενοι dicuntur Vates ſeu diuini, quibus numē aliquod familiare eſt, quique (vt de Heleno Homerus dicit) θεῶν ὄπ᾽ ἀκούουσι. Plutarch. De Socr. dæmonio, τὸ μαντικὸν καὶ θεοκλυτούμενον γένος. quorum è numero dicit fuiſſe Hermodorum Clazomenium, cuius anima relicto prorſus corpore, dies noctéſque huc illuc errabat, & reuerſa, multa è longinquo annūtiabat, quibus dum fierent aut dicerentur, interfuerat. §Item, Deum inuoco, Dei opem imploro. factum vocabulum ex Homerico illo, Κλῦθί μευ. Erit itaque propriè, Deum inuoco vt preces meas exaudiat. Syneſius epiſtola 4, pag. 8, ἅπαντες ἐθεοκλύτουν, ἐποτνιῶντο, τὰ φίλτατα ὑπεμιμνήσκοντο, deūm fidem, implorabant, impendente videlicet periculo. Ælianus apūd Suidam, θεοκλυτοῦσαι καὶ μυρίας ἀρὰς Ἐφεσίοις ἐπαρώμεναι. Ibidem, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν θεοκλυτοῦσαι καὶ τοῦ ἀγάλματος ἐκκρεμάμεναι, deæ fidem auxiliúmque implorantes. Interdum caſus additur, accuſatiuus nimirum perſonæ, & tunc ſimpliciter ponitur pro ἐπικαλοῦμαι, Inuoco. vt θεοκλυτεῖν Κυρῖνον apud Plutarchum, Inuocare Quirinum. Et apud Suidam, μετὰ μὲν θεοκλυτεῖν ἀκλεῶς τοὺς παρὰ Μήδοις νενομισμένους θεούς. Conſtruitur etiā cum accuſatiuo rei, ſine caſu perſonæ, ſignificátque A Deo peto. Plutarchus Ariſtide, pag. 105, ταῦτα θεοκλυτοῦντος τοῦ Παυσανίου, ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἔφρασαν. de quo paulo antè dicit, βλέποντα πρὸς τὸ Ἡραῖον τὴν ὄψιν δεδακρυμένος, καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ. Hæc à diis precante Pauſania, vel q. d. Obſecrante Pauſania deos vt has ſuas preces audirent. VNDE Θεοκλύτησις, εως, ἡ, Deorum imploratio ſeu inuocatio. ἐξ ὧν κατάραι καὶ θεοκλυτήσεις ἐγένοντο κατ᾽ αὐτοῦ, apud Suidam ex anonymo autore. Notandum verò, vocabulum hoc, vt & præcedens, apud recentiores eſſe viſitatius.

C. Θεόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo elaboratus, Diuinus.

C. Θεόκολος, Sacerdos. ἱέρεια. Heſych.

C. Θεοκρατία, ας, ἡ, Dei imperium. Sic Ioſephus appellat imperium Iudæorum ſub Moſe, in libro contra Apionem, p. 21, teſte B.

C. Θεόκριτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuino iudicio electus. Budæus ex Dionyſio 162.

C. Θεόκτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo conditus, A Deo creatus.

C. Θεόληπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Numine afflatus. ἔνθεος, ὑπὸ θεοῦ συσχεθείς, vt Suidas exponit. idem ferè quod κάτοχος. Apoſtolis hoc epithetū tribuitur à Dionyſio Areop. Spiritu ſancto afflatis, quippe qui à Deo quaſi occupati, ipſius inſtinctu agerent & loquerentur. Plut. ad Color. περὶ Σωκράτους ἀνδρὸς εἰς ἀρετὴν θεολήπτου, viro qui diuino quodā inſtinctu ad virtutis ſtudium rapiebatur. Accipitur etiam in malam partem. Vnde Plutarchus De Herodoto ſcribit, ἀνθρώπους & ἐπιεικεῖς hiſtorici non eſſe τὸ θαυμαστὸν περιεχόμενον ἄγαν οὐδὲν ἔτι τὸν Νικίαν, οὐδὲ θεόληπτον περὶ ... ἢ θρασύτητα καὶ μανίαν Κλέωνος μᾶλλον ἢ κουφολογίαν.

ET Θεοληψία, ας, ἡ, Quum quis numine afflatus eſt, Numinis afflatus ſeu inſtinctus: paſſiuè accipiendo.

C. Θεολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui de Deo diiſve loquitur aut diſſerit, aut de rebus diuinis, Rerum diuinarum conſultus. Plutarchus De def. orac. πλεῖστον δὲ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν θεολόγοι, Delphorum theologi. Vtitur hoc vocabulo etiam Cicero lib. 3 De natura deorū, Ioues tres numerant ii qui theologi nominantur. hoc eſt (vt Alex. Aphrod. apud Ariſtotelem docet) qui ſcientiam de diis ſe edocturos profitebantur, vt Heſiod. Homerus, Orpheus qui Theogoniam ſcripſit. VNDE Θεολογία, ας, ἡ, Sermo aut diſſertatio de Deo rebúſve diuinis. Plato lib. 2, Polit. οἱ τύποι περὶ θεολογίας τίνες ἂν εἶεν; Quam theologiam ſiue θεολόγων παράδοσιν, duplicem facit Dionyſius, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν, τὴν δὲ ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν· καὶ τὴν μὲν συμβολικὴν καὶ τελεστικὴν, τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικήν. ET Θεολογικὸς, ή, όν, Pertinens ad eos qui de Deo rebúſue diuinis agunt, Theologicus. vt θεολογικὴ ἐπιστήμη apud Ariſtotelem Methaphyſ. lib. 10, cap. 6, pag. 86, Scientia quæ eorum eſt qui de rebus diuinis diſſerunt: quam præſtantiſſimam τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν eſſe tradit. Θεολογικὸς apud Naz. exponitur etiam Theologiæ peritus, Theologiæ deditus. ET Θεολογέω, ῶ, De Deo loquor, De rebus diuinis diſſero. Vel Theologicè diſputo, Diſſero aut explico aut commentor more eorum qui rerum diuinarum ſcientiam profitentur. Ariſtoteles De mundo, λέγωμεν δὴ ἡμεῖς, καὶ καθ᾽ ὅσον ἐφικτὸν, θεολογῶμεν περὶ τούτων συμπάντων, ὡς ἕκαστον ἔχει φύσεως καὶ θέσεως καὶ κινήσεως, dicere ipſi aggrediamur de diis omnibus vniuerſim collectis, quámque fieri poteſt maximè theologica commentatione ediſſerere, quænam ſit horum cuiuſq; natura: Vel philoſophari, vt Bud. interpr. Areopag. θεολογεῖν τὰ περὶ τριάδος, theologicè explicare ac commentari. Et de Luca, θεολογεῖν τὰ τῆς ἱερᾶς οἰκονομίας μυστήρια. Et θεολογεῖν τὸν Ἰησοῦν, Ieſum aſſerere & prædicare, Bud. interpr. Inuenitur & paſſiuum θεολογοῦμαι. Plutarchus De defectu oracul. οὕτως μὲν οὖν ὅμοια πολλὰ λαβεῖν ἔστιν ἐκ τῶν θεολογουμένων, ex iis quæ de diis ferūtur. Item in altera ſignificatione apud eundem καὶ θεολογεῖται ἡ ἀρχέγονος φύσις τοῖς ἔπεσι τοῦ Ὁμήρου, theologicè ediſſeritur ſeu explicatur. Sic & θεολογούμενα apud Dionyſium. Sunt enim θεολογούμενα (vt Budæus interpretatur) Theologicè diſputata, Theologicè explicata. Citat etiam Sueton. in Auguſto, Aſclepiadis Mendetis θεολογουμένων libros.

C. Θεομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Deorum inſtinctu furens, Cui à diis furor immiſſus eſt. Euripides de Oreſte.

C. Θεόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, Qui Dei inſtinctu vaticinatur. Plato Apologia, θεομάντεις καὶ χρησμῳδοὶ ἐνθουσιάζοντες λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι.

C. Θεομάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum Deo pugnans, Deo repugnās. Act. Apoſt. cap. 5, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. VNDE Θεομαχία, ας, ἡ, Deorum pugna. ET Θεομαχέω, ῶ, Cum Deo pugno, Deo repugno. Plutarch. ἔξεστι σοι μὴ θεομαχοῦντι, μετ᾽ ἐμοῦ δὲ παυσαμένῳ, τῆς Ἑλλάδος μοναρχεῖν. Act. Apoſt. cap. 23, εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν, cum Deo ne pugnemus.

C. Θεομηνία, ας, ἡ, Ira diuina, Ira dei seu deorum.

C. Θεόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, Diuina sapiens, Diuina consulens. Nonn. Καὶ πόθεν οὐ θεόμαντι ἐμὴν γινώσκεις φωνήν; Apud Suidam ponitur datiuo casu θεόμαντι, exponiturque θεόφρονι, θεοβούλῳ. VNDE Θεομαντέω, ῶ, Diuina sapio, Diuino spiritu agor. A quo est θεομαντεῖ apud Hesych. θεοφορεῖται, θεῖα φρονεῖ.

C. Θεομιμησία, ας, ἡ, Imitatio Dei. ET Θεομίμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad imitationem Dei factus, aut institutus. Vtrũque frequens apud Areop. Vide θεοπαράδοτος. VNDE Θεομιμήτως, Imitando Deum, Cum imitatione Dei, vt ἰσαγγέλως. Bud. ex Areopag.

C. Θεομισής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deo inuisus, Deo odiosus, Deo seu diis exosus. Vel, Deo non placens: cui opponitur θεοφιλής: quo modo Bud. apud Platonem De leg. pag. 298 accipit, μηδαμῶς ὅσια, θεομισῆ δὲ καὶ αἰσχρὰ ἄγαν. sed & ibi possumus interpretari, Diis exosa, Diis odiosa. Apud eundem, ὁ μὲν, θεοφιλὴς αὖ εἴη, ὁ δὲ, θεομισής. Aristoph. Auibus, ἀεὶ ὄντα θεομισῆ ἔφης, id est θεοστυγῆ, Deo seu diis exosus. Synes. ep. 44, ὡς οὐχ ἕτερος οὕτω ἐστὶ θεομισής, quòd non alia morum conditio vsque adeo inuisa Deo est. ‖ At Θεομίσης, accentu in penult. Deum exosus, Deum perosus, Qui Deum odit, quam differentiam post Aristoph. scholiasten tradit etiam Suidas.

C. Θεόμορος, apud Hesych. εὔμοιρος.

C. Θεοξένια, τά, Festum solenne in omnium communiter deorum honorem institutum. Plut. ἀναμνησθεὶς δὲ καὶ τῶν ὕμνων τῶν θεοξενίων, καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μερίδος, ἣν ἀφαιροῦντες τοῖς Πινδάρου καιροῖς ἀεὶ λαμβάνειν ἀπογόνους. Et apud Athen. lib. 9, παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν θεοξενίων.

C. Θεόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, Diuina soboles, Deo natus. In Epigr. θεόπαις Βαβυλών, diuina Babylon. Et apud Athen. lib. 7, ex Archestrato, Κεφαλὰ τὸ κέφαλον, καὶ τὸ θεόπαιδα λαβέρακα. In quibus locis impropriè hoc vocabulum vsurpatum est. Θεόπαις dicitur etiã Maria virgo, Christi mater, à Nonno, vt habent v. l.

C. Θεοπαράδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus traditus. Dionysius vbique euangelia vocat θεοπαράδοτα λόγια. Et θεοπαράδοτος καὶ θεομίμητος πολιτεία apud eundem, Vita à Christo præmonstrata, B.

C. Θεοπειθής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deo obediens. Nonn.

C. Θεοπνευστέω, Numine afflatus sum. ἐνθουσιῶ, Hesych. AT Θεόπεμπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo missus. Aristot. Ethic. 1, cap. 9, de beatitudine, εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καί τινα μάθησιν ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι. Dionys. Longinus, θεόπεμπτά τινα δωρήματα: quibus opponit ἀνθρώπινα.

C. Θεοπλάστης, ου, ὁ, Dei seu deorum (hoc est imaginum Dei deorumve) fictor. idem quod ἀγαλματοποιός siue ἀγαλματουργός, & sequens θεοποιός, teste Polluce. Vtitur autẽ eo Aristoph. ‖ Θεοπλάστης dicitur etiam ipse Deus rerum omnium fictor & creator. Philo De mundo, πατέρα μὲν γὰρ ποιητὴν καὶ δημιουργόν, τὸν θεοπλάστην ἐκεῖνον, diuinum illum fictorem. VNDE Θεοπλαστέω, ῶ, Deum fingo. Philo De vita Mosis lib. 3, θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα, Nilum commentitium deum ratione quadam indigitãt Ægyptii.

C. Θεόπνευστος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo inspiratus. Phocylid. Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος. 2 Timoth. 3, γραφὴ θεόπνευστος.

C. Θεοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Qui deos siue deorum imagines fabricatur. idem quod θεοπλάστης, vt docet Pollux. Et θεοποιὸς τέχνη in vulg. lex. Ars deorum fabricatrix. VNDE Θεοποιΐα, ας, ἡ, Deorum fabricatio, Simulacrorum in honorem deorum effictio. ET Θεοποιέω, ῶ, Deum seu deos facio. Luc. in Scytha. Ἀθηναίοις ἔξεστι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας, deos facere ex Scythis, In deorum numerũ referre. i. ἀπαθανατίζειν, vt paulo antè loquitur. Apud eũdẽ θεοποιεῖν τὴν κοιλίαν, Ex ventre deum sibi facere, Vẽtrẽ Dei loco habere, seu seruire ei vt deo. Theodorit. in Eccles. hist. μάγους δὲ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. Heraclitus Hermodoro, de Hercule loquẽs, ἀλλὰ τί αὐτὸν ἐθεοποίησεν; ἡ ἰδία καλοκαγαθία καὶ ἔργα τὰ γενναιότατα, Quid inter diuos eum retulit? Apud Naziãzenum quoque τὸ πνεῦμα ἅγιον dicitur θεοποιοῦν, deos faciens, seu diuinos homines faciens. VNDE Θεοποιητικός, ή, όν, Qui deos siue deorum simulacra facere potest. vt θεοποιητικὴ sub. τέχνη, Ars deorũ fabricatrix, Ars cõficiẽdi deorum simulacra. ἀγαλματουργικὴ siue ἀγαλματοποιητική. Poll.

C. Θεοπλάσσω, ῶ, Deos fingo: vt ὀνειροπολῶ. Budæus ex Plat. lib. 10 De legib. in fine. Nisi quis idem esse velit quod θεοπολέω.

C. Θεοπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deum seu deos decens, Deo conueniens. Nazianz. θεοπρεπέστεραι φωναί, Deo magis conuenientes voces, Voces quæ diuinam maiestatem magis deceant. Plutarch. Ad præf. indoct. ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες, heroicam & quæ deos deceat. Et neutro genere τὸ θεοπρεπές substantiuè pro Diuinum decus, Diuina maiestas. Philo De vita Mosis libro 1, πάντως, ὡς ἔοικε, τὸ σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς αὐτῶν ἐκπεπληγμένων, diuinam quandam earum maiestatem. VNDE Θεοπρεπῶς, Ita vt Deum vel deos decet, Diuinè. Luc. θεοπρεπῶς ἐστάλμένος. Nazianz. 7 ἀμφότερα γὰρ ἐστι θεοπρεπῶς νοητέον. Apud Areopag. θεοπρεπῶς, Diuinè, vt ἀγαθοπρεπῶς, Benignè. Budæus.

C. Θεοπρόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deum decens. Ex Epigr. ‖ Θεοπρόπος est sæpius Vates, Diuinus. idẽ quod μάντις, vt Eustath. annotat, dictum esse volens θεοπρόπον quasi θεοῖς πρέποντα vel θεοῖς πρέποντα λέγοντα. Il. μ, θεοπρόπος ὅς σάφα θυμῷ Εἰδείη τεράων. Il. ν, Οὐδ' ὅγε Κάλχας ἐστὶ θεοπρόπος οἰωνιστής. vbi idẽ Eust. docet θεοπρόπος esse generale, sicut μάντις: vt θεοπρόπος οἰωνιστὴς sit μάντις οἰωνοπόλος, vates auguriorum peritus. ‖ Item, Qui vadit ad oraculum petendum, Bud. Qui oraculum consulit. qui alio nomine θεωρὸς dicitur. Herodot. lib. 1, πέμψαντες θεοπρόπους, mittẽtes qui oraculum consulerent. Idem eodem libro, θεοπρόπους ἐς χρηστήριον διαπέμψας, mittens qui oracula sciscitarentur. Plutarchus Cimone, pag. 162, οὐδὲ χρησμὸν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἔδωκεν, ἀλλ' ἅμα τῷ προσελθεῖν ἐκέλευσεν ἀπιέναι τοὺς θεοπρόπους. Idem in Fabio, εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη θεοπρόπος, Delphos missus est ad petendum oraculum. Idem Romulo, ἀποστεῖλαι θεοπρόπους εἰς Δελφούς. VNDE Θεοπροπία, ας, ἡ, ET Θεοπρόπιον, ου, τό, Oraculum, Vaticinium. idem quod μάντευμα, seu λόγιον. Il. π, Εἰ δέ τινα φρεσὶ σῇσι θεοπροπίην ἀλεείνεις, effugis oraculum. Et paulo pòst eodem sensu, Οὔτι θεοπροπίης ἐμπάζομαι ἥν τινα οἶδα. Il. α, ἀλλ' ἄγε δὴ μάντις Εὖ εἰδὼς ἀγόρευε θεοπροπίας Ἑκάτοιο, expone nobis Apollinis oracula. Et Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀγορεύεις, oracula edis, Oracula reddis. Ibidẽ, εἰπὲ θεοπρόπιον ὅ, τι οἶσθα, Ede oraculũ seu effare, Funde oraculum. ET Θεοπροπέω, ῶ, Oracula expono, Oracula fundo, Vaticinor. Il. α, Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις, Vaticinans, Prædicens.

C. Θεορρήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Qui diuina loquitur, seu Diuina loquutus, vt Budæus apud Damascenum interpr. ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος θεορρήμων Γρηγόριος. Idem est quod θεηγόρος. VNDE Θεορρημοσύνη, ης, ἡ, Institutio diuina, seu θεία διδασκαλία, κατήχησις: vt Suid. exponit apud quẽ vnico ρ scribitur θεορημοσύνη.

C. Θεόρρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo profluens: vel, A Ioue fusus, aut profluẽs, vt θεόρρυτος ὄμβρος, id est Διὸς ὄμβρος, vt cum Homero Hesiodus loquitur.

C. Θεοσεβής, έος, ὁ καὶ ἡ, Pius, Qui deum piè colit, Religiosus. ζῶον τὸ θεοσεβέστατον, Animal quod est ad cultum deorum aptissimum, Cicero apud Platonem, pag. 31 Lex. Cic. VNDE Θεοσεβῶς, Piè, Religiosè, More eorum qui Deum colunt. ET Θεοσέβεια, ας, ἡ, Dei cultus, Cultus diuinus. Augustinus in Enchiridio, cap. 2, de loco illo in libro Iob, Pietas est sapientia: Si quæras (inquit) quam dixerit eo loco pietatem, distinctius in Græco reperies θεοσέβειαν, qui est Dei cultus. Dicitur enim Græcè Pietas, & aliter idem εὐσέβεια: quo nomine significatur Bonus cultus. Hæc ibi. ET Θεοσεβέω, ῶ, Deum colo. apud Chrysostomum opponitur τῷ εἰδωλολατρέω, vt testatur B.

C. Θεόσεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dei instar colendus, Diuino honore colendus, Venerabilis, Venerandus. Aristoph. Neb. de voce tonitrui, θεοσέπτου ἤχθη φωνῆς, sacram vocem seu diuinam vocem. Et apud Suidam ex eodem, βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου, Venerandi fulminis seu A Deo immissi, vt θεία νόσος apud Soph. AT Θεοσέπτωρ, ορος, ὁ,

Dei cultor. Eurip. A

C. Θεοσημεία, ας, ἡ, Signum diuinitus editum, Miraculum. vt Διοσημεία. idem quod θαῦμα & θεουργία, teste Bud. qui ex Damasceno citat, & Areop. Apud Damascenum de Apostolis, τῷ παναγίῳ βρίθοντες πνεύματι, καὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει θεοσημείας ἐργαζόμενοι, Signa diuina, Miracula diuina. ‖ A Suida exponitur ἡ τοῦ θεοῦ μαντεία, Oraculũ diuinum.

C. Θεόσοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rerum diuinarum consultus, In diuinis peritus. Apud Areopagitam idem est qui theologus, hoc est propheta, vt Budæus annotat: seu (vt alibi exponit) Theologus rectè sentiens. Areopag. De diuinis nominibus, ὅτως αὐτοὶ τὴν πάντων αἰτίαν οἱ θεόσοφοι πολυωνύμως ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμνοῦσιν ὡς ἀγαθὸν, ὡς καλὸν, ὡς σοφόν. Item θεόσοφοι apud eundẽ, Homines spiritu diuino correpti, Spiritales. B. ᴠɴᴅᴇ Θεοσοφία, ας, ἡ, Rerum diuinarum scientia. Apud Areopag. 191, pro religione Christiana accipi docet Bud. B

C. Θεοστιβής, έος, ὁ καὶ ἡ, A Deo calcatus aut calcãdus. Naz. in orat. in sacrũ pascha, ὁ μὲν τῆς ἁγίας γῆς καὶ θεοστιβοῦς ψαύειν μέλλων, τὰ ὑποδήματα λυέσθω, calceamenta soluat qui sanctam & diuini tramitis terram calcaturus est. C

C. Θεόστοργος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dei amans. Nonn.

C. Θεοστυγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deo exosus, Deo odiosus. idem quod θεομισής. Item Deum exosus, Deum perosus, Qui Deum odit. Vtraque significatio ponitur à Suida: at in posteriori ab Apostolo hoc vocabulum accipi tradit, videlicet θεοστυγεῖς pro οἱ μισοῦντες τὸν θεόν, Dei osores. ᴠɴᴅᴇ Θεοστυγία, ας, ἡ, Odium Dei.

C. Θεοσύλης, Sacrilegus, Qui res Deo dicatas furatur. Suidas ex anonymo quodam, ὁ δὲ, θεοσύλης γενόμενος, καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν αὐτίκα ἐξ ἱερῶν ἀνασπάσαι. D

C. Θεοτέρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo prodigiosè proficiscens, vt θεοτέρατοι πλάναι, errores qui prodigiosè & miraculosè à Deo immittuntur. In quo vocabulo dithyrambicam esse compositionem annotat Demetr. Phaler. sicut & in δορύπυρος, hic, ἄστρων δορύπυρον στρατόν.

C. Θεοτερπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Deum delectans, Deo gratus. Nonn.

C. Θεότευκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo fabrefactus, A Deo fabricatus.

C. Θεότιμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo honoratus, vel Diuino honore afficiendus, Venerandus. θεότιμος. E

C. Θεοτόκος, ου, ἡ, Quæ Deum peperit, Dei genitrix. Mariæ virginis epithetum. At Θεότοκος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo natus.

C. Θεοτυπία, ας, ἡ, Conformatio Dei. B. ex Areop.

C. Θεοφάνεια, ας, ἡ, Apparitio Dei, qua videlicet Deus hominibus miraculosè apparet, seu qua Deus hominibus se conspiciẽdum præbet. Greg. σὺ μὲν Μωσέως θεοφανείας ἐξηγούμενος. Qua in signif. scribitur ᴇᴛ Θεοφανία. B. enim apud Dionys. θεοφανίαι interpretatur Apparitiones diuinæ, vt transfiguratio. Pars etiã est doctrinæ diuinæ, vt θεουργία, apud eundem Dionys. 141, teste eodem Bud. ᴀᴛ Θεοφάνεια, τά, sɪᴠᴇ Θεοφάνιαι, αἱ, Festum solenne quod eo die celebratur quo Deus hominibus apparuit. Pollux lib. 1, titulo περὶ καιρῶν ἱεροπρεπῶν, Καιροὶ δὲ ἱεροὶ, πανηγύρεις, ἑορταὶ, ἱερομηνίαι, θεοφάνεια, θεοξένια. Herodotus lib. 1, de cratere argenteo, qui amphoras sexaginta capiebat, Delphis à Crœso dicato, ἐπικίρναται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν θεοφανίοισι. Apud Christianos autẽ θεοφάνεια siue θεοφάνια dicitur Festum quod die natali Iesu Christi celebratur, quòd eo die natus hominibus sese conspiciendum in corpore humano dederit. γενέθλια alio nomine appellant. Ex Naz. θεοφάνεια μὲν οὖν ἡ γενέθλια ἡ πανήγυρις Χριστοῦ. F

C. Θεόφαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo declaratus aut manifestatus. Metrodorus apud Plutarchum ad Colot. ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐν τῇ χαμαὶ βίου εἰς τὰ Ἐπικούρου ὡς ἀληθῶς θεόφαντα ὄργια, ad sacra & à Deo hominibus declarata Epicuri orgia. ᴀᴛ Θεοφάντωρ, ορος, ὁ, Sacerdos, vel Theologus. θεοφάντορας Hesychius exponit ὑπὸ θεοῦ πεφωτισμένους θεολόγους.

C. Θεόφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo pronuntiatus, Dei oraculo editus. θεόφατα apud Hesychium sunt ἐκ θεοῦ σημαινόμενα. ᴇᴛ Θεοφατίζω, F. ίσω, Ex Deo loquor, Vaticinor. μαντεύομαι, Hesych. Item προσλογοχομαι, apud eundem.

C. Θεοφιλής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui à Deo amatur, Deo charus. Plato De rep. lib. 2, οὐδεὶς τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής, Amentium insanientiúmque nullus Deo dilectus est. Philo De vita Mosis lib. 3, παρευρουν μετ' ὀλίγων ἄλλων φιλόθεός τε καὶ θεοφιλὴς ἐγένετο, & Dei diligens & Deo dilectus. Plutarchus De Socr. ἀνθρώποις θείοις καὶ θεοφιλέσι. Isocrates, τὸν ἐν τῷ δε βίῳ ἀπυχέστατον καὶ θεοφιλέστατον ἐκεῖνον δηγεσίᾳ. Et θεοφιλέστατοι θεῖοι apud Plutarchum. ‖ Θεοφιλὲς etiam dicitur quod fauore diuini numinis alicui contingit. Plutarchus De puer. educ. εὐδαίμον μὲν οὖν καὶ θεοφιλὲς εἶτω ταῦτα πάντα θεῶν τις αὐτὸ δοῦναι. Non sine diuino quodam fauore hominibus ista euenire omnia solent. Sic apud Xenophõtem in Apol. Socr. ἐμοὶ δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι. ᴀᴛ Θεόφιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dei amans, seu Amicus Dei. ᴇᴛ Θεοφιλία, Amor Dei, seu Amicitia cum Deo. Vnde pro familiaritate cum Deo ponitur ab Areopag. loquente de Mose, vt annotat Bud.

C. Θεόφοβος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dei timens. θεοσεβής, Hesych.

C. Περιθαμβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Vehemẽter admiratione & stupore vel pauore perculsus, Valde stupefactus, seu pauefactus. Apollon. Argonicῶν 2, Καί σφεας ἀμφίαχον περιθαμβέες. A Budæo exponitur Valde trepidus, citante ex Plut.

Θαμβαλέος, ου, ὁ, Stupendus, Formidabilis. θαυμαστὸς, φοβερὸς, vt ab Hesychio declaratur. θαμβαλέη φωνὴ, apud Nonnum, Vox ad quam admiratione obstupescas, Ad quam stupore expauescas. Ab eodem actiuè etiam vsurpatum videtur pro Stupens, Admirabundus. Nã θαμβαλέη Σαμόθραξ apud eum in vulg. l. exponitur Admirabunda & stupens: sicut & θαμβαλέοι θεράποντες, admirabundi.

Θαμβέω, ῶ, F. ήσω, Admiratione attonita stupeo, Stupore attonito paueo. Il. ψ, Λαοὶ δ᾽ αὖ θηεῦντο θάμβησάν τε. Il. ω, Θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο. Il. ω, — θάμβησεν ἰδών

ἰδὼν Πρίαμον θεοειδέα. vt apud Virgilium, Obstupuit viſu Æneas: item Aſpectu primo obſtupuit. Odyſſ.δ, Ὡς ἄρα φῶτ᾽. οἱ δ᾽ αὖτε θυμῷ ἐθάμβεον. Iliad.θ, Θάμβησαν, καὶ πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλε. vt apud Virgilium, Obſtupuere animi, gelidúſque per ima cucurrit Oſſa tremor. Odyſſeæ ω, Τὼ δ᾽ ἄρα θαμβήσαντ᾽ ἰθὺς κίον, ὡς ἐνόησαν. Interdum accuſatiuum habet adiunctum. Odyſſ.ρ, Οἱ δ᾽ ἐλεαίροντες δίδοσαν, καὶ ἐθάμβεον αὐτὸν, Ἀλλήλους τ᾽ εἴροντο τίς εἴη, ſtupebant ipſum: vt apud Ciceronem, Nos Varrones ſtupemus. Actiuè etiam vſurpatum reperitur pro Stupore attonito percello, Paueſacio. 2 Regum 22, περιέσχον με συντριμμοὶ θανάτου, καὶ χειμάρροι ἀνομίας ἐθάμβησάν με, torrẽtes iniquitatis attonito pauore perculſerunt me. Θαμβοῦμαι, Obſtupeſco, Perculſus ſum. Bud. ex Plut. de Pompeio, ἐλαυνόμενον τὴν γνώμην ἐοικὼς, ὡς ἐξ ἄλλης ἤδη τεθαμβημένος.

C. ΕΚθαμβέω, Stupore attonito percellor, Pauore attonito exterreor. Et in paſſ. ἐκθαμβοῦμαι, pro eodem, ſeu Expaueſco, vt Bud. interpr. Baſil. ὑπὸ γὰρ ἐκπλήξεως καὶ ἐκθαμβούμενος. Vtitur & Marcus Euang.

C. ΕΠΙθαμβέω, Cum ſtupore attonito admiror, Stupeo. Nonn. καί μιν Ἰουδαίων ἐπεθάμβεεν ἐσμός, Eum ſtupebat, ſeu Cum ſtupore admirabatur.

C. ΚΑΤΑθαμβέω, Cum ſtupore demiror. Et in paſſ. eadẽ ſignif. Plut. Numa, καταπεθαμβημένη τὴν τοῦ Νυμᾶ δίαιταν, Cum ſtupore demirata. Idem Fabio, καταπεθαμβημένος τὸν Ἀννίβαν, Stupens Annibalem, vel Stupore quaſi attonito demirans Annibalem, aut etiam expaueſcẽs. nam θάμβος in vtraque ſignificatione poni, ſuo loco dictum eſt.

ΘΗ'ΓΩ, F. ξω, Acuo. Hom. Iliad.β, Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ᾽ ἀσπίδα θέσθω. (vbi obſerua poni vocẽ mediam.) Idem Il.ν, de apro, Ὀφθαλμὼ δ᾽ ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον, αὐτὰρ ὀδόντας Θήγει. At Iliad.λ, dicit – θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένυσσι: eodémque modo Heſiodus, – θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα. Euripid. quoque in Phœniſſis pugnam Eteoclis ac Polynicis fratrum, pugnæ aprorum comparans, ſcripſit, Κάπροι δ᾽ ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν Ξυνῆψαν ἔγχη. Vbi obſerua etiam θήγοντες γένυν pro eo quod Homerus dixit, θήγων ὀδόντα μετὰ γένυσι. Cæterum Horatius leænam itidem dixit Acuere dentes, θήγειν ὀδόντας.

Θήγω in proſa etiam vſitatum, ſed vtplurimum (quantum meminiſſe poſſum) metaphorica ſignificatione: vt Latinè Acuere, pro Incitare, Inſtigare, Animare. Xenoph. Pædiæ 2, ἀλλὰ παντὸς ἔργου δεῖ, τῷ ἀνδρῶν πάντων θήγει τὸ φρόνημα. Idem ibidem, θήγει ταῖς ψυχαῖς τὰ πολεμικὰ. Et Pædiæ 1, εὖ δὲ αἱ ψυχαὶ τεθηγμέναι. Lucianus quoque dixit (exemplo Xenophontis, vt opinor) in libello De ſaltat. θήγουσα μὲν τὴν ψυχὴν, ἀσκοῦσα δὲ καὶ τὸ σῶμα. At quod dixit Alcidamas, ἀκράτῳ τῆς ὀργῆς ἔργῳ τεθηγμένον, reprehendit Ariſtoteles in Rhet. Cæterùm quod ad huius verbi etymon attinet, Euſtathi' θήγειν dictum eſſe vult quaſi τὶς θοὸν ἄγειν. ego certè, ſi vllum eſt eius etymon, id eſſe arbitror: ſed ſi vllum aliud verbum prototypon eſt, eſſe hoc quoque, magis perſuaſum habeo. Legitur tamen & apud Etymolog. dici θήγω quaſi θοήγω. HINC Θηκτὸς, Acutus. vt θηκτὸν ξίφος, in Epigr. Acutus enſis.

C. Εὐθηκής, ET Εὔθηκτος, Bene acutus. vt εὔθηκτον ξίφος, Enſis quem quis bene exacuit. AT Νεοθηγὴς, Recẽs acutus. vt νεοθηγὲς ξίφος, Enſis quem quis recẽns exacuit. ET Ὀξύθηκτος, Valde acutus, Quem quis ita exacueri tvt eius mucronem acutum reddiderit. ὀξυθήκτοις φασγάνοις, Eurip.

C. ΕΠΙθήγω, ET ΠΑΡΑθήγω, Acuo, vel Exacuo. Sed παραθήγω metaphoricè etiam, ſicut θήγω, pro Incito, Inſtigo. vnde παραθήγομαι exponitur etiam παροξύνομαι ab Heſychio. AT Ὑποθήγω eſt metaphor. itidem, q.d. Subincito, Subinſtigo. A Suida ὑποθήγων exponitur ἐρεθίζων & προτρεπόμενος, & ἐπαλείφων: afferente exemplum hoc, ὑποθήγων ἐς τὰ καλὰ ἔργα αὐτούς.

Θηγαλέος, Acutus, in Epigr.

¶ Θηγάνη, ET Θήγανον, Cos, ab acuendo ita dicta. Sophocl. Aiace, σιδηροβρῶτι θηγάνῃ γεννηθείς. VNDE Θηγανάω, Acuo. θηγάνει, ξύνει, Heſych. ET Θηγάνιος, Acutus. (pro quo θηγαλέος, paulo antè) θηγάνιον, ὀξὺ, ἠκονημένον, Heſych.

ΘΗ'ΠΩ, quod hîc ponendum fuit, quære in præcedente pag.

ΘΗ'Ρ, ῆρὸς, ὁ, Fera, Bellua. Hom. Odyſſ.ι, Δείδω μή τί μοι θῆρα πέλωρ καὶ κύρμα γένωμαι. Idem Odyſſ.ω, θῆρας à piſcibus & auibus diſtinguit, ſcribens, Ἤ που ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες, ἢ ἐπὶ χέρσου Θηρσὶ καὶ οἰωνοῖσιν ἕλωρ γένετο. Itidem Heſiodus in Erg. Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς Ἔσθειν ἀλλήλους. Apud Sophoclem in Trach. Accius Ἐρυμάνθιον θῆρα vertit Erymanthiam belluam, vt videbis in meo lex. Cic. pag. 114 & 115. ‖ Θὴρ dicitur etiam peculiariter Leo, κατ᾽ ἐξοχήν. vt Il.ο, v.586, Ἀλλ᾽ ὅγ᾽ ἄρ᾽ ἔτρεσε θηρὶ κακὸν ῥέξαντι ἐοικώς. ‖ Θὴρ, Centaurus. Sophocles tamen iunxit κένταυρος cum θὴρ, pro centauro: in Trach. p. 353. Sic Semifer poetis Lat. vt docebo in Φήρ. Heſych. θῆρας exponit etiam τοὺς σατυρικούς. Cæterùm θὴρ quidam quaſi ρ θὴρ dictũ putarũt: alii παρὰ τὸ θεῖν ῥᾷον. Heſ. poſtquã ſcripſit θὴρ dici de leone, addit ἀπὸ τοῦ θοῶς ὁρμᾶν.

C. Θηράγρα, Ferarum captura, (vt Plin. dicit Piſcium & alituũ captura) Venatus. Item Captura. i. res capta. Poll. θηράγρα, οὐ μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ τὸ θηρώμενον. ET Θηραγρίτης, Venator, in Epig.

C. Θήραρχος, Qui præfectus eſt feris ſeu belluis, Rector ferarum ſeu belluarum. Sed peculiari ſignif. Rector elephantorum, ſeu Qui præeſt elephãtis. ET Θηραρχία, Imperium eius qui præeſt belluis, Imperiũ in belluas. vt apud Terent. in Eunucho, qui præfectus eſt elephãtis, dicitur habere imperium in belluas.

C. Θήραυλος, Syluestris, Ruſticus. Ab Heſychio exponitur ἀγχός τις mendoſè: pro quo reponunt quidam ἀγρότης, fortaſſe tamen neutrum ſcripſit Heſych.

C. Θηροβολεῖν, Feras icere, ſeu ferire. vt faciunt venatores, in Epigr.

C. Θηρόβορος, A feris adeſus, ſeu arroſus. vt θηρόβορον κρέας, Phocyl. Caro quam adederunt feræ, aut potius arroſerunt. poſtquã enim dixit Phocyl. Μηδὲ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας, ſubiungit, ἀργίποσι δὲ λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται. Sed θηρόβορον ſcribo (non θηροβόρον, vt ibi legitur) quũ paſſiuè accipiatur. At in v.l. habetur Θηρομόβορον, duplici errore: quum hoc nomen ne ingredi quidem poſſit verſum.

C. Θηρόβοτος, ου, ὁ & ἡ, A feris depaſtus. in Epigr.

C. Θηρόβρωτος, ὁ & ἡ, A feris voratus.

C. Θηρεύτειραι, Venatores. θηρευταί, Heſych. Eſſe autem puto illud ex θὴρ & θύρα, eo modo quo ὀρνιθοθῆραι, & alia.

C. Θηροκτόνος, vide paulo pòſt in Θηροφόνος.

C. Θηρολέτης, Ferarum perditor, Ferarum occiſor. Ex quo intelligitur Venator, κυνηγός, Heſych.

C. Θηρονόμος, Feras paſcens. vt δρυμὸς θηρονόμος.

C. Θηροσκόπος, Feras obſeruans, Feris inſidians.

C. Θηροτρόφος, Feras nutriens, Feras alens.

C. Θηροφόνος, ου, ὁ & ἡ, Ferarum occiſor, Qui vel quæ ferarum cæde gaudet. Vnde Artemidis eſt epithetum. Item θηροφόνον peculiari ſignificatione, Aconitum, ab occidendis feris. v.l. ex Dioſcoride & Plutarcho. ET Θηροκτόνος, quo nomine Heſych. illud θηροφόνος exponit, nimirum idem ſignificante.

Θηροσιών, Venatio. θηροσιῶνας κυνηγίας, Heſych.

C. Ἄθηρος, Carens feris, ſeu belluis. vt ἄθηρος χώρα, Plut.

C. Ἔνθηρος, Feras habens. vt ἔνθηρος δρυμὸς, Saltus feras habens, In quo ſunt feræ. Ex Euripide affertur pro Sylua feris abundans.

C. Μιξόθηρ, Semifer. Ad verbum ſonat, Feræ permixtus, vt μιξόθηρ ἀνθρώπων in Epigramm. dicitur Minotaurus. Vide Φήρ.

C. Πάνθηρ, ηρος, ὁ, Panthera. qui Lat. nominatiuus ex accuſ. Græco factus eſt, mutato etiam genere maſc. in fœm. X. Cyn. λέοντες δὲ, παρδάλεις, λύγκες, πάνθηρες, ἄρκτοι, & ἄλλα ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα θηρία. Exiſtimo autem nomen hoc accepiſſe ferã iſtã ex verſicoloribus maculis, tanquã hæ cæterarũ omnium colores imitentur. Huc certè facit quod ſcribit Plin. l.8, c.17, Pãthera & tigris macularũ

varietate, propè solæ bestiarum spectantur: cæteris vnus ac suus cuiusque generis color est.

Θήρειος, ου, ὁ & ἡ, Ferinus, Belluinus, vt θήρειος βία apud Sophocl. in Trachiniis. qui tamen (vt opinor) θήρειον βίαν periphrasticè appellat quem alibi θῆρα κένταυρον. Et θήρεια κρέα, Xenoph. Pæd. 1, p. 6, Ferinæ carnes, quibus opponit τὰ ἥμερα. AT Θήρειος αὐλὸς, Poll. Tibia quædam qua vtebantur Thebani, ἐκ νεβροῦ κώλων εἴργασμένος. Vide Poll. lib. 4, cap. 10. Nisi fortè θήρειος cum ει sibi legendum est.

Θηρεύω, Feras venor. Odyss. τ, Σὺς μιν θηρεύοντ' ἔλασεν σῦς λευκῷ ὀδόντι. vbi sine adiectione ponitur. Sic & ab Aristotele, de araneis scribente, ἐργάζεσθαι μὲν τὴν θήλειαν, θηρεύειν δὲ τὸν ἄρρενα. Pro quibus Plinius, Fœminam putant esse quæ texat, marem qui venetur. Itidem à Plutarcho ponitur participium θηρεύοντες sine adiectione, pro θηρευταὶ, in libro De discern. adul. Sæpius accusat. suum habet: vt apud eũdem in Alex. παίζων ἀλώπεκας ἐθήρευε καὶ ὄρνιθας. Pass. Θηρεύομαι, A venatore indagor, aut Captor. Item Capior à venatore (addo autem A venatore ad exprimendam vim huius verbi.) Athenæus lib. 4, ὥστε τὸ θηρευθὲν εὐθέως ἀποτρέχειν ἅπαντας. Et lib. 5, κωνηγεῖ ἐμὲ ὁ καλὸς Σωκράτης, οὐχ αὐτὸς θηρεύεται. Ponitur & in actiua significatione, vt apud Aristotelem, qui de vespis loquens lib. 9, De hist. animal. θηρεύονται & θηρεύουσι pro eodem dixit. ‖ Frequentissimus verò est huius verbi vsus & per metaphoram, sicut Latini verbi Venor. vt θηρεύειν ἡδονὰς τὰς ἐκ δόξης apud Isocratē, Venari voluptates laudabiles, vel Consectari. Sic θηρεύειν ἀρετὴν, Eurip. Et θηρεύειν τὸ κέρδος, Venari lucrum, seu Captare lucrum. Sic ὀνόματα θηρεύων apud Plat. in Gorg. Bud. vertit Captans. Apud Xenoph. verò in Œcon. αὔρας θηρεύων μαλακάς, idem reddit Captans, Aucupans. Ex Euripide autem θηρεύειν ἀρετὴν pro Venari virtutē, Virtutem consectari. ‖ Item cum accus. personæ, vt apud Luc. de Vulcano Martem ac Venerem captāte, ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα εἰδὼς, ἐθήρευεν αὐτούς. id est Captabat, inquit Bud. Ego existimo posse etiam verti Insidiabatur eis. sicut & venatores feris insidiari dicuntur. ‖ Itidē vocem passiuam Θηρεύομαι, Bud. exponit Capto, Excipio, in hoc Plat. loco, De republica 7, καὶ παραβάλλοντες τὰ ὦτα, ὡς ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι. Sic autem θηρεύομαι in propria etiam signif. accipi actiuè, dictum modò fuit.

HINC Θήρευμα, Quod venādo capitur, Captura. Affertur tamen ex Platone De legib. pro Venatus. ET Θήρευσις, Venatio, Ipsa venandi actio. ET Θηρεύσιμος, Qui venatu capi potest. q. d. Venabilis. Exponitur tamen in vulg. lex. Ad venandum aptus, Venandi vim habens. ET Θηρευτός eadem significatione, videlicet pro Venabilis, si ita loqui liceat. AT Θηρευτής, AC Θηρευτήρ, ῆρος, ὁ, Venator. Dicuntur autem non solùm ἄνδρες θηρευταὶ ab Homero (sicut & ab Hesiodo) verumetiam κύνες θηρευταὶ, qui Lat. Canes venatici (At θηρευτὴς πέρδιξ Aristoteli est qui à Plinio vocatur Perdix aucupis index.) QVI Θηρευτικοὶ in prosa vocantur, cum ab aliis, tum à Xenophonte. Et fœm. θηρευτικαὶ κύνες, ab Aristophane. Dicitur verò & θηρευτικὸς βίος, Venatoria vita. Item θηρευτικὴ (sub. τέχνη) Venandi scientia, apud Aristotelem Polit. 1. Redditur & Venatio, Venatus. COMPOS. Ἀθήρευτος, A venatore seu venatoribus non indagatus, vel A venatore non captus. Xen. Pæd. 1, ἀκούων ἐν τοῖς μεθορίοις πολλὰ θηρία εἶναι ἀθήρευτα διὰ τὸν πόλεμον. vbi exponitur, Multas feras a quarum venatione cessatum esset. ET Συνθηρευτής, q. d. Conuenator, Venationis socius. ITEM verb. comp. Ἐκθηρεύω, pro θηρεύω, Venor. ET Φιλοθηρία, Amor venationis, Venandi studium. Cæterùm hoc verbum θηρεύω Eust. à θηράω deduci ait, vel potius ab inusitato verbo (quod ille ἄρρητον appellat) θηρέω, sicut χεύω fit à χέω, & ζητεύω à ζητέω. in quo certè ei subscribo.

Θήρα, Venatio, Venatus, Indagatio quæ fit à venatore. Odyss. τ, v. 426, Βὰν ῥ' ἴμεν ἐς θήρην ἠμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτοὶ Υἱέες Αὐτολύκου. (quod Virgilius dicit Venatum ire.) Sic Xenophon, ἐξιέναι ἐπὶ θήραν: item ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, & ἐκπέμπειν ἐπὶ θήραν. Apud eundē θήρας ποιεῖν exponitur Venationem exercere: à Gaza autem apud Aristot. Capturā exercere. Quod autē dicit Aristot. & alii ἀπὸ θήρας ζῆν, Latini itidem (sed sine præpos.) Venatu viuere, Venatu ali. ‖ Interdū verò metaph. vt Soph. in Aiace, p. 34, —ὁ κείνων θήραν ἔχων, Hostes venans, Hostes vestigās. vt sit θήραν ἔχων ὁ κείνων, pro θηρευόμενος ὁ ἐχθρούς. Possumus autem (opinor) & Persequens hostes, reddere: quũ & venatores persequi feras dicātur, vt alibi docui. Gaudet autē Soph. hoc genere metaphoræ, qua & initio illius trag. vsus est. Admonet tamen schol. pro θήραν ἔχων legi etiam φρουρὰν ἔχων. Vsus est metaph. & Plutar. in Alcib. μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων.

Θήρα ponitur & pro præda venatu capta. qua itidem in signif. inuenio apud Liuium nomen Venatio.

Δύσθηρος, ου, ὁ & ἡ, Infelix in venatu, seu in venādo. Cui nō succedit venatio. CONTR. Εὔθηρος, Felix in venatu. Et εὔθηρος ἄγρα, in Epigr. Præda ex felici venatu proueniēs.

C. Παίθηρον δίκτυον, Rete ad capiendas omnis generis feras. sicut πάναγρον dicitur quasi πᾶσαν ἄγραν ἀγρεῦον, vel πρὸς πᾶσαν ἄγραν ἐπιτήδειον. Et παίθηρον δάπεδον apud Aristophanē pro παντοδαπῶν θηρίων δεκτικόν. Apud Suidā (inquit Bud.) legitur πάνθηρα, sed non expositum. fortasse autem illud est quod Panthera dicitur ab Vlpiano, tit. De act. empt. & vend. L. Emptorem, in fine. Nisi potius πανθηρία scribēdum est apud Suidam, & panthēriam apud Vlp. Hæc Bud. Vulgo tamen recepta est illa scriptura apud Vlp. legitur enim ibi, Veluti quum futurum iactum retis emimus à piscatore, aut indaginem, plagis positis, à venatore, vel pantherā ab aucupe. Vbi exponitur Totam capturam.

C. Σύνθηρος, ου, ὁ & ἡ, Venationis socius. Xen. οἶμαί σοι ἐπιτήδειον εἶναί με σύνθηρον τῶν ἀγαθῶν φίλων, id est Commodū tibi ad venandos amicos fore socium, seu Socium venationis amicorum.

Θηράω, ῶ, Venor. Xen. Pæd. 1, διὰ τοῦτο δὲ δημοσίᾳ τὸ θηρᾶν ἐπιμέλονται. ‖ Frequentius metaph. vt Lat. Venor, & vt synonymum huic θηρεύω. itidemque redditur sæpe Capto. vt apud Luc. ἐθήρων αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐκπετάσας. At verò θηρᾶν τοὺς ἀνθρώπους à Xen. dicitur & alio modo, videlicet λόγοις καὶ ἔργοις. Ab eodē θηρᾶν ὄλβον ponitur pro Capere tanquam venando, seu venatu, p. 58. Sciēdū est autē θηράομαι quoque actiuè interdum sumi. Isocr. in Helene, θηρώμενος τὰς τοιαύτας χάριτας. id est Captans, Bud. Synes. διὰ πάσης ἐλθεῖν βασάνου, ματεύοντα καὶ θηρώμενον τὴν ἀλήθειαν, Indagantem, inquirentem. Apud Sophoclem autem initio Aiacis, cum infinitiuo, Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον. vbi exponitur Conantem. ‖ At verbo θηράομαι pass. signif. vtitur & Xen. Apomn. lib. 1, p. 416, Ἀλκιβιάδης διὰ κάλλος ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος. vbi metaphor. etiam capitur, redditurque Captatus, item Illectus. sed prius illud malim. Item θηραθεὶς, pro Captus, i. persuasus. Laert. in Pol. ἀκούων δὲ τὸ μειράκιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη. i. Disputatione philosophi captus est, vt vertit B. Ego autē malim hic Illectus est. Idem ibidem, διὸ καὶ θηραθῆναι Κράτητα ὑπ' αὐτοῦ.

HINC Θήραμα, Captura, Quod venando capitur. Vnde exponitur etiam Præda. Plut. De prud. anim, ὡς ἑαυτοῦ ποιούμενος ἄγραν καὶ θήραμα τὸν ἱερόσυλον. ET Θηράσιμος, Qui venatu capi potest, &c. Vide Θηρεύσιμος. ET Θηρατής, Venator. Sæpe metaph. Indagator, Sectator, vt Budæus exponit apud Laertium in Pyth. δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, & τῆς ἀληθείας θηρατάς. ET Θηρατικός, Venatorius, Ad venationē pertinens. vt θηρατικὰ σημεῖα apud Plut. de canibus. Eidē θηρατικὸς est Venationis studiosus. Item τὰ θηρατικά, Venandi ars. X. AT Θήρατρον, (q. d. Venandi instrumentum,) Id quo capimus quæ venamur. Lat. Laqueus, Pedica, Plaga, Rete. Xen. οἱ δ' ὄρτυγες καὶ οἱ πέρδικες πρὸς τὴν τῆς θηλείας φωνὴν φερόμενοι, τοῖς θηράτροις ἐμπίπτουσι. Et metaph. (sicut Lat. Laqueus, &c.) vt quum dicit meretrix quædam apud eundem Xenoph. καὶ ἐμοὶ συμβουλεύοις ὑφίστασθαι θήρατρα. Theodor. lib. 3 Eccl. hist. de Iuliano loquens, πάγας κατασκευάζων καὶ θήρατρα, πρὸς τὸν τῆς ἀσεβείας ὄλε-

θηρῶν τοῖς ἐξαπατῶσιν ἀδήλως ἀγρεύοντα. COMP. Δυσθήρατος ET Εὐθήρατος. Est autem δυσθήρατος, Qui non facilè capi potest venatione seu venando, Cuius difficilis est venatus, seu captura. Et generaliter etiam, Difficilis captu, seu indagatu. vt Plut. καὶ γὰρ ἄλλως ἱστορία Μακεδόνων δυσθήρατος οὖσα. Et metaph. Cuius est difficilis indagatio, seu peruestigatio, aut inquisitio. ita enim interpretor apud Plut. in Pericle, quum dicit δυσθήρατον εἶναι ἱστορίᾳ τἀληθές. Item Difficilis intellectu: vt B. vertit in hoc Bas. loco, de parab. Solomonis, δυσθήρατος τῆς λέξεως ταύτης ὁ νοῦς. HVIC cōtr. Εὐθήρατος, Qui facilè capi potest venādo &c.

AT Θηρευτήρ, ῆρος, ὁ, ET Θηρήτωρ, ορος, ὁ, poet. Venator. Il. ι, Ἐσθλὸν θηρητῆρα. δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ Βάλλειν &c. Et ἄνδρες θηρητῆρες apud eundem. Et Iliad. ι, Πολλέων ἐκ πολίων θηρήτορας ἀνέρας ἀγείρας Καὶ κύνας. ITEM Θήρημα (quod hæc præcedere debet) in v.l. idem quod θήραμα.

¶Θηρίον, ου, τὸ, Fera, Bellua: (vtroque n. modo Cic. interpr. vt videre est in lex. Cic.) idē quod θήρ, sed hoc poetis est potius peculiare, illud cōmune poetis cū cæteris scriptoribus. Hom. Od. κ, v. 171, de ceruo, μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν. Callim. hymno in Dianā, Αἱ δέ κ' ἐγὼ τόξοις μονιὸν δάκος ἤ τι πέλωρον Θηρίον ἀγρεύσω, τὸ δέ κεν κύκλωπες ἐδοῖεν. Idem circa init. eiusdē hymni, -ἐπὶ ἄγρια θηρία καίνω. X. Pæd. 1. ἀκούων αὐτοῦ ἐν ταῖς μαθήσεσι ταῖς τι αὐτοῦ καὶ τοῖς Μήδων πολλὰ θηρία εἶναι, ἃ ἐπὶ ἀθήρευτα διὰ τὸν πόλεμον. Idem θηρία quorū venatio periculosa sit, enumerat, vrsos, leones, apros, pardales: vt contrà ceruos & dorcadas & asinos syluestres, θηρία esse dicit quæ venari sine periculo possumus. Interdū θηρία cum adiectione, vt ἄγρια θηρία, X. Pæd. 1. Et θηρία αἰχμάλωτα καὶ πολλῆς ὠμότητος μεστά, Isocr. Callim. itidē ἄγρια θηρία in loco quē modò protuli. Et θηρία ἀνθρωποφάγα, Plut. & θηρία φθειροφάγα, Paus. Item θηρία ὑπεράγοντα τοῖς μεγέθεσι, Athen. Sed vt θὴρ pro leone κατ' ἐξοχὴν accipi, admonui ātea, sic θηρία interdū de elepantis dici Suid. annotat Polyb. θηρία μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν. Idē verò annotatur & de Lat. Bellua. In hoc tamen qui ex Terēt. affertur loco, Eóne es ferox, quia habes imperiū in belluas? animaduertendum factam fuisse iam elephantorum mentionem. |Latius tamen patere θηρίον appellationem sciendum est, adeo vt Ælian. ἀράχνην etiā, i. araneum, θηρίον appellet: quidam verò & τὸν ἵππον inter θηρία enumerarunt. Ideóque suspectus esse non debuit Marcello Diosc. loc⁹ vbi θηρία lumbricos appellat (quod quidam Animalia ventris interpr.) quos ipsum etiam Hippocr. θηρία appellasse testatur Gal. Apud medicos verò peculiariter θηρία dicuntur bestiæ venenatæ, quæ ictu morsuve venenum relinquunt. Vnde quod Diosc. de vitice dicit, καὶ τὰ φύλλα ὑποθυμιώμενά τε καὶ ὑποστρωννύμενα, θηρία διώκει, Plin. vertit, Suffitu quoq; aut substratu fugant venenata. Dicitur certè & de aquatilibus. vnde apud Plut. θηρία ἐνάλιά τε καὶ πεζά. Et quidā comicus apud Athen. negat vlla θηρία infeliciora esse q̃ pisces. Sic apud Aristot. ἔξω γὰρ φαλαίνης καὶ δελφῖνος οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ πόντῳ θηρίον. Pro quo Plin. In Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica præter vitulos & paruos delphinos. Quod itē apud eundem Aristot. est de delphinibus defunctum portantibus, ὥστε μὴ καταβρωθῆναι ὑπό τινος τῶν ἄλλων θηρίων, Plin. interpr. Ne laceraretur à belluis.

Θηρίον Hippocrati non solùm Lumbricus, sed etiam hulcus ἄγριον, teste Gal. Vide Θηρίωμα.

C. Θηριόδηγμα, ατος, τὸ, Morsus à fera illatus: peculiariter verò Morsus serpentis, apud Diosc. l. 2. ET Θηριόδηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A fera seu bellua morsus: peculiariter autem Morsus à serpente, aut animali venenato. Diosc. De anchusa, δύναμις δὲ αὐτῆς καὶ θηριοδήκτοις βοηθεῖν. μάλιστα δὲ ἐχιοδήκτοις. De qua Plin. Efficax contra serpentes, maximéq; viperas. Marcellus apud Diosc. inconstanter Plinium vertisse scribit θηριόδηκτα, nunc bestiarū morsus, nunc vulnera: & θηριόδηκτος reddendum esse A serpentibus morsus, vel A venenatis morsus.

C. Θηριομάχος, ου, ὁ, Qui cum feris seu belluis pugnat, Ferarū oppugnator. Luc. Lex. καὶ τὸν μέγαν θηριομάχον Ἡρακλέα. A Bas. θηριομάχοι etiā venatores (vt Bud. scribit) numerantur inter theatricos. VNDE Θηριομαχῶ, ῶ, Cum belluis depugno.

C. Θηριοταράκη, ης, ἡ, dicitur frutex quidam foliis subherbaceis, flore roseo: sic dictus q̃ serpentibus admotus torporem inferat. Gorr. Hanc Plinius cuicunque admotā feræ torporem afferre scribit.

C. Θηριότροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui belluis vescitur: peculiariter verò Qui serpentibus vescitur. Gal. l. 2 ad Glauc. θηριότροφοι Μαρσοὶ καὶ ἀσπιδότροφοι. AT θηριοτρόφος cū accētu in penultima, Qui belluas alit. VNDE Θηριοτροφεῖον, ου, τὸ, Locus vbi belluæ alūtur, Leporariū, hoc est (vt Varro apud Gell. exp.) Omne septum ædificium villæ habentis inclusa animalia quæ pascuntur. Recentiores Viuarium, item Roborarium appellarunt: vt idem Gell. docet. Varro l. 3. c. 13, Nā sylua erat supra quinquaginta iugerum maceria septa. quod non leporarium, sed θηριοτροφεῖον appellabat.

C. Θηριάλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A bellua captus.

C. Θηριοφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Belluas occidēs. Et θηριοφόνον dictū est à quibusdam aconitum, q̃ feras, si ab eis edatur, occidat. Affertur ET θηροφόνον ex Plut.

Θηριακὸς, ή, όν. vt θηριακὸς λόγος apud Diosc. Sermo seu tractat⁹ de feris. peculiariter verò de iis quæ venenū ictu aut morsu relinquūt. Et ἅλες θηριακοὶ apud medicos, Sales ex viperis. Itē θηριακοὶ ἄρτισκοι seu τροχίσκοι, panes seu pastilli ex viperæ carnibus cōfecti ad theriaces præparationē. At θηριακὰ φάρμακα, Medicamenta quæ venenatorū animaliū morsus depellūt: eo ab alexipharmacis differentia, quòd hæc venenis intrò sumptis, illa venenis à morsu animalium intrò subeuntibus medeātur. Et θηριακὴ subaud. ἀντίδοτος, antidotus aduersus venena omnia efficax. Ac quanquam omne quod eā habet facultatē, θηριακὴ vocari possit, (nā & alliū, rusticorū theriacē Galen. appellat) hoc tamē nomē præcipuè obtinuit celeberrimū illud medicamentū ex simplicibus plurimis & viperarū carne cōpositū, valēs ad venena omnis generis, siue morsu siue potu in corpus peruaderent. Gorr. Apud Thasios (vt scribit Plin. lib. 14 cap. 18) vitis etiam vocatur θηριακή, cuius & vinū & vua contra serpentium ictus medetur.

Θηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ferinus, Belluinus. vt θηριώδης ἄνθρωπος apud Aristot. Eth. 7, c. 1. & θηριώδεις φύσεις apud eundem Eth. 7, c. 5. qualis fuit eius mulieris quā τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν dicit: qualis itē barbarorum ἀπηγριωμένων de quibus ibi prolixius loquitur. Apud eundem ibidem, κἂν φοβῆται μῦς, θηριώδη δειλίαν δειλός. Item θηριώδης βίος apud Athen. Et apud Plat. τὸ τῆς ψυχῆς [μέρος] θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, illa pars animi in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, Cic. interpr. Et Θηριῶδες ἀδίκημα in v.l. Ferum facinus. Item θηριώδης παραφροσύνη apud Hippocr. Ferina insania: per quam aliquis discurrit, calcibus dentibúsque petit, & sibi ab omnibus fieri insidias putat: vt Gal. in 2 Prorrhet. annotat: vel (vt paulo pòst explicat) quā ii qui melancholicè insaniunt, in obuios quosque desæuiunt: ita vt hoc nomine vehemēs melancholia significetur. Gorr. Apud eundē Hippocr. (vt Gal. annotat in 2 Comment. in l. 6 Epidem.) per θηριώδεις aliqui intelligunt φθίσιν, quòd qui eo morbo laborāt, propter vnguium curuitatem feris similes esse videantur: alii θηρίωμα, propriè pulmonis hulcus: alii verò (vt priore coment. idē Galen. scripsit) τὰς ἀσκαρίδας καὶ τὰς ἕλμινθας: alii elephātē, alii cancrū: ipse verò πᾶν τὸ κακόηθες, i. malignū, vt annot. Gorr. Apud Diosc. autē l. 2, c. 131, de eruo, σκληρίας μαλάσσει τὰς ἐν μαστοῖς, καὶ θηριώδη καὶ ἄνθρακας, Hermol. vertit Vlcera fera, Marcellus ferina: putās diuersa esse à theriomatis, & inde dicta quoniā asperius sæuiūt. Quò referēdum quod apud Plut. est, φλεγμοναὶ περὶ βαλανεῖα, καὶ νομαὶ σηπεδονώδεις θηριώδεις, καὶ παρωνυχίας κοιμωμένων. At θηριώδη ἤθη apud Aristot. Quæ modum excedūt in vnoquoque vitio, vt B. annotat. Copulantur verò à Xen. κυνικὸν καὶ θηριῶδες, sicut à Plut. αἰσχρὸν καὶ θηριῶδες: itē ἀνήμερον καὶ θηριῶδες, & ἄμικτον καὶ θηριῶδες: qbus opponit ἐκλελυμένον καὶ γυναικοπρεπές. At τὸ θηριῶδες neutraliter & substantiuè pro Feritas. Luc. De salt. ἄγχι τὸ ἄγριον & θηριώδεις προσαγόντων. Plut. Artox. τὸ θηριῶδες αὐτοῦ καὶ δυσμείλικτον. |Θηριώδης, Belluosus, vt θηριώ-

uuu.ii,

ώδης θάλασσα, Belluosum mare, id est Belluis refertū: vt bellnosus Oceanus ab Horatio dicitur. Item in v.l. ἐν θηριώδει, in loco feris frequenti. VNDE Θηριωδῶς, Ferino more, More belluarum. Isocr. θηριωδῶς διακειμένους πρὸς ἀλλήλους. Apud eundem θηριωδῶς ζῆν, sicut apud Plut. ζῆν ἀγρίως καὶ θηριωδῶς. ET Θηριωδία, ας, ἡ, Feritas, idem QVOD θηριότης: quibus Aristot. l.7 Ethic. c.1, opponit τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν τὴν ἡρωϊκὴν καὶ θείαν.

Θηριόω, ῶ, Effero, In ferinā naturam verto. Vnde in pass. θηριοῦσθαι, Efferari, In belluinā naturam abire. Quod verò Crantor dicit, τῷ ἀνωδύνῳ θηριοῦσθαι τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, Cicero vertit Immanitatem in animo, stuporem in corpore contingere: vt videre est in lex. Cic. Item apud medicos τεθηριωμένα ἕλκη, vlcera quæ ad feritatē transierunt, seu ab habitu mitiore ad asperiorem, vt Marcell. interpr. Diosc. l.3, c.11, καὶ τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη καὶ τὰ τεθηριωμένα. ‖ Θηριοῦσθαι apud rei rusticæ scriptores, Bestiolis infestari, Vermiculari, vt B. interpr. quo modo & ζωοῦσθαι dici, suo loco annotatum est. Theophr. de nucleo palmæ & similibus, ἔτι ὑπὸ θηριοῦται καθάπερ τὰ σπέρματα τῶν σπερμάτων, ὑπὸ ἀναξηραίνεται. VNDE Θηρίωμα, ατος, τὸ, Vlceris genus teterrimi, quod idem esse cū carcinomate multorum opinio est. Id Celsus libro 5 prodidit & per se nasci, & interdum vlceri ex alia causa facto superuenire: colore esse vel liuido vel nigro: odore fœdo, multo, & muco simili humore. idipsum vlcus neque tactum, neque medicamentum sentire, prurigine tantùm moueri: at circa, dolorem esse & inflāmationem: interdū etiā febrim oriri: nonnunquā ex vlcere sanguinem erumpere: at id quoque, malum serpere. quæ omnia sæpe intendi, fieriq; ex his vlcus quod ἕρπητα ἐσθιόμενον Græci vocant. Quod & Poll. scribit, αἷμα πολὺ καὶ μέλαν καὶ δυσῶδες ἀφίεται, μετὰ μελανίας τῆς σαρκὸς ἀναδίον. fieri autem in verendis virorum, interdum & in digitis. Gal. verò C.2 in Epidem. l.6, scribit aliquos existimare θηρίωμα propriè dici vlcus quod in pulmone est. In v.l. est τὸ θηρίωμα à Diosc. & Gal. vocari etiam τεθηριωμένον & θηριῶδες ἕλκος. ab Hipp. θηρίον: à Gal. etiā ἄγριον ἕλκος: a Lucr. Vlcus tetrum. ET Θηρίωσις, εως, ἡ, Efferatio, In feram seu belluā mutatio. Luc. Καλλιστοῦς θηρίωσις, quæ à Iunone in vrsa mutata poetarū fabulis traditur.

C. ΑΠΟθηριόω, ῶ, Effero, Efferatū reddo. Cratin. οἵους γὰρ πῶς γέροντας ἀποθηριοῖ ὥσπερ τὰ τῆς Κίρκης φάρμακα. Apud Polyb. pro Ad feritatē & crudelitatē incito. ‖ Pass. est Ἀποθηριόομαι, οῦμαι, Efferor. vnde ἀποτεθηριωμένα ἕλκη.

C. ΕΚθηριόω, Effero, Ex miti natura in belluinam muto.

¶ Θηρίδιον, ου, τὸ, Bestiola. Theophr. φέρει δὲ καὶ χελιδόνια κοῖλα, ἐν οἷς θηρίδια ἐγγίνεται κωνωποειδῆ. Plin. Fert & terebinth⁹ folliculos emittētes quadā animalia ceu culices.

ΦΗΡ, ηρὸς, ὁ. Fera. Æolicè pro θήρ. Apud Hom. autem Il. α, φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, pro Centauris. Vbi tamen quidam φῆρας quasi φυῆρας dici putarunt, id est διφυεῖς. sed θῆρ, & μιξόθηρ (cui respondet Lat. Semifer) & θήρειος βία, de Centauris itidem dicta, commentum illud refellunt. Imitatus autem est Homerum Pindarus in voce φήρ.

ΘΙΓΩ, F. ξω, Tango, Attingo. Mosch. in Idyll. quod inscribitur Amor fug. in fine, Ἢν δὲ λέγῃ, Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα, Μήτι θίγῃς. X. Pæd.6, καὶ θίγειν αὐτῆς τῆς κεφαλῆς. Plut. in Publ. τῆς σπαίρουσι θιγεῖν. Inuenio autē apud eundem scriptorem & pro Attingo: quod etiam Perstringo breuiter dicitur. Itē pro Tango aliquē, i. Taxo. quod & ἅπτομαι. HINC Θίγμα, Quod tangitur. Sed Hesych. θίγματα exponit μιάσματα. ET Θίξις, Tactus. Plut. ET COMP. Ἄθικτος, Intactus. Item Integer, Illibatus. B. ex Plut. cuius est in Numa, πάσης κακίας ἄθικτος βίος, q.d. Vita omni vitio intacta. Et in Pericle, ἄθικτος ὑπὸ τοῦ χρόνου διατηρεῖ τὴν ὄψιν, intactū vetustate & inuiolatum. Sed & Virgo dicitur ἄθικτος, sine adiectione, q.d. Quæ intacta est, vel Ea cuius virginitas est illibata. quorū illud ex Catullo, hoc ex Nas. sumo. ET Ἀθίκτωρ de virgine itidē. Hesych. enim plur. ἀθίκτορας, παρθένους exponit, quē vide. AT VERO Εὔθικτος, nō solùm est Tactu facilis, Qui facilè tangi potest, εὐψηλάφητος (vt Hesych. exp.) sed multo etiam frequentius accipitur metaph. pro Qui scitè tangit, & cauillis vtitur taxantibus. vt B. exponit apud Athen. 243 & 246. Exp. etiam Facet⁹. itē Dicax: quod malo. nam & pro his quæ scribit Polybius de Philippo rege, ἦν γὰρ εὔθικτος καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκὼς, πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους, habet Liuius, fuisse illū dicaciorē. VNDE Εὐθίκτως, Dicaciter. Cæterùm dubitari possit an nō Εὔθηκτος & Εὐθήκτως pro Dicax & Dicaciter potius scribendum sit à θήγω, id est Acuo, quòd dicaces acuto esse ingenio soleāt. ADVERB. autem Ἀκροθιγῶς, signif. Summam partem attingendo, & quasi superficiem, Leuiter attingendo. Dioscorides l.2, cap.105, de cera, χάλας μετρίως εἰς τὸν κηρὸν, ἀκροθιγῶς ἐμβάπτων, Demitte leniter in ceram, summa parte tenus intingens, vel superficie tenus. aut, Leniter intingens. Bud. exponit, Per summū intingens, Suspēsa manu tingens. ‖ Ἅπτεσθαι ἀκροθιγῶς, Attingere leniter, & quod Græco prouerbio dicitur ἅπτεσθαι ἄκρῳ δακτύλῳ, vel ἄκροις δακτύλοις, Attingere summis digitis vel primoribus. Vsurpatur autem metaphoricè vtplurimum hoc loquendi genus: vt & Lat. Leuiter attingere, Degustare. Sic ἀκροθιγῶς διεξέρχεσθαι, apud Eusebium, pro Strictim commemorare siue cursim. Ἀκροθιγῶς σκοπεῖν in Pandect. pro Summam rei cognoscere & æstimare, vt ait Budæus.

C. ΕΠΙθίγω, Attingo. Item pro simplici θίγω, Tango. Xen. Pæd.4, καὶ πυρός γέ τι ἐπιθιγόντα οὐχ ἅλις καίεσθαι.

C. ΠΑΡΑθίγω, Attingo. παραθίγω σου τὴν ἀρετὴν, Virtute te attingo. quæ in v.l. habentur, sed suspecta sunt.

¶ Θιγγάνω, Tango, idem quod θίγω. Item Cōtrecto. Pass. Θιγγάνομαι, Tagor. Aristot. de cerebro, τῷ μηδὲ μίαν ποιεῖν αἴσθησιν θιγγανόμενος. ET Ἐπιθιγγάνω, Attingo, ἐφάπτομαι, Suid. ET Προσθιγγάνω, Attingo, Prehendo, Apprehendo. V.l. ex Bud. epist. AT Ἀκροθιγγάνω, Summa parte attingo, apud Hesych. qui hoc verbo exponit τὸ ἀκροθινιάζω. Sed fortasse verbū est ab eo fictū, (vt alia multa) de ἀκροθιγγάνω loquor. ITEM Ἀθιγγανος, q.d. Abhorrēs à tangēdo, seu alienus. id enim propriè sonare debet hoc nomen, meo iudicio. At Etymol. licet fateatur deduci à θίγω (pro quo debuit poti⁹ θιγγάνω dicere) exponit tamē ὁ μὴ θέλων τινὶ προσεγγίσαι, id est Qui recusat cuiquā appropinquare, seu prope quēquam accedere. Et subiungit, οἱ γὰρ τὴν αἵρεσιν ταύτην ἔχοντες, μηδὲν παρ' ἄλλου λαμβάνουσι. i. qui enim huius sunt sectæ, nihil ab alio accipiūt. Quæ nec deductioni illi, nec sibi cōsentanea sunt.

ΘΙΝ, AVT Θὶς, ινὸς, ὁ, siue ἡ, Aceruus, Cumulus, Agger. Odyss. μ, v.45, πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς Ἀνδρῶν πυθομένων, id ἐστὶν θὶν. pro quo in prosa diceretur potius ὀστέων σωρός. Sic autem θὶν ψάμμου aut ἄμμου, cumulus arenæ. item θὶν aliarum etiam rerum, pro cumulo itidē. Herodot. θῖνες τῆς ψάμμου. Plutar. in Fabio, καὶ θῖνας ἄμμου βαθείας ἔχει. Apud eūdem in Artox. γῆς θῖνα πολλὴν φέρουσαν θέντας. Sed θὶν interdū sine adiectione quoque est Cumulus arenæ. atque ita vsum Paus. comperio in Eliacis, p.118. Itidem verò Hieronymus θῖνας ait esse cumulos arenarum in litoribus, seu in ripis.

Θὶν, Litus. frequens apud Hom. sed addito genitiuo θαλάσσης vel ἁλὸς, id est maris. Iliad. α, v. 34, Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. Et Il. λ, v.611 Στάς τι τῷ πολλὰ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο. Hos autē gen. vacare quidā putat. Eust. tamē dicit poni ad differentiā cum aliarum θινῶν, tum verò τῶν κατὰ ἄμμους κειμένων ἐν μεσογαίοις. Idem θὶν hac in signif. vult à VERBO Θείνω deriuari, quod signif. Ferio, Percutio. vt Iliad. ρ, Πολλὰ μὲν δὴ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θείνων. Et κλύζων θεινομένας πόλεις, Eurip. itē θείνεσθαι, Verberari, Vapulare. vt Il. α, — ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι θεινομένην. At ego crediderim potius θὶν pro litore non aliunde deriuari quàm quum alteram signif. habet: sed ideo pro litore accipi quòd in eo arenæ cumulus esse soleat. Cæterùm errare grāmaticos, in v.l. tradentes θὶν pro litore quidem esse fœm. at in altera significatione esse mascul. ex iis quæ paulo antè protuli exēplis satis apparet. Sed & θῖνα quod à Pausan. sine adiectione poni dixi, itidē fœm. esse, admoneo. Hoc præterea sciendum est, pro θημὼν, quod itidem cumulum significat, legi & θιμὼν cum ι, apud Philonem.

Ἀποθινόω, Cumulo, seu Aggere obstruo, Exaggero. vnde ἀποθινούμενον apud Polybium, Aggere obstructum, Exaggeratum. Bud.

ἈΚΡΟΘΙ΄ΝΙΟΝ, ου, τὸ, & frequentius in plurali ἀκροθίνια, Primitiæ, ex ἄκρος, & θὶν, θινὸς, id est aceruus: vt sint ἀκροθίνια quasi τὰ ἄκρα θινὸς, id est Summitates aceruí: ꝙ videlicet primitiæ ex summo aceruo siue sũmitate aceruí excerpi soleãt. Ponit tamẽ & alias etymologias Suidas, & post eum Eustath. sed futiles, meo quidẽ iudicio. Constat autem ἀκροθίνια esse primitias frugum. nam & θῖνα volunt quidam propriè frumenti aceruũ appellari. |Capitur verò & pro primitiis manubiarum, quæ diis offeruntur. Herodot. lib. 1, εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα κατανιεῖν θεῶν ὅτεῳ δή. Idem lib. 8, πρῶτα μέν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια ἄλλα τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας. Ibidem paulo pòst, μετὰ δὲ τοῦτο διεδάσαντο τὴν ληΐην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἔπεμψαν ἐς Δελφούς. Vbi nota ἀκροθίνια esse ἐκ τῆς ληΐης (Ionicè pro λείας) vnde & ἀκρόλεια alio nomine dicantur. Vsus est autem Xenophon eodem loquendi genere quo Herodotus, videlicet, ἀκροθίνια ἐξελεῖν: Pædiæ 7, ὡς δορυαλώτων τῆς πόλεως οὔσης, ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς καὶ τεμένη ἐκέλευσαν ἐξελεῖν. Vtque apud Herodotum, sic & apud Thucydidem ἀκροθίνια Delphos mittuntur: libro 1, ἐπὶ τὸν τρίποδα ποτὲ τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν &c. Sic & apud Euripidem in Phœnissis, Φοίβῳ μ' ἔπεμψαν ἐνθάδ' ἀκροθίνιον. Apud Plutarchum item, ἀκροθίνιον τῆς νίκης, primitiæ victoriæ. id est manubiarum ex victoria reportatarum. |At verò D. Paulus, aut quisquis est autor epistolæ ad Hebræos, ἀκροθίνια non pro manubiarum primitiis, sed pro ipsis manubiis vsurpauit, capite 7, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων, cui etiam decimas Abraham dedit ex manubiis.

Ἀκροθινιάζω, Summam partem attingo, Primitias offero, vel Aliquid pro primitiis offero. Hesychio Ἀκροθινιάζειν, est ἀκροθιγγάνειν καὶ ἀπαρχέσθαι. Euripidẽ ἀκροθινιαζόμενος dixisse (quod est ab Ἀκροθινιάζομαι) testatur Iul. Pollux.

ΘΛΑ΄Ω, ῶ, Contundo, Elido, Collido, Conquasso. Odyss. σ, — ἰσία δ' εἴσω Ἔθλασεν. Idem Il. μ, Θλάσσε δ' ἐτρυφάλειαν κοιλήν σὺν δ' ὀστέ' ἄραξε. Hesiodus autem θλάσαι à ῥῆξαι distinxit in Aspide, οὔτ' ἔρρηξε θαλὸν, οὔτ' ἔθλασε. Sic Paulus Ægineta θλᾶσθαι à κατάγνυσθαι scribens, τῆς ῥινὸς τὸ μὲν κάτω μέρος, χονδρῶδες ὂν, οὐ κατάγνυται, ἀλλὰ θλᾶται, καὶ διαστρέφεται καὶ σιμοῦται. Hermolaus τεθλασμένος vertit alicubi Fressus. Dicitur etiam θλασθῆναι peculiari significatione is cui testiculi sunt contusi, seu elisi. Alexand. Aphrodiseus, ἀρχεπλανήθησαν, ἢ ἐθλάσθησαν. Vide Θλασίας seu Θλαδίας. Sũt autem qui verbum hoc θλάω, (sicut κλάω, aliáque multa) fictitium esse velint à sono.

Θλάσμα, ατος, τὸ, Contusio, Collisio. θλάσματα δακτυλίου apud Dioscoridem vertit Marc. Sedis contusiones: alii Attritus sedis. |Θλάσμα (inquit Gorræus) dicitur propriè soluta in carne & musculo continuitas, quum graue & durum aliquid deciderit in corpus. id enim carnem abrumpit & atterit. Quanquam & in osse videtur aliquando euenire, sed in pueris maximé. oportet enim in se cogi id os quod colliditur, atque ita molle euadere vt perfectè durum non sit. Paulus Ægineta, πρὸς τὰ περὶ τοῖς ἄρθροις ῥεύματα καὶ θλάσματα, ἔρια οἰσυπηρὰ καὶ σπόγγος ἐξ ἐλαίου βρεχόμενος. ET COMPOS. Σαρκοθλάσματα apud eundem, Carnis contusiones, σαρκὸς θλασθείσης ὑπό τινος βαρέος ἐμπεσόντος. &c.

Θλάσις, Contusio. vt θλάσις τῶν ὤτων, Dioscor. |Θλάσις numeratur etiam inter fracturæ cranii differentias: licet fractura cranii non sit, nec fractura quidem simpliciter, sed ossis caluariæ in anteriorem partem impulsio & veluti inflexio, cauitatem tantùm non etiam vnitatis solutionem in caluaria efficiẽs, vt licet in plũbeis & æneis vasis videre, si foris illidantur. Hæc Gorr. & Marcell. Virg.

Θλαστὸς, Contusus. vt θλασταὶ ἐλαῖαι apud Athen. & Poll. de quibus Plin. l. 15, Franguntur eædem herbarúmque viridium sapore commendantur.

Θλαστικὸς, Contundendi seu collidendi vim habens.

C. Ἐμβρυοθλάστης vide in Ἔμβρυον.

Θλαδίας, ου, ὁ, Cui contusi sunt seu elisi testiculi. Ab Hesychio & Suida exponitur Eunuchus. Sed intelligitur hoc nomine propriè Eunuchus factus κατὰ θλάσιν, id est per compressionem, ad hũc modum: Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ solium collocantur: deinde vbi eorum corpora eo solio fuerint relaxata, digitis testiculi comprimuntur, vsquedum aboleantur & euanescant, ac dissoluti non amplius ad tactum sublabantur. G. ex Paulo Æg. lib. 6. SED Θλασίας etiam scribitur, quum tamen θλαδίας magis recepta sit scriptura, & Eustath. tradat fieri à θλάζω (deriuato à θλῶ) mutato ζ in δ. AT comp. Σπαδοθλαδίας vide in Οὖς.

ΘΛΙ΄ΒΩ, Fut. ψω, Premo. vt calceus à Philostrato dicitur θλίβειν pedem. Et vuæ dicuntur θλίβεσθαι apud Hesychiũ. (quod tamen exponit πατεῖσθαι.) Et θλίβειν χείλεα, Theocr. Premere labra osculando. Item Comprimo. Et Stringo, Constringo. vnde τεθλιμμένη ὁδὸς, Matthæi c. 7, Stricta via. |Signif. etiam Elido, à qua significatione est θλιβίας, de quo infrà. |Item metaphoricè, vt Lat. Premo. Qua in significatione ponitur & θλιβόμενος ab Aristoph. Itẽ Affligo, Afflicto. qua in signif. in noui Test. libris aliquoties legitur, ac præsertim verbale Θλίψις.

Θλίμμα, vide in Ἀπόθλιμμα.

Θλίψις, Compressio. Sed frequentius Afflictio, & quidem potissimùm in Testamenti noui libris, & apud Ecclesiasticos scriptores: non quidem accipiendo nomen Afflictio pro ipsa affligendi actione, sed pro angustiis in quas redigitur is qui affligitur, seu pro illa anxietate qua premitur, aut denique generalius pro malo illo quod patitur. Quidam θλίψιν putarunt magis Latinè reddi Oppressio: quum verbum Affligere amplius aliquid significat quàm θλίβειν. Act. Apost. c. 14, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Et c. 20, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. vbi Vet. interpres suo more Tribulationes vertit.

Θλιβίας, Eunuchus, sed is eunuchus cui elisi sunt testiculi. qui videlicet alio nomine θλαδίας, de quo suprá. Θλιβίας (inquit Hesych.) θλαδίας σπάδων.

C. ἈΝΑθλίβω, Exprimo. Item Elido. in Epigr. v. l.

C. ἈΝΤΙθλίβω, Vicissim premo, vel Contrà premo. In v. l. malè exponitur Reprimo.

C. ἈΠΟθλίβω, Exprimo. Item Elido. Luc. ῥᾷον μετὰ τῆς οἰκίας ἀποθλίψαι χόρτον. Hinc ἀπόθλιμμα & ἀπόθλιψις. |Capitur & pro Affligo vehementer. quum & θλίβω simplex capiatur pro Affligo.

Ἀπόθλιμμα, ατος, τὸ, Succus expressus. Sic dicitur vt πίεσμα, vel ἀποπίεσμα. ET Θλίμμα, pro eodem.

Ἀπόθλιψις, εως, ἡ, Elisio, Expressio. Apud Lucianum litera σίγμα de litera ταῦ loquens, ita inquit, δέος δὲ οὐ μικρὸν περὶ τῆς ἀποθλίψεως ἐπέρχεταί μοι τῆς ἐμαυτοῦ. τοῖς γὰρ προσγεγενημένοις ἀεὶ τὸ μεῖζον προστιθεῖν, ῥᾷον μετὰ τῆς οἰκίας ἀποθλίψει χόρτον. |Est etiam Afflictio. Calamitas.

C. ἘΚθλίβω, Exprimo, Extundo. Item Elido. vnde ἐκτεθλιμμένος apud Græcos Bibl. interpretes, Qui elisis est testiculis: is videlicet qui & θλιβίας, de quo suprá. HINC Ἔκθλιψις, Elisio. |Et figura qua eliditur litera aliqua, aut literæ aliquæ elidũtur: vt quum σκῆπτον dicitur pro σκῆπτρον, abiecta & tanquam elisa litera ρ. item quum dicitur βούλομ' ἐγὼ pro βούλομαι ἐγώ. De hac lege Eustathium.

C. ΣΥΝθλίβω, Comprimo. Plutarch. De primo frig. ὥστε συνθλίβειν τὰ πλοῖα τὸ ὕδωρ ἀποβιαζόμενον εἰς ἑαυτὸ, καὶ συνθλιβόμενον. id est (Turn. interpr.) Vt aqua contracta in se atque compressa naues elidat.

ΘΡΑΥ΄Ω, Frango. Item Frio. Polybius, ὥστε μὴ προτιθέμενον τὸ σίδηρον ἐν ταῖς χρείαις ἀποχαλασθῆναι, ἢ θραύεσθαι. Autor libri qui Demetrio Phalereo adscribitur, dicit Hipponactem θραῦσαι τὸ μέτρον καὶ ποιῆσαι χωλόν. |Plut. in Alcibiade dixit metaph. θραῦσαι τὴν Ἀθηναίων δύναμιν, vt Lat. Frangere potentiam, Frangere vires. Herodianus autem dixit θραῦσαι τὴν ἐλπίδα, id est, ad verbum, Frangere spem. Ego ex Cicerone reddiderim, Debilitare spem: sicut ἐπιρρῶσαι τὴν ἐλπίδα (quod Herodianus illi θραῦσαι opponit) ex eodem, Spem confirmare. At verò θραυόμενος τὸν λογισμὸν apud Plutarch.

(cui opponit itidem ἐῤῥωμένος) reddi potest ad verbum Animo fractus. Idem, ἦν μὲν οὖν ὅ,τι ἐτέθραυστο τῆς τόλμης τοῦ Ἀγησιλάου, Aliquid audaciæ fractum erat, seu potius, Audacia ex aliqua parte fracta erat. In vulg. lexicis, ex Græcis Bibl. interpr. libro 1 Reg. cap. 20, ἐθραύσθη ἐπὶ τῷ Δαβίδ, pro Contristatus est super Dauid. ‖Θραύω exponitur & Cótero, Frio: qua in significatione Θραυστὸς, Friabilis. Cæterùm à θλάω deducit Eustath. hoc θραύω, mutato λ in ρ, vt ex θλάω formetur θλαύω, ex quo factum sit θραύω.

Θραῦσμα, Fragmentum, Frustum. Lucian. De hist. scrib. κατάξαντα τὸ μέγιστον τῶν σκελῶν, εἰς τὰ θραυσμάτων χρῆσθαι τὰ σφαγῇ. Redditur & Friatura apud Dioscoridem. ‖Θραῦσμα vocatur & Ammoniaci species vna, quòd in minutas glebas, veluti in frusta, fractum sit, vel diuisum: aut quia facilè friatur.

Θραῦσις, Fractio, ET Θραυστὸς, Fragilis, Qui frangi potest. Item θραυστὸς, Friabilis. Sed θραυστὸν dicitur propriè quod in quasuis sine discrimine & plures duabus partes diuidi & comminui potest. In quo differt ab iis quæ κατακτὰ appellantur, quæ non nisi in magnas partes diuidi possunt. Fieri tamen potest vt idem κατακτὸν & θραυστὸν sit. fictile enim vtrunque perpetitur. Distinguuntur autem ab inuicem (vt scripsit Aristoteles) quòd quæcunque ita concreuere vt multis scateant poris alternatim dispositis, θραυστὰ sint: quæ verò eos longè porrectos habent, κατακτά: at quæ vtrosque sortita sunt, vtranque habeant conditionem.

ἈΠΟθραύω, Confringo, Effringo, Perfringo, Disrumpo: nam est significantius quàm θραύω. ‖Passiua vox ἀποθραύομαι. vnde ἀποθραυσθῇς in aor. priore coniunctiui, Confringaris, Perfringaris. sed Aristoph. vsurpat (vt ait Suidas) pro ἐκπέσῃς, id est Excidas: in Nub. μηδέ τις ὀρχησείδος εἰσελθὼν, μή ποτε τῆς ἀκλείας ἀποθραυσθῇς, Ne à gloria excutiaris, seu excidas: ita videlicet vt excidendo disrumparis.

Ἀπόθραυσις, εως, ἡ, Fractura, Perfractio. ‖Item Friatura & comminuo, vt exponitur à B. in hoc Aristot. loco, γίνεται δὲ γίνεται κατὰ τέφραν πυκνωθεῖσαν ἀπόθραυσιν.

C. ΚΑΤαθραύω, Effringo, Diffringo, vel Frango. Plutar. De primo frigido, ὁ δ' ἀὴρ (ὡς ἔοικε) συνελαύνων τὰ σώματα τῷ ψυχρότητι καταθραύει καὶ ῥήγνυσιν. id est (Turn. interpr.) Aer autem corpora frigore compulsa (vt conijcere licet) frangit atque rumpit.

ΘΝΗΣΚΩ, Morior, Fut. θανοῦμαι. aorist. 2, ἔθανον. hoc tanquam ab actiuo θάνω, illud velut à passiuo θάνομαι. Præter. τέθνηκα, ex quo apud poetas Ionicè τέθνεα. Vult autem Eustathius θνήσκω ex θνήσω, futuro verbi θνάω, factum esse, pleonasmo τοῦ κ. De cæteris verò temporibus aliter formatis, dicam paulo pòst. Homerus Odyss. μ, Σχέτλιοι οἳ ζώοντες ὑπήλθετε δῶμ' Ἀΐδαο, Δισθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι. Et Odyss. λ, Ἢ ἤδη τέθνηκε καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν. Xenophon Pædiæ 8, ὡς ἡ ψυχὴ ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ, ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. quæ Cicero vertit, Animos, dum in corporibus essent mortalibus, viuere: quum exissent ex iis, emori. Vtuntur hoc verbo in quibusdam hyperbolicis loquendi generibus, vt quum dicunt, φόβῳ θνήσκειν, vel δέει θνήσκειν, eodem planè modo quo nostrates, *Mourir de peur*, item γέλωτι θνήσκειν, vt iidem *Mourir de rire*. pro quo etiam *Creuer de rire*. Demosthenes Philipp. 1, οἱ δὲ συμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει. qua sermonis formula vtitur & alibi. Xenophon quoque itidem dicit ἀπολωλέναι τῷ φόβῳ. Apud Lucianum autem pro illa hyperbole, legitur (honor sit auribus) ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ δέους ἢ προδιδοὺς ἐκεῖ. Altero illo loquendi genere hyperbolico vsus est ante alios Homerus, sed compositum verbum vsurpans. dicit.n. γέλῳ ἔκθανον, vt docebo in Ἐκθνήσκω. quod imitatus apud Lat. Terentius (nam aliud exemplum mihi in præsentia non succurrit) dixit, Omnes risu emori. Obseruanda est hæc quoq. Demosthenica loquendi formula aliud quoddam hyperboles genus habens. Phil. 3, τεθναίην γ' ἂν μυριάκις κρεῖττον ἢ κολακείᾳ τι ποιῆσαι Φιλίππου. quo loquuntur modo & linguæ cæteræ: sed Gallica frequentissime. quæ etiam illam variat

A formulam. neque enim dicit duntaxat, *I'aimerois mieux mourir cent fois*, vel *mille fois*, &c. aut *I'aimerois mieux perdre dix mille vies, si ie les auois*: vel, *Si i'auois dix mille vies, ie les aimerois mieux perdre*: aut *ie les mettrois*, aut *ie les y voudrois employer*. &c. pro re de qua agitur.

Θνήσκειν ὑπό τινος, Mori ab aliquo, pro Interfici, Necari. Plato in epist. τεθνεὼς ὑπὸ Διονυσίου. Aristot. de fucis loquens, ἀλισκομένους θνήσκειν ὑπὸ τῶν μελιττῶν. quod Plinius vertit, Ab apibus interfici. Sic dixit Lucanus, -quis nollet ab isto Ense mori? Sic verò vtuntur & verbo ἀποθνήσκω seu ἀπόλλυσθαι. quod imitatus Cic. dixit in Acad. Nihil enim valentius est à quo ipsa intereat.

B Τέθνηκε pro Perit, id est Amissum est, ex Aristoph. citatur in v. l. sed loco non indicato.

Τεθνήξομαι, Moriar, vel Iam iammoriar. nec enim dubito quin τεθνήξομαι sit tempus quod vocatur Paulo post futurum: nec video cur quidam inauditum thema ei⁹ causa finxerint, videlicet Τεθνήσκομαι. Aristoph. Nub. τί δ' ἢν χαρὶν τεθνήξει. Synes. ἔκλαιον (ὡς ὁ Ἰσοκράτης) οὐκ εἰ τεθνήξοιμι, ἀλλ' εἰ ὁ θρὰξ ἀποσχήσοιτο. Atticum autē

C fuisse hunc futuri vsum indicare videtur hic Luciani locus in Solœciste, vbi de quodam Socrate loquēs, quē cognominat τὸν ἀπὸ Μόψου, scribit, ἀπειλήσαντος δέ τινος, καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τῷ πείθω, βέλτιον, ἔφη, καὶ ὅλως τὸ μὴ ἀπειλεῖν καταφρονῶμεν. quem locum non intellexit (vt opinor) Micyllus, quippe qui vertit Morietur in diem tertium. at ego non puto ἐπὶ τῷ πείθω vsquam hoc significare: quòd si etiam significaret id alicubi, at non hic ita accipere conuenit: quū Luc. ἐπὶ τῷ πείθω ad ostendendum errorē addiderit: admonens videlicet τεθνήξει

D eum dixisse non in secunda persona, sed in tertia. id est non in secunda persona pass. (in qua vtitur Aristophanes in loco quem modò protuli) sed in tertia actiua. perinde ac si diceretur etiam τεθνήξω, τεθνήξεις, τεθνήξει. Hæc autem reprehensio magis etiam suspectum mihi reddit quod apud Aristophanem legitur in Acharn. ὡς τεθνήξων: siue ὅτι θνήξω, (cuius etiam vsus exemplū desidero) siue aliter pro eo legendum sit.

E Τέθνεα etiam inuenitur apud poetas (vti dixi) vnde & τεθνᾶσι: itē infin. τεθνάναι producto α. Inuenitur verò & Τεθνεὼς participiū in prosa sæpe pro Mortuus: & Τεθνειὼς in carm. Sed & τέθναθι, imper. & Τεθναίην optatiu⁹ mod⁹, item infinit. Τεθνάμεν (correpto α) & Τεθνάμεναι, ac Τεθνάμεναι, tanquā à Θνῆμι, vel potius Τέθνημι, habente redupl. vt volunt gramm. quos & de cæterorum formatione consule. Nō solùm autem partic. Τεθνεὼς in prosa reperitur (vt apud Isocratem εἴπερ δεῖ ἀληθῶς τοῖς τεθνεῶσι, & apud Aristotelem, περὶ τεθνεώτας σκυλάκας) sed Τεθνᾶσι etiam ac Τεθνάναι: quorum vsus exempla habes

F in locis paulo antè citatis. Sed inuenio etiam Τεθνήκασι apud Dionem, quod si mendo caret, deducendum puto à Τεθνάω.

Θνῆσις, Mors. φθορά, Suidæ, id est Corruptio. sed nullū huius vsus exemplum affert. Existimo autem tanquam à futuro θνήσω esse formatū (sicut τεθνήσω ex Dione protuli.) Eandē certè quam θνῆσις formationem (quæcūque sit) sequitur NOMEN Θνησιμαῖος, ITEM Θνησείδιος. Est autem θνησιμαῖα κρέα, Morticina caro. Exemplū tamē vsus hui⁹ nominis affertur dūtaxat ex Græc. Bibl. interpr. & quidem substant. θνησιμαῖον pro cadauere: vt lib. 3, Reg. cap. 13. Sic Esaiæ cap. 5, καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα

G αὐτῶν ὡς κοπρία. At verò Geoponicor autor, pro eo quod Varro dixit Morticinæ ouis, dicere maluit, ἀπὸ θνησκόντων θρεμμάτων. SED Θνησείδιος apud Philostr. legitur: qui quod dicit ἐσθήματα ἐκ θνησειδίων σύγκειται, Budæus vertit, Vestes ex materia morticina confectæ.

H Θνητὸς, Mortalis. Cui opponitur ἀθάνατος, Immortalis. Hesiod. Theog. Ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι. Isocr. Paneg. θνητὸν μὲν σῶμα ἀθάνατον δὲ ψυχήν. Sed frequēti⁹ sine adiectione ponitur, vt Lat. Mortalis: estque in vsu poetis præsertim frequentissimo. Il. ω, Καὶ εἰ θνητῷ γέρα θεῖα. Il. χ, αὐτὸς θνητὸς ἐὼν θεὸν ἄμβροτον. Et γυνὴ θνητὴ, Mulier mortalis. sed itidem sine adiectione potius vsurpatur. vt Odyss. ε, -ἐπεὶ οὔπως οὐδὲ ἔοικε θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας καὶ εἶδος ἐρίζειν. Xenoph. Sympos. Ζεὺς

Digitized by Google

Θριγκὸς, οῦ,ὁ, Pinna seu corona murorum, & quasi capillus. nã à θρὶξ & ipsum deriuant,quasi θρεγχὸς,per epenthesin literæ γ. ... τῶν τειχῶν . A Bud. exponitur Lorica muri. Odyss.ν,... Et Odyss.ρ, de ædibus Vlyssis,ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ Τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι. Vbi tamen schol.exponit etiam περιβόλους:quo modo accipi possit & præcedens ex Odysseæ ν locus : videlicet pro Sepimento seu vallo. Et metaph . apud Platonem in 7 De rep. p. 100, ... θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι,& οὐκ ἔτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι; id est Bud.interpr. Verum tandem igitur tibi placet dialecticam sic super omnes disciplinas collocandam nobis esse vt lorica structuris summis mœnium parietúmque superstruitur:Θριγκὸς siue περίφραγμα siue ... idem Bud.id esse dicit quod lorica testacea Vitruuio lib.2, c. 9,& Curtio lib.8,p.106,hoc est tutela parietum ab aqua pluuiali : & vulgo vocari Caputiũ, quo videlicet summi parietes aut muri ab iniuria pluuiæ muniátur. Ab eodem Budæo exponitur Fastigium,κορωνίς, κορυφή. Plinius θριγκοὺς videtur interpretari Tegulas.pro his enim quæ Dioscorides lib. 4, cap. 86, de helxine siue herba murali dicit, φύεται ἐπὶ θριγκοῖς καὶ τοίχοις , ipse habet,Nascens in tegulis parietinisque. Rursus pro eo quod apud eundem est eodem lib. cap.90 de semperuiuo minore,φύεται ἐν τοίχοις καὶ τοῖς πέτραις καὶ θριγκοῖς καὶ τάφροις ὑπεσκίοις,ipse habet,In muris parietinisque nascitur & tegulis.Ruell.ibi vertit Maceriis,Marcell.Murorum coronis. A Plinii interpretatione nõ ita multũ alienũ videtur quod Eurip. scholiast. tradit,θριγκοὺς esse lapides qui summitatibus ædium superimponuntur, οἱ ἐπικείμενοι λίθοι τοῖς ἄκροις τῶν δωμάτων : at nescio cur idé esse dicat quod γεῖσα,hoc est suggrundia,quũ aperte distingui videatur in hoc loco Eurip.Or. ... ‖Θριγκὸς,apud Hesych.mẽdosè ... item ὁ ὑπὸ τὸ κατάστεγα τοῦ τοίχου ... ‖Θριγκὸς,Septũ, Vallum,περίφραγμα,περίβολος,περίτειχισμα,... ut Suidas & Hesychius exponunt.Plutarchus, ... Vbi θριγκὸς pro maceria poni videtur. Paus.Att.p.31,... Sepimentum ex lapidibus, hoc est maceria. Cæterùm quod ad scripturã attinet, scriptum reperitur & Θριγκὸς ET Θριγγός. Apud Homerum & Eustathium & Suidã scribitur θριγκὸς per κ, quam scripturam Budæus quoq; sequitur: apud Dioscoridem verò & Plutarchum & Pausaniam θριγγὸς per γγ.Hesychius quoque θριγγὸς scribit : apud quem post expositiones huic nomini subiectas,est,καὶ θριγχός:quo videlicet admonere voluisse videtur scribi ETIAM Θριγχός. quam scripturam Eustath. quoque quosdam sequi tradit, sed antiquis eam non placere . ego vnicam sequutus sum.

Θριγκόω,ῶ, F.ώσω,Lorico,Lorica testacea munio, Coronã seu fastigium ædificio impono. Vel Vallo seu septo munio.Vtroque modo exponi posse tradit Eustath.Odyss.ν,... VNDE Θρίγκωμα,ατος,τὸ,Quod loricæ seu fastigii loco ponitur, Sepimentum,idem ferè quod θριγκός. Plutar. ET Θρίγκωσις,εως,ἡ,Loricatio,Circumseptio. Apud Hesychiũ est ETIAM Τριγκόω,eiusdem significationis:sed annotat scribi & Θριγγόω.

Θριγκίον,ου,τὸ,diminutiuum à Θριγκός.

C.ΠΑΡΑθριγκίζω,Lorico , Obsepio. Theoph.De hist.pl.l.3, cap. vlt. de smilace siue hedera Cilicia , ... per latera caulem sepiũt.

ΘΡΙ'ΟΝ, ου,τὸ, vel Θρῖον Ficus foliũ,Ficulna frõs.Comic⁹ qdã apud Athen.l.7,vel poti⁹ coqu⁹ quidam apud illum comicum, ... videlicet ... Aristoph.Vespis, ... quod ideo dicitur quia frondes ficulnæ dum vruntur,valde crepitãt & strepunt.ideóque perinde est ac si ita loqueretur,Istis comminationibus seu minacibus verbis nihilo magis moueor quàm frondium ficulnarum strepitu. Vide & Erasm.in prouerb. Complurium thriorum ego strepitum audiui. sed ibi etiam aliam expos.affert, de qua dicam paulo pòst. ‖Θρῖον,generalius etiã capitur pro quouis folio. vnde μυκιδια θρία apud Nicãd.sic & χαμαιπίτυος θρία apud eũdem. ‖Θρῖον dicebatur etiam edulium quoddam ex lacte & adipe suillo ac semidalide, atque aliis, quod ficulneis foliis incoquebatur. Plura de eo lege apud Hesychium & Suidam,& schol. Aristoph. Sed Suidam vide & in Θρῖον & in Θρία,diuersis locis. Apud Lucian Lexiph.καὶ θρυμματίδες καὶ θρία καὶ μελίπηκτα. ‖Θρία ἐγκεφάλου, Aristoph.Membranæ cerebri, ob similitudinem cum ficulneis foliis.Vide ibidem schol. HINC Ἐνθριοῦμαι , pro Inuoluor ficulneis foliis . Vide Suidam

in Ἐνθριάσθαι. AT VERO Θριαί, Calculi sortile- A
gorum. id est, quos sortilegi in vrnam mittunt. Calli-
mach. in hymno Apollinis, de eo loquens, Κεῖνε δὲ θριαὶ
καὶ μάντιες. vbi schol. exponit μαντικαὶ ψῆφοι. quæ expositio
habetur itidem apud Hesychium & Suidam. Viden
tur tamen ipsæ Sortes à Callimacho ibi significari hoc
nomine, id est ipsa vatum responsa. Habet autem no-
men Sortes & alteram significationem: vnde Conijce-
re sortes in hydriam, apud Cic. Vide & Steph. in Θρία,
quod illi est etiam δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Cæterùm
Erasmus in Aristoph. loco quem modò protuli, dubi- B
tat num legendum sit θριῶν ab hoc nominatiuo θριαί:
sed expositionem affert quæ violenta esse videtur.
HINC Θριοβόλος, Qui thrias in vrnā iacit. Vide Era-
smū in prouerb. Plures thriobolos, paucos est cernere
vates. ET Θριάζω, Furore percitus sum vatum mo
re. item συλλογίζω. Vide Hesych.

ΘΡΙ'ΑΜΒΟΣ, ου, ὁ, Triumphus. Quomodo autem θρίαμ
βος à θρίον deductum sit, lege apud Etymol. & schol. Ni-
candri. Plut. De fort. Rom. ἔργα μὲν γὰρ ἐν πολέμοις ἐπιστατεῖ,
καὶ θριάμβοις θριάμβους ἀπαιτεῖ. Idem in Fabio, πλὴν οὐ C
τῆς τὸ δεύτερον εἰσήλασε θρίαμβον. Ibidem dicit θριάμβους ἐκ
πολέμων μεγίστων ἐπιφανεστάτους καταγαγεῖν. Dion. Halic.
lib. 8, dicit ἐλάττονα θρίαμβον, id est minorem triumphū,
fuisse appellatum à Romanis Ouationem. sed ibi legi-
tur οὔαν. Hesychio θρίαμβος est πομπή, ἐπίδειξις νίκης, vel
Διονυσιακὸς ὕμνος ἴαμβος. HINC Θριαμβικός, Trium
phalis, Ad triumphum pertinens. Sed affertur & θριαμ
βικὸς ἀνὴρ ex Plutarcho pro Triumpho potitus. ET
VERB. Θριαμβεύω, Triumpho. Herodian. 8, ἡ δὲ σύγκλη-
τος καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες ὡς περ θριαμβεύοντα ὑπεδέχοντο. D
Idem libro 3, ἐφ' ᾗ [νίκῃ] καὶ θριαμβεῦσαι ἠξίωσε. Ex Plu
tar. in Rom. ἐθριάμβευσεν ἀπὸ τούτων, de his triumphauit.
Iungitur & accusatiuo, & quidem non solùm accusat.
nominis vnde deducitur, videlicet θρίαμβον, sed & accu
sat. personæ. Plut. in Fabio, δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσεν.
Ex eodem in Romulo, ἐθριάμβευσε βασιλεῖς, Triumpha
uit de regibus. Sic apud Paulū ad Col. cap. 2. v. 15, ἀπεκ-
δυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ,
θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, Quum de illis triumphasset
per eam, vel, Triumphatis illis per eam [crucem vide- E
licet] vel in ea cruce, quæ fuit instar triumphalis cur-
rus. Nazianzen. autem παραδειγματίζειν & θριαμβεύειν
copulauit, (vt hic Paulus post ἐδειγμάτισεν addidit θριαμ
βεύσας) παραδειγματίσας τὴν ἁμαρτίαν καὶ θριαμβεύσας ὡς
ἀξίαν ὕβρεως. At verò apud Paulum rursus, 2 ad Corin-
thios cap. 2, v. 14, τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι
ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, pro Qui facit vt semper triumphem*
in Christo. Vide Bezæ annot. Et pass. Θριαμβεύομαι,
Ducor in triumpho, De me triumphatur. Plut. in Co-
riol. θριαμβευόμενοι ὑπὸ τῶν πολιτῶν. HINC Θριαμ- F
βευτής, Triumphator.

ΘΡΥ'ΠΤΩ, Frango, Cōfringo. Quidam tamē
putarunt esse propriè In minutas
partes frango, εἰς μικρὰ κόπτω: vnde & Comminuo red-
diderunt, item Contero, quod est συντρίβω. pro qua in-
terpr. facit θρύπτομαι, expositum à Suida συντρίβομαι,
vt docebo quum de metaphorica verbi huius signific.
agam. Philo De mundo, de lapidibus loquens, θρυπτόμε
νοι καὶ ῥέοντες, εἰς λεπτὴν τὸ πρῶτον αναλύονται κόνιν. id est
(Bud. interpr.) Fragiles & fluxi, in tenuē primùm pul- G
uerem soluti. ‖ Θρύπτω redditur & Frio. pro quo
non dubitarim dicere cum Plin. Frango in micas, vt i-
dem verbum retineam. Hoc certè constat, ab hoc ver-
bo fieri τρύφος, quod frustum significat, propriè ta-
men panis. apud Nic. τέθρυπται schol. exponit etiam τέθλι
πται, λεπτὸς ἐστί. Vide Διαθρύπτω. Cæterùm verbum θρύ-
πτω Eustathius inter ea recenset quæ ὀνοματοποιεῖται.
Plato item in Cratylo dicit literam ρ hoc in verbo
ἀπεικάζειν τὸ πολύ, sicut IN Κρούειν, ET IN Θραύειν, ET
Ἐρείκειν, ET Κερματίζειν, ET Ῥύμβειν.

Θρύπτω, Frango deliciis, Frango luxu. Gregor. in lib. H
qui περὶ φιλοπτ. inscribitur, καὶ οἱ μὲν ῥυπώσουσιν ἐν τραχέσι καὶ
διεσπασμένοις ῥάκεσιν, ἡμεῖς δὲ θρυψόμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς ἐσθῆτι μα-
λακῇ καὶ περιρρεούσῃ. id est, Frangemus nos ipsos deliciis
vestis mollis. Apud Lat. & Frangere deliciis, & Frāgere

A deliciæ ipsæ dicuntur. vt Iuuenal. — & turpi fregerunt
secula luxu Deliciæ molles. In v. l. affertur, tacito
autoris nomine, ἃ δὴ πρὸς δούλους θρύπτοντες, pro Solu-
tius facientes quæ ad seruos spectant. id est Indul-
gentes.

Θρύπτομαι, Frangor deliciis. Vel, Frangor, Eneruor,
metaph. signif. Aut etiam Dissolutus reddor, Corrum-
por. Plut. de lib. educ. χαυνοῦνται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐ-
παίνων καὶ θρύπτονται. Xenoph. autem dixit in Symposio,
μαλακίᾳ θρυπτομένου, sicut ἁβρότητι χλιδαινομένου. Sed in il-
B lo Plutarchi loco animaduerte cum verbo θρύπτεσθαι co
pulari etiam χαυνοῦσθαι, quo alioqui Suidas illud expo-
nit, sicut & istis, μαλακίζομαι, βλακεύομαι. Idem affert ex
Aristoph. σήμερον ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐγὼ θρύψομαι, quo qui-
dem in loco θρύψομαι ait esse σφόδρα τρυφήσω, σεμνυνοῦ-
μαι. vel συντριβήσομαι: cui posteriori interpr. potius as-
sentior. Imò verò ne vllum quidem locum priores il-
las habere posse arbitror. nā quomodo dici queat σφό-
δρα τρυφήσω, vel σεμνυνοῦμαι ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, non video.
‖ Θρύπτομαι redditur etiam Molliter & delicatè viuo. In
C vsu est & partic. præt. τεθρυμμένος, Luc. pro Fractus deli-
ciis, Luxu solutus. (quo vtor post Quintil.) vel vno ver
bo Dissolutus. nam & hoc ita interdum accipi puto.
VNDE Τεθρυμμένως, Delicatè & molliter, Dissolutè.
Plut. in Pol. præc. τοὺς ἀσελγῶς καὶ τεθρυμμένως ζῶντας.
‖ Sed accipitur sæpe pro Delicias facio. Addit Budæus,
θρύπτομαι idem fermè esse quod ἀκκίζομαι, Ioculari qua
dam simulatione vtor, Grauiusculum aut modestiuscu
lum ago iocando. A Luciano dicitur θρύπτεσθαι quidā
D qui rogatus ab amico vt narraret quæ in conuiuio au-
dierat, illiberaliter & malignè cunctabatur omnia di-
cere: quòd nimirum impensius se rogari vellet, ne fu-
tilis videretur si tam leui momento adduceretur ad
prodendos conuiuas. Hactenus Budæus, afferens ex i-
pso Luc. verba hæc (quæ in Sympos. leguntur) θρύπτῃ ἰδοὺ
τὸ ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἰπὲ &c. vbi obserua iungi accus. rei. Ac
statim pòst constructionem vsitatiorem habet, κἀγὼ
θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει. Vbi certè θρύψομαι est quod
Gall. dicimus, Ie me feray prier. Vel, I'auray mon passe-temps
E de vous. adeo vt crediderim Latinè reddi etiā posse, Lu-
dos te faciam. Sic, idem Luc. pag. 43, σὺ δ' ἐθρύπτου πρὸς
αὐτήν. Et quoniam ad vernaculam linguam con-
fugere cœpi, addo θρύπτεσθαι in ea posse etiam reddi Fai-
re du rencheri. Sed θρύπτεσθαι peculiariter dicitur de me-
retrice, aut etiam περὶ τῶν παιδικῶν, seu generalius περὶ τοῦ
ἐρωμένου, vt apud Xenoph. in Symposio, pag. 521, καὶ ὁ Σω-
κράτης ἐπισκώψας, οἷς δὴ θρυπτόμενος, εἶπε μὴ νῦν μοι ἐν τῷ πα-
ρόντι ὄχλον παρέχε. οὐ γὰρ ὁρᾷς, ἀλλὰ πράττω. Quò pertinet
hic locus Dion. Areop. in longa illa ad Demophilum
F epistola, τί δὲ ὅτι καὶ τῶν ἀποφοιτώντων ἐρωτικῶς ἔχεται καὶ σε
λεύει, καὶ δεῖται μὴ ἀπαξιοῦσθαι τῶν ἐρωμένων· καὶ θρυπτο-
μένων αὐτῶν καὶ ὥσπερ κατακαλλωπιζομένων ἀνέχεται; vbi de Deo
loquens, ab amatoribus metaphoram sumit, atque ad-
eo amatorios affectus exprimit, qui in Deo perspiciū-
tur, quum homines eius negligentes & quasi fastidien
tes ad sese reuocat. Ibi certè schol. annotat θρύπτεσθαι dici
ἐπὶ τῶν ἐρωμένων εἰ τὴν πρὸς τοὺς ἐρῶντας ἀναβαλλόμενοι συν-
τυχίαν, παντὶ τῷ συμπαθεῖ τούτους καταπαιζόμενοι ἐκχέονται
ὄντα. vbi omnino mendosè legi puto συμπαθεῖ, ac pro
G eo reponi posse τεθρυμμένῳ. Sed nequaquam ei assen-
tior in hac expositione. neque enim puto quum poni-
tur θρύπτεσθαι hac in significatione, respici ad ἦθος κατα-
κεκλασμένον, vt ille vocat, sed dici θρύπτεσθαι eum qui il-
lud facit, quasi voluptati suæ indulgētem, atque adeo
voluptatem capientem ex aliorum ægritudine ob eā
quam patiuntur repulsam. Sed siue hæc siue alia sit i-
stius significationis origo, eadem certè (quæcunq; sit)
& verbis κατεγχλιδᾶν ac κατατρυφᾶν seu ἐντρυφᾶν, conue-
niet. quæ omnia verba licet deliciarum significationē
inclusa habeāt, quod tamē Latini dicunt Delicias face-
re, his duobus magis respōdet, τῷ θρύπτεσθαι. & τῷ κατεγχλι
δᾶν. Videndū est etiam an vt Græcè θρύπτεσθαι, sic Latinè
H Delicias facere dici possit meretrix quæ se difficilem
præbet, ac malignè, nec nisi multis cū precib⁹ se indul
get, vt pluris se addicat. quod propriè significari pu-
to his verbis Gall. Faire de la rencherie: atque adeo ab illis

sumptum est hoc loquendi genus *Faire du rencheri.*

Θρύμμα, ατος, τό, ET Τρύφος, Fragmentum, κλάσμα. Sed peculiari signific. κλάσμα ἄρτου vocatur θρύμμα seu τρύφος, vt testatur Hesych. & Suidas. Lat. Frustum panis: sed ita vt accipiatur non pro buccella, sed pro eo quod dicimus *Vne piece de pain.* Quod Lat. reddere malim Crustũ. ita enim Seruius, Quum crustum dicimus, eduliũ aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Vt autem dicit Partem panis, ita Poll. θρύμματα exponit μέρη τῶν ἄρτων. Cæterùm à τρύφος est *Tryfon* eiusdem significationis in quibusdam Galliæ locis. A QVO Τρύφος fecit Hesiod. Τετράτρυφος, vocans ἄρτον τετράτρυφον panẽ q. in quatuor crusta diuidi possit, quorum certa quæpiam mensura videtur intelligi. vt quum Gall. dicimus *Vn chanteau de pain*, ita signif. *Vne piece de pain*, vt interim de certa quapiam mensura intelligamus, licet non exactè circumscripta. Locus est in Erg. Ἄρτον δειπνεῖν τετράτρυφον. vbi tamen vulg. lex. interpr. In quatuor frusta diuisum. Tzetzes exponit τέσσαρα κλάσματα ἔχοντα σταυροειδῶς. AT VERO à θρύμμα fit Θρυμματίς forma dimin. Placentæ genus apud Pollucem. Quam vocem apud Athenæum, item & Lucianum inuenio. Hesychius suo tempore vocatam ἐνθρυμματίδα scribit. Sunt autem qui θρυμματίδα, sicut & ἔνθρυπτον, Intritum reddi ad verbum posse existiment.

EST etiam Θρύπτακος apud Hesych. idem quod θρύμμα & ῥύσος significans, sed Cretentium lingua.

Θρύψις, Ipsa actio frangendi deliciis, Effœminatio, Eneruatio. Item Deliciæ, Mollities. in qua significatione frequentius etiam esse puto. Xenoph. Pædiæ 8, σωφρωνίσαι δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν. Ibidem τρυφὴν & μαλακίαν & ἁβρότητα simili signific. dicit. AT Ἀθρυψία contr. q. d. Vacuitas à deliciis seu mollitie, Vita minimè delicata, seu mollis.

Θρύψις à priore verbo θρύπτω signif. Fractio, Comminutio. Friatio.

Θρυπτικός, ή, όν, q. d. Ad fruendum deliciis propensus, seu ad delicatam vitam. Sed potius accipitur simpliciter pro Delicatus, Mollis. X. Pæd. 8, circa finem, ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσί.

Θρυπτικός interdum etiam est à priore verbi θρύπτω signific. & ponitur pro Frangendi seu comminuendi vim habens: vt φάρμακα τῶν ἐν νεφροῖς λίθων θρυπτικά, Gal. 2 ad Glauc.

C. Ἄθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Infragilis, Qui frangi non potest. cui opponitur εὔθρυπτος, vt docebo infrà. ‖ Item Non fractus deliciis, Non fractus luxu. Vel Non fractus, sine adiectione. (quod tamen participium de re potius quàm de persona dictum in hac signif. inuenio) Vel Minimè mollis, Virilis. Plut. in Erotico ἀλλὰ λιτὴν αὐτὴν ὄψει καὶ ἄθρυπτον ἐν χολαῖς φιλοσοφοῦσαν. Sæpius tamen (quantum meminisse queo) de re dicitur, quàm de persona. Apud Pythagoram in Carm. aureis, Εἴθιζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον. vbi ἄθρυπτος δίαιτα est victus deliciis carens, seu minimè delicatus. Vt autem hic ἄθρυπτος δίαιτα, sic ἄθρυπτος τροφή apud Damascium. Bud. ἄθρυπτον Plutar. significare etiam ait Seuerus: at ex illo affertur quidem ἄθρυπτος in ea significatione, sed non sine adiectione. nam ex Pericle hæc citant v. l. ἄθρυπτος τῷ γέλωτι τοῦ προσώπου σύστασις. vbi tamen vereor ne ἄτρεπτος legendum sit. HINC Ἀθρύπτως, Non delicatè, Non molliter, Viriliter. Plut. ἀθρύπτως καὶ αὐστηρῶς διαιτᾶν. quod conuenit cum ἄθρυπτος δίαιτα Pythag. paulo antè.

C. Αἰνόθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Valde mollis seu delicatus, Luxu diffluens. At verò apud Theocritum in Adoniaz. αἰνόθρυπτα ironicè dici puto: veluti si in Gall. sermone vocetur *petite mignarde*, vel *petite mignone*, illa apud Horatium, —perusta solibus Pernicis vxor Appuli: aut illa in Moreto Virg. Torta comam, labróque tumens, & fusca colore, Pectore lata, iacens mammis, compressior aluo, Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta: aut denique illa apud Iuuenalem (si bene memini) — horridior glandem ructante marito. V. l. exponunt, Quã malè decẽt deliciæ.

C. Εὔθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Fragilis, Qui facilè frangi potest. Luc. Ad dicentem, Prometh. ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια, καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν συντρίψειεν ἅπαντα. ‖ Item Fractus deliciis, seu solutus, Mollis. in v. l. ITEM Εὔθρυβος, Fragilis. Et Friabilis, Diosc. lib. 5.

C. ΑΠΟθρύπτω, Frango deliciis & luxu. & Ἀποθρύπτομαι, passiua vox, Frangor deliciis. vnde participium ἀποτεθρυμμένος, Fractus deliciis, Luxu corruptus. vel, Mollis redditus & imbecillis, Velut fractas deliciis vires habens. Plato de opificibus mercenariis loquens, οἱ ὑπὸ τῶν τεχνῶν τε καὶ δημιουργιῶν ὥσπερ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω δὲ καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι τε καὶ ἀποτεθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσι.

C. ΔΙΑθρύπτω, Diffringo, Disrumpo. A cuius passiuo διαθρύπτομαι est apud Homerum διαθρυφέν, Iliad. γ, v. 363, Τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διαθρυφὲν ἔκπεσε χειρός. Apud Luc. τὸ κρανίον διαθρύπτειν pro Cõminuere, seu Conterere. Sic in v. l. ex Gr. Bibl. interpr. διαθρύψεις αὐτὰ κλάσματα, Leuit. cap. 2, pro Diuides ea minutatim. Ibidem ex Ecclesiastico, διεθρύβησαν λίθοι pro Confracti sunt lapides. ‖ Διαθρύπτω (sicut & θρύπτω) Deliciis frango &c. Vel Effœmino. Xenophon Lac. politia, τῶν παίδων πόδας μὲν ὑποδήμασιν ἁπαλύνουσι, σώματα δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτουσι. Et pass. διαθρύπτομαι quod Budæus apud eundem Xenophontem exponit etiam In delicias agor, Corrumpor. item, In delicias effundor. vt Apomn. lib. 1, de Alcibiade dicitur, ὑπὸ πολλῶν καὶ δυνατῶν ἀνθρώπων κολακευόμενος διαθρυπτόμενος. Ab eodem rursus de Alcib. & Critia scribitur, διατεθρυμμένω δ' ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων. Et in 4, πολλοὶ δὲ διὰ πλοῦτον διαθρυπτόμενοί τε καὶ ἐπιβουλευόμενοι ἀπόλλυνται. Quibus tamen locis tertia illa Budæi interpretatio conuenire nequit. HINC Διατεθρυμμένως, Delicatè, & molliter, Dissolutè. Plat. De leg. διατεθρυμμένως ἔχει. ET Διάθρυψις, Eneruatio, Effœminatio. Ipsa actio frangendi deliciis. Aut etiam Deliciæ. Ex Chrysost. διαθρύψεις κινημάτων pro Gestus molles. ‖ At verò apud Theocr. in hoc versu qui est in Adoniaz. Φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν· διαθρύπτεται ἤδη, exponitur διαθρύπτεται, Delicatis gestibus & præludiis ad canẽdum se comparat.

C. 1. Ἐνδιαθρύπτω, Delicias facio, in vulg. lex. At pro σπαταλῶ & τρυφῶ apud Theocr. V.

C. ΕΝθρύπτω, Comminuo intrà, Intero. vt apud Gr. Bibl. interpr. Dan. cap. vlt. ἐνέθρυψεν ἄρτον εἰς σκάφην, Intriuit panem in alueolum. VNDE Ἔνθρυπτον, Intritum, Placenta. Vide Θρυμματίς.

C. ΣΥΝθρύπτω, Deliciis frango, Delicatum seu mollẽ reddo. At verò in Act. apost. cap. 21, v. 13, τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; vbi redditur a vet. interpr. Affligentes cor meum: ab aliis, rectius, Comminuentes cor meum: ego tamen malim, Cor meũ molle reddentes, (nam Lat. interdum Cor molle dicunt) vel Cor meum mollescere facientes. Aut certè, Animi mei robur frangentes.

C. ΥΠΟθρύπτομαι, Deliciis aliquãtum indulgeo. q. d. Subindulgeo deliciis. Ex Plut. in Pericle, ὑποθρυπτομένους καὶ αἰσχυνομένους.

¶ Τρυφή, ῆς, ἡ, Deliciæ, Mollities, Luxus. Quæ signif. vulgo dantur huic verbo, vt & dari verè possunt: sed ego hæc distinguens, dico, τρυφή priore signif. idem esse quod θρύψις, id est Mollitiẽs, seu Delicata vita, (sic autem loquor post Ciceronem) aut etiam Luxus. nam θρύψις & τρυφή pro eodem posita alicubi inueniuntur, itémque μαλακία. Aristot. autem Ethic. 7, cap. 7, τρυφὴν esse dicit μαλακίαν τινά. Athen. lib. 6, καὶ πρῶτος τρυφῆς εἰσηγητὴς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Idem lib. 4, διαίτης σκληρότητα opponit τρυφῇ. In hoc autem loco lib. 12, ὑπὸ τῆς τρυφῆς εἰς ὕβριν προαχθέντες & in aliis huiusmodi malim τρυφὴν exponere Luxum. At posteriore signif. nõ pro delicata vita, sed pro ipsis deliciis quæ ad vitam illam pertinent, accipi dico nomen τρυφή. Herodian. lib. 1, ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς. Et lib. 3, ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς καὶ διαίτης τὰ ἤθη διεφθαρμένα. Et plur. apud eundem, ταῖς τῆς πόλεως ἐγχωρίοις τρυφαῖς. ‖ Sed audio, τρυφὴν interdum restringi ad γαστριμαργίαν seu πολυφαγίαν, (quibus etiam nominibus exponitur ab Hesychio) vt in hoc Luc. loco, ὑπὸ τρυφῆς

ἐξωδηκὼς τὴν γαστέρα καὶ τὰ σκέλη.

Τρυφηλός, Delicatus, Deliciis deditus, Voluptarius. vt quũ scribit Suidas, Σπαλικὴν βάπτζαν dici ὅτι τῶν πάνυ πολυτελῶν καὶ τρυφηλῶν. Ab eo tamen τρυφηλός (sicut & Τρυφητής) exponitur ὁ ἄπληστα βόσκων.

Τρυφερός, Idem quod proximè præcedens τρυφηλός, sed vsitatius. Aristot. Rhet. 2, scribit diuites solere esse τρυφεροὺς, addens, διὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ἔνδειξιν τῆς εὐδαιμονίας. Plut. in Pericle addidit datiuum βίῳ. Sed de re quoque dicitur hoc nomen, ponitúrque interdum τὸ τρυφερὸν substãt. pro Delicata vita: quo vsus est modo Thucydides comparatiuo τρυφερώτερον. HINC Τρυφερῶς, Delicatè, Molliter. ET VERB. Τρυφεραίνομαι, à quo partic. τρυφεραινόμενος apud Aristophanem, Deliciis & mollicie perditus. At in v.l. Molliter compositus. COMP. Ἀτρύφερος, Minimè mollis, Nondelicatus. Suid. ex Eupolide affert, ὅτι οὐκ ἀτρύφερος οὔτ' ἄωρος ἐστ' ἀνήρ. vbi exponitur Incultus.

Τρυφάω, ῶ, Delicatè viuo, Deliciis seu luxui indulgeo, Luxuriosè viuo. Plut. Alex. ὅτι δουλικώτατον μέν ἐστι τὸ τρυφᾶν, βασιλικώτατον δὲ τὸ πονεῖν. cui dicto opponitur (vt hoc obiter doceam) quod apud Athenæum dicit quidam, ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν, ἐλευθέριον· τὸ δὲ πονεῖν δούλων καὶ ταπεινῶν. Apud Plat. De leg. τρυφῶσα παιδεία, Mollis educatio.

Τρυφῶ, Nitesco, Lautè viuo, Efferor & exulto licentia, vt B. interpr. in hoc Æschin. loco, οἱ δὲ ὑμέτεροι ῥήτορες τρυφῶσι. |At verò apud Isocr. τρυφᾶν cum datiuo iungitur, in or. ad Nic. τρύφα μὲν ταῖς ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις. vbi videtur poni itidem pro Niteas, vel potius pro Splendidus sis. |Sed & cũ accus. vt τρυφῶ τοὺς λόγους Pigmentis & lenociniis orno, Venusto, inquit Bud. afferens hæc ex nescio quo grammatico, τρυφῶ, τὸ ἐν τρυφῇ διάγω· τρυφῶ δὲ τοὺς λόγους, μεταβατικῶς. καταστρυφῶ δὲ στό, γενικῇ. & subiungens ex Greg. 204, καί μοι καθ' ἑαυτὸν καὶ νοῶ καὶ ἀκούω καὶ διάγοιμι, ὅσοι τρυφᾶ τι τὰ τοιαῦτα. ἵν' ἀπίληπτοι τρυφήσωσιν οὕτως τὰ μὴ κινούμενα. Et ex eodem de eremitis Ægypti loquente, pag. 301 καὶ πολὺ τῆς τιμῆς ἢ χαμευνιῶν καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθείας, ἧν ἐκεῖνοι τρυφῶσιν ἀεὶ, ἐνδιαίτερον τοῦτο καὶ ὑψηλότερον. id est, Quo ipsi tanquã deliciis gaudent. vt Bud. vertit, & quidem optimè, meo iudicio. Sed alteram illam eius expositionem, videlicet Orno pigmentis &c. minimè probare queo: & nec illis Gregorii locis, nec alii cuiquam vel eiusdem vel alius scriptoris, conuenire posse existimo. Atque adeo ne hoc quidem verum esse puto, μεταβατικῶς poni τρυφῶ: sed quũ dicitur τρυφῶ τοὺς λόγους, subaudiri præposit. κατὰ, itidemque in illis Gregorii locis. HINC Τρύφημα, Id ex quo deliciæ percipiuntur. Vel Deliciæ, τρυφή. ET Τρυφητής, Deliciarum consectator, Delicatæ vitæ amator, Qui delicatè viuit. Item Heluo, Vorax. ὁ ἄπληστα βόσκων, Suid. Sic autem τρυφὴν aliquando γαστριμαργίαν significare docui suprà. AT Ἀτρύφητος huic opponitur, A deliciis seu delicata vita alienus, aut abhorrens.

C. ΔΙΑτρυφάω, ῶ, Idem quod τρυφάω, nisi quòd præpositio significationem auget. |Exponitur etiam Luxu diffluo, ex Platone De legibus, διατεθρυμμένη παιδεία πόρρω ἀγαμένης.

C. ΕΝτρυφάω, ῶ, vt ἐντρυφᾶν μάστιξι apud Chrysost. Verberibus tanquam deliciis delectari. Et ἐντρυφῶ τούτῳ, Luxuriosè & insolenter ac redundanter hac re vtor: vt Budæus exponit, afferens ex Gregorio, δότε μοι μικρὸν ἔτι ἐντρυφᾶν τῷ διηγήματι. Et ex Herodiano, βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ τοῦ Καίσαρος ὀνόματι, Licentius, insolentius, fastuosius Cæsaris appellationem vsurpantem. Hæc & alia vide pag. 1072. Idem alibi ὁ ἐντρυφῶν exponit Vsque ad delicias ostentabundus. |Item pass. partic. ἐντρυφηθέντα, Quæ redundanter & immodicè scribuntur vel narrantur, vt quum supramodum scriptores stylo indulgent. Ibidem.

Ἐντρυφῶ σοι, Per delicias & lasciuiam illudo & ludibrio habeo, Ludificor. Luc. ὅσα ταῦτα ἐντρυφῶσι μᾶλλον ἢ ἐνυβρίζουσι τοῖς ἀνθρώποις οἱ πλούσιοι. Hinc Gall. *Truffer*, quum dicimus, *Se truffer de quelcun*. Et ἐντρυφᾶσθαι, Ludibrio haberi & contemptui. Plut. ἐντρυφώμενος ὑπ' αὐτοῦ. Vide Bud. p. 1071.

C. 2. Ἐπεντρυφάω, ῶ, idem quod ἐντρυφάω. Vide exemplum apud Suidam, apud quem ἐπεντρυφήσαντες exponitur καταπλαγιάσαντες. sed mendosam hanc scripturam esse puto.

C. 2. Ὑπερεντρυφάω, ῶ, Illudo per delicias & lasciuiam suprà quàm dici possit, Supramodum ludificor. Alciphr. in epist. δεινὸν δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων τετρυφῆσθαι, καὶ ὑπερεντρυφᾶν ἡμῖν. λοιπὸν οὖν ἀπαλλάσσειν.

C. ΚΑΤΑτρυφάω, ῶ, vt κατατρυφᾶν τοῦ λόγου apud Greg. Eluxuriari in stylo, vel Luxuriante stylo vti. |Et cum genit. personæ, idem quod ἐντρυφῶ. Vide B. p. 1072.

ΘΥΜΟΣ, οῦ, ὁ, Animus, Mens. Iliad. α, μάλιστα γὰρ ἄλγος ἱκάνει θυμὸν ἐμόν, Dolor incessit animum meum. Tale est Iliad. α, — ἐπεί μιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν, quoniã eius cor & animũ peruaserat dolor. (sed obserua hic adiungi κραδίην) Idem Iliad. α, φθέγγεσθαι, εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται, Si animus tuus ad id impellitur. vel Si ita fert animus, vt Lat. poetæ loquũtur. Quò pertinet ἐν θυμῷ μεμαῶτες, Il. γ. Item hic versus, qui sæpe ab eo repetitur, Δαίνυντ' οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης. Quo in loco, sicut & in præced. duobus, aliisque multis, cupiditas vel potius ipsa cupiendi actio τῷ θυμῷ tribuitur. At verò in hoc eiusdem poetæ loco, ᾧ θυμῷ εἴξας ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, vult Etymol. itémque Homeri schol. θυμὸν ipsam etiam ἐπιθυμίαν significare. Sed Latini eodem planè modo Animo suo obsequi dicũt, seu morem gerere. Hoc etiam animaduertendum est, vt in quodam loco antè citato κραδίην & θυμὸν copulat, ita θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι non rarò dicere, item θυμὸν ἐνὶ φρεσί. Et τὸ δ' ἐμὸν κῆρ ἄχνυται ἐν θυμῷ, Il. ζ. Obseruandus est item vsus huius nominis cum diuersis præp. apud hũc poetam: ac potest quidem apud eũ κατὰ θυμὸν & ἐν θυμῷ reddi eodem nomine Latino, cum præpos. In: itidémq; ἐκ θυμοῦ, Ex animo: at quũ dicit ἀπὸ θυμοῦ ἔσεαι Iliad. α, retinetur quidẽ & tum idẽ nomen, sed præpos. in aliquod nomẽ mutatur. nã ἀπὸ θυμοῦ μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι, est Magis animo meo inuisa eris. Quod si, præpos. alicui Lat. dandus & hic locus esset, putarẽ reddi debere, Extra animum meum eris. Ex his autem ἀπὸ θυμοῦ factũ cõp. ἀπόθυμος. Cæterùm illud ἐν θυμῷ cuius modò memini, sciẽdũ est alicubi peculiarẽ quendã vsum habere. nam quod legitur Od. χ, Ἐν θυμῷ γρηῦ χαῖρε καὶ ἴσχεο, est quod Tibull. dicit, In tacito cohibe gaudia clausa sinu. perinde videlicet acsi diceretur, Caue ne foras erumpat gaudium tuum, & se prodat, sed in animo & pectore tuo cõtine. Alioqui ἐν θυμῷ, vel etiam θυμῷ sine præpos. vacare sæpe puto: & quidem alicubi cum eodem etiam verbo. vt Il. α, — χαίρω δὲ καὶ αὐτὸς θυμῷ. & ibidem, γήθησε δὲ θυμῷ. Eustathius tamen vult θυμῷ significare ἐκ ψυχῆς καὶ οὐ κατά τι ἐπιπόλαιον καὶ προσποίητον. At si potius vacare hic dicendum sit istum datiuum, similem esse dicemus ei qui verbis φιλεῖν & κήδεσθαι adiungitur alibi ab Homero. quum tamen ἐκ θυμοῦ eidẽ verbo φιλεῖν ab eodem poeta adiunctum, non itidem otiosum sit, Il. ι, sed id sit quod Latini ad verbum Exanimo amare, seu diligere, dicunt: Galli, *Aimer de bon cœur*.

In prosa autem dicitur θυμὸν ἔχειν ἀγαθόν, quod Lat. Bono esse animo. q. d. Habere bonũ animũ, vt Gall. *Auoir bon courage*. Sed θυμὸς per se quoque est Animi præsentia. Xen. Pæd. 4, ἣν δὲ κατὰ τὸ καρτερὸν ἐμβαλεῖν ἡμῖν, ἰέναι ῥώμῃ καὶ θυμῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους. A Budæo autem exponitur etiam Animi præstantia, Animi vehementia, Animi præfidentia, in hoc Plat. loco, De rep. πρὸς ὃ ἂν εὖ ἔχων τὸ σῶμα, φρονήματος καὶ θυμοῦ ἐμπίπλαται, καὶ ἀνδρειότερος γίγνεται αὐτὸς αὑτοῦ. Huc pertinet etiam quod apud eundem legitur ibidem, ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός. οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος. Ego certè his in locis id planè esse θυμὸν arbitror quod Virgili' animos vocauit, hoc in versu, Æneid. 11, Ibo animis cõtrà: vel magnum præstet Achillem. Atque adeo illud Xenophontis, ἴωμεν θυμῷ. puto hinc verti posse ad verbum, Eamus animis contrà. Sic autem Animos dici Lat. & cum quibusdam verbis, satis notum esse potest. Huc pertinet quod Galenus scribit, θυμὸν Hippocrati

esse etiã ἐπιθυμίαν. Θυμὸς, Mens, i. mentis cogitatio, seu Propositum. vt ἕτερος δέ με θυμὸς ἀνώγει. id est ἐπιλογισμὸς, inquit Etym. sed malim simplex λογισμὸς, quo exponitur θυμὸς ab Hesychio quoque: addente & προαίρεσις. In prosa autem dicitur θυμὸς cum infinitiuo etiã, pro ipso proposito seu voluntate aliquid faciendi. vt apud Plut. εἰ μὴ σοι ἐστί σοι θυμὸς ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις. A Xenophonte autem subaudiendus relinquitur infin. quum scribit Pædiæ 3, pag. 41, διωκόντες δὲ ἀπελαύνετε ὅσον ὑμῖν θυμός. hic. n. infinitiuũ ἀπελαύνειν subaudio, sũptum ex ἀπελαύνετε. Quòd siquis in his aliisque huiusmodi locis θυμὸν exponere malit ἐπιθυμίαν, istam certè expositionem magis iis conuenire puto quàm Homerico illi cui eam dari dictum est. Sic & Lat. Mens. veluti quum dicitur, Ea mente hoc feci vt &c. Θυμὸς, Animalis spiritus & viuificus, vt quidam exponunt post Eustathium in ἐσπαίροντα θυμὸν, quod sæpe apud Hom. occurrit. Quo accipi modo putatur & Iliad. α, — ὀλίγος δ' ἔτι (vel potius δ' ἔτι) θυμὸς ἐνῆεν: pro Moribũdus erã & penè exanimis. ‖ Θυμὸς, Anima, Vita, vt θυμὸν ἀπηύρα apud eundem, & ἐξαίνυτο θυμόν: Animam abstulit, i. interfecit. Possit verò (vt opinor) ita accipi θυμὸς & in loco quem modò protuli ex Il. α, — ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν, vt sit Exigua animæ portio, id est vitæ. Θυμὸς ab Etymol. & schol. Homeri exponitur etiam Concordia apud eundem poetam, vbi dicit ἕνα θυμὸν ἔχοντες. sed perperam: (meo quidẽ iudicio) quum θυμὸς per se minimè hoc significet, sed addito accus. ἕνα, sonétque θυμὸν ἕνα q. d. vnanimitatem.

Θυμὸς, Ira, Excandescentia. Il. α, Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος. dixerat autem proximè præcedente versu, Μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν. vnde & θυμὸς μέγας Eustathio est τὸ πολὺ τοῦ θυμοῦ, admonenti, μεγάθυμος, licet hinc factũ, alio tamen sensu vsurpari. Sic autẽ accipit Hom. datiuũ θυμῷ alicubi cũ verbo εἶναι (quemadmodũm cum eodem verbo θυμῷ poni aiunt ἐπιθυμίας antea dictum fuit.) Est certè θυμὸς hac in signif. prosæ quoque scriptoribus vsitatum. Euripides Med. Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, Ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς. Thuc. libro 2, καὶ οἱ λογισμοὶ ἐλάχιστα χωροῦσι, θυμῷ πλεῖστα εἰς ἔργον καθίστανται. qui locus aliquid etiam habet affinitatis cum illo Eurip. quod ad sententiam attinet. hic enim θυμὸς & λογισμὸς id sunt quod illic θυμὸς & βουλεύματα. Aristoph. Vespis, Οἱ δ' ἐκπέπλευσ' ἤδη γ' ἐγὼ γελάσω, καὶ τὸν θυμὸν καταθήσω. Et θυμὸν δάκνων apud eundem in Nebulis, pro Iram reprimens: ad verbum, Animum mordens. Plutarchus in Amat. narr. οὐκ ἔχοντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰς οὓς τὸν θυμὸν ἀπερείσονται, id est (Politiano interpr.) Non habentes Laced. in quos iram effunderent. Luc. autem dicit etiã θυμὸν ἐκχέειν, hac in signif. Interdum verò θυμὸς & ὀργὴ copulantur: & ita quidem vt ὀργὴ potius præcedat, si bene memini, (ac certè rationi cõsentaneus est hic ordo, quum θυμὸς sit aliquid plus quàm ὀργὴ) licet Aristot. ordinẽ hunc non seruarit in Rhet. scribens ἐξ θυμὸν καὶ ὀργὴν γίνεσθαι. sed possit hic particula καὶ pro ἢ posita videri. Seruauit certè Herodianus lib. 8, ὀργῇ καὶ θυμῷ χρώμενος πλείονι μᾶλλον ἠπείγετο. (vbi Pol. ὀργὴν quidem iram, at θυμὸν furorem vertit. Bud. autem alicubi θυμὸν iracundiæ furorem interpr.) Luc. quoq; ὀργὴν & θυμὸν coniũxit, sed vtrique suum dans verbum: in lib. De cal. ὥστε ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε. Paulus apost. in epist. ad Col. cap. 3, v. 8, separatim ὀργὴν & θυμὸν posuit, scribens, νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν. vbi θυμὸν multo aptius redditur Excãdescentiam quàm Indignationẽ, vt ver. interpr. reddiderat, & post eũ Eras. In Stoicorũ definitionibus legimus ὀργὴν quidem esse ἐπιθυμίαν τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως, at θυμὸν esse ὀργὴν ἀρχομένην. id est, θυμὸν esse iram nascentem & modò existentem. Verùm apud Cic. (qui hæc scribit l. 4 Tusc. quæst.) nõ legitur θυμὸς, sed θύμωσις, quã lectionem nõ miror solùm, sed suspectã etiã habeo: non quòd θύμωσις id significare negem, sed quòd θυμὸν in ea signif. passim legamus, & quidẽ in ipsa etiam Stoica definitione: at θύμωσιν vix vsquam. Alioqui certè verbũ θυμοῦσθαι, à quo deriuatur θύμωσις, pro Irascor, aut Excandesco, antiquis quoque vsitatum esse, atque adeo nõ solùm id posse significare θύμωσιν, sed ne posse quidem aliud significare, fateor. Denique θυμὸς à Cicerone scriptum fuisse puto, aut, si θύμωσις scripserit, ideo hoc potiꝰ vsus esse quàm illo θυμὸς, cum Stoicis, quòd magis ad formam Latini nominis Excandescentia accederet: vtpote actionem τοῦ θυμοῦσθαι significans, sicut Excandescentia actionem excandescendi, & (vt loquuntur grammat.) verbale à θυμοῦσθαι, sicut Excandescentia ab Excandesco. Ac de hoc quidẽ hactenus. Basil. certè aptissimè θυμὸν distinxit ἀπὸ τῆς ὀργῆς, dicens θυμὸν esse velut ἐξάψιν τινὰ καὶ ἀναθυμίασιν ὀξεῖαν τοῦ πάθους, at ὀργὴν esse ἐμμονον λύπην καὶ ὁρμὴν &c. Cui etiam definitioni consentanea videtur illa interpretatio per verbum Latinum Excandescentia: Budæus tamen hic secus reddidit, nimirum Iram præcipitem. ‖ Herodianus autem impropriè mihi videtur vsus esse hoc nomine, quum θυμὸν non pro Excandescentia aut ira, sed pro iracũdia, seu iracunda mẽte, dixit, lib. 4, εἰδὼς τε τὸ Ἀντωνίνου τὸν θυμὸν καὶ τὸ φονικὸν ἐπὶ ποιοῖς δὲ χαίρωσιν. ‖ His addenda quæ apud Xenoph. legũtur, in lib. περὶ ἱππικῆς. nimirum esse θυμὸν equo, quod homini est ὀργή. ‖ Sed & hoc sciendum est, in plurali quoque numero legi hoc nomen. Aristoteles de hominibus melancholicis loquens, ἐρωτικοὶ καὶ εὐκίνητοι πρὸς τοὺς θυμοὺς καὶ τὰς ἐπιθυμίας. At Plutarchus vnico etiã homini tribuit θυμοὺς, in Cor. θυμοῖς τε ἀκράτοις χρώμενος ἀκροσφαλής, καὶ φιλονεικίαις ἀπρίξεις.

‖ Ad etymum autem vocabuli θυμὸς quod attinet, Plato quidem à verbo θύειν deriuat, scribens in Cratylo, θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα. Alii verò his non contenti, non solùm ἀπὸ τοῦ θύειν, sed etiam ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ αἷμα dixerunt, vt videlicet θυμὸς appellatus sit quasi θύαιμος. Apud me certè parũ ponderis hæ deriuationes habent, præsertim quum vni duntaxat huius nominis significationi conueniãt, illi nimirum qua pro ira seu excandescentia ponitur.

C. Θυμοβαρής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Animum grauatum habens, Animo dolens. Apud Suid. Σῆμα παρ' Αἰαντείῳ ἐπὶ Ῥοιτείῳ ἀκτῇ Θυμοβαρὴς ἀρετὴ μύρομαι ἑζομένη.

C. Θυμοβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Animum vorans seu rodens. vt θυμοβόρος ἔρις aliquoties apud Homerum. Il. τ, Θυμοβόρου ἔριδος μνησάμενοι εἵνεκα κούρης. VNDE Θυμοβορέω, ῶ, Animum exedo tristitia, Macero me ægritudine animi. θυμὸν κατέδω, vt Homerus loquitur. Hesiod. Diebus, πεύλακα δὲ θυμῷ Τίρα ἀμβλύσκειν φθινοπώρου ἡ ἰσομήνου τε ἄλλα θυμοβορεῖν, Doloribus exedere seu conficere animum, vel Dolores vorare animo: ὁμοῦ καμάτῳ καὶ ἄχει θυμὸν ἔδων, vt Homerus loquitur. ET Καταθυμοβορέω, Animum exedo. idem quod θυμοβορέω, nisi quod præpositio aliquid significationi addit. Pythag. Φείδεο τῆς ζωῆς, μὴ μὴν καταθυμοβορήσῃς. Homerus dicit, Σὴν ἔδμαι κραδίην.

C. Θυμοειδής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Animosus, Animi præstans, hoc est acer & vehemens, ἀνδρεῖος: cui opponitur ἄθυμος. B. ex Platone De leg. 145, & in 3 De republica 42, ἀκρόχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι ἀντὶ θυμοειδοῦς γεγένηνται, δυσκολίας ἔμπλεῳ. Et libro 8, pag. 109, pro Animi præstans. Alibi quoque θυμοειδῆ τῷ πρᾴῳ in laude ponit. Vnde & Synesius epist. 131, θυμοειδὴς καὶ πρᾶος, οἵους ὁ Πλάτων ἀξιοῖ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως τοὺς φύλακας εἶναι, animosos & lenes. Idem Plato Polit. 2, θυμοειδὴς & μεγαλόθυμος pro eodem posuit. Et apud Xenophontem De re eq. εὐαγωγόν τε καὶ ὑπηρετικὸν, καὶ ἱππικὸν καὶ θυμοειδῆ καὶ σοβαρὸν, de equo. Videtur differre aliquid ab ἀνδρεῖος. Vnde Plato Polit. 2, ἀνδρεῖος δὲ ἆρα εἶναι ἐθελήσει ὁ μὴ θυμοειδὴς εἴτε ἵππος εἴτε κύων, Fortis esse volet qui animosus non sit. Est enim θυμοειδὴς, ὁ ἄγαν ἀνδρεῖος, vt Aristot. libro 1 Œcon. docet. Idem Arist. Polit. 2, coniungit θυμοειδέσι καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσι. Et in 7 Polit. scribit, τοὺς μέλλοντας εὐαγώγους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ πρὸς τὴν ἀρετὴν, oportere esse διανοητικούς τε καὶ θυμοειδεῖς. Herodianus libro 8, θυμοειδεῖς ὄντες καὶ εὔτολμοι, animosi audacésque. Et libro 2, ἦς δὲ τὴν πρὸς τὰ πράγματα διοίκησιν ῥᾴθυμος ἅμα καὶ θυμοειδὴς, vehemẽs homo negotiis gerendis, vt Polit. interpr. ‖ Θυμοειδής, Iracundus, idem quod ὀργίλος: oppos. τῷ πρᾴῳ, apud Plat.

& Synesium, teste Budæo. Herodian. lib. 3, de Antonino, νέος θρασὺς θυμοειδής τε, audax iuuenis & iracundus. Athen. de musica, καὶ γὰρ τοὺς θυμοειδεῖς πραΰνει, iracundos placat. Sic Plato De republica 25, ἐναντία γὰρ που θυμοειδεῖ πραεῖα φύσις. Idem apud Demetrium Phaler. τὸ μὲν ὥσπερ τι, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Apud Herodian. verò lib. 1, μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ τολμήματι, videtur potius sumi pro Irato seu ad iram concitato, quàm iracundo. Polit. vertit Turbido spiritu. ‖ At θυμοειδὴς δύναμις, Animosa seu irascibilis facultas, Vis cordi insita qua motus in nobis gignit & animi perturbationes, vt Gorræus definit. Vel, In qua inest τὸ θυμοειδές, seu τὸ θυμῶδες καὶ τὸ θυμικόν, hoc est quæ animos homini inspirat, & in qua irarum existit ardor, vt Cicero loquitur. Hæc θυμοειδὴς ψυχὴ siue δύναμις, vocatur etiam ζωτική, τὴν γῆν ἔχουσα τὴν καρδίαν καὶ ἐχέτους τὰς ἀρτηρίας, vt ex Galeno tradit Bud. Vnde & in v. l. est ex eiusdem Galeni Therap. l. 9, καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ καὶ δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνομάζεται. Et τὸ θυμοειδὲς neutro genere sub. τῆς ψυχῆς μέρος, pars animi in qua irarum existit ardor, vt Cicero apud Platonem pag. 11 mei lex. Cic. interpr. Plut. De virt. mor. ὧν ἡ μὲν [δειλία] ἔλλειψις, ἡ δὲ [ἀνδρία] ὑπερβολὴ τοῦ θυμοειδοῦς. Idem, ἡ γὰρ ἀκμή τινι δὲ ἡλικίας τὸ θυμοειδές, οὐδὲ αὐτομάτως ἀπομαραινόμενον, ἀλλ' ὑπὸ λόγου τινῶν χρηστῶν θεραπευόμενον. Alicubi verò τὸ θυμοειδὲς pro ipsa ira ponitur. Laertius, τὸ μὲν αὐτῆς λογικὸν μέρος περὶ τῇ κεφαλῇ καθιδρῦσθαι ἐστὶ τὸ δὲ θυμοειδές, περὶ τῇ καρδίᾳ τὸ δὲ ἐπιθυμητικόν, περὶ τὸ ὀμφαλόν. Pro quo apud Cic. est, Plato triplicem finxit animum: cuius rationem, in capite, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. VNDE Θυμοειδῶς, Animosè: item Iracundè. Herodian. l. 4, ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἐμβριθῶς τὰ πάντα καὶ θυμοειδῶς ἔπραττε, asperius ferociusque gerebat, Polit. interpr.

C. Θυμολέων, Leonis instar animosus, Leonino & magno animo præditus. Iliados η, Ἀχιλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα. Quæ eadem verba Hesiodus habet in Theog. ET θυμολέαινα, fœm. gen. Leonino & magno animo prædita, in Epigr.

C. Θυμόμαντις, Qui animo futura prospicit, Vates. ψυχόμαντις, συνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα. Hesych.

C. Θυμομαχέω, ῶ, Infenso animo bellum gero. Bud. ex Act. Apost. 12, ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις. Plut. in Dem. 287, οὐδὲν ἄξιον λόγου πράττων ὁ Δημήτριος, ὅμως ἐθυμομάχει πρὸς αὐτούς. Diod. in hist. Alexandri, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς θυμομαχοῦντες, τὸ ζῆν πρότερον ἢ τὴν ἀρετὴν ἐξέλιπον, iratis animis ad extremum vsque spiritum depugnantes. Quo sensu accipi posse videtur etiam id quod ex Polybio citat Suidas, οἱ δὲ τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες τῆς ἐλπίσι, τὰ δὲ θυμομαχοῦντες, ἐπί τινα πράγματα κατέπιπτον. Ipse verò Suidas ibi exponit ὀργιζόμενοι τὴν ψυχήν, quod Bud. improbare videtur. Eustathius aliam etiam dat huic verbo significationē. exponens enim apud Homerum ἐπὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ, scribit ἐμπεσεῖν esse vocabulum militare, quo significetur πολέμιον τὸν χόλον εἶναι τοῖς πράγμασιν: atque inde quosdam dici etiam θυμομαχεῖν.

C. Θυμοραϊστής, οῦ, ὁ, Animum destruens. idem quod θυμοφθόρος. Il. π, ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής. Il. σ, δηΐων ὑπὸ θυμοραϊστέων.

C. Θυμόσοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ipse sibi animi sui acumine peritiam alicuius rei comparauit, non ab alio didicit, Indole ingenii præstans, Ingeniosus. Aristoph. Neb. θυμόσοφός ἐστι φύσει. Quibus verbis probationis locu subiicit, Εὐθύς γέ τοι παιδάριον ὢν τυννουτονί, Ἔπλαττεν ἔνδον οἰκίας, ναῦς τ' ἔγλυφεν, ἁμαξίδας δὲ σκυτίνας εἰργάζετο. Plut. Artox. de Parysatide, τὰ τ' ἄλλα θυμόσοφος γυνὴ καὶ δεινὴ κυβεύειν. de qua aliquanto pòst, τοιοῦ ἔχουσα καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον. Et θυμόσοφον μέρος, in vulg. lex. Humanæ intelligentiæ partem habens. Eust. apud Homerū in illo Il. μ, ὃς σάφα θυμῷ εἰδείη τεράων, de vate dicto, periphrasticè exprimi scribit hoc θυμόσοφος: nā esse θυμόσοφον τὸν μὴ ἄλλοθεν ἀλλ' αὐτοφυᾶ, ἤγουν ἰδίᾳ φρονία, τῇ κατ' αὐτόν, σοφόν. VNDE Θυμοσοφικός, οῦ, ὁ, idem quod θυμόσοφος. Aristoph. Vespis, de filiis Automenis, quos χειροτεχνικωτάτους appellat, Εἶτ' Ἀρίφραδην [ἐφύτευσας] πολύ τι θυμοσοφικώτατον. quod explicans subiungit, Ὅν τινά ποτ' ὤμοσε μαθόντα παρὰ μηδενός, Ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεως αὐτόματον ἐκμαθεῖν Γλωττοποιεῖν.

C. Θυμοφθόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Animo perniciosus, Animum lædens & labefactans. Odyss. β, —ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ, Ἐν δὲ βάλῃ κρητῆρι, καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ, pharmaca animo exitialia, seu quæ rationis vsum adimant, ac sic perniciem extremam inferant. Odysseæ δ, Τὴν δ' ἄχος ἀμφεχύθη θυμοφθόρον. Od. κ, Ὄφρα μοι ἐν καμάτῳ θυμοφθόρον εἴλετο γόον. Hes. Erg. Μηδέ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, animo & vitæ pestiferam.

C. Θυμαλγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Animo dolorem afferens. Od. υ, Οἵ δή μοι καμάτῳ θυμαλγέϊ γούνατ' ἔλυσαν. Od. ε, Λώβης εἵνεκα θυμαλγέος. Od. ψ, ἡ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες. Od. θ, θυμαλγέα μῦθον ἀκούων.

C. Θυμήρης, έος, ὁ καὶ ἡ, Animo conueniens, hoc est gratus, Animo placens. Aliquoties apud Homerum, —ἔχον ἄλοχον θυμήρεα. Pro quo, verso α in η, DICITVR Θυμήρης, accentu in penultimam retracto. Odyss. κ, —λό' ἐκ τρίποδος μεγάλοιο Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων. Et θυμήρεις αὐτοῦ φίλους apud Herodian. l. 8, carissimos. Dicitur verò ET Θυμηδής, quod eiusdē & originis & signif. est. Nic. Alex. θυμηδέα, θυμήρεσ͂τον, animo gratum.

C. Θυμηγερέω, Animum recolligo, θυμὸν ἀγείρω, vt Homer' aliquoties loquitur. Odyss. η, Ἐκ δ' ἔπιεν θυμηγερέων. hoc est νέον ἐπαγειράμενος θυμόν, vt alibi ait, recolligens nouū animum, seu recolligens animi vires collapsas, Recolligens animum qui iam defecerat.

C. Θυμηδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Animo gratus & iucundus, oppositum τῷ θυμαλγὴς quod præcedit. Od. π, Μή τι χρήματ' ἔπος τὰ ἄλις θυμηδέ' ἔδωμεν. Et θυμηδέστερος κλῆρος, Sors acceptior, Sors animo gratior. cap. 3 Sapient. Solomonis. VNDE Θυμηδία, ας, Animi iucūditas & delectatio, qua videlicet animus gaudio & lætitia perfunditur. Plut. Symp. 7, ὅσοι πολλῆς ἐν αὐτοῖς εὐφροσύνης καὶ θυμηδίας παρούσης, ἔξωθεν ἐπάγει τὰ τέρποντα φιλοτιμοῦνται. Eupolis apud Athenæum libro 7, παρὰ τῷδε Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία, ἵνα πάρα μὲν κάραβοι καὶ βατίδες καὶ λαγῷ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. A Bud. exponitur Animus hilaris & voluptate perfusus, item Oblectamentum, citante ex Galeno ad Glauc. ἐργῇ δὲ καὶ λύπῃ καὶ θυμῷ αἰτιατέον χρὴ τὴν ἐν λόγοις τε καὶ πράξεσι καὶ θεάμασι καὶ διηγήμασι θυμηδίαν. Plut. in Homero, de locis comicis & ad risum prouocantibus apud Homerum, vt sunt, Martis & Veneris deprehensio, Thersites vapulans, ὡς αὐτὴ μὲν ἡ θυμηδία παρὰ τῷ ποιητῇ εὑρίσκεται. Dicitur autem θυμηδία à θυμηδής, vt ἀηδία ab ἀηδής.

C. Ἀγριόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Agresti & fero animo præditus. ἀγριόψυχος, θηριώδης, Hesych.

C. Ἄθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui non est bono animo, Qui animū despondet, Qui animum deiicit, vel potius Qui deiecto est animo. Quidam tamen aliis modis reddiderunt. sed illæ interpretationes mihi magis placēt in quibus etiam nomen Animus habetur, vt planè exprimatur vis huius vocabuli, compositi ex θυμός, id est animus, & α priuatiuo: adeo vt ἄθυμος, ad verbum sonet Carēs animo, id est, Gallico loquendi genere, Qui perdidit cor. Anxius etiam exponitur. Suidas ἄθυμον apud Platonem Pol. 5, ait significare ἀθυμοῦντα, id est λελυπημένον, mœrore affectum. Apud Xenophontem ἄθυμος videtur opponi τῷ πρόθυμος, (vt ἀθυμίαν & προθυμίαν opponit) vt sit Minimè alacer, Non alacri animo faciens aliquid. Pæd. 5, de militibus loquens, οἱ μὲν ἀγαθοί, πολὺ ἂν ἀθυμότεροι γίγνοιντο οἱ δὲ πονηροί, πολὺ ὑβριστότεροι. id est Boni, minus sint alacres. Quidam exponunt, Animū magis demittāt. Ex qua expositione sequeretur, illos iam antea demittere animum.

Ἄθυμος, Non animosus, Pusillanimis, apud Aristotelem Pol. 7, opponentem θυμοῦ πλήρεις siue ἐνθύμους, & ἀθύμους. Suidas ἄθυμοι exponit τὴν ψυχὴν κακοί, id est Ignaui, Timidi, hoc in loco, οἱ δὲ στρατιῶται, καίτοι ἄθυμοι δοκοῦντες, καὶ τὰ σώματα ποιηθέντες ἐν τῇ προτέρᾳ μάχῃ. Vbi tamē videtur posse exponi ἄθυμοι vt in loco Xenophontis proximè præcedente, Non alacres. Apud eundem Suidam ἀθυμότερος, grad. comparat. explicatur ἀθυμότεροι κακοψυχότεροι,

κακοψυχότερος, id est Ignauior, Timidior. Ab Erasmo ἄθυμος exponitur etiã Nihil ira cõmotus: sed exemplum huius significationis desidero.

Ἀθύμως, (q.d. Absque animo) Animo deiecto, Anxiè. Xenoph. Pæd. 3, καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι, δεδιότες μὴ ἡττηθῶσιν, ἀθύμως διάγουσιν. Id est, Et qui pugnaturi sunt, metuentes ne superentur, animo sunt deiecto. vel In anxietate versantur. ἀθύμως διακεῖσθαι apud Isocr. in Pan. Despondere animum, Spem omnem abiicere vel abiecisse. Idem ad Nicoclem ἀθύμως ἔχοντας & φοβουμένους copulat. Dicitur & ἀθύμως ἔχειν πρός τι, pro Desperare de re aliqua. vt apud Xenophontem, ἀθύμως ἔχω πρὸς τὴν τῶν φίλων κτῆσιν, Despero de comparandis amicis.

Ἀθυμία, ας, ἡ, à Budæo exponitur Animi deiectio, Tristitia, Anxietas, Desperatio, Affectus hominis animum despõdentis, & qui meliora non sperat. Idem in Com. Ling. Gr. ait, θυμὸς est animi præfidentia, Animus vehemens: quos animos Latini vocant. cui ἀθυμία opponitur. Hæc Budæus. Priorem illam significationem habet ἀθυμία in hoc Æsch. aduersus Ctes. loco, εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐνέπεσον. Item apud Xenophontem hic, εἰ δ' ἔξω ἐν πάσῃ τῇ ἀθυμίᾳ ἦσαν. Apud eundem ἀθυμία est contrarium προθυμία, id est alacritati, animo alacri. X. Pædiæ 1, λέγων ὅτι τὸ πᾶν διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ προθυμία ἀθυμίας, id est, dicens planè interesse in omni negotio, adsit alacritas animi, annon.

Ἀθυμέω, ῶ, Fut. ήσω, Pr. ηκα, à Budæo in lex. exponitur, Animum despondeo, Animo deiecto sum, Alacritate animi defectus sum. Idem in Comm. linguæ Græcæ, exponens ἀλύειν apud Plutarchum, quasi Spe deplorata confectus: subiungit, Supra pro eodem ἀθυμεῖν dixerat & ἀπειρηκώς. Hæc Budæus. Exponitur etiam ἀθυμῶ non malè (meo quidem iudicio) Animo concido, Animo succumbo, Animo debilitor, Animum abiicio. Isocrates in Euagora, τίς οὐκ ἂν ἀθυμήσειεν, ὅταν ὁρᾷ &c. vbi absolutè ponitur. at in Panath. ab eodem cum datiuo, interiecta præpositione ἐπὶ, quum dicit, οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας, εἵλομην ῥαθυμεῖν. Datiuo autẽ sine præpositione iunxit Demosthenes Philipp. 1, οὐκ ἀθυμητέον τοῖς παροῦσι πράγμασι, Non oportet animo esse deiecto ob præsentem rerum statum. vel Non oportet animum despondere. Fortasse etiam exponi possit, Non oportet pro deplorato habere præsentem rerum statũ. nam animum despondemus de iis vel ob ea quæ pro deploratis habemus. Iungitur & accusatiuo apud Thucydidem libro 6, ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἢν καὶ παυθῇ, οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν. Non expauescimus finem imperii nostri, vt quidam exponunt. Sed verti etiam potest, Non despondemus animũ de fine nostri imperii. Apud eundem ἀθυμῶ cum infinitiuo iunctũ est, libro 7, ἀθυμῶ ἐπιχειρῆσαι, pro ὀκνῶ aut δέδοικα, vt vult eius scholiastes. Apud Sophoclem itidem pro δέδοικα, id est Timeo, cum particula μή: δεινῶς ἀθυμῶ μὴ &c. quanquam non simpliciter Timeo exponendum puto, sed Anxius sum metu, Angor metu ne &c. Et quasi exanimor metu, sequendo etymologiam vtriusque verbi: nam Exanimor ab Animus, vt ἄθυμος à θυμὸς factum est: priuante illic particula ex, vt hic litera α.

Ἀθυμέομαι, οῦμαι, pass. idem quod actiuum ἀθυμῶ. Hesychius ἀθυμούμενος exponit λυπούμενος, id est, Qui mœrore afficitur.

Ἀθυμήτης, ου, ὁ, Anxius, Mœrore affectus, apud Suidam in Ἄθυμος. Fieri autem dicemus ex ἠθύμηται tertia præteriti ab ἀθυμέομαι: vt à prima ἠθύμημαι fieret ἀθύμημα. sed haud temere alibi reperias hoc nomẽ ἀθυμητής. ita enim malit fortasse aliquis scribere quàm ἀθυμήτης.

C. 2. Καταθυμέω, pro λίαν ἀθυμῶ, Animo concido & labasco. Budæus ex Xenophonte, ὥστε ὁ μὲν δῆμος παντελῶς κατηθύμησεν.

C. Βαρύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauiter animo affectus. Synes. ep. 44, βαρυθυμότερον τὸν ἠδικημένον καθίστησι, grauius afficit animum eius qui iniuriam passus est, seu Multo acerbius iratum reddit eum qui læsus est. Plutarch. Alex. ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χαλεπότης, δυσζήλου καὶ βαρυθύμου γυναικός, ἔτι μείζονας ἐποίει, morosæ ac difficilis fœminæ. VNDE Βαρυθυμία, ας, ἡ, Animus grauiter affectus, Animi ægritudo. Plut. ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας, Præ animo ægro. Bud. ET Βαρυθυμῶ, Grauato animo fero, Indignor. Bud. ex App. ὁ δὲ Μίλων βαρυθυμῶν, ὡς ἀπιστουμένου πρὸς αὐτὸν τοῦ Πομπηΐου, ἐπὶ τὴν Λευκανίαν παρασκευάσεν ἐξῄει. Idem apud Plutar. βαρυθυμούμενος interpr. Ægrè ferens: apud quem Sympos. lib. 9 est, ὁρῶν ἀποσιωπῶντα καὶ βαρυθυμούμενον.

C. Γλυκύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dulcedine animum afficiens. idẽ ferè quod θυμηδής. Aristoph. Ὕπνος δ' ἐπίτω γλυκύθυμος ὀμμάτων, Somnus animo gratus. ἡδύθυμος ὕπνος, vt Homerus appellat. Item Delicatus, Qui nulla non dulcedine animum effœminat: in malam partem. Luc. Hermon. οἱ Ἐπικούρειοι γλυκύθυμοι καὶ φιλήδονοί εἰσιν. ‖Γλυκύθυμοι, Placido & miti animo præditus. Il. υ, Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων, Ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς. VNDE Γλυκυθυμία, ας, ἡ, Animi suauitas, Animi dulcedo. idem ferè quod θυμηδία. Synes. epist. 57, οὐκ ἔτι τῆς συνήθους ἐν λόγοις γλυκυθυμίας ᾐσθόμην, non amplius consuetam in orationibus suauitatem sensi. Idem epist. 79, de se loquens, καὶ ἥμισυ ἀνθρωπίνης καὶ πάσης γλυκυθυμίας ἀπολελαυκώς, Hilaritatem animi lætitia pertuli. Bud. interpr. Et in malam partem pro deliciis seu voluptatibus animi. Idem epist. 105, εἰ μὴ ὡς εἶν κατοκνεῖ τα εἴδους συνέσεως τι καὶ πρὸς ἅπασαν γλυκυθυμίαν ἀνένδοτος, Et vlli animi suauitati nunquam cedens. ‖Γλυκυθυμία, (vt idem Bud. scribit) in vitio à Plut. ponitur pro Ignauia & inertia quæ laborẽ respuit. Sic à Plat. De leg. p. 22 accipitur. ‖Item Animi placiditas & quasi dulcedo, seu (vt B. interpr.) Clementia. Plut.

C. Διθυμία, ας, ἡ, Animorum dissensio, Dissidium, Discordia, διχοστασία, Hesych. Fit quasi à δίθυμοι, Qui animis diffident.

C. Διχόθυμος, υ, ὁ καὶ ἡ, Dubius animi, Qui animum in duas quasi partes scissum habet. Ab Hesychio exponitur διάβολος.

C. Δυσθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauiter animo affectus. idem quod βαρύθυμος. Ab Aristot. in Probl. 104, δύσθυμος & δύσελπις pro eodem fermè ponuntur, quasi Anxius & diffidens fortunæ, vel Mœrore plenus, vt ἄθυμος. B. Dicit autẽ Aristot. οἱ μὲν παῖδες ἀθυμότεροι, οἱ δὲ γέροντες δυσθυμότεροι. Et paulo antè, τὸ μὲν γῆρας δύσελπί ἐστιν, ἡ δὲ νεότης ἐλπίδος πλήρης. Sophocl. Aiace, σᾶς δυσθύμου τέκνον' αἰεὶ ψυχᾶς πλέμοις, Animo tuo miserè afflicto & mœsto. Et in Elect. οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις δύσθυμος, Animus meus ob ea quæ facta sunt, nullo mœrore afficitur: vel Nulla pœnitudine ducitur. Et neutro g. τὸ δύσθυμον, Animi ægritudo, Animi mœror. Plut. Pericle, τὸ δύσθυμον αὐτοῖς ἐπιδαμευθούμενος. VNDE Δυσθύμως, Ægro animo, Cũ animi mœrore. Plutar. Fabio, δυσθύμως δὲ καὶ περιφόβως διακειμένων ἁπάντων, omnium animis mœrore & timore perculsis. ET Δυσθυμία, ας, ἡ, Animi mœror. Aristot. Probl. δυσθυμίας ποιεῖ ἀλόγους. Item, οἷς δυσθυμίαι λαμβάνουσι. Plut. Artox. τοσαύτην ἐνέβαλεν πλείω αὐτοῖς καὶ ταραχὴν καὶ δυσθυμίαν εἰς τοὺς λογισμούς, ὥστε φάρμακον σκευάσαντα τὸν θανάσιμον, καὶ πιόντα, τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι. Herodianus l. 8, παυσάμενος τῆς ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὸ στρατὸς κατηχούσης. Et l. 6, ὡς μεγίστην ἐνέβαλον δυσθυμίαν τῷ στρατῷ, vt maximum exercitui mœrorem attulerit. ET Δυσθυμέω, ῶ, Animum despondeo. Tristor. Budæus ex Plut. Tim. δυσθυμῶν ταῖς ἐλπίσιν, ἔπλει εἰς Ἰταλίαν. Item, μὴ δυσθύμει, Ne despondeas animum, Ne mœrore animus tibi consternetur. Citatur etiam pass. δυσθυμοῦμαι, Sum ægro animo, ex Eurip.

C. Ἔκθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui animo prompto est, Alacris, Vel Ex animi affectu proficiscens. VNDE Ἐκθύμως, Ex animo, Promptè, Alacriter. ἐνδιαθέτως, ἐκ θυμοῦ, vt Eustathius exponit. Philo De vita Mos. lib. 1, τοὺς μὲν ἀνοίας τῷ φιλεῖν ἐκθύμως, τοὺς δ' ἀγαθουργίαις, αὐτὸν ὃν δ' ἐπαθεν, ἠμείβετο, Pietate & amore flagrantissimo prosequendo, Toto pectore amando. Et apud Suidam, ἠγωνίζετο πρὸς ἐκθύμως, id est προθύμως, Alacriter. Herodianus libro 4, συνεὶς ὅτι οὐκ ἄλλως Ἀρτάβανος ἐκθύμως μάχεται, Acriter pugnat. Lucianus, ἐκθύμως πάνυ ἐρίζοντες, Admodum acriter, vel Magno cum animi feruore & contentione,

Pertinaci contentione. Quibus in locis capi poteſt in A
altera ſignific. τῦ θυμὸς, qua pro ira ponitur. Quo certè modo capitur apud Herodianum l.3, πάντα μετ᾽ ἐκθύμως πεπράττον, ὀργῆς δὲ πλέον ὤν φύσει, Irato & infenſo animo omnia gerens. Apud Philonem autem De vita M.lib.1, μὴ ὡς θήλεια τις κατασκήψῃ κακὸν οὕτως ἐκθύμως ἀπιστοῦσι τοῖς χρησμοῖς, Turn.interpr. Sic improbè diffidentibus oraculis. ET Ἐκθυμία, ας, ἡ, Animi promptitudo. προθυμία. AT Ἐκθυμέω, quod ex Iſocr. citat quidem Bud. ſed non interpretatur, ſi mendoſum non eſt, pro ἀθυμέω, hoc eſt Animum deſpondeo, poni videtur: ὥστ᾽ οὐκ ἐκθυμεῖν δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύοντας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς ὑβρίζοντας. B

C. Ἔνθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, In quo animus eſt, Animoſus. Ariſtot. Polit.7, c.7, τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων γένος ὥσπερ μεσεύει κατὰ τοὺς τόπους, οὕτως ἀμφοῖν μετέχει. καὶ γὰρ ἔνθυμον καὶ διανοητικόν ἐστι, hoc eſt θυμοειδές, καὶ θυμοῦ πλῆρες, vt ibidem loquitur: opponens ei ἄθυμος, hoc eſt Puſillanimis, ſeu Nō animoſus.

Ἐνθυμέομαι, οῦμαι, In animo verſo, ſeu voluto, Animo cōcipio, Animaduerto. Item Conſidero, Expendo, Reputo. Cum genit. vel accuſatiuo. X. Apomn.1, ἔστι δὲ πάντας ἤδη, θαυμαστὸν εἰ μὴ τούτων ἐνθυμηθήσεται. Et 2, νῦν δή σου ἄξιον ἐνθυμηθῆναι τούτων. Sic Iſocr. ad Phil. ὧν ἐνθυμούμενόν σε χρὴ μὴ περιορᾶν τοιαύτην φήμην. Et alibi, ὧν ἐνθυμηθέντας χρὴ &c. Cum accuſ. autem, vt Thuc.lib.1, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρινόμεθά γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα. Demoſth. in Midian. τί οὖν ἐκ τούτων ὑμᾶς ἐνθυμεῖσθαι δεῖ; Itidem Iſocr. ἐπειδὰν ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους. Nonnunquam etiam ſequentem habet particulam ὅτι. vt apud Plat. epiſt. 4, ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισιν &c. Aut etiam D
διότι. vt Iſocr. ἐνθυμοῦ δὲ διότι ἐνδέχεται. A Thucydide autem iungitur etiam participio, & dicitur οὐκ ἐνεθυμήθη ἐπιφερόμενος pro οὐκ ἐνεθυμήθη ὅτι ἐπιφέρεται. ‖ Sed his addo, videri mihi aliquando οὐκ ἐνθυμηθῆναι accipi pro In mentem mihi non venit. vbi ſequentem habet infin. vt apud Demoſthenem, οὐδ᾽ ἐνθυμηθῆναι φησὶ λύσασθαι.

Ἐνθύμημα, ατος, τό, Animi conceptus, Senſum vel Senſus. vt apud Alcid. καὶ ταχεῖα χρῆσθαι καὶ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν ἐνθυμημάτων ἀπειρία. Sic apud Iſocr. & Halicarn. E
ἐνθυμήματα ſæpe pro ſenſis & ſententiis, id eſt ἀντὶ τῶν νοημάτων. Item ἐνθύμημα, Argumentum & ſententia oratoria. Cicero in Topicis, Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi ἐνθυμήματα appellant: non quòd non omnis ſententia proprio nomine ἐνθύμημα dicatur: ſed, vt Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos ſuū, ſic quum omnis ſentētia ἐνθύμημα dicatur, quia videtur ea quæ ex contrariis conficiatur, acutiſſima, ſola propriè nomen commune poſſidet. Vide & Quintil. F
item apud Græcos Ariſtotelem & Hermog. Vide etiā Budæum pag.693, vbi inter alia ex Hermog docet ἐνθύμημα eſſe acrius epicheremate. ‖ Ἐνθύμημα Bud. vertit etiam Commentum: item Inuentum, ſeu Memorabile inuentum, apud Xenophontem, ἐνθύμημα πολλοῦ ἄξιον. HINC Ἐνθυμηματικός, Conſtans enthymemate ſeu enthymematis, aut Enthymemata cōtinens. vt ἐνθυμηματικαὶ ῥητορεῖαι, Ariſtot. Quibus enthymemata adhibentur. Et ἐνθυμηματικὴ περίοδος, Hermog. Periodus enthymemate concluſa. ‖ Aliquis autē dicitur ἐνθυμηματικός, id eſt Acer in argumentationib⁹ G
& argutus orator, apud Ariſtot. Vide B.693. Et Ἐνθυμηματώδεις, Commentationibus pleni. In v.l. BICOMP. Ἐπενθύμημα, Hermog. Enthymema enthymemati additum. ET Ἐπενθυμεῖσθαι, AC Ἐπενθύμησις itidē de enthymematis vnius ad alterum adiectione. Vide Bud. pag.694. DIMIN. Ἐνθυμημάτιον, Commentatiūcula. Argutulum dictum. Bud. ex Gell. l.15. in prin.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, Cogitatio, Conſideratio. Item Cōmentatio. Thuc. lib.1, δείσαντες κατ᾽ ἐνθύμησίν τινα ὅτι οὐδείς πω ἀφίκετο. Naz. νικᾷ δὲ μεταξὺ νοῦ καὶ ἐνθυμήσεως καὶ ψυχῆς διαίρεσιν ἐπινοηθῆναι τινα καὶ τομήν. H

Ἐνθυμητικός, Promptus ad excogitandum, ſeu comminiſcendum. Vide Bud. p.317.

C. Εὔθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui bono animo eſt, Qui hilari & læto ac ſecuro animo eſt, oppoſitum τῷ δύσθυμος. Ariſtot.

A Problem.104, τὸ δὲ θερμὸν τὸ περὶ τὸν τόπον ᾧ φρονοῦμεν καὶ ἐλπίζομεν, ποιεῖ εὐθύμους. Et paulo pòſt, διὸ καὶ οἱ μὲν παῖδες εὐθυμότεροι, οἱ δὲ γέροντες δυσθυμότεροι. Xen. Pæd.6, de Cyro milites adhortante, ὑμᾶς δ᾽ ἐγὼ βούλομαι ἀναμνῆσαι ὧν μοι δοκεῖτε μεμνημένοι πολὺ ἂν εὐθυμότεροι εἰς τὸν ἀγῶνα ἰέναι, multo alacriore & hilariore animo prælıū inituri. Herodian. lib.6, εὐθυμότερος δὲ καὶ ἀδεέστερος γενόμενος, ἀπαλλαγεὶς αὐτοῦ τῆς περὶ τὰ πολεμικὰ φροντίδος, ταῖς τῆς πόλεως ἐγκαλινδεῖται τρυφαῖς, Hilarior iam ac liberior. Item, Qui beneuolo ac benigno animo eſt, εὐμενής. Od.ξ, Οἷά τε οἱ οἶκον ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν. VNDE Εὐθύμως, Bono ac hi
B lari animo. Autor Axiochi, ἢ ἐπιεικῶς διαγαγόντας εὐθύμως μονονουχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι, Alacriter propemodum pæana canentes mortem oppetere. Xenoph. Pæd.1, οὕτω μὲ εὐθύμους εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς τούσδε παρορμᾷ. Et Pæd.8, τοὺς κινδύνους εὐθύμως αὐτοὺς φέροντας, Bono ac forti animo. Syneſ. epiſt.142, εὐθύμως διαβιῴης, Animo tranquillo & læto viuas. ET Εὐθυμία, ας, ἡ, Bonus animus, Animus hilaris & lætus, ſeu Animi hilaritas. Cic. interpr. Securitas, Animi tanquam trāquil-
C litas, Animus terrore liber: vt oſtendet tibi Lex. Cic. Xen. Pæd.4, ἵπποι καὶ ἀρκτοῦσι καὶ κυλιοῦσι καὶ πάσης εὐθυμίας ἐμπιμπλᾶσι. Eodem lib. καλῶς ἰδόντες ἔχειν αὐτοῦ μὴ πάλιν κινδυνεύειν. καὶ γὰρ αὐτοῖς τι περὶ εὐθυμίαν ἐποίησαν ὧν. Et lib.1, διὰ ταῦτα μὲν αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ἐπὶ τοῦ εἴσω. Syneſ. epiſt.14, ἐρρωμένος διαβιῴης, φιλοσοφίας εὐθυμίαν σοι παρεχούσης ἀκύμονα, Animi tranquillitatē ſuppeditante. ET VERB. Εὐθυμέω, ῶ, Bono & læto animo ſum. Itē In mentis tranquillitate ſum, vt Bud. apud Plut. περὶ εὐθυμ. interpr. 466, δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα μήτε πολλὰ πράσσειν μήτε ἰδίᾳ μήτε ξυνῇ. Sic etiam p.470. Paſſ. etiam
D dicitur εὐθυμεῖσθαι, itidem pro Bono ac hilari eſſe animo, ſeu (vt Bud. interpr.) Alacrē eſſe & gaudio perfuſum. Xen. Hellen.7, οἱ δ᾽ ἐστεφανοῦντό τε καὶ εὐθυμοῦντο, καὶ σπονδὰς καὶ παιᾶνας εἰς εἰρήνης γενομένης ἐποίουν. Plut. Sertorio, εὐθυμεῖσθαι ὡς ἀγαθὰ πυθόμενος. Sic idem in Mario, 139. Ariſtot Rhet.2, ὀργίζονται δὲ καὶ ἐπιχαίρουσι τῆς ἀτυχίας καὶ ὅλως εὐθυμουμένοις ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀτυχίαις, qui in ſuis ipſorum infortuniis animo ſunt tranquillo & ab omni terrore libero, ſeu ſecuro.

E C. Ἐχέθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mente præditus, vel Qui animi cupiditates coercet. Od.θ, Οὕνεκά οἱ κατὰ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος, i. vt ſchol. exp. οὐ λογισμὸν ἔχουσα, ἢ οὐ κρατοῦσα τῶν ἐπιθυμιῶν, ἢ σώφρων.

C. Ἠπιόθυμος, ου, ὁ & ἡ, Benigno ac miti animo prædit⁹. Epigr.

C. Κακόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui malo ſeu maleuolo animo eſt. VNDE Κακοθυμία, ας, ἡ, Maleuolentia, Animus malè affectus. Plut. Lyc. p.13, συνεκκαιόμενοι τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν οὐκ ἐπιχαιρεκακούσης τινὶ πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας.

F C. Καρτερόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui toleranti animo eſt, Qui animi tolerantia omnia vincit. Odyſſ. φ, καρτερόθυμον Φῶτ᾽ Ἡρακλῆα μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων. Apud Heſiodum verò ἔχειν τινὰ καρτερὸν θυμόν, exponitur Pertinacem.

C. Λειπόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Animo deficiens, Animo defectus, ſeu Quem animus deficit. VNDE Λειποθυμία, ας, ἡ, Animi defectio, Animi deliquium. Plut. Alex. ταῖς λειποθυμίαις ἴσχεσθαι θανάτου συνελαυνόμενος. Item, καὶ τὰ περὶ τὴν αἴσθησιν ἀσαφῆ & μικρὰ κομιδῇ γενόμενα λειποθυμίας ἐπισημαίνονται. Alex. Aphrod. lib.1 Probl. ὄξος καὶ γλήχων ἀνακτῶνται λειποθυμίαν. ET Λειποθυμέω, ῶ, Animo deficio ſeu deficior. Dioſc. lib.3, c.36, de pulegio, λειποθυμοῦντας τε ἀνακτᾶται σὺν ὄξει. Plinius de mentha, Magna ſocietas cum
G hac ad recreandos defectos animo, cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti vtriſque deiectis.

C. Μακρόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q.d. Lōganimis) Qui iram differre & cohibere nouit: oppoſitum τῷ ὀξύθυμος. Lenis, Clemens. Item Patiens, Patienti animo tolerans. Pallad. lib.1, Epigr. Αἰνῶ πᾶσιν ἐμοί τις ὄνον μακρόθυμον ἔδωκας. Tolerantem laboris. VNDE Μακροθύμως, Iram differendo, ſeu Patienter. Act. Apoſt. c.26, μακροθύμως ἀκοῦ-
H σαί μου, Æquo animo ſeu patienter audias me. ET Μακροθυμία, ας, ἡ, Iræ dilatio, Tolerantia. Epheſ.4, μετὰ μακροθυμίας ἀνεχόμενοι ἀλλήλων. Coloſſ.3, Χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πρᾳότητα, μακροθυμίαν. Et c.1, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν, Ad omne tolerantiā & animi lenitatē. ET Μακροθυμέω, ῶ, Ira differo, Patieter fero. Matth.18

μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω, Differ irã erga me. Luc.18, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, quantũuis tardus videatur in vlciscendis ipsorũ iniuriis. Vtitur hoc vocabulo Plutarchus etiam pro Durare cor, vt Plautus loquitur: seu καρτερεῖν. Locus est in libro De Socr. dæm. vbi eos qui hanc vitam degunt, comparat natatorib⁹ qui è mari ad littus contendunt, ἁμιλλᾶσθαι καὶ μακροθυμεῖν δι' οἰκείας πειρώμενοι ἀρετῆς, σωζέσθαι καὶ τυγχάνειν λιμένος. quod quasi explicans subiungit, ἥτις δ' αὖ ὑπὸ δὴ μυρίων ἤδη γενέσεων ἠγωνισμένη μακροὺς ἀγῶνας, ὅταν καὶ προθύμως ψυχὴ τὴν περίοδον συμπαρασκευάζηται κινδυνεύουσα καὶ φιλοτιμουμένη περὶ τὴν ἔκβασιν ἱδρῶτι πολλῷ ἄνω φέρηται.

C. Μεγαλόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Magnanimus, Magno & celso animo præditus. idem quod μεγαλόψυχος. Plato 2 De rep. πόθεν ἅμα πρᾶον καὶ μεγαλόθυμον ἦθος εὑρήσομεν; Ibidẽ θυμοειδὴς eadem signif. vsurpat. PRO QVO Μεγάθυμος dicunt poetæ, metri gratia. Il. υ, Ἀχιλλῆος μεγαθύμου. Od. γ, μεγάθυμος Ἀθήνη. Od. ο, Νηλέα τε μεγάθυμον. Quid autẽ μεγάθυμος sit, ipse de apro alibi loquens exprimit, Il. ρ, v.21, οὔτε συὸς κάπρου ὀλοόφρονος, οὗ τε μέγιστος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει.

C. Μικρόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui pusillo est animo. idem quod μικρόψυχος. VNDE Μικροθυμία, ας, ἡ, Animus pusillus. μικροψυχία. Quidã Pusillanimitas, vt μικρόθυμος Pusillanimis interpr. ET Μικροθυμέω, Animo pusillo sũ.

C. Ὁμόθυμος, ου, ὁ & ἡ, Vnanimis, Cõcors. ὁμόφρων, ὁμόψυχος, Hesych. VNDE Ὁμοθυμία, ας, ἡ, Vnanimitas. Liu. ET Ὁμοθυμαδὸν, Vnanimiter, Vno animo & cõsensu. Xen. Hell. 7, ὁμοθυμαδὸν καὶ ἐπορεύθησαν καὶ ἐσκήνουν. Philo de vita M. l.1, ἰδίᾳ ἕκαστον καὶ πάντας ὁμοθυμαδὸν ἐφ' ἱκετείας καὶ λιτὰς βαδίζειν, & priuatim singulos & vniuersos vno cõsensu. Herodian. l.2, ὁμοθυμαδὸν πάντες ἀνευφήμησαν, lætis acclamationibus vnanimiter exceperunt. Demosth. autẽ, quũ dixit Phil. 4, ἐὰν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε, quasi ex superabundanti addidit ἐκ μιᾶς γνώμης. Sed & Philo dixit ἁπάντων ἀθρόως ὁμοθυμαδὸν ἐκβοώντων, omnib⁹ promiscuè vno ore & cõsensu vociferantib⁹. Eadẽ cõposit. forma dicitur ETIAM Πανθυμαδὸν, Toto animo, Toto pectore. ὁλοψύχως. Od. σ, v.33, Οὐδοῦ ἔπι ξεστοῦ πανθυμαδὸν ὀκριόωντο, Toto animi robore, Tota animi contentione, de Vlysse & Iro luctaturis.

C. Ὀξύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui subita & acri ira excãdescit, Qui acerbè vehementérque irascitur, Ad iram præceps, seu Præceps animi, vt Virg. loquitur. Aristoph. Vesp. οὐδὲν ἡμῶν ζῷον ἐρεθισθὲν μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον, nullum animal irritatũ tam acri ira excandescit. In eadem comœdia dicit ὀξυκάρδιοι eadem signif. Aristot. Rhet. 2, καὶ θυμικοὶ καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὀργῇ. Eodẽ libro, καὶ τὸ ὑπὸ ἀδικημάτων καὶ ἐχθρῶν ἡ ἀνδρεία; οὐχ οἱ ὀξύθυμοι καὶ παρρησιαστικοὶ, ἀλλ' οἱ πρᾶοι καὶ εἴρωνες καὶ πανοῦργοι. Sũt q ὀξύθυμος esse velint Irasci facilis, Cerebrosus: quibus vtitur Horat. Opponitur (vt scribit Galen.) τῷ θυμοειδεῖ, animoso, q nõ nisi magna & iusta de causa irascitur: estq; ὀξύθυμος qui si vel leuissimè offenditur, irã ferre nõ potest & concoquere, sed statim excandescit: nec potis est iræ & animo suo moderari, sed mulierum more nimis perturbationibus succumbit, & protinus ardet iracundia. ideóque ὀξύθυμος pusillo, non generoso virilique animo præditus est. VNDE Ὀξυθυμία, ας, ἡ, Excãdescentia, Iracundia, Vitium animi quo leuissima de causa irascitur. opponitur τῇ μακροθυμίᾳ. ‖Ὀξυθυμία, Sordes, Purgamẽtũ. Poll. l.2, καὶ ὀξυθυμία, ἣν οἱ φαῦλοι ῥήτορες φασὶ καθάρματα. Et l.6, tit. περὶ εὐδαιμονος, Τὸν ἐν τῇ περιόδοις καθαρμάτων ἐκβλητότερος κακοῖον ἐκβλητότερος, εἰ χρὴ καθ' Ἡρακλείτου λέγειν, τῶν ὀξυθυμιῶν ἀτιμότερος, vilior abiectiórq; purgamentis. Quibus in locis vocabulum hoc fœmin. gen. vsurpatur. Reperitur verò neutro etiã gen. & plur. τὰ ὀξυθύμια: quod variis modis exponitur. Quidã n. (vt Harpocr. annotat) inter quos est & Aristarchus, ὀξυθύμια volunt esse τὰ ξύλα ἀφ' ὧν ἀπάγχονταί τινες, dicta ἀπὸ τοῦ ὀξέως τὸν θυμὸν χεῖσθαι, Cruces è quibus suspenditur & strangulatur aliquis. Nonnulli (vt Hesych. scribit) volunt esse τὰ καθαρτήρια καὶ ἀποτρόπαια ξύλα, ἃ ἐπὶ εἰς τὰς τριόδους ἀποστρέφουσι καθαίροντες τὰς οἰκίας. Hyperides in orat. cõtra Demadẽ, περὶ οὗ πολλοὶ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις στηλιτεύοιντο ἢ ἐν τοῖς ὑμετέροις ἱεροῖς. Eupolis, ὃν χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις κἀν τοῖσιν ὀξυθυμίοις πρὸς τὸ ἔμπορον τῆς πόλεως χαίρειν προσεύχοντα. Addit Harpocration, ὀξυθύμια à Didymo exponi τὰ καθάρματα καὶ ἀπολύματα. hæc enim solere efferri in triuia quum domus expurgantur. Idem hæc subiũgit (quibus aliquid mendi subesse videtur) ὁ δὲ τὸ ὑπόμνημα τὸ κατὰ Δημάδου, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις φησὶν Ἑκαταῖα ποῦ τὰ καθάρσια ἐκφέρουσί τινες, ἃ ὀξυθύμια καλεῖται. Quæ duæ expositiones posteriores cum Pollucis explicatione conueniunt: quemadmodum Suidas quoque scribit, ὀξυθυμία vocabantur Athenis purgamenta ædiũ quæ noctu in triuiis exponebantur. Ab ὀξύθυμος autem est ETIAM Ὀξυθυμέω, Iræ impotens sum, Præcipiti ira excandesco. Aristoph. Vesp. ὅτι καλέσας κέλευον, ὀξυθυμηθείς μοι, ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα. Ab ὀξυθυμία autem EST Ὀξυθυμίας, ου, ὁ, idem quod ὀξύθυμος, seu ὀξύχολος. Poll.

C. Περίθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ira valde accensus, Qui ira valde excanduit. Plut. Mario, ἐνταῦθα αἱ γυναῖκες ἀπαντῶσαι μετὰ ξιφῶν καὶ πελέκεων, δειναὶ τετριγυῖαι καὶ περίθυμον, ἠμύνοντο. VNDE Περιθύμως, Accenso animo. vt περιθύμως ἔχειν, Ira percitus. Æschyl. μέμφεσθαι τοὺς γῆς νέρθεν περιθύμως, Inferos infenso seu ira accẽso animo incusare. vel Supramodum, ὑπερβαλλόντως, vt schol. exp. Apud Plat. autẽ in Tim. περιθύμως ἴσχει v. I. interpr. Exultat, Effertur.

C. Πρόθυμος, Animum alacrem habens [ad aliquid,] Qui prompto & erecto est animo: vel simpliciter, Promptus. Est autem duplex nominis huius in ista signific. constructio. Dicitur enim πρόθυμός εἰμι πρός τι, & πρόθυμός εἰμι ποιεῖν τοῦτο. Aristoph. πρόθυμος εἰς τὰ πράγματα. Thuc. προθυμότατοι εἰς τὴν ξυμμαχίαν. Demosth. Pro cor. διατελεῖ τις εὔνους εἰμὶ καὶ πρόθυμος εὖ ποιεῖν ὑμᾶς. Sed interdum etiam πρόθυμος sine adiectione ponitur: vt apud Thuc. lib.1 βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι, si velitis ista alacriter & strenuè capessere. Item προθυμότερος, Magis incitatus ad aliquid agendum, Plut. Et τὸ πρόθυμον substantiuè, Alacritas animi, Thucyd. ac post cum alii. ‖Πρόθυμος περί τινα apud Thucydidẽ pro eo (vt opinor) quod Lat. Studiosus alicuius. ‖Item πρόθυμος cum genit. pro Cupidus, memini me legere, sed apud poetas tantùm.

Προθύμως, Alacri animo, Alacriter, Promptè. Item Impigrè. Interdũ verò idẽ omnino quod Libenter. X. Pæd. 4, προθύμως διηγεῖτο. Et in 1, ἃ μὲν καλὰ ἡ πόλις νομίζει, προθύμως αὐτὰ ἐκπονοῦντες. Apud eundem, οὐ προθύμως, ἀλλ' οὐχ ἡδομένως. Sæpe etiam cũ verbo ἔχειν: estque προθύμως ἔχειν πρός τι, Animo prompto esse ad rem aliquã, vel animo propensum. Plautus Animatus cũ infin. itidẽ iunxit, Animatus facere. CONTR. Ἀπρόθυμος, Minimè alacrem animum ad aliquid habẽs, Minimè alacris. Plut. De def. or. κατέβη μὲν εἰς τὸ μαντεῖον, ὥς φασιν, ἄκουσα καὶ ἀπρόθυμος. ET Ἀπροθύμως, Nõ alacriter, Nõ libenter.

Προθυμία, Animi alacritas, Animi præsentia, Animus alacer & prõpt⁹. vel simpliciter Alacritas. Itẽ Studiũ. Hom. plur. pro sing. vtẽs, dixit Il. β, ἦσι προθυμίῃσι πεποιθώς. A Xen. προθυμία opponitur τῇ ἀθυμίᾳ, Pæd. 1, λέγω ὅτι τὸ πᾶν διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ προθυμία ἀθυμίας. Idẽ προθυμίαν ἐμβάλλειν dicit, quod Cic. Alacritatem addere. Sed redditur etiã Inflãmare animũ desiderio. Itẽ προθυμίαν παρέχεσθαι apud Dem. Prõptũ & alacrẽ animũ ostendere. Sic autẽ ante eũ loquutus est Thuc. Dicitur & προθυμίας οὐδὲν ἐλλείπειν ab hoc ipso Thuc. itidémq; à Xen. ac pro eodẽ, πάσῃ προθυμίᾳ vel μετὰ πάσης προθυμίας ποιεῖν τι, Omni studio aliquid agere. ‖Interdum verò προθυμία τινὸς pro Cupiditas seu desideriũ huius rei. vt apud Synes. κατέδησε τὴν προθυμίαν τῆς ἐπ' ἡμῖν ἀποδημίας. Sic Alacritas aliqd faciẽdi, apud Cic. Interdũ verò copulantur Alacritas & Cupiditas. ‖Ab Hesychio προθυμία exponitur etiã χαρὰ, i. Lætitia, Gaudiũ. Ad quam signific, transire itidem videtur interdum nomen Alacritas.

Προθυμέομαι, οῦμαι, Alacri sum animo. oppositum verbo ἀθυμῶ apud Xenophontem Pædiæ 6, καὶ πάντας ὁπόσοι ἀθυμοῦντες βλαβερὸν ἐδόκει τι γίγνεσθαι, καὶ προθυμουμένων, ὠφέλεια. Sed rarò ita legi positum sine adiectione, frequenter autem cum infinitiuo, vel cum accus. Dicitur autem προθυμοῦμαι ποιεῖν τοῦτο, pro Prõptus est mihi animus & alacer ad hoc faciendum. vel Promptus sum, &c. Vel, Studeo hoc agere. Demosthenes, καὶ ποιεῖν ὅ

προθυμούμενος ὑμᾶς δ. Cum accus. autem, vt in hoc Aristot. dicto, θεοῦ μὲν ἐστι προσθεῖναι ἃ βούλεται, ἀνθρώπου δὲ τὰ ὄντα προθυμεῖσθαι. Et apud Plat. καὶ ταῦτα προθυμοῦμαι, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλα πολλά. Vide Bud. p. 527, vbi προθυμεῖσθαι exponit Aliquid magno studio suscipere & instituere, item In animum inducere & cupere efficere. Quæ duæ posteriores interpr. duobus locis qui proximè sequuntur, conuenire videntur, prior priori, posterior posteriori. Plato De rep. 1, προθυμοῦ καὶ ἡμῖν ἐνδείξασθαι. vbi tamen exponitur simpliciter Velis. Plutarch. in Them. προθυμοῦμαι ὅπως ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχήσωσι. vbi obserua προθυμοῦμαι cum ὅπως. Alicubi verò particip. προθυμούμενος ponitur pro ipso aduerbio προθύμως. vt φιλοπονῶ προθυμούμενος apud Xen. Pæd. 1.

¶. 1. Συμπροθυμοῦμαι, Contendo ad idem efficiendum, In eandem causam incumbo. vt Xen. Pæd. 6, συμπροθυμήσεται ταῦτα. Idem Anab. libro 7, συμπροθυμεῖσθαι ὅπως διαγένηται τὸ στράτευμα. Hæc Bud. Sed sciendum est Thucyd. non solùm accus. rei (alicubi verò infinit.) iungere hoc verbum, sed & datiuo personæ nonnunquam: pro Adiuuare eum aliqua in re, vt apud eum exponitur: verùm si vis verbi exprimenda sit, perinde esse puto ac si diceretur, Alacritatem eius adiuuare sua.

¶. Ῥᾴθυμος, ου, ὁ & ἡ, Cuius animus remissus est, Cuius animus facilia cõsectatur, at difficilia adeóq; laborẽ omnẽ vitat. Sic autem interpretor, ad exprimendam vtcunque possum huius verbi vim, habita ratione originis. nec enim dubium est quin ex ῥᾳ abscisso ex ῥᾴδιος, & nomine θυμός, factũ sit: sicut ῥᾳδιουργός ex ῥᾴδιον & ἔργον compositum videmus, & ῥᾳστώνη ex ῥᾷστος superlatiuo eiusdem nominis. Etymol. certè scribit ῥᾴθυμον esse τὸν ἀπόλως μεταστρεφόμενον (omitto alterã expositionem & mendosam & friuolam, meo quidem iudicio) At Eustathius ῥᾳθυμίαν esse vult τὴν ῥαΐζουσαν τὸν θυμόν, vt videlicet ab eadem sit origine à qua θυμοραϊστής. Sed vix mihi persuadere possum seriò istud scripsisse tam doctum grammaticum: quum vel illa duo, ῥᾳδιουργός & ῥᾳστώνη, verum huius quoque vocabuli etymum ante oculos ponant. ῥᾳστώνην certè & ῥᾳθυμίαν aliquando copulari, docebo in Ῥᾳθυμία. Ad ῥᾳδιουργεῖν autem quod attinet, vel ipsa Gallica lingua nobis eius originem repræsentat, quæ iocãs dicit itidem remissè aliquid agẽti, Tout a vostre aise. Naso itidem vbi negauit se posse animum, id est τὸν θυμόν, in curas contendere quas lima mordax requirit, dixitque suam mentem nihil durum posse pati, (id est laboriosum) tandẽ fatetur, Quod venit ex facili satis est cõponere nobis, Et nimis intenti causa laboris abest. Sic igitur ῥᾴθυμος prima signif. (id est quam habet respiciendo etymum) Cuius mens in iis occupatur quæ veniunt ex facili, miniméque intento labore eam exercent. Sed latius extẽditur, & quidem ad eum vsque qui laborem omnem auersatur, quietem atque otium amãs. vnde etiã φιλοπόνῳ opponitur, tanquam videlicet φυγόπονον significans. Denique quanuis ῥᾴθυμος dictus sit (vt opinor) quasi ὁ περὶ τὰ ῥᾴδια θυμὸν ἔχων, accipitur tamen pro Cessator, Deses, Segnis, Negligens: aut etiam Supinus. vnde Plutarchus Sympos. 1, τῷ ἐπιμελεῖ καὶ φιλοπόνῳ opponit τὸν ἀμελῆ καὶ ῥᾴθυμον, itidémque in libro De discern. adul. ῥᾳθύμους & σχολαστὰς coniungit. ‖Dicitur etiam de re quæ talis est vt nullam animi contentionem postulet, ideóque pigro etiam ac desidi conueniat. Aristot. Rhetoric. 1, περὶ δὲ τοῦτο οἱ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ ἃ δὴ ποιοῦσιν· οἷον ὁ μὲν ἀνελεύθερος, περὶ χρήματα· ὁ δὲ ἀκόλαστος, περὶ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς. ὁ δὲ μαλακὸς, περὶ τὰ ῥᾴθυμα. vbi τὰ ῥᾴθυμα quidam per substantiuum reddunt Desidiam. Apud Isocratem autem ῥᾴθυμος βίος videtur esse Vita quæ in desidia aut certè in otio trãsigitur: & ex consequente quæ opponitur vitæ duræ. Vide & paulo pòst de hoc loco. Cæterũ in ῥᾴθυμος constat debere ι subscribi literæ α, sequendo id quod dixi etymon, quia tamen apud autores vnde exempla sumpsi, adscriptum non inueni, nec ipse adscribere volui.

¶. 2. Ῥᾳθυμοποιός, Desidẽ seu pigrũ reddens. Theophyl. ep. 19, περὶ πενίας loquens, i. de paupertate, φιλοσοφητής ἐστι καλὸν, ῥᾳθυμοποιὸν, κατηφές, &c. q loc9 in memoriã mihi reducit Tibullianum illũ versum, Me mea paupertas vitæ traducat inerti. quũ enim hæc caneret, existimauit & ipse paupertatem esse ῥᾳθυμοποιόν. ac miror certè cur in hoc loco tam multi tantùm se torserint, ac nonnulli tandem ad hypallagen cõfugerint: (vt videlicet perinde sit ac si dixisset poeta, Me mea vita iners ad paupertatẽ traducat) quum absque hac violẽta hypallage, sensus aptissimus ex hoc versu eliciatur. quũ enim dixisset Diuitias multis laboribus coniunctas esse, ait se illis anteponere paupertatẽ, per quam licebit otio frui, quod per diuitias non licet. Erit igitur paupertas ῥᾳθυμοποιὸς in illo Theophyl. loco Paupertas vitæ inerti traducẽs, vt loquitur Tibullus. Quòd siquos obiiciat ab Isocr. cõtrà ἄφθονον βίον & ῥᾴθυμον copulari, respondendũ puto ad aliud ῥᾳθυμίας genus illũ respicere, quàm duo illi respexerint. Cui enim victus suppetit, & (vt Hesiod9 loquitur) cui βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται, ei licet ῥᾴθυμον esse, i. ab omni opere feriari quo alii victum sibi cõparare coguntur: at cõtrà qui pauper est, licet in quærendo sibi tenui victu occupatus, ῥᾳθυμεῖν tamẽ & ipse dicitur, vt cui labor hic leuis sit præ laborib9 quos perferunt, curisque atque anxietatibus quibus cõflictatur qui diuitiis inhiant, totique congerendis illis dediti sunt. Videndum est igitur an in illo itidem loco Isocr. ῥᾴθυμον exponi possit ῥᾳθυμοποιόν. ego Lat. reddi posse arbitror Vitam quietã & otiosam. Hoc quoque addo, licet in ῥᾴθυμος aliqua facilitatis significatio includatur, respiciendo etymon, (vt antè dixi) huc tamen non videri pertinere Victum facilem apud Virgil. & Diuitias faciles apud alium quendam poetam.

Ῥᾳθύμως, Animo remisso, Segniter, Oscitãter, Supinè. Itẽ Languidè. Herodian. 6, ῥᾳθύμως τε καὶ ἀνανδρως τῷ πολέμῳ προσφερομένου. Et l. 5, ῥᾳθυμότερον προσφερομένου τῷ ἔργῳ. Philo De mundo, μεθ' ἱστορίας φυσικῆς, ἀλλ' οὐκ ἀνεξετάστως καὶ ῥᾳθύμως λεκτέον. Et cum verbo φέρειν apud Andoc. ταῦτα ῥᾳθύμως φέρετε. quod Bud. vertit, Hæc vos remisso animo supinóque trãsmittitis. At in v. l. ῥᾳθύμως ὑποφέρειν ex Plat. De leg. pro Patienter ferre. Iungitur & verbo ἔχειν, vt apud Isocr. οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων, ἀλλὰ ῥᾳθύμως εἶχον. vbi Bud. vertit Quiescebã, Nõ cõmouebar. Cõp. grad. Ῥᾳθυμότερον in loco ex Herodiano paulo antè citato: & Ῥᾳθυμοτέρως apud Aristot. Pol. 7, ῥᾳθυμοτέρως διάγειν.

Ῥᾳθυμία, Animi remissio, Desidia, Segnities. Demosth. Philipp. 1, διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν. Vt autem βραδυτῆτα & ῥᾳθυμίαν copulat, sic μέλλησιν & ῥᾳθυμίαν Herodian. Idem verò Demosth. Philipp. 3, ῥᾳθυμίαν & ἀμέλειαν: quomodo ῥᾴθυμον & ἀμελῆ à Plut. coniungi docui. Idem Demosth. alibi ῥᾳστώνην & ῥᾳθυμίαν coniungit. quibus certè & Isocr. affinẽ signif. tribuit in Euag. scribens, ὀλίγοις πόνοις πολλὰς ῥᾳστώνας κτώμενος, ἀλλ' οὐ διὰ μικρὰς ῥᾳθυμίας μεγάλους πόνους ὑπολειπόμενος. Vbi ῥᾳστώνην crediderim esse otiũ, at ῥᾳθυμίαν desidiosum quoddam otiũ, (si mihi ita loqui liceat) vel desidiosam quietem, aut desidiosam animi remissionem. At verò idem τὴν ἀληθινὴν ῥᾳθυμίαν appellauit Veram animi remissionem, seu Veram animi relaxationem, aut Verã animi quietem, distinguẽs eã ἀπὸ τῆς ἀργίας, atque adeo ἐν ἀργίᾳ positam illam esse negans. Locus est in Euag. in quo tamen plurali vtitur, non sing. ita scribens, ὁρῶν γὰρ τοὺς ἀργίαν τῶν ὄντων ἐπιμελουμένους, ἐλάχιστα λυπουμένους, καὶ τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥᾳθυμιῶν οὐκ ἐν ταῖς ἀργίαις ἀλλ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ ταῖς καρτερίαις ἐνούσας, οὐδὲν ἀνεξέταστον παρέλιπεν &c. Qui locus diligenter propter hunc etiã Platonis animaduertendus est, ῥᾳθυμίαν ἔχοντες ἀργίας καὶ τρυφῆς. Ex omniũ autẽ quos protuli locorũ collatione discimus (vt opinor) ῥᾳθυμίαν primùm quidem de eo dictam qui lubenter animum relaxat, postea verò de eo quoque qui ita relaxatione illa & remissione gaudet, vt ei omnia postponat, & se desidiæ dedat. vnde etiã Thucyd. ῥᾳθυμίαν opposuit πόνων μελέτῃ. vbi Bignauiã interpr. ‖Ῥᾳθυμία pro quiete ex Hippocr. affertur, ac nominatim ex lib. De insomniis. Vbi meminisse oportet aduerbii ῥᾳθύμως, quod verbo ἔχειν iunctum, à Budæo exponi Quiescere, suprà docui.

Ῥᾳθυμέω, ῶ, Remisso sum animo, Deses sum, Desidiæ me dedo, Sum segnis, vel Segniter ago. Xenoph. Hellen. 5, οὐ ῥᾳθυμήσουσιν, ἀλλ' ἐθελήσουσι καὶ ποιεῖν καὶ κινδυνεύειν. Isocr.

οὐδὲ ῥᾳθυμῶν διετέλεσε τὸν βίον. Bud. vertit Otio & desidiæ indulgere, in hoc Plutarchi loco, ῥᾳθυμῶν ἅμα καὶ συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. A Polybio autem ponitur etiam simpliciter pro Quiescere, Quieti se tradere, Quiete & otio frui: πάντων εὐδαιμονιζόντων Πόδιον, καὶ παραχρῆμα λοιπὸν ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν, ἐπὶ πέρας ἐπιτεθεικότος τοῦ πολέμου. Sed addo, ab eo dici quoque ῥᾳθυμεῖν περί τινος, pro Conquiescere de aliqua re. i. Securum esse de aliqua re, atque adeo ita securum de ea esse, vt non obstet quominus in vtranuis aurem dormias. περὶ δὲ τούτων, inquit, ἐκ χάριτος ἀποδόσεως ῥᾳθυμεῖν αὐτὸν ὤοντο δεῖν. id est De ea securũ in vtrãuis aurẽ dormire. Istam enim prouerbialem formulam locum habere hic existimo, ita eam accõmodando. nam De aliqua re dormire in vtranuis aurẽ, nõ scio an dici possit.

Ῥᾳθυμέομαι, οῦμαι, apud Greg. in Epitaph. patris, λαβὼν ἐκκλησίαν ῥᾳθυμηθεῖσάν τι καὶ χερσωματισθεῖσαν ἐξ ἀναρχίας. Bud. χερσωματισθεῖσαν vertit Ad mores incultos redactam, at ῥᾳθυμηθεῖσαν non interpr. Ego autem suspicor hic significare, Quæ per desidiam neglecta iacuerat, vel Quam desides homines neglectam reliquerant.

C.2. Ἀπορρᾳθυμέω, μῶ, Pigresco, Elangueo, Ignauia & socordia negotium aliquod transmitto, Desidia & ignauia impedior quominus aliquid suscipiam. Dem. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ, Καὶ ὁ μὲν εἶπεν ὡς οἶδέν τι τὰ ἄριστα, ὑμεῖς δ' ἀπερρᾳθυμήσατε. Hic absolute. Aliquando & cum genitiuo, vt in hoc loco Xen. Apomn. 3, μὴ οὖν ἀπορρᾳθύμει τούτου, ἀλλὰ διατείνου μᾶλλον πρὸς τὸ προσέχειν σαυτῷ. Bud.

C.1. Καταρρᾳθυμέω, ῶ, Per desidiam aut inertiam ago, vel Per negligentiam derelinquo. vt B. vertit apud Xenoph. Hell. 6, μήτε καταρρᾳθυμοῦντα μήτε καταμελοῦντα μηδὲν φαίνεσθαι. At vero à Demosth. τὰ καταρρᾳθυμημένα puto dici Quæ per ignauiam amissa sunt, Philipp. 1, καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς θέλῃ, καὶ τὰ καταρρᾳθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε, κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε. Bud. tamen καταρρᾳθυμῶ dicens signific. etiam Ignauiter prodo, illa affert.

Ῥᾳθυμίζω, Socordiã propulso, Ad vigilantiã excito. In v. l.

C. Ὑπέρθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ Supra modum animosus, Magnanim⁹. Od. η, Ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν, de Eurymedonte, quem & ipsum μεγαλήτορα appellat, id est μεγάθυμον, vt alibi loquitur. Il. υ, Πηλείωνες ὑπερθύμοιο. Il. ζ, Τρῶες ὑπέρθυμοι. Apud Xen. De re eq. dici videtur de equo feroci & qui nimios animos spirat, oppositum τῷ βλακί. Verba eius sunt, εἰ δ' ἢ διὰ βλακείαν ἡλάσως πολλῆς δέοιντο, ἢ διὰ τὸ ὑπέρθυμοι εἶναι, πολλῆς θεραπείας τε καὶ πραγματείας.

C. Ὠμόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Crudelis, Crudeli animo præditus. Sophocles, Τὸν ὠμόθυμον εἴ ποτε παλαίσθ' ἀμαρτεῖν, de Aiace. Philo de vita M. lib. 1, ἐπιστάτας τῶν ἔργων ἀπηνεστάτους καὶ ὠμοθύμους οὐδενὶ συγγνώμην μεταδιδόντας ᾑρεῖτο, curatores operum importunissimos & absque omni misericordia & venia sæuissimos.

Compos. in μος desinentia.

C. Ἀποθύμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuisus, Molestus. vt ἔπος ἀποθύμιον apud Hesiodum, Verbum inuisum, Verbum molestum, Verbum ingratum. quasi Quod est procul ab animo nostro. Cui opponitur καταθύμιον, quasi Quod est secũdum animum nostrum. Sed fortasse malit quispiam ἀπὸ hic præpositionem esse, & σίμων significare simpliciter, (quam significationem habere videmus in quibusdam aliis tum verbis, tum nominibus) & ita fuerit ἀποθύμιον, quasi Quod est absque animo nostro. idest, animi nostri affectu & voluntate. Sed eodem res redit.

C. Ἐνθύμιος, ου, ὁ & ἡ, Qui in animo est, Qui animo nostro obuersatur, & de quo cogitamus. Odysseæ υ, in fine, Μὴ δή τοι κεῖνός γε λίην ἐνθύμιος ἔστω. Vbi quidam exponunt etiam (ex consequenti) Ne tibi valde curæ sit, vel Ne esto nimium de illo solicitus. Basilius ἐνθύμιον itidem appellauit, Quod nobis in animo versatur, seu in mente: vel potius Quod mente versamus: pag. 174, χρυσὸν φαντάζεται τὸν ὕπνον, καθεύδει τε ὄνειρον, καὶ ἐγρηγορὼν ἐνθύμιον. Apud Sophoclem autem Trach. de Deianira, ἀλλ' ὅμως τὸν ἀνδρὸς ὄμμα φέρουσα ὀδοῦ, ἐνθυμίοις ὄψεσιν ἀνδρῷος εἰσπρὸς χεῖσθαι, κακαὶ διὰ πλείον ἐλπίζουσα ἄλγος, scholiastes exponit μεγαλοπαθεῖς, πολυφροντίστοις. vt videlicet intelligamus thalamos qui animo Deianiræ magno cum dolore obuersarentur, seu De quibus non sine magno animi dolore cogitaret.

Ἐνθύμιος, Animo religionẽ ciens. Antiphõ in Apol. ἡμῖν περὶ ὧν ἔπαιγος ὁ ἀποθανὼν οὐκ ἔσται, ὑμῖν δ' ἐνθύμιος γενήσεται, sed vestros animos religione obstringet. Sic ἐνθύμιον ποιούμενοι apud Thuc. Rem in religionem vertentes, seu trahentes. Vide Bud. pag. 284 & 693. Quidam ἐνθύμιον ποιούμενοι, ibi reddunt Rem pro ominosa habentes. At in hoc Herodoti loco, ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρὸν, interpr. Eũ facti pœnituit. quæ interpr. non placet.

Ἐνθυμία, Cogitatio, ex Thuc. in v. l. ἐνθυμία δὲ καὶ ἐνθύμησις, Θουκυδίδης, inquit Poll. l. 2. ET Ἐνθυμίζομαι pro ἐνθυμοῦμαι, quod proximè sequitur, vt ἐνθυμιζόμενοι τὰς ἐν τῇ μάχῃ συμφοράς. quod exemplum ab eodem Poll. citatur. Apud Hesych. non solùm ἐνθυμιζόμενοι habetur, sed etiam ἐνθύμιζε, quod exponit ἐνθυμοῦ. Suidas autẽ illud ἐνθυμιζόμενοι (quod explicat λογιζόμενοι) ex Dione affert, lib. 17 Rom. hist. HINC est ἐνθύμιστος, quod tamen Suid. exponit ὕποπτος. i. Suspectus.

C. Καταθύμιος, Qui est in animo, Animo obuersans. Iliad. κ, v. 384, Θάρσει, μηδέ τί τοι θάνατος καταθύμιος ἔστω. id est ἐν ἐνθυμήσει καὶ κατὰ διάνοιαν, Ne obuersetur animo tuo mors, Ne concipe in animo formidinem mortis. Sic & alibi θάνατος καταθύμιος. At ἔπος καταθύμιον, Odysseæ χ, versu 392, Ὄφρα ἔπος εἴπωμι τό μοι καταθύμιόν ἐστι. Vbi existimo posse verti vel simpliciter Quod mihi in animo est, vel Quod cogito: aut etiam Quod mihi in mẽtem venit.

Καταθύμιος apud posteros Homeri, Qui est ex animi sententia, Animo gratus, Cordi gratus. pro quo Latini Qui cordi est. quod Græco ad verbum respondet. Syn. ὅτι σοι καταθύμιός ἐστι. Huic opponitur ἀποθύμιος. In v. l. ex Mich. c. 7, καταθύμιον pro Desiderium. ET Καταθυμίως, Ex animi sententia. Item Libenter.

C. Ἐπιθυμία, Cupiditas, Desiderium. nam θυμός, id est animus, deditus est ei rei cuius nos inuadit cupiditas. vt contrà ἀποθύμιον dicitur id quod non cupit θυμός, sed à quo potius abhorret. Quæ quidem addo vt huius significationis originem ostendam. Plato Cratylo, ἡ δ' ἐπιθυμία χαλεπόν. τῷ γὰρ ἐπὶ θυμὸν ἰούσῃ δυνάμει δῆλον ὅτι τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα. Cum genitiuo, vt ὀργή, ἐπιθυμία τιμωρίας apud Stoicos: quod Cicero vertit, Ira, libido puniendi. Apud Xenophontem Apomn. 1, ἐπιθυμία τοῦ σίτου, Cupiditas seu auiditas cibi: quod idem Cic. interpr. vno verbo Fames. Dicitur ἐν ἐπιθυμίᾳ γίγνεσθαί τινος, pro Desiderio teneri rei alicuius, Cupere rem aliquam. Plato epist. 7, θαυμαστῆς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ γίγνεσθαι. Dicitur etiam δι' ἐπιθυμίας εἶναί σοι θεάσασθαί με ab Apoll. in epist. pro Te cupere videre me. At ἐπιθυμίας ἐμποιεῖν Thucydidi, & ἐπιθυμίαν ἐμβάλλειν Xenophonti, sequente genitiuo, est Cupiditatem seu desiderium afferre, Cupidum reddere [alicuius rei.] Et plur. ἐπιθυμίαις μείζοσι χρῆσθαι apud Thuc. Maiorum rerum desiderio teneri, Maiora concupiscere. Apud Isocr. συναγορεύειν ταῖς ἐπιθυμίαις τινός. ‖Interdum etiam ἐπιθυμίαι sine adiectione, Cupiditates, seu Cupiditates effrænatæ. vt ἐπιθυμίαι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι &c. apud Epic. quod Cic. vertit Cupiditates naturales & necessariæ. Ab eodem ἐπιθυμία redditur Cupiditas effrænata, item Libido. Vide meum lex. Cic.

Ἐπιθυμέω, ῶ, Cupio, Concupisco, Desidero. Dicitur ἐπιθυμῶ αὐτῆς, vel ἐπιθυμῶ ποιεῖν τοῦτο. Cic. ἐπιθυμεῖν cum genit. vertit Concupiscere, vt in lex. Cic. videbis. Isocr. καὶ χαμαὶ βαίνειν ὧν ἂν ἐπιθυμῶσι. Et cum aduerbio ἀδίκως apud Demosth. τῶν δικαίων ἀδίκως ἐπιθυμοῦντα. Cũ infinit. autem, (& quidem cum eius aoristo sæpe) vt apud Plat. ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι & Xen. ἐπιθυμῶ ἰδεῖν, item ἐπιθυμῶ μαθεῖν. Sic ἐπιθυμῶ διελθεῖν, Isocr. Sed addo significationem peculiarem cum genitiuo personæ, videlicet pro amatoria cupidine, vt ita loquar. vt apud Lys. ἐπιθυμήσας τοῦ μειρακίου. Sic quidam apud Athenæũ ἐπιθυμεῖν κόρης. HINC Ἐπιθύμημα ET Ἐπιθύμησις, Cupiditas, Desiderium. Affertur autem illud ex Plat. (inuenitur etiã apud Plut.) at hoc ex Isæo, itemque ex Aristotele Eth. 1: sed rarus est alioqui vtriusque vsus. ET Ἐπιθυμητός, Desiderabilis, Qui eiusmodi est vt desideretur. Apud Aristot.

Ethic.3,cap.10, ἐπιθυμητὰ redditur Quæ desiderari solent. ITEM Ἐπιθυμητὴς, q.d. Desiderator. id est Qui tenetur desiderio rei alicuius, Cupidus, Studiosus. Xenophon, πολλοὺς ἐπιθυμητὰς καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβεῖν. Et in Apologia, ἐπιθυμητὴς αὐτοῦ, Studiosus eius. A Suida ἐπιθυμηταὶ exponitur etiam φιλοῦμαι, in quodam loco quem apud eum vide. AT VERO Ἐπιθυμητικὸς, (q.d. Desideratiuus) Ad desiderandum seu concupiscẽdum propensus, Vel Insitam concupiscendi facultatẽ habens, seu propensionem quandam ad concupiscendum. Nã & ita verti posse existimo: quũ alioqui non ignorem, apud Aristot. in fine libri 1 Ethicorũ, ἐπιθυμητικὸν exponi Impellens ad concupiscendum. Vide & meum lex. Cic. ET Ἐπιθυμητικῶς aduerb. cum verbo ἔχω pro ἐπιθυμῶ, Cupio. Poll.

c.2. Ἀντεπιθυμέω, ῶ, Vicissim cupio vel opto. & passiuum Ἀντεπιθυμέομαι, οῦμαι, Vicissim cupior. Xenophon, ὥρμημαι εἰς τὸ ἐπιθυμεῖν ξυνεῖναι καὶ ἀντεπιθυμεῖσθαι τῆς ξυνουσίας. Item ἀντεπιθυμῶ, Opto aduersus aliquem. id est Aduersor alicui, optando idem quod ipse optat. vnde ἀντεπιθυμῶν à Budæo exponitur Æmulus, item Riualis. citatúrque ab eo locus hic Andocidis, ἀλλὰ φανεροὺς εἶναι ἐπιβουλεύοντας ἀντεπιθυμοῦντας τινάς. id est Qui quiduis exoptent quod ipse amet aut optet. Dicitur etiam ἀντεπιθυμῶ σοι τούτου, pro Hac in re sum tibi competitor. Bud.

c.2. Ὑπερεπιθυμέω, Supramodum cupio, Mirum in modũ cupio.

Θυμικὸς, οῦ, ὁ, Animosus. Aristot. ἐστὶ τὸ ἄρρεν ἰσχυρότερον καὶ θυμικώτερον. Athen. libro 2, de vini potoribus, εἰσὶ δὲ καὶ οἱ θυμικοὶ γίνονται, animosi, θυμοειδεῖς. ‖ Item Iracundus. Aristot. Rhet.2, καὶ θυμικοὶ καὶ ὀξύθυμοι καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὁρμῇ. Plut. τὸ δὲ θυμικὸν καὶ μανικόν.

Θυμοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem quod præcedẽs θυμικὸς & θυμοειδὴς, id est Animosus. Aristoteles Rhet.2, καὶ ἀνδρειότεροι. θυμοειδὲς γὰρ καὶ εὐέλπιδες. ὧν τὸ μὲν, μὴ φοβεῖσθαι, τὸ δὲ, θαρρεῖν ποιεῖ. ‖ Item Iracundus, Ad iram pronus seu præceps, sicut θυμοειδὴς. Idem in 2 De part. anim. γλισχρότερα τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ θυμοειδῆ τὸ ἦθος, καὶ ἐκστατικὰ διὰ τὸν θυμόν. Plut. περὶ ἀοργησίας. ait mãcipia recens empta de ipso emptore interrogare, οὐκ εἰ δεισιδαίμων οὐδ' εἰ φθονερὸς, ἀλλ' εἰ θυμοειδὴς, an iracundus sit.

Θυμαίνω, Irascor, Excandesco, Succenseo. Aristoph. Neb. μηδαμῶς θύμαινέ μοι, Nequaquam mihi succenseas. Idẽ in eadem comœd. Πρῶτα μὲν χαίρειν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις, Εἶτα θυμαίνειν ἔφασκε, δεινὰ γὰρ πεπονθέναι. Et in partic. apud Hesiodũ, Ὄμμασι θυμήνασαι, vultu ira mõstrantes.

Θυμόω, ῶ, Ad iram cõcito, Iratum reddo, Ad iracundiam prouoco. citatur ex capite 1 Oseæ proph. Frequentius vtuntur passiuo θυμοῦμαι, pro Ad iram concitor, vel etiam neutraliter Irascor, Excandesco. Eurip. Phœnissis, — ἢ πόλιν θυμουμένην Παρηγορεῖτε. Soph. οἷς ἐγὼ θυμούμενος. Plato epist. 7, ἐγὼ δὲ ἐπλεόμην πλεῖν τεθυμωμένος, ego ira accensus nauigare cogitabam. Item θυμωθέντες οἱ στρατιῶται συνελέγησαν ἀθρόως. Isocr. θυμουμένοις εἴκων, ira percitis cedens. Et apud Thuc. τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης, Excandescentia animi, Excandescens animus. Interdum etiam iungitur datiuo personæ, vt Lat. dicitur Irascor tibi, Succenseo tibi, sed θυμοῦμαι significantius est istis. Eurip. Medea, Σὺ δ' ὁ σκυθρωπὸς καὶ πόσει θυμουμένη. VNDE Θύμωσις, εως, ἡ, Excandescentia: hoc est ὀργὴ ἀρχομένη, ira nascens & modò existens. vt Cic. interpr. Tusc. qu. l.4. Nisi fortè legendum ibi est θυμὸς, vt admonui suprà.

AT Συνθυμέω, ῶ, Simul irascor. vel Vnanimis & cõcors sum, Eiusdẽ animi sum, συμψυχῶ. Vtraque expos. Suidæ est: posterior tamen, verisimilior videtur propter verbi terminationem: secundum priorem verò dicẽdum foret συνθυμόω à θυμόω, quod actiuè potius acciperetur, pro Simul ad iram concito. Itaque συνθυμέω neutri formá habet, vt ἐπιθυμέω & cætera, quasi à σύνθυμος, Vnanimis, Concors, ὁμόθυμος.

Θυμίδιον, ου, τὸ, Animulus. Aristophanes Vespis, Παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρῖνον ἦθος, Ἀντὶ σιραίου, μέλιτος σμικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας, loco siræi seu sapæ aliquantulum mellis animulo eius admiscens. Nisi aliquis accipere malit pro iracundia, seu animulo ad iram prono.

AT VERO Θύμος, ου, ὁ, SIVE Θύμον, ου, τὸ, Thymus siue Thymum: frutex surculosus & dodrãtalis, Foliis canis, exilibus, multis, immortalibus, flosculis ex purpura candicãtibus, suauissimi odoris, capitellis specie complicatarum formicarum, radice lignosa. Gorr. Masculino genere vtitur Dioscorides l.4, cap. 44, vbi eius descriptionem & vires tradit: at neutro Theophr. De hist. pl. l.6, cap.1, καὶ θύμον τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν ἀμφαδὲς δὲ σφόδρα. καὶ γὰρ περὶ ἐξ τροπὰς αὐτὸ ἀνθεῖ. ἀφ' οὗ καὶ ἡ μέλιττα λαμβάνει τὸ μέλι. καὶ τοῦτο φασὶν οἱ μελιττουργοὶ δῆλον εἶναι πότερον ἀμφιπλεῖον, ἢ οὔ. ἀθλίως γὰρ ἀπανθήσαντος, οὐκ ἀμελιτεῖν. Vnde Plin. l.21, cap.10, Totidem & thymi [genera,] cãdidum ac nigricãs. floret autem circa solstitia quum & apes decerpunt, & augurium mellis est. prouentum enim sperant apiarii largè florescente eo. ‖ Θύμος à nonnullis dicitur τὸ ἄρον. Gorr. ex Dioscoride. ‖ Θύμος, Bulbus, Cæpa agrestis, vt Aristoph. schol. exp. Atticũ esse dicens pro eo quod cõmuni lingua dicitur βολβὸς vel ἀγριοκρόμμυον: alibi vilem esse herba tradit & qua pauperes soli vescãtur: qualis apud Hesiod. asphodelus. Aristoph. Pluto, τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντας, Eodẽ cum hero vescẽtes thymo, pro In eadem cu hero paupertate degentes. Et paulo pòst, Δεῦρ' ἤλθομεν πολλῶν θύμων ῥίζας διατρώγοντες, multorum bulborum radices. Antiph. apud Athen. lib 2, Οὐδεὶς κρεῶν παρόντων ἐσθίει θύμον, Οὐδ' οἱ δοκοῦντες πυθαγορίζειν. Alexis apud eundem lib.14. εἰσέβαινον ἰσχάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν, καὶ θύμου δέσμαι τινές. ‖ Θύμος dicitur etiam glandulosa illa substantia quæ in iugulo ad os summum pectoris consistit, tanquam fultura & substructio vasorum eò loci diuisorum. eiusdem ferè atque τὸ πάγκρεας generis, nisi quòd hoc mollius, rubentius & carni similius est. In nuper natis animãtibus ob vasorum mollitiem & imbecillitatẽ est maxima: in crescẽtibus autem, quia vasa per siccitatem sunt firmiora, decrescit, ita vt vix vestigium in iuuenibus appareat. Gorr. Reperitur tamen in hac significatione scriptũ ETIAM Θυμὸς, cum accentu in vltima: quod Pollux esse dicit σάρκα ἀδενώδη ἐσκευασμένην πρὸς τῇ κεφαλῇ τῆς καρδίας, ὑποκειμένην τῷ ἑβδόμῳ σπονδύλῳ. Ruffus Eph. item θυμὸν in glandulosarum carnium genere numerat, dicẽs in regione capitis cordis locatum esse, septimæ colli vertebræ insidentem, asperæque arteriæ extremo, qua cum pulmone committitur, adhærescentem: non in omnibus tamen reperiri. Rursũ Poll. θυμὸν quibusdã esse tradit idẽ quod παρασφαγίς, hoc est Iugulorum ea pars quæ pertinet ad collum. ‖ Θύμος est etiã tuberculum carnosum quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, suprà latius, subrubrum & in summo perasperum, oblõgum: interdum rubens, interdũ candidũ: magna ex parte sine dolore idque summũ colorem floris thymi repræsẽtat, vnde ei nomẽ est: ibiq; facilè finditur & cruẽtatur, nonnunquam aliquantum sanguinis fundit. Feréque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est, rarò maius, interdũ perexiguũ. Modò vnũ, interdum plura nascuntur, vel in sede vel mediis femoribus, vel talis vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt: quæ nunc solam glãdem, nũc colem aliquando præputium occupant: quandoque etiam in facie consistunt. Quod paruum est, propriè θύμος dicitur vel θύμιον vel θυμίον, vt habetur apud Corn. Celsum lib.5: quod verò magnitudine excedit, σῦκον id est ficus, appellatur. Gorr. Paulus Ægineta quoq; hãc etymologiam tradit, quum eam ὑπεροχὴν esse dicit ἐμφερῆ τοῖς τοῦ θύμου κορύμβοις. Sunt qui θύμον, herbam, ob fragrantiam a θύω deriuatum putent.

C. Θυμοξάλμη, ης, ἡ, Confectio medica, ita nominata quòd ex thymo, aceto & salibus, addito pulegio & ruta, constet: de qua Dioscor. lib.5, cap.24.

Θύμινος, ου, ὁ, Thyminus, Qui ex thymo factus est.

Θυμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Thymosus, Plin. Thymum referens.

Θυμίτης, ου, ὁ, Thymites. vt θυμῖται ἅλες, Sales cũ thymo triti. Aristoph. Ἅλας θυμίτας δοὺς ἐμοὶ καὶ κρόμμυα. Et alia declinatione quasi a θυμιτίδης apud eũdẽ in Acharn. παράδος τοῦ μοι περὶ θυμιτίδων ἁλῶν. Item θυμίτης οἶνος, Thymi

Digitized by Google

tes vinum, hoc est thymo conditum. De quo Diosc.l.5,c.59, & Colum.lib.12,cap.35.

Θύμιον, ου, τὸ, à quibusdam dicitur ὁ σμῖλαξ, id est taxus. Gorr. ex Aet. lib.13,c.64. (Apud Dioscoridē verò EST Θύμαλον) Θύμιον Gaza apud Theophr. lib.3 De caus. pl. Vertit Cunilā, vt tradūt v.l. ‖ Θύμιον nominatur etiā quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutē tenue, supra latius, subdurū & in summo peraspерū: idq; summum colorem floris thymi repræsentat: vnde ei nomen est. Celsus lib.5,cap.28. Plinius quoque thymiō nominat. Vide θύμος paulo antè.

ΘΥ'ΡΑ, ας, ἡ, Ianua, Ostium. Hom. Od. χ, Ὅς θαλάμοιο θύρην πυκινῶς ἀραρυῖαν Κάλλιπεν ἐγκλίνας. Aristoph. Ranis, τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; Quis ianuam pulsauit? Xenophon Hell.6, ἐπιτασάντων τὴν θύραν αἱ χεῖρες τοῦ ῥοπάλου. Sæpe etiā θύραι plur. numero dicuntur, vt Lat. Fores. atque ita vtitur Homerus præsertim: vt Od.π, Χρύσεαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον. Alibi πυκινὰς θύρας & πυκινῶς ἀραρυίας dicit. Sic apud Xenophontem Pæd.7, φοίνικας μὲν αἱ θύραι πεποιημέναι. Apud eundem verò aliquoties αἱ θύραι τοῦ βασιλέως, atque adeo nonnunquam θύραι simpliciter, pro ipsa aula regis, vt hodie vocatur Porta regis Turcarum. de qua significatione ab interpretibus antea non animaduersa, fusè disserui in meis Annotationibus in Xenoph. p.13. Cæterùm θύραι quidem domus, at πύλαι vrbis dicuntur, seu τείχους, vt habet schol. Thucyd. (quemadmodum Lat. Fores domus, Portæ vrbis.) Affert tamen & quandam aliam distinctionem Eustathius, quam apud eum vide. ‖ Idem metaph. θύρας appellari tradit τὰς αἰσθήσεις, id est sensus. (de qua metaphorica significatione dicam & in θυροκοπέω) Est & θύρα γλώσσης, (inquit) quā θύραν qui non habet, dicitur ἀθυρόγλωσσος.

C. Θυροειδής, Ianuæ seu ostii formam habens. θυροειδὲς dictum fuit à quibusdam ossis pubis foramen, quod in eo osse tam magnum est vt θύρας, id est ostii, instar videatur.

C. Θυροκοπέω, ῶ, Ianuam pulso, τὴν θύραν κόπτω. Aristoph. Vespis, καὶ θυροκοπῆσαι καὶ πατάξαι καὶ βαλεῖν, Fores pulsare. Quidam verò & Fores arietare interpr. Apud Synes. metaph. ἡμεῖς μὲν οὖν ὅσοι συνῳδὰ μαθεῖν χαλεπώτατα τὸ τέλος ὅπου ἡμεῖς πάλαι σοὶ τίνος μόλις θυροκοπούμενοι. Apud eūdem, αἰσθήσεις ἀγαπῶντες, καὶ ὅταν αὐτὸ μὴ ὑπὸ σώματος θυροκοπῆται, ψυχῆς παρουσίας οὐκ ἐπαισθάνονται. vbi Bud. θυροκοπεῖσθαι dici putat cui facessitur negotium. Ego verò existimo θυροκοπεῖσθαι suam significationem hic retinere, sed metaphoricè sumptam: sequendo videlicet quod in θύρα dictum est, nimirum θύρας interdum appellari τὰς αἰσθήσεις. (cuius metaphoræ satis aperta est ratio, quum sciamus per sensus tanquam per ianuas ad animum ingredi sensilia) Ac pro me facit hic alter eiusdem Synesii locus in lib. De ins. ἀκοὴ δὲ καὶ ὄψις οὐκ εἰσὶν αἰσθήσεις, ἀλλ' αἰσθήσεως ὄργανα τῆς κοινῆς ὑπηρετοῦντα, οἷον πυλωροὶ τοῦ ζώου διαγγέλλουσαι τῇ δεσποίνῃ τὰ θύραθεν αἰσθητά, ὑφ' ὧν θυροκοποῦνται τὰ ἔξωθεν αἰσθητήρια. vbi scio θυροκοποῦνται reddi Pulsantur: at ego vertendum censeo, Pulsantur tanquam fores. Alicubi tamen verbum θυροκοπῶ simpliciter etiam pro Pulso à Plutarcho ponitur, si bene memini. ET Θυροκόπης AC Θυροκοπητής, Ianuæ pulsator, ὁ τὴν θύραν κόπτων. ITEM Θυροκρουστὴς pro eodem, V.

C. Θυροποιΐα, Ianuarum fabricatio. in v.l.

C. Θυροποιός, Ianuarum opifex, Qui ianuas conficit. Sed Aristomenes Atheniensis comicus per derisum ita vocabatur, vt scribit Hesych.

C. Θύραυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ante fores iacens, seu excubans. Sed accipitur generalius pro Foris pernoctans. θύραυλοι (inquit Hesych.) οἱ μεθύοντες οἱ ἀποκοιτοῦντες. VNDE Θυραυλία, Ante fores pernoctatio: seu per infin. Ante fores pernoctare, aut iacere. vt Bud. vertit in hoc loco Luc. De merc. cond. πολλῆς μὲν τῆς ὀξυδρομίας, συνεχοῦς δὲ θυραυλίας. ET Θυραυλικός, adiect. vt θυραυλικὸν ἔργον, Quod foris fit, seu sub dio. Bud. ex Philostr. epist. ET VERBUM Θυραυλέω, ῶ, Ad fores seu ante fores pernocto, aut iaceo. Bud. θυραυλοῦσι Hesychius exponit πρὸ θυρῶν διατρίβουσι. Sed θυραυλεῖν generalius ponitur pro Foris agere, Extra domum versari. Xen. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον ἔνδον μένειν ἢ θυραυλεῖν, τῷ δὲ ἀνδρὶ αἴσχιον ἔνδον μένειν ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι. vbi accipi scribit Bud. pro Rusticari (qui enim rusticatur, foris agit) Exponit etiam In castris & statiuis permanere, Vrbem non ingredi, nec sub tecto esse, apud Aristot. & Plut. Vide pag.851.

C. Θυρεπανοίκτης, ου, ὁ, Ianuarum apertor. Sed Crateti peculiare fuit hoc cognomentum quòd in quasuis ædes audacter ingrederetur: vt scribunt Diog. Laert. & Suidas. AT Θυρεῳρὸς (quod est ab οἴγω vt θυρεπανοίκτης ab ἐπανοίγω) est θυρωρὸς Hesychio. id est Ianitor.

C. Θυρεβόλος, ex θύρα itidem & βάλλω compositum videtur, exponitur tamen à Suida ὁ τέκτων, id est Faber. AT Θυρεβόλιον Hesych. esse ait τὴν ὑπαίθριον οἴκησιν.

AT Ἰάτειρα apud Alexidem comicum,Medica mulier,Medicinæ perita, seu Quæ medicinam profitetur. Eadem verò & ἰατρός,teste Ælio Dionysio. πρὸς γυναῖκας Διονύσιος ἰατρὸν γυναῖκα, Ἄλεξις δὲ ἰάτειραν,inquit Eust. At in v.l.malè ἰάτρεια cum ει. DICITVR & Ἰατρίνη, Medica mulier, quo nomine vtitur Alex.Aphrod. Græcam tamen esse vocem negauit Ælius Dionysius. sed Alexander cognominatus ὁ κοτυαεύς, exactius loquens,non Græcam sed Atticam esse negauit. ‖In Pandectis ἰατρίνη est etiam Obstetrix. Scribitur autem ἰατρίαινα in v.l.sed perperam.

Ἰατρικός,ἡ,όν, Ad medicos pertinens.Item Medicinalis, Ad medicinam pertinens.ἰατρικαὶ σκύαι,Plut.De exilio. ‖Item Medicinæ peritus,Medendi peritus,Aristot. Sic Plato in Protag.ἐὰν μή τις τύχῃ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρικὸς ὤν. Vnde superlat.ἰατρικώτατος,Medicinæ peritissimus.Plutarch.Sympos.lib.4. Ἰατρικὴ autẽ (sub.τέχνη) Medicorũ ars,Medica ars,Medicina.Aristot.Ethic.10. ET Ἰατρικῶς,Medicorum more,Greg.

Ἰατρεύω,Medeor,Curo.Item Sano. Aristot.Ethic.5,ὥσπερ τὸ ὑγιάζειν καὶ τὸ ἰατρεύειν. Plut.πῶς ἄν τις αἴσθοιτο &c.ἢ μᾶλλον οἴεσθαι χρὴ φιλοσοφεῖν ἢ πως τὰ φάρμακα καὶ τὰ μίγματα πωλοῦντας ἰατρεύειν. Et pass.apud Platonem Pol.1,δεῖ τὸ γυμνάζεσθαι καὶ τὸ κάμνοντα ἰατρεύεσθαι ἀγαθὸν εἶναι. Idem,ἰατρευόμενος διαιτᾶσθαι ἔξω, ἀποκινούμενος ἐκ τῆς εἰωθυίας διαίτης ἐκβαίνει. ‖Item ἰατρεύω,pro Medicinam profiteor, Dioscor.lib.7.Sic apud Laertium,ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα,id est Profitentem medicinam,Professorẽ medicinæ. ‖Metaphorice apud Athenæum lib. 6,ἂν ἰατρεύειν τὴν ἄγνοιαν οὐχ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δίδοσθαι. HINC Ἰατρεία,Curatio,Medicatio,Ipsa actio medendi.Plut.De garr.ταῦτα δὲ οὐ κατηγορίας ἐγκλημάτων ἀλλ' ἰατρείας τῆς ἀδολεσχίας. Greg. ἐξ ὧν νοσημάτων καὶ ἰατρειῶν. ‖Polluci in vulg.exempl.ἰατρεία est etiam Merces quæ datur medico: sed ἰατρεῖα reponendum esse ab ἰατρεῖον,mox docebo. At Ἰάτρεια de muliere medica perperam in v.l.pro Ἰάτειρα, de quo dixi suprà, statim post ἰατρός. COMP. Ἀνιάτρευτος, Non curatus,vel Non sanatus.Exponitur & Insanabilis,Immedicabilis.

Ἰατρεῖον,ου,τό, Medici vel potius chirurgi officina.quæ & Medicina vocatur à Plauto. Sic autem vtitur inter alios Plato nomine ἰατρεῖον. ‖Ἰατρεῖα plur.numero est etiã Merces quæ datur medico.Poll.l.6,ἴδιος δὲ ἰατρῶν μισθὸς σῶστρα.σωτήρια,καὶ ἰατρεῖα τῷ δὲ παιδεύοντι,διδασκάλια,δίδακτρα.Ex hoc autem loco emendandus est ille libri 4. cuius paulo antè memini,vbi μισθὸς esse dicitur ἰατρεία, & τὸ ἐργαστήριον, ἰατρεῖον. nec.n.dubium cuiquã esse debet quin vni eidémque nomini vtranque signif.dare voluerit Pollux,sed vnam in numero sing.alteram in plurali. Habetur autem hæc vox & apud Græcos Bibl.interpr.Exodi cap.21,ἀποτίσει τὰ ἰατρεῖα. vbi malè vulg.lex. reddunt simpliciter Impensas pro Impensas in medicos. EADEM Ἴατρα etiam vocantur,teste Hesychio. scribit enim,ἴατρα,μισθοὶ θεραπείας. Sed hoc ἴατρα ita formari ab ἴαται videtur,vt δίδακτρα à δεδίδακται. Hic tamen,quòd eandem cum præcedente signif. habeat,ponendum censui.

Ἰ'ΑΥ'Ω, Commoror,Tempus tero,Diuersor. Hom. Il.ξ,v.213,Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις, id est χωρίζεις,διατρίβεις. (de qua Eustathii interpr.dicã infrà) Apud eundem Il.ι,v.325,ὣς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον.id est Insomnes noctes trãsigebam, Noctes peruigiles exigebam.aut etiam agebam,διῆγον. Itidem cum accus.apud Soph.in Aiace,pag.67, οὐτ' ἐννυχίαν τέρψιν ἰαύειν ἐμοί τινα. vbi scholiast.διαπλεῖν & αὐλίζειν. ‖Sed interdum pro Dormio.vt Od.ξ,– τοὶ δ' ἄγχι συῶν ἐκτὸς ἴαυον.Item Od.ω,Ἐν τῷ [sub.κλισίῳ] σιτέσκοντο, καὶ ἵζανον ἠδὲ ἴαυον Δμῶες ἀναγκαῖοι.vbi tamen vult ἀφυπνικὸς τὴν διατριβὴν significari Eust.sed addit,δόξειε δ' ἂν καὶ τὸ κοιμᾶσθαι νῦν ὡς ἐκ μέρους εἶναι δηλωτικόν. Ego verò dormiendi signific.huic aptiorem loco esse censeo, sicut & illi quẽ ex Il.ξ protuli,ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις. præsertim quum alibi dicat idem poeta ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα. Idem gramm.pag.1750 exactè hoc verbum exponere volẽs, dicit διατριβὴν ἐστι signif. nõ τὸ ἁπλῶς ἐλίγχρονον. ‖Apud Euripidem autem μεταβατικῶς, in Phœnissis,Γεραιὸν πόδα δεμνίοις δ' ἔτ' ἔστιν ἰαύων,pro εὐκοιμίζων, vel ἐγχρονίζων,inquit scholiast. cuius ego priorem expos.admitto,posteriorem reiicio.

Ἰαυθμός, Locus in quo q̃s cõmoratur,seu diuersatur. Diuersorium tamen magis restrictam habet significationem. Dicitur & de brutis, pro stabulo, seu lustro. Lycophrõ ἰαυθμοὺς ἠπειδας δ' ἐξήνυσεν.Est etiã Cubile,Somnus.Vide Suidam & Hesychium.

C.ΕΝιαύω, ET ΠΑΡιαύω. Est autem Ἐνιαύω, Immoror,vel indormio. At Παριαύω,Iuxta moror,seu commoror, vel Iuxta dormio.vt apud Homer.Il. – τῇ παριαύων Τυπτόμενος id est παρακοιμώμενος. Scribitur tamen & disiũctim πάρ' ἰαύων.

Ε'ΝΙΑΥΤΟ'Σ,οῦ,ὁ, Tẽpus lõgum quod alicubi seu in re quapiam teritur. Hæc enim est expositio quam ex grammaticis præsertimque Eustathio colligo(qui etiã ἐπὶ χρονίους ἐνιαυτούς,pro ἐπὶ διατριβὰς à quibusdam accipi tradit apud Aristophanem.(ex quo alii afferunt χρονίους ἐπὶ παλαιοὺς ἐνιαυτούς.) Sed cõstat ἐνιαυτὸν pro anno, cõmuni vtrisque scriptorib⁹ vsu receptũ esse,magis tamẽ poetarũ. Hom.Od.α,v.289, Ἦ τ' ἂν τρυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν.Et Od.κ,Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην περὶ δ' ἔτραπον ὧραι.(qui versus & apud Hesiodum habetur) Alibi itidem περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ, & in plurali περιτελλόμενοι ἐνιαυτοί. Apud Hesiodum autem ἐπιπλόμενος ἐνιαυτός.

Quorum locorum imitatione Lat. vertentē annū dixisse videntur. Apud eundem poetam ἔτος (significans itidem annum) dicitur aduenisse περιπλομένων ἐνιαυτῶν. Vtuntur hoc nomine prosæ quoque scriptores, sed rarius tamen quàm altero. Thuc. 1, ὁμοίως δὲ καθιστάμενοι ἐν ἐνιαυτῷ μὲν οὐ δ' ἐπεῖδεν. X. ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγε, in Hell. nō semel. Apud Platonem ἐνιαυτῶν περίοδοι, annorum conuersiones, Cic. interpr. Atque vt dicitur κατ' ἔτος pro Singulis annis, sic κατ' ἐνιαυτόν. (quod tamen & aliter à Thucyd. accipitur.) Et ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, pro Semel quotannis, vel Semel in anno.

Ἐνιαυτὸς dictum etiam fuit poculi quoddam genus, fortasse διὰ τὸ μεγαλεῖον τῶν καὶ ἐπιπλεκτικόν. quoniam ἐνιαυτὸς, id est annus, πλειοφόρος appellatur. Eust.

C. Ἐνιαυτοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Annuū fructū ferens. Vel Anniferus, vt Plin. loquitur. ἐνιαύσιον τὸ καρπὸν φέρον. VNDE Ἐνιαυτοφορέω, Annuū fructum fero, vel Anno fructum fero, Bud. AT Παρενιαυτοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alternis annis fructum ferens: cui oppositum ἐπιτηδοφόρος, apud Theophr. De causis plant. libro 1, cap. 24, παρενιαυτοφόρα δὲ καὶ οὐκ ἐπιτηδοφόρα τῶν δένδρων, ὡς τὰ τῷ λαβεῖν, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώδη.

Ἐνιαυτίζω, Annum ago, seu transigo alicubi. ἐνιαυτίσαι που, Annū alicubi consumere, οἰκεῖν ἐνιαυτοῦ κύκλον, vt Eurip. loquitur. ‖ Item Per annum duro.

C. Ἀπενιαυτίζω, Annū totum absum, ea forma qua ἀφημερεύω, & similia. Bud. ex Xenoph. Apomn. in principio, ἐπεὶ δὲ ὁ Κεῖος ἐβούλετο συμβαλέσθαι ἀπενιαυτίσαι, μόλις γὰρ ἴσως ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ δῆμα ὑγιὲς γένοιτο. Idem Bud. apud Platonem libro 9 De leg. ἀπενιαυτίζειν interpr. Vnico anno extorrem esse, pag. 14. Comm. Sic apud eundem Platonem eodem libro, ἀπενιαυτιζέτω τρεῖς ἐνιαυτούς, tres annos integros exulet. Ἀπενιαυτίσαι est etiam Cessare ab aliqua re per annum. Poll. lib. 1, ἀπενιαυτῆσαι δέ, τὸ φυγεῖν ἔτος, ἢ παύσασθαι ἔτος ἐπ' ἐνιαυτόν. VNDE Ἀπενιαυτισμός, οῦ, ὁ, Absentia aut exilium vnius anni. Plato De leg. Pro ἀπενιαυτίζω verò dicitur ETIAM Ἀπενιαυτέω. Bud. ex Plat. lib. 9 De leg. 313. VNDE Ἀπενιαυτήσεως, εως, ἡ, idem quod ἀπενιαυτισμός. Plato loco citato, καθαρμοῖς μὲν τοῖς αὐτοῖς καθαιρομένους, τριετῆ δὲ ἀπενιαυτήσεις ἐξαπελεῖν, Per triennium integrum exulare. Et paulo pòst, τῶν καθαρμῶν καὶ ἀπενιαυτήσεων.

C. ΔΙενιαυτίζω, Peranno, Per totū annum duro. idē quod διετίζω. Item, Per totum annum alicui rei incumbo, δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ τι πράξαι. Poll.

C. ὙΠΕΡενιαυτίζω, Vltra annum duro seu permaneo. Iulian. Serapioni, μόνα ζῇ τῶν σύκων ἃ ὑπερενιαυτίζει ἔχεσθαι, τῷ τοῦ μέλλοντος καρποῦ φύσει συνεισελθεῖν.

¶ Ἐνιαύσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Annu⁹, Anniuersarius. Annuatī rediēs. Herodotus, ἐνιαυσίη ὁρτή, Anniuersarium festum. Sic πανηγύρεις ἐνιαύσιαι, Cœtus solennes & anniuersarii. Herodianus de calēdis Ianuariis, ἀρχὰς τὴν ἐπώνυμον τὴν πρώτην τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιθέσθαι, id est (Bud. interpr.) Consules tumprimum insignem & annuam prætextam induūt. Theophr. κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας, Certis anni temporibus, vt v. I. interpr. Item Annu⁹. i. In annum durans. Thuc. ἐνιαύσιοι ἐκεχειρίαι ἐποίησαν, Inducias annuas, hoc est in annū vnū. Theophr. ἡ ἄρκευθος ἐνιαύσιον ἔχει τὸν καρπὸν δοκεῖ, περικαταλαμβάνει χ' ὁ νέος τὸν ἔνενον. Pro quibus Plin. Iuniperus anifera habetur, nouúsq; fructus in his cū annotino pēdet. Itē apud Euripidem ἐνιαυσίους φυγὰς, Fuga vnius anni, (ἀπενιαυτισμός, suprà) sicut apud Luc. ἐνιαύσιος τροφή, exponitur Alimentum vnius anni. Ἐνιαύσιοι, Annales. vulg. lex. At ἐνιαύσια, neutro gen. plur. n. aduerbialiter ponitur pro Quotannis, In singulos annos. Hesiod. Dieb. αὐτὰρ γέρανος ἐπακούσης φωνὴν ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης, Quotannis clangentis. HINC Ἐνιαυσιαῖος, ου, ὁ, idem quod ἐνιαύσιος. Plut. Pericle, ἐν τοῖς ἐνιαυσιαίαις στρατηγίαις, in annuis imperiis.

-ἼΔΙΟΣ, Peculiaris, Certæ cuiusdam & peculiaris speciei. vel Sui generis. Hoc enim propriè sonare puto, quòd ab ἰδέα deducam: vt sit quasi Cuius est certa quædam & minimè cum cæteris communis ἰδέα. Hæc autem aliáq; multa de huius nominis significatione, vel potius significationibus, habes suprà, nimirum col. 1107. vbi post ἰδέα positum est inter deriuata ab Εἴδω. illuc igitur te remitto. Sed ἰδιώτης ab ἴδιος deductum, & quod ei subiūgi debuit, quoniam omissum ibi fuit, hic tibi dedi.

¶ Ἰδιώτης, ου, ὁ, Priuatus, Priuatam vitam agens, Qui non fungitur magistratu. Vnde ei opponitur ὁ πολιτευόμενος a Demosth. Philipp. 4. & ἄρχων ab Herodiano lib. 3, ἡγούμενος μὴ φαῦλος αἰδεῖσθαι, μὴ τι ἄρχων, μήτι ἰδιώτης. Thucydides 1, ἄνδρες ἰδιῶται νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν. Dicitur autem & βίος ἰδιώτης, Vita priuata. Philo De vita Mosis lib. 3, ἀλλ' ἐζήλωσε βίον ἀπράγμονα καὶ ἰδιώτην. Pro quo dixit Demosthenes τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον, Philipp. 4, τὸν μὲν τῶν ἰδιωτῶν βίον, ἀσφαλῆ καὶ ἀπράγμονα καὶ ἀκίνδυνον ὄντα. ‖ Interdum verò ἰδιώτης opponitur πόλει: vbi generaliorem habere puto signif. vt Gall. *un particulier*. velut quū dicimus, *le bien de la uille, & non d'un particulier*. Thucydides 4, καὶ ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι, καὶ πόλει πόλει. Et lib. 1, καὶ πόλει καὶ ἰδιώτῃ μέγισται τιμαὶ περιγίγνονται. Æsch. in Ctesiph. ἢ πόλις, ἢ ἰδιώτης, ἢ ἔθνος. Alicubi plurali etiam numero, vt Plato Polit. 2, οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις. Sic autem & Thucyd. 1, ταῦτα συμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις τῶν, vbi Lat. commmodius reddi crediderim aduerbio quàm nomine: hoc modo, Hæc tum publicè tum priuatim vtilia esse. Cæterùm his locis confirmari posse meam coniecturam existimo, qua in quodam plebiscito quod Libanius affert in argumento in orat. aduersus Arostocr. repono πόλις pro πολίτης: ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πολίτης, ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω. Budæus tamen hoc mendum nō animaduertit, quippe qui interpretetur, Seu ciuis, seu priuatus. Sed cogitare debuit (meo iudicio) eūdē hominē & ciuē & priuatū esse posse. ‖ Interdū verò ἰδιώτης, Vn⁹ è vulgo, Plebeius. Epigr. lib. 1, Εἰδὼς ἰδίου κοινὸν βίον ὡς ἰδιώτης. Herodian. 4, μὴ ἰδιώτου πρὸς καὶ ἁπλοῦς γαμβρὸν ἡγεῖσθαι. Sed per ἰδιῶται sæpe intelligitur vulgus indoctū, quo modo & à Demosthene accipitur. (sic & Lat. idiota, Gall. *idiot*) Hinc ἰδιῶται opponuntur τοῖς πεπαιδευμένοις à Luc. in Lexiph. Sed & peculiariter ἰδιώτης aliquis appellatur ad eā rē cuiusimperitus est, respiciēdo. Thucydides 1, λεγέτω μὲν περὶ αὐτοῦ ὡς ἕκαστος γιγνώσκει καὶ ἰατρὸς καὶ ἰδιώτης. Demosthenes verò Philipp. 1, opponit etiā δήμοι & ἰδιῶται. Dicitur & ἰδιώτης τινὸς pro κατά τινα. Herodian. 4, τὰ μὲν ἄλλα ἰδιώτης. Xenophon autem in Pædia dixit ἰδιῶται κατὰ τοὺς πόνους, & ἰδιώτας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Luc. cum ὡς itidem, in Hermot. ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. Iam verò & genitiuo iunxerunt pro rudi & ignaro. Plato in Timæo, Κριτίαν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν. Sic Gal. πολλῶν μὲν λογικῶν ἐπιστήμονες, ἰδιῶται δὲ τῆς ἰατρικῆς. ‖ At verò apud Aristophanem in Ranis, ἰδιῶται peregrinis opponuntur, ἄλλο τι δρῶμεν ὅσοι περὶ τι ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας, vbi vide schol.

Ἰδιῶτις, ἡ, Priuata. Apud Synes. ἰδιώτιδες, Priuatæ, Priuati iuris.

Ἰδιωτικός, Ad priuatos homines pertinens, seu ad vulgus, Priuatus. ἰδιωτικὰ χρήματα καὶ δημόσια, Herodian. Et ἰδιωτικὰς καὶ δημοσίας πίστεις apud Phil. Apud Hermog. autē ἰδιωτικοὶ λόγοι oppositi δημοσίοις, Priuatæ & publicæ pecuniæ. Et ἰδιωτικὰ σπάργανα apud eundem, Cunabula priuatorum seu plebeiorum hominum, aut Cunabula vulgaria. Sic ἰδιωτικὰ ὀνόματα, Isocr. HINC Ἰδιωτικῶς, Priuatorum hominum more, Vulgi more. Luc. in Hermot. Apud Eustathium autem ἰδιωτικῶς, Sermone quo vulgus vtitur.

Ἰδιωτισμός, οῦ, ὁ, Sermonis forma è vulgo sumpta, vel Loquendi genus è vulgo sumptum, apud Dionys. Long. In v. l. ἡ τῶν ἰδιωτῶν τάξις, ex Hermog. & Epicteto.

Ἰδιωτεύω, Priuatus sum, Priuatam ago vitam, Non fungor magistratu. Vnde ἰδιωτεία & ἀρχὴ opposita apud Xenophontem. Plato autem ἰδιωτεύειν opposuit τῷ δημοσιεύειν in Apol. In epist. autem Phal ἰδιωτεύειν & μοναρχεῖν sibi aduersantur: sicut apud Isocratem ἰδιωτεύοντες & τυραννοῦντες, vt quidem ibi legitur, in epist. ad Iasonis filios. ‖ Ἰδιωτεύω, Rudis sum, seu imperitus. Plato Protag. 391, πάνυ τι περὶ σχήματος τῆς λέξεως οὐδὲν δεῖ ἰδιωτεύειν. HINC Ἰδιωτεία, Priuata vita, cui opponi

ἀρχὴν à Xenoph. dixi. ‖ Item Inscitia, Imperitia. Luc.

ἹΕΡΟΣ, ὁ, ἡ, ὁ, Sacer. vt ἱερὸς δόμος, apud Homerum, Sacra domus, periphrasticè pro ναός, id est templum. vt Il. ζ, quum dixisset v. 88, Νηὸν Ἀθηναίης &c. proximè sequente versu de eodem dixit ἱεροῖο δόμοιο. Idem initio suæ Odysseæ, — ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. vbi certè dicerem Troiam sacram vocari eo sensu quo à Virgilio Neptuniam: nisi & alias vrbes eodē dignaretur epitheto. vt Il. α, v. 366, Ὠιχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. Vbi annotat Eustathius ἱερὰς dici vrbes, id est sacras, (sicut & ἱερὰ τείχεα) quoniam vnaquæque eorum quos intus habet, est tutrix: quod officium diuinum est. Eadem verò ratione ἱερὸν τέλος custodum ab eo nominari. Sed quum aliis multis tribuat istā appellationem hic poeta, quæ recensere nimis longū esset, dicam generaliter de illius apud eum vsu. Vocat igitur Hom. ἱερὸν interdum Quod generi humano vtilitatem aliquam affert: atque ita vrbes ἱερὰς, quia sunt φυλακτικαί, vt modò dictum fuit: sic ἀλφιτοῦ ἱεροῦ ἀκτὴν, itidémque ἱερὰς ἀλωάς, non solùm quòd Cereri sacratæ sint. (Quem vocis ἱερὸν vsum imitatus Sophocles, ἱερὰν vocauit τὴν γῆν, id est terram) Interdum verò ἱερὸν appellat quicquid in suo genere cæteris præstat, seu magnum est. sicut & ἱερὸν ἰχθὺν quidam apud eum exponunt, aliis tamen aliam exposit. afferentibus. Sed & ἱερὸν κνέφας quidā τὸ μέγα καὶ βαθὺ esse volunt: qui alioqui apud eundem ἱερὸν ἦμαρ referri putant ad sacrificia quæ interdiu fieri solebant, & quidem ante meridiem, vt τὸ ἤματος (id est diei) significatio ad tempus antemeridianum referatur: vel ad vtilitatem quam diei lux mortalibus ad sua opera affert. Apud eundem ἱερὸς βοῦς secundum quosdam est itidem μέγας, aut certè ὁ ἀγαθός: sicut ἱεραὶ ἑκατόμβαι & ἱερὸν δῆμος dicta sunt τὰ ἀσινῆ τε καὶ τοῖς πολλοῖς ἀρεσθέντα. Quum autē personis tribuit hoc epithetum, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, & ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, aliaque huiusmodi dicēs, tūc quandā seu animi seu corporis præstantiam indicat, (vt quum dicimus aliquem diuino quodam ingenio præditum esse, vel diuina quadam indole, aut animi magnitudine, &c.) aut etiam quandam magnificentiam & splendorem, seu quendam luxum non regificum solùm, (vt dicit Virg. epulas regifico luxu paratas) sed planè diuinum. Sic certè & ἀντίθεον aliquem, nonnunquam propter corporis seu animi bona, nonnunquam propter fortunæ bona nominat. Dixi autem Non solùm regificum luxum, sed planè diuinum, ad hūc versum 74 Od. δ respiciens, Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

In soluta autem oratione ἱερὸς accipitur simpliciter pro Sacer, Sacrosanctus. Dicitur autem aliquid ἱερόν, interdū quod alicui deo consecratum est. qua signif. animalia varia dicuntur ἱερὰ, vel sine adiectione, vel adiecto nomine deorum, seu dei cui sacrum hoc vel illud esse dicitur. Plutar. De Rom. fort. χῆνες ἱεροὶ ἀεὶ περὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας τρεφόμενοι. Idem De Socr. dæm. κύνας μὲν γὰρ ἱερούς, καὶ δράκοντας, καὶ κύνας, καὶ ἵππους ὀνομάζοντες. Cū genitiuo autem, vt quum dicitur κύκνος ἱερὸς ἐστι τοῦ Ἀπόλλωνος, itidémque δράκων ἱερὸς ἐστι τῆς Ἀθηνᾶς. qui genitiu in Latinum datiuū vertitur. dicitur enim, Cycnus sacer est Apollini, Draco sacer est Mineruæ. Homines quoque ἱεροὶ dicuntur, item ἱεροὶ καὶ δαιμόνιοι, sed alia ratione, vt ex Plut. discimus. Quinetiam superl. gradu ἱερώτατος dicitur interdum esse aliquis: vt apud Lucianū in fine Macrob. ἱερώτατε Κυΐντιλλε. id est θειότατε, diuinissime. aut εὐσεβέστατε, vt Suidas ἱερὸν significare etiam ait τὸ εὐσεβές. ‖ Interdum verò dicuntur aliqui ἱεροὶ καὶ ἄσυλοι, sacri & inuiolabiles, vt apud Plutarchum De def. orac. Sic ἱεροὶ καὶ ἄσυλοι φύλακες apud Philonem. Sed & aliæ res variæ variis de causis ἱερὰ dicuntur. vt ἱερὰ χρήματα apud Xenophontem, & ἱερὰ ὁδὸς apud Demosthenem, & ἱερὸς πόλεμος apud Thucyd. aliósque historicos. Meminit etiā Hesychius: item Suidas, qui duplex fuisse docet. Vide & ἱερὸς γάμος apud eundem Hesych. & ἱερὸς λόχος, cum apud eum, tum apud Athenæum & alios. ἱερὰ ἡμέρα, atque adeo etiā ἱερωτάτη ἡμέρα, apud Luc. Apud Xenoph. autem legitur etiam ἱερὰ συμβουλή, ex quo Luc. sumpsisse puto: ac dici ab vtroque prouerbialiter, alludendo videlicet ad ἱερὰν ἄγκυραν, Latino itidem prouerbio dictā Sacram anchoram. de quo lege Erasmum. Sed & κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς dicunt, subaudito substantiuo γραμμῆς, vt quidam tradunt. de quo prouerbio eundem lege.

Apud medicos legimus etiam ἱερὰν νόσον, id est sacrū morbum: & ἱερὰν medicamenti compositionem: item ἱερὸν ὀστοῦν, Sacrum os: & apud Pollucem ἱερὰ σύριγξ de meatu vertebrarum. Plut. De solertia animalium, καὶ τὸ μέγα πρὸς οἶμαι ἱερόν (καθάπερ ὀστοῦν ἱερόν, τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν μεγάλην νόσον οὖσαν, ἱερὰν καλοῦσιν) εἶναι δὲ κοινῶς τὸ ἄφετον καὶ ἱερώμενον. Aretæus De diuturn. aff. cap. 4, plures de morbo sacro adfert etymologias, δοκέει γὰρ τοῦ ἐς τὴν σελήνην ἀλιτέειν ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος· ἢ τὸ μέγεθος ἱερὸν κικλήσκουσι τὴν πάθην. ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μεγάθεος τε κακοῦ (ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα) ἢ ἴησιος οὐκ ἀνθρωπίνης ἀλλὰ θείης ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον ἐσόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τήνδε ἐκικλήσκον ἱερήν. Galenus in Hipp. lib. 6, scribit ἐπιληψίαν veteres nominasse μεγάλην νόσον & παιδίον πάθος, (vt Hippocr. in lib. De aquis & aere & locis) quoniam pueritiæ tempore abundat. nōnullos Herculeum quoque appellasse, non quòd Hercules eo corriperetur, sed quòd magnitudinem morbi hoc quoque nomine exprimere voluerint. Reprehendit autem eos Galenus qui sacrum morbum appellatum arbitrarentur quòd diuinus esset morbus, & à diis in vindictam immitteretur. Hāc tamen nominis rationem ab Aretæo inter alias adferri, iam antè indicatum est. Aliam præterea etymologiam adfert Alex. Trallianus libro 1, cap. 15, ὀνομάζουσι δὲ αὐτὴν τινὲς καὶ ἱερὰν νόσον, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον εἶναι τὸν ἐγκέφαλον. ab aliis autē Ἡρακλείαν νόσον nominari tradit διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ δυσμετάθετον τῆς νόσου. Sed ἱερὰ νόσος Budæo videtur esse etiā elephantiasis, apud Gregorium 53 περὶ φιλοπτωχίας. ‖ Ἱερὰ dicebatur etiam medicamenti compositio sic κατ' ἐξοχὴν appellati: ea autem varia fuit, & à multis diuersimodè descripta. Gorr. Variam autem dicit, quoniam ἱερὰ alia erat Pacchii Antiochi, alia Andromachi, alia Antipatri, alia Archigenis, alia Galeni, alia Themisonis, alia Iusti, alia Logadii, alia Ruffi: alia πικρά, quòd videlicet ex aloe præcipuè constaret. alia ἡ διὰ κολοκυνθίδος, quæ sigillatim ab ipso describuntur. Esse verò & alias multas τῆς ἱερᾶς differentias, sed eas omnes ad duas referri, videlicet εἰς τὴν δι' ἀλόης, vel εἰς τὴν διὰ κολοκυνθίδος. Nominis autem rationem tradit Scribonius Largus, lib. De compos. medicament. c. 99, his verbis, Danda erit antidotus ἱερά. Hoc enim nomē tribuit ei duas propter causas, vt existimo. vnam, ne eius nomen verum dicendo ostenderet quæ esset: (dicitur enim à quibusdam πικρά, quia amara est: à quibusdā διὰ κολοκυνθίδος) alterā, quo magis sub tanta specie nominis commendaret medicamentum. Idem ex eo tradit Marcellus Empiricus. ‖ Quod verò ad ἱερὸν ὀστοῦν attinet, Plut. (vt paulo antè indicatum fuit) id nominatum ita docet propter magnitudinem. Ruffus Ephes. τὸ δὲ πλατύτατον ὀστοῦν τῆς ὀσφύος, ἱερὸν ὀστοῦν, οἱ δὲ ὑποσπόνδυλον καλοῦσι. τὸ δὲ ἄκρον αὐτοῦ, κόκκυγα. alibi tradit in huius vtraque parte coxas esse, τὰ ἰσχία: & in his τὰς γλουτούς, id est nates. Pollux, ἵνα δὲ σπόνδυλοι καταλήγουσι, ἱερὸν ὀστοῦν καλεῖται, καὶ ὀρθοῦται μὲν ἀρξάμενον ἀπὸ τὴν ῥάχιν, ἀποστενοῦται δὲ κατὰ τὸν κόκκυγα καλούμενον, ὃς καὶ σπόνδυλον ἢ ὀρροπύγιον ὀνομάζεται ἢ τὸ ὑπόβαιον, ὀσφὺς καὶ ἰξύς. Os sacrum (inquit Camer.) etiam latum os vocatur, à Græcis ἱερὸν ὀστοῦν καὶ πλατύ. Hoc quasi de vertebris quibusdam & ipsum consertum, ita nodis contineri videtur. Sed est vnum os suprà, vbi cum spina cōmittitur, latius, infrà angustius: ibique Græci κόκκυγα nominant & σφονδύλιον & ὀρροπύγιον. Galenus duobus modis vsurpat ἱερὸν ὀστοῦν, vno quidem, latius, vt κόκκυγα etiam comprehendat. (veluti lib. 11 De vsu part. quū scribit os sacrum constare ossibus quatuor, tribus videlicet propriis & coccyge) altero autem, specialius pro ea tantùm parte quæ reuera ἱερὰ est, id est magna & lata, quantum videlicet huius cum osse ilium per synarthrosin iungitur. hac enim sola parte reuera ἱερὸν est, id est magnū atque latum. túncque eius reliquum gracilescens semper ac tenuatum, donec in trescartilagines

acutissimas desinat, coccygem appellat. Ἱερὸν autem A nominatum hoc os quidam (præter superiorem huius nominis rationem) voluerunt, quòd in eo aliquid sacri arcanique insit: quoniam partus tempore diuinit᷑ aperiatur, eductoque fœtu solidescat miro quodam naturæ opificio: alii verò, quòd partes quæ huic ossi adiacēt, diis offerre in sacrificiis solerent. id quod Menandri testimonio confirmant, οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύοντες. Hæc inter alia Gorr. ‖ At ἱερὰ σῦριγξ vocatur ab anatomicis medium foramen quo omnes ceruicis vertebræ peruiæ sunt, & spinæ medulla à cerebro de- B scendit: quod ad canalis fictilis similitudinem σωλὴν etiam nominatur. Gorr. ex Polluce.

Ἱερὰ βοτάνη, Sacra herba, vide in Ἱεροβοτάνη.

Ἱερὰ est etiā serpentis nomen. Aristot. De hist. animalium libro 9, capite 29, ἔστι δέ τι ὀφίδιον μικρὸν, ὃ καλοῦσί τινες ἱερὰν, ὃ οἱ πάνυ μεγάλοι ὄφεις φεύγουσι. γίνεται δὲ τὸ μέγιστον πηχυαῖον. Gaza Sacrum serpentem interpretatur.

Ἱερὸς ἰχθὺς, Sacer piscis: sic dicitur anthias, autore Aristotele libro 9 De hist. anim. cap. 37, ὅπου δ' ἂν ἀνθίας ᾖ, C θηρίον οὐκ ἔστι θηρεῖον. ᾧ καὶ σημείῳ χρώμενοι κατακολυμβῶσιν οἱ σπογγεῖς, καὶ καλοῦσιν ἱεροὺς ἰχθῦς τούτους. Athenæus verò lib. 7, ἱεροὺς ἰχθῦς vocari tradit ab eo qui Τηλεγιακὴν historiam scripsit, δελφῖνας & πομπίλους. in quam sententiam ex Pancrate quoque Arcade hunc versum citat, Πομπίλος, ὃν καλέουσιν ἁλίπλοοι ἱερὸν ἰχθύν. Ab Homero ἱερὸν ἰχθῦν, vocari ἀνθίαν, testatur Plut. in lib. De solert. animaliū: sed Eratosthenē τὸν χρύσοφρυν videri vocare ἱερὸν ἰχθῦν, quum sic dicit, Εὐδρομίλον, χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν, ἱερὸν ἰχθῦν: alios verò τὸν ἔλλοπα, eo qꝫ rarus sit & difficul- D ter capiatur.

Ἱερὸν, οῦ, τὸ, (substant.) Sacrum, Sacrificium. Item Hostia, Victima. Quibus in signific. ponitur potius plur. numero. Hom. Odyss. γ, — οἱ τ' ἄλλοισιν ἱερὰ ῥέζουσι καὶ ἔξαγον ἑκατόμβας. Sic Hesiod. Erg. Κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς. Quibus in locis ἱερὰ videtur reddi posse Sacra: at verò in hoc eiusdem Homeri, initio libri γ Od. — οἱ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον, Ταύρους παμμέλανας ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ, magis conuenit ἱερὰ ῥέζειν vertere Hostias: ῥέζον autem, Mactabāt. Quod verbum alioqui in illo Hesiodi loco commodè reddi potest Facere: at non item in illo Homerico, propter sequens ἑκατόμβας. neque enim ausit quisquam dicere Sacra faciunt & hecatombas, sed dixerit Sacra offerunt & hecatombas: aut Sacra ferunt & hecatombas. Quod posterius, videlicet Sacra ferunt, exemplo Virgilii dico, ita loquentis non semel. Viderit tamen lector an aliud verbum aptius hoc inueniri possit quod commodè cum accusatiuo ἑκατόμβας, sicut cum ἱερὰ, iungi queat, vt ῥέζειν cum vtroque Homerus iunxit. Comperio certè in prosa quoque ἱερὰ significare & Sacra, seu Sacrificia, & Victimas, seu Hostias. quod sequentibus exemplis docebo. Ac primùm ἱερὰ, Sacra, seu sacrificia: (quæ frequentior est significatio) vt in hoc Thucydidis loco, lib. 2, θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διὶ ἐλευθερίῳ ἱερά. Item libro 5, ... τῷ ἱερῷ τῷ κοινῷ, θύειν καὶ ἰέναι καὶ μαντεύεσθαι. Et ἱερὰ τέλεια apud eundem: & ἱερὰ δημοτελῆ apud Æschinem (sicut & θυσίας δημοτελεῖς dicuntur) apud Xenoph. & Demosth. ἄρρητα ἱερά. Idem Pædiæ 8, ἱερὰ cum θύμασι iungit (addens & alia) sicut Plut. Sympos. 2, χρώμενος θύμασι καὶ ἱεροῖς. multa denique passim extant signific. huius exēpla. Alterius autem ei affinis (qua videlicet ἱερὰ vocantur Victimæ) cum alia, tum hæc afferri posse existimo. Xen. Hellen. 4, ἤρπαζον αὐτοῦ τὰ ἱερὰ ἅλοβα. Idem libro 3 ... ὡς ... θύειν τε ἐν Αὐλίδι τὸν Ἀγησίλαον οὐκ εἴων, καὶ τὰ τεθυμένα ἱερὰ ὡς ἔρριψαν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. Sic autem de eadem re loquutus fuerat idem scriptor eodem libro, pag. 191, ... ἐκέλευον μὴ θύειν, καὶ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἱεροῖς τεθυμένοις, διέρριψαν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. At verò ἱερὰ καλὰ, quod apud eundem sæpe occurrit, reddi solet Læta exta. atque ita vertit etiam Budæus in hoc loco Anabas. libro 4, ἐθύοντο πάντες οἱ στρατηγοὶ καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν ἅπασι. itidémque ἱερὰ αἴσια interpretatur Polit. apud Herodianum: posse tamen in his locis ἱερὰ accipi in sua prima signif. docebo in verbo Καλλιερῶ, vbi & de hoc loquendi genere, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ (quod illi alteri opponitur) disseram. ‖ Ἱερὸν, Sacellum, vel potius Fanum, Templum, Delubrum. Thucyd. lib. 2, ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔφερον, οἰκίας τε καὶ καταλιπόντες καὶ ἱερὰ ἃ διαπαντὸς ἦν αὐτοῖς ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πολιτείας πάτρια. Xenophon Hellen. 3, ὅτι τὴν Ἀρτέμιδος τὸ ἱερὸν μάλα ἅγιον. Rursum Thucydides lib. 4 ad nomen ἱερὸν addidit etiam νεών, scribens, τάφρον μὲν κύκλῳ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν ἔσκαπτον. Alioqui certè ἱερὸν in multis cum aliorum scriptorum B tum Pausaniæ locis nihil aliud quàm νεὼν, id est templum, significare constat.

C. Ἱεροβοτάνη, (q. d. Sacra herba. ἱερὰ βοτάνη etiam dicta disiūctim) Verbena siue verbenaca. ideo sacra herba vocata quòd præcipuū in lustrationibus vsum habeat, suspensa vel alligata. Vocatur & περιστερεών. Dioscor. cincinnalem à Romanis appellatam autor est. quem vide, item Plinium. Scribonius Largus Vettonicam interpretatur: Apuleius Liciniam, Lustraginem, Columbinam, Militariam, Vertipedium, Cristam gallinaceā. alii & Exuperam: Aetius vocari etiam herbam Veneris tradit. ‖ Ἱερὰ βοτάνη dicitur etiam Saluia, vt idē Aetius tradit lib. 1.

C. Ἱερογλύφος, ET Ἱερογλύπτης, ου, ὁ, (q. d. Sacra sculpēs) Qui sculpit seu peritus est sculpendi ea quæ hieroglyphica vocantur. DICTA autem Ἱερογλυφικὰ apud Ægyptios (inquit Bud.) Sacra quædam monumenta non literis vocabula sed sculptis rerum animaliūmque figuris significantia. Hæc Bud. Ego ἱερὸν in hoc vocabulo mysticum aliquid & arcanum significare puto. γράμματα certè pro notis poni constat, quum dicitur ἱερογλυφικὰ D γράμματα. vt apud Luc. in Philopatr. p. 439, ὅν τοῖς παρ' ὦ ἀναγεγραμμένον ὄνομα ἱερογλυφικοῖς γράμμασι. nam & ipse alibi exactius loquens, fatetur non esse γράμματα, sed σημεῖα seu χαρακτῆρας quibus vtuntur Ægyptii. Locus est in Hermotimo, p. 118, τί γὰρ εἰ μηδὲ γράμματα γράφοιμεν ἐπὶ τῷ κλήρῳ, ἀλλά τινα σημεῖα καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων, κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας καὶ λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους. Extat Ori Apollinis de istis hieroglyphicis libellus.

C. Ἱερογραμματεὺς, q. d. Scriba, & velut cōmentariēsis rerū sacrarum, id est mysticarum. Quidam verò interpr. Sacer scriba. Sed quid profiterentur qui ἱερογραμματεῖς vocabantur, vide apud Suidam in hac voce. Luc. in Macrob. ὡς ὁ τῶν Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. AT VERO Ἱερόγραφα SEU Ἱερογραφούμενα Dionysio Areop. Diuinarū rerum imagines seu adumbrationes. EADEM Ἱερόπλαστα ET Ἱερότυπα ab eo nominantur, vt inquit Bud. Qui alibi addit ἱερόπλαστα & ἱερότυπα σύμβολα dici Signa sensilia rerum intelligibiliū. HINC Ἱερογραφία, ET Ἱεροπλαστία, Rerū diuinarū adūbratio per quædā signa. B.

C. Ἱεροδιδάσκαλος, Qui sacra docet, Qui ea docet quæ ad sacrorum ritus pertinent. Item Qui ad sacra initiat, sicut ἱεροτελεστής, Bud. ex Dionysio Areop.

C. Ἱερόδουλος, Sacris inseruiens. item Æditūus, in v. l. Apud Strab. ἱερόδουλοι γυναῖκες, Mulieres deo sacratæ. Et peculiariter ἱερόδουλοι, Ancillæ tēpli Delphici, Cam. Vide & Bud. p. 287. Vsi sunt hoc nomine Græci Bibl. interpr. in lib. Esdræ, cap. 2 & 7 & 8 de Nathinnæis.

C. Ἱεροθέτης, Sacrorum institutor, Qui sacra seu sacrorum ritus, aut sacros ritus instituit. vt Christus apud Areop. VNDE Ἱεροθετῶ, Sacra seu sacrorum ritus vel sacros ritus instituo. A Budæo exponitur etiam simpliciter Ritus constituo, in hoc eiusdem Areop. loco, ὃ καὶ ὁ τῶν ἱερῶν ἱερὰ παράδοσις μεταλαμβάνειν τοὺς ἱεροὺς ἱεροθετεῖ. ... Dicūtur autem ἱεροθέτης & ἱεροθετῶ eadem forma qua νομοθέτης & νομοθετῶ.

C. Ἱερόθυτος, ου, ὁ & ἡ, Sacrorū ritu mactatus, seu immolatus, vt q dā interpr. Aristot. Œcon. 1, οἱ δὲ ἱερόθυτοι ἱππεῖς, vbi v. l. interpr. Sacris offerebāt occidēda. Apud Plut. quidā ἱερόθυτον θάνατον appellat eius qui se pro patria deuouet. Phrynichus videtur censuisse signif. Deo immolatus, quum scribit pro eo ab Atticis vsurpari θεόθυτος. At τὰ ἱερόθυτα substant. apud Athen. Sacræ hostiæ, vt Budæus vertit hoc in loco, οὐ παρέχεις τὰ ἱερόθυτα Ὁμήρῳ

καὶ τὰ ὅρκια καὶ τὰ ἱερόθυτα κήρυκες καμίζουσιν.

C.Ἱεροκήρυξ,υκος,ὁ,Sacer præco,Præco qui in sacris fauere linguis iubet. Apud Demosth.in Neæram 238.ἐς ὑπηρετεῖ τῇ τοῦ βασιλέως γυναικὶ,in sacris quibusdam.Synesius autem eos quoque qui in ecclesia fauere linguis iubebant dum sacra peragebantur,aut aliud quippiam inter rem sacram edicebant, ἱεροκήρυκας appellauit.Bud.

C.Ἱεροκόμος,Qui sacrorum curam gerit. Legitur tamen ἱεροκόμας apud Hesych.

C.Ἱερολογέω,ῶ, De sacris rebus loquor,seu dissero, Sacra verba pronuntio.Bud.ex Dionysio Areop. ET Ἱερολογία,Ea quæ in ecclesia recitantur,quasi Sacri sermones,ex eodem. Sed ἱερολογία tamē dicitur tanquam ab ἱερολόγος,non ab ἱερολογέω.

C.Ἱερομηνία,Sacrum mensis initium,vt quidam interpr. Alii,Sacra primi diei mensis,siue nouilunii. Bud.autem apud Demosth.140 ἱερομηνία ἐστὶ, vertit Ludorum dies.(quibus videlicet non licebat commeantes capere)Ex eodem affert ἱερομηνίας dictam περὶ τῶν κρονίων,citans pag.196 & 299. Hesych.ἱερομηνίαν exponit ἑορτάσιμον ἡμέραν,itidémque Harpocr.& schol. Thuc.ἑορτώδη ἡμέραν,id est festum diem:at Suid.ἱερὰν ἑορτὴν κατὰ μῆνα. Cam.apud Dem.in Timocr.ποιήσασαι ἱερομηνίαν,vertit, Quæ festos dies instituit.

C.Ἱερομνήμων,ονος,ὁ & ἡ, q.d. Sacrarum rerū seu sacrorum rituum memoriæ præfectus.Quidam etiam vertūt,Sacer scriba,ex schol. Aristoph. Ad verbum, Sacrorum memor,seu sacrorum rituum. Quidam verò interpr. Qui est à cōmentariis sacrarum memoriarum. Sed peculiariter ἱερομνήμονες appellati fuerunt qui ex vnaquaque ciuitate ad Amphictyonicum concilium mittebantur,vt tradit Harpocr. Exponitur etiam οἱ εἰς πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς ab Hesychio & Suida. Vide Μνήμων. ‖In v.l.ex Aristot.affertur ἱερομνήμονες & pro magistratibus apud quos in scripta rediguntur priuati contractus & iudicum sententiæ,atque alia huiusmodi. ‖Ἱερομνήμων est etiam nomen gemmæ apud Plinium. HINC Ἱερομνημονέω,Fungor munere eorum qui ἱερομνήμονες dicuntur. Aristoph. Nub. λαχὼν γὰρ Ὑπέρβολος τητὲς ἱερομνημονεῖν.

C.Ἱερομύστης,ου,ὁ,Qui sacris mysteriis initiat,Qui sacra mysteria tradit. ὁ τὰ ἱερὰ μυστήρια εἰσηγούμενος,Suid. Et apud Areop.ἱερομύσται,Theologi primi qui ceremonias condiderunt,vt vertit Bud.qui exponit etiam οἱ τὰ ἱερὰ μεμυημένοι. Apud Hesychium autem legimus ἱερομύσται(ita enim reponendum puto pro ἱερομύστας)expositum ἱερὰ μαντευόμενοι.

C.Ἱερονίκης, In sacris certaminibus victor, seu in vno ex quatuor sacris certaminibus.apud Luc.

C.Ἱερονόμος,Sacræ disciplinæ & institutionis magister & exactor.Hac enim in signif.vtitur Bud.hoc nomine,(nescio an alibi inuento,an à se ad aliorum huiusmodi exemplum ficto) l.5 De asse,istam ipsemet exposit. subiungens.

C.Ἱεροποιός,q.d.Sacrificus, Sacrificulus. Sed ἱεροποιοὶ peculiariter dicebantur Qui sacra faciebant Eumenidibus præsidibus Areopagi. Ita Bud.ex Dem.apud quem schol.dicit ἱεροποιοὺς esse τοὺς ἐπιθύοντας ταῖς μαίναις ὅτι θύουσι μή που τι κακουργῶσι. HINC Ἱεροποιΐα,Functio illa. ET, Ἱεροποιέω,ῶ, Fungor illo munere. Item generalius,Sacra facio.Et Sacro,Dedico. Aristid.ἱεροποιήσοντες θύσεις φαίνεται οἷς τὰ ἱερὰ δρώμενα. Vide & Demosth.apud Bud.p.814.

C.Ἱερόπολις,Sacra vrbs,Sancta ciuitas. Philo De vita Mosis lib.3.

C.Ἱεροπρεπής, Talis qualem decet esse eum qui sacer est, seu sanctus,Sanctitatem seu sanctimoniam decens,Sāctimoniæ conueniens.Bud.apud Polyb.(nisi fortè Polyb.pro alio scripsit)hæc de sacerdote dicta, ἐν τῇ ἑορτῇ ἱεροπρεπὴς τὰς δοκεῖς εἶναι τὸ προσχηματισμένον,vertit,Maximè implere maiestatem sacerdotii. In v.l.affertur ex autore anonymo, ἱεροπρεπὴς ἐν καταστήματι, pro Qui est in habitu qui deceat sacrum & Deo deditum. Ibidem exponitur & Sacer,Diuinus: & subiungitur ex Luc.ὁ δὲ κλεινὸς θεσπέσιος καὶ ἱεροπρεπής. Apud Philonē τὸ τῆς ἱερομοθεσίας ἱεροπρεπὲς, substantiue,pro Sanctimonia.

ET Ἱεροπρεπῶς,Ita vt decet sacrum seu sanctum.vel Vt decet rem sacram,&c. Aut,Sancto quodam modo.θεοπρεπῶς exponit Hesych.

C.Ἱεροσκόπος,ου,ὁ,(q.d.Sacrorum inspector) Aruspex. ET Ἱεροσκοπία,Aruspicina. ITEM Ἱεροσκοπέω,Aruspicinam factito seu exerceo,Aruspicis sacerdotio fungor, vt Bud. reddit) Hesych.ἱεροσκοπεῖν exponit ἱερᾶσθαι.

C. Ἱερόσταλοι, Qui sacram diuinorum rationem ab omni expurgati superstitione, & nimia vacantique sedulitate,in anima gestant, perinde ac in capsula quadam.Ita v.l.non nominato autore, & non sine manifesta deprauatione.

C.Ἱερόσυλος,Sacrilegus. Plato Polit.1,ἱερόσυλοι καὶ ἀνδραποδισταὶ καὶ τοιχωρύχοι. VNDE Ἱεροσύλως,Sacrilegè,Per sacrilegium. ET Ἱεροσυλία,Sacrilegium. ET VERBVM Ἱεροσυλέω,ῶ,Sacrilegium committo, Per sacrilegium seu sacrilegio rapio aut aufero. Vel, Spolio aliquem per sacrilegium,seu sacrilegé. Aristoph. Vespis, τί δ᾽ ἱεροσυλήσεις φέρεις; Phalar.in epist. ἱεροσυλήκατε τοὺς θεοὺς,In deos sacrilegium cōmisistis, vel In deos sacrilegi fuistis. HINC Ἱεροσύλημα,Quod sacrilegio raptum est,Sacrilegium.

C.Ἱεροτελεστής,Sacerdos.item Episcopus. Bud.ex Dion.Areop.addens,nostrum etiam Seruatorem ab eo ἱεροτελεστὴν vocari,sicut & πανταρχίαν. Dicitur autem ἱεροτελεστὴς quasi ὁ τελῶν τὰ ἱερά.exponitur tamen in v.lex.Qui sacris initiat.

C.Ἱερότυπος,ου,ὁ καὶ ἡ,Cui sacra figura impressa est.Dionys. ἱεροτύπων εἰκόνων ἀνακάθαρσις, Sacrarum imaginum explanatio. Apud eundem,vt Budæus tradit, αἰσθητὰ σύμβολα καὶ ἱερότυπα, signa sunt sensilia rerum intelligibilium.

C.Ἱεροφάντης,ου,ὁ,Sacrorum antistes. Philo De vita Mos. οὐχ ἑρμηνεῖς ἐκείνους,ἀλλ᾽ ἱεροφάντας καὶ προφήτας προσαγορεύοντες,Sacrorū antistites & vates. Plut.Numa,ὁ δὲ μέγιστος τῶν Ποντιφίκων ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου,τάξιν ἐπεῖχε. Hesychio ἱεροφάντης est ὁ μυσταγωγὸς,ὁ τὰ ἱερὰ δεικνύων,Qui sacra & cæremonias docet, B.interpr. Suid. ἱεροφάντην primum appellatum fuisse scribit τὸν ἀποφήναντα ἐκ τοῦ πολέμου αἴτιον τὰ ἱερά. VNDE Ἱεροφαντία,ας,ἡ, Antistitiū,vt Martianus loquitur, Antistitis sacrorum dignitas. Plut. Alcibiade,de sacerdotibus qui armis tecti ab Alcibiade ad Eleusinia sacra renouanda composito agmine ducebantur, θέαμα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς τὴν στρατηγίαν ἐκείνην ἐπιδεικνύμενος, ὑπὸ τῶν μὴ φθονούντων ἱεροφαντίαν καὶ μυσταγωγίαν προσαγορευθῆναι. In v.l.ἱεροφαντίαι plur.numero,Sacrorum cæremoniæ. ET Ἱεροφαντικός,ῆ,ὸν, Ad sacrorum antistites pertinens,Sacerdotalis. Ἱεροφαντικαὶ βίβλοι, Libri de iure pontificio. Plutar.Numa. VNDE Ἱεροφαντικῶς,More sacrorum antistitum. Ab hac origine est ET ἱεροφαντέω, ῶ, Sacrorum antistes sum,Sacra doceo. Luc.Εὔμολπος ὁ πρῶτος ἱεροφαντῶν.Idem,ἐδᾳδούχει δ᾽ ὁ καὶ ἱεροφάντει ὁ Ἀλέξανδρος, Antistitis officio fungebatur.B.

C.Ἱεροφόρος,ου,ὁ καὶ ἡ,Sacriferus,Ouid. Qui sacra fert.

C.Ἱεροφύλαξ,ακος,ὁ,Sacrorum custos. VNDE Ἱεροφυλακεῖον,ου,τὸ,Locus vbi sacra custodiuntur,Sacrarium.

C.Ἱερόφωνος,ου,ὁ καὶ ἡ, Sacram vocem habens:vel magnam vocem,μεγαλόφωνος,Suid.

C.Ἱεροψάλτης,ου,ὁ, Sacer cantor, Qui sacra canit. ἱεροψάλτης Δαβὶδ,Basil.

C. Ἱεράγγελος,ου,ὁ, Qui sacras celebritates denuntiat. ἱεροκήρυξ.

C.Ἱεράμουσοι,Sacri vates.προφῆται θεῶν.Hesych.

C.Ἱεραοιδὸς,οῦ,ὁ,Sacer cantor.i.poeta.Hesych.

C.Ἱεράρχης,ου,ὁ,Qui sacris præest,Vel Qui sacris præest ordinibus. Dion. Areop.ὁ θεῖος ἱεράρχης ἐκφαντορικός ἐστι (ὡς τὰ λόγια φησὶ) τῶν θεαρχικῶν δικαιωμάτων. ἄγγελος γὰρ αὐτοῦ κυρίου παντοκράτορος θεοῦ ἐστι.Idem,ὅθεν ἡ θεία θεσμοθεσία τὴν ἱεραρχικῶν τάξεων ἁγιστείαν καὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ μύρου τελείωσιν ταῖς τῶν ὁσίων ἱεραρχῶν τελεσιουργοῖς δυνάμεσιν ἀπένειμεν,itaque rituales libri institutáque diuina hanc conficiendi sacri vnguenti functionem, sacrorumque ordinum consecrationem potestati pontificiæ attribuerunt. Bud. Idē Dionys.ἱεράρχην vocat Melchisedecum.Et ἡ τῶν ἱεραρχῶν τάξις, ordo episcoporum: idem quod ἱεραρχικὴ τάξις, Bud.

Bud. VNDE Ἱεραρχία, ας, ἡ, Sacrum imperium, seu In rebus sacris imperium. Dionysius, ὡς γὰρ ἱεραρχίαν ὁ φήσας, ἁπάντων ὁμοῦ συλλήβδην ἱερῶν τὴν διακόσμησιν, οὕτως ἱεράρχην ὁ λέγων. δηλοῖ τὸν ἔνθεόν τε καὶ θεῖον ἄνδρα, τὸν πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμονα γνώσεως. Apud eundem ἐκκλησιαστικὴ ἱεραρχία. ET Ἱεραρχικός, οῦ, ὁ, Ad eum qui sacris præest pertinens. Exemplum paulo antè habes in ἱεράρχης. VNDE Ἱεραρχικῶς, More eorum qui sacris præsunt. Dionys. ἐν οἷς δρῶσιν αἱ ἱεραρχικῶς. Est ab eadem origine ETIAM Ἱεραρχέω, ῶ, Præsum sacris ordinibus, Sacro imperio fungor sacróque magistratu. Budæus ex Dionys. Et ἱεραρχεῖσθαι, Huiusmodi imperio ac præfectura regi. Dionys. τὰς αὐτὰς ἔσθ᾽ ὅτε τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακοσμήσεις ἱεραρχούσας ἐμφαίνουσι, καὶ αὖθις ἱεραρχουμένας, nonnunquam substantiarum cælestium ordines eosdem regentes imperantésque ostendunt, & rursus regimini imperióque subditos. B.

C. Ἱερουργέω, ῶ, Operor sacris, Sacra perago, Sacris operam do, Sacrifico. Philo De vita Mosis libro 1, περὶ τοῦ τὸν λαὸν ἱερουργήσοντα ἐκπέμψαι τῆς χώρας, vt populum extra fines emittat sacris operaturum. Herodian. l. 5, χορεύειν αἰεὶ καὶ ἱερουργεῖν δοκεῖν, ducere choreas & sacra facere. Eodem libro, πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς καλοῦσιν ἱερουργοῦντες, ὀνομάζειν τὸν νέον θεὸν Ἐλεαγάβαλον, ante alios deos quorum meminisse inter sacrificandum solent. Accipitur etiã trãsitiuè, vt in epist. ad Roman. 15, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, vt sim minister Iesu Christi apud gentes, operans euangelio Dei. Nazianzenus, ἱερουργῆσαι τὴν ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίαν. Et in passiuo τὰ ἱερουργηθέντα, Victimæ cæsæ, Hostiæ, vt Budæus apud eundem Herodian. lib. eodem interpr. τά τε σπλάγχνα τῶν ἱερουργηθέντων, τά τε ἀρώματα, extra victimarum atque aromata, Polit. Reperitur tamen & ἱερουργεῖσθαι actiuè vsurpatum pro ἱερουργέω, Sacrifico, Sacra facio. Plutar. Alex. αὐτὸς δὲ περὶ τὴν σκηνὴν μετὰ τῶν μάντεων Ἀριστάνδρου διετέλει ἱερουργίας τινὰς ἀπορρήτους ἱερουργούμενος. ‖ Ἱερουργεῖν pro Consecrare etiam accipi apud Naz. 76, annotat B. ET Ἱερουργία, ας, ἡ, Rei diuinæ peractio, Operatio, (restringẽdo videlicet ad sacra) Sacrificium. Philo De vita Mos. ἐν ᾗ καὶ πρώτως μὴν καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡμέρα διαδηλοῦται τῆς ἱερουργίας, in qua & mensis & decimusquartus dies sacro cauetur. Plut. Alex. περὶ ἱερουργίας. Herodian. lib. 3, ἐπὶ τὰς λοιπὰς πάσας ἱερουργίας, peractis omnibus de more sacrificiis. Et lib. 6, θύσαντες ἐπὶ ταῖς ἐξόδοις νενομισμένας ἱερουργίας, sacris de more peractis, Polit. Sic ἱερουργίας ἱερουργεῖσθαι paulo antè apud Plut. Sacra facere, Sacris operari.

C. Ἀνίερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Profanus, Qui sacer non est. Philo De vita Mosis lib. 3, ἄθυτοι θυσίαι, καὶ ἀνίεροι ἱερουργίαι καὶ ἄσεπτοι λατρεῖαι, ritus profani. Idem De mundo, ἀνιέρους καὶ ἀναξίους τῆς προρρήσεως, profani & indigni prædictione, videlicet ἄγγελοι οἱ πονηροί. quibus opponit ἱεροὺς καὶ ὁσίους. Plut. ad Col. ἀνιέρου πόλεως καὶ ἀθέου, profanæ & impiæ. ‖ Ἀνίερος, Qui sacrorum particeps non est, Suid.

Ἱερῶς, Sanctè. Plut. Numa, ἱερῶς ἀποθεσθέν. Exponitur etiã μεγάλως, sicut ἱερός, μέγας.

Ἱερόω, ῶ, Sacro, Dedico, Initio, Inauguro. dicitur ἐπὶ τῶν ἀνατεθειμένων, sicut ἱερεῦσαι ἐπὶ τῶν θυομένων ἱερείων, vt Ammonius tradit. Thuc. initio lib. 5, Δηλίους ἀνέστησαν ἐκ Δήλου, ἡγησάμενοι κατὰ παλαιάν τινα αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι, Deo sacros esse. ἱεροὺς ἀνακεῖσθαι τῷ Θεῷ, vt schol. exponit. Herodian. lib. 1, loquens de gallis sacerdotibus, ἀφ᾽ οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῇ θεᾷ τιμίας ἱερωμένοι, deæ sacri. Et lib. 5, de Antonino & Alexandro, ἱέρωντο δὲ αὐτῷ θεῷ Ἡλίῳ. Eodem, τούτῳ δὲ τῷ θεῷ ὁ Βασσιανὸς ἱερωμένος, huic deo sacer erat Bassianus. Bud. ἱερωμένον τῷ θεῷ apud Herodianum esse tradit non solùm Sacrum Deo, sed etiam sacerdotẽ: in qua tamen significatione frequentius est ἱερώμενος ab ἱεράομαι. Et apud Pausan. Messen. παύσονται ἱερωσύνην ἱερωμένην, abdicatura me sacerdòtio. Vide B. C. pag. 815. VNDE Ἱέρωμα, ατος, τὸ, Quod consecratum est, Sacrum. ἱερώματα Hesychio sunt θυσίαι θαυμασταί, θεῖαι.

C. Ἀνιερόω, ῶ, Consecro, Dedico, Vt sacrum repono. Vnde ἀνιερώσαντες. Et in pass. ἀνιέρωται, Dicatus est, Sacratus est. Bud. HINC Ἀνιέρωσις, εως, ἡ, Consecratio, Dedicatio. ἀνιέρωσις τοῦ ἱεροῦ, Dedicatio templi.

C. Ἀφιερόω, ῶ, Consecro, Dedico. idem quod ἀνιερόω, seu ἀνατίθημι. Et in pass. ἀφιερωμένον, Quod deo consecratũ seu dedicatum est, τὸ τῷ θεῷ ἀνακείμενον, Hesych. Et apud Plutar. in Numa, ἀφιέρωται τῷ Ἑρμῇ, Mercurio sacer est, Mercurio dicatus est. Sunt qui vocabulum hoc Atticũ esse negent, ac pro eo dici Atticè καθιερόω. VNDE Ἀφιέρωμα, ατος, τὸ, Donarium, τὸ ἀνατεθειμένον. Bud. ET Ἀφιέρωσις, εως, ἡ, Consecratio, Dedicatio. AT Ἀφιερίζω videtur esse Sacrum ac sanctum reddo, seu Purifico. Hinc pass. part. ἀφιερισμένα, quod Hesych. exponit ἀφηγνισμένα, κεκαθαρμένα.

C. Καθιερόω, ῶ, itidem Consecro, Dedico. Plato libro 5 De leg. ἐπονομάσαι καὶ καθιερῶσαι τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ θεῷ, nominatim dicare partes singulas singulis diis, vt fortè obtigerint. Plut. in Mario, εὔξατο δὲ καὶ Κάτλος ὁμοίως ἀνασχὼν τὰς χεῖρας, καθιερώσειν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης, Vouit Catulus etiam sublatis manibus, se consecraturum fortunam illius diei. Synes. epist. 67, καὶ τράπεζαν εἰσφορήσας, καθιεροῖ μικρὸν οἰκίσκον, consecrat domunculam. At καθιερῶσαι νόμον καὶ ψήφισμα, Sancire, ferre & posteritati mandare. Bud. ex Plat. lib. 8 De leg. 198 & 199. Καθιερόω, Deuoueo. Plutar. Camillo, pag. 44, de sacerdotibus, ἐξηγουμένου Φαβίου τοῦ ἀρχιερέως, ἐπευξάμενοι τοῖς θεοῖς, ὡς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος τῷ δαίμονι καθιεροῦντες, seipsos pro patria diis deuouentes. VNDE Καθιέρωσις, εως, ἡ, Dedicatio, Deuotio.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, Sacerdotium. Plutar. Probl. Rom. αἰτιώμενοι [?] τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα πρὸς τὸ τῆς βασιλείας. Demosth. προκριθεὶς ἐν τοῖς ἀξιωτάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ, inter nobilissimos selectus sum ad sortitionem sacerdotii. AT Ἱερώσυνα, τὰ, Quæ consecrantur, Sacra. τὰ τῷ ἱερεῖ διδόμενα ἱερεῖα, Hesych. COMP. Ἀρχιερωσύνη, ης, ἡ, Sũmum sacerdotium, Pontificatus maximus. Philo De vita Mos. l. 1, ὅσα διὰ τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ νομοθετικῆς κατώρθωσε, in pontificatu.

Ἱεράομαι, ῶμαι, Sacerdos sum, Sacerdotio fungor. Thuc. lib. 2, πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης, iam duodequinquaginta annos sacerdotio fungente. Alia exempla habes apud Bud. Comm. p. 815, vbi ἱερεύεσθαι quoque in eadem significatione accipi tradit. Philo De vita Mos. lib. 3, τάξις τῶν ἱερωμένων, ordo sacerdotia gerentium. Synes. ep. 57, ἱερᾶσθαι καὶ πόλεων προεστάναι, episcopi esse & magistratus. Idem ep. 96, παρ᾽ οἷς ἱεράσομαι, apud quos episcopus ero, vel Apud quos sacerdotii honore fungar. Philo De vita M. l. 3, νόμου προστάξει σύμπαν τὸ ἔθνος ἱερᾶται, legis imperio tota natio sacrifica est, Turn. interpr. Construitur verò aliquando cum genitiuo, aliquando cum dat. Paus. Achaicis, λέγουσιν οὖν συμβῆναι ποτὲ ἱερᾶσθαι τοῦ θεοῦ Κομαιθώ, τὸ εἶδος καλλίστην παρθένον. Idem ἱερᾶσθαι δὲ τῇ Ἀθηνᾷ τὴν παρθένον φασί. Idem in 2 Eliacõn, ἀλλ᾽ ἱερᾶσθαι μὲν Ἡρακλεῖ τῷ Τιμωθέῳ [?]. B. Ab Hesych. exponitur etiã ἱερουργῶ, Sacris operor, Sacrifico. ‖ Item, Sacerdos fio. Syn. ep. ad Athan. καθ᾽ ἣν [ἡμέραν] ἱερασάμην. VNDE Ἱερατικός, οῦ, ὁ, Sacerdotalis. Aristot. Pol. 3, c. 10, κύριοι δὲ ἦσαν τῆς κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας καὶ τῶν θυσιῶν ὅσαι μὴ ἱερατικαί, & sacrorum eorum quæ sacerdotum non erant propria. Plut. Symp. 8, ἱερατικαὶ ἐσθῆτες [?]. Areop. ἱερατικὴ τάξις, sacerdotum ordo. item ἱερατικὴ τελείωσις, initiatio sacerdotum, apud eundem identidem. Et ἱερατικὴ ἕδρα, apud Synes. Sedes sacerdotalis, vel episcopalis. Et οἱ ἱερατικοί, sacerdotes, Qui sacerdotalis ordinis sunt, vel (vt in v. l. exponitur) Sacris officiis dediti, Can. 37 concil. Laodic. ‖ Itẽ ἡ ἱερατικὴ, philosophia sacra, ἡ διὰ θεῶν θεραπεία, Suid. ‖ Ἱερατικός, Sacris vsibus destinatus. Plin. lib. 13, cap. 11, Hieratica [charta] appellabatur antiquitus, religiosis tantùm voluminibus dicata, quæ ab Augusti adulatione nomen accepit.

C. Ἀρχιεράομαι, Summus sacerdos sum, Summum pontificatum gero. v. l. VNDE Ἀρχιερατικός, οῦ, ὁ, Ad summum sacerdotem pertinens, Qui pontificis maximi est. Vel simpliciter Episcopalis, vt Bud. interpr. Synes. epist. 67, τὸν ἀρχιερατικὸν ἐκεῖνον θρόνον ἀποσημαίνων. Theodor. in Eccles. hist. τῆς ἀρχιερατικῆς αὐτὸν [illegible] μεταδοῦς. Et sic identidem, vt de Ambrosio [illegible] 4, p. 38. ET Ἀρχιερατεύω, Summo sacerdotio fungor.

Ἱερατεύω, Fut. εύσω, Sacerdotio fungor. idem quod ἱεράομαι. A Herodian. l. 5, τοῦ θεοῦ ᾧ ἱεράτευε, Cuius sacerdos erat. Synes. περὶ τῆς δεῖ μετὰ φιλοσοφίας ἱερατεύειν. In eadem significatione accipitur etiam pass. Ἱερατεύομαι. Paus. τῇ θεῷ εἶναι τὸν ἱερατευσόμενον αὐτῇ ἀκήρατον. Sic idem Paus. suprà dixerat ἱερᾶσθαι αὐτὸν θεῷ, & ἱεράσατο τῇ Ἀθηνᾷ. Syn. ep. 67, ἱερατεύσαντα μὲν γὰρ ἔν τινι πόλει τῶν Βιθυνῶν, qui episcopus fuit. Idem, ἠρώτησα ἀνδρὸς ἱερατευμένου, rogaui hominem sacerdotio functum. ‖ Ἱερατευμένης στεφάνῳ, Sacerdotii portans coronam, vt Hieronym. ex Aquila interpr. Esaiæ c. 61. VNDE Ἱεράτευμα, ατος, τὸ, ἡ περὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμέλεια, autore Aristotele. 1. Petri capite 2, ἱεράτευμα ἅγιον: B item βασίλειον ἱεράτευμα. ET Ἱερατεία, ας, ἡ, Sacerdotium. Aristoteles Polit. 7, πέμπτον δὲ ἕκτον δὲ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμέλειαν, ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν. Sic Dionys. quoque, vt testatur B. AT Ἱερατεῖον, ου, τὸ, Sacrarium. Theodor. in Eccles. hist. lib. 1, καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐπὶ τὸ πρόσωπον, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ηὔχετο.

Ἱερεύω, Sacrifico, Macto, (at ἱερόω Dedico, Cōsecro) idē quod θύω. Odyss. ε, Βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας, Εἰλαπινάζουσιν. Od. θ, Τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος δυοκαίδεκα μῆλ' ἱέρευσεν. C Et in pass. Il. ω, Τοῖσι δ' ὄϊς λάσιος μέγας ἐν κλισίῃ ἱέρευτο. Dicitur etiam ἱερεύειν ζῶόν τινι, Sacrificare seu mactare animal in gratiam alicuius, vt Eust. exp. Od. ξ, Ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριστον ἵνα ξείνῳ ἱερεύσω Τηλεδαπῷ. posset tamen aliquis hic etiā interpretari, Pro salute hospitis longinqui. Sicut verò θύειν γάμον dicitur, sic etiam ἱερεύειν δεῖπνον, pro Sacrificare siue mactare ad parandum prandium. Od. ω, Δεῖπνον δ' αἶψα συῶν ἱερεύσατε ὅστις ἄριστος, Mactate ex suibus optimum, ad parandum prandium. ‖ Item Dico, Cōsecro, vt B. C. p. 814 apud Paus. interpr. ἱερευσαμένην παρθένος, D pro sacrata & antistite accipi tradens.

C. Καθιερεύω, Sacrifico, idem quod simplex ἱερεύω (sicut καθιερόω, idem quod simplex ἱερόω.

Ἱερεύς, έως, ὁ, Sacerdos Il. α, Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, sacerdotem aliquem, qui videlicet ex victimæ visceribus inspectatis diuinat. vide θυοσκόος. Aristot. Polit. 6, ἱερεῖς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερά. Plut. Hell. ἱερεὺς τῶν θεῶν. Idem in Probl. Rom. τοῦ ἱερέως τοῦ Διὸς, ὃν φλάμινα διάλιον καλοῦσιν Ex psephismate quodam apud Athen. lib. 6, τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. Plutar. E Hell. δύο δὲ καὶ ἱερεῖς παρ' αὐτοῖς, ὁ μὲν περὶ τὰ θεῖα τεταγμένος, ὁ δὲ περὶ τὰ δαιμόνια. i. ei ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἄρχοντες, vt paulo antè præcedit. Ex his omnibus apparet ἱερέα esse eundem quē θύτην. Id quod ex hoc Luciani quoq; loco apparet clarius in lib. De sacrif. ὁ δ' ἱερεὺς αὐτὸς ἕστηκεν ᾑμαγμένος, καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος, ἀνατέμνων καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαιρῶν, καὶ καρδιουλκῶν, καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων. Fœmin. gen. EST Ἱέρεια, ας, ἡ, Sacerdos. Plut. ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια. Herodi. lib. 4, τάς τε Ἑστίας ἱερείας ζώσας κατώρυξεν, Vestæ sacerdotes, seu Virgines vestales. Et γυναῖκες ἱέρειαι apud F Athen. lib. 9, ex Posidippo comico.

C. Ἀρχιερεύς, έως, ὁ, Pontifex maximus, Summus sacerdos. Plut. ἀπολύσας δ' αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς Σπόριος Μινύκιος. Philo de vita M. l. 3, τὸν μὲν οὖν ἀδελφὸν ἐξ ἁπάντων ἐπικρίνας ἀριστίνδην ἀρχιερέα, τοὺς δ' ἐκείνου παῖδας ἱερεῖς ἐχειροτόνησε, ex omni optimatum numero pontificem legit.

Ἱερεῖον, ου, τὸ, Victima, Hostia. Hac enim in signif. passim reperitur hoc nomen. Eustathius tamen vult Atticam esse. scribit enim ἀττικῶς significare τὸ θυόμενον ζῶον seu σφαγιαζόμενον. Vide pag. 1164 & 1434. Lucianus, ἐν τῷ τοῦ ἱερείου ἥπατι, in iecinore victimæ. Plato Minoe, ἱερεῖά τε προσφάττοντες πρὸ τῆς ἐκφορᾶς τοῦ νεκροῦ. G Plut. Symp. ἱερεῖον ἔπεμψεν αὐτῷ, misit ei victimam. Idem De def. orac. καὶ ὅσοι θύειν φασὶ τὸ ἱερεῖον καὶ κατασπένδειν, qui hostiam se sacrificare dicunt & immolare. Pro quo, facta dialysi Ionica, DICITVR Ἱρήϊον. Il. φ, ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην Ἀρνύσθην, nec victimam nec pellem bouinam. Per victimam autem κατ' ἐξοχὴν, bouem intelligi Eust. annotat. Od. ξ, ἱερήϊα πολλὰ παρεῖχεν, multas victimas.

C. Ἀνιέρευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui sacra non fiunt, Cui non sacrificatur. ᾧ ἱερεῖα μὴ θύεται. Suid.

C. Ἐφιέρεια, τὰ, Donaria. v. l. τὰ ἐπὶ τοῖς ἱερείοις ἀποθυόμενα, H Hesych.

Ἱερείτης, ου, ὁ, Sacerdos. Ex Plat. 2 De rep.

Ἱερηΐς, ίδος, ἡ, Sacerdos, Antistita. Plut. De def. orac. αἱ δὲ τῶν ἱερηΐδων καταστάσεις τί βούλονται; iam antistitarū constitutio quid sibi vult? Itē cognomen iridis apud vet. Græcos: vnde & Romani consecratricem vocarunt. v. l.

Ἱέρη, ης, ἡ, Sacerdos, Antistita. idē quod ἱερηΐς. VNDE Μελλιέρη ET Παριέρη, Quæ sacerdos futura est, (Quæ sacris initiatur & imbuitur) & Quæ alias sacerdotii mysteriis initiat. Plutar. Polit. Præc. ἐν Ῥώμῃ τῆς Ἑστίας παρθένοις τὸν χρόνον διώρισται τὸ μὲν, μανθάνειν τὸ δὲ, δρᾶν τὰ νενομισμένα τὸ δὲ τρίτον, ἤδη διδάσκειν. καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ περὶ τὴν Ἄρτεμιν ὁμοίως ἑκάστην μελλιέρην τὸ πρῶτον, εἶθ' ἱέρην, τὸ δὲ τρίτον παριέρην καλοῦσι.

C. Δυσιερέω, Infelicibus ἱεροῖς vtor, seu (vt Bud. interpr.) Litare nequeo. oppositum sequenti καλλιερέω. Plut. Cæs. ὡς δὲ καὶ πολλάκις θύσαντες οἱ μάντεις ἔφρασαν αὐτῷ δυσιερεῖν, ἔγνω ἀφεῖναι τὴν σύγκλητον. Idem De Socr. dæmon. ὁ δυσιερεῖν οὐ δημόσιον ἀλλὰ τῶν κρατούντων ἐστί.

C. Καλλιερέω, ῶ, Secunda sacra facio, Prospera sacra facio, quod vno verbo dicitur Lito. Xen. Pæd. 6, circa finem, ὡς δ' ἐκεκαλλιερήκει μὲν ὁ Κῦρος, ἡ δὲ στρατιὰ παρῆν πρὸς τὰ αὐτῷ &c. Idem alibi datiuum θεοῖς addidit, ὅπως καλλιερήσειε τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ἱππικοῦ. Plut. in Paulo Æmilio, ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῷ Ἡρακλεῖ βουθυτῶν οὐκ ἐκαλλιέρει, μέχρις εἴκοσι. Dicitur etiā καλλιερεῖν θύων, à Plat. itidemq; θυόμενος οὐκ ἐκαλλιέρει, ab Aristide. Apud Plut. autē legimus & ἐκαλλιέρησεν ἑαυτὸν pro Semetipsū litauit. Frequēs est & pass. Καλλιεροῦμαι. ac interdum quidē καλλιερεῖται is qui sacrificat, pro καλλιερεῖ, (vt Xen. anab. 2, καὶ καλλιερεῖται, de ipso Xen. dicitur) interdū verò ipsa ἱερὰ καλλιερεῖται, (sicut & Lat. Sacra litantur) vt apud eundē Xen. ἐπεὶ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίνετο τὰ ἱερὰ τῇ προτέρᾳ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἔθυεν· ὡς δὲ οὐδὲ ταύτῃ ἐκαλλιερήθη, πάλιν τῇ τρίτῃ. Nonnunquā verò & sine hac adiectione nominis ἱερὰ, quod tamen subaudiendum videtur, (nisi iam ipso verbo contineri dicamus) vt apud Herodotum, ἐκαλλιερέετό σφι. indémque vox actiua apud eundē: vt καλλιερῆσαι τοῖς βουλομένοις οὐκ ἐδύνατο. Cæterùm καλλιερεῖν scio reddi vulgo solere ab iis qui vim verbi exprimere volunt, Læta exta habere: & ἐκαλλιέρησεν, vel κεκαλλιέρηκεν, Læta habuit exta: vel Læta ei fuerūt exta. sicut & καλὰ ἱερὰ reddi Læta exta, suprà docui. At ego Latinos quidē ita loqui fateor, atq; vt καλὰ ἱερὰ, per Læta exta, sic οὐ καλὰ ἱερὰ per Tristia exta posse intelligi: sed dico ἱερὰ his in locis nō esse exta, si ad verbum interpretari oporteat. imò potius primā suam signif. retinere: ideóque καλλιερεῖν non dubitaui reddere Secunda sacra facio, imitatus Virgil. qui tamen dixit (ita cogente versu) -dum sacra secundus aruspex Nuntiet, pro Dum sacra secunda aruspex nuntiet. Sed possit fortasse his in locis ἱερὰ pro ipsis etiam victimis seu hostiis accipi: quum Herodotus σφάγια χρηστὰ vocet quæ alii καλὰ ἱερά. quo sensu felicē hostiam dixit Virgil. cui dicto alia similia apud cæteros poetas reperisse mihi videor. Venio ad illud loquēdi genus quod huc reseruaui: videlicet οὐκ ἐγίγνετο ἱερά, cuius exemplum in Xen. loco antè citato habetur, & in aliis plerisque eiusdē locis. Sic & Arrianus l. 4, θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει, τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο. Non dubium est certè quin opponatur hoc illi, τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν, & τὰ ἱερὰ ἐκαλλιερεῖτο: quod quum ita sit, vel subaudiendum puto καλὰ, quū dicitur τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο. vel ἐγίγνετο nō simpliciter accipi pro Erāt, sed pro Succedebat. quæ tamē signif. nescio an in alio genere loquendi reperiatur. HINC Καλλιέρημα, Sacra litata. καλλιέρημα πληρωθῆναι, ex Greg. pro Litatum esse. ET Ἀκαλλιέρητος. vnde ἀκαλλιέρητα ἱερὰ Æschini, Non litata sacra: in orat. in Ctesiph. οὗτος πάλιν τῶν ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων ὄντων τῶν ἱερῶν ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τὸν πρόδηλον κίνδυνον.

¶ Ἱρός, ά, όν, Ionicè pro ἱερός, Sacer. Suidas ex quodā poeta, Χῶρος δ' ἱρὸς ὅδ' ἐστὶν ὡς ἀπεικάσαι. Herodot. ἱρὸς τοῦ θεοῦ, Sacer Deo. Idem ἱραὶ τῆς Ἴσιος, Isidi sacræ. ET Ἱρὸν neutro genere substantiuè, Templum, Sacra ædes, vt ἱερόν. ‖ Itē Sacrum, Victima, idem quod ἱερεῖον. Il. ψ, ἵνα δὴ ἐγὼ μεταδαίσομαι ἱρῶν. Et alibi apud eundem, δέκτο μὲν ἱρά, accepit victimas. AT Ἶρος, nomen propriū cuiusdam mendici apud Homerum, ab εἴρω, quasi ἀπαγγελεύς.

Appellatiuè verò pro quouis etiã mẽdico generaliter vsurpatur. Ab eodem verò εἴρω sunt qui deducant ETIAM Ἴρα, ας, ἡ, Cõcio, i. Locus vbi cõciones fiunt, Forum. Il. σ, – ἱρῇ ἐν προπάροιθε καθήμενοι. Pro QVO Εἴρα quoque scribi annotat Eust. quod non solùm ἀγορὰν sed etiam μαντείας significare tradit. Sunt tamen qui etiam scribant ἱρὰ ab ἱρός, accipiendo substantiuè, quoniam videlicet ὁ τῆς ἀγορᾶς κύκλος ἱερός ἐστι.

C. Ἱρουργία, ας, ἡ, Operatio, videlicet qua sacris aliquis operatur. idem quod ἱερουργία, suprà.

C. Ἱροφάντης, ου, ὁ, Sacrorum antistes. idem quod ἱεροφάντης suprà.

Ἱράομαι, idem quod ἱεράομαι, Sacerdos sum. Herodotus, ἱρᾶται θεοῦ, Sacerdos dei est. quod in v. L. exponitur etiã Initiatur deo.

Ἱρεύω, idem quod ἱερεύω, Sacrifico. Od. ξ, Οὔτε θ' ἱερεῦσαι ἱερήιον. Et pass. voce, signif. act. apud Apollon. Argon. 1, ἐπικριδὸν ἱρεύσαντο Μῆλα, Sacrificarunt seu mactarunt. ἔθυσαν.

Ἱρεύς, έως, ὁ, Sacerdos. idem quod ἱερεύς. Il. π, Διὸς ἱρεὺς Ἰδαίου, Sacerdos Iouis Idæi. Od. ι, – Μάρων Εὐάνθεος υἱὸς Ἱρεὺς Ἀπόλλωνος. A quo FOEM. Ἱρεία, sicut ἱέρεια ab ἱερεύς. i. Sacerdos. Pro quo facta dialysi Ionica, dicitur ETIAM Ἱρηίη. Ab ἱρεύς autem COMP. Ἀρχιρεύς, Summus sacerdos, Pontifex (idem quod ἀρχιερεύς.) Vnde ἀρχιρέες, Pontifices, Herodoto.

Ἱρεῖον, ου, τὸ, Sacrum, Sacrificium. Item Victima, Hostia, pro ἱερεῖον. Sicut verò dialysi Ionica pro ἱερεῖον dicitur ἱερήιον, ita ETIAM Ἱρήιον pro ἱρεῖον. In v. lex. Ἱρήιος quoque est, quod exponunt Sacer.

Ἱρήτειρα, Sacerdos, Antistita. ἱέρεια, θύτις, vt Hesych. exponit. Quod videtur esse ab ἱεράομαι, Ionicè pro ἱεράτειρα, vt ἰητήρ pro ἰατήρ. Nisi fortè mendosè scriptum si pro ἀρήτειρα. nam ἀρητῆρα dicit Homer. τὸν ἱερέα, quam signif. & Aristot. tradit De arte poetica.

ἽΕΩ, ῶ, Iacio, Iaculor. ‖ Item, Mitto, Immitto, Emitto. A quo themate, alioqui inusitato, præteriti imperf. tertia persona singularis ἵει, in vsu est, & quidem apud poetas præsertim. Homerus Iliad. α, v. 481: Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων. Eis autem secundum ventum mittebat Apollo. Idem Iliad. γ, verbum hoc duobus simul accusatiuis iunxit, videlicet ὄπα & ἔπεα: versu 221 & 222, Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει, Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id est, Vocem emittebat, & verba. Vel, Vocem edebat & verba, aut Fundebat. In hoc autem loco Iliad. τ, versu 383, – ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς, Eustathius ἵει exponit ἀφῆκε. Sic verò præfixis præpositionibus dicitur ἀνίει, ἀφίει: προσίει, tanquam à THEM. Ἀνιέω, ET Ἀφιέω, ET Προϊέω: itidémque in cæteris comp. Iliados ο, versu 24, – ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸς ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο (vel θυμὸν ἀνίει, & ὀδύνη, vt in Ἀνίημι docebo.) Iliad. α, circa principium, Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. Apud eundem verò poetam non προΐει solùm, sed προΐειν etiam reperitur, vt in Προΐημι videbis. In Συνίημι quoq; aliqua leges huc pertinentia. Duo tamen addo in præsentia, quorum vnum est, inueniri interdum apud comicos quoque poetas hanc inflexionem, vt apud Aristophanem in Vespis, ἵεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους, (de quo loco dicam & in Ἵημι) atque adeo in prosa etiam, vnde ἀνίει apud Xenophontem (cuius locum in Ἀνίημι proferã.) alterũ est, eodem modo imperatiuum quoque scribi in hac inflexione: vnde προΐει apud Homerum alicubi indic. modi est, in imperfecto tempore, alicubi imperatiui.

Sciendum est præterea literam ι in hoc verbo pro longa haberi, (atque adeo produci ab Homero cum alibi, tum in hoc versu Iliados α, Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς) corripi tamen ab Homero interdum (vt in versu illo quem ex Il. α modò protuli) esséque hanc παραλλαγὴν Ionicam, δι' ἀναμνησίαν τοῦ ἐν τῷ προστακτικῷ διχρόνου, vt tradit Eust.

Ἵημι, (idem quod præcedens Ἱέω, & ab eo factum, vt τίθημι à τιθέω: sed ab Ἱέω aliqua tẽpora tãtùm vsitata, at Ἵημι non solùm tẽpora vsitata habet, sed & ipsum in vsu est) Iacio, Iaculor, &c. vt in præced. Ἱέω. Hom. Il. γ, circa princip. Τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. id est, Tãtum aliquis prospicit quoad iaciat lapidẽ. hoc est, Prospectus eius non est vltra lapidis iactũ. Iũgitur autem ἐπὶ cum ὅσον, (ne quis fallatur, iungens cũ verbo, vt sit ἐφίησι) pro ἐφ' ὅσον ἐξίησιν. Hesiod. ἐπ' ἀλλήλοις ἵεσαν βέλεα στονόεντα. (vbi tamen intelligi etiam potest ἐφίεσαν, iuncta præp. ἐπὶ cũ verbo) Rursum Hom. Il. γ, – ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. vbi ἱεῖσι dicitur ea forma qua τιθεῖσι. Legitur verò & ἱεῖσι Ionicé. Inuenitur & ἱέμεν infinit. apud Hesiodũ. Præt. perf. ἧκα, pro quo POETAE Ἕηκα etiam dicũt, & quidẽ in cõpos. præsertim, vt ἐφέηκα, ξυνέηκα, προέηκα &c. Imper. mod. Ἕς, aor. 2, sicut & infinit. Ἕμεν.

Vtuntur hoc & prosæ scriptores. vt ἵημι φωνὴν apud Plat. Emitto vocem. Est verò partic. præsertim in vsu. Thuc. l. 3, Δωριάδα τε διάλεκτον ἱέντες. ‖ Sciendum est autẽ illos quoque præt. imperf. mutuari ab Ἱέω (de quo modò dictum fuit) Aristoph. Vesp. ἵεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους, Te proiiciebas per murum. Te dabas pessum per murum.

¶ Ἵεμαι (relicta signif. act. vocis) Cupio, Desidero. interdũ cũ genit. vt νίκης ἱέμενοι & νίκης ἱεμένων, Il. ψ: & ἱέμενοι νόστοιο, Od. ο. sed frequentius cum infinit. vt ἵετο γὰρ βαλέειν, Il. π. Et Il. ε, – ἵετο δ' αἰεὶ Αἰνείαν κτεῖναι. Sic Hesiod. – πᾶσιν γὰρ ἵετο λῆμα μάχας πιέειν. (vbi animaduerte corripi ι. qua de re dixi & in Ἱέω) Sed obseruaui sæpe dici θυμὸς ἵεται apud Hom. & aliquẽ θυμῷ ἵεται. vt Il. θ, – βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός. Et Il. β, – μάλιστα δὲ ἵετο θυμῷ Τυδεΐδης. Item Il. ι, ὁ δὲ ἵετο θυμῷ Ἰδομενῆα βαλεῖν. Huc pertinet locus Od. ψ, in quo post – πάντων δὲ θυμὸς ἑκάστου, subiũxit, Νίκης ἱεμένων. Nõ memini autẽ me hunc verbi ἵεμαι vsum reperisse apud alium prosæ scriptorem ꝙ Philonem: sed in ea signif. frequentissimum est compos. ἐφίεμαι.

AT VERO Ἵεμαι cũ tenui, Eo cum impetu, Impetu feror, aut etiã simpliciter pro Eo. Il. β, αὐτὰρ ὁ δ' ἐγρέτο ἵετο Οἴκαδε ἱεμένων (ita n. legendum, sicut & habet mea editio: non οἴκαδ' ἱεμένων, vt habent cæteræ edit. quædã verò & ἱεμένων, duplici errore) vbi schol. exponit ὁρμωμένων, & οἴκαδε ἀπιέναι προθυμουμένων. Hesych. autem ἵενται exponit ὁρμῶσιν. Apud eundem Hom. ἔγχεϊ ἱεμένῳ, Hasta impetu delata, vel incitata, vt B. vertit. Vtuntur autem hoc verbo prosæ quoq; scriptores. Plut. Amat. narr. ἡ κόρη φυγοῦσα ἵετο εἰς τὰς χεῖρας. Idem ibidem, ἐπὶ τὰς βασιλέας ἵεται. Idem in Publ. ἵετο κατὰ τάχος ἐπὶ τὴν πόλιν. Alia exempla vide apud Bud. p. 540.

Ἧμα, ατος, τὸ, Telum missile, Iaculum. Il. ψ, – δεινὰ μοι τι καὶ ἥματ' ἄριστος, Iaculis præstantissimus, id est Arte emittendi iacula. ET Ἥμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Iaculator, Emittendorum telorum peritus. Il. ψ. Θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων· καί ῥ' ἥμονες ἄνδρες, id est οἱ ἥμασιν ἄριστοι, vt paulo pòst de Atride dicit. VNDE Ἡμοσύνη, ης, ἡ, Iaculatio, seu Iaculandi & emittendorum telorum peritia. ἀλῶος, ἀκόντισις, Hesych.

C. Ἀνίημι, Submitto, Emitto. eo sensu quo terra dicitur aliquid emittere: interdũ verò & submittere (vt apud Propertium, Aspice quos submittit humus formosa colores. Sic autem ante eũ loquutus erat Lucret. Lætificos nequeat fœtus submittere tellus) Hesiod. ἐς φάος ἂψ ἀνίεσκε. Idem, ὃν γόνον αὖ ἀνίηκε. Sic ἀνίησι καυλόν, & ἀνίησι τὴν ὑγρότητα. Hinc & γῆ ἀνιεῖσα δῶρα, de quo alibi. Pausan. in Bœot. ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀνεῖναι τὴν γῆν. Aristot. De mundo, τὰ χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι. vnde rectè B. ait ἀνίημι significare etiã Scatebrã emitto. Idẽ citat ex Thucyd. ὕλη ἀπὸ παρατρίψεως πῦρ καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. i. (inquit) Excitauit, Emisit, Submisit.

Ἀνίημι, Dimitto. Homerus Iliad. ο, versu 24, – ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸς ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο. vel potius ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη &c. Hanc enim lectionem mihi nunc magis probari fateor, licet eam in mea editione sequutus non sim, vtpote apud Eustathiũ non animaduersam. Signif. autẽ οὐκ ἀνίει ἐμὰ θυμόν (ea dictum forma qua ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, item περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε φύλλα τε καὶ φλοιόν) non Dimittebat animũ, vel Missũ nõ faciebat, εἴα καταλιμπάνειν, vt exponit schol. (Sed esse ἀνίει tãquã à themate Ἀνιέω, docui in Ἱέω: vsũ verò esse illo ἀνίει & Xenoph. docebo infrà.) Ἀνίημι nõ solũ Dimitto exponitur, sed &

Manu emitto. vt ἀνίημι ἐλεύθερον. Itē Libero, Liberūreddo. vt ἀνίημι ἐνεχόμενον Libero. i. Acceptū fero debitū. Syn. ἀνίης ἡ πείθειαι αὐτὴ τῆ ἀπὸ τῆς ζημίας. Fac vt abeat libera & soluta. vt exponit Budæus, citans ex Plut. in Solone, ἀνεῖναι τὰ χρέα, pro Rescindere æs alienū. at ego malim Debita remittere, vel Æs alienum remittere. ‖ Item Relinquo. Plutar. in Publicola, ἀνίεντες ἀφῆτ τὸ χωρίον τῷ θεῷ, vbi ἀνίεντες exponitur Dimittentes: sed aptius explicetur Relinquentes. vt in hoc Theophrasti loco, in fine libri 8, τὰς ἀρούρας ἀνιᾶσιν ἀσπόρους ἐπὶ δύο ἔτη, verbū ἀνιᾶσι interpretatur Relinquunt. Hic autem meminisse oportet loci Homerici modò citati, in quo scholiastes ἀνίει exponit non solùm ἔα, sed & καταλιμπάνειν, id est Relinquebat.

Ἀνίημι, Remitto, Relaxo. in qua significatione oppositum habet ἐπιτείνω. Aristot. Polit. χαλᾶ δ' ὥσπερ ἡ ἐπιτεταμένη. Cui significato existimo finitimum esse id quod habet in his loquendi formulis, ἀνεῖναι τὴν ψυχήν, & ἀνίεναι τὸ πρόσωπον. Heraclides Ponticus apud Athenæum libro 12, ἔστι γὰρ τὸ ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν, ἐλευθέριον. ἀνίησι γὰρ τὰς ψυχὰς καὶ αὔξει. Latini quoque dicunt Remittere siue Relaxare animum. Sic ἀνίημι τὸ πρόσωπον, pro φαιδρύνομαι, vt sit ad verbum, Relaxo frontem. A Budæo exponitur Exporrigo frontem & exhilaro. Sed ego malim ad verbū, Relaxare frontē exponere, aut Remittere frontem. Nā quum dicatur Astringere frontem à Latinis, non video cur non itidem Relaxare frontem dici possit. Siquis tamen ἀνίεναι τὸ πρόσωπον, Relaxare frontem, nolit interpretari: at Plinii tumoris verbis vtens, interpretetur, Remittere frontem. Opponit autem ille remissionem frontis seueritati. Ἀνίημι, Remitto, pro Condono. vel pro Remitto & condono. (nam copulata hæc duo reperiūtur.) Demosth. contra Midiā, τῇ φύσει ἀνεῖναί τι τῆς ὀργῆς καὶ τῇ τύχῃ. Budæus autem exemplum ponit duntaxat compositi ἐπανίημι, pro hoc significato, ex Hermogene περὶ εὑρημάτων, vbi ait, πωλοῦσι τὰ πλοῖα: οἱ πειραταὶ καὶ χρήματα παρ' Ἀθηναίοις ἐπανεῖναι τὸν φόρον. ‖ Ἀνίημι, Remitto, id est Remissum & languidum reddo, Soluo. Xenophon Pædiæ 7, καὶ τὰ σώματα γε αὐτῶν ὅσοι ἔχοιτο, ὅπως τὰ αὐτῶν ἐπὶ ῥᾳδιουργίας, τοιούτους πάλιν ἔχει. vbi existimo σώματα ἀνιέναι posse reddi Corpora soluere: accipiendo Soluere vt à Virgilio ponitur, quum dicit Corpora soluere in venerem, Georg. 4. Budæus ἀνίημι exponit τὸ ῥᾳθυμεῖν ποιῶ (quæ expositio ex Græcis est sumpta) & subiungit, Remitto, Languidum reddo. ὡς ἀνειμένον ἐπιτείνω. Idem, ἀνίημι, inquit, Licentiam permitto, Solutè & sine disciplina habeo, vt herus nimium seruis indulgens. Aristoteles Œcon. 1, ὁμιλία δὲ πρὸς δούλους μήτε ὑβρίζειν, μήτ' ἀνιέναι. Hæc Budæus. Cæterùm vt pro ῥᾳθυμεῖν ποιῶ iunctum accusatiuo accipitur, secundum eum: ita & neutraliter positum pro ῥᾳθυμῶ vsurpatur, si quidē credimus Thucydidis scholiastæ. ita enim ille libro 1, in epistola regis Persarum ad Pausaniam, καί σε μήτε νὺξ, μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω, ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι ὧν ἐμοὶ ὑπισχνῇ. vbi scholiastes ἀνεῖναι explicat ῥᾳθυμῆσαι. ‖ Ἀνίημι, inquit Budæus, Remitto impetum, vt canes in vestigiis non hærentes, sed lassescentes & vestigationem deserentes. Xenophon, ὁ κύνοιν δὲ, αἱ μὲν ἀρχόμεναι, οὐδὲ ἂν ἐπὶ μαλακίαν ἀνιᾶσι. Notandum est autem & in hac significatione vsurpari neutraliter. ‖ Sic vsurpatur & pro Desisto, Intermitto, cum participio. cuius significati nulla fit à Budæo mentio. Euripides, οὐκ ἀνίεσθε πέτροις βάλλοντες. Sic in hoc loco, οὐδὲν ἀνιᾶσι διασπαράττοντές με τῷ λόγῳ, Non intermittunt me proscindere. id est, Sine vlla intermissione me proscindunt, Nullam faciunt intermissionem à me proscindendo, seu discerpendo oratione. Ita enim exponendum dico hîc οὐδὲν ἀνιᾶσι, non vt in vulg. lex. vertitur, Ipsis pro nihilo est oratione me discerpere. In hac enim interpretatione datur significatio verbo ἀνίημι planè inaudita & inusitata. In eodem lexico citatur ex Platone De legibus ἀνίημι ἐπιπλήττων, pro Parco, nec liberè reprehendo. Vbi tamen videtur & pro Intermittere, sicut in citato modo exemplo, posse sumi. Est autem vicina significatio hæc proximè præcedenti. nam qui intermissionem facit à re aliqua & desistit ad tempus, veluti impetum remittit. Forsasse autem & infinitiuo iunctum in Thucydidis loco paulo antè citato, debet eodem modo verti. Apud eundem genitiuo iungitur pro Desisto. nam quod dicit ἀνεῖναι τῆς ἱκετείας, scholiastes explicat ἀνεῖναι τῆς μάχης. Tale est hoc, ἀνίεναι τοῦ προσεύχεσθαι, pro Cessare à precando, vel Desistere à precatione. Sciēdum est autem interdum dici οὐδὲν ἀνιέναι, absolutè, id est, nō addito verbo aut nomine. Xenophon Hell. 2, οἱ δέ γε ὁπλῖται μὲν οὐδὲν ἀνίεσαν. Idem Pæd. 1, ὁ δὲ Κῦρος οὐδὲν μᾶλλον ἀνίει, ἀλλ' ὑπὸ τῆς χαρμονῆς ἀνακαλῶν τὸν θεῖον ἐδίωκε. (vbi obserua obiter ἀνίει tanquam ab Ἀνιέω, de quo in Ἵεω dixi, suprà verò idem ἀνίει ex Homero protuli.)

Ἀνίημι, Laxo, Relaxo, Laxando resero, Aperio. vt Il. φ, — ἀνέσαν τε πύλας & ἀπῶσαν ὀχῆας. Item Laxando mollius reddo, Laxius & mollius reddo. Dioscorides lib. 3, ἀνίησι μαστοὺς χρονίως. ‖ Item Soluo, Dissoluo vinctum. nā significat inter cætera δεσμοὺς λύειν, vt ait Eustathius. & Thucydides lib. 3, τὴν μὲν τῶν Μήδων ὕβριν ἀνιέντες, τὴν δὲ τῶν ξυμμάχων δουλώσει ἐπαγομένους. vbi itidem scholiastes ait ductam esse metaphoram ἀπὸ τῶν δεσμῶν ἀνιέντων τι καὶ ἐπαγόντων, ὅπερ ἐστὶ σφιγγόντων. Item Soluo, id est liquefacio. eo modo quo nix dicitur solui, id est liquefieri. Gal. ad Glauc. 2, ἀνίεται χρὴ γλυκεῖ τὸ φάρμακον, ἢ ὀρειγλυκύπου χυλῷ.

Ἀνίημι (inquit Budæus) interdum non Remitto laxóque, sed contrà παρορμῶ, id est Stimulo & vrgeo signif. & Acuo. Il. 1, Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις Ἀχαιϊάδων ἀνιεῖσα Τρωσὶν ἅμα σπέσθαι, τοὺς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησε, & reliqua, ἀντὶ τοῦ ἀναπείθουσα, ἐπεγείρουσα. in eodem libro, Ἀγρῶσσα πόντων ἀνέηκε, ὅς οὔ τινα οἶδε ἔσιμιν. translatio est à venatoribus, qui è vinculis canes ducunt, & quū occasio adest emittunt, & in feras incitāt. Od. δ, Οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδ' ἀνιείης, Extimulares, Irritares, vel Persuaderes. Isocr. in Helene de Theseo loquens, πέπει παῖδα τὸν ἀνεθέντα ὑπὸ Ποσειδῶνος. pro ἐπαφεθέντα καὶ παρορμηθέντα. quod Latinè Immittere dicitur à Tranquillo in Nerone: vt Feras in populum immittere. Aristot. Pol. 8, οἱ δὲ λίαν εἰς ταῦτα ἀνέντες τοὺς παῖδας, de iis loquens qui ad exercitationem nimiam vrgent pueros. Hactenus Budæus de hac significatione. Sunt autem & alii loci apud Homerum vbi verbum ἀνίημι sic vsurpat. vt Iliad. φ. — θυμὸς δέ ἑ μάλιστ' ἀνίει. Ibidem, Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκε. Ab Hesychio ἀνῆκε cum aliis modis tum ἀνέπεισε exponitur. Iungitur cū infinitiuo (vt in loco quem primum citat Budæus) Il. μ, — Σαρπηδόνα θυμὸς ἀνῆκε Τεῖχος ἐπαΐξαι. Iliad. β, Οὐ θην μιν πάλιν αὖτις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ Νεικείειν βασιλῆας ὀνειδείοις ἐπέεσσι. Quibus in locis est etiam notandum cum θυμὸς iungi hoc verbum. Eustathius diuersa ponit exempla verbi ἀνίεναι pro ἀναπείθειν & pro παρορμᾶν. ait enim idem esse quod ἀναπείθειν in Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις ἀνιεῖσα, significare autem παρορμᾶν in Μαργαρίτην ἀνίεναι.

Ἀνίημι, Dico, Consecro: vide pass. Ἀνίεμαι.

Ἀνιεὶς & Ἀνεὶς participia ab actiua voce ἀνίημι, illud præt. perfecti, hoc aor. 2. Plut. in Publicola, ἀνεὶς τὸν πολεμικὸν προθυμίαν, Quum intermisisset. vt dicitur ἀνεῖναι τὸν πόλεμον, pro Intermittere bellum, vel Desistere à bello. Exponitur autē ἀνεὶς à Suid. ἀφεὶς, & ἀνέσας ἀφεῖσα. Non dubium est porro quin hæc participia significationes omnes quas verbo dedimus, habere possint. Citatur in vulg. lex. Græcol. ἀνεὶς ex Aristophane pro ἀναπείσας, ἐξορμήσας. & ἀνιέντες τῆς ὀργῆς pro De ira remittentes. At ἀνεὶς τὴν ὑγρασίαν pro Humorem reddēs, siue emittens. quam primam significationem verbo ἀνίημι dedimus. Item ἀνεὶς ὕδωρ exponitur in iisdem, Aqua diluens.

P. Ἀνίεμαι, pro act. voce ἀνίημι, Aristot. De mirac. audit. ἢ τοὺς καρποὺς αὐτοῖς τὴν γῆν πολλαπλασίους ἀνίεσθαι τῶν καταβαλλομένων, id est Submittere, vel Reddere. ‖ Cui loco Bud. subiicit hunc ex Il. χ, Κόλπον ἀνιεμένη. vbi Eust. ἀνιεμένη vult esse γυμνοῦσα, id est Nudans, siue Denudans. vt in Odyssea, inquit, proci dicūtur capras ἀνιέναι pro Denudare excoriādo. Aut (ait ibidem) ἀνιεμένη pro ἀναπείθουσα. vt μαζὸν ἀνίσχε pro ἀνέπειθε βαστάζουσα.

A Ἀνίεμαι in signific. pariter & voce passiua, pro Soluor, Liquesio. Galenus, καὶ δίεται ἀνίεσθαι γλυκεῖ. Idem, ἀνειμένον τῷ ἐλαίῳ. Idem ἀνιέμενον ῥοδίνῳ. Dioscorides lib. 5, ἀνιέμενος δ' ἐστὶν ἄποιος ἐν τῇ γεύσει. At in vulg. lexicis, citatur ex Dioscoride libro 3, cap. 91, ὅπως ὑπὸ τῷ ἡλίῳ ἀνίεται, pro Liquor in sole euanescit, Sole vires amittit, Sole efflatur & languet. Sed longè simplicior est altera illa interpr. Potest verò exponi hoc verbū alicubi vel Macerari, vel Liquefieri. Bud. ait ἀνειμένον dici etiam Dissolutum, & nullis finibus terminatum. vt apud Euripidem in Oreste, εἰ δὲ δὴ καταπτήσῃ με, Ὁ νόμος ἀνεῖται, κ' οὐ φθάνει θνήσκων τεσί. Vulgò (inquit) dicunt Legis habenas laxare. ἀνεῖται igitur pro ἀπολέλυται. ‖ In vulg. lexicis ἀνίεσθαι dicitur etiam esse Dissolui & mori. & pro exemplo citatur hic Sophoclis locus, ὅταν ἀνῆται συμφορᾷ δαίμων. sed aliud exemplum afferri debuit. nam hoc in loco potest cum alias significationes habere ἀνεῖται, tum eam quæ proximè sequēti annotatione à nobis ponitur.

Ἀνίεσθαι pro Permitti, Concedi. Aristotel. Politic. τὰς τιμὰς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεῖσθαι. Plut. Numa, ἀνεῖται τῷ δ' ὁμολογ. γάμον μεταλαμβάνειν. id est, Permissum est, Concessum est.

Ἀνίεσθαι pro Dicari, Consecrari. Pausanias, ὅθεν δὲ βωμὸς ἀνεῖται Ἀπόλλωνι. Item ἀνίεσθαι dicitur quod omnibus expositum est & obuium, nulli priuatim mancipatum. Basilius, πᾶσιν ὁμοίως ἀνεῖται τὸ ὠφέλιμον τῆς σοφίας. Hinc & ἀνειμένη γῆ, Terra inculta. Idem Basilius, ἀλλὰ [γῆ] πρὸς βόσκημα τῶν προβάτων ἀνεῖται. Bud.

D Ἀνίεμαι in significatione neutra, pro Dissolutè viuo, vel Dissolutè me gero, Licenter ago. Aristoteles Polit. 2, ἀνειμένοι γὰρ ὑβρίζουσι. Plato De legibus lib. 1, ἐπαινετὸν μὲν πάντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπου ταῖς ὕλαις καρτερίας· ὅπου δ' ἀνεῖται, βλακικώτερα. A Budæo ἀνειμένος καὶ ἀνιέμενος vertitur duntaxat Licenter agens & vagabundus. Sed ἀνίεσθαι significat etiam quod dixi Dissolutè viuere, siue Luxuriosè viuere, Deliciis & luxu solui, siue Luxu diffluere. Athen. l. 12, ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι.

E Ἀνειμένος, participium, Relaxatus, Solutus, Dimissus. vt ἀνειμένος τῆς λειτουργίας, quasi Dimissus à functione alicuius muneris, vel Solutus functione. id est, (vt Bud. vertit) Immunitatem consequutus. ‖ Ἀνειμένος, Relictus, Omnibus expositus & obuius, nulli priuatim mancipatus. vnde ἀνειμένη γῆ, Terra relicta & deserta cultoribus, ex quo consequitur Inculta. Apud Lucianū autem ἀνειμένα πεδία quidam exponunt Interquiescentes campos. Quia autem inculta sola diis dicari solent, inde factum existimo vt ἀνειμένον appelletur etiam quod est deo cuipiam dicatum & consecratum. vt ἀνειμένη γῆ, & ἀνειμένον ἄλσος. & pro eodem ἄνετος γῆ. Sciendum est autem interdum dici absolutè ἀνειμένον hoc sensu, interdum addi nomen dei in datiuo. vt ἀνειμένον Ἀπόλλωνι. Item, quum absolutè dicatur ἀνειμένον χωρίον pro inculto, Plutarchus tamen ἄνετος non itidem sine adiunctione ita vsurpauit, sed dixit ἀνέτης ἀργὸν τὸ χωρίον τῷ θεῷ. Quo ex loco fortasse ἀνειμένον χωρίον Ἀπόλλωνι rectè exposuerimus τὸ ἀνεθὲν ἀργὸν Ἀπόλλωνι. vnde consequitur καθιερωμένον.

G Ἀνειμένος, Laxatus, Reseratus, Apertus. vt ἀνειμένον πόλεω παμφαὲς πυλῶν. id est ἀνεῳγμένων, Suidas. Item Solutus, Effusus. vt τὰ εἰς ἀσωτίαν ἀνειμένον, apud Plutarchum. Sic ἀνειμένος εἰς θράσος, & ἀνειμένος εἰς τὸ ἐλεύθερον. quasi habens laxatas habenas ad aliquid. ‖ Item ἀνειμένος, Remissus, Languidus, Minimè acris, (nam Remissus & Acris interdum opponuntur) vel Minimè vehemens, aut Minimè contentus. nā vt contentum & remissum apud eundem Ciceronem, ita ἀνειμένον & σύντονον apud Athenæum libro 14 videmus esse opposita. Apud Aphthonium χαρακτὴρ ἀνειμένος, Remissum dicendi genus, vt Cicero loquitur. Alicubi etiam verti potest ἀνειμένος, Languens atque animo remissus, vt loquitur Cæsar De bello ciuil. lib. 2. Itidem ἀνειμένος, Remissus & dissolutus. (copulando hæc duo sicut Cicero remissionem ac dissolutionem copulauit, sed ea tribuens animo) vt ἀνειμένος βίος, Vita remissa & dissoluta, Vita in luxum soluta, Vita in delicias soluta siue effusa, Vita mollis. Sic δίαιταν ἀνειμένην dicit Thucydides libro 1, τὴν τρυφερὰν, scribens, ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. ‖ Est præterea ἀνειμένος, Licenter viuens, Solutè ac liberè quidlibet dicens & faciens, vt Sophocl. ἀνειμένη μὲν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφῃ. id est secundum Eustathium, ἀπόλυτος καὶ ἀνεπιπλήκτως. secundum Suidā autem, ἄνεσιν ἔχουσα παντοχόθεν.

B Ἀνειμένως, aduerb. Remissè, Remisso animo, Languidè, Ignauè. καὶ ἀνειμένως, τὸ ῥᾳθύμως τι ποιεῖν, Suid. Solutè, Dissolutè, Effusè, Licenter, Cum omni licentia. Xen. Pædiæ 4, οἱ γὰρ οἰκέται τῶν Μήδων ἅτε τῶν δεσποτῶν ἀπεληλυθότων, ἀνειμένως καὶ ἔπινον καὶ ἐθορύβουν. id est, Nam Medorum serui, vtpote absentibus dominis, cum omni licentia potabant & tumultuabantur. Accipitur verò ἀνειμένως & in bonam partem. Isocr. De pace, ὅτι περὶ τῶν λοιπῶν οὐδὲν ὑποσταλάμενος ἀλλὰ μᾶλλον ἀνειμένως μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, id est Ingenuè loqui & soluta libertate: & vt ibidem ipse dixit, ἀποκεκαλυμμένως. Ita quidem Budæus, sed fortassis pro Soluta libertate dici etiam posset Solutè ac liberè, quæ duo aduerbia copulantur à Cicerone.

Ἄνεσις, εως, ἡ, Liquefactio. vt ἀνίεσθαι, pro Liquefacere, ἀνίεσθαι pro Liquefieri poni ostendimus. Diosc. l. 4, ἔστι ὁ μὲν ὅμοιος γλαυκίῳ, κροκίζων ἐν τῇ ἀνέσει. vbi tamen ἄνεσιν vulgus non liquefactionem, sed dilutionem exponit.

D Ἄνεσις, εως, ἡ, Remissio, Relaxatio, interdum in propria significatione, interdum in metaphorica. In propria, oppositam habet vocem ἐπίτασις, eodem planè modo quo Remissio contentionem siue intentionem. Plato De republica libro 1, ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν πλεονεκτεῖν. Sic apud Ciceronem contraria sunt Contentio vocis & remissio, item, Sonum vocis intendere & remittere. In metaphorica autem, itidem vt Latinè dicitur Relaxatio animi, siue Remissio animi, à Cicerone. Tacitus autem & Plinius iunior dicunt Remissiones absolutè, pro relaxationibus animi. in hoc autē significato habet oppositum nomen σπουδὴ apud Platonem De legibus. Accipitur verò ἄνεσις & pro qua uis intermissione, per quam datur quies & remissio ab aliqua actione. Item pro quiete ipsa, & feriatione à rebus seriis. quum autem feriamur à rebus seriis, tum relaxamus animum. ‖ Præterea ἄνεσις, Mollities, (quæ est animi velut infractio, remissióque & dissolutio, vt Cicero loquitur.) Item Voluptas, Voluptuarium vitæ genus. Chrysostomus in 4 cap. epist. ad Corinth. 2, καὶ γὰρ καὶ ὅταν οὐ μικρὸς ζῆλος καλῶς, ὡς εἰκός, ὁ ἀπαλὸς τρυφῆς καὶ ἀνέσεως. Idem opponit θλίψει τῇ ἀνέσει, de Iob loquens. vnde B. ἄνεσιν ibi vertit Res secundas. Itē Remissio, Condonatio. vt apud Plut. in Publ. ἄνεσις τῶν χρεῶν, Æris alieni remissio, Debitorū remissio. sic & apud eūdē antea ἀνιέναι τὰ χρέα interpretati sumus ex Cicerone, Debita remittere. Sic idē dicit Remissionem pœnæ, vt Græci ἄνεσιν τῆς τιμωρίας, id est condonationem. Sic dicitur ἄνεσις τῶν ἁμαρτημάτων, Condonatio peccatorum.

Ἄνεσις, Licentia & immodica libertas, vt ait Budæus, citans hunc Platonis locum (qui est De legibus libro 1) vbi de licentia Spartanarum mulierum loquens, dicit, ἄνεσις τῶν γυναικῶν παρ' ὑμῖν ἄνεσιν. & Aristotelis hunc ex iisdem, Politicῶν 2, ἔτι δὲ ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις. Cui Aristotelis loco hunc eiusdem aptè subiunxerimus, ex Politicῶν 5, καὶ δούλων ἄνεσις ἐπὶ πλὴν αὐτῶν ἀρχάς.

Ἄνετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Laxus. Gregorius, ὥσπερ δὲ τοῖς μὲν ἀλόγοις ἄνετος ἴσω καὶ ἄδετος. Item Patens, Omnibus apertus & expositus. vt ἄνετος ὁ θεῖος νεὼς apud Theodoritum, qui ei opponit ἄβατον.

H Ἄνετος, Remissus, Dissolutus & licentius habitus. vt ἄνετον ἐξουσίαν τῶν στρατιωτῶν dicit Herodianus. Sic Budæus. Ego existimo ἄνετος interdum sonare ad verbum Licenter vagabundus, Solutus omni imperio, Nemini adstrictus.

Item Ἄνετος γῆ, Terra deo cuipiam dicata. ὀργάς, καὶ ἀνειμένον τῷ θεῷ τινί. B. Et Pollux, ἡ δὲ ἄνετος θεοῖς γῆ, γῆ ἱερὰ καὶ ὀργάς. Citatur & ex Hyperide, ἄνετον pro ἱερόν, ἀνειμένον θεῷ τινι.

Ἄνετοι βόες, οἱ ἄφετοι καὶ ἀγελαῖοι, inquit Eustath. vide Ἄφετος.

Ἀνέτως, aduerb. Solutè, Laxè. Item Remissè. Itē Licēter.

Ἀνετικός, ἡ, ὁ, Remissiuus, Remissionem indicans. cui opponitur ἐπιτατικός, Intensiuus, Intensionē & vehementiam declarans. vt ἀνετικὰ ἐπιρρήματα, apud grammaticos, sicut ἠρέμα, μόγις.

C. Ἀφίημι, Dimitto. Hom. Il. β, Αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ νῆας ἀφήσω. Et Il. α, circa princ. Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει. (sic enim ἀφίει scribi obseruandum est tanquam ab ἀφιέω. nam ἀφίη quod in Comm. Eust. legitur, pag. 42, versu vlt. illine an potius librario tribuendum sit, ignoratur. certè in prosa ἠφίει itidem inueniri, docebo infrà) atque vt ibi verbum ἀφιέναι cum κακῶς iungitur, ita Dimittere contumeliosè aliquem, Cic. dixit. Nec verò ἀφιέναι apud Homerum dicitur is solùm qui dimittit aliquē à se, sed & qui è manibus aliquid dimittit. vt Il. φ, Ἔγχος μὲν ῥ' ἀφέηκεν. Quo vsus est modo Plut. ei opponens κατέχειν, id est Retinere: in lib. De garr. εἶτα ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσταλλον οὔτε κατέχειν, οὔτε ἀφεῖναι θέλουσι. id est, Quemadmodum pueri glaciem neque retinere neque dimittere è manibus volunt. Apud eundem, vbi dicit τοὺς παῖδας ἀφιέναι παίζειν καὶ σχολάζειν ἀπὸ τῶν μαθημάτων, non dubitarim reddere ἀφιέναι παίζειν, Dimittere lusum, ea forma qua dixit Horat. Dimittitur dormitum. nos in vernacula lingua dicimus *Laisser aller iouer*. quod est ad verbum, Sinere ire lusum. Dicam autem aliquid de hoc loco & in Ἀφίημι significāte Permitto. ‖ Itē Ἀφίημι τὴν γυναῖκα, sicut Lat. Dimitto vxorem, (& interdum Dimitto è matrimonio) pro Repudio, apud Plutarch. ‖ Ἀφίημι, Dimitto, Mitto militia, Bud. ex Pand. Et ex Plutarch. ἀφειμένοι τῆς στρατείας, Vacationem habentes.

‖ Ponitur Ἀφίημι pro Dimitto, aliam præterea habente signif. vt apud Luc. in Demon. νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτήν· αὖ δὲ ὕστερον ἐάν τι πλημμελῇς, παιδεύσω ἄξιος ὤν; Sic in breuissimo simul & elegantissimo Agesilai epistolio, Νικίαν, εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δ' ἀδικεῖ, ἐμοὶ ἄφες· πάντως δὲ ἄφες. i. Niciā, siquidē est insons, dimitte: sin verò sons, mihi dimitte: omnino autem dimitte. Vel, Niciā siquidem nihil commeruit, dimitte: sin quid commeruit, &c. Vtor autem & hic verbo Dimittere, diuersam à præcedentibus habente signific. nimirum eam quam apud Terentium habet in Phorm. Nunc dimitte quæso hunc: cæterùm posthac si quicquam, nihil precor. (Scio tamen secus etiam legi in vulg. exempl. videlicet Omitte, & Amitte: quod posterius agnoscit Donatus, scribens antiquos Amittere quoque dixisse pro Dimittere.) Vbi & hoc obseruandum moneo obiter, nimirum, quod à Terentio dicitur ἐλλειπτικῶς, videlicet Cæterùm posthac si quicquam, esse quod ἐντελῶς in illo Luc. loco dicitur, αὖ δὲ ὕστερον πάλιν τι πλημμελῇς. B. autem ἀφιέναι vertit Missum facere, in simili Demosth. loco. Ego ad ea quæ dixi addo, ἀφιέναι commodè alicubi reddi posse & verbo Condonare, & quidem sensu eodem: vt in illa Agesilai epistola, Νικίαν ἐμοὶ ἄφες, Niciā mihi cōdona. Sed & verbo Absoluo redditur interdum ἀφίημι. vt ἀφεῖναί τινα τῶν ἐγκλημάτων, vel τῆς αἰτίας, apud Plut. in Antonio, Absoluere crimine. Et pass. quoque ἀφεθῆναι τῶν ἐγκλημάτων. Dicitur itē ἀφίημί σε τοῦ χρέους, à Phal. Libero te debito, vt Bud. vertit: sed potius dicitur mutata constructione, Condono tibi debitum, vel Remitto tibi debitum. Quibus certè verbis vti & in illo altero loco possumus, vertendo ἀφιέναι τῆς αἰτίας, Condonare crimen, vel Remittere crimen. Ἀφίημι redditur & aliter verbo Libero. est enim ἀφίημι interdum, Libero debitorem per acceptilationem, Acceptum fero. vt docet Bud. pag. 271: qui alibi ex Libanio affert, νόμον παρεχόμενος τὸν κελεύοντα, περὶ ὧν ἂν ἅπαξ ἀφῇ τις καὶ ἀπαλλάξῃ, μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι. Et ἀφεῖσθαι, Liberatum esse.

Ἀφίημι, Omitto, Missum facio. Demosth. Pro corona, πάντα ταῦτ' ἀφεὶς καὶ παρελθὼν ἔπραττεν ἐφ' οἷς ἐμισθώθη. Sed in voce passiua cum genitiuo: vt apud Thucydidem lib. 2, καὶ μὴ ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε, Omittere vel missam facere salutem reipub. id est curam de salute reipub. Vbi reddi etiam potest Deserere salutem reip. Vel, Pro derelicta habere. Potissimum autē partic. aoristi tēp. ἀφέμενος ita vsurpatur. Lys. ἀφέμενοι δὲ τοῦ νεανίσκου. Luc. τούτων ἀφέμενοι τῶν λόγων. Sic autor Axiochi in princ. ἰδόντι οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς ὁδοῦ, ἀπαντητέον αὐτῷ. Sed & ἀφειμένος interdum hanc cōstructionem habet: vt ἀφειμένος τῶν τόκων apud Demosth. pro Qui missas fecit vsuras, B. interpr. Inuenitur autem Ἀφίεμαι pass. etiam signif. pro Omittor, Missus fio: itidémque participium illud ἀφειμένος: sicut & ἀφείσθω apud Aristotelem Ethic 9, cap. 4, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος, Omittatur in præsentia, Missum fiat. Affertur autē ex Luc. ἀφιέντες cum infinitiuo etiam pro Omittentes: ἀφιέντες ἑαυτοὺς πιεῖν.

Ἀφιέναι τὴν δίαιταν vel ἐπιτροπὴν significare itidem videtur Missam facere: de quo loquendi genere lege Budæum pag. 151.

Ἀφίημι, Remitto, Condono. vt ἀφεῖναι τοῖς πολίταις τὸν ὅρκον ex Plut. in Lycurgo, Remittere iusiurandum ciuibus. Sic τὰ χρέα ἀφιέναι, Debitum remittere: itidémque τὸ δάνειον ἀφιέναι apud Matth. cap. 18. Dicitur tamē potius altera constructione de qua suprà, videlicet ἀφιέναι σοῦ χρέους. Sic Gall. *Ie te quitte la debte*: item, *Ie te quitte de la debte*.

Ἀφίημι, Permitto, Sino. Cuius signif. meminit & Plutar. in Probl. Rom. τὸ δὲ ἀφεῖναι, SINERE: καὶ SINE λέγουσιν ἔτι, ἀφεῖναι παρακαλοῦντες. Xenophon Pæd. 1, ἀφεῖσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας. Chrysost. εἰδὼς πῶς οὐκ ἀφίησιν ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ χρυσίον; Sic pass. cum infinit. Mihi permittitur. Et ἀφεῖμαι, apud Platonem non semel, Permissum est mihi. Itidémque ἀφεῖσθαι apud Chrysost. De sacerd. cap. 1, οὐκ ἀφεῖσθαι ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ. Sic verò ἀφιέναι cum infinitiuo suprà, in dimittendi significatione. vbi tamen & Permittere, me non magnopere reclamante, reddi possit. ‖ Ἀφίημι, exponitur etiam Concedo, vt in hoc Demosth. loco Philipp. 1, ὅτ' Ἀθηναίων μὲν αὐτοῖς ἠφίει.

Ἀφίημι, Emitto. Aristoph. Ranis, θαὐσοῦν τὸν κρουνὸν ἀφίει. Chrysost. πηγὰς ἀφῆκε δακρύων, Fontes lacrymarum emittebat. Dem. οἵας ἠφίει φωνὰς ὁ Φίλιππος, quales voces Philippus emittebat. Obserua autē & in hoc præt. imperf. diphthōgum ει, sicut in ἀφίει apud Homerum, in loco quem protuli initio tractatus de hoc verbo. Luc. quoque cum eodem nomine iunxit, scribens in Herc. ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς. Sed & quod Theophrastus de cacto scribit, ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους, Plini⁹ vertit, Emittit à radice caules. Idē, quod Aristot. de cicadis dicit, ἀναπετόμεναι δὲ, ὅταν σοβῶνται, ἀφιᾶσιν ὑγρὸν οἷον ὕδωρ, vertit, Excitatæ quum subuolant, humorem reddunt. Cæterùm ἀφιᾶσι scribendum esse non ἀφίασι (vt tamen in illo Aristot. loco habent exempl.) censet Eustathius.

Ἀφίημι, Transmitto. vt Plinius vertit apud Aristotelem. nam hæc illius verba de polypis, ἔστι τοῖς πολύποσι δὲ ὑπὲρ τῶν πλεκτανῶν ἔχουσι κοῖλον αὐλὸν ᾧ τὴν θάλατταν ἀφιᾶσι δεξάμενοι τῷ κύτει, ita interpretatur, Est polypis fistula in dorso qua transmittunt mare.

Ἀφίημι, exponitur etiam Manu mitto, apud Æschinem, ἀφιέντων τοὺς ἑαυτῶν οἰκέτας.

Ἀφίημι, Proiicio, vel simpliciter Iacio. Hom. Iliad. ψ, Ὅσσον τίς τ' ἀφίησι καλαύροπα βουκόλος ἀνήρ. Plut. ἀφεὶς ἑαυτὸν εἰς ποταμόν. Tale est, ἀφεὶς ἐκ τειχῶν ἑαυτὸν εἰς τοὺς πολεμίους. In hoc autem loco, ἀφήσειν τὸ πῦρ μέλλοντες, redditur ἀφήσειν μέλλοντες, non solùm Proiecturi, sed & Immissuri. quæ posterior interpretatio nullo modo placet.

Ἄφεμα, ατος, τό, Idipsum quod dimittitur.

Ἄφεσις, εως, ἡ, Dimissio. In epistola Philippi apud Demosth. Pro corona, διελέγοντο περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀφέσεως ὧν ἐναυάρχει Λεωδάμας. quæ epistolæ verba responden t iis quæ paulo antè in psephismate præcedunt, διαλέξονται πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ ἀφεθῆναι τὸν ναύαρχον, καὶ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς

στρατιώτας. In Pandectis quoque pro missione militum poni testatur Bud. Ἄφεσις peculiariter ponitur quoque pro dimissione equorum in cursu stadii: seu pro ἀφετηρία, (qua de re paulo pòst) vt capiatur non solùm pro dimissione equorum ex carceribus, sed etiam pro ipsis carceribus: vnde & ὕσπληγξ ab Hesychio exponitur. Item Dimissio seu missio in colonias. nam ἀφέσεις ποιοῦνται, vulg. lex. interpretantur, In colonias mittunt. Item Dimissio debiti vel offensæ. Vnde in vulgatis lex. ἄφεσις καὶ διάλυσις esse dicitur quum accepto latum est & decisum, ὅταν ὁ ἐγκαλῶν ἀπολύῃ καὶ ἀφῇ τὸν ὀφείλοντα τῶν ἐγκλημάτων ὧν ἐνεκάλει αὐτῷ, Litis decisio. Nazianz. ἄφεσιν τοῦτο ἔχεις, hoc tibi remissum seu condonatum est. Apud eundem ἀφέσεως ἐνιαυτὸς, Annus quo peccata dimittuntur & condonantur, Annus iubilæus. Item Dimissio vxoris, Repudium. Plut.

Ἀφέσιος Ζεὺς, Iupiter dimissor seu liberator. Etymolog. ex Arriani lib. 2 Bithyn. Δευκαλίων τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου διαφυγὼν, καὶ εἰς τὴν ἄκραν τῆς Ἀργολίδος διασωθεὶς, ἱδρύσατο βωμὸν ἀφεσίου Διὸς, ὅτι ἀφείθη ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ.

Ἄφετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dimissus, Liber. Philo De mundo, καὶ τὰ τῆς ἀνάγκης αὐτῆς δεσμὰ, ἄφετον εἶναι, liberum esse, nexúque solutum. Synes. epist. 57, ὥσπερ ἐν ἱερῷ περιβόλῳ τοῦ κόσμου ζῶον ἄφετον ἀνειμένον ζῶν, tanquam in sacro septo liberum animal, dimissum viuens. seu (vt Bud. interpr.) Vti animal quoddam liberum, & dedicatum Deo. Plato lib. 6 De rep. 83 ἄφετος νέμεται, de administratore reipub. qui in senectute ad philosophiam se confert, quasi iam emeritus & immunis: translatione sumpta à sacris pecoribus & armentis, teste eodem Budæo. translatione, inquam, à sacris pecoribus & armentis, quemadmodum Cælius Rhodig. refert trans Euphratem Dianæ Persiæ sacras pasci boues nullo custode, & ἀφέτους, deæ charagmate insignes. Et ἀφέτους γυναῖκας idē B. dici annotat τὰς ἀφροδισιαζομένας: Athen. lib. 12, οὐ μόνον δὲ Λυδῶν γυναῖκες ἄφετοι οὖσαι τοῖς ἐντυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Κύπρον, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐπιμελουμένων ἑαυτῶν τόσας ἀφροδισιάζουσι: atque ἀφέτους γυναῖκας hic vocari quasi animalia sacra, quæ in deorum tantùm tutela erant & sine pastore, vt apud nos hodie sues Antonianæ, quas solas vrbe arcere nefas censent. Posset tamen hic etiam exponi Solutæ & permissæ cuiusque libidini, Expositæ cuiuis. Similis apud Herodot. lib. 1, historia est de Babyloniorū mulieribus quibus lege impositū est semel in vita cum exteris coire ad templum Veneris, vniuscuiusque libidini expositis. ‖ Item Expositus, Pro derelicto habitus, vt Bud. interpr. apud Chrysost. ad Cor. 3, καθάπερ παιδίον ἄφετον, ὁ βουλόμενος ἀνδραποδίζει τὴν πολλὴν ψυχήν. ‖ Item Retectaneus, vt idem Bud. exp. apud Dioscor. ἄφετον δὲ πᾶν γάλα ἀκλωνικοῖς, ἱππικοῖς, εἰ μὴ καθεψήσας ἴστα. Legitur tamen ibi in quibusdam exemplaribus ἄθετον. ‖ Item Absolutus, vt idem Bud. apud Gregorium interpr. vbi de vocabulo θεὸς loquitur, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὸ λεγόμενον ἐστὶ καὶ οὐκ ἄφετος, ὥσπερ καὶ ἡ Κύριος φωνή.

Ἀφετήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui mittere seu dimittere potest, Missorius seu emissorius. vt ἀφετήρια ὄργανα, instrumenta ad oppugnandas vrbes, vt Suidas exponit: hoc est instrumenta comparata ad emittenda tormenta. Apud eum hoc exemplum est, τὰ δὲ ἀφετήρια ὄργανα ἔθηκαν ἐπὶ τοῖς τείχεσι. AT Ἀφετηρία, ας, ἡ, sub. γραμμὴ aut θύρα, aut tale aliquid, Carceres vnde equi cursu certaturi dimittuntur. alio nomine ὕσπληγξ & βαλβὶς appellata, & ἄφεσις, id est ὅθεν ἀφίενται οἱ σταδιοδρόμοι, teste Polluce. Aristophan. Equit. ἀπὸ τῆς ἀφετηρίας μέχρι τοῦ καμπτῆρος, à carceribus vsque ad metam. Ponitur etiam pro principio ineundæ viæ & profectionis: item generaliter pro quouis principio. Syn. ep. 4, ἅθεις μὲν οὖν (videlicet δίς που καὶ τρὶς ὀλιγωρίας τῆς νεώς) πρὸ τοῦ ἔδοξαι ἀποβαλοῦσαι τῆς νεὼς ἐκ πρώτης ἀφετηρίας ἐκ ἀτυχεῖς, iam statim à principio inauspicato. Bud.

Ἀφέτης, ου, ὁ, Emissor. Cæl. Rhod. lib. 21, cap. 5, Ἀφέται appellantur ab annorum distributoribus quos ex apheticis locis putant quodam velut afflatu procursum in vitā elargiri, perinde ac à linea certantes emittuntur qua-

drigæ. tales esse arbitratur Ptolemæus, Solem, Lunam, horoscopum, partem Fortunæ, & prædominantes in illis locis errantes stellas. Sunt qui ἀφέτας dici opinentur, Radiorū emissores seu iaculatores aut proiectores. Hæc ille. ‖ Ἀφέτης, Manu missus, E seruitute dimissus, Libertus. Ath. lib. 6, πολλάκις, φησὶν, ἠλευθέρωσαν Λακεδαιμόνιοι δούλους. καὶ οὓς μὲν ἀφέτας ἐκάλεσαν, οὓς δὲ ἀδεσπότους, οὓς δὲ ἐρυκτῆρας. Idem legitur apud Eustath. qui ἀφέτας esse dicit εἵλωτας ἐλευθερωθέντας. ‖ At Ἀφεταί, Magnesiæ vrbs est, inde dicta quòd inde ὑδρεύσασθαι ἀφεῖσαν ἡ Ἀργὼ ἐπιπλεῦσαι. vel quòd ibi Argonautæ Herculē reliquerūt, εἰς τὸ πέλαγος ἀφήσειν μέλλοντες: vt partim Stephanus, partim Herodotus lib. 7 declarant. Apud Herodotum tamen scribitur Ἀφέται, accentu in penultima. Cuius gētile nomē est Ἀφεταῖος, vt Steph. docet. VNDE Ἀφετικὸς, οῦ, ὁ, Emissorius. Cælius loco paulo antè citato, Esse in cælesti templo loca quædam Græco nuncupata vocabulo ἀφετικά, carcerum imagine quadam, quas vocant ἀφετηρίας. Dicuntur verò sic, quoniam inde vitalem auspicemur decursum.

Ἀφήτωρ, ορος, ὁ, Emissor. Sic dicebatur Apollo ab edendis oraculis, teste Cælio Rhodigino. Il. ι, λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ. vbi Eustathius exponit τοξότην, ab emittendis sagittis. vel ὁμοφήτορος ἤ τοῦ πᾶσιν διδόντος τὰς ὀμφάς. ab α id est ὁμοῦ & φα. Idem ex Strabone docet esse qui ἀφήτορα accipiant pro θησαυρὸν, vt ἀφήτορος οὐδὸς sit ὁ κατὰ γῆς θησαυρὸς, veluti defossis ibi magnis opib⁹. sed tunc hoc vocabulum linguæ alicui peculiare videri. VNDE Ἀφητόρειος, Qui Apollinis ἀφήτορος est, vt aphetoriæ opes. AT Ἀφητορία, Vaticinatio, μαντεία, Hesych.

c. 2. Ἀνταφίημι, Vicissim dimitto aut emitto, Eurip.

c. 1. Εἰσαφίημι, Immitto ex me in alium. Aristoteles in 5 De hist. anim. loquens de apibus, ἐργάζονται πρῶτον τὸ κέντρον εἶτα τὸν γόνον εἰσαφιᾶσιν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ τοῦ στόματος. Basil. ἡ πρὸς τὰ φαῦλα συνήθεια μεγάλα κακὰ ταῖς ψυχαῖς εἰσαφίησι.

c. 2. Ἐπαφίημι, Demitto super aliquem. Plut. Apophth. Lacon. ἐπαφῆκε αὐτῷ κεραμίδα, demisit in eum tegulam. Gregorius de Encelado & aliis gigantibus loquens, οἱ κεραυνοφόροι θεοὶ, καὶ αἱ νῆσοι ἐπαφιέμεναι τισὶ, βέλη τε ὁμοῦ καὶ τάφοι τοῖς ἀσεβέσι πέσωσι, id est Superimmissæ illis insulæ, Superiectæ. B. Itē Demitto in. Synes. epist. 4, ὥσπερ ἐκ μαγγανείας ἐπαφῆκε τῷ πελάγει, se demittit in mare. ‖ Item Immitto. Synes. ἐντεῦθεν ἀποστρέψας τὴν ναῦν, ἐπαφῆκε τῷ πελάγει, Immittit pelago, seu versus altum mare, vt Bud. interpretatur. Item Immitto ad irritandum aliquē, seu Irrito & incito, vt emissis in feram canibus. quo modo apud Gregorium pag. 119 accipi Budæus testatur. ‖ Item Immitto & suborno, summittóque, vt ἐνίημι. Pausan. ἐπεὶ δὲ ἐπιστάμενος ὡς οὐκ ἀξιόμαχος εἴη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, παρεσκευάζετο ὡς ἐλέφαντας ἐπαφήσων σφίσι. Bud. ‖ Item Admitto. Theophr. De hist. plant. lib. 4, cap. 7, ἐπαφιᾶσι τὰ πρόβατα, pecora admittunt. vulg. lex. ‖ Gregor. τὰ πάλαι ἤδη τοῖς πᾶσιν ὁμοῦ καὶ δημοσίᾳ καὶ ἐπὶ τοῖς αἰῶσιν ἐπαφιέντας τὴν ποίησιν, id est Homerum & Hesiodum poesin edentes publicè & posteritati relinquentes.

C. Διίημι, Transmitto. Xen. καὶ διῆκε τὸ στράτευμα διὰ τῆς χώρας. itē in alia trāsmittendi signific. vt videlicet dicitur aliquid Transmittere humorem. ita enim Aristoteles, διίησι πλείω ὑγρότητα. Sic autem interpretatur & Plinius apud Theophrastum. nam quod hic dicit, πυκνὴν δὲ οὕτως ὡς μήτε χιόνα διιέναι, μήθ' ὑετὸν, ille reddit, Abies folio pinnato densa vt imbres non transmittat. ‖ Item pro Traiicio. sed apud Plutarchum ξυστὸν διῆκε τῶν πλευρῶν, est ad verbum Contum vel iaculum traiecit per latera, seu costas: pro quo potius dicant Lat. Conto traiecit costas. Sed & verbo Trāsadigo nō min⁹ aptè vti aliquis possit, quū itidē dicat Virg. Trāsadigere costas ferro. Dicendum igitur censuerim, Contum transegit per costas, vt Latinus quidam poeta dixit Transegit ēsem per pectora: (nisi fortè & verbo Transadigo constructionem hanc dare fas est) aut vtendum verbo Adigere alióve huiusmodi cum præpos. Per: hoc modo, Transegit contum per costas. Nisi quis malit, Immisit

contum per medias costas. |Διίημι, Dimitto, ἀφίημι, ἀπαλλάττω. vnde participium pass. διειμένος, Dimissus. Plutarchus Demetrio, Λυσίμαχος διειμένος ἀπηγγέλλετο.

SED Διεὶς participiũ nõ solùm est ab hoc Διίημι, verũetiam A Διίημι trisyllabo, significãte idem quod Perfundo, Madefacio, διυγραίνω, Diluo. Bud. Comm. pag. 543, ex Theophr. & Dioscoride. Sic apud Athenæum lib. 7, Θερίζειν πάντων πάλιν ἐλαδίῳ διείς, oleo perfundens, ex Sotade comico. Et lib. 11 ex Amynta, de aeromelite, οἱ δὲ, σφαίρας ποιοῦντες, καὶ ἐπειδὰν μέλλωσι προσφέρεσθαι, ἀποκλάσαντες ἀπ' αὐτῶν ἐν τοῖς ξυλίνοις ποτηρίοις οὓς καλοῦσι τυβαίνας, προσβρέχουσι, καὶ διηθήσαντες πίνουσι· καὶ ἔστιν ὅμοιον ὡς ἄν τις μέλι πίοι διείς.

Δίεσις, εως, ἡ, Transmissio. Item Diuisio, Separatio, διαχωρισμὸς, Suid. |Est etiam verbum musicum, significans eum tonũ qui primùm sensu percipi potest, principiùmque est musicis & elementum, vt punctum & monas arithmeticis, vt ex Aristotele tradit Budæus Comm. pag. 543. Vitruu. lib. 5, cap. 4, diesin esse dicit toni partem quartam: atque ita in hemitonio duas dieses esse collocatas. Macrobius autem in 2 in Somn. Scipionis, Hemitonium (inquit) vocitauerunt Pythagorici sonum tono minorem, qui ita à tono distat vt octonarius à nouenario: hócque hemitonium Pythagorici veteres diesin nominabant: sed sequens vsus sonum semitono minorem diesin constituit nominandum. Apud Boetiũ lib. 2, cap. 27, δίεσις dicitur semitonium minus, vt ἀποτομὴ semitonium maius. Apud eundem lib. 5, cap. 4, Philolaus spatium esse ait quo duobus tonis maior est sesquialtera proportio, id est hemitonium minus. cuius dimidium vocatur διάσχισμα: quanquam in æquas duas partes diuidi non potest reipsa, quum contineat δίεσις supra tria commata ferè dimidium. Hemitonium autem maius, quæ ἀποτομὴ dicitur, est hemitonium cum commate in superpartiente proportione obseruatum. Plutarchus De mus. ferè circa finem, ἡ ἐναρμόνιος δίεσις. Ibidem, πάντα δὲ [ὅσα περὶ τὰ φαίνεται τῶν διαστημάτων] αὖ εἶτα ὅσα ὑπὸ τῆς ἐλαχίστης διέσεως μετρεῖται περιττῶς. οἷς ἀκολουθεῖν ἀνάγκη καὶ τὸ μηδεμίαν τῶν τετραχόρδων διαιρέσεων χρησίμην εἶναι πλὴν μόνην ταύτην δι' ἧς πᾶσι ἀρτίοις χρῆσθαι διαστήμασι συμβέβηκεν. Suidas δίεσιν esse dicit τὴν περὶ μουσικῆς ᾠδῆς κίνησιν: item τὸ ἐλάχιστον μέτρον τῶν ἐναρμονίων διαστημάτων. |Item Perfusio Madefactio, Percolatio. Diosc. de croco, ἐπιμένεις, ὁλομελὴς, αἰτιατικὸς βάπτων ἐν δ' ἴσον τὰς χεῖρας, quum madefit vel perfunditur aqua. Budæus. Vide Διίημι initio huius pag.

C. Εἰσίημι, Intromitto. Xenoph. διὰ τοῦτ' αὐτοὺς τοὺς πολεμίους ἐφεισεῖσθαι, admisisse, εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν. B.

C. Ἐνίημι, Inicio, Immitto. Homerus Il. τ. — μένος πολυθαρσὲς ἐνῆκε. Sic Iliad. ρ, Εἰ γὰρ νῦν Τρώεσσι μένος πολυθαρσὲς ἐνείη Ἄτρομον. Xenoph. ἐνίησι εἰς τι τὰ φάραγγα κατὰ τὸ δῆγμα. Alicubi etiam Infigo, Infero, item Infundo, exponitur: vt videbis apud Budæum pag. 543. |Homerus autem dixit etiam ὁμοφροσύνῃσιν ἐνήσει, sub. ἡμᾶς, pro Coniiciet nos (si ita loqui liceat) in concordiam, seu amicitiam. aut Immittet. Pro quibus diceretur potius Inducet, vel Adiget. Nam quod quidam interpretantur, Concordia nos vnà compinget, probare nullo modo possum.

|Ἐνίημι, Remitto. Plutarchus De def. orac. τὰ μὲν ἐνιέντας ἐν καιρῷ, τὰ δ' ἐπιτείνοντας. |Ἐνίημι apud Thucydidem est etiam Submitto, id est Clam mitto.

Ἔνεμα, ατος, τὸ, Id quod immittitur, seu Infusum, Quod per inferna in aluum infunditur. idem quod ἔγκλυσμα & κλυστὴρ, siue κλύσμα. Galenus, τὴν διὰ κλυστῆρος κένωσιν καὶ τὸ διὰ κλυστῆρος ἔνεμα dicere solet. Dioscorides l. 2, cap. 144, de malua, τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, μαλακτικὸν ἐγκάθισμα ὑστέρας, εἴς τε ἐνέματα πρὸς δήξεις ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ δακτυλίου ἁρμόδιον: (quam Plinius quoque vuluas & cibo & infusione emollire scribit: item tenesmo & dysentericis vtilissimè infundi) Perperam tamen ibi SCRIBITUR ἐνείματα.

Ἔνεσις, εως, ἡ, Immissio. Paulus Ægin. διὰ τῆς τοῦ καθετῆρος ἐνέσεως. Ibidem καθεῖναι de eadem re dicit.

C. Ἐξίημι, Emitto. Il. λ, Αὖθι καταχτεῖναι μηδ' ἐξέμεν ἂψ ἐς Ἀχαιοὺς, Emittere, ἐκπέμψαι, videlicet Menelaum Ἀγγελίην ἐλθόντα σὺν ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ, qui legatus venerat cum Vlysse. Aristoteles lib. 6 Anim. ἐξιᾶσι τὸν θορὸν, semen emittunt. Alexander Aphrod. ἐξιᾶσι σκύβαλον, edunt stercus. Dicitur etiã de fluminibus, sicut ἐκβάλλω. vt, πολλοὶ ποταμοὶ τὰ ῥεύματα ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐξιᾶσι. Item Eximo, aut Depono. Apud Homerum sæpe, Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, postquã cupiditatem potus & cibi sibi exemerunt. (pro quo Virgilius, Postquam exempta fames epulis) Aut, Postquam cupiditatẽ bibendi & comedendi deposuerunt. Il. ω, ἐπεὶ γόου ἐξ ἔρον εἵλετο. Est autem in his locis tmesis.

Ἔξεσις, εως, ἡ, Emissio, Amandatio seu Ablegatio. ἀπόπεμψις. Item Dimissio vxoris, Repudium. ἀπόπεμψις γυναικὸς, ἤτοι διαζύγιον. quo modo ab Herodoto accipi testatur Eustath. ET Ἐξεσίη, ας, ἡ, Ablegatio, Publica legatio, qua quis emittitur ad publica negotia tractanda, idem quod ἀγγελία. Il. ω, — ὅ οἱ Θρῆκες πόρον ἄνδρες Ἐξεσίην ἐλθόντι, quum legatus eò venisset, id est, Ἀγγελίην ἐλθόντι, vt paulo antè habes in Ἐξίημι. Odyss. φ, initio, Τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν ἦλθεν Ὀδυσσεύς.

C. Ἐφίημι, Inicio, Immitto. Homer. Il. π, v. 812, Ὅς τοι πρῶτος ἐφῆκε βέλος Πανθοΐδης ἐϋμμελίης (?), Qui tibi primus telum immisit. id est, Qui primus in te coniecit telum. Annotat autem hic Eustathius videri ἐφεῖναι differre ab ἀφεῖναι: vt sit τὸ ἀφεῖναι βέλος μακρόθεν, sed ἐφεῖναι, ἤτοι ἐμβαλεῖν ἐγγύθεν. Apud eundem Iliad. α, circa principium, Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς Βάλλ'. vbi tamen quædã exemplaria perperam scriptum habent ἀφιείς. In eodẽ eiusdem poetæ libro legimus κήδε' ἐφῆκεν, Il. α, dolores immisit: & Odyss. τ, πότμον, vtrobique cum datiuo personæ. Sic χεῖρας ἐφεῖν Od. α, & χεῖρας ἐφιεὶς Od. ι, vtrobique cum datiuo μνηστῆρσι. |Ἐφίημι, Remitto, Relaxo. vt ὅλην ἐφιέναι τὴν ἡνίαν, Gregor. Totas habenas relaxãs, seu laxans. Et pro Indulgere, (quæ affinis est signif.) vt ἐφιέναι τῷ θυμῷ, & ἐφιέναι ταῖς ἡδοναῖς, apud eundem Gregorium Indulgere iræ, Indulgere voluptatibus. Dico autem affinem esse significationem, quoniam qui iræ seu voluptatibus indulget, illis velut laxat habenas. (Crediderim verò & quod Plato dicit ἐφιέναι τὴν ὀργὴν τῷ κακῷ, habere laxationis habenarum metaphoram: ideóque Budæo non assentior reddenti simpliciter Exercere iram: in hoc videlicet loco lib. 5 De leg. ἰατὸν γὰρ τὸ μὴ ἰάσιμα ἔχοντα κακὰ ἐγχωρεῖ, &c. τῷ δ' ἀκράτως καὶ ἀπαραμυθήτως πλημμελεῖ καὶ κακῷ ἐφιέναι δεῖ τὴν ὀργὴν, q.d. Iram in eum laxatis habenis immittere. vel, Iram in eũ admittere tanquam videlicet equum cui laxamus habenas, (de quo vsu mox dicã) aut Suæ in eum iræ habenas laxare. At Budæus simpliciter, Exercere irã in eũ (vt antea admonui) pro quo verbo dicere saltem debebat Effundere, si vno verbo vnicũ exprimendum esse putabat. Cæterùm ἐφιέναι, itidem pro Indulgere à Plut. poni videtur (& quidem cum datiuo personæ) opponente ei ἐπεμβαίνειν. Reddi autem posse existimo & Indulgentem esse, vel Indulgentia vti. |Ἐφίημι, Permitto. Thucyd. 1, οἷς οὐκέτι ἐφίεσαν οἱ ξύμμαχοι τὴν ἡγεμονίαν. |Ἐφίημι, Admitto. vt ἐφίημι τὸν ἵππον, Admitto equum, id est Ad admissuram & coitum applico, quod & βιβάζω. Bud. ex Aristot. Ego autẽ addo, ἐφίημι in alia verbi Admitto signif. videri mihi positũ ab Hesiodo in Aspide, vbi canit, — ἐπακτεῖον δ' ἐπὶ δίφρον Ἡνίοχοι βεβαῶτες ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους, Ῥυτὰ χαλαίνοντες. intelligo autem significationem illam verbi Admitto qua dixit Liuius, In hostem admittere equos: & Cicero, Equo admisso in mediam Latinorum aciem irruebat. Scio tamen in illo Hesiodi loco reddi solere simpliciter Immittebant. |Ἐφίημι alias præterea significationes habet quæ commode per composita à Iacio exprimi nõ possunt. vt quum Homerus ipsum infinitiuo iungit: veluti Od. ξ, de vino, — ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, Impulit, Incitauit. Sic Iliad. α, — ὅτ' ἐμ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις Ἥρῃ. vbi Bud. Vrgebis, item Coges, vertit: paulo quidẽ certè liberius. videtur enim in his quoq; locis aliquid de posteriore immittendi signif. retinere hoc verbum. quoniam quem impellimus & incitamus ad aliquid, eum veluti equum admittimus, & laxatis habenis currere ad id volumus ad quod eum impellimus. |Ἐφίημι,

Appello, id est Prouoco ad iudicem maiorem. vt vertit Budæus apud Demosthenem, οὔτε ἐφῆκεν ἐς τὸ δικαστήριον: & apud Lucianum, ἐξέσται ἐφεῖναι ἐπ' ἐμὲ δικάζεσθαι. Quibus in locis aliisque similibus non dubito quin subaudiatur accusatiuus δίκην, & verbum ἐφίημι aliquā mittendi signif. inclusam habeat, sed quæ haud scio an vllo huius verbi composito indicari possit.

Ἐφίεμαι, Peto (ea signif. qua dicitur de taciente) vt Plutarch. in Pompeio, ἐφιέμενοι τῶν προσώπων, aduersas facies petentes pilis suis. Bud. Quidam verò exponunt etiam Ad ictum designantes. ‖ Item appeto. vt Aristoteles initio Ethic. πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. Et lib. 4, τῶν δ' ἀλυσιτελῶν οὐκ ἐφίεται. Sic & alibi. A Thuc. tamen puto etiam poni pro Consequi, quod est veluti finis eorum qui appetunt. ‖ Ἐφίεμαι, Permitto ex Plutarcho in Lycurgo, οὐκ ἐφίετο αὐτοῖς τέχνας ἀλᾶσθαι βαναύσους, non permittebat eis. Et passiuè, ex Aristot. Metaph. 1, ἐκεῖ γὰρ ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος, permissum fuit. ‖ Ἐφίεμαι poeticè, Mando, Præcipio, Iubeo. vt Iliad. ν, Τῷ μὲν δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἐφιέμενος τάδε εἴρω. Sic apud Soph. sæpe, vt ostendit Bud. pag. 541. Ex eodem autem affertur, in Aiace, ἐγὼ σ' ἐφίεμαι χαίρειν. vbi ἐφίεμαι redditur Velim: sed & hic Iubeo verterim potius. vt Latini dicunt Iubeo te saluere, & Iubeo te valere.

Ἔφεσις, εως, ἡ, Prouocatio de iudicio ad iudicium, Translatio causæ de foro ad forum. Luc. ἡ δὲ ἔφεσις ἐπὶ τὸν Δία ἔστω, Ad Iouem prouocatio esto, Bud. interpr. Et in vulgatis lex. μάτην τὴν ἔφεσιν ἐγχειρεῖ, Appellatione frustra prosequeris, Appellationis causam frustra ages. Plutar. Solone, καὶ γὰρ ὅσα τὰς ἀρχὰς ἔταξε κρίνειν, καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις, Quæcunque iudiciis magistratuum subiecerat, de iisdem adeundi in forum potestatem volentibus fecit. Item ἔφεσιν δοῦναι, Appellare, idem quod ἐπικαλεῖσθαι & ἐφιέναι. vt Bud. apud Aristidē exponit Comm. pag. 89. ‖ Apud Nazianz. autem ἔφεσις ἀσωφρόνιστος exponitur Dimissio absque castigatione, vulg. lex. ‖ Ἔφεσις, Appetitus, Desiderium. Aristot. Ethic. 3, cap. 5, ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις οὐκ αὐθαίρετος. Nazianz. ἡ τῆς τροφῆς ἔφεσις, alimenti appetitus.

Ἐφέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui transferri potest à iudicio ad iudicium. vt ἐφέσιμος δίκη, Causa quæ post appellationem agitur. Galenus in 1 Therap. ἐπεὶ δὲ πάντας ἀνθρώπους καθίζει δικαστάς, ἴσως ὀνήσαι δίκην ἐφέσιμον ἀγωνίσασθαί τινι, licebit alicui ad illos à Thessali iudicio prouocare, quandoquidem omnes ipse nobis fert iudices. Bud. Et ἐφέσιμος γνῶσις, Cognitio de qua fit appellatio & prouocatio. v. l.

Ἐφέται, Iudices apud Athenienses quibus causæ cognitio ab vtraque parte permittebatur. Eustath. ex Clitodemo de Agamemnone & Demophonte contendentibus de palladio, κρίσιν αὐτοῖς ἐπαγαγεῖν ἐπὶ πεντήκοντα Ἀθηναίων καὶ πεντήκοντα Ἀργείων· οὓς ἐφέτας κληθῆναι, διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς περὶ κρίσεως. Etymologistes tradit magistratum fuisse apud Athenienses qui de capitalibus causis iudicaret: ætate vltra quinquagesimum annum progressos, & de quorū vita optima esset hominū existimatio. Plut. Solone, μηδαμοῦ δ' ἐξηκοντα λέγει, μηδ' ὀνομάζειν Ἀρεοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν.

Ἐφετός, οῦ, ὁ, apud Suidam ponitur sine expositione, εἶδον ἐγὼ δικαστὴν ἐφετὸν μεθύοντα τοῖς ἀγροβίοισι τὸν χόρον. Hesychius ἐφετὴν exponit καταλυτήν. Ex Polybio autem v. l. adferunt itidem ἐφετὸς καὶ ἐφετῶς, sed non interpr.

Ἐφετικός, οῦ, ὁ, Desideratiuus. ἐφετικὰ ῥήματα apud grammaticos verba quæ concupiscendi actionem significant, vt ἐπιθυμῶ, λιλαίομαι. Eustath. Item Desideratiua, vt θυμιάω, βασιλειάω, δρασείω, & similia.

Ἐφετμή, ῆς, ἡ, Mandatum, Iussum. κέλευσις. Iliad. ι, ἐκραίαινεν ἐφετμὰς Φοίβου Ἀπόλλωνος, qui videlicet eum ἀνώγει Τρώεσσι θυμὸν ἀγείρειν. Il. α, Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων Παιδὸς ἑοῦ. ET Φετμή, pro eodem. apud Hesych. enim φετμαῖς exponitur ἐντολαῖς, παραγγελίαις.

Ἐφημοσύνη, ης, ἡ, idem quod ἐφετμή. hoc est κέλευσις, ἐντολή, vt Eustath. exponit. Apoll. Rhod. Argon. 1, — βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο Χρύσειον μετὰ κῶας ἐΰζυγον ἤλασαν Ἀργώ, iussu regis Peliæ. Vtitur hoc vocabulo Homerus quoque Odyss. μ, Καὶ τότε δὴ Κίρκης μὲν ἐφημοσύνης ἀλεγεινῆς Λανθανόμην, quæ videlicet οὔτι μ' ἀνώγει θωρήσσεσθαι. Sic suprà in ἐφετμὴ dicit ἀνώγει.

C. 1. Εἰσεφίημι, Intrò admitto. idem quod εἰσίημι.

C. 2. Ἐξεφίημι, idem ferè quod ἐφίημι. & ἐξεφίεμαι, idē quod ἐφίεμαι, Mando, Præcipio. Sophocl. Aiace, Ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται Σκηνῆς ὕπαυλον, Præcipit vel mādat vt illum intra tentorium cohibeamus. ἐντέλλεται, vt schol. exponit.

C. ΚΑΘίημι, Demitto, Submitto. Homerus Iliad. ω, Νῦν δὲ καὶ σίτου πασάμην, καὶ αἴθοπα οἶνον Λαυκανίης καθέηκα. vbi exponitur Per guttur demisi. vt sit Demisi [in ventrē] per guttur. Eustath. ait valde aptum huic loco esse istud verbum: quia vt ἀνίησι, qui vomit, ita qui edit & bibit, καθίησι τοῦ λαιμοῦ. Herodianus, καθέντες κλίμακα, quū scalas demisissent [è muro.] Apud Aristophanem in Vespis, οἷον πρόσφατον καθῆκεν, metaphora sumpta à piscatoribus lineam demittentibus. Philo autem dixit, ὅπου τὰς ῥίζας καθῆκεν pro Vbi radices egerit: quia radices sunt in terram demissæ. Ponitur & pro Demittere sese desiliendo, & deorsum librare. Xen. in Hipparch. de equis, οἱ δεδιδαγμένοι καὶ ἐπ' ὄχθους ἀνάλλεσθαι, καὶ ἀφ' ὑψηλῶν ἀσφαλῶς καθιέναι. Itidem verò sine casu apud Plutarch. καθέντες εἰς γόνυ, quod Budæus exponit In genua succidentes. Aristophanes tamē in Vespis nō καθίει solùm, sed καθίει σαυτὸν dixit. Capitur item pro Demittere, quod & Submittere. vt καθιέναι τὴν φωνὴν, Submittere vocē. vnde τὸ καθειμένον τῆς φωνῆς, Herodian. Sed & pro Submittere, eo sensu quo dicitur Submittere barbā. sed potius voce passiua & signif. actiua: vt καθεῖσθαι τὴν ὑπήνην vel τὸν πώγωνα, Luc. & καθειμένος τὸν πώγωνα, Bud. p. 547 ex eodē Luciano. ‖ Quinetiam vt Submittere sicarium, vel percussorem, sic καθιέναι σφαγέα. Quam submittendi significationem habet & quum dicitur καθιέναι λόχον pro Insidias collocare. quod videlicet submitti soleant ii qui insidias struunt. Eandem retinere videtur & in πεῖραν καθιέναι vel ἀποπειρᾶν, pro Tentare, Probare. De qua etiam signif. lege Bud. pag. 547. ‖ Καθίημι, Immitto. vt Iliad. φ, v. 132, Ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους. Sic autem apud Thucyd. videtur hoc eodem verbo vtcunque posse reddi, lib. 6, pag. 202, vbi dicit Alcibiades, ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα. ‖ Apud Aristoph. in Equit. καθεὶς schol. exponit παρασκευασάμενος, item καθειμένως, πιέσας, vel (vt alii reponunt) καθειμένως πιών. metaphoram à ventis sumptam dicēs, & καθεῖναι (pro quo lego καθιέναι) esse propriè χαλᾶν τὰ τῶν νεῶν ἱστία.

Καθίεμαι, pass. Demittor, Submittor. vnde καθειμένον apud Thuc. Demissum. Interdum autem actiuè accipitur hoc participium: cuius vsus exēpla habes in præcedentematio.

Κάθεμα, ατος, τὸ, ὁ κατὰ στήθους ὅρμος, vt Hesychius exponit: quemadmodum Hieronymus quoque apud Ezech. c. 16, scribit putare se κάθεμα esse ex variis gemmis in pectus mulierum monile descendens. Torquem tamen ibi interpretatur, iuxta Aquilæ secūdam editionem & Symmachum. Sed quum sit ornamentum collare, idque à καθίημι dictum, prior expositio videtur cōmodior, vt videlicet intelligatur monile quod à collo in pectus vsque dependeat: (quales ferè esse solent catenulæ argēteæ, aureæ aut gēmeæ) nisi intelligatur Torques ex quo gēmæ aut alia ornamēta depēdeant, queādmodum Pollux inter monilia & περιτραχήλια ex Theopompo comico adfert ὅρμους ὧν καθήρμοσται λιθοκόλλητος. Esaiæ 3, καὶ ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, καὶ τοὺς κοσύμβους καὶ τοὺς μηνίσκους, καὶ τὸ κάθεμα καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν. ET Κάθημα pro eodem. Pollux enim inter mulierum περιτραχήλια ornamenta κάθημα quoque recenset, ex Antiphane citās, ac synonymum ei καθετὴρ addens. Sed κάθεμα fortasse reponendum est.

Κάθεσις, εως, ἡ, Demissio, Immissio. Galenus libro primo ad Glauconem, καὶ κελεύειν ἐμεῖν καὶ ἀναστρέφειν τὸν στόμαχον ὑπὸ δακτύλων ἢ πτερῶν καθέσεως. Paul. Æg. l. 6, cap. 59, quum docuisset quomodo catheter vesicæ immittendus esset, ἐπειδὴ μετὰ τῆς καθέσεως ἔπεισι. Ibidem dicit, δεῖ

τῆς τοῦ καθετῆρος ἐνέσεως. | Ab Hesychio exponitur καταχυγή, εἴκασις.

Καθετὴρ, ῆρος, ὁ, q.d. Demissor, aut Immissor. Sic dicitur Hippocrati linamentum tortum quod intra vlcera inditur. Gorr. στρεπτὸν μοτάριον, dictum à καθιέναι, vt in Hipp. lex. Galenus exponit, ex lib.2 Γυναικείων citans, μοτοῦ μολίβου καθετῆρα. | Item Instrumentum chirurgicum cauum, & altera parte recuruum, quo vrina retenta elicitur & vesicæ vitia probantur. Gorr. Vrinaria fistula, vt vulg. lex. interpretantur. Quidam volunt esse quam æneam fistulam Celsus lib.7, cap.26 appellat. Galenus lib.5 Meth. εἰς ἔντερα μὲν γὰρ [videlicet intestina crassa] διὰ κλυστῆρος, εἰς μήτρας δὲ διὰ μητρεγχύτου, τὴν ἐπιτηδείαν τε φαρμάκων ἐνίεμεν, ὥσπερ γε καὶ εἰς κύστιν διὰ τῶν ἀδιαβήτων καθετήρων. Paulus Ægin. lib.6, cap.59, vbi de eluenda per catheterem vesica scribit, προσεμβιβάζεται μὲν τι τῷ καθετῆρι ἕως τὴν κύστιν καταμβατεύσῃ. μετὰ δὲ τοῦτο ἐπισπασάμεθα τὸ ἐγκείμενον τῷ καθετῆρι λίνον, ἵνα τῷ ἐρίῳ συνεφελκόμενον τὸ οὖρον ἐπακολουθήσῃ, καθάπερ ἐπὶ τῶν σιφώνων γίνεται. | Καθετὴρ, sicut κάθημα, Polluci est etiam Monile siue Torques. nam lib.5, cap.16 De nominibus mundi muliebris, hæc duo inter περιτραχήλια & ὑποδέραια numerat. Dicitur idem & κάθημα, de quo paulo antè. VNDE Καθετηρισμὸς, οῦ, ὁ, Administrationis chirurgicæ ratio qua iniicimus per catheterem in vesicam id quod ad eius curationē conuenit, vel eximimus id quod impedit ne vrina reddatur, siue cōcretus intus sanguis sit, siue calculus, siue aliud quidpiam, recto siphone immisso, quem καθετῆρα Græci vocant. Gorr. Apud Æginetam loco citato caput est περὶ καθετηρισμοῦ καὶ κλυσμοῦ κύστεως, de catheteris & infusi immissione in vesicam.

Κάθετος, ου, ὁ, Synes. epist.44, pag.10, ἐπειδὴ σεσύλευκε εἶναί ποτε φησὶ παρὰ σοῦ τινι κατεχθέντα κάθετον ἐξεργάσασθαί τινι φόνον, Summissum percussorem, vt Bud. interpretatur. | Κάθετος, ἡ, Perpendiculum. Ammonius, ὡς γὰρ ὁ τέκτων τῷ σταθμῷ κέχρηται ὀργάνῳ πρὸς διάκρισιν τῶν τε ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων, ὁμοίως καὶ ὁ οἰκοδόμος τῇ καθέτῳ διακρινούσῃ τοὺς ὀρθοὺς καὶ τοὺς μὴ τοιούτους τῶν τοίχων. Et κατὰ κάθετον apud Lucian. Ad perpendiculum, vt Vitruu. loquitur: Ad lineā, vt Cicero. | Item Linea perpendicularis, quæ Proclo apud Euclidem duplex est, ἡ μὲν ἐπίπεδος, ἡ δὲ στερεά. Sic apud Vitruuium lib.3, cap.3, Et secundum abacum in quatuor partibus volutarum secundum extremi abaci quadram lineæ demittēdæ quæ κάθετοι dicuntur. | Item Altitudo rectis lineis subuecta, Altitudo perpendiculariter ardua, vt Budæus interpretatur apud Strab. pag.165, ὄρος ὑψηλὸν ὅσον τριῶν ἡμισταδίων ἔχον τὴν κάθετον, τὴν δ' ἀνάβασιν ἢ τριάκοντα σταδίων εἰς ὀξεῖαν τελευτᾷ κορυφήν, altitudinem perpendicularem. | Accipitur quoque pro linea piscatoria quæ, velut perpendiculum, in aquam demittitur. Item pro reti, in Epigrammate quodam, vt testantur vulg. lex. | Κάθετος, ου, ὁ, dicebatur etiam Agnus qui in mare demittebatur, ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός. vt Harpocr. & Suidas exponunt. citat autem Suidas ex Lysia & Melitone. AT Καθετὴ, in v.l. Retis genus.

c.1. Ἐγκαθίημι, Immitto, Demitto. ET Ἐγκάθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Subdolus, B. ex Basil. 611. Ab Hesychio exponitur δόλιος: item κατάσκοπος, in v.l. Insidiator.

c.2. Παρακαθίημι, Vtrinque demitto. Aristoteles lib.9 De hist. anim. cap.38, de nautilo, ἔχει δὲ μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν λεπτὸν τι συνυφές, ὅμοιον τοῖς στεγανόποσι τὸ μεταξὺ τῶν δακτύλων. χρῆται δ' αὐτῷ ὅταν πνεῦμα ᾖ, ἱστίῳ. ἀντὶ πηδαλίου δὲ τῶν πλεκτανῶν παρακαθίησι, cirrorum suorum partem vtrinque ad remigandum demittit, vt Budæus interpr. cui tamen locus iste mutilatus esse videtur, quum παρακαθιέναι significet vtrinque demitto, id autem non cōueniat cum gubernaculo. De eodem sic Athenæus scribit lib.7, ἐπιστραφεὶς δὲ, ἐπιπλεῖ, ἄνω ποιήσας δύο πλεκτανῶν, (αἳ μεταξὺ αὐτῶν λεπτὸν ὑμένα ἔχουσι διαπεφυκότα, ὃν καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ πόδες ὁρῶνται μεταξὺ τῶν δακτύλων δερμάτινον ὑμένα ἔχοντες) ἄλλας δὲ δύο πλεκτάνας καθίησιν εἰς τὴν θάλασσαν ἀντὶ πηδαλίων. Et Plinius, Duo prima brachia retorquēs membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in auras, cæteris subremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo dirigit. Qui tres de eadem re
A loci parum inter se cōsentiunt. Sunt verò qui nodum quem Budæus non potuit, ita dissoluant, Cirrum vtrinque vnum demittit, hisque retortis pro gubernaculo vtitur. Verumtamē ne sic quidem dissolui videtur, nisi duobus cum gubernaculis vti dicamus.

c.2. Συγκαθίημι, Vnà demitto. | Item Summitto me, vt Bud. interpr. apud Aristotelem in Problem. sect.1, p.12, vbi περὶ τῶν ἀγωνιώντων loquitur, καὶ τρέμουσι τὰς χεῖρας καὶ συγκαθιᾶσι, καὶ ἐκπίπτοντες καὶ ἐξάλλοντες, καὶ οὐδέποτε ἠρεμοῦσι. VNDE Συγκάθεσις, Submissio, qua quis alicui se
B submittit, & cedit. Vide ὕφεσις. Item Contentio duorum inter se, Comparatio. v.l.

C. ΜΕΘίημι, Dimitto, Missum facio. Homerus Il.χ, v.449, Εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν. Et Il.π, v.762, Ἕκτωρ μὲν κεφαλῆφιν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει. Et Il.α, v.283, μεθέμεν χόλον, Missam facere iram, Deponere iram. Sic apud Sophoclem in Aiace, χεροῖν μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας, è manibus dimisi. pro ἐκ τῶν χειρῶν μεθῆκα. vt loquitur Synes. μεθῆκεν ὥσπερ ὁ κυβερνήτης ἐκ τῶν χειρῶν τὸ πηδάλιον. | Μεθίημι apud Homerum cum genitiuo non semel habet
C quidem dimittendi itidem signif. sed dimittendi cum quodam neglectu. adeo vt exponatur etiam Negligo (sicut ab Eustathio ἀμελῶ) itē Detrecto. Genitiui autē quibus potissimùm iūgitur in significatione ista, sunt, μάχης, & πολέμοιο, & ἀλκῆς. Is igitur μεθίησι πολέμοιο qui bellum missum facit, sed eorū more qui illud subterfugiunt & detrectant. vnde μεθιέναι πολέμοιο non incōmodè reddi potest Detrectare bellum. Inuenio autem & infinitiuum μάχεσθαι pro μάχης, cum eodem verbo, eadem significatione. Il.ν, v.234, Ὅστις ἐπ' ἤματι τῷδε ἑκὼν
D μεθίησι μάχεσθαι, vbi quidam interpr. Cessat. Ponitur interdū & sine casu, ac tū significare potius existimo, Remitto cōtentionem, Remissè ago, Ignaue me gero. vt Il.υ, v.360, Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε Καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν οὐδ' ἠβαιόν. Sic Il.ν, Ὀτρύνεις δὲ καὶ ἄλλον ὅτιν μεθιέντα ἴδηαι. Scio autem μεθιέναι cum genitiuo quoque reddidisse quosdam Remittere, in hoc loco Homeri Il.δ, v.234, Ἀργεῖοι, μή πώ τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς: ita enim vertūt, Argiui, nequid remittatis de strenua fortitudine. Sed eos in errorem impulit (vt
E opinor) particula τι, quam quum vacare non intelligerent, cum genitiuo iungendam putauerunt. Habetur verò idem verbum paucis pòst versibus, Οὕστινας αὖ μεθιέντας ἴδοι στυγεροῦ πολέμοιο: vbi qui dicuntur μεθιέντες πολέμοιο, statim pòst dicūtur εἶναι τετιηότες, οὐδὲ μάχεσθαι. | Μεθίημι τὰ δέοντα πράττειν, apud Xenophontem redditur Omitto agere quæ decet, seu Omitto officio fungi. sed vt μεθίημι μάχεσθαι apud Homerum (sicut & μεθίημι μάχης) vertitur Pugnam detrecto, sic & μεθίημι τὰ δέοντα πράττειν apud Xenophontem verti posse videtur
F Detrectat suum officiū. | Μεθίημι, Permitto. vt εἰρεσίας ναΐ μεθεῖναι ex Soph. Aiace, Remigia naui permittere. Et cum infinitiuo ex Epigr. οὐ μεθῆκά σε θανεῖν, Non permisi, Non siui te mori. | Μεθίημι, Emitto. vt μεθίησι βλαστὸν ex Theophrasto, Emittit germen, in vulg. lex. In iisdem μεθεὶς ῥεύματα, ex Plat. lib.8 De leg. Item μεθιέντα τὸ ὕδωρ, sine autoris nomine.

Μεθίεμαι voce pass. sed signif. actiua, pro Dimitto, Missum facio. sed cum genitiuo. Aristoph. Pluto, Ἐκέλευσε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι. Ibidem, μέθεσθε νῦν μου πρῶτον.
G Eurip. Phœnissis, ἐπεὶ τοῦδ' οὐ μεθήσομαι νεκροῦ. Item cum genitiuo rei: vt Pla. De rep.7, ἐκεῖνα τῶν αἰσχρῶν γυμνασίων μεθίενται.

Μεθήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Remissus, Negligens, vel Cum neglectu quodā dimittens aut missum faciēs. ῥᾴθυμος, vt Eustath. exponit. Il. α, οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλος φρεσίν, ἀλλὰ μεθήμων, id est χαῦνος. alibi dicit, ἀλλὰ ἑκὼν μεθίει. VNDE Μεθημοσύνη, Remissio animi, Negligentia, Dimissio cum quodam neglectu. Iliad.ν, in oratione Neptuni ad Argiuos, qui quum Troianos murū superasse vidissent,
H animo percellebantur, Ὦ πέπονες τάχα δή τι κακὸν ποιήσετε μεῖζον Τῇδε μεθημοσύνῃ. Ibidem dicit, Ὑμεῖς δ' οὐκ ἔτι καλὰ μεθίετε θούριδος ἀλκῆς. Atque ibi μεθημοσύνη reddi etiā fortasse possit ex Cic. Animi remissio & dissolutio.

C. ΠΑΡίημι, Prætermitto, Omitto. Plato De rep.2, ἐάν τις τινὸς παρῇ ἔργου καιρὸν διόλλυται. Sic autem ante eum Thuc.

Digitized by Google

hoc loquendi genere vsus est, lib.4, pag.131, μηδὲ διαμέλλειν, καιρὸν παρείντας. Demosth. Pro corona, ἀλλὰ γὰρ παρεὶς ὃν τὴν πενίαν αἰτιάσαιτ' ἄν τις, Omittens, Missa faciens. Iungitur & infinitiuo: vt εἰσημαίνειν παρῆκεν, Plutar. Itē Admitto, Intromitto. Plato, οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν παρεῖσαν, id est εἰσδέχεται. quo etiam vtitur in eadem significatione. Et παρεῖναι εἰς τὴν ἀκρόπολιν, Xenoph. Hellen.5, Admittere, vel Transmittere. At παρεῖναι εἰς τὴν ψυχὴν, Platoni non tam est Admittere in animum, quàm quod Latini dicunt Inducere in animum, pro Sibi persuadere. Apud Aristotelem παρεῖναι Budæus vertit etiam Neglectim transmittere. |Παρίημι, Dimitto, Relinquo. vt παρίημι ἑτέροις, Hermog. & τοὺς ἄλλας δὲ τοῖς βουλομένοις παρήκαμεν, Greg. Apud Aristotelem autem μὴ παρεῖναι τὸ πλεονεκτεῖν, B. vertit Nō relinquere sumendum: addens & alias interpretationes, quas vide pag.547.

|Παρίημι, Permitto, Sino. cum infinitiuo. Herodot. παρεῖναι σφι βουλεύεσθαι. Aristoph. in Pluto, αὐτὸν δὲ τὸν πλοῦτον παρεῖσαν τοι λαβεῖν. Plato Sympos. πάρες μοι Ἀγάθωνα μικρὰ ἄττα ἐρέσθαι. vbi obserua cum datiuo & infinitiuo poni. Sic apud eundem De rep. lib.2, μισθοὺς δὲ καὶ δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν. |Παρίημι, Remitto, Laxo, Soluo, ἀνίημι. Aristoph. Equit. εἰς τι θρίοις παρίει. Et παρεθείσης τῆς ὑπτίας, Greg. Item pro Remissum & languidum reddo, vires frango. Dioscor. de cicuta, παρίησι δὲ τὰ αἰδοῖα καταπλασθεῖσα, Tabefacit. pro quo Plin. Venerē extinguit. Pass. Παρίεμαι, Remissus & languidus reddor. Præt. παρεῖμαι, à quo partic. παρειμένος, Qui remissus fact9 est seu languidus, Cuius vires fractæ sunt. Plut. καὶ παρειμένον μὲν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς, animo & corpore defectum præ mœstitia. Apud Gregorium autem τοῦ σώματος παρειμένου ταῖς ἡδοναῖς, redditur Corpore effœminato. sed verterim potius Corpore quod voluptatibus flaccidū erat redditum, seu marcidum, aut emarcuerat, seu marcuerat. Itidē παρειμένος γήρᾳ, quod apud Plat. redditur Confectus senio, eodem illo verbo reddi posse arbitror, hoc modo, Marcens senectute: vt dixit Lucret. Corpus marcet annis: & Naso post eum, Vir marcet ab annis. Potest verò & Effœtus verti. At παρειμένος seu παρεθεὶς ὕπνῳ (vt παρεθείσης ὕπνῳ in loco quem modò ex Greg. protuli) ex eodē Nasone interpretari possumus Resolutus somno.

(Caue autem lector ne te vulgata lexica in errorem impellant, tempora à πάρειμι confundentia cū iis quæ sunt à παρίημι, & tradentia imperitissimè & ineptissimè, παρίημι duplicem deriuationem habere, vel a παρὰ & εἶμι, vel à παρὰ & ἵημι.)

Πάρεσις, εως, ἡ, Remissio, Laxatio. vt πάρεσις ἁφῆς καὶ κινήσιος, apud Aretæum. Est etiā morbi nomen qui & παράλυσις dicitur, quo videlicet nerui remissi ac laxati motu tactuque aut dimidium corpus aut partem eius aliquam destituunt. Aret. De diuturn. aff. cap.7, ἀπόπληξίη, παραπληγίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῇ φύσει ταυτά. ἢ γὰρ κινήσιος ἢ ἁφῆς, ἢ ἀμφοῖν ἐστὶ ἔκλειψις, κοτὲ καὶ γνώμης, κοτὲ καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσιος. Alex. Trall. παρέσεως πάθος, ὃ καὶ παράλυσιν ὀνομάζειν εἰώθασιν. οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀναισθησία καὶ ἀκινησία τῶν πεπονθότων τόπων. paulo pòst verò πάρεσιν esse dicit τοῦ ἡμίσεος σώματος ἢ ἑνὸς μέρους νέκρωσιν, ὃ καὶ ποτὲ μορίων νευρωδῶν ἐγκαίρως ἐμφραχθῆναι, χωρὶς τοῦ παθεῖν ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὸν νωτιαῖον. Plut. Sympos.3, quæst.5, vbi dicit ebriosis eadem accidere quæ frigus patientibus, τοῖς δὲ πλείστοις εἰς πάρεσιν αἱ μέθαι τελευτῶσιν, ὅταν ἐκπλήξῃ παντάπασι καὶ κατασβέσῃ τὸ θερμὸν ὁ ἄκρατος. Specialiter verò πάρεσιν Aretæus esse vult vrinæ in vesica aut suppressionem aut retinendi impotentiam, κύστιος δὲ οὔρων (inquit) σχέσις ἢ ἀκρασίης, πάρεσις τὸ κύριον. Πάρεσις Budæo est Defectio & languor, Virium corporis extenuatio. Cæterùm ab hoc nomine sunt Gall. Paresse & Paresseux, quæ pigritiam & pigrum signif.

Παρετός, οῦ, ὁ, Remissus, Laxatus. Item, παρετός hoc est neruorum relaxationi seu resolutioni obnoxius.

ca. Ἐμπαρίημι, Remitto, Laxo. idem quod παρίημι, nisi quòd præpositio significationem auget. Et in pass. ἐμπαρίεμαι, Remissus ac lāguidus reddor, Frangūtur vires meæ, Vires meæ se remittunt, ac quasi exoluūtur. Naz. in Trag. ὠδῖσί τ' ἐμπαρειμένη, Partus dolorib9 fracta ac debilitata.

C. ΠΡΟΐημι, Præmitto. προΐημι. Hom. Od.κ, v.100, Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας. Item προΐει βέλος in imperatiuo, itidem pro προΐημι, (vt exp. Eust.) Od.ω, circa finem, Αἶψα μάλ' ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος. & statim pòst in imperf. vbi idē versus repetitur. Sed & simplici Mitto redditur in aliquot eiusdem poetæ locis tanquā pro πέμπω positum. vt Iliad.γ, Αὐτὰρ ὁ Ταλθύβιον προΐει κρείων Ἀγαμέμνων Νῆας ἔπι γλαφυρὰς ἰέναι. vbi obserua etiam sequi infinitiuū. In hoc autē loco Iliad.μ, circa finem, Ἀλλὰ σύ μ' ὦκα προΐες, ἅμα δ' ἄλλον λαὸν ὄπασσον Μυρμιδόνων. Bud. vertit Permittat. Quibus addo, sumi ab hoc ipso poeta & pro Dimitto seu Concedo. vt Iliad.α, Ἀλλὰ σὺ μὲν τεοῦ παιδὸς θεῷ προΐες. & Herodotum eodem aut planè simili modo vsum esse, quum dixit, χρήματα μὲν προΐεντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον. Sonat certè quod Gall. dicitur Leur abandonnant: quod significantius est quàm Dimittentem illis, seu Concedentem: nimirum tale quid quale esset Permittentem suas pecunias arbitrio illorum, aut etiam libidini illorum. |Προΐημι Budæus pag.554 tradit esse etiam Immitto, Porro ago, In primam aciem promoueo: & affert ex Xenophonte προΐεις καμήλους (vbi tamē quidam Præmittere interpr.) item προΐετο πρὸς αὐτοὺς τὴν τῶν καμήλων τάξιν. At in hoc Aristoph. versu qui est in Nub. Εἶτ' ἄνδρα τῇ αὐτῇ τι χρὴ προΐεσθαι; exponitur προΐεσθαι à schol. προδιδόναι & πειθαρχεῖν: sed addit esse dictum tāquā ῥίπτειν & ἀπολέσαι ac σκορπίζειν. Ego verò quid de hoc loco sentiam, dicam in proximè sequente tmemate.

Προΐεμαι, Proiicio. vt προΐεσθαι τὸν ἑαυτοῦ βίον. Plut. quo Virgil. modo dixit Proiecere animas, inquit Budæus. Idem apud Dionys. μεγάλην πόλιν προέσθαι Λακεδαιμονίοις, vult esse, Obiicere euertendam, vel Prodere & condonare. Ab hoc ipso προΐεσθαι χρήματα dici tradit, Homini obærato & egenti & labefactatæ fidei credere. sed non addit quo verbo hic reddi debeat προΐεσθαι: ego verò aptè & hîc reddi posse arbitror Proiicere: vt videlicet qui huiusmodi homini pecunias credit, perinde facere dicatur ac si eas proiiceret: sicut aurum suum proiicit apud Horatium Aristippus. Ac crediderim illud quoque Aristoph. προΐεσθαι verbo Proiicere verti posse, sequendo schol. expositionem ῥίπτειν & σκορπίζειν. Sed inuenio duos præterea verbi προΐεμαι seu προΐημι vsus, qui duobus verbi Proiicio respondere videntur. nam vt dixit Plutarch. προέσθαι τὸ καλὸν, sic Cæsar Proiicere virtutem: atque vt Xenophon, ἐπὶ τὸ αὐτίκα ἡδὺ προΐεσθαι αὐτούς, sic Ad voluptatem præsentem se proiicere, non dubium est quin Latinè dici possit. Quidam & apud Aristotelem Ethic. lib.3 cap.5, participium προϊέμενος sine adiectione positum, interpr. Qui se effudit ac proiecit. Est certè & vbi verbo Profundere commodè vti possimus: vt apud eundem Aristotelem Ethic.4, τὰ οἰκεῖα προΐενται: itidémque apud Philonem, ὑπὲρ τῆς οὐ μόνον προΐεσθαι τὰς οὐσίας. Sed in illo Demosthenis loco, & plerisque aliis eiusdem pariter atque aliorum, προΐεσθαι sic accipi puto vt in Herodoti loco quem in Προΐημι attuli: nimirum pro Permittere arbitrio alicuius, vel potestati, aut etiam libidini. Vel, Tradere potestati aut in potestatem. Vel significantius, Obiicere potestati. Ex locis illis est hic Xenoph. Pæd.5, pag.71, ὡς τὸ μηδένα αὐτοῖς ἐθελῆσαι προέσθαι μήτε χρήματα τινά, μήτε τι φροντίδα, μήτε τι χωρίον μηδέν, μήτε τινα ἐξηγεῖσθαι. Et hic Thucydidis lib.1, καὶ τὴν Κέρκυραν ἐβούλοντο μὴ προέσθαι τοῖς Κορινθίοις. & iste ibidem, ἵνα μὴ ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοῖς ἐχθίστοις προῶνται. Bud. tamen pag.554, in similibus locis προΐεσθαι vertit Prodere, item Condonare. Demosthenes alia etiam constructione dixit προέσθαι εἰς δουλείαν, pro Deferendo conicere in seruitutem, vel desertos. Quidam verò interpretantur, Obiicere seruituti. Interdum verò, & sæpe quidem, dicitur προΐεσθαί τι non adiecto datiuo, pro Amittere è manibus, Sinere sibi elabi, vel pro derelicto habere. Qua in significatione iungitur etiam genitiuo à Demosthene Olynthiaca 1, circa principium, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν. Sed interdum e-

tiam simplicius pro Dimitto, Relinquo, Missum facio, aut etiam Abiicio. Demosthenes in Midiam, θυμιᾶν προέσθαι. Plutarch. οὐ προήσεσθαι τὴν δύναμιν, Non dimissurum exercitum. Alicubi etiam προέσθαι τι exponitur Negligere: sed malim Abiicere curam de aliqua re. Sic & προέσθαι τινά, Curam de quopiam abiicere, seu solicitudinem. vel Deserere quempiam, Destituere suo auxilio. Thuc. 3, καὶ μὴ προήσεσθε ὑμᾶς. Idē cum participio, lib. 1, Ἀθηναῖοι φασὶν ἐν οὐδενὶ ὑμᾶς προέσθαι αἰδ κινδύνοις, οὔτε ναῦ προσψηφισάμενοι, βοηθεῖν δὲ κατὰ δύναμιν. Reuocat autem mihi in mentem verbū Abiicere quendā eiusdem Thucydidis locum, in quo ita propemodum dixisse videtur προέσθαι ἑαυτούς, vt Cicero Abiicere se: addens ei & Prosternere. Is Thucyd. locus est lib. 1, πρὸς γὰρ τὸ ἀνέλπιστον τραπόμενοι τῇ γνώμῃ, πολλῷ μᾶλλον προήσονται σφᾶς αὐτούς, καὶ οὐκ ἀντίσχοιεν. ‖Προΐεμαι Budæus vertit etiam Largior, Erogo, Effundo: afferens ex Aristotele, καὶ χρήματα προεῖντ' ἄν, &c. Item Cedo & condono amico. Quarum significationum exempla vide apud eum pag. 554. Sed quod ad illum Aristotelis locum attinet in quo dicit χρήματα προεῖντ' ἄν, addo, verbum idem apud Demosthenem cum eodem accusatiuo reperiri, simulque cum accusatiuo ὅρκον. ita enim ille in Midiam, pag. 242, εἰ δ' οὕτοι χρήματα ἔχοντες μὴ προεῖντ' ἄν, πῶς ὑμῖν καλὸν τὸν ὅρκον προέσθαι; vbi dico quærendum videri aliud verbum quo προέσθαι cum vtroq; accusatiuo commodè reddi possit. Ego certè verbo Proiicere (quod & aliis locis conuenire iam ostendi) contentus ero, dum aliud aptius quempiam attulisse intellexerim. ‖Accipitur pro Effundo & in alia significatione, vt apud Aristotelem, καὶ τὸ αἰδοῖον προΐεται σπέρμα, effundit, vel emittit.

Προΐεμαι passiuè etiam reperitur alicubi, sicut & eius partic. προειμένος apud Demosth.

Πρόεσις, εως, ἡ, Dimissio, qua videlicet destituimus & proiicimus rem aliquam. Item Profusa erogatio, Erogatio quæ fit quasi proiiciendo, Largitio profusa: cui apud Aristotelem opponitur λῆψις. Bud. vt πρόεσις τῶν ὅπλων.

Προετικός, ἡ, ὁ, Ad largiendum propensus, seu profundendum, Qui lubenter largitur, Profusus. Aristoteles Ethic. 4, cap. 1, πλουτεῖν δὲ οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον vtpote μήτε ληπτικὸν ὄντα, μήτε φυλακτικόν, προετικὸν δέ. Construitur etiam cum datiuo personæ, sicut verbum προΐεμαι. Aristoteles Rhet. 1, προετικὸς τοῖς τυχοῦσι καὶ τοῖς φίλοις. HINC Προετικῶς, Largè effuséque, vt Cicero loquitur: Cum quadam profusione. Aristot. Ethic. 4, c. 2, δαπανήσει δὲ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προετικῶς. quibus opponit ibi τὴν ἀκριβολογίαν.

c. 1. Ἀποπροΐημι, Emitto. Od. χ, — ὁ δ' ὁμαρτῇ δῖος Ὀδυσσεὺς Ἰὸν ἀποπροϊείς, βάλλε στῆθος παρὰ μαζόν. Id est (inquit Eust.) ἀπὸ τόξου ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ προπέμψας. Citatur ex eodem poeta & ἀποπροέηκε pro Emisit.

c. 1. Ἐπιπροΐημι, Emitto aduersus, Emitto in. Il. δ, Τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν. Item Transmitto, vel Emitto ad. Iliad. ρ, Κεῖνοι μὲν δὴ νηυσὶν ἐπιπροέηκα θοῇσιν Ἐλθεῖν εἰς Ἀχιλῆα. Od. ο, Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν Ὀρμαίνων. id est, ἐπαφῆκεν, vt schol. exponit.

c. 1. Καταπροΐημι, Proiicio, E manibus dimitto, aut elabi sino, vel etiam Cum neglectu abiicio. Polyb. lib. 16, πάντες αἰ καταπροεῖντο τοὺς καιρούς, omnes quidem alii occasionem rei bene gerendæ omisissent, aut neglexissent. cui simile exemplum est quod à Suida in κατημελεῖται citatur, τὰ δὲ καθήμενοι κατημελοῦνται, καὶ καταπροΐεσθαι τοὺς καιρούς, rerum gerēdarum opportunitates transmittere & perdere, vt Bud. interpretatur. Synes. προεσομένου, ἐλπιζομένου μὴ καταπροΐεσθαι μηδέ πω τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας, abiicere. E. Dicitur etiā καταπροΐεται τὴν δίκην siue κατηγορίαν, pro Prodere, Destituere: seu Præuaricari, vt idē Bud. exponit. Non absimilis significatio est verbi καταπροδίδωμι. vnde per hoc καταπροδίδωμι illud explicat Suidas in hoc à se citato loco, ἀμοιβὴν ἴσως δ' ἐνόντι Χερσαίοις ἔρκοι ἐνεμάζοντας, μή ποτε ἀλλήλων καταπροήσεσθαι ἄχρι τε ἐς ὄλεθρον φερόντων, vbi Destituere & deserere etiam reddi non incommodè potest.

C. ΠΡΟΣίημι, Admitto. vt Xenoph. ἀνάβ. 4, οὐ προσίεται πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας. Sic lib. 7. At multo vsitatior est vox passiua προσίεμαι. vt apud eundem De arte eq. πολλοὶ γὰρ ἵπποι χαλεπῶς προσίενται ἃ προσδεῖται αὐτοῖς ὅτι ὅτι προσίεμενοι πονεῖν ἀναγκασθήσονται. Sed & equus dicitur προσίεσθαι τὸν ἀναβάτην, id est admittere ascensorē. Item pro Admitto, id est non repudio conditionem, vt tradit Bud. qui & ἧτταν προσίεται exponit apud Xenophontem, Vinci se patitur. Et pro Admitto, id est Cōprobo, vel Non improbo. Gal. προσίενται μὲν ἀμφότεροι τοῦτο. Et cum infinitiuo apud Xenophontem, καὶ ὑποχεῖται δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσοίτο. Hunc autem eiusdē locū, προσοίμεθα κακίους ἢ πρόσθεν γενέσθαι, vertit ille, Hoc committeremus vt deteriores quàm prius essemus. Vide illius Comm. pag. 553. Apud eundem Xenophontem, οὐ προσίεμην δανείσασθαι redditur Non inducebam in animum æs alienum conflare. Itidémque apud Herodotum, οὐ προσίεντο τὴν προδοσίην, Non inducebant in animum proditionem facere, vel Non inducebant animum ad proditionem faciendam. Rursum apud Xenoph. τὰ αἰσχρὰ ἕνεκα προσίεσθαι, A turpibus abhorrere.

C. ΣΥΝίημι, Committo, vt ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι, Iliad α, initio, Commisit ad pugnam. Sed aptius, Commisit inter se. Eustathius exponit συνέβαλε, συνέπλεξε πρὸς ἔριν.

Συνίημι, Audio, Intelligo. Odyss. ζ, Ξεῖνε, σὺ δ' αὖτ' ἐμέθεν ξύνιει ἔπος. vbi Eustathius annotat iungi etiam genitiuo Atticè. In hoc autem loco Il. β, — ὁ δὲ ξυνέηκε θεῆς ὄπα φωνησάσης, ait dubiam esse constructionem, verum videlicet ξυνέηκε φωνησάσης ὄπα, an ξυνέηκε ὄπα φωνησάσης. Herodianus lib. 4, μήτε τῆς ἀλλήλων φωνῆς συνιέντας: eo sensu quo dicitur aliquis non intelligere sermonem seu linguam cuius imperitus est. Apud eundem συνεὶς ὅτι &c. Postquam intellexit, seu Resciuit. Itē pro Intelligo, Animaduerto, Sentio. Aristoph. Pluto, Εἶτ' οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ θεοῦ; Plut. συνεὶς ὁ Βροῦτος τὸ παρεσκευασμένον. Et cum genitiuo, Luc. ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος, simulatque intellexit quod erat melius. Sic apud Pausaniam. Interdum verò sine casu: vt συνίετε καθ' ὃ ἔστι καλόν, Demosth. Interdum verò cum partic. vt συνίημι δεῦρο ἥκων, & συνίημι καταγελώμενος. Item cum infinitiuo apud Herodianum. Συνίημι, Scio. Plat. cum accusatiuo, vt inquit Budæus: afferens & συνῆκα pro Conscius sum, ex Luc. οὐδὲ συνῆκα διὰ σε ὑπό τινος γυναικὸς γεγραμμένος, Neque mihi conscius sum ab aliqua me amatum esse. vel Neque vnquam aliqua me amauit per te, quod sciam quidem. Et alibi itidem. ‖ Aristot. pro μανθάνειν etiam poni testatur, in Ethic. A Demosthene certè alicubi hæc duo eadem signif. posita obseruaui.

Συνίεσθαι, Pacisci, Transigere. Il. ν, Ἀλλ' ἴομεν, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποιπνύοντε Ἀμφὶ γάμῳ. id est συνθώμεθα ἢ συμβῶμεν, Eustath.

Ξυνέηκε, apud Homerum tāquam à ξυνίεμαι pro ἤκουσεν: Odyss. δ, v. 76, Τοῦ δ' ἀγορεύοντος ξύνετο ξανθὸς Μενέλαος. vbi tamen legi & ξύνθετο admonet, sed addens, ἴσως οὐ καλῶς. quū tamen in textu qui eius Commentariis insertus est, hæc ipsa lectio habeatur. At ego in mea editione ne mentione quidem hanc alteram χώραν dignatus sum, vtpote quam certò mendosam existimarem, admirans etiam cur diceret Eustathius ἴσως.

¶ Συνιεῖν, pro συνιέναι dictum fuisse tradit Eust. Reperitur certè συνιεῖ pro Intelligit, apud Græcos Bibl. interpretes Sap. 9. Sic συνιοῦσι in N. Testamenti scriptis. Sic ὁ συνιῶν, & οἱ συνιοῦντες apud eosdē interpr. qui etiam vtuntur sine adiectione, vt Latinè dicitur Vir intelligens. At ἐὰν συνῇς, si intelligas, in Ceb. tabula, (vbi tamen συνίῃς vulg. edit. habent) & ξυνιῶσι, apud Xen. putantur esse vt θῇς & θῶσι.

At ξυνίειν apud Hom. tanquam à ξυνιέω, Il. α, v. 273.

Σύνεσις siue ξύνεσις, Coitio, qua duæ res in vnam coeunt & quasi committuntur. συμβολὴ εἰς ταὐτό. Odyss. κ, ξυνέσιες ἢ δύω ποταμῶν ἐριδούπων. ‖Item Intelligentia, Perspicax animi facultas qua committere res inter se potest & discernere, seu (vt Bud. interpr.) Perspicacia & prudentia in iudicando. Aristot. Ethic. lib. 1, circa finem tres ponit virtutes διανοητικάς, σοφίαν, σύνεσιν, & φρόνησιν.

At lib.

Digitized by Google

at lib.6, cap.10, inter φρόνησιν & σύνεσιν distinguit, φρόνησιν esse dicens ἐπιτακτικὴν, eiusque finem esse quid facto opus sit aut non opus sit: ξύνεσιν autem esse solùm κριτικήν: ac ξύνεσιν & εὐσυνεσίαν idem esse. Quid autem sit, declarat his verbis, ἔστι δὲ οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν οὔτε τὸ λαμβάνειν, ἡ σύνεσις, ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι, ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ, οὕτως ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ δόξῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ τούτων περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, ἄλλου λέγοντος, καὶ κρίνειν καλῶς. Ibidem tradit σύνεσιν non prorsus idem esse cum ἐπιστήμῃ vel δόξῃ, nec item particularem aliquam scientiam, nec etiam περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων, nec περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν, sed περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο: atque ita versari circa eadẽ circa quæ ἡ φρόνησις. quomodo autẽ differant φρόνησις ipsa & σύνεσις, ex eodẽ iam indicatũ est. Plato in Cratylo etymologiã huius vocabuli his verbis tradit, σύνεσις δ' αὖ οὕτω μὲν δόξειεν ἂν ὥσπερ συλλογισμὸς εἶναι. ὅταν δὲ ξυνιέναι λέγῃ, ταυτὸν παντάπασι συμβαίνει τῷ ἐπίστασθαι λεγόμενον. At hoc ξυνιέναι non à ξυνίημι præcedente esse vult, sed à ξυνιέναι. vnde subiicit, συμπορεύεσθαι γὰρ λέγει τὴν ψυχὴν τοῖς πράγμασι τὸ συνιέναι. ita vt ξύνεσις hic intelligenda sit facultas animi quæ ξυνίει τοῖς πράγμασι, perspiciens & discernens quid faciendum sit, quid non. Id quod hic Demosthenis locus declarat in Epitaph. ἔστι γὰρ ἐπὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ μὲν σύνεσις, πέρας δὲ ἀνδρεία. καὶ τῇ μὲν δοκιμάζεται τί πρακτέον ἐστί, τῇ δὲ σώζεται: sicut idem in oratione Pro corona scribit τῇ συνέσει καὶ παιδείᾳ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ διαγινώσκεσθαι. Sicut verò ibi Demosthenes coniungit σύνεσιν cum ἀνδρείᾳ, ita Thucydides lib.4, pag.148, dixit Βρασίδου ἀρετὴ καὶ σύνεσις. Ad cuius imitationem Budæus apud Ciceronem in Verrem, Minuisti copias maiorum virtute ac sapientia comparatas, ita vertit, ἠλάττωσας τὰς δυνάμεις τὰς τῶν προγόνων ἀρετῇ καὶ συνέσει προσεκτημένας. Thucyd. lib.1 describens φύσεως ἰσχὺν in Themistocle, οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, Suopte ingenio, quod doctrina neque exercuerat neque auxerat, præsentium & improuisarum rerum breuissima deliberatione egregius erat æstimator. Luc. in historico optimo duo κορυφαιότατα requirit, σύνεσιν πολιτικὴν & δύναμιν ἑρμηνευτικήν: quarũ σύνεσιν esse vult ἀδίδακτόν τι τῆς φύσεως δῶρον. Basil. homil.9, πάσης οὐχὶ συνέσεως λογικῆς ὑπερκρύπτουσαν, quam humanam intelligentiam & prudentiam non superant. ‖ Apud Thucydidem verò lib.1, pag.25, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε, καὶ γνώμης ξυνέσεως, ἀρχῆς τε τῆς ἐχθρᾶς, schol. γνώμης ξυνέσεως exponit προαιρέσεως. ‖ Sicut verò σύνοιδα accipitur aliquando pro Conscius sum, sic σύνεσις etiam pro conscientia. Herodianus lib.4, πρᾶξας δὴ ταῦτα, ὑπό τε τῆς τῶν ἔργων συνέσεως ἐλαυνόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων, id est (Politiano interprete) His actis stimulante malorum conscientia, vitámque perosus vrbanã, de Antonino Caracalla. Sic accipitur etiam ab Euripide hoc vocabulum in Oreste, vbi Menelao interroganti, Τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος; respondet Orestes, Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος.

C. Παρασύνεσις apud Hippocr. Error non quilibet, sed is qui vero proximus est, & ea de causa probabilis. Gorr. ex Gal. Com.3 εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

C. Ἀσυνεσία, SIVE Ἀξυνεσία, ας, ἡ, Insipientia, Mentis in iudicando nulla vis & perspicacia, Inscitia. Thucyd. lib. 6, in oratione Athenagoræ, τοὺς δ' ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα καὶ περιφόβους ἡμᾶς ποιοῦντας, τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας.

C. Εὐσυνεσία SIVE Εὐξυνεσία, ας, ἡ, idem quod σύνεσις, nisi quod aliquid significationi addit particula εὖ. Aristoteles Ethicõn 6, cap.10, ταὐτὸ γὰρ ξύνεσις καὶ εὐξυνεσία· καὶ γὰρ οἱ ξυνετοὶ, καὶ εὐξύνετοι. Vide Σύνεσις paulo ante.

Συνετής, οῦ, ὁ, Intelligens. idem quod συνετός. v.l.

Συνετός, οῦ, ὁ, Qui commissus est aut Committi seu coire in vnum potest. vt συνετὸς χιτὼν, ὁ συμβλητός, Hesych. ‖ Itẽ Qui intelligi potest. Synes. De insomn. ὅπως οὐδὲ τὰ χρησμῷ πᾶσι συνετὰ φθέγγεται, non omnibus nota loquũtur. Sic apud Lucianum quoque vsurpatur. Et itidem in epist. Aristot. ad Alexandrũ conquerentem quòd libros acroamaticos edidisset, ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. id est (Gellio interpr.) Neq; editos scito esse, neque non editos: quoniam iis solis qui nos audiunt, cognobiles erunt. Cui suæ interpretationi subiicit, Hoc ego verbum ξυνετοὶ γάρ εἰσι, quærens vno itidem verbo dicere, aliud non reperi quàm quod est scriptum à Marco Catone in 6 Originum: Itaque ego (inquit) cognobiliorem cognitionem esse arbitror. ‖ Frequentius actiuè capitur pro Intelligens, Perspicax, Prudens in iudicando. Thucydides l.6, p.211, in oratione Athenagoræ, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετοὺς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς. Et lib.1, pag.44, μάλιστα δὲ ἀπό τε πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι, vel maximè ex eo sui dans specimẽ quòd perspicax & prudens esset: de Themistocle de quo vide eiusdem Thucyd. locum paulo antè in σύνεσις. Plutarchus in lib. An seni capessenda resp. de Agide, ὁ δοκῶν γὰρ ἔμφρων αὐτὸς εἶναι, καὶ συνετὸς ἐκρότησεν. Et apud Thucydidem rursus, συνετοὶ ἀχρεῖα, inutiliter solertes, vt vulg. lex. citant & interpr. In iisdem ex Luc. affertur συνετὸς constructum cum genitiuo: συνετοὶ τῶν καλῶς ἐχόντων, Prudentes rerum honestarũ. Τὸ συνετὸν neutro genere substantiuè aliquando capitur pro σύνεσις. Thucydides lib.3, τῷ γὰρ δεδιέναι τι, τὸ αὐτῶν ἀσθενὲς καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετὸν, & aduersariorum perspicaciã, seu prudentiam. Et lib.2, φρονέσας ὥστε τὸ ξυνετὸν καὶ δυνατὸς, Prudens iuxtà ac potens. ‖ Συνετός, Sciens. sicut ξυνιέναι pro ἐπίστασθαι accipi Plato & Aristoteles testantur. Euripides. Iphig. in Aul. ἐγὼ τ' οἰκτρὸς συνετός εἰμι καὶ τὰ μή, Ego & vbi miseratione opus sit scio, & vbi non.

VNDE Συνετῶς, Intelligenter, Prudenter.

D C. Ἀσύνετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insipiens, Qui perspicax & in iudicando prudens non est. Demodocus apud Aristotelem Eth.7, cap.8, Μιλήσιοι γὰρ ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσὶ, δρῶσι δ' οἷάπερ οἱ ἀξύνετοι. Thucyd. lib.6, in orat. Athenagoræ, ἀλλ' ἤτοι καὶ νῦν φαίνεται ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ἢ ἀμαθέστατοι ἐστὲ ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων. Et lib.2, ὃς ἂν γνόμη τε ὀκνῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι, καὶ ἀξιώματι προφέρῃ. Luc. ἀσύνετα καὶ θηριώδη ζῶα, insipiens seu brutum. VNDE Ἀσυνετέω, ῶ, Desipio. μωραίνω, Suid. Item, Non intelligo, Non calleo. Heraclit. epist.4, pag.147, εἰ δὲ ὑμεῖς ἀξυνετεῖτε γράμματα, οὐκ ἐμὴ ἀσέβεια τὸ ὑμᾶς ἀπαιδεύτους.

E C. Εὐσύνετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Intellectu facilis. χωρὶς χολῶν οὐκ ἔστιν ἀξύνετος ὁ Θεσσαλὸς δὲ. Bud. ‖ Itẽ idẽ ferè quod συνετός, sicut εὐσυνεσία idem quod σύνεσις, vt ex Aristo. ostendi in εὐσυνεσία paulo antè. Aristoteles Ethic.6, cap.10, καὶ ἐντεῦθεν ἐλήλυθε τοὔνομα ἡ σύνεσις, καθ' ἣν εὐσύνετοι, ἐκ τῆς ἐν τῷ μανθάνειν. Et in fine Ethic. ἀσυνετώτεροι δὲ εἰς ταῦτα πάντ' ἂν εἶεν.

C. Κακοσύνετος, ου, ὁ, ἡ, Prudentia abutens ad malum, Qui quidem συνετός est, sed in malo, Vafer. Thucydides lib. 6, pag.228, οἱ δ' ἐπὶ δυνατῶν μεταβολῇ οὐκ ἀξυνετωτέρου, κακοξυνετωτέρου δέ. Is dominus quem cum alio commutare cupiebant, erat non ἀξυνετώτερος, sed κακοξυνετώτερος quàm oporteret, id est πανουργότερος, vt scholiastes exponit.

Συνετίζω, Intelligentem reddo, Facio intelligere, Areopagita. Et Gregorius, συνετίζει τὰς ἀκοάς. Ab Hesychio exponitur σοφίζω.

Συνέμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Socius, Amicus, συναγωγεύς, παρὰ τὴν ἕσιν, inquit Suidas. Apollon. Argon. vltimo, βασιλῆος ἑοῖ συνέμονας ὄντας, Διχθαὶ μειλίξασθαι συνέμονας, recipere sedi

G bus suis vt amicos & socios, ac permittere vt ibi habitarent. Vel etiam Confœderatos. nam συνθήκας ac συνημοσύνη. id quoque significant. scholiastes exponit συνθέτας καὶ ἑταίρους, deriuans à συνίημι. Suidas ab ἧμαι quoque deriuari scribit, vt sit σύνεδρος: priorem tamen expositionem & deriuationem magis probat. VNDE Συνημοσύνη, Societatis aut fœderis sanctio, Pactum. Ab Hesychio exponitur συνθήκη, ὅρκοι, συμβόλαια: ab Eustathio συμβάσεις: παρὰ τὸ εἰς ταὐτὸ ἱέναι τὰ τῆς διαστάσεως. Iliad. χ, Μή μοι Ἕκτορ ἄλαστε συνημοσύνας ἀγόρευε, inquit Achilles ad Hectorem, qui promittebat se, si ipsum occideret, corpus Achæis redditurum, & idem ab Achille petebat: ac dixerat, ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα. τοὶ γὰρ ἄριστοι Μάρτυροι ἔσσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων. Paulo pòst verò Achilles, verbis illis prius citatis

subiicit, οὔτε τὰ νῦν ὅρκια ἔσονται. ita vt ἁρμονίαι, συνωμοσίαι & ὅρκια idem sint. ac specialiter συνωμοσίαι pacta quibus interposito iuramento coitur. alibi συνθεσίας vocat. Eustath.

C. Ὑφίημι, Submitto. vt apud Plut. Submittere percussorē, ὑφιέναι, inquit Budæus: afferens ex eodem pro Submittere adornatum hominem: item ὑφιέναι παῖδας ταῖς γυναιξὶ, ex eiusdem Pericle, pro Submittere pauones mulieribus. | At ὑφιέναι τοῦ φρονήματος apud eundem in Apophth. De animositate submittere, vel potius Remittere. οὔτε τῇ δυνάμει προϊέμενος, οὔτε τοῦ φρονήματος ὑφεὶς. Et ὑφεὶς τῆς ὀργῆς apud Herodotum, Qui de indignatione remisit. Affertur tamen ex Theophyl. epist. οὔπω μοι τῆς ὀργῆς ὑφῆκας, pro Nondum indignari mihi desiisti.

Ὑφίεμαι pro ὑφίημι. Remitto. Plutarch. in Antonio, οὐ μὴν ὑφήκατο τῆς στρατιωτικῆς πλάνης, nec tamen quippiam remisit. Et in Demetrio, τοῦ φρονήματος ὑφεῖσθαι, quicquam animorum remisisse. Vide Bud. pag. 25. Idem Plutarch. in Camillo ὥστε μηδὲν οἴκτῳ τῆς ὀργῆς ὑφεῖσθαι. (sicut & ὑφεὶς τῆς ὀργῆς paulo antè) Greg. addidit τι, dicens, οἱ τῆς κακίας τι ὑφιέμενοι. Item sine adiectione pro Remittere vires consultò, seu de viribus, Non agere totis viribus: ex Aristophane in Ranis, ὑφεῖσθέ μοι δοκεῖς. | Item, Decedo, Concedo, Cedo. Idem, τῆς ἄγαν ἐξουσίας ὑφεῖσθαι, De seueritate decessisse, interpr. Bud. (videtur tamen & hic Remisisse, posse reddi) Affert ex eodem, τῶν ἐμαυτοῦ δικαίων ὑφιέμενος, quod reddit, De meo iure decedens. Et ex Xenophonte, οὐδενὶ ἀνθρώπων ὑφείμην ἄν, cum infinit. pro Nulli hominum in hoc cesserim, vt, &c. Item pro Cedo, id est Non obnitor, Non contendo, Repugnare non audeo: ex Gregorio, τὸ γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς θαρρεῖν, ἀνδρίας ὥσπερ τὸ ὑφίεσθαι, δειλίας. Et cum particula ἐν, ex eodem, βελτίους δὲ τῶν μικρόν τι ὑφιεμένων ἐν σπουδαιότεροι. At verò, οὐδενὶ τὸ προσχώρημα τῆς ἀνόδου ὑφιέμενος, Luc. De luctu, pro Nemini concedēs ascensum, id est permittens. Potest etiam reddi Indulgens, Condonans.

Ὑφίεμαι, pass. vnde participium ὑφειμένος, Submissus. vt ὑφειμένη φωνὴ, Submissa vox. Item Remissus, Remisse & parcè factus. Item Diminutus, Bud. apud Areopagitam. Et pro Inferior bonitate, Deterior, apud Proclum. VNDE Ὑφειμένως, Remisse, Parce, Cessim. vt ὑφειμένως καλὸν, apud eundem.

Ὑφειμένος est etiam Permissus. vt ὑφειμένη κατθανεῖν αὐτὴ σοῦ. Euripid. Permissa pro te mori seu concessa, Cui permissum est, seu concessum. Plut. in Lyc. ὑφεῖτο μηδενὶ γεύεσθαι εἶναι, Nulli permittebatur, seu permissum erat.

Ὕφεσις, εως, ἡ, Remissio contentionis, quum in censendo cedimus potentiori. Plut. in Antonio, ἐξαμηχανώμενοι, διὰ τὴν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὕφεσιν καὶ συγκατάθεσιν, μὴ περιχαρεῖν ὁμιλοῦντες, ἀλλὰ τῷ φρονεῖν ἡττώμενοι φαίνεσθαι, de assentatoribus potentium loquens, qui de industria vincuntur in censendo, seu qui in censendo libenter & cupidè faciūt vt victi esse videantur. | A Suida exponitur non solùm ὑπένδοσις, χάλασις, ὑποχώρησις, sed etiam ἐλάττωσις. vnde apud Naz. οὐδὲ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ὑφέσεως interpr. Neque essentiæ imminutionem. | Pro modestia accipi à Naz. in epist. testantur v. l.

C. 2. Καθυφίημι, Submitto, Remitto. Basil. in Hexaem. hom. 5, ἵνα ἄρα πεισθῶσιν ὅτι περὶ τῆς ἡλίου φύσεως τὰ περὶ γῆν ἅπαντα διεξάγεται, τὸ ἄμετρον περὶ αὐτὸν θαύματος καθυφῶσι, minus iam solem & remissius admirentur, nec vt deum colant. Bud. | Item Cedo. Xenophon Hell. 2, ἄλλοι ἔλεγον ὡς οὐ χρὴ καθυφίεσθαι τοῖς ἐν Πειραιεῖ. | Item Prodo, Condono, idem quod καταπροΐεμαι, & προδίδωμι. Demosth. τὸν δὲ καιρὸν τῶν πραγμάτων ἐάν τις ἡμῖν καθυφῇ καὶ προῆται τοῖς ἐναντίοις, occasiones rerū bene gerendarū siquis aduersariis condonarit & prodiderit. In qua significatione reddi etiam solet Præuaricor, ἐθελοκακῶ. Vide Budæi Commentarios pag. 25, & καθύφεσις paulo pòst. Demosthenes contra Theocrinem, ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς, μηδὲ ἄδειαν ἔχων ἐργολαβῇ καὶ καθυφίῃ τὰ τῆς πόλεως, id est (Budæo interprete) Nec præuaricationes factitet in reipublicæ detrimentum, seu publico detrimento præuaricetur. Deductam autem hanc significationem Budæus scribit ab iis qui non pleno conatu aliquid faciunt, sed consultò vires submittunt vt vincantur: idque in militibus ἐθελοκακεῖν dici. qualis ferè Corinna illa in Amoribus Ouidii, quæ ita pugnabat tanquam quæ vincere nollet, & proditione sua victa est. Demosthenes contra Midiam, pag 110, ἰδίᾳ πεισθεὶς ὅπως δήποτε ἀργυρίῳ, καθυφεὶς τὸν ἀγῶνα, præuaricatorie transmittens. In eadem oratione καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα accipitur pro Desistere ab accusatione, vt Budæus interpretatur, παραιτούμενος ἀπαλλαγῆναι καὶ καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον. At apud Lucianum, μηδὲ καθυφῇς δὲ τῶν δικαίων τοῦ πατρὸς, De nullo patris iure, quod tueri possis, decedas. Interdum καθυφεῖναι ita vsurpatur vt προέσθαι & ἐνδιδόναι. Demosthenes, καθυφεῖναι Λακεδαιμονίοις τοὺς Ἀρκάδας: sicut alibi idem dicit [αἱρετώτερον] τὸ Ὀρχομενὸν ἐᾶν ἢ Λακεδαιμονίοις τὴν Μεσσήνην προέσθαι καὶ Πελοπόννησον. Sic dicitur etiam καθυφεῖναι ἑαυτὸν, id est ἐνδιδόναι, Dedere se, seu Submittere se, aut Animum demittere, Succumbere. Polybius, πολλοὶ δὲ καὶ καθυφέντες ἑαυτοὺς ὀλιγωρίᾳ διὰ τὴν ἔνδειαν καὶ συνοχὴν τῶν πόνων. Vbi Suidas exponit, ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες εἰς ὄλεθρον. at vulg. lex. Animi demissione & contractione mortem sibi consciscebant. nam καθυφεῖναι ex Cicerone interpretantur Despondere, demittere ac contrahere animum. | Exponitur etiam Subtraho, apud Iosephum lib. 2, οὐδὲν ὑμῖν καθυφήκαμεν.

Πτερύγιον, ου, τὸ, Alula. diminut. à πτέρυξ, pro quo frequenter vsurpatur. ‖ In homine autem πτερύγια appellãtur, id est alæ, τὰ ἑκατέρωθεν τῶν ὠμοπλατῶν, vt Pollux tradit: quas Camerarius scapulas esse putat. ‖ At in auribus πτερύγιον, id est ala, dicitur pars illa quæ ad tempora vergens inflectitur. ‖ In naso verò πτερύγια nominantur exteriores & infimæ partes motu præditæ. Sunt autem cartilagines, tenuiáque corpuscula ab vtroque latere adnata: in quæ exigui duo musculi à malis prodeuntes, vtrinque singuli inseruntur. Hi nasi alas adaperiunt. Gorr. ἐπιπτερύγια quoque eadem appellantur. ‖ Similiter & in muliebr. πτερύγια appellari eminentias illas duas veteri sinũ ambiẽtes, scriptũ reliquit Introductionis seu Medici autor. Gorr. ‖ Ab eiusdem etiam alæ similitudine πτερύγιον duplex & in diuersa humani corporis parte factum malum indicat. Vt enim alæ in volantibus ab humeris extensæ aperiuntur, sic in his ab angulo clausurâve aliqua progredientes inutiles membranæ & caruncula oculis & digitis nocẽt. Ac πτερύγιον quidem oculi est neruosa adnata oculi membranæ excrescẽtia, exoriens ab angulo & ad pupillam inde perueniens, eámque obtenebrans. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur, rarissimè à superna aut inferna palpebra. Aetius autem libro 7, tradit πτερύγιον esse quum album in oculo supra modum augescit, aut caro supercrescit, ex scabra quadam lippitudine aut assiduis fluxionibus. Latini id mali genus vnguem vocant, vt ait Celsus lib. 7, cap. 7, quòd humano vngui (vt credimus) progrediens neruosa ea membrana similis sit. Gorr. In hac significatione Plinius vocabulum Græcum retinet. nam quod Diosc. περὶ ἀλῶν tradit, σμήχουσι δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπεροχὰς καὶ πτερύγια τήκουσι, ipse sic transtulit, Item oculorum remediis, & ad excrescentes ibi carnes, totiúsque corporis pterygia, sed in oculis peculiariter. Quod verò in hominis pedibus manibusque fit πτερύγιον, est incrementum carnis quæ partem vnguis integit. Nascitur potissimùm in pollicibus, pedũ quidem, ex offensione plerunque, manuum autem, ex neglecta reduuia & post inflammationem in pus mutata. Est quum & os corrumpit, graui cum odore, digitúsque per summa dilatatur & liuet. Gorr. πτερύγιον hoc Celso est quũ caruncula ab vngue recedit, cum magno dolore. Hæc quoque Plinius Græco vocabulo retento, pterygia appellat. nam quod Dioscorides de œnãthe dicit, καθαίρει δὲ παρωνυχίας τε καὶ πτερύγια θεραπεύει, ipse Plinius ita reddidit, Cinis eius ad paronychias & pterygia probatur. Rursum quod idem de alumine tradit, ἁρμόζει ὅτι ἐξὶ τε λειχῆσι καὶ πτερυγίοις ἢ χιμέτλοις, idem Plinius ita reddidit, Compescit & vnguium scabritias & pterygia, perniones. Cum Plinio autem Dioscoridis interpretes vocem Græcam retinent. ‖ In piscibus verò πτερύγια pinnæ sunt. Aristoteles de marinis animalibus, ἔνια οὐκ ἔχει πτερύγια, ἀλλ' αὐτοῖς τοῦ τῆς πλάτη. Vnde Plinius, E planis aliqua non habent pinnas, vt pastinacæ, ipsæ enim latitudine natant. Aliud exemplum cum eiusdem Plinii interpretatione inuenies in Θύννος. E O n

‖ In veste πτερύγιον idem est quod etiã πτέρυξ. i. Lacinia, 1 Regum 15 & 24, πτερύγιον τῆς διπλοΐδος. vulg. lex. Budæus autem non laciniam hic interpr. sed Summitatem. Sicut Hesychio quoque πτερύγιον significat ἀκρωτήριον. ‖ Sic in thorace quoque πτερύγιον idem est quod πτέρυξ. Xenoph. Anabas. 4, εἶχον δὲ θώρακας λινοῦς μέχρι τοῦ ἤτρου ἀντὶ δὲ πτερυγίων, σπάρτα πυκνὰ ἐστραμμένα, id est, loco pinnarum seu pinnularum. sic enim Camerarius πτέρυγας interpr. eadem de re dictum. ‖ In templo πτερύγιον dicitur Pinnaculum, vel Pinna. Lucæ 4, ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.

¶ Πτερὶς, siue Πτερις, (vtraque enim scriptura reperitur: prior verò frequentius) ίδος, ἡ, Filix mas. à πτερὸν deriuatur, quòd (vt Dioscorides scribit) folia habeat ἀπτερωμένα καὶ ἀποπλατυσμένα ὡς πτέρυξ, seu (vt schol. Theocriti) φ similis sit πτερῷ στρουθοκαμήλου: sicut Plinius quoque scribit folia eius lateribus pinnata esse: atque inde nomen Græcos ei imposuisse. Alio nomine vocatur πολύρριζον & βλῆχνον, vt apud Dioscoridem & Plinium scribitur: siue βληχρὸν, vt apud scholiastẽ Theocr. siue βλῆχρος, vt apud Nicandrum, quam scripturam schol. quoque agnoscit. Theocr. Idyll. 3, Τὸν ζωμὸν ἐξαδ' ἐς ἢ τὰν πτέριν. Nicand. Ther. de fugandis serpentibus, Ἐν δὲ πολυσχιδέος βλήχρου πυρὶ βάλλεο χαίτην. Plinius quoque eam vstam serpentes nidore suo fugare tradit. ‖ Πτερίδες vocantur etiam nymphæ quædam ab hac herba, vt annotat Hesych.

C. Θηλυπτερὶς, ίδος, ἡ, Filix fœmina. alio nomine vocatur νυμφαία πτερις, vt Diosc. docet & Plin. apud quos descriptionem & discrimen vtriusque reperies.

ΠΤΙΛΟΝ, ου, τὸ, Penna seu Pinna. propriè insectorum. nam Aristoteles tria τῶν πτηνῶν genera faciens, πτερωτά, πτιλωτά & δερμόπτερα, sub πτιλωτοῖς insecta collocat: licet alibi eis πτερὰ quoque tribuat. Aristoteles De ingressu animal. τὰ δὲ πτίλα τῆς ὁλοπτέρου ὄν τῶν πλαγίων ἀσχίστων, id est membranulæ pennarum, vt Camerarius interpr. Pinnas etiam vel Pennas simpliciter reddere aliquis possit qui Plinium sequi velit. is enim insectis (quæ ex ὁλοπτέρων genere sunt) modò pennas, modò pinnas tribuit. Dicitur item de serpentium alis. Herodot. lib. 2, de quodam serpente, πτίλα δὲ οὐ πτερωτὰ φορέει, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυκτερίδος πτεροῖσι μάλιστά κη ἐμφερέστατα. Dicitur etiam de pinnis auium. vt apud Plut. in l. De solert. animaliũ, de hirũdinibus, λίμνης τὸ πλάτος ἐν χρῷ ἐφαπτόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἄκροις, superficiem cõtingunt extremis alarum pinnis. Dicuntur etiā πτίλα molliores auium pennæ, id est plumæ: item lanugines exclusos pullos vestientes, quibus deinde cum incremento eorũ pereuntibus, legitimæ plumæ oriũtur. Apud Aristoph. autem Acharn. Πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου τινὸς Πρὸς τοὺς ἐπιπέσω, δεινὸν ὥστε μέλος, schol. dicit intelligi τῶν περικεφαλαίων, galeam, à cono pennato. At πτίλα metaph. dicitur Vela, sicut & πτερὰ suprà. Posui autem hic πτίλον, quòd eiusdem cũ πτερὸν originis id esse tradant grammatici. videlicet ab inusitato themate πτῶ, vnde πέτομαι.

dddd 4

C.Ἄπτιλος,ου,ὁ καὶ ἡ,Implumis,Inuolucris.idem quod ἄπτέρωτος,vt tradit Suid.

C.Τετράπτιλος,ου,ὁ καὶ ἡ.Quaternis pinnis volans,Quaternas pinnas siue pennas gerens. Aristoph.Acharn. Βούλει μαχέσθαι Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ; vbi Lamachum intelligit quatuor pinnas in galeæ cono gerentem.

Πτίλωσις,εως,ἡ. Pennarum plumarúmque annua mutatio, vt Marcell.Dioscor. interpr.tradit. | Item, Defluuium pilorum è palpebris callosis & rubentibus. Aetius scribit compositam esse affectionem ἐκ τῆς μαδαρώσεως καὶ τῆς σκληροφθαλμίας.non enim simplex pilorum defluuium est,sicut μαδάρωσις,sed præterea palpebris,& oris præsertim earum,accedit crassities,callositas & rubor,quæ sunt τῆς σκληροφθαλμίας συμπτώματα.Gorræus. Idem malum dicitur ETIAM Πτιλαβλέφαρα à Dioscoride lib.1,cap.87,vbi Marcellus vertit Glabrescentes simúlque nascentes alias palpebras: huius suæ interpretationis rationem ex Galeni Isagoge afferens, qui πτίλωσιν esse dicit quum aliæ subnascuntur palpebræ:quæ verò naturales antea erant,defluentes tractæve, dolores iis quæ punguntur similes faciunt. At vocem hanc à πτίλον factam esse, quòd quemadmodum pulli auium πτίλα(id est lanugines quibus primùm exclusi vestiuntur) ætate progredientes mutant, ac pennas assumunt, eásque annuatim mutant: sic etiam in palpebris pili mutentur,ac mutatis alii subnascantur. Posset tamen deriuari etiam à πτίλος. NAM Πτίλοι dicuntur (vt Galenus tradit libro 14 Method.medic.) quibus periere ex ciliis pili. Alii verò nō omnes generaliter quibus ii pili deciderunt, πτίλους vocandos censent, sed quibus præterea adiuncta est crassities,callositas ac rubedo palpebrarum:quòd aliter inter eos qui τῇ πτιλώσει,& eos qui τῇ μαδαρώσει laborant,non liceat distinguere.Gorr. Aetius libro 7,cap.80, ἔστι δὲ τὸ πτίλον καλούμενον καὶ παχύνονται καὶ τυλοῦνται τὰ μέρη ταῦτα (id est οἱ ταρσοὶ τῶν ὀφθαλμῶν) ὡς εἶναι συνθετὸν τὸ πάθος ἐκ μαδαρώσεως καὶ σκληροφθαλμίας: loquens περὶ πτιλώσεως. Diuersis autem modis scribitur hoc vocabulum. apud Hesychium enim est πτιλός, cum accentu in vltima:apud Suidam πτίλλος, duplici λ & accentu in penultima, at in medicorū libris πτίλος etiā.Sunt verò & qui à τίλλω deriuatum existiment,secundum quos geminatum λ fuerit.

Πτιλωτὸς,οῦ,ὁ,Pennatus,seu Pinnatus. Aristot.De hist.animal.libro 1.cap.5, τῶν δὲ πτηνῶν τὰ μὲν πτερωτά ἐστιν,ὥσπερ ἀετὸς καὶ ἱέραξ· τὰ δὲ πτιλωτά,ὥσπερ μέλιττα καὶ μηλολόνθη· τὰ δὲ δερμόπτερα.alia alis volāt,vt aquila & accipiter: alia pinnis.Ibidem,πτιλωτὰ δὲ,ὧν τὸ πτίλωμα, ὥσπερ τὸ ἔντομα. Et πτιλωτὰ προσκεφάλαια, ceruicalia plumea: de quibus vide in πτερωτός.

Πέτομαι, ET Πέταμαι, ET Πετάομαι, idem quod ἵπταμαι,id est Volo:eiusdémque originis. videlicet ab inusitato themate πτῶ. Iliados β, de apibus, Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν, de apibus. Iliad.μ,de dracone,Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο. Aristot.De mundo,τὸ ἀέριον ζῶον οἰχήσεται πετόμενον, aerium animal volabit. Plutarch.De solert.animal.οὐ γὰρ ὁμοίως ἱέρακες βλέπουσι καὶ πτίλιγες, οὐδὲ ἀετοὶ πέτονται καὶ πέρδικες. Aristot.in 3 Metaph.τὰ πετώμενα ὁ κόκκυξ. Apud eundem reperitur πετῶνται,non semel, vt testatur Bud. Metaphoricè dicitur de iis quæ rapido cursu aut impetu feruntur, tam inanimis quàm animatis, sicut & ἵπταμαι.Iliados π,de equis,— ἅμα πνοιῇσι πετέσθην. Et Il. ψ,— τὼ δὲ ἀκονιτὶ πετέσθην. Il.ν, Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά,πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν,Αὐτὰς δ' ὥς ἴρηξ ὠκύπτερος ὦρτο πέτεσθαι. Epigramm.libro 2, Ἦν βραδὺς Εὐτυχίδης σταδιοδρόμος· ἀλλ' ἐπὶ δεῖπνον Ἔτρεχεν, ὥστε λέγειν, Εὐτυχίδης πέταται.

C.Κακοπέτης,Malè volans.idem quod κακόπτερος. Budæus ex Aristot.

C.Ταχυπέτης,Celeriter volans.

C.Ὑψιπέτης,Altiuolans,Cic.Altiuolus,Plin.

C.Χαμαιπέτης,Humi volans.contr.præcedenti.

C.Ὠκυπέτης,Celeriter volans.idem quod ταχυπέτης & ὠκύπτερος. Hesiodus Erg.ὠκυπέτης ἴρηξ,τανυσίπτερος ὄρνις. Opp. lib.3 De venat.νώτοισιν ἀκαχήμενον ὠκυπέτῃσιν Ἰθὺς ἀκοντίζει μαλερὸν βέλος,dorsis volucribus. AT Ὠκυπέτη,ἡ,Harpyiæ nomen apud Hesiodum Theog.

Πετεινὸς,οῦ,ὁ,Volucris.idē quod πτηνός. Et πετεινὰ plur. numero substant.Volucres,Aues.Aristoteles Polit.1.Pro quo poeticè resoluta vocali,& verso ι in η, DICITVR Πετεηνός.Iliad.β,ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά. Hesiod. Erg. Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς. Et plurali numero substantiuè τὰ πετεηνὰ, Volucres. Iliad.φ, κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν,de aquila:quam Iliad.θ, & Il. ω vocat τελειότατον πετεηνῶν.Il.ρ, ὑψιπετέων πετεηνῶν. Aliqua tamen exempl.habent πετεινῶν cum ει in penultima,quam scripturam Eust.non agnoscit,agnoscit autem priorē. Ex Epigr.citatur ETIAM Πετηνὸς,sed videtur scribendum πετεινός.

C.ΑΝΑπέτομαι,Subuolo,Sursum volo,In altum volo. Aristoph.Auib. Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις,Subuolo in cælum.

C.ΑΠΟπέτομαι.Auolo.Dion lib.43,p.152,οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτοῦ τὰς πτέρυγας συνέστειλαν,πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπέπτοντο. Citatur item pro Reuolo ex Plutarcho,sed locus non profertur.

C.ΔΙΑπέτομαι,Peruolo,Volando pertranseo.idem quod διίπταμαι suprà.

C.ΕΙΣπέτομαι ET Εἰσπέταμαι, Inuolo, Volando introeo. Pro quo dicitur ETIAM Εἰσπετάομαι. Aristot. De hist. lib.9,cap 40, οὐ διώκει ἄλλην γε ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος εἰσπετασθῇ,donec in alueum inuolarit.id est,ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος ἀφίκηται,vt paulo pòst sequitur.

C.ΕΚπέτομαι ET Ἐκπέταμαι,Euolo.Theophr.in 1 De caus.pl. de semine cupressi, ἀπορρῶν ἐκπέτεται διαχασκόντων τῶν σφαιρίων,euolant dehiscentibus pilulis. Bud. Aristoph. Auibus,Ἐκπεπτάμενος αὖ οὗτος ἐκεῖνον ἐλθὼν οἴκαδε. Aristot.De Animal.l.9,cap.40,ἃ ἐὰν ἀπεσμηνῶνται ἐκπέτονται. Dicitur verò ET Ἐκπετάομαι pro eodem. Aristot. ibidem de fucis,ἐὰν δ' ἐκπετασθῶσι,προσπίπτουσιν ἀθρόοι πρὸς τὸν οὐρανόν,ἐπιδινοῦντες αὐτοὺς καὶ ὥσπερ ἀπογυμνάζοντες. id est ἔξω πετασθῶσι,vt paulo pòst loquitur.

C.ΕΠΙπέτομαι ET Ἐπιπετάομαι,Aduolo,Inuolo.Volo super aut aduersum.

C.ΚΑΤΑπέτομαι, ET Καταπέταμαι, Deuolo, Volando descendo seu delabor.oppositum τῷ ἀναπέτομαι.

C.ΠΑΡΑπέτομαι ET Παραπετάομαι,Aduolo(si modò accipi hoc potest pro Iuxta volo,seu A latere volo)Item Præteruolo.

C.ΠΕΡΙπέτομαι,Circumuolo. Luc. περιπέτεσθαι τὸ πλάγιον.

C.ΥΠΕΡπέτομαι,Superuolo,Supernè volo. Aristoteles l.5 De hist.anim.

Ποτὴ,ῆς,ἡ,Volatus,à πέτομαι, vt τομὴ à τέμνω.Odyss.ε, Αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης,mergo volatu similis. Eustathius ibi annotat posse etiam in nominatiuo legi ποτὴ ἀνεδύσατο λίμνης,id est Volans:scribi verò & ποτῇ,subaudito κατὰ,vt sit κατὰ πτῆσιν.

Ποτάομαι,ῶμαι,idem quod πέτομαι seu πετάομαι.Iliad.β, Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι,de auib. Eodē in libro,αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται,αἱ δέ τε ἔνθα,partim huc volāt, partim illuc. Scribitur ETIAM Ποτέομαι,sicut στεφάω & στεφανόω,teste Eustathio.

Ποτηνὸς ET Ποτανὸς,οῦ,ὁ,Volucer.idem quod πτηνὸς & πετεινὸς suprà. Et ποτηνὰ plurali numero substantiuè Volucres,vt πετεινὰ & πετεηνὰ suprà.Odyss.μ,Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται,οὐδὲ πέλειαι. At ποτηνὸς,Alatus, Volucer, citatur ex Euripide.Pro quo Doricè DICITVR Ποτανὸς,vt testatur Eustathius,citans ex Lamprocle de Pleiadibus,αἳ ποταναῖς ὁμώνυμοι πελειάσιν ἐν αἰθέρι κεῖνται.

C.ΑΜΦΙποτάομαι,Circumuolo.Iliad.β, Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα. Vbi tamen Cicero vertit non Circumuolabat sed Superuolabat, fortassis metri caussa. Verba eius sunt,Nona super tremulo genitrix clangore volabat.

C.ΕΚποτάομαι & Ἐκποτέομαι,Euolo. At metaph. Iliad.τ, ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται, pro Decidunt.Scribitur verò ET Ἐκποτέομαι per ω in penultima,teste Eustathio, sicut & in ποτάομαι.

C.ΥΠΕΡποτάομαι,Aduolo,Superuolo. Apud Dioscoridem

libro 5, cap. 85, de pompholyge, ἔτι δὲ κουφοτάτη, ὡς δύνασθαι ἐπιπτῆναι τῷ ἀέρι, Ruell. interpretatur, Vt in auras cuolare possit. Notandũ verò esse vocabuli huius terminationem ...., ideóque scripturam huius loci posse esse suspectam.

ἼΠΤΩ, SIVE ἴπω, Fut. ψω, Noceo, Damnum infero, Lædo. βλάπτω. Passiua quoque vox eiusdem est significationis. Iliad. β, de mente Atridæ, Νῦν μὲν πειρᾶται, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν. Iliad. α, in precatione Chrysæ ad Apollinem, Τίμησας μὲν ἐμέ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν. id est ἔβλαψας. Sunt autem qui ab ἴψ (de quo in col. sequenti) hoc verbum deriuent: alii contrà nomen illud ab hoc verbo deducunt. Inuenitur autem ETIAM Ἐξίπτω apud Hesychium, expositum ἐκπιέζεται, tanquam videlicet à themate ἴπω.

Ἶπος, ου, Muscipula. ἡ παγὶς τῶν μυῶν, ἡ μυάγρα, Eust. & Pollux: ab ἴπτω, quòd muribus noceat & perniciem afferat, aut eos opprimat. Nam ἶπος accipiendum hic est pro eo muscipularum genere quo mures opprimuntur. vnde ἰπὸς (scribitur enim & oxytonως) Hesychius esse dicit τὸ ἐμπῖπτον τοῖς μυσὶ ξύλον. ¶Item, Officina fullonis, Fullonica. τὸ τῶν κναφέων ἐργαστήριον, vt Pollux exponit, ex Archilocho citans κεῖται ἐν ἴπῳ. ¶Exponitur etiam κόλασις, τιμωρία, Pœna, Supplicium: item, Prætorium. ¶Item, Potus, πόσις, vt apud Hippocratem in μοχλικῷ Galen. exp. ¶Scribitur verò & ἶπος, cum circumflexo, quod exponitur πιεσμός, Pressus, siue Pressura. Pind. Olymp. Ode 4, ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις, ἶπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος, Onus ventosum quo centiceps Typhon premitur. Apud Pollucem autem aspero spiritu scribitur ἵπος & ἱπόω, contrà quàm in aliis libris: apud Hesychium autem est etiam ἰπνοδομεῖν & ἰπούμενος, idque suo loco, id est post ἰπνώτης: Apud eundem est ETIAM Εἶπος, itidem παγὶς, καὶ τὸ βάρος.

Ἰπόω, ῶ, Premo, more fullonũ aut muscipulæ. πιέζω. Suid. ex Aristoph. Eq. ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς. Pollux ex Cratino, δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς, Dabis mihi luculentas pœnas pressus miserus. Annotat Pollux verbum ἰποῦν & ἰποῦσθαι acceptum pro ἀποθλίβεσθαι & πιέζεσθαι, & κναφεύειν, fullonum esse propriũ. apud eum, sed perperam, scribitur ἱπούμενος. Ex Aristoph. Eustath. citat, ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς, exponens βλαπτόμενος.

C. Ἐξιπόω, ῶ, Exprimo. Dioscorides lib. 5, ἐξίπωσον τὸ ὕδωρ, aquam exprimito. Idẽ, εἶτα ἀποθλίβων πρὸς πλάκα ἐξίπου. & libro 1, capite 54, καὶ πάλιν ἐξίπου. paulo ante verò dixerat, ἐάσας τὴν νύκτα ἔκθλιβε: & paulo pòst dicit ἐκπίεζε. Galenus libro 1 De loc. aff. ... εἰς κάμινον ἐμβάψας ὡς ... ὅταν μαλακὴ γένηται, ἐξίπωσον, quum que mollis fiet, exprimito. Et in pass. Ἐξιποῦμαι, Exprimor. Dioscor. ἐξιπωμένα ῥόδα, Intritu pressa, seu expressa. & ἐξιπωθὲν ἔλαιον, idem quod ἐκπιεσθέν, vt ipse idẽ inquit. B. Medicamenta autẽ aliqua dicũtur ἐξιποῦν quæ malos humores extrahunt ac velut exprimunt & expurgant. Vnde & ἐξιπούμενος ab Hesychio exponitur καθαιρόμενος. Aetius libro 13, capite 1, de emplastrorum quæ à cane morsis adhibentur, facultate, καὶ γὰρ τὸν ἰώδη χυμὸν ἐξιποῦσι καὶ ἐκκενοῦσι τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἐπιπαγέντα, venenosum humorem ex dentium morsu relictum expurgant & quasi exprimunt. VNDE Ἐξιπωτικός, οῦ, ὁ, Cui exprimendi vis inest. Item Extrahendi & expurgandi vi præditus. vt ἐξιπωτικὰ φάρμακα, medicamenta quibus inest vis extrahendi & expurgandi, ac velut exprimendi malos humores: eadem fere quæ διαφορητικὰ & ἐπισπαστικά, id est discussoria atque attractoria. Galen. κατὰ γένη, libro 7, ... ταῦτα διὰ φαρμάκων διαφορούντων ... δηλονότι τὸ παχυμερὲς ἰχὼρ, οὐ μὴν ἰσχυρῶς γε καὶ ἀθρόως ... ὡς τὰ διαφορητικὰ ... φάρμακα. καλοῦσι δὲ ἐπισπαστικά τε καὶ ἐξιπωτικὰ τὰ τοιαῦτα.

¶Ἰπνός, siue Ἴπνος, ου, ὁ, Furnus, Testus siue Testum, φοῦρνος, κλίβανος, vt Hesychius & Eustathius exponunt. Sic accipit Erotianus hunc Aristoph. locum in Auibus, [τὴν πατέρα τὴν ...] κρεμάσαντες ... εἰς τὸν ἰπνὸν ... at scholiastes ibi annotat, ἰπνὸν propriè esse Caminum: καταχρηστικῶς autem poni pro ἐσχάρα, id est focus. ¶Item, Caminus, κάμινος, κλιβανοειδής, vt idem Hesychius & Aristoph. schol. & Erotianus apud Hippocratem exponit: (apud quem tamen esse qui ἴπνον pro furno accipiant, idem Erotianus annotat.) ¶Item, Culina, μαγειρεῖον. Aristoph. Pluto, Ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλαφρίζετο. Et in Vespis, εἰς τὸν ἰπνὸν εἰσελήλυθε, καὶ μιστύλλει τις ὅστις καταδέδυκε. In eadem comœdia, ὁ κύων παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνόν, ἁρπάσας τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε. In his tribus locis & apud scholiastẽ & in textu oxytonως scribitur. ¶Item, Lampas, Lychnus. λαμπτήρ, φανός, λύχνος. Aristoph. Pace, ἀπὸ δείπνου τινὲς τῶν πλουσίων οὗτοι βαδίζουσ' ἀστέρων, ἰπνούς ἔχοντες, ἐν δὲ τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ. ¶Apud eundem in Pace, κόλπου γυναικῶν διαπεπτηχυιῶν ἐς ἰπνόν, scholiast. ἰπνὸν positum annotat pro αἰχόν. ¶Idem Aristoph. in Cocalo, ἰπνὸν appellauit τὸν κοπρῶνα, id est Sterquilinium, teste Polluce & Hesychio. Apud quem Hesychium in hac significatione scribitur ἰπνός, at apud Pollucem ἴπνος cum accentu & spiritu leni in penultima. ¶Est etiam pars nauis, vt docet idem Hesych. Notandum verò, Cyrillum inter ἴπνος & ἰπνός hanc constituere differentiam, vt quum oxytonum est, Furnum significet: quum paroxytonum, Laternam siue Lampadem, τὸν φανόν. Quæ tamen scriptura non obseruatur. Cæterùm quod ad etymon attinet, Eust. ab ἴπτω deriuat, vnà cum ἶπος & ἰπόω, etymologiæ autem rationem non adfert.

C. Ἰπνολέβης, ητος, ὁ, ET Ἰπνολεβήτιον, ου, τὸ, Vas seu lebes ad aquam in furno seu testo calefaciẽdam. Lucianus Lexiph. ὁ δέ μοι ἰπνολέβης ὑπὸ παφλάζων, ἐς κεφαλὴν ἡμῖν ἐπιστρέψει τὰς ἀνθρακας. Polluci lib. 10, θερμαντῆρες, θερμαστρίδες, θερμαντήρια, χαλκία, ἐσχαρίδες, λέβητες, λεβητάρια, ἰπνολεβήτια, vasa sunt in quibus calefit aqua, ἵνα τὸ ὕδωρ θερμαίνηται.

C. Ἰπνοποιός, οῦ, ὁ, Qui furnos fabricatur. Luc. καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιούς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοί, Προμηθέας ἀπεκάλουν.

Ἰπνόω, ῶ, In furno seu camino vro, aut In furnum seu caminum conicio. Æschyl. Prometheo, de ipso Prometheo, Κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου Ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο, Ardens sub Ætnæ radicibus velut in camino. Sic legit etiam Aristoph. scholiast. Posset tamen fortassis legi etiam ἰπούμενος ab ἶπος: quo vocabulo in eadem re vsus est Pindarus, vt paulo antè in ἶπος videre potes.

Ἰπνίτης, ου, ὁ, Furnaceus, Testuaceus. vt ἰπνίτης ἄρτος, apud Athenæum libro 3, Panis furnaceus, Panis in furno coctus. Ex Timocle, κατεμάνθανον δὲ κριβανίτην θερμὸν ... θερμὸν ἰπνίτην ...

Ἴπνιος, ου, ὁ, Qui ex furno est, Qui furni est. vt ἴπνια λύματα, purgamenta & sordes ex furno. Aristophanis scholiast. ex Callimacho, Σοὶ δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἀείρειν. Quo tamen in loco ipse scholiast. intelligit τὴν κόπρον τῶν ζώων. Idem schol. ἴπνια substantiuè accipi tradit pro τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ ἰπνοῦ, ἢ τὰ πρὸς τὴν κάμινον ἐπιτήδεια καύσιμα, Furni seu camini sordes: aut Quæ in camino accendi & vri possunt.

¶Ἶψ, ἰπός, Vermis species qui cornua corrodit. Homerus Odyss. φ, de Vlysse arcum inspectante, πάντῃ ἀναστρωφῶν, πειρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα, Μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν ἀποιχομένοιο ἄνακτος. Deriuatur autem ab ἴπτω, id est βλάπτω, quòd cornibus sua corrosione noceat. ¶Accipitur etiam pro vermiculis qui vites seu vitium oculos infestant: licet eos proprio nomine ἶκας Alcæus nominasse existimetur. Vide Ammonium. VNDE Ἰποκτόνος, Qui vermiculos vitium oculos infestantes occidit. Eustath. Ἐρυθραῖοι δὲ Ἡρακλῆν ἰποκτόνον σεβάζονται, ὡς φθείροντα τοὺς ἀμπελοφάγους ἶπας.

ἼΣΟΣ, vel Ἶσος (nã & producta & correpta priore syllaba reperitur) Æqualis, Par. Homerus Iliad. υ, — εἰ δὲ θεὸς περ ἶσον τείνειεν πολέμοιο τέλος. Apud eundem, ἶσον ἐμοὶ φάσθαι non semel: item Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς, (vbi aduerbialiter accipi dicere possumus.) idem Iliad. ε, — μηδὲ θεοῖσιν Ἶσ' ἔθελε φρονέειν. Apud eundem non semel, ὡς μή τις ἀτεμβόμενος κί-

τὸ ἴσον, subaudito substantiuo: pro ἰσομοιρίας, id est virili parte. Budæus. Vtitur verò idem poeta sæpe pro ὅμοιος, id est Similis. vt Iliados λ, Ἐν δ' ἔστασ' ὑσμίνη, κεφαλὰς ἴσας εἶχεν. vbi scribit Eustathius accipi manifestè pro ὅμοιος. At verò interdum pro ὅμοιος quidem sumi ab Hom. sed ita tamen vt sit ἐμφατικώτερον, idem grammaticus alibi annotat. Exponit certè ἴσα, ὅμοια, in illo etiam loco quem ex Il. λ protuli: sed ego non video quid obstet quominus in altera significatione ibi sumatur. Annotat verò idem ab Homero quidem priorem huius nominis produci, à tragicis autem corripi. Quibus addo, prosæ scriptores hos potius sequutos esse quàm illum, vtpote apud quos ἴσος frequentius reperiatur quàm ἶσος. Inuenitur autem apud Hesiodum vtraque syllabæ quantitas in hoc vocabulo, videlicet ἶσος, vt in hoc versu, Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον: & alic ubi ἴσος, vt Μηδὲ δυωδεκάμηνον. ἶσον καὶ τοῦτο τέτυκται.

At in soluta oratione ἴσος, Æqualis, Par: (interdum verò & Æquus, vt paulo pòst docebo) ἴσον μέρος, Aristophani, Æqualis portio. Apud Athenæum ex quibusdam comicis, ἴσος ἴσῳ κεκραμένος, subaudi οἶνος ὕδατι: vt sit ἴσος οἶνος ἴσῳ ὕδατι: de vino pari aquæ mensura temperato. Dicitur etiam κύλιξ ἴσον ἴσῳ κεκραμένη, ab Aristophane. At verò ἴσον & πλέον opponuntur. Isocrates, οὐ μόνον ἴσον ἀλλὰ καὶ πλέον ἔχοντες ἀπήρχεσθε. Sic Xenophon, ἴσον τυγχάνειν & πλεονεκτεῖν inter se opponit. Et quod Latini dicunt Par pari referre, Græci dicunt τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι. Sunt verò & qui interpretentur ἴσοι ἴσω ἐπιφέρειν. (Et illud τοῦ ἴσου τυγχάνειν apud Strabonem, est etiam Pœnam parem, id est pœnam meritam & condignam, vel damnum accipere, vt inquit Budæus.) Interdum cum datiuo personæ: vt ἴσον σοι εἰσφέρω ex Demosthene, pro Confero paria tibi. id est tantum quantum tu. Apud eundem τὸ ἴσον, sequente ὅσον: vbi scribit, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν ὅσον ἐὰν τῷ ἰδιώτῃ, id est, Tanti publicè damnare, quanti priuato damnatus est, Budæo interprete. Et Xenoph. Pædiæ 1, εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τῇ ἱππικῇ τοῖς ἡλικιώταις. Interdum ἴσον & δίκαιον copulant (vbi meminisse oportet vocabuli Latini Æqualis deducti ab Æquus iustum itidē significante) vt in epist. Philippi, πῶς ἐστὶ τοῦτ' ἴσον ἢ δίκαιον; Et ἴση καὶ δικαία δίκη, Demostheni. Idem, ἐκ ποίας γὰρ ἴσης καὶ δικαίας προφάσεως ξένος ἢ φίλος Αἰσχίνης τῷ Γλαυκοθέας ἦν Φιλίππος; id est Æqua, Non culpanda. Bud. (Sed & ἴσον pro δίκαιον apud Thucydidem, si eius scholiastæ credim⁹) Frequenter verò ὅμοια quoque iungitur cum ἴσα. vt Xenoph. ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις. pro Æquis conditionibus. Et in singulari ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ apud Thucydidem sæpe, & reliquos, (vel ἐπὶ τῇ ἴσῃ cum articulo) Pari iure & conditione. vel Æquali vtrinque conditione iuris sui obtinendi. Sed hic subauditur substantiuū, vt tradit B. pag. 976. vbi affert & ἴσος ex Homero pro ἰσομοιρίας. Apud Thucydid. alicubi cum ἀπὸ τῆς ἴσης subaudiendum putatur substant. μοίρας: alibi πολιτείας. quum dicit τῆς ἴσης μετέχειν: at verò συμπλασίας, vbi scribit, ἀπὸ τῆς ἴσης κοινῆς στρατείας ἐπιστάντων. Denique cum hoc nomine subauditur etiam interdum τιμή: interdum verò & δίκη. Substantiui autem locum sæpe obtinet ἴσον, & exponitur non solùm Æqualitas, item Æqualis portio seu Æqua: sed etiam Æquabilitas, item Iuris æquabilitas, item Ius. vt τὸ ἴσον ἔχω, Ius meū obtineo, (quod & τοῦ ἴσου τυγχάνειν, interdum.) Et ἀπὸ τοῦ ἴσου Thucyd. itidem, vt ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, pro Pari iure & conditione: interdum verò Ex æquo iure. At σφίσιν ἀπὸ τοῦ ἴσου γίγνονται apud eundem redditur Cum ipsis exæquarentur. In vulg. lexicis affertur & δι' ἴσου pro Per æquas portiones: & ἐν ἴσῳ pro In pari conditione. Item, ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν πᾶσι ex Euripide pro Id ex æquo ad omnes pertinebat. Et ex Thucydide, ἐν ἴσῳ εἰ καὶ μὴ συμβῇ, pro Perinde acsi. Dicunt autem interdum ἴσα sequente καὶ, aduerbialiter, hac in significatione, id est pro Perinde, Æqué. Thucyd. libro 3, καὶ Δία τὸν ὀλύμπιον, ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμέν, perinde vt supplices, æquè atque supplices. vt Budæus vertit, afferens

A & ex Laertio in Polemone, pag. 189, Νικοστράτῳ γοῦν ποτ' ἀναγινώσκοντός τι τῶν ποιητῶν αὐτῷ τε καὶ Κράτητι, τὸν μὲν συνδιατίθεσθαι, τὸν δ' ἴσα καὶ μὴ ἀκούειν, hunc autem, perinde ac si non audiuisset. (quibus verbis significat ἀπαθείαν eius) Et ex Gregorio, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμωρίας. Apud eundem autem ἴσα δυνάμεις exponit Idem posse, Et ἴσα δρῶσι τοῖς σώμασι, æquè pollent ac corpora. Itē cum datiuo, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, Pari gradu incedens cū Pythocle. quod prouerbiale est. ἴσον autē aduerbialiter: vt apud Homerum Iliad γ, Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ, Æquè ac. Et ἴσον ἀπέχειν, Thucydidi,
B Æqualiter abesse, Tantundem abesse.

Ἴσα κῶλα apud rhet. vide in Ἰσόκωλον.

Ἴσαι μαρτυρίαι Marci cap. 14, v. 56, Paria testimonia, id est cohærentia. Vet interpr. Conuenientia.

Ἴσος de numero etiam dicitur. nam (vt scribit Aristoteles Polit. 5, pag. 157) ἴσον est διττόν, τὸ μὲν ἀριθμῷ, τὸ δὲ, κατ' ἀξίαν. Sic igitur Xenophon dixit ταῖς ἴσαις ναυσί, totidem naues, Hell. 1, Ἀθηναίους ἔχειν ταῖς ἴσαις ναῦς. Et Herodotus ἴσα ἔτεα, Totidem anni. Gregorius verò singulari etiā
C numero ἴσον pro ἰσάριθμον dixit. nam vno in loco scribit ὅσοις τὴν τελειοῦν ἐμφαίνειν τὸν Ἥλιον φησί ποτε, καὶ τὸν αὐτὸν τὴν ἰσάριθμον κατὰ τῶν ζῳδίων ἐπιλάμπειν: in altero autem, Ἐλισσομένων τὴν ἴσην ἀνακάμψει ἐπὶ τὸν παῖδα τῆς Σουμανίτιδος, totidem inclinationes & incuruationes (q.d. totam. vt dicitur Totam quotam) pro τοσαύτας ἀνακάμψεις. B. Frequenter verò dicitur ἴσος vel ἴσοι τὸ ἀριθμόν seu τῷ ἀριθμῷ, pro ἰσάριθμος & ἰσάριθμοι. Aristoteles, ἐνίοτε τούτοις ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἐκόμισεν. Idem, ἴσα τῷ ἀριθμῷ & ad τούτοις ἔχουσι καὶ ἄλλα.

D Ἴσως, aduerb. Æqualiter, Æquè, Æquabiliter, Cum æquabilitate. cui opponitur ἀνίσως. Demosthenes Olynth. 3, ἐκ δὲ τοῦ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ πιστὰ, τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς, τὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἴσως διοικεῖν, μεγάλην εὐκόσμως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν. Sed rarum est ἴσως in huiusmodi significatione. (EST ENIM ἴσως Fortasse, in ea quæ passim obuia est signif. Aristoteles Rhet. 2, καὶ ἀμφισβητοῦσι προστιθέασιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. Xenophon Pæd. 4, ἴσως μὲν οὖν οὕτως ἔχει. Et ἴσως μὲν, cui redditur ἴσως δὲ, apud Platonē in Apol. Item ἴσως geminatum apud Demosthenem Olynth. 3, ἴσως ἂν ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλεῖόν τι καὶ μεῖζον ἀγαθόν. Plato in vno membro ἴσως, in altero
E τάχα posuit in Minoe, καὶ ἴσως καλῶς λέγεις, τάχα δ' ἂν μᾶλλον εἰσόμεθα. Sæpe verò adiungitur hoc ipsum τάχα, & ἴσως τάχα dicitur οὐκ ἐν τῷ προσθεμένου. vt ab eodem Platone in Apologia, σὺ δ' ἴσως τάχ' ἂν ἀχθόμενοι, ῥᾳδίως ἂν ἀποκτείναιτε. Item τάχα præcedente. vt τάχα πάνυ ἴσως, in vulgatis lexicis. Et ἴσως δήπου, eadem ex Platone De leg. Dicitur & ἴσως που, sicut τάχα που, vacante particula που.
F Sciendum est autem & ab Aristotele & ab aliis interdū ἴσως adhiberi locis quibusdam vbi alioqui de re minimè dubia agitur: adeo vt addi videatur ad loquendum modestius. Cæterùm ἴσως hac in significatione à nomine ἴσος fieri minimè censeo: de eo tamen hic dixi, quòd nullum aptiorem locum inuenirem.)

ADVERBIALITER autem ponitur non solùm ἴσα, de quo iam dixi: sed ETIAM Ἐξίσως, Ἐπίσως. (quæ & disiunctim Ἐξ ἴσως ET Ἐπ' ἴσως.) ITEM Ἐξίσου quod & ipsum sæpe disiunctim Ἐξ ἴσου scriptum inuenitur. Chrysostomus, ἐπειδὴ μήτι ἐστὶ τις ὅτῳ μέλει τῆς
G σῆς ἀδοκιμασίας, ἐξίσως ἐμοί, Æqualiter mihi, Æquè ac mihi. Apud Libanium autem ἐξίσως ἀπέλθοιεν οἱ δικασταὶ, pro Adæquarunt sententiæ iudicū. Bud. Et ἐπίσως apud Xen. dictum pro Æquè ac, vel Perinde, eodem modo quo ἐξίσως in illo Chrysostomi loco: itidémque cum datiuo, ἐπίσως ἐμοί. Est autem medium τοῦ ἐν ἐλάττονι & ἐπὶ πλεῖον, vt annotat Budæus: qui etiam affert ex Alex. in Topic. 35, ἐπίσως λεγόμενον esse τὸ ἀντικατηγορούμενον. At ἐξίσου vel ἐξ ἴσου (de vtroque enim simul agam) aliis etiam modis & construitur & exponitur quàm
H præcedentia. In vulgaris lexicis ἐξίσου, Æqualiter, Ex æquo, Tātundem. Et οἱ ἐξίσου ex Plat. De leg. Æquales, Pares. Item ex Lucian. ἐξίσου κατασταθήσονται τοῖς φιλοσόφοις, In eodem quo philosophi ordine habebuntur. Et ex Demosth. ἐξίσου ποιεῖν, Exæquare. Budæus autem ἐξ ἴσου

Digitized by Google

disiunctim affert cum eodem verbo, ex Aristide ἐξ ἴσου ποιῶν πρὸς ἑαυτὸν, pro Æquare sibi aliquem, Æqualem facere. At τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι, pro Iisq; nobis sunt æquales: in hoc Xenophontis loco, διαλεγόμεθά τι ἀγανακτοῦμεθα τοῖς πρεσβυτέροις μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι. Affert verò & ἐξίσου coniunctim, pro Ex æquo, in hoc loco Lysiæ, ἐξίσου τοῖς πλουσιωτάτοις συνών. At ex Andocide disiunctim rursus, ἐξ ἴσου χρῆσθαι τοῖς πολίταις.

C. Ἰσοσθενής, Ἰσοσκελής, Ἰσοσταθμος, ponenda erunt in σθένος, in σκέλος, in σταθμός. Quod & de aliis huiusmodi dici intelligendum est.

C. Ἄνισος, ου, ὁ & ἡ, Inæqualis, Impar. Aristot. Polit. 7, αὖ τι ἴσον, αὖ τι ἄνισον μεταλαμβάνουσι. Idem libro 5, πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. Et ἀνίσους apud eundem, de persona dictum, Non æqualis, sed superior, vel inferior. HINC Ἀνίσως, Inæqualiter. ET Ἀνισότης, Inæqualitas. vt apud eundem Aristot. ἀνισότης κτήσεως & τῆς τιμῆς.

C. Πάρισος, Æqualis, vel Compar, vt Budæus exponit, afferens ex Polybio, πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις τὸ τῶν συμμάχων. ‖ Πάρισον apud rhetores, Propè æquatum. Quod constat similibus membris, teste Aquila. Quintilianus libri 9, capite 3, quum dixisset similium ferè quadruplicem rationem esse, inter alia subiungit, Aut certè par est extremis syllabis consonans, Non verbis sed armis. Et hoc quoque quoties in sententias acres incidit, pulchrum est, Quantum possis in eo semper experire vt prosis. Hoc est πάρισον, vt plerisque placuit. Cleosteleus πάρισον existimat quod sit è membris non dissimilibus. Hermogenes autem, πάρισον esse ait σχῆμα λόγου ὅταν τὸ αὐτὸ ὄνομα ἄλλην καὶ ἄλλην προσλαβὸν συλλαβὴν, διαφόρους διανοίας ἔχῃ. vt apud Isocratem, ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Et apud Thucydidem, καὶ προεπιβουλεύειν αὐτοὺς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. Eustathius pag. 1577, καίτοι δὲ καὶ ἐπιφανὲς πάρισον, ὡς ἐν τέλει στίχων κείμενα, τὸ ἐξισωσάμην καὶ τὸ μυθησάμην.

Παρίσως, Æqualiter. B. ex Demosth.

Παρισόω, ῶ, Adæquo, Æquale reddo, seu par, aut compar. Item Æquiparo. Plato De republica libro 6, ἄνδρα δὲ ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὡμοιωμένον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τελέως οὐ πώποτε ἑωράκασιν. id est Adæquatum. B. VNDE Παρίσωσις, Adæquatio. Apud rhetores autē significat peculiariter structurā orationis cui adhibentur quæ πάρισα vocantur, (de quibus modò dictum fuit) Aristoteli in Rhet. 184, παρίσωσις & παρομοίωσις & ἀντίθεσις, structuræ sunt orationis, inquit Budæus. Quidam παρίσωσιν ex Quintil. interpr. Pares eloquutionum tractus.

Ἰσόω, ῶ, Æquo, Adæquo. Xenoph. Pædiæ 7, pag. 116, in fine, εἰ δὲ τὰ δῶρα τῆς τοῦ σώματος ἰσχύος μαθοῦσιν δοκοῦσιν, ὁ ἀνδρὸς ἂν ἰσοῖ τοὺς ἀσθενεῖς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς ἰσχυροῖς. ‖ Item, ἰσώσασθαι pro Æquiparare se, vel Æquiparari. Homer. Odyss. η, versu 207, — τοῖσιν καν ἐν ἄλγεσιν ἰσωσαίμην. (Legitur tamen ἐξισωσαίμην non solùm in textu commentariis Eustathii inserto, sed etiam apud ipsum Eustathiū. quod valde miror, quum hanc lectionem versus nullo pacto admittat) Arat. ἐπεὶ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλεν ὁκείτη Δωρίδι καὶ Πανόπῃ μεγάλων ἄπο ἰσώσασθαι.

C. Ἀνισόω, ῶ, Exæquo, Adæquo. vnde ἀνισωθεὶς πλήθει, ex Herodoto, Exæquatus numero, Adæquatus numero, Par numero. ‖ Exponitur etiam Ad æqualitatem redigo. ‖ Item pro Permuto, Commuto. Budæus ex Platone in Politico, 175, καὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα διακομίζοντες ἐπ᾽ ἀλλήλους καὶ ἀνισοῦντες, οἱ μὲν, κατ᾽ ἀγοράς, οἱ δὲ πόλιν ἐκ πόλεως ἀλλάττοντες, νόμισμά τι πρὸς τἆλλα καὶ αὐτὸ πρὸς αὐτὸ διαμείβοντες. Animaduertendum est autem non esse hoc ἀνισόω ab ἄνισος (quum repugnet significatio) sicut est παρισόω à πάρισος: ideóque seorsum poni.

C. 2. Ἐπανισόω, ῶ, idem. Exponitur & Compenso.

C. ἈΝΤισόω, Adæquo, Exæquo, Æquo, Æquale reddo. Et pass. Ἀντισόομαι, οῦμαι. Adæquor, &c. Greg. πόσον γὰρ εἰσοίσομεν δάκρυον, ἵν᾽ ἀντισωθῇ τῇ πηγῇ τοῦ βαπτίσματος;

C. ἈΠισόω, ῶ, idem quod præcedētia ἀνισόω & ἀντισόω, Adæquo, Exæquo, Ad æqualitatem redigo. VNDE Ἀπίσωσις, Adæquatio.

C. ἘΞισόω, Æquo, Adæquo, Æquiparo. vnde ἐξισοῦμαι, Æquor, Æquiparor. Thucydides 1, ἐπειτα δὲ ἀδύνατα ἐξισοῦσθαι. Budæus tamen ἐξισοῦσθαι reddit etiam Adæquare, dicens idem esse quod ἰσάζειν, & Homero ἰσοφαρίζειν. Polit. apud Herodianum vertit etiam Conferri. At in hoc Plutarchi loco in Themist. τοῖς βαρβάροις ἐξισούμενοι τὸ πλῆθος, Barbaris pares numero. Apud Sophoclē autem in Electra p. 131, Μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ᾽ οὐδὲν ἐξισοῖ, sunt qui ἐξισοῖ neutrum esse velint pro ἴσον ἐστὶ. schol. exponit οὐκ ἴσα πράττει τῷ τῆς μητρὸς ὀνόματι. In v. l. redditur, Nihil matris nomini respōdet, nec quicquā matre dignum facit. Ego verò arbitror οὐδὲν ἐξισοῖ. posse reddi (seruando receptam huius verbi significationem) Nulla in re officium maternum adæquat, vel affectum.

Ἰσάζω, Æquo, Adæquo. vt ἰσάζειν τὰς κτήσεις καὶ ὁμαλίζειν τὰς οὐσίας, Aristot. Polit. 2, pag. 111. Sed interdum absolutè etiam ponitur, vt Adæquare apud Ciceronem. Sic ἰσάζουσαι ψῆφοι, quum adæquant iudicum sententiæ. Alia exempla vide apud Budæum pag. 735. vbi & ἰσάζοντα ζυγὰ pro æquilibrio ex Aristophane. COMPOS. Ἀντισάζω, Æquo, Adæquo, Compenso. Apud Aristotelem ἀντισάζειν & ἐπανισοῦν idem significāt, vt ait Budæus, adscribens hunc Aristotelis locum, ex lib. De part. anim. 2, ἵνα ἀντισάζῃ τὴν θατέρου ὑπερβολήν. Passiua vox est ἀντισάζομαι, Æquor, Adæquor, Compensor. ITEM Ἐξισάζω, quod (sicut ἰσάζω) interdum verbum neutrū est, pro ‖ Adæquo, item pro Idem polleo apud Themist. vt inquit Budæus: quem vide & pag. 618. vbi etiam scribit ἐξισάζοντα dici apud dialecticos (sicut ἀντιστρέφοντα) ea quæ ἀντικατηγορεῖται. id est quæ inter se vicissim prædicati & subiecti vicem obtinent.

Ἰσάκις, Æqualiter, Pariter. Vel Totidem vicibus.

Ἰσαχῶς, Pariter. Item Totidem modis. Aristoteles Ethic. 1, cap. 6, τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι, Bonum totidem modis dicitur quot modis id quod est.

Ἐΐσος, η, ὁ, pro ἴσος, poeticum est. Iliad. β, de equabus, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας. Item, ἀγρὸς πάντας ἐΐσας, id est ἰσοπλεύρους, quarum latera æqualia erant. Sic Odyss. ε, ἀσπίδας πάντοσ᾽ ἐΐσας. Et δαὶς ἐΐση aliquoties apud eundem pro dapibus quæ æqualiter omnibus distribuuntur. vt Iliad. α, Δαίνυντ᾽. οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης. id est ἰσομοίρου. Et ἐΐσαι φρένες apud eundem, Animus moderatus & stabilis, Suique semper similis, Ἀκηδέες καὶ ἀγαθαὶ φρένες. Odyss. ξ, Τοῦ δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐΐσας. Vbi sunt etiam qui exponant ταχεῖς, ac deriuent ab ἵεσθαι.

ἩΜΙΣΥΣ, εος, εις, (non enim Atticè declinatur, ἡμίσεος, ἡμίσεων, sed ἡμίσεος & ἡμισέων, vt Eustathius tradit) ὁ, f. g. ἡμίσεια, n. ἥμισυ, Dimidius. Thucyd. ἥμισυ τεῖχος, Dimidius murus. Aristoteles ἥμισυ μέρος, Dimidia pars. Thucydides lib. 1, τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο, Dimidia ex parte altitudo illa absoluta est quam animo conceperat. Plutar. Fab. αὐτοὺς δὲ οὐδ᾽ ἥμισυ μέρος ὄντας, ne dimidiam quidem partem numero explentes. Ἡμίσεες, Dimidia pars. Odyss. γ, Ἡμίσεες δ᾽ ἄρα λαοὶ ἐρητύοντο μένοντες, Ἡμίσεες δ᾽ ἀναβάντες ἐλαύνομεν. Xenophon, ἱππέας ἡμῖν εἶναι μεῖον ἢ τρίτον μέρος τοῦ τῶν πολεμίων ἱππικοῦ, πεζοὺς δὲ σχεδὸν ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις. Thucydides, ἡμίσεις ἡγησάμενοι, Dimidia pars existimans. Athenæus lib. 15, de corollis, τῷ δευτέρῳ δίδωσι τοὺς ἡμίσεις, Dimidiā partem ex sexaginta coronis. Sic neutro genere apud Athenæum lib. 12, ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίσεα κατέλιπεν. Τὸ ἥμισυ, Dimidium, vel Dimidia pars. Iliad. ν, — τὸ δ᾽ ἥμισυ κεῖτ᾽ ἐπὶ γαίης. Hesiod. Erg. οὐδ᾽ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Et apud Athenæum ἐκ τοῦ ἡμίσεος, Dimidia ex parte. Apud Thucydidem ὑπὲρ ἥμισυ, Supra dimidiam partem. Et apud Dioscoridem ἄχρι ἡμίσεος ἑψηθῆν, Ad dimidias decoctū. Item aduerbialiter pro Dimidia ex parte. Idem Hesiodus Theog. de echidna, Ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα καλλιπάρῃον, Ἥμισυ δ᾽ αὖτε πέλωρον ὄφιν.

Ἥμισυς, ἡμίσεια & ἥμισυ, vel plur. ἡμίσεις &c. aliquādo cū

genit.cōſtruũtur:& tunc Lat.redduntur Dimidia pars. A
Plato De leg. τοὺς ἡμίσεις τούτων, horum dimidium. Et neu
tro genere apud Homerum Il. ι, ἥμισυ μείρεο τιμῆς. Et in
prouerb. ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Herodotus, ἥμισυ ἀψῖδος.
Idem ἥμισυ ἡμέρης. Thucyd. libro 8, ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου
ζῶν. Xenoph. ἥμισυ αὐτῶν, dimidia ipſorum pars. Sic
accipitur etiam plur. ἡμίσεα & ἡμίση, pro ἥμισυ ſimpli-
citer. Demoſth. τὰ ἡμίσεα τῶν φανέντων, dimidiam partē
eorũ quæ detuliſſet. Ariſtot. Œc. 2, τὰ ἡμίσεα ὧν εἶχεν, di-
midiã partē eorũ quæ quiſque haberet. Plato De leg.
τὰ ἡμίσεα τῆς χορείας, dimidium choreæ. At apud Xeno- B
phontem, τὰ ἡμίσεα τῶν ἄρτων, panes dimidiatos. Di-
citur etiam eleganter, ὁ ἥμισυς τοῦ χρόνου, & ἡμίσεια τῆς γῆς,
pro Dimidia pars temporis, & Dimidia ſoli pars: ſeu
τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου, & τὸ ἥμισυ τῆς γῆς. Demoſth. ad Lept.
ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, ὥστε τὸν ἡμισυν ἔστ' ἀπαλλὰς
τοῦ χρόνου, Dimidiatum tempus: vt Cicero dicit Dimi-
diati menſis cibaria. Thucyd. τῷ ἡμίσει τοῦ στρατοῦ, dimidiæ
exercitus parti. Sic apud Demoſthenem in plur. ἡμίσεσι
τῶν ἱππέων, dimidiæ parti equitum. Et apud Xeno-
phontē, τῶν ἄρτων τοὺς ἡμίσεις, dimidiatos panes. B. Ma- C
ſcul. & fœm. genus ſic vſurpatum habes in hoc loco A-
lexidis apud Athenæum libro 2, Τὸν μὲν ἴδ' αὐτὴν, τοῦ βίου τὸ
ἥμισυ ἀπολωλεκέναι νομίζει. τὴν δὲ [ποιητὴν] τῆς τέχνης τὴν
ἡμίσειαν. Thucyd. ἐπὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς γῆς, ob dimidii ſoli
vſumfructum. Xenoph. Pædiæ 5, τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλα-
κῆς ἔχειν, dimidiam partem excubiarum. Plato epiſt.
7, τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας, τῆς Δίωνος, τὴν δὲ ἡμίσειαν, τοῦ υἱέος,
dimidiam fortunarum partem. Sunt tamen qui hic
ſubſtantiuè capi velint. NAM Ἡμίσεια accipitur in-
terdum pro ἡμίσεια μοῖρα, dimidia pars (ſicut ἥμισυ pro D
ἥμισυ μέρος) vt quum dicitur ἐξ ἡμισείας, dimidia ex par-
te: & ἐφ' ἡμισείᾳ. quorum priori Plato, altero Demoſth.
vtitur. Syneſius epiſt. 10, ἐξ ἡμισείας ἐν ἐσπέραις πονήρως,
ex dimidia parte agitarē miſerè & infeliciter. Sic verò
dicitur etiam ἐξ ἡμισολίας.

Ἥμισυ, Semis. Athen. 97, ὁ μὲν οὖν δὲ πλείονος δυοῖν δρα-
χμαῖν καὶ ἡμίσους. Sic Plut. in Cat. ἄδοξος ὢν αὐτῆς ἀπο-
βαλεῖν δραχμῶν ἑκατὸν ἀργυρίου, δέκα δύο ἥμισυ μνειά-
δας Bud.

Deriuant autem ἥμισυς ex ἅμα & ἴσος, q̇ duæ dimi- E
diæ partes ſimul coniunctæ ipſum totum æquent.

Ἡμισεύω, Dimidius ſum, Dimidia ex parte æquo. Itē,
Ad dimidiam partem redigo, ſeu Ad dimidias deco-
quo. Bud. ex Hippiatr. ἕως ἡμισευθῇ. VNDE Ἡμί-
σευμα, ατος, τὸ, Dimidium, Dimidia pars. Gregorius De
homine.

ΙΣΤΗΜΙ,

ET ἱστάω, ῶ, ET ἱστάνω, Statuo, Erigo. Lubenter autem à verbo Statuo inci-
pio, tum vt in compoſitis ab ἵστημι incipiam itidem à
compoſ. verbi Statuo, vbi id fieri poterit: tum quòd vi F
deam Virgilium duobus in locis dixiſſe Statuere cra-
teras, pro eo quod Homerus κρητῆρα στήσασθαι, Il. ζ, in pe
nult. verſu. Dico autem, vbi id fieri poterit, quia nō-
nulla compoſita reddenda potius erunt compoſitis à
Siſto: aliqua verò nec his nec illis vertere licebit. Sed
quod dico de iis quæ interpretabimur per compoſi-
ta à Siſto, id de paſſiua voce potius intelligendum eſt:
in qua interpretatione locum alioqui habebunt & cō-
poſita à Sto.

Vt igitur στήσασθαι κρητῆρα apud Homerum poſſu- G
mus ex Virgil. interpretari Statuere craterem (obiter
autem ibi obſerua στήσασθαι vocem mediam pro actiua
στῆσαι) ſic & στῆσαι τρόπαιον, quod paſſim legitur, & quidem
apud Xenophontem præſertim (qui & στήσασθαι τρόπαιον
dicit) eſt M. Tullio Statuere trophæum. Quò pertinet
εἰκόνα χαλκοῦν apud Dem. pro Statuã æream alicui ſta-
tuere. Sed rurſus quod Homerus Iliad. α, & alibi dicit
ἱστὸν στήσασθαι, redditur vel Malum ſtatuere, vel Malum
erigere. At Od. ο, v. 127, Εἶχε μὲν ῥ' ἱστὸν φέρων περὶ κίονα
μακρὴν, ſunt qui ἔστησε vertant itidem Statuit, alii ſim-
pliciter Poſuit. ego priorem interpr. malim: aut certè H
eodem ſenſu, Erectam collocauit. ſequitur enim itidē
πρὸς ἐγχέων dictum ἱστάν, pro quo habet Euſtath. πρὸς ὀρ-
θότητα ἱστάν. Pro Erigo autem poſuit & Ariſtoteles

A apud quem horror ἵστησι τὰς τρίχας, pro Erigit, id eſt Fa-
cit vt erigantur. Dicitur etiam ἱστάναι τὰ ὦτα, quod La-
tinè eſt potiꝰ Arrigere aures. Sed Sophocles addidit ὀρ-
θὸν minimè neceſſarium, in Electra, ὀρθὸν οὖς ἱστάν. Refe-
rendum huc & στῆσαι τεῖχος quod ex Thucydide affer-
tur pro Extruere murum, ſiue Excitare murum. Ha
bet verò & alteram excitandi ſignificationē, ſecundũ
quoſdam qui Odyſſ. ξ, στῆσαι νεφέλην interpr. Excitare nu
bem. Sed & στῆσαι φυλόπιδα apud eundem poetam ſunt
qui Excitare pugnam vertant, alii Committere pugnã:
B quidam verò & compoſito à Statuo (de quo antea di-
xi) vtentes, interpr. Inſtituere pugnam. quod neſcio an
ſatis Latinum ſit hac in ſignificatione. nam Certamen
inſtituere apud Ciceronem aliud eſt quàm Certare.
(Sed & ἵστησι βοὴν apud Euripidem reddi fortaſſe poſſit
itidem Excitat clamorem.) Et quoniam in men-
tionem verbi Inſtituo incidi, Budæus ἱστάναι χορὸν ver-
tit Inſtituere, apud Plutarchum. ſed Inſtituere accipiēs
pro παιδεύειν. vt videbis pag. 470. Eſt certè locus &
alii compoſito à Statuo, in ἱστάναι βασιλέα apud Herodo
C tum: id enim eſt quod Cicero Conſtituere regem di-
cit, & quidem ipſum Herodoti locum interpretans, vt
oſtendet pag. 137 mei Cic. lexici.

Ἵστημι, Siſto. Item Colloco. Xenophon κελεύει αὐτὸ τὰς
ἀγέλας ἱστάναι. idem Pæd. 6, πλαισίοις μὲν τοι στῆσαι τοὺς ἐπὶ
πᾶσι καλουμένους. Plato Pol. 2, τοῦτον δὲ τοιοῦτον ὄντα, τὸν δί-
καιον παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ. quo dicit modo & in Theæ-
teto στήσομεν αὐτοὺς τῷ λόγῳ. Plutarchus in Themiſt. ὅτι
τοῦτο στῆσαι βεβαίως αὐτόν.

Ἵστημι, Siſto: ſed in altera ſignif. qua videlicet dicitur
D aliquis Siſtere curſum. vnde & Inhibeo, Reprimo, red-
ditur. Philoſtr. in epiſt. πόσους ἱστᾶς ἐπειγομένους; πόσους κα-
τέχεις ἀποδραμεῖν ἐθέλοντας; Dioſcor. l. 1, κοιλίαν ἱστᾶσι. Syneſ. epiſt.
73, στῆσαι τὸ κακόν. Item στῆσαι νέας apud Homerum O-
dyſſ. ο, Appellere naues, Στῆσαι δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας
ἀμφιελίσσας. Includi autem & hic verbo ἵστημι quandam
ſiſtendi ſignif. docebo in Καθίστημι, quo eadem in re
idem poeta vtitur.

Ἵστημι, Appendo, Pondero. (hinc, vt opinor, ducta ſi-
gnif. quòd erigi ſoleant quæ appenduntur) Xenophon
E Pæd 8, τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱστάντες πράγματα
ἔχουσι. Idem Apomn. 1, ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας
ἢ στήσαντας εἰδέναι. vbi obſerua eundem quem & in altero
loco ſeruari horum trium ordinem. Eſt autem Home-
rica & hæc ſignificatio.

AT Ἔστην ET Ἕστηκα AC Ἑστάναι, vide partim cum Ἵστα-
μαι, partim poſt: quòd hæc ſtandi ſignificationē indē
habeãt, aliáſque neutras. AT Στήσασθαι viciſſim, quia
ſignif. actiuam habet, quære cum Ἵστημι.

P. Ἵσταμαι, Sto. vt Il. β, Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη, propè ſtans. (quod
F hemiſtichium alibi repetitur) Sic apud Soph. τὰς ἀμφι-
ὸν Ἀργείων πύλας ἵστω. id eſt ἵσταθι. Sic & στῆναι ſæpe poni-
tur tam in proſa quàm in carm. vt Il. ε, Τίφθ' οὕτως ἕστη-
τε τεθηπότες. Soph. Trach. Καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλησίον
πατρός. Xen. Pæd. 4, καὶ εἰς τὸ μέσον. Athen. μόνος Σωκράτης
βλεπεδαίμων καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων ἐστήκει. vbi Bud.
reddit Conſtiterat. Et ὀρθὸς στῆναι παρὰ Hom. Stare erectus
in pedes, Odyſſ. σ. quum tamē alioqui & στῆναι per ſe E-
rectum ſtare reddi poſſit. In v. l. legitur & ἵσταται ὀρθὸς
pro In pedes erigitur. Item ἵστανται τρίχες apud Ariſtot.
G Stant arrecti. Apud Thucyd. autem ἵστασθαι πρός τινα
p. 195, Stare aduerſus aliquem, id eſt Reſiſtere ſeu Ob-
ſiſtere alicui. Virgil. dixit itidem Cōtrà ſtare. Alicu-
bi ἵσταμαι redditur etiam compoſito verbo à Sto: vt ἱστα-
μένου δὲ χρόνου Ariſtot. in Œcon. Inſtante tempore, vt
interpr. Bud. qui tamen ἱσταμένοιο μηνὸς apud Hom. (quo
genere loquendi vtuntur & proſæ ſcriptores) vertit In-
eunte menſe: & ἔαρος νέον ἱσταμένοιο apud Heſiodum, Ve-
re nuper ineunte. Item Ἵσταμαι pro Perſto, in v. lex.
Nonnũquam ἵσταμαι redditur etiam aliquo cōpoſito
à Siſto, videlicet aut Deſiſto, aut Cōſiſto, aut Perſiſto,
H aut etiam Inſiſto. quarum ſignif. exempla ſubiungam.
Demoſthenes Philipp. 4, οὐ στήσεται τοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀδι-
κεῖν, Non deſiſtet ab inferenda iniuria, vel, Non deſinet
inferre iniuriã. Sed frequentius eſt cũ genit.: vt ἐνταῦθα

σπαύμεθα τοῦ λόγου. Sic Chrysost. εἰ γὰρ πλουτοῦσι, οὐδαμοῦ τῆς ἀπίστου ζητήσεως ἵστανται ἐπιθυμίας, Desistũt ab hac cupiditate. Vel, Finem imponunt huic cupiditati. At pro Consisto, id est Quiesco, apud Demosthenem Philipp. 4, ὡς οὐ συνίσταται τοῦτο αἰδὼ μεγάλου πρὸς κακοῦ. Et apud eundem in Midiam, οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἵσταται τὸ πρᾶγμα. licet. n. sciã B. vertere, Nec tamẽ hic res insistit, sed porro progreditur: malo reddere Consistit, seu Constitit. Herodianus, ἔστη γὰρ οὕτω τὸ δεινόν, Ita constitit, Ita quieuit, Ita sedatum fuit. Ἵσταμαι pro Persisto, ex vulg. lex. accipio, in quibus affertur ex Greg. ἱστάμενος ἐπ' ὀλίγων ῥημάτων, pro In paucis verbis persistens. Denique pro Insisto, ex Galeno ad Glauconem, ἵστασθαι πρὸς τὸ σφοδρότερον Insistere aduersus id quod vehementius est. Hic autẽ meminisse oportet eius ἵστασθαι Thucydidis, quod eidẽ præpositioni iunctum, dixi posse verti Obsistere vel Resistere.

Ἵσταμαι actiua etiam signif. posuit Xen. Hell. 7, τρόπαιον τι ἵστατο, trophæum statuebat.

Σταθῆναι autem passiuè ponitur. vt σταθῆναι ἐν ἀγορᾷ dicitur ab Aristot. id est (ad verbum) Statui seu erigi in foro, is cui statuitur seu erigitur statua. Virgil. autem eadem de re Stare dixit Georg. 3, Stabunt & Parii lapides, spirantia signa.

Ἑστάναι quoque interdum verbo Stare vel Iacere, interdum pass. Situm esse, vel Positum esse, redditur. ἑστῶτες κατὰ βορέαν, Thucyd. Et τὰ γράμματα ἕστηκε apud Demosthenem. quod Bud. vertit, Literæ positæ sunt. Item ἑστηκὼς nomen participiale, pro Constans, Firm⁹, Stabilis. Vide Budæum p. 483. Dicitur verò & Ἑστᾶσι pro ἑστήκασι, sicut ἑστάναι pro ἑστηκέναι. Et ἕστασαν pro εἱστήκεσαν, stabant, apud Homerum. Idem verò, sicut & cæteri poetæ ἑσταότα dicit ab ἑσταὼς pro Stantem. at prosæ scriptores ἑστῶτα, sicut & in sing. ἑστώς.

Vsus verbi Ἱστάω, ῶ, exẽpla attuli suprà. volunt autem grammatici ἵστημι ab illo ἱστάω deriuatum esse, vt pleraque alia verba in μι, ex verbis in αω deducta esse constat. AT Ἱστάνω in compos. potius vsurpatur: vt Καθιστάνω, Συνιστάνω.

Στάσις, εως, ἡ, StatS, siue Statio, si hæc dicere liceat pro ipso stãdi actu. vt στάσις τοῦ χοροῦ, chori stat⁹, quũ stãs carmina recitat. v. l. Greg. καί μοι προσεοικέναι δοκεῖ πύκτῃ τῷ κακῷ τὴν τέχνην, καὶ πρὶν τὴν στάσιν εὖ θέσθαι προβαλλομένῳ, Mihique assimilis esse videtur pugili artis ignaro, qui priusquã statum stabilito pede composuit, pugnos in aduersarium intendit quasi aduersarii petitiones excepturus, Bud. interpr. Idem, ἡ στάσις ἣν αὐτίκα στήσῃ μετὰ τὸ βάπτισμα πρὸ τοῦ μεγάλου βήματος, τῆς ἐκεῖθεν δόξης ἐστὶ προχάραγμα, Statio qua stabis. Vel etiam Positio & Collocatio, quasi Sistentia qua sistêris ante altare. Bud. ‖ Στάσις παννυχίς, Statio per totam noctem, Statio nocturna, Excubiæ. ‖ Στάσις, id est Status, opponitur aliquando τῇ κινήσει, id est motui, ac pro Quies ponitur. Plutarch. De procreat. animi, πρὸς δὲ ταύτοις στάσιν καὶ κίνησιν, Statũ & motum, Turnebo interprete. Ibidem μονὴν dicit: ac pariter sibi opponit ἵστασθαι & κινεῖσθαι. Idem De primo frigido, initio, ἢ μᾶλλον ἡ ψυχρότης στέρησίς ἐστι θερμότητος, ὡς παρὰ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος λέγουσι, καὶ τῆς κινήσεως τὴν στάσιν, vt lucis tenebras aiunt, motus quietem, ita frigus quoque caloris priuatio fuerit, Turn. interpr. Ita στάσις est quies qua aliquid quod antè mouebatur, subsistit. Et στάσις ἀνέμου apud Thucydidem, Tranquillitas qua ventorũ furor quasi subsidit. Synesius epist. ad Euoptium, ἡ δὲ στάσις ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων, Priores verò substiterunt & cõticuerunt venti septentrionales, Priores quieuerunt. Ibidem dicit τὸ πνεῦμα ἀπέλιπεν ἡμᾶς: item ἔπειτα κυρώσειεν τὰ πνεύματα. Dioscorides, στάσιν λαμβάνει τὸ πνεῦμα, Venti flatus consistit seu subsistit, Ventus quiescit. Ita στάσιν λαμβάνειν pro Subsistere ponitur ab Alexandro Aphrodiseo in Probl. Et Deuteronomii 28, & ad Hebræos 9, οὐ μὴ γένηται στάσις τῷ ἴχνει τοῦ ποδός σου, Non consistet pes tuus. ‖ In contraria tamen significatione etiam dicitur ἀνέμου στάσις, videlicet ἐπὶ πνοῆς βιαίου ἀνέμου, vt Suidas in hoc à se citato loco exponit, γίνεταί τις ἀνέμου στάσις, ἔχουσα τηλικαύτην φορὰν ὥστε τοὺς στας σαλεύειν. Vbi fortassis possit esse etiam metaph. à στάσις quod pro seditione capitur. ‖ Exponitur etiam Stabilitas, Firmitas, Constantia, Perseuerantia διαμονή. ‖ Στάσις accipitur etiam pro loco in quo statur aut consistitur, quemadmodũ Statio apud Latinos. Æschines contra Ctesiphontem, ὁρᾶτε τοὺς πύκτας περὶ τῆς στάσεως πρὸς ἀλλήλους διαγωνιζομένους, de statione & loco inter se contendere. Aristoph. Pluto, Ἔπειτ' ἐκεῖ χειμαῖος ἑστὼς θέρου, calesce: Κἀγὼ γὰρ εἶχον τὴν στάσιν ταύτην ποτέ, Hanc stationem & locum obtinebam. verba sunt τοῦ δικαίου πρὸς τὸν συκοφάντην, qui pauper erat factus per Plutum. Polybius libro 1, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν ἔμενον ἐπὶ τῆς ἄκρας, veteri loco & sede remanebãt, Cam. interpr. Ephippus apud Ath. l. 9, Ἐντεῦθεν ὄνων ἵππων τε στάσεις, Asinorum & equorum stabula. composita voce hinc Xenoph. dicit ἱπποστάσις. Synonymũ autem huic est σταθμός, de quo suo loco. ‖ Sicut verò Statio Latinè accipi etiam putatur pro officina, aut consessu eorum qui de aliqua re decernunt: ita στάσις Hesychio est ἐργαστήριον, συνέδρια. ‖ Στάσις, Status, vocabulum rhetorum. Quintilianus lib. 3, c. 6, Quod nos statum, id quidam constitutionem vocant, alii quæstionem, alii quod ex quæstione appareat. Theodorus generale caput (id est κεφάλαιον γενικώτατον) ad quod referuntur omnia. Et paulo pòst, Græci στάσιν vocãt, quod nomen primùm ab Hermagora traditum putant: quãquam videtur Æschines quoque in oratione contra Ctesiphontem vti hoc verbo, quum à iudicibus petit ne Demosthenem permittant euagari, sed eum dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta, vel ex eo quòd ibi sit primus causæ congressus, vel quòd in hoc causa consistat. Ibidem statum esse dicit Id quod ex prima conflictione nascitur, id est Genus quæstionis, Fecisti, Non feci: atque in hoc partem vtranque insistere. Aliquanto pòst dicit in eo statum causæ consistere quod sit in ea potentissimum & in quo maximè res vertatur: idque generalem quæstionem & caput generale dici posse. Cicero in Topicis, circa finem, Refutatio aũt accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur Status, in quo primùm insistit quasi ad repugnãdum congressa defensio. ‖ Στάσις, Constitutio, σύστημα. Aristophanes Ran. Μὴ πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν. (Malit tamen fortassis aliquis hic accipere in prima significatione, & per στάσιν μελῶν intelligere στασιμὰ μέλη, carmina quæ stando concinuntur.) Sic χοροῦ στάσις dicitur etiam actio illa qua chorus constituitur & cogitur. Vide Budæum p. 470. ‖ Στάσις, Constitutio & temperies. vt apud Hippocratem, ἀέρος στάσις, aeris constitutio & temperies. seu διάθεσις ἢ πάθος. Et apud Galenum τὴν στάσιν παχεῖ, substantia crassum: cui opponitur ἡ λεπτομερεστέρα στάσις, constitutionis temperies tenuitásque. ‖ Στάσεις fluminum dicuntur aggeres & ripæ, τὰ ἀναχώματα τῶν ποταμῶν, vt Suidas exponit. Aristoph. Equ. Εἶτα Κρατίνου μεμνημένος ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, καὶ τῆς στάσεως παρασύρων, Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους. ‖ Στάσις transitiuè etiam accipitur pro Collocatio, Positus: sicut ἵστημι interdum pro Statuo, Colloco, id est ἵδρυμι. vt στάσις ἀνδριάντων apud Poll. Sic accipi potest locus etiam Naz. quem ab initio ferè citaui, vnà cum B. interpr. ‖ At στάσις pro seditione positum, cum suis deriuatis & compositis, reperies post omnia ab ἵστημι composita.

C. Ἀστασία, ας, ἡ, Instabilitas, apud Areop. teste Bud. Item Inconstantia.

C. Ὀρθοστασις, εως, ἡ, Status rectus, Corporis habitus quo surrecti stamus neruis posterioribus contractis. v. l.

C. Διχοστασία, ας, ἡ, Dissensio, Secessio, Quum in duas partes factiones secedunt, Quum in contraria studia aliqui scinduntur, vt Virgilius loquitur. Apud Plut. De frat. charitate, versus prouerbialis, Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς. cui ibidem opponit τὴν ὁμοφροσύνην τῶν ἀδελφῶν.

Στάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Stabilis, Firmus, Constans. Plutarchus De primo frig. οὐδὲ ὡς βραδέα καὶ στάσιμος πρὸς ὀξύρροπον καὶ κινητικὸν ἀντίκειται, Nec vt tarda & stabilis veloci & mobili contraria est. Athen. libro 2, τὰ δὲ τῶν ὑδάτων στά-

σιμα, χαλεπά, ὡς τὰ λιμναῖα καὶ ἑλώδη, aquæ ſtantes, vel potius ſtagnantes. nam & ipſũ ſtagnũ à ſtando dicitur. Et metaph. apud Plutarchum Artox. οὐδὲ ἄλλως στάσιμος ὢν τὸ ἦθος, ἀλλ' ἀνώμαλος καὶ παράφορος, Minimè ſtabili ingenio, ſeu Minimè ſtabili & firmo (vt Cicero vocat animum ſtabilem & firmum) de quo dicit ibidem, οὐδεμίαν ἔφερεν ἐμμελῶς μεταβολήν. Sic etiam στάσιμον ἦθος apud Heſychium, βέβαιον καὶ στερεόν. Et τὸ στάσιμον, Stabilitas, Conſtantia. Plut. De primo frigido, καὶ τὸ στάσιμον αὐτοῦ καὶ δυσκίνητον, οὐκ ἀργόν ἐστι, nec eius ſtabilitas & pigritia iners cenſeri debet. ‖ At στάσιμον μέλος, Carmen quod ſtans chorus canit, Quum chorus poſt πάροδον recitat carmen argumento conueniens, immotus & ſtabilis permanens: ſicut contrà in parodo ambulás. Idipſum indicat Ariſtophanes Veſpis, quum ait, ἀλλά μοι δοκεῖ, σφῷν τοῖς ἐνθάδ', ὦ γέροντες, ... ac ſtatim poſt hæc verba ſequitur χοροῦ μέλος. Στάσιμος, Quietus, Tardus, Grauis. eiuſmodi enim quæ ſunt, ſtabilia videntur, id eſt non moueri, aut tardè & grauiter moueri. Plutar. De primo frig. τὸ ψυχρὸν ἔοικε στάσιμον εἶναι, κινητικὸν δὲ τὸ θερμόν, Frigus quietum, calor mobilis eſſe videtur. Pro Grauis autem ſeu Tardus, (in bonam partem) ponitur apud Ariſtotelē Probl. ſect. 19, quæſt. 48, ἡ δὲ ὑποδωριστὶ [ἁρμονία μέλος ἔχει] μεγαλοπρεπὲς καὶ στάσιμον. De qua harmonia Polit. 8, itidem, περὶ δὲ τῆς δωριστὶ πάντες ὁμολογοῦσιν ὡς στασιμωτάτης οὔσης καὶ μάλιστ' ἦθος ἐχούσης ἀνδρεῖον. Huc pertinere videtur quod apud eundem eſt de arte poetica, στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ τὸ ἄνευ ἀναπαίστου καὶ τροχαίου. Et iterum, τὸ γὰρ ἡρωϊκὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί. Alicubi verò στάσιμος habet ſignificationem mixtam ex præcedentibus. vnde nonnunquam exponitur Stabilis & ſedatus, nonnunquam Stabilis & pacatus. Ariſtot. Ethic. 4, capite 3, καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα καὶ λέξις στάσιμος, oratio ſtabilis & ſedata. Idem in Rhet. libro 2, de familiarum diuerſa natura, ἐξίσταται δὲ τὰ μὲν εὐφυᾶ γένη εἰς μανικώτερα ἤθη, (οἷον οἱ ἀπ' Ἀλκιβιάδου καὶ οἱ ἀπὸ Διονυσίου τοῦ προτέρου) τὰ δὲ στάσιμα εἰς ἀβελτερίαν καὶ νωθρότητα, οἷον οἱ ἀπὸ Κίμωνος καὶ Περικλέους καὶ Σωκράτους, quæ ſtabili pacatóq; ingenio ſunt, ad ſtoliditatem ignauiámque delabuntur. ‖ Accipitur etiã in malam partem pro Tardus, Hebes, Stupidus: vnde à Polluce copulatur cum ἀπόπληκτος & ἀνόητος. ‖ At στάσιμον ἀργύριον, pecunia vſuraria. Lyſias p. 115, exponens quædã verba ãtiquarũ legũ, τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' ὁπόσῳ ἂν βούληται ὁ δανείζων. Τὸ στάσιμον τοῦτό ἐστιν, οὐ βιάζεσθαι ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται. ‖ Στάσιμα, Pondera. Pollux, στάσιμα δὲ τὰ σταθμία Κηφισόδωρος κέκληκε.

Στατός, οῦ, ὁ, Qui ſtetit, ſeu ſtat. vt στατὸς ἵππος apud Homerum, Equus qui in ſtabulo continetur, nec ad equarias admittitur. Il. ζ, Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων. Et στατὸν ὕδωρ, Aqua ex imbribus conſtans, aut Stagnans: ſicut στάσιμον ὕδωρ paulo antè ex Athenæo citaui. Soph. Philoct. ὅς μοι οἰνοχύτας πώματος ἥδη δεκάτῳ χρόνῳ, λεύσσων δ' ὅπου γνοίην, στατὸν εἰς ὕδωρ αἰεὶ προσενώμα, ſtagnantem aquam. Sunt tamen qui intelligant etiam Fontanam: vt στατὸν ὕδωρ ſit Aqua ſtabilis & quæ à vẽtis non agitatur, qualis eſſe fontium ſolet. ‖ Item στατὸς θώραξ & χιτὼν Thorax & tunica recta. idem quod στάδιος. Aliquando verò ſubſtantiuè dicitur στατός. Plutarchus Alcib. στατοὺς καὶ ξυστίδας καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον, de Callippide tragœdo. vbi ſũt qui cothurnos vertãt. ſed quum στάδιος χιτὼν Euſtathio ſit ὁ στατός, hîc χιτὼν ſubaudiendum videtur. Vide ὀρθοστάδιος & στάδιος.

C. Ἄστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inſtabilis, Inconſtans. oppoſitum præcedentibus στάσιμος & στατός. Theoph. epiſt. 76, δυσχέρειον ἄστατον, κοῦφον τι ὄν, quod ibidem ὑπερβαίνοντα εἶναι τοὺς ἄφρονας videri ſcribit. Philo De mundo, οἱ δόντες ἀστάτοις καὶ τυχηροῖς πράγμασιν ἑαυτούς, ſemetipſos fluxis reb⁹ dediderunt. Et τὸ ἄστατον ſubſtantiuè, Inſtabilitas, Inconſtantia. VNDE Ἀστάτως, Inconſtanter, Non firmiter. ET Ἀστατέω, Inſtabilis & inconſtans ſum, Vacillo, Titubo.

Exponitur etiam Incertis ſedibus vagor.

C. Ἀριστεροστάτης, ου, ὁ, Qui à ſiniſtra ſtat. Vide ſequens.

C. Δεξιοστάτης, ου, ὁ, Qui a dextra ſtat. Sic dicebatur qui in dextra chori parte præſidebat, vt tradunt vulg. l. Poll. τάχα δὲ καὶ ὁ ἀριστεροστάτης ἐν χοροῖς προεστήκει ἂν τῇ ἀριστερᾷ, ὡς ὁ δεξιοστάτης τῇ δεξιᾷ.

C. Ὀρθοστάτης, ου, ὁ, Qui erectus ſtat. Ὀρθοστάται vocabulum eſt architectonicum. In v. l. interpr. Arrectaria, Arrectaria tigna. Quæ interpretatio non videtur conſentanea. niſi ὀρθοστάται & στῆλαι idem ſignificent. nam quæ Vitruuius appellat Arrectaria, ea Græci στῆλαι. vt alibi dicendum erit. Satius igitur fuerit Græcũ vocabulum cum Vitruuio retinere. Vtitur autem eo vocabulo lib. 2, c. 7, vbi de generibus ſtructurarũ ac earũ qualitatibus tradit, Medio cauo ſeruato, ſecundum orthoſtatas intrinſecus ex rubro ſaxo quadrato aut ex teſta aut ex ſilicibus ordinariis ſtruat bipedales parietes. Et lib. 10, c. 19, in deſcriptione terebræ bellicæ, Ipſam machinam vti teſtudinem in medio habentem collocatum in orthoſtatis canalem faciebat. ‖ Ὀρθοστάτης eſt etiam panis ſacri ſpecies, Poll. teſte: ſeu ſpecies placentæ, πέμματος, vt Heſych. tradit: apud quem SCRIBITVR Ὀρθοστάδην.

C. Πρωτοστάτης, ου, ὁ, Qui primus ſtat. In acie πρωτοστάτης idẽ eſt qui λοχαγὸς & ἡγεμών, Anteſignanus, aut primipilaris, & ſic opponitur τῷ ἐπιστάτῃ, quem οὐραγὸν etiam vocant. (Secundum alios autem πρωτοστάτης eſt qui ante ἐπιστάτην ſtat: ac ante eum iterum ἐπιστάτης, ante quem rurſus πρωτοστάτης. ita vt totus ordo cõſtet ἐκ πρωτοστατῶν καὶ ἐπιστατῶν) Xen. in Polit. Laced. εἰσὶ μὲν γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες. Idem Pæd. 6, ἔργον ἦν ὅτι τοὺς μὲν πρωτοστάτας ἐρρῶσθαι τοῖς ὅπλοις καὶ λόγοις καὶ ἔργοις. Eodem libro, οὕτως γὰρ πρωτοστάται μὲν ἄν τις βέλτιστοι, οἳ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μηδεμίαν μᾶλλον ἂν ὑπομεῖναι ἐκ χειρός, id eſt anteſignanos, vt Bud. interpr. Et cum genitiuo apud Thuc. πρωτοστάτης τοῦ δεξιοῦ κέρως, qui primus in dextero cornu ſtat. Poll. ſcribit πρωτοστάτην eſſe τὸν ἐκ δεξιᾶς τοῦ πρώτου ζυγοῦ: ſed & πᾶν τὸ μέτωπον appellari πρωτοστάτην, totã aciei frõtem. Metaph. autem dicitur Act. Apoſt. 24, πρωτοστάτης τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως, Anteſignanus hæreſis, Primos quaſi ordinẽs ducens, Primipilaris. In iudicio πρωτοστάτης idem eſt qui πρωτόβαθρος, Qui primo in ſubſellio ſedet. In conuiuio autẽ πρωτοστάτης idem qui πρωτοκλίτης, Qui primus accumbit, Cui primus in accumbendo locus datur. ὁ τὴν πρωτοκλισίαν ἔχων: qui πρωτοκλίτης teſte Poll. dicitur. Item generaliter pro Antiſtitor, Præſtes ſeu præſes. VNDE Πρωτοστατέω, ῶ, Primus in ordine ſto, Antiſtitor ſeu anteſignanus ſum. Metaph. apud Philonem De vita Moſis lib. 1, ἡ γὰρ ὁδηγὸς νεφέλη προεστάτει τὸν ἄλλον χρόνον, quæ ante principia antecedebat, Turn. interpr.

C. Διχοστατέω, ῶ, Diſſideo, q. d. Diuiſus ſto, Diſcordo. Euripides, διχοστατῶ φρεσίν. Pro στασιάζω citat Budæus ex Platone l. 5 De rep. ‖ Item Ambigo, Dubito. Alex. Probl. 1, ὅσοι δὲ διχοστατοῦσιν ἐν συμφύτοις τοῦ πυρὶ σωμάτων ἡ θερμότης, ἁπλικῶς αἰσθήσεώς εἰσιν ἐνδεεῖς.

Στατικός, οῦ, ὁ, Siſtendi vim habens. oppoſitum τῷ κινητικός. vt στατικὰ κολλύρια apud Aetium, Collyria quæ inordinatum fluxionis impetum ſiſtunt. Eſt & Statice herba apud Plinium lib. 26, cap. 8, quam aluo ſiſtendæ vtilem eſſe ſcribit: ac certè inde nomen & ipſa accepit. ‖ Στατική, Scientia ponderum, Scientia de ratione ponderũ. Et στατικός, οῦ, ὁ, Huius ſcientiæ peritus. VNDE Στατικῶς, More eorum qui põderant, aut More eorum quæ ponderantur.

Στατίζω, Siſto. Item, Sto, Conſiſto. Item Stabulor.

Στατηρός, οῦ, ὁ, Stabilis, Firmus. idem quod στάσιμος & στερεός. B.

Στάδην, Statim, id eſt Stando, More eorum qui ſtant. Euſtath. AT Στάδην, Pondere. q. d. Appenſim. Nicand. Alex. v. 327, Ἢ ἐκ νιτροῦ στάδην ὀδελοῦ πόρε ... Dicitur autem στάδην ab ἵστημι, vt βλήδην à βάλλω ſeu βλέω.

C. Ὀρθοστάδην, Stando erecto corpore, More eorum qui erecti ſtãt. VNDE Ὀρθοστάδιος ET Ὀρθοστάδιος, ου, ὁ, Erectus ſtans. Ὀρθοστάδιος ſiue ὀρθοστάδιος χιτών, Tunica recta,

vt Plinius appellat lib.8,cap.48,scribens, tales cum pura toga tyroni indui nouæq; nuptæ. Poll. χιτὼν ὀρθοστάδιος, ὁ ἀζωστος, ἀζωννύμενος, (Tunica recincta, seu laxa & fluens, vt ex Ouidio v.l. exponunt) Ibidem tradit Aristophanē eiusmodi χιτωνίσκους vocare ὀρθοστάδιας. Et apud Eust. ὀρθοστάδιοι μὲν [χιτῶνες] οἱ στατοί, συρτοὶ δέ, οἱ συρόμενοι. Idē apud Hesych. est: apud quem tamē post στατοὶ additur, ἀπὸ μίμων ἡ χρήσις. Dicitur idem & στάδιος χιτών, vt infra videbis. ET Ὀρθοσταδὸς, Erectus stās, Rectus. ὀρθοσταδὸν Aphrodisiensibus idem quod ὀρθὸν, teste Hesych.

Σταδαῖος, ου, ὁ, Stans, Erectus. nam σταδαῖα Hesychio sunt ἑστηκότα, ὄρθια. Et σταδαῖος μαχητὴς, Statarius miles. Qui stans pugnat, non excurrens modò, modò fugiens: sed firmus & immotus depugnat. At σταδαῖον μέλος apud Hesychium τὸ στάσιμον. Fortasse quod τὸ στάσιμον supra.

Στάδιος, ου, ὁ, Stabilis, Statarius. vt σταδίη μάχη, stataria pugna, in qua non excursionibus aut leuibus præliis, sed collato vtrinque pede firma contentione decertatur, Pugna quæ manu cominus initur. quæ & συστάδην μάχη & σταδαία dicitur, item μόνιμος ἢ βεβαία: cui opponitur δρομικὴ & πλανητικὴ apud Plutarch. Il.η, Οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῃ δηίῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ. vbi subaud. μάχῃ, aut ὑσμίνῃ, aut tale quid. Legitur tamen ibi in quibusdam exemplaribus σταδίῳ, ac tunc substantiuè capitur: vt dicat nouisse se modos martios in stadio hostili. sed altera scriptura melior est, eámque Eustathius quoque agnoscit. Iliados ε, – ὁππότε ἰδοιμεν ἀκοντι, Ἐσθλὸς δ' ἐν σταδίῃ. Integrum autem posuit Il.ν, – ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ. Thucyd. lib.4, p.134, ἡ γὰρ μάχη οὐ σταδία ἦν. Στάδιος θώραξ, Thorax longus & rectus, vt Camer. interpr. apud Apollonium l.3, ἀμφὶ μὲν στήθεσσιν ἕσσο θώρηκα στάδιον. Vbi annotat schol. esse qui exponant ἀσφαλῆ, id est Firmum & bene compactum. Hesychius appellat θώρακα στατὸν. Alio etiam nomine σταδαῖος appellatur. Dicitur autem ad differentiam τοῦ ἁλυσιδωτοῦ, loricæ hamis consertæ, quæ complicari potest, quum hic flecti nequeat, sed depositus substet erectus. Statarium quidam dici posse putant. Sic vocatur etiam στάδιος χιτὼν (qui & ὀρθοστάδιος & ὀρθοστάδιας, vt paulo antè dictum est) Tunica recta, vt Plinius appellat. Callini. στάδιον δ' ὑφαίνω χιτῶνα. id est ποδήρη, vel τέλειον, vt Suidas exponit. ‖ Τὸ στάδιον, Immota stabilitas, qua aliqs subsistit, nec loco mouetur. Dion historicus apud Suidam, τῷ δὲ σταδίῳ τῶν σκαφῶν πεποιθότες, ἐπεκράτουν. id est τῇ στάσει καὶ ἀκινησίᾳ, vt ipse exponit. ‖ Στάδιος, Appensus, Pōdere demensus. Nicand. Alexiph. – πολλάκι μὲν σταδίην ἀλὸς [illegible] ῥίζαν συνεκόψειας ὅπῃ τε. id est σταθμηθεῖσαν, vt schol. exponit. ‖ At στάδιος siue στάδιον substantiue, pro stadio, vide infrà, vnà cum suis.

Σταδιαῖος, ου, ὁ, idem quod στάδιος. vt σταδιαία μάχη apud Lucianum, Pugna stataria. de qua vide in Στάδιος præcedente, & Bud. pag. 95. Apud Suidam, οὐδένες δὲ αὐτῶν ἐν σταδιαία μάχῃ ἱστάμενοι. Item σταδιαῖος θώραξ, idē qui στάδιος paulo antè.

Σταθερὸς, οῦ, Stabilis, Firmus. idem quod στάσιμος, στατηρὸς, & ἀστάθης, quæ eiusdem cum hoc sunt originis. Ioseph. apud Suidam, καὶ σταθερὰν τὴν ἡλικίαν μετ' ἐμπειρίας ὁρῶν, προσβάλλεται στρατηγόν, id est μόνιμον. Eunapius apud eundem, ὁ δὲ πόλεμος τῇ τοῦ βασιλέως ὀξύτητι καὶ προνοίᾳ κατηνέχθη ἐπὶ τὸ σταθερόν τι καὶ ἀσφαλέστερον. id est (vt ipse Suid. exponit) ἰσχυρὸν, βέβαιον. ‖ Aliquando verò dicitur σταθερὸν θέρος, μεσημβρία, aut ἦμαρ, pro feruentissima æstate, meridie, die: propterea quòd quum ad medium peruenit, in quo ceu termino subsistit feruor eius, tunc fit maximus & quasi stabilis. Antimachus apud Suidam, θέρεος σταθεροῖο. Apollon. Rhod. libro 1. Ἦμος δ' ἠέλιος σταθερὸν περὶ μείβεται ἦμαρ. Plato Phædro, μή πως ὦ Σώκρατες, πρὶν αὖ τὸ καῦμα παρέλθῃ. οὐχ ὁρᾷς ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται ἡ καλουμένη σταθερά. Sic apud Synesiū epist.58, καὶ ταῦτα κατὰ τὸ τῆς μεσημβρίας ἑδραῖον σταθερώτατον, Feruentissimo sole, Bud. interpr. Sed sunt q σταθερὸς in hac signif. à σταθεύω deriuent, quæ deriuatio durior foret. At in hoc loco Cratini, οὕτω σταθερός τις λοπαδόταις ὁ πῦρος τηγάνοις παφλάζει, Suidas exponit ὀξύς, aut ἰσχυρὸς. Reperitur ETIAM Σταθηρὸς, quod eiusdem cum σταθερὸς est significationis. σταθερὰ βούλησις, Constans, Budæus ex Pandect. Et in altera significatione τοῦ σταθερὸς apud Basilium in Hexaem. ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ.

VNDE Σταθηρότης, ητος, ἡ, Stabilitas, Constantia, Firmitas.

C. Ἀσταθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Instabilis. idem quod ἄστατος, ἀβέβαιος, Hesych.

C. Εὐσταθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Stabilis, Firmus, Constans. idē quod στάσιμος & σταθηρός. Apud Suidam, αὐτὸς γὰρ λαβὼν ἄνεμον εὐσταθῆ παρεκομίζετο παρὰ τὴν χώραν ἀκινδύνως πλέων, Ventum stabilem & firmum, & qui flare non desistebat. Nisi aliquis malit Secundum, aut Lenem & placidum, vt dicitur εὐσταθοῦν πέλαγος. Apud Homerum εὐσταθὲς μέγαρον, Ædes stabili & firmo fundamento nitentes, aut Bene fundatæ. Odyss.σ, Ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο. Alibi εὔτυκτον dicit. Apud Herodianum autem libro 2, οἱ μὲν σεμνότεροι καὶ εὐσταθέστεροι τῆς συγκλήτου βουλῆς, Politianus vertit Grauitate & autoritate præditi. VNDE Εὐσταθῶς, Constanter, Firmiter, Tutó. Appian. apud Suidam, ὁ δὲ ἐθεράπευε δεινῶς εὐσταθῶς ἦ ὅπῃ ἐβούλετο. id est ἀσφαλῶς, βεβαίως, Tutò, & ita vt loco nullis incōmodis moueretur. Herodian. lib.7, [illegible] ὅπλα ἐκίνουν ἐς τε ἀπόστασιν εὐσταθῶς ὡρμημένοι [illegible].

ET Εὐστάθεια, SIVE Εὐσταθία, ας, ἡ, Stabilitas, Firmitas. Item, Constantia. Plutar. Consol. ad vxorem, ἤδη δὲ καὶ περὶ τὰ ἐκεῖνα πολλὴν εὐστάθειαν ἐπεδείξω τὸ πρεσβύτατον τῶν τέκνων ἀποβαλοῦσα. ‖ Item, Bona constitutio, Bona habitudo. idem ferè quod εὐεξία. sic enim accipi videtur apud Plutarch. in libro De precept. sanit. loquētem de Epicureis, περὶ τὴν ἐμπεπηγυῖαν σαρκὸς εὐστάθειαν. At εὐστάθεια pro stabilimento citatur ex libro Sapient. cap.6. ET Εὐσταθέω, ῶ, Stabilis ac firmus sum. Dicitur etiam de mari quod placidum ac tranquillū stat, nec vllo ventorum impetu agitatur. Luc. καὶ γὰρ ἔτυχε γαλήνη οὖσα καὶ εὐσταθοῦν τὸ πέλαγος.

C. Νεοσταθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Recēns constitutus seu institutus. idem quod νεοκατάστατος. vt νεοσταθὴς δῆμος, recēns institutus populus. in v.l.

Σταθμὸς, οῦ, ὁ, Stabulum. Iliad.α, – κατὰ σταθμὸν ποιμνήιον. Il. τ, Σταθμοὶ ἐν οἰοπόλοι. Odyss.ρ, – σταθμῶν ῥυτῆρα φυλάσσειν. Itē, σταθμὸν δὲ κύνες καὶ βώτορες ἄνδρες ῥύατ'. Sic & Iliad.α, Ὄν ῥα κύνες τε καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται Ἔγχεσι καὶ φωνῇ, à stabulo, seu specialius à caula. Sic apud Euripidem Androm. σταθμοὺς ἐπὶ βούτα, ad stabula bubulci, seu pastoris, Paridis. Eadem significatione accipitur apud Xenoph. De re equestri, ἐν τοιούτῳ τῆς οἰκίας τὸν σταθμὸν εἶναι ὅπου πλειστάκις ὁ δεσπότης ὄψεται τὸν ἵππον. Ibidē specialiori vocabulo vocat ἱππῶνα, alibi ἱπποστασίας. Hoc tamē interest inter locos citatos quòd σταθμοὶ apud Homerum & Euripidem dicuntur τὰ ἐν ἀγροῖς ζωοστάσια ἢ ἐπαύλεις, de stabulis quæ ruri sunt. at apud Xenoph. de domestico stabulo, ἀντὶ τῆς τῶν ὑποζυγίων στάσεως, vt Poll. vocat. Imò Eust. latius extendit, ac σταθμοὺς esse dicit κατοικίας ἀγροτικάς, seu τὰς ἐν ἀγροῖς καταγωγάς, casas & tuguria rustica. generalius autem esse hoc vocabulum τοῦ σηκός: vnde & Homerus discrimen facit inter hæc duo, Il.σ, Ἐν καλῇ βήσσῃ μέγαν [νομὸν] οἰῶν ἀργεννάων Σταθμούς τε, κλισίας τε, κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς. ‖ Item, Statio, Mansio. στάσις μονή, Eustath. seu Statiua, id est certa & definita loca in quibus subsistunt qui iter faciunt, siue pedites siue equites, siue milites, siue duces. vnde idem Eustathius σταθμοὺς esse dicit τὰς ὡρισμένας εἶναι τεταγμένας ὁδοῦ ἕως ἀναπαύλας τοῖς ἐπὶ ἵπποις ἢ πεζοδρόμοις: alio autem nomine vocari ἀλλαγάς: vt quum apud historicos dicuntur τοσοίδε σταθμοὶ ὁδοῦ διήνυσάν τινες, vel τοσοίδε σταθμοί εἰσιν ἀπὸ τοῦδε πρὸς τόπου εἰς ἄλλον. Sic apud Athenæum aliquoties, Βαίτων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας: item, Ἀμύντας ἐν τοῖς σταθμοῖς: item, Ἀμύντας ἐν σταθμοῖς Περσικοῖς: itē Ἀμύντας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τῆς Ἀσίας σταθμῶν. Herodian. lib.2, τοὺς μὲν ὁδοιπορίας τοὺς σταθμούς, quibus locis itinere illo remoratus sit, vt Politianus interpr. Philo De vita Mosis lib.1, ἀφικνοῦνται δ' εἰς σταθμὸν δεύτερον ἔνυδρόν τε καὶ εὔδενδρον, ad secunda statiua. Lucianus De hist. scrib. περὶ τοὺς τόπους αὐ

τοὺς φυλάσσουσι οὐ παρασάγγας μόνον ἀλλὰ καὶ σταθμοὺς ὅλους. Et A
apud Herodotum in Terpsichore, σταθμοὶ βασιλήιοι, καὶ
καταλύσιες κάλλισται. in quibus videlicet subsistunt & di-
uersantur ii qui ad regem Persarum proficiscũtur, dis-
positis per omnes regiones & prouincias. Quid autem
discriminis sit inter σταθμοὺς & παρασάγγας, ibidem de-
claratur, vt quum inter alia dicit, διὰ τῆς Κιλικίης ὁδὸν
πορευομένῳ, τρεῖς εἰσι σταθμοί, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἥ-
μισυ. Ibidem dicit σταθμοὺς καταγωγέων, sicut σταθμοὶ καὶ κα-
ταλύσιες paulo antè. ἐν δὲ τῇ Ἀρμενίῃ σταθμοὶ μέν εἰσι καὶ κα-
ταγωγέων πεντεκαίδεκα, παρασάγγαι δὲ νϛ΄ καὶ πεντήκοντα καὶ B
ἥμισυ. Aliquanto pòst omnibus his mansionibus enu-
meratis, inuerso ordine dicit σταθμῶν καταγωγαὶ, vt antè
καταγωγέων σταθμοὺς dixerat, καταγωγαὶ μέν νυν σταθμῶν τοσαῦ-
ταί εἰσι ἐκ Σαρδίων ἐς Σοῦσα ἀναβαίνοντι, tot diuersoria mã
sionum: sicut σταθμοὶ καταγωγέων, mansiones diuersorio-
rum. Hos σταθμοὺς nõnulli (vt Bud. post Vallam) Man-
siones, nonnulli Castra, nõnulli Statiua interpretãtur.
Non incommodè autem vti vocabulo Mansio possu-
mus, quum Plinius quoque dicat, Aquarum ratione
mansionibus dispositis, loquens de itinere Indiæ ab C
Alexandria. Sic etiam in Pandectis dicuntur Mansio-
num curatores, id est τῶν σταθμῶν καὶ στρατιωτικῶν καταλύ-
σεων καὶ καταγωγίων τῶν ἀγγελιαφόρων, qui præerant ordi-
nandis per mansiones dimetiendisque militum itine-
ribus, & eorum qui diplomatibus vtebantur, & cursu
vehiculari: qui cursus publicus appellatur, vt tradit Bu
dæus in Pand. qui ex Herodoto huiusmodi mansionũ
id est σταθμῶν, spatium, centum & quinquaginta stadia
facit, seu millia vigintiocto semis. Ibidem σταθμοὺς vo-
cat diuersoria tabellariorum, hoc est certa quædam D
spatia quæ cursores vno actu conficere debent: & esse
quas hodie postas vocant, à pegasarus cursoribus im-
posito nomine, qui statis locis mansiones suas positas
habent. Militariũ autem mansionum meminit Lam
prid. in Alexand. vbi de principe expeditionem paran
te, & edicta de exitu ex vrbe proponente ait, Deinde
[proponebantur] per ordinem mansiones, deinde sta-
tiua, deinde vbi annona esset accipiẽda: & id quidem
quousque ad fines barbaricos deueniretur. Et alibi, Mi
lites expeditionis tempore sic disposuit vt in mansio- E
nibus annonas acciperent. ‖ Σταθμός, Postis, τὸ ἑκατέ-
ρωθεν ξύλον κατὰ πλευρὰς τῶν θυρῶν, vt Pollux explicat. alio
nomine vocatur παραστάς. Od. ρ, Ἷζε δ᾽ ἐπὶ μελίνου οὐδοῦ ἔν-
τοσθε θυράων Κλινάμενος σταθμῷ κυπαρισσίνῳ, dorsum incli-
nans ad postem cyparissinum. Od. η, Ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν
χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ. Herodot. σταθμοί τε καὶ ὑπέρθυρα. E-
saiæ 60, σταθμοὶ τῆς θύρας. Ea πήγματα suo tempore voca-
ta fuisse tradit Hesych. ‖ Σταθμός, Statera, Libra. Il.
μ, de muliere quæ manu victum quærit, Ἥτε σταθμὸν ἔ-
χουσα καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει Ἰσάζουσ᾽, stateram & lanam. F
(nisi aliquis pro ipso pondere accipere malit) Et ἀγαγεῖν
ἐπὶ τὸν σταθμὸν, Ad staterã redigere, Ad stateram exami-
nare. Aristoph. Ranis, Ἐπὶ τὸν σταθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι,
Ὅσπερ γ᾽ ἐλέγξει τὴν ποίησιν νῷν μόνος. Τὸ γὰρ βάρος νῷν βασα-
νιεῖ τῶν ῥημάτων, de Æschylo qui sua & Euripidis verba
pondere explorari volebat. Sic apud Eustathium, οἱ πλά-
στιγγες τοῦ σταθμοῦ. Vtroque vocabulo vtitur Aristophan.
loco citato. Σταθμὸς dicitur etiam ipsum pondus.
Thucyd. lib. 2, de statua à Phidia fabricata, ἀπέφαινε δ᾽
ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου, G
ponderare quadraginta talenta. Herodot. σταθμὸν διτάλαν-
τος, Ponderans duo talenta, Pondere æquans duo talen
ta. Idem, ἕλκουσα σταθμὸν τάλαντα δέκα. qui locus Thucy-
dideo similis est. Aristot. Polit. 1, ὁρισθὲν μεγέθει ἢ σταθμῷ.
Sicut verò ἀριθμεῖν & ἱστάναι à Xenophonte coniungi su
prà dictum fuit, ita ab eodem coniunguntur ἀριθμὸς &
σταθμὸς in Sympos. οὔτ᾽ ἀριθμῷ οὔτε σταθμῷ ἐπίσχεις μοι, ἀλλ᾽
ὁπόσον ἐδυνάμην φέρεσθαι, τοσοῦτόν μοι παρεδίδου. Sic apud
Plutarchum in Apophth. in pollicitationibus quibus
Cyrus Lacedæmonios ad amicitiam inuitabat, ἀργυρεῖν H
δὲ καὶ χρυσίου οὐκ ἀριθμὸν ἀλλὰ σταθμὸν ἔσεσθαι. Ab eodem di
citur de pondere & grauitate, vt quum in Lycurgo de
moneta ferrea ait, ἀπὸ πολλοῦ σταθμοῦ καὶ ὄγκου. At in
hoc loco Athenæi libro 4, si non pro Pondo seu Li-
bra accipiatur, saltem de certo pondere dici videtur, ὄ-

A ψου τι μικρὸν, ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μάλιστα. Et paulo pòst,
de iis loquens quæ ad φιδίτια apud Lacedæmonios cõ-
ferebantur, οἴνου δὲ χοᾶς ἕνδεκά πως ἢ δώδεκα. πρὸς δὲ
τούτοις, τυροῦ σταθμόν τινα καὶ σύκων. Vbi quum addat τινὰ, ge
neralius fortasse capi potest. Apud Myrepsum autẽ
in panchresto antidoto pro γράμμα seu scripulum acci
pi tradunt vulg. lex. Reperitur ETIAM Σταθμὰ in
plurali numero à σταθμὸς, sicut ζυγὰ à ζυγὸς, per metapla-
smum, vt grammatici tradunt. In prima autẽ τοῦ στα-
θμὸς signif. σταθμὰ apud Sophoclẽ pro stabulis, teste Eu-
B stathio. Sic etiam apud Xenophontem, τὰ παιδικὰ στα-
θμὰ στρατοῦ τοὺς πόδας τῶν ἵππων. Vnde composita voce βού-
σταθμα. Item τὰ σταθμὰ Postes. Hesychio tamen τὰ θύ-
ρετρα. In posteriore autem significatione qua pro li-
bra & pondere accipitur vocabulum σταθμὸς, apud De-
mosthenem ζυγὰ καὶ σταθμὰ ἔχων. Cæterùm deriuatur
σταθμὸς ab ἵστημι, vt βαθμὸς à βῶμι seu βαίνω. μηνιθμὸς à μη-
νίω, & similia.

C. Σταθμοδότης, ου, ὁ, Qui σταθμοὺς, id est mansiones, distri-
buit & suam cuique assignat, Mansionum curator. vel
C (vt Bud. interpretatur) Qui hospitia distribuit in comi-
tatu principum. Plutarch. Demetr. 287.

C. Σταθμοῦχος, ου, ὁ, Qui habet σταθμοὺς, Hospes apud quem
stabulari & diuersari aliquis potest. πανδοχεύς, Suid. Sic
appellari per iocum posse patrem quoque familias, τὸν
οἰκοδεσπότην, tradit Poll.

C. Ἐπίσταθμος, ου, ὁ, Præfectus τῶν σταθμῶν, Mansionum cura-
tor. Isocr. Paneg. de rege, μονονοὺκ ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι
καθιστάς. Aliquando (vt Bud. in Pandect. annotat) ἐπίστα-
θμοι appellantur ii qui super hospitia sunt in comitatu
D principis aut legati ducisve exercitus. Hodie Mare-
schalli hospitiorum nostra lingua vocitantur: qui eorũ
ministerio vtuntur quos designatores mansionarios
Latinè appellare possumus, & Cretarios designatores,
à creta qua vtuntur. Apud Isocratem autem in Paneg.
Ἑκατόμνως ὁ τῆς Καρίας ἐπίσταθμος, satrapam intelligit.
Vnde & Suidas huic loco hanc expositionem subiicit,
ὃς οὐδὲν ὕστερος ἦν ἢ κατὰ σατραπείαν Καρίας κύριος. VNDE
Ἐπισταθμία, Munus τοῦ ἐπισταθμοῦ.

Σταθμεύω, Stabulor, Statiua habeo, Diuersor. Appianus in
E Mithrid. ἐς τὸ Ἀλεξάνδρου πανδοκεῖον κατέλυσε, οἰωνιζόμενος
ἄρα, ἵνα ὁ Ἀλέξανδρος ἀνεπαύσατο, ὁ Μιθριδάτης σταθμεῦσαι,
ad Alexandri hospitium diuertit, in faustum vtique o-
men vertens quòd in qua Alexander mansione requie
sset, Mithridates diuersorium habuisset. Bud. Et apud
Suidam, σταθμεύσας ἐπὶ τοῦ ῥεύματος, Statiua habens, vel Ca
stra metans. στρατεύσας, vt ipse exponit.

C. Ἀνεπισταθμευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Immunitatem habens ἀπὸ τῆς ἐπι-
σταθμειῶν. B. ex Plut. Vide Ἐπισταθμία & Ἀνεπισταθμευτος.

C. Ἐπισταθμεύω, Stabulor alicubi, Statiua habeo, Diuersor.
F idem quod σταθμεύω & καταλύω. Plutarch. Sylla, τοῖς οἴκοις
ἐπιτεθεὶς ὕβρει καὶ πολιορκίᾳ τῶν ἐπισταθμευόντων, id est τῶν κα-
ταλυόντων. Bud. At ἐπισταθμεύομαι, Ad mansiones co-
mitatus principis designor. Plutarchus Antonio, εὐνὰς
χαμαιτύπαις καὶ σαμβυκιστρίαις ἐπισταθμευομέναις. id est (Bud.
interpr.) Ad stationes & noctes muliercularum desi-
gnatæ ab iis qui ἐπίσταθμοι dicuntur. Sic apud Suidam,
οἱ Φωκαεῖς τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀπολειφθέντων Ῥωμαίων ἐν ταῖς ναυ-
σὶν, ἐπισταθμευόμενοι, τὰ δὲ, τοὺς ἐπιταγὰς δυσχερῶς φέροντες, ἐ-
στασίαζον, partim quòd hospitio recipere iussi essent re-
G lictos in nauibus Romanos, seu Quòd relictis in naue
Romanis mansiones apud eos designatæ essent. Et ite-
rum, ἐπισταθμευομένοις τι ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ διαρπαζομένοις, qui-
bus, vt hospitia eis præberent, impositum erat, seu A
quibus ad statiua ibi habenda designati erant.

Ἐπισταθμεία, ας, ἡ, Stabulatio, Diuersatio. Diodor. in histor.
Alexandri, ἀδικήσας τὸν ξένον παρ᾽ ᾧ τὴν ἐπισταθμείαν ἐπε-
ποίητο κεχαρισμένως, apud quem iucunde diuersatus fue-
rat, Bud. ‖ Item Necessitas hospites recipiendi, seu Ne
cessitas hospitio recipiendi comitatum principis aut
H legati. Cic. ad Atticum lib. 13, in fine, Hospitium siue
ἐπισταθμείαν odiosam, mihi duxi non molestam. Plutar.
Sertor. τῆς ἐπισταθμείας ἀπαλλάξας. cuius rei quì immunitatẽ
beneficio principali cõsequuti sunt, ii ἀνεπισταθμευτοι dicun
tur. Hoc autem in loco significari puto inferioris mu-
neris officium, operum reficiendorum curatoris qui

Digitized by Google

ἐργεπιστάτης dicitur. Hæc Bud. Notandum tamen, locum Ciceronis aliter legi in bonis exemplaribus quàm à Bud. adductum, ita videlicet, Habes hospitium siue ἐπισταθμίαν, quam odiosam mihi duxi, non molestam. Vbi ἐπισταθμία idem ferè esse videtur quod σταθμὸς, id est Mansio. A

C. Ἀνεπισταθμευτος, ου, ὁ & ἡ, Immunis ab hospitiis præbendis, Immunis à præbendis diuersoriis principis comitatui vel exercitui in transitu. idem quod ἀσταθμευτος. Polyb. συγχωρεῖ τὸν βασιλέα Φίλιππον Θασίους ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους. Bud. At Suidas, quum exposuisset, σταθμὸν μὴ δέχεσθαι, ἤτοι ἀγγαρείας, addit, ἢ σταθμὰ δέχεσθαι, τουτέστι ζυγοστατεῖσθαι. in qua tamen signific. σταθμεύω vsurpatum non reperitur. B

C. ΚΑΤΑσταθμεύω, In stabulo aut statione aut diuersorio colloco. Strabo de Britanis, ἐνταῦθα χαλκὸν ἐπωλοῦσι καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσι. Bud. Varro dicit, Alienum pecus in suo fundo pascat & stabulet: & Silius, Pecus stabulare sub Hæmo: vterque trãsitiua signif. vt κατασταθμεύειν hoc in loco.

C. Παρασταθμίδες, Postes cardinum, Antæ. vulg. lex. τὰς θύρας τὰ πρὸς τῷ στρόφιγγι, Hesych. A σταθμὸς, quod & ipsum, postem significat. C

Composita & deriuata à σταθμὸς in poster. signif.

C. Ἀντίσταθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Æquale pondus habens, Æqualis ponderis. Et per metaph. Æquè pollens, Æquiualens, Æqualis momenti, seu Paris momenti.

C. Βαρύσταθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ponderosus, Grauis pondere. Aristophanes Ranis, Ἀλλ' ἕτερον αὖ ζήτει τι τῶν βαρυστάθμων, Ὅ,τι σοι καθέλξει καρτερόν τι καὶ μέγα. quibus posterioribus verbis exprimit quid sit βαρύσταθμον. Et apud Aristot. Ethic. 6, cap. 8. βαρύσταθμα ὕδατα. VNDE Βαρυσταθμέω, Graui pondere sum. Dioscor. συντεθειμένον ἐκ τῶν βαρυσταθμούντων, λευκοτέρων ἢ μολυβδαίνης. Bud. In vulg. lex. exponitur, Grauitatem & pondus adiicio, Grauius reddo. In iisdem est etiam βαρυσταθμοῦσαι, A Βαρυσταθμία: eodémque modo exponitur quo βαρυσταθμέω. D

C. Ἐπίσταθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ponderi adiicitur. Et plur. num. τὰ ἐπίσταθμα apud Cephisodorum comicum, eadẽ quæ σταθμά, σταθμία seu σήκωμα. Poll.

C. Ἰσόσταθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Par pondere, Qui æqualis ponderis est. idem quod ἰσοστάσιος & ἰσοβαρής. E

C. Σύσταθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Eiusdem cum alio ponderis. Idem quod præcedens, vt testatur Gal. in lex. Hipp.

Σταθμίον, ου, τὸ, forma diminutiuorum factum à σταθμὸς, idémque significans: id est, non solùm Statera, Libra, sed etiam Pódus. Vsitatius tamen est plur. σταθμία. Exẽpla habes apud Bud. p. 470, ex Prouerb. Solom. Luciano & Greg.

Σταθμίζω, F. ίσω, Pondero. à σταθμός. Exponitur etiam Ad amussim examino atque exigo, Expendo, δοκιμάζω. quæ significatio referenda est ad στάθμη. Annotãt Suid. & Eustath. futurum & tempora quæ inde formantur, non reperiri. F

C. ἈΝΤΙσταθμίζω, Rependo, vt aurum pro Gracchi capite repensum Cicero dicit, & Auro rependere Plinius: idẽ quod ἀντιταλαντεύω & ἰσοστάσιον ἀποδίδωμι. Bud. Vel, Pari pondere retribuo. Exponitur etiam In æquilibrio pono.

C. ΚΑΤΑσταθμίζω, Appendo, Pondere demetior. VNDE Κατασταθμισμὸς, οῦ, ὁ, Appensio, Hermol. Singulorũ per sua pondera adiectio, Marcell. apud Diosc.

C. ΠΑΡΑσταθμίζω, Præpondero. v. l.

AT VERO Στάθμη, ης, ἡ, Amussis, Regula ad quam aliquid exæquatur, vt Festus exponit: Funiculus tenuis, quem minio aut atramento imbutum, & ex vtroque materiæ angulo alligatũ, intẽsumq; fabri paulũ eleuatum demittunt: qui demissus lineam rectam vtrinque ducit, cuius ductum sequuntur in materia exæquanda & complananda, Funiculus regularis, Erasm. Quem quoniam fabri materiarii & carpentarii rubrica (vt dictum est) oblinunt, Rubrica à Persio appellatur: Linea à Gellio, ob rectitudinem. Iliad. ο. — στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, nauale lignum amussis seu rubrica dirigit. Plutarchus Polit. præc. χρείας χωμένου καὶ κανόσι καὶ στάθμαις, ὑφ' ὧν ἀπευθύνεται τὸ ἔργον ὕλης, de imperito fabro lignario. Ammon. in Prædicam. Aristot. ὡς γὰρ ὁ τέκτων τῇ στάθμῃ κέχρηται ὀργάνῳ πρὸς διάκρισιν τῶν τε ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων, ὁμοίως καὶ ὁ οἰκοδόμος τῇ καθέτῳ διακρίνουσι τοὺς ὀρθοὺς καὶ τοὺς μὴ τοιούτους τῶν τοίχων H

id est (Budæo interprete) Vt faber vtitur amussi instrumento ad exigendam materiæ rectitudinem, sic structor vtitur perpendiculo ad parietes dirigendos. Vbi nota discrimen inter στάθμην & κάθετον. Luc. in Zeux. [τῆς εἰκόνος ταύτης αἰπόλαρχος] πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβῶς τῇ στάθμῃ μεμετρημένη. Et metaph. apud eundem Luc. κατὰ τὰ καὶ στάθμην ἀκριβῆ ποιοῦντες. Apud eundem De vera historia, κανὼν τις σταθμὸς ἱστορίας δικαίας. Et in prouerb. στάθμης ἀκριβέστερος, q. d. Ipsa rectitudine rectior. Eust. Quod verò Latini dicunt Ad amussim, Examussim, Amussatim, & Examussatim, id Græci ἐπὶ στάθμην, κατὰ στάθμην, & παρὰ στάθμην, & πρὸς στάθμην. Od. ε, de fabro complanante ligna, πελέκκησε δ' ἄρα χαλκῷ, Ξέσσε δ' ἐπισταμένως καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε. Et Iliad. ρ, de poste cyparissino quem σταθμὸν appellat, ὅν ποτε τέκτων Ξέσσεν ἐπισταμένως καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε. Et Sophocl. apud Athen. lib. 13, ὡς τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών. Cui simile est quod legitur apud Theogn. Εἶμι παρὰ στάθμην ὀρθὴν ὁδὸν, οὐδετέρωσε Κλινόμενος. (Apud Æschylum autem in Agamemnone, pag. 107, παρὰ στάθμην scholiastes exponit παρὰ τὸ πρέπον.) Et in prouerb. πρὸς στάθμην πέτρον ἄγειν, Amussi lapidẽ applicare: in eos qui præposterè aliquid agunt. Quod Plutarchus mutata constructione dicit, πρὸς στάθμην πέτρον τίθεσθαι, μὴ τὸ πρὸς πέτρον στάθμην. At mutato vocabulo Basil. De leg. poet. τὴν λίθον πρὸς τὴν σπαρτίον ἄγοντες, ad funiculum, id est amussim. At λευκὴ στάθμη, Alba amussi, seu Alba linea, (vt Gellius loquitur post Lucil.) hoc est Nullo delectu ac citra discrimẽ, Erasm. Chil. & Bud. in Pand. At Pausan. apud Eustath. λευκὴν στάθμην esse dicit τὴν ἄδηλον (quoniam si lapidi faber similis coloris lineam inducat, non apparebit quod sequatur, aut certè vix apparebit) ac prouerbium in eos qui incerta incertis significant aut nihil intelligunt, ἐπὶ τῶν ἄδηλα ἀδήλοις σημαινομένων, ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων. Item λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη, In albo lapide alba linea. De quo iidem prouerb. apud eosdẽ. Quod verò dicitur de albo lapide & alba linea, idem etiam de aliis coloribus dici potest, vt annotat Eustath. vt ἐν ἐρυθρῷ λίθῳ ἐρυθρὰ στάθμη, & sic in similibus. ‖ Erat etiam στάθμη ἱστικὴ ἐν διάστρεις ἐπὶ τῶν δρομέων, vt Eustath. tradit: dicens sic accipi tum apud alios tum apud Oppianum. ‖ Στάθμη videtur poni etiam pro perpendiculo, ἀντὶ καθέτου. (licet diuersa hæc duo esse ex præcedentibus constet) in hoc apud Suidã loco, στάθμην ἰθυντῆρα μολιβδίδα. nam in funiculo illo regulari qui minio tingitur, plũbum non appenditur, sed tantùm in funiculo perpendiculari, nisi forte ferream amussim seu ferream regulam hic accipias qua materiarii ligna & lapides secundum latitudinem exæquant: vt ea propter pondus dicatur μολιβδίς. Suidas σπαρτίον exponit, quod ambiguum est. ‖ Στάθμη, Ensis capulus, quia suo pondere σταθμίζει τὸ ξίφος, dirigit & ad æquipondium reducit. Ita v. l. citantia hunc Diod. Siculi locum, ταῖς στάθμαις τῶν ὀρειχάλκων ξιφῶν. Cæterùm in σταθμὸς & στάθμη eam accentus esse rationem Eust. scribit, quæ est in καλὸς & κάλη, ὀρθὸς & ὄρθη, κελευστὸς & κελεύστη.

Σταθμάω vel potius Σταθμάομαι, Ad amussim exigo, Amussatim sequor. Luc. De hist. scrib. εἰς ὥς σοι κανών καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας. καὶ οἱ μὲν σταθμήσονται πρὸς αὐτὴν, ὅσ' ἂν ἔχοι. G

‖ Σταθμάω est etiam idem quod Pondero, Libro. vnde σταθμῆσαι Eustath. exponit ζυγοστατῆσαι, & Hesych. ἐν ζυγῷ στῆσαι. Eadem signif. est vocis passiuæ. Pausanias Achaicis, κάτωθεν καλῳδίῳ δήσαντες κάδιον, σταθμώμενοι μὴ πρόσω καθεῖναι τῆς πηγῆς, ἀλλ' ὅσον ἐπιψαῦσαι τὸ ὕδατος τῷ κύκλῳ τὸ κατόπτρου, ita librantes ne vltra aquæ superficiem demittant, sed eatenus demum vt summam aquã stringant. Bud. Idem Bud. exponit Libro, Modulor, Modum adhibeo, Ad certum modum facio. ‖ Item Æstimo, Perpendo, Examino. vt Budæus apud Platonem interpr. Comm. pag. 471. ‖ Item Coniecturam facio,

Argumentum duco. Theophr. lib. 9 De causis pl. cap. 4, εἴ τι δεῖ σταθμᾶσθαι τούτῳ, Si quidem oporteat ex eo coniecturam facere & argumẽtum ducere. Bud. Idem porro apud Herodotum in Thalia, σταθμώσασθαι Ionicum esse dicit pro σταθμήσασθαι. Eustath. tamen inter σταθμῆσαι & σταθμώσασθαι distinguit, sicut inter πολεμῆσαι & πολεμῶσαι: ac σταθμῆσαι esse dicit τὸ ζυγοστατῆσαι, at σταθμώσασθαι apud Herodotum, τὸ στοχάσασθαι. videtur igitur σταθμώσασθαι deriuare A Σταθμόομαι, vt πολεμόω à πολεμόω.

Σταθμητὸς, οῦ, ὁ, Ad amussim exactus. Vel, Qui ad amussim & lineam exigi ac dirigi potest. Item μετρητὸς, vt Suidas exponit apud Arrianum, ἦν δὲ καὶ καμήλων οὐ σταθμητὸν πλῆθος. Item, πέτραι τι οὐ σταθμητοὶ τὸ μέγεθος. At apud Plat. ἐμοὶ μὲν οὖν ὦ ἑταῖρε οὐδὲν σταθμητὸν, mihi quidẽ, ô socie, nihil pensi.

C. Ἀστάθμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inconsideratus, Improuidus, Qui res perpendere non didicit, sed temere agere. Bud. pag. 471, ex Plutarcho. Item, Instabilis, Incertus, ἄστατος, ἄδηλος, vt scholiastes apud Thucyd. exponit lib. 4, p. 141, τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ· πάντων δὲ σφαλερώτατον ὑπάρχον, ὅμως καὶ χρησιμώτατον φαίνεται. vbi σφαλερὸν & ἀστάθμητον synonyma sunt. Philo De vita Mosis lib. 1, τὰ δ' ἀνθρώπινα καὶ μᾶλλον [μεταβάλλειν] ὅσῳ καὶ ἀσταθμητότερα, quo incertiora sunt. Eurip. βροτῶν ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰὼν, id est (vt Eustathius exponit) ὡς δὲ κἀκεῖ ῥέπων καὶ μὴ μένων ὡς ἐν ἰσότητι σταθμοῦ. Apud Demosthenem quoque, ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων, καὶ ὡς αἱ τύχαι κινούμενον, omnium leuissimum ac maximè instabile. (nisi quis in prima significatione accipere malit) Et apud Plutarchum Themistocle ἀνώμαλος καὶ ἀστάθμητος, Nec sui semper similis, nec stabilis ac sibi constans. sic suprà, οὐδ' ἄλλως σώφρων ὢν τὸ ἦθος ἀλλ' ἀνώμαλος καὶ παράφορος, idem Plutarchus dixit eodem significatu. At ἀστάθμητοι ἀστέρες, vagi & errones, vt B. apud Xenophontem interpr. πλανῆταί τε καὶ ἀστάθμητοι ἀστέρας γενέσθαι. Non incõmodè interpretetur aliquis, Stationem non facientes, vt Plinius de Martis sidere (quod ipsum quoque ex planetarũ numero est) dicit, nunquam id stationem facere, lib. 2, c. 17.

C. Ἀντισταθμῶ, Rependo, E contrario pondero. Basil. οὐκ ἀντισταθμήσαντο τὴν περὶ ἑαυτοὺς δουλείας ἡμῶν, Rationem non habuerunt exhibiti à nobis officii seruilis & addicti, Non compensandum duxerunt quòd ipsis seruiuimus, Bud.

C. ἈΠΟσταθμάω, Dependo, Appensum trado. σταθμῷ ἀποδίδωμι. Eust.

C. ΔΙΑσταθμάομαι, Metor, Dispono. Eurip. διεσταθμήσατο, Metatꝰ est, Disposuit. v. l. Διασταθμῆσαι Hesych. est διελεῖν.

¶ Στῆμα, ατος, τὸ, Stamen. Dicitur de planta, vt Hesych. annotat: fortassis eo sensu quo Stamen apud Latinos. In vulgatis autem lex. στῆμα dicuntur omnes herbæ marinæ. Est etiam vocabulum nauticum, teste Hesych. ‖ At in membro virili στῆμα dicitur pendula virgæ pars, τὸ καταπεπτωκὸς τοῦ καυλοῦ, vt Pollux exponit. Rufus Ephesius quoque στῆμα vocari scribit τὸ ἐκκρεμὲς τοῦ αἰδοίου, hoc est partem pudendi pendulam & prominentem: AT Ὑπόστημα & ἀνάστημα (& κύστεως τράχηλον, vt Pollux addit) appellari partem ei subiectam quæ non propendet, τὸ μὴ ἐκκρεμάμενον αὐτοῦ.

Στήμων, ονος, ὁ, Stamen. Hesiod. Erg. β, Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι, in pauco stamine multam tramam intexito. Plutarch. De solertia anim. loquens de alcyone nidificante, συμμίξασα τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας, συντιθεῖσα καὶ συνδέουσα πρὸς ἀλλήλας ἐγκαταπλέκουσα, τὰς μὲν ὀρθίας, τὰς δὲ πλαγίας, ὥσπερ ἐπὶ στήμοσι κρόκην ἐμβάλλουσα. Plato Cratylo, κερκίζοντες δὲ τί δρῶμεν; οὐ τὴν κρόκην καὶ τοὺς στήμονας διακρίνομεν; stamina & subtegmina seu tramã discernimus. Sunt enim stamina in tela fila recta & stabilia quibus subtegmina intexuntur. Στήμων (vt Stamen apud Latinos) dicuntur etiam ipsa fila quæ è colo ducuntur. Vnde Pollux scribit Platonem στήμονα vocare τὸ νῆμα. Apud Lucianum, κρόκην κατάγουσα καὶ στήμονα κλώθουσα, Stamina nẽs, vt Tibullus loquitur, seu Stamina torquens, vt Ouid. Et apud Pollucem est, στῆσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια, intendere stamina, id est fila è colo ducta, ad ordiendam telam. & περιφορεῖσθαι στήμονα, idem quod διαζεῖσθαι. Item συνδῆσαι τὸν στήμονα καὶ κερκίσαι. Apud eundem ἄκλωστοι στήμονες ex Plat. comico: & στήμων ἀξύνετος, id est ὁ ἰσχνὸς & λεπτὸς, ex Aristoph. VNDE Ὀλιγοστήμονος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt ὀλιγοστήμονες πλύται, id est αἱ ταινίαι. Pollux ex Sophocle. ET Στημονητικὸς, οῦ, ὁ, vt στημονητικὴ κρόκη apud Poll. Trama quæ stamini intexitur. ET Στημόνιος, ου, ὁ, Stamineus. Theophrastus lib. 3 De hist. plant. cap. vltimo, de smilace, τὴν τε διὰ μέσου ὥσπερ ῥάχιν λεπτὴν ἔχει, καὶ τὰς στημονίους διαλήψεις οὐκ ἀπὸ ταύτης, ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν περιφερεῖς, & interualla staminea non ex eo porrecta, vt cætera, sed circa eum in orbem circumacta, vt Gaza interpr. Scribitur tamen ibi στημονίους. AT Στημονίαι, Cincinni staminibus similes, vt Hesych. exponit. Cincinni prolixi & teneri, Camer. ET Στημόνιον, ου, τὸ, Stamen. idem quod στήμων, vt paulo antè ex Polluce, στῆσαι τὸν στήμονα, ἢ στημόνια. Aristoteles Polit. 2, cap. 4, ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον ἐρίου γίνεται τῆς κρόκης, ex alia lana stamen fit, ex alia trama. ET Στημονώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Stamineus, Stamen referens. Plutarchus De solertia anim. loquens de aranea, ἡ τοῦ νήματος ἀκρίβεια καὶ τῆς ὑφῆς τὸ μὴ διεχὲς μηδὲ στημονῶδες. ET Στημονίζομαι, Stamen duco, Stamen tendo, Ordior. idem quod στήμονα ἵστημι. Aristot. Hist. anim. lib. 9, cap. 39, de phalangio, ὑφαίνει δὲ πρῶτον μὲν διατείνας πρὸς τὰ πέρατα πανταχόθεν, εἶτα στημονίζεται ἀπὸ τοῦ μέσου· ἐπὶ δὲ τούτοις ὥσπερ κρόκας ἐμβάλλει, deinde stamina à medio ducit, atque his subtegmina annectit. Plinius de hoc araneorum genere scribit, Texere à medio incipit, circinato ordine subtegmina adnectens. Paulo antè verò, Tereti filo & æquali deducit stamina.

Στήσιος, ου, ὁ, vt στήσιος Ζεὺς, Iupiter Stator, apud Plutarch. in Cicerone.

C. ἈΜΦίσταμαι, Circumsto. Il. ε, φίλοι δ' ἀμφίσταν ἑταῖροι Μυρμιδόνες. Soph. αὐτὸν ἐν κύκλῳ μαθόντες ἀμφέσταν. ‖ At Hesych. ἀμφίσταται exponit ἐξετάζειν.

C. ἈΝΘίστημι, Contrà statuo, Oppono, Ex aduerso pono, Aduersarium statuo. Aristoph. in Ranis, ἀλλ' ἕτερον ἀντίστησί τι, κἀντισπούδαζε.

Ἀνθέστηκα & ἀντέστην ab ἀνθίστημι, vsurpantur neutraliter pro ἀνθίσταμαι ab ἀνθίσταμαι, Repugnaui, Restiti, Reluctatus sum. Itidem infinitiui ἀνθεστάναι, & ἀντιστῆναι. Paul. ad Rom. cap. 9, τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; & ad Gal. 2, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. Sic & participia ἀνθεστηκὼς & ἀντιστὰς pro ἀνθιστάμενος. Dicitur etiam ἀνθεστὼς interdum pro ἀνθεστηκώς. ‖ Apud Thucydidem lib. 5, ἀνθεστῶτος αὐτῷ τοῦ πράγματος, Quum ei res non succederet. nam res non succedens, veluti repugnat desiderio nostro. Apud eundem ibidem sine datiuo personæ, ὡς δὲ ἀντέστη τὸ πρᾶγμα. id est ἄλλως ἀπέβη, vt schol. exponit.

Ἀνθίσταμαι, Resisto, Obsisto, Repugno, Reluctor, Renitor, Aduersor. Apud Xen. hostis dicitur ἀνθιστάμενος, Pæd. 2, καὶ ἣν μὲν ἀνθίστηται, δῆλον ὅτι μάχεσθαι δεήσει. Dicitur & ἀνθίστασθαι πρὸς ἄνδρα: vt apud Thucyd. ἀνθίστασθαι πρὸς ἅπαντας.

Ἀντίστασις, εως, ἡ, Resistentia, Reluctatio. Ἀντίστασις, (inquit Bud.) Resistentia, Obnixus, vt apud Aristot. περὶ κόσμου, vbi de mundi harmonia loquens scribit, τὴν γὰρ ἴσην ἀντίστασιν ἔχει τὰ βαρέα πρὸς τὰ κοῦφα, καὶ τὰ θερμὰ πρὸς τὰ ἐναντία. Quo in loco ἴσην ἀντίστασιν alii interpretati sunt æquilibrium. ‖ Ἐξ ἀντιστάσεως καὶ συστάδην ἀγωνίζεσθαι, Pede collato & acie non aperta, apud Herodianum, qui alibi ἐκ παρατάξεως ἀγωνίζεσθαι pro eodem dixit teste eodem Budæo. Apud eũdem Herodianum legimus ἐξ ἀντιστάσεως μάχας θνείων ἐπεχείρησε.

Ἀντίστασις apud rhetores, Comparatio, Comparatiuũ genus apud Quintilianum lib. 7, cap. 5. Hermogenes, γίνεται ἀντίστασις, ὅταν ὁμολογῶν ὁ φεύγων πεποιηκέναι τι ὡς ἀδίκημα, ἀντεισάγει ἕτερόν τι ἀγαθὸν εὐεργέτημα μεῖζον δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος πεπραγμένον, Id est, Fit ἀντίστασις, quum reus cõfitẽs fecisse se aliquid tanquam maleficium, ex aduerso opponit maius aliquod beneficium, cuius autor fuerit maleficium illud committendo. Exponitur ἀντίστασις & Intentio, ex Iulio Firmiano.

Ἀντιστάτης, ου, ὁ, Reluctator, Aduersarius.

Ἀντιστατέω, ῶ, Obsisto, Resisto, Reluctor, Obluctor. Gregor. μάχη καὶ μῖξις τῶν στασιαζόντων ἀλλήλοις ἀντιστατούντων. ‖ Item Ἀντιστατῶ, Obsisto, Partes facio vel cogo, id est factiosus

ctiosus sum. Budæus ex Herodoto.

Ἀντιστατικός, οῦ, ὁ, Reluctatiuus, Ad reluctandum seu resistendum valens, vel Resistendi vim habens. Apud Hermogenem ἀντιστάσει, dicitur αὐτόθεν ἀντιστατικὸ oppositio quæ ἀντίστασιν habet, accipiendo ἀντίστασιν in ea significatione quam apud rhetores habere, modò docuimus ex eodem Hermogene.

Ἀνίστημι, Surgere facio, Erigo, Excito iacentem. Plato in Charmide, τὸν μὲ ἀνιστάμενόν τινα ἤ τὸν πλάγιον καταβάλλοντα. Homerus Odysseæ ξ, χειρὸς ἀνέστησεν. Iliad. ω, κήρυκα δ' ἀνίστη. Et Excito, quod est Reuiuiscere facio, Excito mortuū. Iliad. ω, Οὐ γὰρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος, Οὐδέ μιν ἀνστήσεις. Itē ἀνίστημι, Erigo, Extruo. vt ἀνιστάναι πόλιν, & ἀνιστάναι στήλας, apud Herodotum. Excitare ædificium dicitur itidem Latinè. Budæus primas huius verbi significationes ponit Erigo & Exsuscito. Nonnus dixit etiā ἀναστῆσαι βασιλῆα, Excitare regem, quasi surgere facere ad regiæ dignitatis fastigium. Dicitur & ἀναστῆσαι eo sensu quo Latinè dicitur ab oratoribus Excitare in concionem.

Ἀνίστημι, Moueo: (vt ἀνίστημι τὸν στρατόν, Castra mouit.) Migrare cogo, Sedibus pello, vel excio. Pausanias in Cor. Ἀργεῖοι δ' ὕστερον ἔθνη Ορνεάτας ἀνέστησαν. Idem, ἀνέστησε δὲ καὶ Τιμωθέους Ἀργεῖοι. quod & ἐξανίστημι dicitur. Hactenus Budæus. Sciendū est autem dici etiam ἀνιστάναι τὸ στρατόπεδον à Thucydide pro Mouere castra. & pro Migrare cogo dici etiam Sedibus excio, & quidem frequentius (vt opinor) quàm Sedibus excio. Verbum autem ἀνιστάναι hanc significationem habens poni interdum simpliciter cum accusatiuo, vt in locis modò citatis: interdum cum genitiuo, constructo cum præpositione ἐξ. Nonnunquam, præter accusatiuum, cum præpositione ἐξ iuncta genitiuo, additam habere & aliam, videlicet εἰς, cum accusatiuo. Sophocles, Ἐξ μ' ἐξ ἕδρας ἀνίστη. Plutarchus in Pericle, Ἑστιαιεῖς δὲ πάντας ἀναστήσας ἐκ τῆς χώρας, Ἀθηναίοις μόνοις κατῴκισεν. Cum vtraque autem præpositione, vt ἀνίστημι ἀνθρώπους ἐκ τῶν πόλεων εἰς ὄρη, Excito homines ex vrbibus in montes, vel Excio. pro Excitatos siue excitos ex vrbibus, traduco in montes. Cæterùm existimo ἀνιστάναι interdum tam latè patere quàm Submouere apud Latinos (cuius tamen significationis Budæus non meminit) nec inuenio verbum quo possit commodius reddi in hoc Demosthenis loco Pro corona, ἀνέστησαν αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς καλῆς ἐργασίας. In isto quidem Homeri versu, Iliad. α, Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίξοι, sunt qui ἀναστήσειεν exponant Submoueret: de qua expositione in proximè sequenti annotatione dicam.

Ἀνίστημι, Euerto, Subuerto. vt πόλεις ἐκ βάθρων ἀναστῆσαι, quū vrbes fūdit⁹ euertisset. Sic πόλιν ἀναστῆσαι, pro ἀνάστατον ποιεῖν, sæpe dictum ab antiquis scriptoribus testatur Eustathius, exponens versum Homeri modò citatum ex Iliad. α, vbi ait ἀναστήσειεν esse pro ἐξελάσειεν, vel, ἄνω κάτω ποιήσειεν, ἀνάστατον, ἀναστάτους ποιεῖ. Hesychius ἀναστήσειεν, non aliunde, vt opinor, quàm ex illo Homeri loco sumptū) explicat ἀναστάτους ποιήσειεν. In vulgatis lexicis ἀναστήσειεν exponitur Submoueret: & subiungitur, id est ἀναστάτους καὶ ἐν ταραχῇ ποιήσειεν, ἤγουν φυγάδας καταστήσειεν, quæ explicatio habetur in breuibus scholiis in Homerum. Sed ego non video quomodo Submoueret significare possit ἀναστάτους ποιήσειεν: quum potius Submoueret respondeat alteri expositioni φυγάδας καταστήσειεν. quod videtur dictum ab autore illorum scholiorum pro εἰς φυγὴν τρέψειεν. quem vix credo post ἀναστάτους καὶ ἐν ταραχῇ ποιήσειεν, subiunxisse, ἤγουν φυγάδας καταστήσειεν, sed aliam aliquam particulam quàm ἤγουν scripsisse. sunt enim hæc diuersa. Eustath. obiter declarans quo sensu ἀναστάτους possit accipi, dicit ἀναστάτους καὶ ἀδιασκευάστους. quasi videlicet illi, amisso suo rege, velut euersi futuri essent, eorum rege, tanquam propugnaculo quodā, euerso & perdito. nam tale quidpiam Eustathium respexisse puto. Præterea quod attinet ad verbū Submouere, scio esse Arcere potius quàm Fugare, quod sonat, εἰς φυγὴν τρέπειν. ideo fortasse mallet aliquis interpretari Submoueret fugans, vel in fugam vertens.

Ἀνέστην & Ἀνέστηκα quæ significationem τοῦ Ἀνίσταμαι sequuntur, vide post ipsum.

Ἀνίσταμαι, Pass. Exurgo, Surgo (sicut ἀνίστημι, Surgere facio.) Il. α, Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Plutarchus in Alcibiade, ἀνισταμένοις ἐν τῷ δήμῳ λέγειν. Aristophanes in Pluto ἐπὶ τὴν χύτραν τὴν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι. Inuenitur & ἀνιστάμενος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, eadem metaphora qua ἀναστῆσαι βασιλῆα apud Nonnum, vt antea docuimus. Apud Plutarchum ταῖς ναῦς ταῖς πρύμναις ἀνεστώσας, vulgò exponunt Naues puppibus insurgentes. id est altis puppibus. Habet autem ἀνεστώσας nominatiuū singularem masculinum ἀνεστώς, quod dicitur vt ἑστώς, cuius formationem vide apud grammaticos. Homerus autem αὖτις ἀναστήσονται dixit pro Resurgent, cum ὑπὸ iuncta genitiuo. Iliad. φ, Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Ex Thucydide citatur ἀνίσταμαι ἀπὸ Αἰγίνης pro Discedo ab Ægina, sed videdū annō melius exponeretur, Excitor ab Ægina, Migrare cogor ab Ægina. ¶ Ἀνίσταμαι item pro Euertor. quam significationem habet potissimùm in aor. 1, ἀνεστάθην. Demosthenes De fals. leg. ἀπολώλατε ἀνάστατοι, Passi estis euerti.

At pro exēplo significationis actiuæ verbi ἀνίσταμαι, citatur hic locus in vulg. lex. Græcol. ἀνιστάμενος αὐτὸν ἐκ τοῦ πτώματος. sed autor non additur. ac certè rarissimū esse puto hunc verbi istius vsum, sicut & cæterorum cōpositorū, vt videlicet in voce pass. actiuè vsurpentur.

Ἀνέστην, aoristus secundus ab ἀνίστημι & præteritum ἀνέστηκα significationem verbi Ἀνίσταμαι sequūtur (quod itidem de eorum participiis ἀναστὰς & ἀνεστηκὼς intellige) ideóq; hic à me ponūtur. quod in cæteris cōpositis itidē faciendū erit. Apud Hom. non semel, τοῖσι δ' ἀνέστη, Inter eos autē surrexit, verba facturus videlicet. Sic passim & apud scriptores prosæ: vt apud Xenoph. Hell. 6, τούτων δὲ διεξελθόντων ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, ἀνέστη Κλειτέλης, καὶ εἶπεν. Demosthenes Pro corona, ἀλλ' ἀναστὰς εἰπάτω. Idem Philippica quarta, ἀλλ' ἀναστάς τις λέγει. Interdum genitiuo iungitur, cum præpositione ἐξ, vel sine ea. Homerus Iliad. α, — θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσταν Ἐξ ἑδέων σφοῦ πατρὸς ἐναντίον. & Iliad. τ, Αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς. Apud Plutarchum ἐξ in eodem genere loquendi sine præpositione, ἀναστάντος τῶν βάθρων. At Plato in Lachete dixit cum præpositione ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, pro A morbo resurgere, vel, De morbo. Liuius dicit Assurgere ex morbo: vt & nostrates dicūt, Releuer de la maladie. hoc est Conualescere. Hæc enim verba, εἰ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς, ἀναστήσῃ, Cicero ita vertit, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces. ¶ Item ἀνέστην pro Excitatus sum sedibus, siue expulsus, Migrare coactus fui, vel Ad migrandū compulsus fui. Thucydides initio libri 6, ὑπὸ Ἀνδρῶν ἀναστάντες. Et ἀναστάντες ἐς τὴν Θάψον, ex eodem citatur pro Castra mouentes in Thapsum, sed fortasse melius exponeretur, Quum emigrassent in Thapsum, sedibus suis pulsi. nam si esset ἀναστάντες, diceremus subaudiri nomen στρατόπεδον: quod post ἀναστάντες subaudiendum minimè videri possit. ¶ Inuenitur etiam ἀνέστη πόλις, pro ἀνάστατος γέγονε, euersa est. Sed & de hominibus apud Thucydidem dicitur ἀνέστησαν, vbi itidem hoc verbum explicatur à scholiaste, ἀνάστατοι ἐγένοντο: ego tamen ἀνάστατοι illic non accipio vt in præcedente loco (vbi dicitur πόλις ἀνάστατος) sed pro Sedibus pulsi fuerunt. nam vtranque significationem habet ἀνάστατος, vt paulo pòst docebo. Thucydidis autem locus est hic libro primo, οἱ γὰρ ἐκ τῆς Ἰλίου καθόδου ὑπ' αὐτῶν ἐκ καὶ τινὲς πολλαχοῦ ἀνέστησαν. ¶ In hoc autem loco Odyss. σ, Μή τις τάχα Ἴρου ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ, Budæus ἀναστῇ exponit ἀνταγωνίσηται, Certaturus existat.

Ἀνέστηκα itidem capitur interdum pro ἀνάστατος γέγονα. Eurip. Hecuba, Καὶ τὴν πόλις μὲν τῆς ἀνέστηκεν δορί. Et in participio, ἀνεστηκυῖα πόλις, Euersa ciuitas. Rarius autem ponitur pro ἀνέστην, id est Surrexi.

Ἀνάστασις, εως, ἡ, Surrectio, Resurrectio. Intellige autem

surrectionem à sedili (quum videlicet aliquis surgit qui antea sedebat) vel surrectionem à cubili, siue à somno, quum nimirum quispiam de somno excitatur. Sophocles Philoctete, — πρὶν αἰάστασιν δοιῶς Αὐτοῦ βιβάντων ἐξ ὕπνου εἶναί ποτε. In Nouo testamento frequens est pro resurrectione à morte in vitam: & interdum dicitur ἀνάστασις simpliciter, vt Matth. cap. 22, Σαδδουκαῖοι οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν. & Ioann. cap. 11, οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει: & CHRISTI salutifera resurrectio, itidem ἀνάστασις. Act. cap. 1, περὶ μὲν ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ: & 1 Petri capite tertio, δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Interdū verò ἀνάστασις νεκρῶν, (& alicubi etiam ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν) Act. cap. 23 & 24, περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι. Sic alibi sæpe. & Rom. cap. 1, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. At Ioann. cap. 5, habemus ἀνάστασιν ζωῆς. ‖ Reperitur verò & ἀνάστασις pro resurrectione à lapsu, Lucæ cap. 2, εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν.

Ἀνάστασις, Euersio. Demosthenes Olynthiaca 1, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος. Pollux, καὶ πόλεως ἀνάστασις καὶ ἀναστάτους, παρὰ Δημοσθένει. ‖ Est item Sedibus expulsio vel euocatio, vt ait Bud.

Ἀνάστασις τῆς εἰκόνος citatur ex Phalaride pro erectione statuæ. quam autem significationem habet hoc in loco, eandem videtur & in illo habere debere, ἀγαλμάτων siue ἀνδριάντων ἀνάστασις. Exponitur tamen vulgò Simulacrorum consecratio. A Polluce ponitur ἀνδριάντων στάσις καὶ ἀνάστασις, sed sine explicatione. Ab eodem, ἀνάστασις τειχῶν, & οἰκοδομήματος ἀνάστασις. vbi videri potest accipere ἀνάστασιν pro euersione: ex eo quòd post ἀνάστασις ἐπίπεσε τὰ πάντα χρεία, subiungat, καὶ ἀνάστασις ὁμοίως τειχῶν. In vulgatis tamen lexicis ἀνάστασις τῶν τειχῶν exponitur Murorum instauratio: sed commodius ἀνάστασιν interpretaremur extructionē quàm instaurationem, vt ἀνιστάναι antea extruere vertimus. Virgilius Latinum verbum ad rem eandem transtulit, quum dixit, Non cœptæ assurgunt turres.

Ἀναστάσιμος, ου, ὁ & ἡ, q.d. Resurrectiuus, Resurrectorius. Scriptores ecclesiastici ἀναστάσιμοι dicunt (quasi resurrectiuum) Quod pertinet ad CHRISTI resurrectionem. quam ἀναστάσιμον μυστήριον Synesius vocat. Et apud Nazian. habetur ἀναστάσιμος ἡμέρα, Resurrectoria dies, Dies resurrectionis.

Ἀναστατικός, ου, ὁ, Exuscitatiuus, Resurrectorius. Theodorus Gaza ἀναστατικὰ ἔργα vocat precationes & hymnos de Christi exuscitatione siue resurrectione.

Ἀναστατήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Resurrectorius. vt ἀναστατήρια θυσίαι, Sacrificia quæ fiebant ad resurgendum è morbo, vel Ob resurrectionem è morbo. nam ἀνίστασθαι ἐκ τῆς νόσου pro Resurgere à morbo ex Platone protulimus. Vide Hesychium.

Ἀναστατήρ, ῆρος, ὁ, Euersor, Vastator. Æsch. in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. p. 120, ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός.

Ἀνάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Euersus, vel Vastatus. ἀνάστατον ποιεῖν, Euertere, Vastare, & ἀνάστατον γίνεσθαι, Euerti, Vastari, passim apud prosæ scriptores. Inuenitur autem ἀνάστατος πόλις siue χώρα, item ἀνάστατον πεδίον. Æschines in Ctesiphontem, καὶ ταῖς ἐν Φωκεῦσι πόλεις παραδόξως ἀναστάτους ἐποίησε. Isocrates, καὶ τὰς πόλεις ἀπολλυμένας, καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους ἀναστάτους γιγνομένους. Idem ad Philippum, ἀνάστατον ποιῆσαι τὴν Σπάρτην. Apud Platonem, ἀνάστατον ὅλην Σικελίαν γίγνεσθαι. Apud Herodotum ἀνάστατα ἦν exponitur Vastabantur. Isocrates in Panathenaico alias πόλεις facit πανταπᾶσιν ἀναστάτους γεγενημένας, alias πεπορθημένας.

Ἀνάστατος, Sedibus pulsus. Sophocles Trachin. p. 351, Ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι Ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν. Reperitur & ἀναστάτους ποιῆσαι τοὺς ὁμόρους, quod vulgò exponitur Summouere vicinos: & ex Herodoto citatur ἀναστάτους ἐποίησε pro Exterminauit.

Ἀνάστατοι, Placentarum genus, Hesychio, Suidæ, Eustathio.

Ἀναστατόω, ῶ, Fut. ώσω, Euerto, Vasto, Diripio, ἀνάστατον ποιῶ. In Nouo testamento capitur pro Conturbo, Seditionem vel tumultum concito, aut Ad seditionem seu

A tumultum concito. ‖ Formatur autem ab hoc VERBALE Ἀναστάτωσις, quod idem euersionē, item conturbationem aut huiusmodi concitationem significat. Budæo est ἀνάστασις.

Ἀναστάδην, Surgendo, More eorum qui surgunt.

Ἀνάστημα, ατος, τὸ, Erectio, Assurrectio. vel potius Assurgimentum, si Latinè dici potest, pro eo quod assurgit, & in altum tendit. vt ἀνάστημα γῆς, Terræ agger in altum assurgens: vel (Budæi verbis) Terræ eminentia, Locus editus. ‖ Item ἀνάστημα, Statura, Proceritas.

B Theophr. περὶ χαμαιδρύος, l. nono, τὸ δὲ ἀνάστημα τῆς ὅλης ἀεὶ σπιθαμιαῖον, ὥσπερ μὲν δή. Exponit Budæus ἀνάστημα ἡλικίας itidem staturam in hoc loco qui citatur à Suida, θαυμασθεὶς ὁ παῖς τοῦ Μωϋσῆ τὸ τῆς ἡλικίας ἐξαίρετον ἀνάστημα. Subiungitur autem ab eodē Suida, ἀνάστημα ψυχῆς, quod exponit, τὸ πρὸς ἀρετὰς ἐπιτήδειον καὶ σώφρον ἰδίωμα. Eadem autem forma dicitur ἀνάστημα ψυχῆς, qua παράστημα ψυχῆς, & parum dissimili significatione.

C c.1. Ἀπανίστημι, & interdum Ἀπανιστάω, ῶ, Excito alicunde, vel Exurgere facio. Item Erigo ad vitam. Gregorius, ἀπὸ γῆς ἡμᾶς ἀπανιστῶν καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανάγων τοὺς πεσομένους. Idem, καὶ τῶν παρόντων ἀπανίστησι, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα μετατίθησι. Budæus vertit Inde excito, Inde exurgere facio, ostendere volens vim præpositionis ἀπό. Exponitur etiam ἀπανίστημι, Submoueo, Sedibus pello, apud Thuc. Herodoto autem in Thalia ἀπανιστάναι τὸ στρατιὰν est Abducere exercitum.

P. Ἀπανίσταμαι, Surgo ex [aliquo loco,] Exurgo. Chrys. τῆς κλίνης ἀπανίστασθαι ἐθίζεις φθάνειν ἀεὶ τὸν ἥλιον, De lecto surgentes præuenire semper solem. id est Ante solis ortum semper cubili exurgere. ‖ Est etiā Sedibus pellor,

D Emigro, Cōmigro. Thucydides, τῆς τε καθ' ἡμέραν διαγωγῆς προφάσει πανταχοῦ αὐτὸ μὴ ἐπικρατοῦν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο. Et apud Herodotum cum præpositione ἀπὸ iuncta genitiuo, ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος. Et cū aduerbio motum ad locum significante, vt ἀπανίσταντο ἐπίρωσι.

Ἀπανέστην quoque aoristus secundus vocis actiuæ vsurpatur passiuè, (sicut ἔστην & ἀνέστην ac reliqua) vt ἀπανέστη ἐκ χωρῶν. Itidem participium ἀπαναστάς. vt apud Gregorium, ἡ μέλισσα ἄρτι τῶν σμήνων ἀπαναστᾶσα,

E τὴν ἑαυτῆς σοφίαν ἐπιδείκνυται, Migrās ex aluels, vel Postquam migrauit aut discessit.

Ἀπανάστασις, εως, ἡ, Migratio. ἀποικία, μετοίκησις, Suidas & Hesych.

c.1. Διανίστημι, Excito, Exurgere facio. Budæus exponit Exuscito, ex Gregorio citans, διανίστησιν ὁ Κύριος τὸν Λάζαρον. & sic sæpe apud eum accipi annotat. Affertur autem & hoc exemplum, μὴ τὸν ἐκ τοῦ ὕπνου διαναστήσῃ, ne hunc è somno excitetis. ‖ Διανίσταμαι, Exurgo. Quam signi-

F ficationem retinet & aoristus διανέστη, itidemque participium διαναστάς. vnde διαναστὰς πρὸ ἑσπέρας ἐκ κοίλης οἰκίας.

c.1. Ἐξανίστημι Excito, Exurgere facio. Euripides, Κἀγὼ σ' ἑδραῖα. καὶ γὰρ εἰ πλέξει σ' ἔχει Τηκτὸς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ. id est (Turn. interprete) Stabilis sedeto. nanque te excitauero Etiam liquato vincta si plumbo hæreas. ‖ Item Surgere iubeo, Surgere cogo, Expello, Eiicio. Xenophon Pædiæ 4, οὐ βουλοίμην ἂν ἔγωγε τοὺς ὁρῶν Μήδους ἀθυμουμένους, ἐξανιστὰς αὐτοὺς ἀναγκάζειν ἀκουσίως ἰέναι, Eos excitans, Eos mouere & ad expeditionem se parare iubens. Plato in Protagora, καθιζόμενος ἐν Θαυδεῖ. ἐξαναστήσας τὸν παῖδα τινά. Herodotus lib. primo, ἐξανίστησαν αὐτοὺς

G ἐκ τῶν νήσων, ex insulis eos eiecerunt. Thucydides libro quarto, οὔτε ἐξαναστήσαντες πολέας ἰδίᾳ νέμονται γῆν, sedibus suis emouentes. Antiphon, καὶ ἡμῶν τοὺς πατέρας ἐξαναστήσαντες, κατανείμασθαι τὴν χώραν, sede expellentes. Et in passiuo apud Isocratem Panathenaico, μὴ ἐξαθυμουμένους ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων, μηδ' ἐξανισταμένους αὐτοῖς, μηδ' ὑπερφρονοῦντας γεγενημένους ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῇ ἐξ ἀρχῆς γενομένων, Vbi legendum videtur μηδ' ἐξανισταμένους ὑπ' αὐτῶν, & significat Qui eriguntur, id est quorum animi

H attolluntur, & velut assurgunt. ‖ Itē Euerto. Eurip. ἐξαναστήσας βάθρα Ἰλίου, euertens Ilii fundamēta. ‖ At verò ἐξανίσταμαι, Exurgo, Loco me moueo. Isocrates, ἐξανίστασο πρὶν μαθεῖν, exurge seu surge priusquā ine-

brieris. Apud Xenoph. in Symp. ἐξανίστατο εἰς περίπατον, surgebat seu exurgebat vt deambularet. Et ἐξανίστασθαι τῶν θάκων, E sedib' exurgere, Assurgere honoris gratia, Xenoph. pro quo dicit & ὑπανίσταμαι. Vsurpatur etiam de athletis ad certandum è suo loco surgentibus. Qua metaphora dixit Alexander Problem. lib. 2, τοὺς μῦς ἐξανεστάναι πρὸς ἄμυναν τοῦ λυποῦντος, musculos exurgere seu excitari ad noxia & lædentia depellenda. Impropriè verò de monte dicitur. vt apud Polybium lib. 1, ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον ἐξανεστηκὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν, Assurgens in altitudinem: vt Plinius & Columella de monte itidem dicunt. At ἐξανίστασθαι τῆς ὁδοῦ, Deuia decedere. Xenoph. ὑπανίστανται δέ μοι ἤδη καὶ θάκων καὶ ὁδῶν ἐξανίστανται, de via decedunt. Bud. ‖ Ἐξαναστάντες ἐκ τῶν ἠθέων, è sedibus emoti & exacti. Herodot.

VNDE Ἐξανάστασις, εως, ἡ, Expulsio è sede, Eiectio qua loco suo aliquem emouemus & exigimus, Euersio. Polyb. lib. 2, οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας ἔτι τῆς Ῥωμαίων πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι πόλεμον, ἀλλ' ὑπὲρ ὁλοσχεροῦς ἐξαναστάσεως αὐτῶν καὶ καταφθορᾶς, de eis funditus euertendis & delendis. ‖ Item Resurrectio, videlicet mortuorum.

c.3. Κατεξανίσταμαι cum genitiuo, Contra aliquem insurgo. Bud. pag 477 & 478, ex Basilio, Chrysostomo & Gregorio. Et apud Laertium, ὁ δὲ διαλεκτικὸς κατεξανίσταται τοῦ Κλεάνθους. Et Gregor. οὐδὲν αἰδεσθεὶς οὐδὲ τὸ καιρὸν κατεξαναστάς, In aduersitatem aduersarii insurgens, (vt Budæus interpretatur, dicens idem esse quod ἐπαίρομαι, & Insulto per occasionem) Idem, Ἰησοῦς βαπτίζεται ὑπὸ Ἰωάννου, καὶ σὺ κατεξανίστασαι τοῦ σοῦ κήρυκος. Idem Budæus interpretatur etiam Non cedo, apud Plutarchum in Alexandro pag. 218, à tergo. vbi de bucephalo loquitur, οὔτε ἀναβάτην προσιέμενος, οὔτε φωνὴν ὑπομένων τινὸς τῶν περὶ τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ἁπάντων κατεξανιστάμενος.

c.3. Προεξανίσταμαι, Prior exurgo, vel Ante aliũ surgo. Sicut verò ἐξανίστασθαι dici de athletis ad certandum suo loco surgentibus, paulo antè annotaui, ita etiam hoc. vt apud Plutarchum in Apophth. τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν ἀεί. Legitur tamen & προεξισταμένους, vt videbis in Προεξίσταμαι. At apud eundem Plutarchum in Rom. προεξανίστη τοῦ πολέμου, v. I. interpr. Bellũ præoccupauit.

c.3. Συνεξανίσταμαι, Vnà consurgo, Vnà exurgo. Plutarchus in Politicis præceptis, οἱ κισσοὶ τοὺς ἰσχυροὺς τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι, συνεξανίστανται, hederæ præualidas arbores circumplexæ, vnà consurgunt. Apud Polybium autem libro 16, ἀναγκαῖον μὲν τὴν αὑτοῦ πειρᾶσθαι συνεξαναστῆναι τοῖς καιροῖς, Bayf. vertit, Temporis occasionem sequi.

c.3. Ὑπεξανίσταμαι, Assurgo, vt ii qui honoris causa alicui assurgunt. Plutarchus Lycurgo, ὑπεξαναστῆναι πρεσβυτέρῳ, assurgere seniori. Idem dicitur & ὑπαναστῆναι.

c.2. Ἐπανίστημι, Excito, Erigo. vulg. lex. A Budæo exponitur, Excito, Solicito, in hoc loco quem ex Gregorio citat, διά τινα ἐπανέστησεν αὐτῷ ὁ φθόνος τοὺς ἀποστάτην βασιλέα. ‖ Item, Antepono, Præfero. Gregorius de iis qui cælum & sidera colebant, τῇ κτίσει τὴν κτίσιν ἐπανιστάντες. Bud. ‖ Item Præficio. Gregorius, ἄρχοντας ἡμῖν ἐπανίστησι πλείω τῶν ἐπιτεθειμένων ὑποκρινομένους. ‖ Neutraliter autem capitur pro Assurgo: idemque significat quod præcedens, seu simplex ἀνίσταμαι. Il. β, Οἱ δ' ἐπανέστησαν, πείθοντό τε ποιμένι λαῶν, honoris causa assurgebant. nam ἐπανίστασθαι apud veteres significasse τὸ ἐπὶ τιμῇ ἀνίστασθαι, testatur Eust. qui præterea annotat, legem fuisse apud Lacedæmonios, ἐπανίστασθαι τοῖς νέοις τοῖς πρεσβυτέροις. ‖ Apud recentiores verò (vt idem tradit) μαχιμὴ ἡ λέξις, præpositione ἐπὶ significãte κατὰ (quẽadmodũ apud Æschylum & Euripidem, Ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς) idemque quod κατεξανίσταμαι, seu Surgo aduersus, vel Insurgo aduersus. Thucydides libro tertio, τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, quid aliud isti quàm insidiati sunt & in nos surrexerunt? Et libro primo, πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ ἐπανέστησαν καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείστων, insurrexerunt aduersus populum. Et libro octauo, ἐπαναστάντες τοῖς δυνατοῖς. Eodem libro, ἐπαναστάντες αὐτοῖς ἀλλήλοις. In eadem significatione capitur apud Herodotum Thalia, οἱ μάγοι οἵ τοι ἐπαναστάντες, qui aduersus te insurrexerunt. Et apud Plutarchum in Publicola, ἐπανέστη τῷ Ταρκυνίῳ, in Tarquinium insurrexit. In eadem significatione passiuè quoque capitur. vt, δούλων γὰρ κακῶν ἐπανίστασθαι τῷ κεκτημένῳ. ‖ Item, Postea surgo. Sic exponitur in vulgaris lexicis locus Homeri paulo antè citatus. item hic Demosthenis De falsa legatione, ἐπαναστὰς δ' ὁ Φιλοκράτης, postea surgens. ‖ Dicitur etiam de rebus inanimatis metaphoricè, vt ἐξανίσταμαι supra de monte in altum assurgente. Vnde apud Dioscoridem libro 5, cap. 85, de bullis in aqua feruente surgentibus dicitur, ταῖς ἐπανισταμέναις τῶν ὑδάτων πομφόλυξιν ἴσας, erumpentibus aquarum bullis, vt Ruellius vertit. Potest etiam reddi Emineo. Aristoteles libro secundo De historia animalium, ἐπανεστηκὼς λόφος τῶν πτερῶν, Crista, pennarum quadam eminentia extructa. Apud eundem libro 2, cap. 11, de chamæleonte, καὶ ἡ ῥάχις ἐπανέστηκεν ὁμοίως τῇ τῶν ἰχθύων. de quo Plinius dicit, Spina simili modo eminet [vt in piscibus.] Idem de piscibus, καὶ ἀκάνθας [δὲ ἔσχατα ἔχουσί τε] ἄνω, πολλοὶ οὐκ ἐπανεστηκότα, Sublatas, Eminentes, vt Budæus interpretatur. Possit verò aliquis his in locis vti etiam vocabulo Assurgo, aut simplici Surgo: sicut Celsus dicit tumorem assurgere, & Plinius ac Columella, Assurgit in altitudinem. ‖ Pro simplici autem Surgo accipitur apud Aristophanem in Pluto ἐπανίστω, Surge, pro ἐπανίστασο. ‖ At verò apud Xenophontem Hellenicῶn 1, de Alcib. ἐπαναστὰς ἀπὸ τοῦ καταστρώματος, quũ constitisset in transtris. ‖ Ἐπανέστησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, caligauerant oculi eius. vulg. lex. ex 1 Regum, cap. 4.

VNDE Ἐπανάστασις, εως, ἡ, q.d. Assurrectio vel Insurrectio. Demetrius Phalereus, οὐ γὰρ ὑπὲρ τοῦ μέγαν ποιῆσαι τὸν λόγον ἡ ἐπανάστασις, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δεινόν, non enim insurgit vt reddat orationem magnam, verùm vt vehementem reddat & acrem. Assurgere verò oratorem eo significatu dicit Quintilianus. ‖ Item Rebellio qua aduersus aliquem insurgimus. Thucydides libro secundo, τῶν εἱλώτων τὴν ἐπανάστασιν. Et libro octauo, ἐπανάστασις ὑπὸ τοῦ δήμου τοῖς δυνατοῖς, rebellio qua plebs in potentiores insurgebat. Vbi nota verbale retinere casum verbi. Lucianus, γενέσθαι ἐπανάστασις, seditio, ἐπανάστασις. Bud. Cæterùm inter ἐπανάστασιν & ἀπόστασιν scholiastes Thucydidis ita distinguit, vt ἀπόστασις sit ὅταν τοὺς κακῶς πάσχοντες ἀποστῶσιν: at ἐπανάστασις, ὅταν τινὲς ἐπιβουλεύωσι καὶ μηδὲν ἀδικούμενοι στασιάσωσι καὶ ἐχθρεύσωσι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι. Ita vt ἐπανάστασις sit seditio qua aduersus eos insurgitur qui nulla iniuria lacessiuerunt: at ἀπόστασις, defectio ob iniuriam illatam. ‖ Sicut verò ἐπανίσταμαι interdum capitur pro Emineo: ita ὄρους ἐπανάστασις, Eminentia montis, vel potius Eminentia qua mons assurgit in altum. nam assurgere in altum de monte dicunt Plinius & Columella. ‖ Ἐπανάστασις ἐξανθημάτων, Eruptio pustularum, ex Dioscoride, libro 8, cap. 6. ‖ At ἐπαναστάσεις θρόνων, Insidias regni dixit Sophocles in Antigone, vt tradunt vulgata lexica. Fortassis tamen est Rebellio seu seditio qua aduersus thronum regium insurgitur. AT Ἐπανάστημα, Tumor, Tuber, Grumus, οἴδημα, φλύκταινα. Bud. Possit tamen aliquis non incommodè reddere Tumor assurgens, vt Celsus loquitur. Apud Aristoph. ἐπαναστήματα exponitur Bulla, Papulæ, φλυκταίναι.

c.2. Μετανίστημι, Sedibus pello, Migrare facio. ‖ Μετανίσταμαι autem Sedibus pellor, Migro, Emigro. Thucydides libro 3, εἰσὶ καὶ μετανίστανται παρὰ Σαλαμῖνος καὶ Ἀχαΐας, migrarunt. Philo De mundo, loquens de Abrahamo, εἰ δὲ μεταναστὰς, μεταναστῆναί τι καὶ τῆς διανοίας τὴν ἀπάτην, sin inde migrare instituisset, emigraturam quoque ab se rationis imposturam. Idem De vita Mosis lib. 1, κατὰ ζήτησιν τροφῆς εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ μεταναστάντων, Cum omni familia ad alimenta quærenda domo profecti, vt Turnebus interpretatur. Eadem significatio est vocis passiuæ. Philo De mundo, πρὸς ἓν αὐθεντικὸν μετανίστανται, demigrant. Apud eundem De vita Mosis lib. 1, ὡς τῶν μετανισταμένων τοῦ λογισμοῦ τῷ ὑποβαλλομένων ἐξελάσει, Turnebus interpr. Ceu mente capti.

VNDE Μετανάστασις, εως, ἡ, Migratio, Emigratio. Thucydides lib. 1, οὐ ῥᾳδίως τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο, difficulter emigrabant. Philo De vita Mosis lib. 1, τὴν ἐνθένδε μετανάστασιν εἰς ἀμείνω χώραν ὁμολογῶν αὐτοῖς ἔσεσθαι, illinc demigrationem in meliores partes pollicitus. (A QVO Μεταναστάσιος, ου, ὁ, vt μεταναστάσιον ὕδωρ apud Nonnum, Aqua quæ de loco in locum transfertur, quasi migrans.) ET Μετανάστης, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui demigrat. Ocellus De vniuerso. Pertinet huc ETIAM Μετανάστης, ου, ὁ, idem quod μέτοικος, Qui solum vertens aliò commigrat. Iliad. ι, Μνήσομαι ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Eustath. μετανάστην esse dicit τὸν μετὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀποδημοῦντα... Vtitur eo vocabulo Synes. quoque epist. 67, αὐθαίρετοι μετανάσται γενόμενοι, Voluntarii exules facti, Sua sponte solum vertentes. Apud Aratum verò ἐπὶ πάντας μετανάσται, Cicero vertit, – malunt errare vagæ per nubila cæli, Atque suos vario motu metirier orbes.

VNDE Μεταναστεύω, Exulo, Solum mutans aliò commigro. B. in Pandectas, Licebat reis post primam actionem exilium sibiconsciscere ante iudicium peractum, idque appellabant exilii causa solum vertere, μεταναστεύειν, μετοικίζεσθαι. Synes. epist. 124, δέῃ εἴ μοι δοκεῖ μὴ ὑπερόψεσθαι τῆς πατρίδος, κἂν λάβωμαι σχολῆς, μεταναστεύσειν, & si consequar otium, emigraturus esse.

C.2. Συνανίστημι, Vnà exurgere facio. Xenophon Sympos. circa finem, ὁ Διόνυσος ἀνιστάμενος συνανίστησι μεθ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀριάδνην. ‖Neutraliter autem acceptum significat Vnà consurgo. vnde συναναστῶμεν, vnà surgamus, vel resurgamus.

C.2. Ὑπανίσταμαι, Assurgo, vt ii qui honoris causa alicui assurgunt. idem quod ὑπεξανίσταμαι suprà, & ἐξανίσταμαι, ac ἐπανίσταμαι apud Homerum. vt ὑπανίσταμαί σοι τῆς καθέδρας. Xenophon Sympos. ὑπανίστανται δέ μοι ἤδη καὶ θάκων καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Aristoph. Nebulis, καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι, assurgere de sella senioribus, vel Sedibus assurgendo senioribus cedere. Et cum præpositione ἀπὸ, Xenoph. in Hierone, ὑπανίστανται δὲ ἀπὸ τῶν θάκων, ὁδῶν τε παραχωροῦσι. Surgere de sella, caput aperire solitū, dicit Salust. Vsurpatur etiā de iis quæ eminēt, vt ἐξανίσταμαι & ἐπανίσταμαι. Philo ex Theophr. εἰ μὴ χρόνος ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ γῆ, μέρος ὑπανεστὸς οὐδὲν ἂν ἑωρᾶτο, ἀλλὰ χθαμαλὰ ἤδη τὰ ὄρη ἐγεγένητο, nulla eius pars assurgeret & emineret. Alia autē significatione apud Xenoph. Pædiæ 1, πορευομένῳ δὲ αὐτῷ εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ χωρίῳ ὑπανίσταται λαγώς, ei proficiscenti, continuo in primo agro exurgit lepus. VNDE Ὑπανάστασις, εως, ἡ, q. d. Assurrectio. Budæo interpr. Honor habitus in cedendo loco. Aristoteles in libro 9 Ethicōn, κατὰ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει, assurgendo locúmque cedendo.

C.2. Ὑπερανίσταμαι, Præsto, Antisto, i. Supero, Excello. Gregorius, δόγμα πάντων δογμάτων ὑπερανεστηκός. Idem, ὑπερανεστώσης αὐτῶν δυναστείας διαφορά. Idem, τὸ ἐνθύμημα πρὸς τοῦτο ὑπερανίσταται. Arethas in Apocalypsin, ἀπὸ τῶν φύσεων ὑπερανεστηκός. Budæus interpretatur Longè sublimior sum, Valde antecello, Longè præsto, Comm. pag. 519. ‖Apud Philostratum autem, ὑπερανεστηκὼς τῆς γνώμης, vulg. lexica Interpretantur Animi fastus. VNDE Ὑπερανάστης, ου, ὁ, Suidæ idem quod μετανάστης, & μεταβάτης.

C. Ἀφίστημι, Absistere facio, Abduco, Deduco, Deterreo, vt inquit Budæus, afferens ex Laertio, Γλαύκωνα ἐθέλοντα πολιτεύεσθαι ἀπέστησε, vbi ei opponitur ἐπέστησε ibidem, vt videbis Comm. pag. 481. At eorundem pag. 471, postquam ἀφίστημι exposuit Dirimo, Dissocio, Fide abduco, Ad defectionem solicito & impello, subiungit ex Herodiano, εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτῷ τὰ ἔθνη, & alia eiusdem significationis exempla. Addit verò, ἀφίστημι esse Separo, Seiungo: afferens ex Basilio χωρίζειν αὐτὴν καὶ ἀφιστᾶν ἔξωθεν τῆς κοινῆς σημασίας. Hactenus B. Ego ἀφίστημι (sicut δίστημι) propriè sonare puto q. d. Seorsū statuo, seu colloco: aut Procul statuo. (vnde etiam Absistere facio pro prima interpretatione posui) ideóque commodè reddi Dirimo, Disiungo, seu Seiungo, cum in illo Basilii loco, tum in aliis huiusmodi. ex quibus est hic Luciani in lib. De historia scrib. vbi ἀφιστάς & ἀπαρτᾶν opponit τῷ συνάπτειν: pag. 143, καὶ μὴν καὶ συνθήκη τῶν ὀνομάτων ἐγκρατὴς καὶ μέση χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα, οὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. Vt autem hic ἀφίστημι exponitur Dirimo, sic & Eximo alicubi. vt apud Dioscoridem ἀφίστησι λίθους. (Sed & Pellere, item Inhibere, Cohibere, in aliis eiusdem locis huic simili-bus redditur. vt ἀφίστησι νομάς, & ἀφιστάει λειχῆνας. itidem que apud Thucydidem Arcere, Summouere.) Interdum verò est Auerto, Abduco, Auoco (quæ sunt illi dirimendi significationi vicina) quo referendus est ille Laertii locus, initio citatus. Sed frequentius addito genitiuo hanc significationem habet, vt ἀποστῆσαί τινα τῶν πολεμικῶν. Sic Chrysostomus, οὐ δύναμαι τὸ κρανίον τῆς ἀδικίας ἀποστῆσαι τὴν διάνοιαν. At omnium frequentissima apud veteres præsertim scriptores significatio, est Absistere facio per defectionem, si ita loqui liceat: id est Ad defectionem solicito, seu impello. siue (vt quidam interpretātur eodem alioqui sensu) Fide abduco, seu deduco. Thucydides, τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι, & τὴν Ἰωνίαν ἀποστῆσαι, item ἀφιστάντες τὰς πόλεις, & alibi passim.

Ἀποστῆσαι seu ἀποστήσασθαι, Appendere, Reddere aut recipere appensum, seu appendendo, Bud. Vide Harpocrationem & Hesychium in Ἀφίστη, & in Ἀποστήσασθαι, item in Ἀποστατοῦντα. Meminit & Suidas.

Ἀπίστη vide in Ἀφίσταμαι.

P. Ἀφίσταμαι, Absisto, Absum. Item Abscedo, Secedo. Pro Absum apud Homerum, πολλὸν ἀφεστάμεναι, de iis qui longè aberant. Sic Aristoteles, τὰ πλεῖστον ἀφεστῶτα, Quæ longissimè absunt, Longissimè remota. Et apud eundem in Problem. τοῖς δὲ μακροτέρω ἀφεστῶσιν ἀεὶ λεπτοτέρα ἡ φωνὴ ἀφικνεῖται. At Thucydides lib. 1, ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν, pro Secesserunt. Herodianus lib. 1, ἡ μὲν δὴ συγκλητος ἀπέστη. Itidem ἀφιστάμεναι σάρκες apud Dioscoridem exponitur Carnes quæ abscedunt, solutæ videlicet à continuitate sua. Iam verò & pro Abscedo, id est Suppuro & colligor, (vnde ἀπόστημα, abscessus) Galen. τίμιον χρὴ τὸ οὕτως ἀφιστάμενον. Et τὰ ἀφιστάμενα apud eundem, Abscedentia, id est Collecta & apostema facientia Bud. Est etiam Absisto [re aliqua,] vel Abstineo. Item Non sum particeps [alicuius rei.] Interdum & Cedo. De quibus significationibus lege Budæum pag. 473. Vbi & ἀφίστασθαι τῆς ἀρχῆς ex Platone pro Abdicare se magistratu, abire. Apud eundem verò in fine epistolæ 8, μὴ ἀποστῆτε iunctum participio exponitur Ne desinatis. Apud Synesium quoque ἀπέστη τοῦ διαλαμβάνειν exponitur Desiit decertare. ‖Præterea vt ἀφίστημι, est Ad defectionem impello, & Deficere facio, Abduco à fide, sic ἀφίσταμαι est Deficio, Discedo à fide: iungiturque itidem genitiuo, qui tamen sæpe subaudiēdus relinquitur. Interdū verò dicitur ἀφίσταμαι πρός τινα. vt à Xenoph. Pæd. 3, ὡς δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτὸν γενήσεσθαι ἀφιστάμενον. ‖Ἀφίσταμαι, Abhorreo, Alienus sum. (nam qui ab aliquo seu à re aliqua abhorret & alienus est, ab ea absistit seu abscedit) vt apud Demosthenem, τῶν τοιούτων ἔθῶν ἀφεστῶτα. & Lucian. ἀπηλλάχθαι τῆς χαλεπῆς καὶ τῆς ἐπιπόνου ἀφεστηκέναι. ‖Item Disto, vt τὰ πλεῖστον ἀφεστῶτα, Aristot. De mundo. Et ὅπόσον ἀφεστηκὼς ἐστὶ τῆς συμμετρίας, Gal.

Interdum autem passiuo redditur verbo, Dirimor, Disiungor. vnde ἀφεστηκὼς oppositum τῷ συνεχεῖ, Diuulsus, Exemptus, Disiunctus, apud Aristot. De qua signif. lege Bud. p. 473.

Ἀπόστασις, εως, ἡ, Abscessio, Distantia. B. ex Theophr. in 3 De caus. plant. de spatiis consitarum arborum loquēs, δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὸν τόπον ὁρῶντα ποιεῖσθαι τὰς ἀποστάσεις. Aristoteles De mundo, τὰ ἐπὶ γῆς ἔοικεν ἐν ἀποστάσει πλείστῃ τῆς ἐκ θεοῦ ὄντα ὠφελείας, ἀσθενῆ εἶναι, terrena quam longissime à diuino adminiculo abscedentia. Et ἐξ ἀποστάσεως, Eminus: cui opponitur πλησίον, Propè, Cominus. Theophrastus De caus. pl. lib. 6, cap. 15, ἵνα τῷ ἀέρι ἐξ ἀποστάσεως, (sic enim ibi emendandum pro ὑποστάσεως) ὁ πλησίον ἐλθὼν ἀλλοιώσῃ. ‖Itē Recessus, vt ἀποστάσεις

τῆς πλατείας ἀπὸ τῆς γῆς. Budæus ex Xenoph. ‖Ἀπόστασις βίου, Discessus è vita, vulg. lex. ex Euripide. ‖Ἀπόστασις κτημάτων, Detractio facultatum, ex Demosthene. ‖Est & figura quam Separationem nonnulli vocarũt. De hac intellexisse videtur Philostratus epist. 11, ad Iuliam, αἱ δὲ ἀποστάσεις ἔτι προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπιχωριάζουσι πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ.

‖Ἀπόστασις, Defectio. quæ quid ab ἐπανάστασις differat, suprà dictum fuit. Thucydides l. 3, pag. 59, ἀπόστασις μὲν γὰρ τῶν βιαίων τι πασχόντων ἐστί. Plutarchus Fabio, συμμάχοις ἐπιβεβουλευκὼς καὶ ταῖς ἀποστάσεις κωλύοντας, & ne deficerent impedientes. Herodianus lib. 3, ἀγανακτήσας δὲ ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τῇ ἀποστάσει αὐτῶν καὶ ὕβρει, defectione illorum contumaciáque concitatus. Et lib. 6, ἀποστάσεις στρατιωτῶν, defectiones militum. Et lib. 7, εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν τοὺς ὄχλους παρώξυνον, ad odium & defectionem populos irritabant. In vulgatis lexicis ex Thucydide, ἀπόστασις τῶν Ἀθηναίων, defectio ab Atheniensibus. Ex eodem, ἀπόστασις συμμάχων, solicitatio sociorum ad defectionem. ‖Apud medicos verò ἀπόστασις est Abscessus, idem quod ἀπόστημα. Gorr. vt πόνου ἀποστάσεις apud Aretæum. ‖Ἀποστάσιος nomen Hippocrates vsurpat non modò in eiusmodi abscessibus cuiusmodi in ἀπόστημα dicentur, sed etiam in fracturis: in quibus quia quæ fracta sunt, ἀφίστανται ἀλλήλων, hoc est, ab inuicem discedunt, meritò affectus iste ἀπόστασις vocatur. Verùm Galenus non ἀπόστασιν, sed vsitato nomine τὴν λύσιν τῆς συνεχείας, id est continui solutionem, appellat. ‖Verùm quibusdam in locis Hippocrates appellat ἀπόστασιν vnius morbi in alterum μετάστασιν id est transitionem, quam etiã medici μετάπτωσιν vocant. ‖Idem verò ita vocat τὴν κατ' ἔκροιαν κένωσιν, hoc est vacuationem quæ per effluxum fit, vt lib. 1 τῶν ἐπιδημ. sicut in Comm. annotat Gal. Hæc Gorr.

Ἀποστασία, ας, ἡ, Defectio. idem quod ἀπόστασις. Plut. Galba, ἡ ἀπὸ Νέρωνος ἀποστασία, defectio à Nerone. Vtitur etiam in Fabio.

Ἀποστάσιον, ου, τό, Repudium. Matth. cap. 19, ἀποστασίου βιβλίον, libellus repudii. Et apud Hesychium γράψαι ἀποστάσιον, id est ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα. in quibus verbis videtur subaudiri βιβλίον, vt sit scribere libellum repudii. ‖Item, Defectio. idem quod ἀπόστασις. ἀποστασίου δίκη est ἡ κατὰ τῶν ἀποστάντων ἀπελευθέρων, vt Pollux scribit. Harpocration esse annotat δίκην κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων διδομένην τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ἐὰν ἀφιστῶνται ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσιν, i. actionẽ in libertos qui à patronis desciuissent aliumque sibi adoptassent, aut aliquid neglexissent quod leges iuberent. In qua lite qui vicissent, prorsus liberi erant: qui verò causa cecidissent, in seruitutem redigebantur, vt idem addit. Eadem, & alia quædam Suidas recitat. ‖Ἀποστασίου δίκη erat etiam actio in eos qui in periculo reipubl. subterfugissent, quos πολέμαρχος ad Areopagitas deferebat condemnandos. v. l. ex Harpocr.

Ἀποστατήρ, ῆρος, ὁ, Qui deficit, Qui secessionem facit. Plutarchus Lyc. ex rhetris, αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας ἦμεν. τοῦτ' ἐστι, μὴ κυροῦν, ἀλλ' ὅλως ἀφίστασθαι καὶ διαλύειν τὸν δῆμον, sin prauum quid populus statuerit, seniorum regumque esto discessionem facere. hoc est, vt ne ratum id faciant, sed protinus concionem dimittant.

Ἀποστάτης, ου, ὁ, idem. seu Qui abscedit ab eo quod tuendum suscepit, id est Transfuga & defector. Vnde ἀποστάται dicti fuerunt peculiari significatione, Religionis Christianæ, quam professi erant, desertores. quo sensu Iulianus imperator dictus fuit apostata. Gallica autem lingua Apostat appellat monachum monachatus desertorem: formans hinc & verbum Apostater: vt & Cyprianus dixit Apostatare. Fœminin. genus EST Ἀποστάτις, ιδος, ἡ, vt ἀποστάτις πόλις, ciuitas quæ desciscit. Ab Ἀποστάτης autem DERIVATVR Ἀποστατικός, ή, όν, Qui defectorum & transfugarum est. Dionysius ἀποστατικὸν πλῆθος pro stygiis copiis dixit, quæ etiã ἀποστατικαὶ δυνάμεις dicuntur, quasi virtutes transfugæ. Bud. pag. 474, ex Gregorio. ‖Ἀποστατικὸν ἐπίρρημα dicitur τὸ ὡς τὸ ἄνω à Gaza lib. 2 Grammat. id est Digressiuum aduerbium. vulg. lex. VNDE Ἀποστατικῶς, More eorum qui desciscunt. ἐν σάλῳ ὄντα αἰσθόμενον ἀποστατικῶς, Plutarchus Galba, Rebellando fluctuantem. vulg. lex. ‖Ἀποστατικῶς autem apud grammaticos idem est quod ἀσυνδέτως. Eustath. ET Ἀποστατέω, Absum, Non adsum, Non præsto sum, vt res quæ non statim in loco suo reperiuntur. Xenoph. πῶς κεῖται τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ εἴ τι ἀποστατεῖ, ἢ διεσπαρμένως ἢ σύγκειται, An quid deficiat, id est Non præsto sit. Plato Cratylo, μηδὲ σμικρὸν ἀποστατῇ, ἀλλ' ἀεὶ παρῇ. vbi nota ἀποστατεῖν & παρεῖναι sibi opponi. ‖Item, Deficio, Desero. Xenophon Pædiæ 4. ὅπως τῶν μὲν νῦν παρόντων μηδεὶς ἀποστατήσῃ ὑμῖν συμμάχων, nullus deficiat, aut etiam Non præsto sit, Abuit: si quis malit retinere præcedentem significationem. Vbi itidem παρεῖναι & ἀποστατεῖν opposita esse vides. Philo De mundo. μηδενὸς ἀποστατοῦντος μέρους, ἀλλ' ὁλοκλήρου ἐγκαταλελημμένου ὄντος, quum nulla pars mundi ab eius compage desciscat. Plutarchus Pericle, τὴν δ' ἐν οὐκ ἀποστατοῦντα, ἀλλὰ συμπαραμένοντα τῷ ἔργῳ καὶ συναποπληροῦντα, Non deserentem, Non abscedentem, Non absistentem. Arrianus apud Suidam, ἀποστατήσω οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου, incœpto non absistam, vt Liuius loquitur. Apud eundem, οὐδ' ἔστιν ὅστις ἀποστατήσας τοῦ τείχους ἐλέγετο, Qui à muro discessisset, Qui muro abscessisset.

Ἀποσταδὸν ET Ἀποσταδὰ, Eminus, Ex interstitio, ἐκ διαστήματος, vt Eustathius exponit. Iliad. ο, Οὐ γὰρ ἔτ' ἦεν ἀποσταδὸν Ἀργείοισι μάχεσθαι. Odyss. ζ, Ἦ αὔτως ἐπέεσσιν ἀποσταδὰ μειλιχίοισι λίσσοιτ'. AT Ἀπόσταδον, ου, τό, Rete plumbo & calamis circumuestitum. v. l. ex Hesych.

Ἀπόστημα, ατος, τό, Abscessus, vt vocat Celsus, Apostema, Plin. Est autem humor omnis qui digeri nõ potuit, in suppurationem conuersus, nõ tam perfectè quidem vt pus iam factum sit, sed vt vitari non possit. nanque vbi perfectum est, non simpliciter ἀπόστημα, sed πεπεμμένον ἀπόστημα appellatur: ab ἀφίσταμαι (vt Galenus ad Glauconem scribit) dictum. quoniam partes quæ humorẽ præter naturam in se recepere, resoluuntur à seinuicem, & quæ prius contigua erant, disparantur. Gorr. Et aliquãto pòst. tradita duplici ἀποστημάτων specie, addit, τῷ ἀποστήματι κόλπος succedit. quandiu enim humor in medio carnosarum partium spatio consistit & putrescit, nec pars ipsa affecta aperta est, Græcis ἀφίστασθαι dicitur, id est abscedere, ipsumque vitium ἀπόστημα nominatur: verùm siqua aperiatur, vt humor qui intus continetur, exitum habeat, vitium non iam amplius ἀπόστημα, sed κόλπος, hoc est sinus, appellatur, vt annotat Galenus comment. 2 εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Idem appellatur & ἀπόστασις, de quo suprà. ‖Item Spatium & interuallum quo absistimus seu quo absumus. Aristoteles Ethic. 1, cap. 10, δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἀποστήμασι πρὸς τοὺς γονεῖς παντοδαπῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐνδέχεται, magno spatio interiecto magnam dissimilitudinem ac varietatem, si cum parentibus conferantur, euenire posse. Polybius lib. 1, in fine, ἐν ἀποστήματι συνέχειν, progredi vetuit & operiri euentum pugnæ, Bud. interpr. ‖Ponitur ab eodem pro loco remotiore & secretiore, ἐν ἀποστήματι κρύψας τοὺς στρατιώτας, in secessu, vt Virgilius loquitur. VNDE Ἀποστηματίας, ου, ὁ, Qui abscessu laborat, Qui apostemate laborat. Aretæus lib. 1 De affect. diut. ἢν ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἐγκεφάλου κατ' ἕξιν τοῦ θώρηκος, ἢ τι κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πόνου ἀποστάσιες γίγνονται, ἢν μὲν ἀνάγωσι, ἐμπυϊκοὺς καλέουσι, ἢν δὲ τὸ πῦον διεξίῃ κάτω, ἀποστηματίας καλέονται, si per aluũ pus deiicitur, ἀποστηματίαι appellatur. ET Ἀποστηματικός, ή, όν, Separatiuus. vt ἀποστηματικὰ ῥήματα apud Gazam l. 4, Verba separatiua. vt χωρίζομαι, ἀποχωρίζομαι, διαφέρω. quæ & ἐκστατικὰ appellantur. ET Ἀποστηματίζω, Resisto seu Subsisto. vnde ἀποστηματιστέον. Resistẽdum, Cunctandum, Immorandum. Differt à διαστηματιστέον, quod significat Paulisper subsistendum. Bud. ex Gazæ lib. 4, in fine.

c. 1. Ἐξαφίσταμαι, Abscedo, Absisto, Discedo. Euripides ἐξαφίσταμαι λόγων παλαιῶν, a veteri sententia decedo, seu deducor.

c.2.Προαφίσημι, Prior abscedo, seu absisto, vel Ante tempus abscedo. προαφίστασθαι in Politico Platonis, Prius absistere, Prius desinere, vt Bud. interpr. δεῖ, ὅταν ὡς τὴν τῶν πολλῶν αἴσθηται κοινωνίαν, μὴ προαφίστασθαι πρὶν ἂν ἐν αὐτῷ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας ὁπόσαι περ ἐν εἴδεσι κεῖνται. ‖ Item Prior deficio. Thuc. lib. 3, προαποστάντες διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν, τῶν ἐς ἡμᾶς δεινῶν, Qui antè desciuerimus, seu Qui defecerimus ante nostram calamitatem, propter illorum cunctationem.

c.2.Προσαφίστημι, Præterea ad defectionem solicito. Thuc. lib. 5, νομίσαντες οὐκ ἂν ἔτι τὸν Βρασίδαν σφῶν προσαποστῆσαι οὐδέν, Brasidam nihil amplius earum rerum quæ ipsorum essent, ad defectionem tracturum.

c.2.Συναφίστημι, vel Συναφίσταμαι, Vnà deficio, Simul desciſco. Vnde est participium συναποστάντες apud Thucydidem, & συναποστῆναι apud Herodotum pro συναφίστασθαι. HINC Συναποστάτης, ου, ὁ, Qui simul desciscit, Defectionis socius. Synes. epist. 66, τὰ μὲν δὴ μέχρι τούτου Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τοὺς συναποστάτας κοινά, cum illis qui simul defecerūt, communia sunt.

C. Διΐστημι, (q. d. Seorsum statuo) Dirimo, Separo, Dissocio. Plutarchus De oraculorum defectu, ἀλλὰ χωρίζει καὶ διΐστησι. Idem Sympos. 4, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡδονὰς διΐστησι τῆς ὑγιείας. Ex eodem affertur διΐστησιν ἀλλήλων ἡμᾶς, pro à nobis alios dissociare. Plato De rep. lib. 1, ἐὰν διαστησώμεθα τό τε δικαιότατον καὶ τὸ ἀδικώτατον, vbi exponitur, Si secreuerimus & seiunxerimus. ‖ Διΐστημι, Ad dissidium impello, inquit Bud. sed exemplum non afferens. nec dubium est quin potius vox passiua διΐσταμαι dissidii significationem habeat, vt paulo post docebo.

Διΐσταμαι, Seorsum sto, ἰδίᾳ ἵσταμαι, vt quidem Eustathius exponit in isto Homeri loco, Iliad. φ. versu 436, Φοῖβ', ἦν δὴ νῶϊ διέσταμεν; id est (inquit ille) ἰδίᾳ ἱστάμεθα καὶ οὐ συμπλεκόμεθα πρὸς ἔριν. Rursum in hoc eiusdem poetæ versu, Iliad. φ, v. 391, Δεξάμενοι δ' ἄρα τοί γε διαστάντες πονέοντο Κυκλώ, exponit διαχωρισθέντες, & εἰσὶ καὶ ἐκστάντες. vt sit Separati, vel potius Seiuncti. (sic autem vsus est Herodianus) Interdum verò exponitur & Dirimor, vel potius Diremptus sum, seu Distractus sum & diuisus, atque ita Budæus pag. 474 exponit: subiungens tamen Aristotelis locos in quibus non ipsum præsens, sed præteritum & aoristus habentur. Apud Thucydidem verò lib. 1, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίας ἑκατέρων διέστη, redditur, Reliqua Græcia ad auxilium vtrorumque diuisa est. At quum terra dicitur διΐστασθαι, tunc redditur Discedere (vt apud Ciceronem, Quum terra discessisset) vel Dehiscere: potius quàm Dirimi, &c. Affert autem ille huius significationis exemplum ex solo Libanio: sed inuenitur & apud antiquiores scriptores. Nec verò terra tantùm sed & mare ab illis dicitur διΐστασθαι. vt à Philone De vita Mosis lib. 1, ἡ δὲ θάλασσα ραγεῖσα διΐσταται. Sic Gregorius in Encomio Maccab. αἱ θάλασσαι διΐστανται, καὶ ποταμοὶ ἵστανται. Sic autem loquentes Homerum imitati sunt, apud quem legimus Iliad. ν, circa principium, Γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο. vbi tamen exponitur potius Diducebatur, & quidem à Budæo quoque. ‖ Διΐστασθαι dicuntur & qui alii ab aliis diriμuntur & separantur, vt alicui de via cedant. ad quam significationem pertinet quod ille ex Plutarcho affert, ὡς δὲ αὐτῷ ὁ δῆμος διέστη, interpretans, Postquam autem turba plebeia ei per medium viā fecit. Sed apud eundem διέστησαν vertit etiam, Dirempti sunt, item Per medios admiserunt. Vt autem proximè præcedentem verbi διΐστασθαι vsum ab Homero manasse docui, sic & istum ab eodem originem sumpsisse arbitror. ita enim ille Iliad. ω, v. 718, —οἱ δὲ διέστησαν καὶ εἶξαν ἀπήνῃ. vbi annotat Eustathius, ὅτι τὸ παραχωρεῖν οὐ καὶ εἴκειν χωρισθῆναι, οὐ μόνον διαχωρεῖν λέγεται, ἀλλὰ καὶ εἴκειν καὶ διΐστασθαι. ‖ Διΐσταμαι, Dissideo. Demosth. ἐπειδὴ ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διέστηκε. Plutarchus in Apophthegmatis, Πομπηΐου δὲ καὶ Καίσαρος διαστάντων, quum inter Pompeium & Cæsarem dissidium ortum esset. Sic apud Thucydidem lib. 1, εἴ πώς που διασταῖεν, πρὸς ὃν ἕκαστοι ἐχώρουν, redditur, Si qui vsquam dissidebant. In alio quodam loco eiusdem διέστησαν vertere malim, Discessionem fecerunt. Quò pertinet quod ex Liuio affert Budæus pag. 474, In duas partes discessit ciuitas. Vbi etiam citat ex Homero pro huius significationis exemplo, quod initio Iliadis legitur, Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε. sed non video quid obstet quominus διαστήτην ἐρίσαντε exponam simpliciter, Disiuncti sunt alter ab altero, seu Segregati sunt, aut Diuisi sunt, orta inter eos contentione. ‖ Διΐσταμαι, Discrepo, Differo. Budæus ex Aristot. διέστηκε πρὸς ἄλληλα. ‖ Διΐσταμαι, Dimensionem habeo. Idem ex Aphrodisæo. Vide Comm. p. 474.

Διαστασμός, οῦ, ὁ, Distantia, Separatio, v. l.

Διάστασις, εως, ἡ, Distantia, Interstitium, Interuallum. Nonnunquam reddi etiam potest Secretio ac Diremptus, vt Cicero loquitur. Plutarchus De defectu oraculorum, αἱ κατὰ τόπον διαστάσεις, Locorum interualla, Loci distantia, Distantia & disiunctio ratione loci. Plato Tim. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, Sesquialteris autem interuallis & sesquitertiis & sesquioctauis sumptis, Cic. interpr. pag. 22 Ciceroniani lexici. Aristoteles Metaph. 10, σῶμα τὸ ὅτι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν, quoquouersus dimensionem habens & interuallum, vt Budæus interpretatur. Alibi pro eodem dicit πανταχῇ διαστατόν. Idem in 5 Ethic. μεγίστη μὲν οὖν ἴσως διάστασις ἀρετῆς καὶ κακίας, εἶτα πλούτου καὶ πενίας, Maximum interuallum inter virtutem & vitium, Magno interuallo dirempta sunt & dissident. Plutarchus De defectu oraculorum, τὸ μὲν γὰρ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν καὶ ἕν, οὐδὲ ὅλως ἔσχεν ἡ ὕλη διάστασιν, nullum prorsus materia discessum secretionémque haberet, Turnebo interpr. Ibidem διαίρεσιν idipsum appellat, id est diuisionem seu partitionem. Aristoteles Polit. [ἀκολουθεῖ] κατὰ τὴν ἀναλογίαν τὴν πρὸς τὰς διαστάσεις ὧν φαμὲν αὐτὰς [τὰς] διαθέσεις ταύτας, consequutionem habet proportione respondentem ad differentiam quam habent res ipsæ mutuò compositæ, quarum affectiones esse dicimus: Budæo interprete, qui βραχυλογίαν peripateticam hoc in loco esse dicit. Vide pag. 994. Idem Aristot. in 3 De part. anim. de iecore loquens, ἡ τοῦ σώματος διάστασις, διφυὲς μὲν οὖσα, πρὸς μίαν δὲ συντελοῦσα ἀρχήν, bipartita corporis compositio. Et in vulgaris lexicis, ἐν διαστάσει τῶν συλλαβῶν, in diuersis syllabis. Item, ἐν διαστάσει κεῖται, dirimitur ac dissidet. Aliquando videtur actiuè accipi pro Diremptio, Distractio in duas partes. Plutarchus Coriolano, κατὰ ῥῆξιν καὶ διάστασιν μερῶν βιαιοτέραν. Idem De defectu oraculorum, καὶ σβύξεις, ἃς αἰνοῦσι, πολλὴν ἄπωσιν καὶ διάστασιν, diuisionem distractionémque, vt Turnebus interpretatur. ‖ Διάστασις, Dissidium, Animorum disiunctio. Aristoteles Politic. 4, ὅπου γὰρ πολὺ τὸ διὰ μέσου, ἥκιστα στάσεις καὶ διαστάσεις γίνονται. Et apud Thucydidem lib. 6, μηδ' ὑμᾶς ἡ Νικίου τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη καὶ διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποστρέψῃ, nec auocare vos à proposito debet oratio Niciæ quæ quietem suadet, dissidiumque inter iuuenes & senes quærit. ‖ Διάστασις in vulgatis lexicis idem etiam esse dicitur quod ἔκστασις, Mutatio in iis quæ degenerant & à priore natura desciscunt, ἐκτροπή, μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις. sicque interpretātur apud Theophrastum De causis plantarum lib. 4, cap. 6, ὡς ἐκ τῆς ἐκβολῆς ἡ διάστασις, de lino quod scribit ἐξαλλοιοῦσθαι, id est ἐκβαίνειν τῆς φύσεως, eiusque naturam immutari: vt διάστασις hic sit quam alibi μετάστασιν appellat. (At paulo antè μεγάλη γὰρ ἡ διάστασις, in prima accipitur significatione pro διάστημα, generum distantia, differentia.) ‖ Διάστασις, apud Antiphontem pro διαζεύγματος accipi tradit Suidas. ‖ Διάστασις vocabatur etiam (vt Pollux tradit) ἡ δραχμὴ ἣν ἐλάμβανον οἱ διαιτηταὶ παρὰ τῶν κρινόντων, ἡ τὸ κάλυμμα αὐτὸ ἐν χαρτίῳ τῷ ἐγκλήματι καὶ τὸ ἐπίγραμμα.

Διαστατός, οῦ, ὁ, Distans, Diremptus. Philopon. τὸ κατὰ διάστασιν σῶμα, id est (vt alibi explicat) τὸ ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν ὁριζόμενον. B. p. 475. VNDE Ἀδιάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nullam habens dimēsionem. Bud. ibidem. Ἀδιάστατον Suid. apud Antiph. exp. τὸ μὴ διεστώς, μηδὲ διαιρούμενον, nullis interuallis discretum. A QVO Ἀδιαστάτως, Sine interuallo & distantia. ‖ Item, Sine controuersia, ἀναμφιλόγως, v. l.

Διαστατικός, ή, όν, Dirimendi vim habens. Plut. De pr. frig. τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικόν, dirimit ac dissipat ignis, Turn. interpr.

Digitized by Google

Διαστασιάζω, Disto. Exponitur etiam διαστασιάζω, Dissidiis implico, Ad dissidia concito.

Διαστάδην, Interiecto spatio, Intercedente & dirimente vtrinque interuallo, Eminus. ἐκ χωρισμένους, πόρρω μακράν. Apollon. Argon. 2, μᾶλλ' ἑστάδην ἐπιπάτην, de duobus pugilibus qui eminus, seu interstitio vtrinque aliquo intercedente, cæstus ad pugnam ineundam parabant.

Διάστημα, ατος, τό, Interstitium, Interuallum. Idem quod διάστασις. Plato Timæo, διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, dupla & tripla interualla, vt Cicero interpr. Ibidem διαστάσεις nominat. Chrysost. ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος νικᾶν, lõgo interuallo superare. Athen. libro 5, πυκνοῖς διαστήμασι βεβαιῶσι, certis interstitiis firmati. Plutarch. De defectu orac. καὶ τὰ μὲν ὅλ' ἄλλα διαστήματα πέντε, δίεσις καὶ ἡμιτόνιον καὶ τόνος καὶ τριημιτόνιον καὶ δίτονος; modulata quoque tot interualla sunt, diesis, hemitonium, tonus, sesquitonus, ditonum. Diastemata etiam quidam ex Latinis ea vocant, interualla & spatia vocis quibus acuta & grauis includitur: ex quibus fiunt systemata. Sicut verò idem Plutarchus dicit διαστήματι ἀφεστηκότων, ita Lucian. διαστήματι πενταμελῶν. Διάστημα, Interstitium, Interuallum, dicitur apud Hippocratẽ quum ossa quæ citra commissuram naturaliter se contingunt, affectu aliquo diducuntur & diuelluntur. Galen. ἐν τῇ γλώσσαις exponit διάστημα corporum ipsorum compositionem lanis similem. Gorr. VNDE Διαστηματικός, ή, όν, Interuallatus, Interuallis discretus. vt διαστηματικὴ φωνή, vox interuallata, hoc est quæ cum interuallo suspenditur, quemadmodũ in cantionibus & in legendis versibus heroicis: cui opponitur συνεχής, vt tradit Cælius Rhod. lib. 5, cap. 24. Martian. Capella libro 9, triplicem esse vocis rationem scribit, Continuam, velut colloquorum: diuisam, siue diastematicam, quam in modulatione seruamus: & mixtam, qua carmina recitantur. ET Διαστηματίζω, P. ίσω, Paulisper subsisto & cesso. Differt ab ἀποστηματίζω, quod est Resisto, Absisto, vt fit in fine periodi. B. ex Gaza.

c. 1. Ἀποδίστημι ET Ἀποδιΐστημι, Dirimo, Distinguo, Discrimẽ facio. Areth. in Apocalypsin, ὁ δ' ἀποδιίστη καὶ ἀποδιίστησι τὴν εἰς Θεὸν πίστιν τῇ Κυρίου πίστεως. Idem & ἀφιστᾶν dicitur & διΐστασθαι. nam vt Gregorius copulat χωρίζειν καὶ ἀφιστᾶν, ita Plutarchus χωρίζει καὶ διΐστησι. Et apud Hesych. ἀποδιΐστανται idem quod χωρίζονται. ‖ At ἀποδίστημι neutraliter etiam capitur pro Interuallo seiungor, Interuallo dirimor ab aliquo.

c. 1. Καταδίστημι, Dirimo, Interuallo separo & seiungo. καταδιίστησι idem quod καταχωρίζουσι, vt tradit Hesych. & Suidas.

c. 1. Προδίστημι, Prius dirimor. Προδιΐστη in v. l. Discordare iã cœperat.

C. ΕΝίστημι, Statuo seu colloco inter, Interpono. Xen. in Hipparch. εἰ μὴ ἐνιστάμενος εἰς τὰς ἱππέας στοιχεῖς. Et apud eundem simpliciter pro Colloco. Vide p. 108.

Ἐνστῆσαι, (sub. τὸν νοῦν, vel τὴν διάνοιαν) pro Adhibere mentem, Aduertere animum. vt Aristoteles Ethic. 7, in fine, ὕστερον δ' ἐνστήσονται δεῖ διελέσθαι μᾶλλον, (quod ante dixerat ἐπισκεπτέον. de quo vsu verbi ἐφίστημι dicetur in illo.) Budæus vertit Animo incumbere: at ego, si verbo neutro explicãdum esset ἐνστῆσαι hac in significatione, mallem reddere Insistere mente in rem aliquam, vel Insistere animo: (quum alioqui hoc verbum in pass. voce insistendi significationem habere, sequentia exempla doceant) aut etiam Insistere mente & animo, vt Cæsar loquitur.

Καθίστημι τὸν πόλεμον, Committo bellum, συμβάλλω. Et καθιστάμενος πόλεμος, Bellum cœptum, vt apud Thucyd. initio historiæ. Ita Budæus, qui & εἰς μάχην καθίσταντο apud eundem vertit Prælium conseruerunt. Sed sciendum est ab eodem Thucydide dici etiam καθίστασθαι εἰς πόλεμον, & καθίστασθαι εἰς πόλεμόν τινι pro Capessere bellum cum aliquo, seu aduersus aliquem. In vulg. lex. καθίστασθαι ἐς μάχην vertitur Ad pugnam descendere: & καθίσταντο ἐς πόλεμον, pro Bellum suscipiebant, In bellum deueniebant.

Καθίστημι, Efficio, Reddo. Thuc. 1, καὶ τὴν ἀλογίαν ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω, φανερωτέραν ὑμῖν καθιστᾶσι. Isocr. ad Nicocl. τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας. (vbi καθίστη est pro καθίσταθι.) Idem, τοὺς μὲν ἄλλους ἀδυνάτους, δυνατοὺς καθιστᾶσι. Sic apud eundem in Hel. encomio, τοὺς μὲν ἐπιεικεῖς καὶ φιλοκινδύνους καθίστησι τὸν βίον. Itidē apud Xenoph. εὐσεβέστερον ἑαυτοῦ καθιστάναι redditur Efficere: sed verti etiam potest Constituere. de qua signif. antea dixi. Bud. simul ponit καθιστῶ pro Efficio, & pro Afficio, ac Redigo, p. 481, quā vide. Ego de redigendi signific. egi suprà.

DE Κατίστω autem ET Καθίστω vide partim cum pass. Καθίσταμαι, partim etiam post.

P. Καθίσταμαι, Constituor, Redigor, Componor: item, Instituor. &c. sequēdo significationes quæ actiuæ voci datæ fuerunt, cum qua nonnulla & huius exempla posuimus. Quinetiam vt illa præpositioni εἰς iungitur cum variis accusat. sic quoque καθίσταμαι, & frequētius etiā κατέστην. Ac dictū quidem iam est de καθίστασθαι εἰς μάχην, vel εἰς πόλεμον, & quidem interdum addito personæ datiuo: sed eis ex Isocrate addendum est καταστὰς εἰς ἔχθραν τῷ βασιλεῖ, quod eadem forma dicitur: exponitur autem Regi factus inimicus. de qua expos. mox dicā. (similia autem loquendi genera vide & paulo pòst) At καταστὰς εἰς φόβον, pro Coniectus in metum, eadem forma qua suprà καταστῆσαι εἰς φόβον, Conicere in metum. Sed potest καταστὰς εἰς φόβον reddi etiam (& quidem vsitatiore dicendi formula) Metu perculsus, vel vno verbo Terrefactus, seu Perterrefactus. Affertur & καθεστάναι ἐν φόβῳ, q.d. Constitutum esse in metu, aut Versari in metu, pro Metuere. Iam verò & motus significationem inclusam habet nonnunquam hoc verbum: vnde καταστὰς redditur Quum venisset, aut Quum appulisset. vt Thuc. 3, καταστάντες αὐτοῦ ἐς Ρήγιον τῆς Ἰταλίας. Tale est apud eum, καταστὰς ἐς τὸ στρατόπεδον. Tale apud Herodot. quoque, καταστὰς ἐς Αἴγινα. Quo exponitur modo & in his phrasibus, καταστὰς εἰς ἀγῶνα τινί, aut etiam πρός τινα: vel καταστὰς εἰς διαφοράν apud Plut. Quum in certamen venisset, Quum in discordiam venisset. Quibus simile est quod suprà attuli, καταστὰς εἰς ἔχθραν τῷ βασιλεῖ: licet alia interpretationis forma redditum, videlicet Factus inimicus. Ac certè Bud. quoq; καταστὰς vertit Factus in hoc Dem. loco, δίκαιος λογιστὴς τῶν πραχθέντων ἡμῖν ὑπομνημάτων καταστάς: sed diuersum est loquendi genus. at verò vt καταστὰς reddetur cum εἰς ἀγῶνα, & cum εἰς διαφοράν, sic reddendum fuerit & cū illo accus. ἔχθραν. Quin autē verbo Venire in illis interpretādis vtamur, nihil prohibet, quū à Latinis nō solùm res dicatur in contentionem seu disceptationē venire (de qua videlicet contenditur & disceptatur) verumetiam dicant in contentionem venire, eum qui contendit. In hac autem significatione passiui verbi καθίστασθαι, meminisse oportet illius signific. actiui καθίστημι, qualem esse docui tum apud Homerū tum apud Thucydidem pro Sistere aliquem, aut Deducere in aliquem locum, & in eo velut collocare. Cæterùm καθίστασθαι εἰς ἀγῶνα alia etiam signific. dicitur, sicut & καθιστάναι εἰς ἀγῶνα, de quo Bud. p. 99 & 481.

Peculiare autē id habet καθίσταμαι, quòd pro Fio, & Sum, vel Existo, dicitur. vt Isocr. πάντων ἀγαθῶν δημιουργοὶ καθίστανται. cuius signif. plura exempla Bud. affert p. 482. Idem p. 485 rursum idem exemplum Isocratis affert, in quo καθίστανται vertit Existunt & fiunt. (Quò pertinet καταστὰς pro Factus, de quo suprà.) Attulerat autem antea ex Thucydide κατέστη pro Extitit, vel pro Enatum est, seu Cœptum est: item τοῖς νῦν καθεστηκόσιν ἐχθροῖς ex eodem Thucyd. pro Hostibus qui nunc

sunt, aut Hostibus qui nunc esse cœperunt. Sed A & τὰ καθεστῶτα dicit esse Præsentia: & τοῖς καθεστῶσι καιροῖς reddit apud Plutarchum in Phoc. Statu præsentiū temporum. (Vbi addit, Καθιστικὸς & Καθιστὸς signif. habere passiuam, itidémque Καταστὸς, videlicet pro κατασταθεὶς & καθισταμένος, VT Μεθιστικὸς & Μεθιστὸς AC Μεταστὸς, ITEM Ἀφιστικὸς, & alia composita. AT VERO Ἕστακα, cum actiua voce vnà signif. habere actiuā. VT Ἀποστακέναι ἑαυτὸν, Greg. ET Ἐφεστάκει ἄνδρας ἐπιμελητὰς, apud Polyb. ET Ἐξεστακέναι αὐτοὺς, Act. Apost. cap. 8.)

B ‖ Quod autem ad aliam peculiarem signif. attinet, scribit quæ sequuntur, Καθίσταται & Καθέστηκε & Κατέστη dicunt pro νενόμισται, In more positum est, Moribus receptum est, Solenne est. Et καθεστηκὸς, quod iam receptū est ac moribus comparatum. Paus. ἐν οἷς καθεστήκει θεοῖς δῆμος σέβειν ἐν δήμοις, &c. Idem, θεὸν δὲ Ἀμφιάραον πρῶτος Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν. Et apud eundē καθέστηκε vertit, Legitimum est, Moribus bonis conuenit, Natura comparatum est. Vnde & παρὰ τὸ καθεστηκὸς dici pro Indecorè, Illicitè. Item καθεστηκυῖαν τιμὴν à Demosth. vocari legitimum & moderatum pretium iustúmque. Item C καθεστηκὸς dici Constitutū, Statū & fixū, (ea autē quā subiungit signif. ad illam pertinet quam habet καθίσταται & κατέστη apud Paus. vnde & ibi eam posui) de quibus lege plura p. 481 & 484 & 485. Sed p. 481 τῶν καθεστηκότων μεταβολὴ exponit etiam Rerum nouarum molitio. Eodémque modo στέργει τὰ καθεστηκότα redditur Non studere rebus nouis. Addo autem exemplis quæ de καθεστηκὸς ex Paus. affert pro eo quod moribus receptum est, hoc ex Thucydide sumptum de καθεστὼς, l. 1, διὰ τὸ ἀεὶ καθεστῶτος, τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι. i. Quòd ita D semper moribus receptum fuerit. Vbi tamen & Legibus receptum, aut simul Legibus ac moribus receptū, vertere non dubitem. Quòd si & Constitutum pro Receptum dici possit, melius expressum in vim Græci verbi existimo. Hoc certè extra controuersiā est, apud eundem καθεστῶτα νόμον verti posse vel Receptam legem, vel Constitutam.

Κατάστασις, εως, ἡ, Constitutio, & collocatio cuiusque rei in suam sedem, vt annotat Gorr. ex Gal. 3, εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. ‖ Κατάστασις exponitur, Constitutio, in alia E etiam significatione. vt κατάστασις τῶν ἀρχόντων apud Aristotelem in Polit. ea significatione qua καθιστάναι τὰς ἀρχὰς idem Aristoteles dicit, id est Cōstituere seu creare. Sic exponitur etiam apud Polybium μετὰ τὴν κατάστασιν θύσας τοῖς θεοῖς, inito magistratu. Nisi fortè sit Post constitutam rempublicam. ‖ Κατάστασις, Cōstitutio, sed in alia præterea signific. vt quum constituere rempublicam dicimus. κατάστασις τῆς πολιτείας, Plato. Et apud Polybium πολιτείας ἔτυχε διορθώσεως καὶ καταστάσεως. vbi Bud. esse dicit compositionem & rerum constitutionem in meliorem statum. Dicitur etiā de cōstitutione iudicii apud Harp. in verbo Εἰσαγγελία. πρὸς τὴν βουλὴν ἢ δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις ἐστι. Bud.

‖ Κατάστασις, Constitutio, in passiua significatione: interdum & Status: vt quum dicitur de constitutione corporis humani, aeris, & similium. Dioscorides in præf. lib. 7, φασὶ γίνεσθαι πρὸς καταστάσεις ἀνθρωπίνοις σώμασι. Galenus, ἐπὶ μὲν τῶν τοιούτων διαθέσεων ἡ νεκρώδης ἐν τῷ προσώπῳ κατάστασις ἐν τάχει γίνεται, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι. vbi Bud. interpr. Constitutionem corporis & habitum. Idem, ὅστις εὔχυμος φύσει, εἰς χωρίον ὑγιεινὸν καὶ θερμὸν ἐν ἔτει μετέλθοι, καταστάσεως οὔσης θερμῆς καὶ ὑγρᾶς. Idē, κατὰ διαφερούσας ὥρας καὶ καταστάσεις, diuersis temporibus anni & temporis qualitatibus. Idem alibi, καλῶ δὲ κατάστασιν τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν, ἐν ᾗ καὶ ὥρα καὶ χώρα περιείληπται. Bud. interpr. Temperaturam aeris, Qualitatem cæli: item ex Celso Qualitatem cæli, Tempestatem & Habitum tempestatis. Et apud Hippocr. lib. 3 Aphor. τῶν ὡρέων καταστάσιες, item, τοῦ ἀέρος κατάστασις καὶ ἀγωγή, Cæli habitus, vt ex Colum. interpr. v. l. Cæli affectio vel cōditio, vt ex Cic. At Gorr. κατάστασιν in aere esse dicit τὴν παρὰ φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι κρᾶσιν, hoc est tēperiē aeris præter naturā. quæ enim secundū naturā est, ὥρας dici, id est anni tempus: eiúsque (videlicet τῆς ὥρας) quatuor esse differentias propriis tēperamētis & nominibus designatas, ver, æstatem, autumnū, hyemē: in quæ si aliqua præter naturam temperies inciderit, eam non iam ὥραν sed κατάστασιν propriè nūcupari. Et apud Lucianum κατάστασις εὐδίας, serenitatis temperies, μετὰ μικρὸν θαυμαστή τις κατάστασις εὐδίας ἐγένετο. Et apud Alex. Aphr. λοιμικὴ κατάστασις, pestilens aeris cōstitutio. Et apud Gal. ἡ τῆς διαίτης κατάστασις, victus ratio. Pro statu etiā accipitur, vt dixi, atque sic exponi quidā ex præcedētibus etiā locis possunt. Herodot. Euterpe, ἐχρῆτο δὲ καταστάσει B πρηγμάτων τοιῇδε, hoc rerū statu vtebatur, i. hæc erat ratio vitæ ipsius. Sic apud Polyb. 2, τὴν ὑπάρχουσαν περὶ Μακεδόνας τότε καὶ τοὺς Ἕλληνας κατάστασιν, quo in statu tunc fuerint res Macedonum & Græcorū. Hæc Cam. Dicitur etiā de reip. statu. vt ab Isocrate ad Nic. διαφυλάττειν τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ μηδεμιᾶς ἐπιθυμεῖν μεταβολῆς. Et in Paneg. τίς γὰρ ἂν τοιαύτης καταστάσεως ἐπιθυμήσειε; Item Status, de ipsa standi actione, aut loco in quo consistitur. Soph. Aiace, Κατάστασις φέροιτ' ἂν οὐδέποτ' νόμου, nullæ leges possint cōsistere. Polyb. τὴν κατάστασιν ἐλάμβανον, lo- C cū ceperunt. Camer. ‖ In morbis verò Gorr. κατάστασιν vocari tradit quandā veluti formā morborū, secundū quā ex tātis & talibus cōstituitur vniuersalibus tēporibus, seu qualēcunq; ex totius morbi temporibus cōpositionē, quēadmodū Gal. docuit l. 1 τῶν κρίσεων. hanc autē non aliud esse quàm totius morbi durationē circumscriptā temporibus quatuor, quæ totius morbi tēpora seu vniuersalia à medicis appellātur. Ab Hipp. quoque κατάστασιν vocari omnem cuiusque rei formā, idem Gorr. tradit ex Gal. comm. 3 in Epidem. ‖ In D hoc autem Plutar. loco, τῇ τε καταστάσει τοῦ προσώπου καὶ τῷ γελαίῳ τοῦ βαδίσματος φυλάττων τι ἐνδείκνυσθαι, Bud. interpr. Cōstantiā. videtur certè idē esse quod κατάστημα. ‖ Κατάστασις, Sedatio. Aristot. Rhet. ἔστω δὴ πραΰνσις, κατάστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς. ‖ Κατάστασις dicebatur etiam pecunia quæ iis ex ærario persoluebatur qui in equitum ordinem assumebantur, Stipendium equestre, Camer. Harpocration ἀρχαῖον id esse dicit ὅπερ οἱ καταστάθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει, quod ἀποδιδόναι ὑπὸ τῶν ἱππευσάντων ὅταν ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι καθίστωνται ἀπῄτουν δὲ οἱ φύλαρχοι. Exemplum autem hoc citat ex E Lysia, ψηφίσασθαι δὲ τοὺς φυλάρχους ἐπιδεῖξαι τοὺς ἱππεύσαντας, ἵνα τὰς καταστάσεις ἀναπράξητε παρ' αὐτῶν. Citat etiam ex Eupolide locum. Camer. interpr. Constitutum stipendiū in hoc Lysiæ loco, οὔτε κατάστασιν παρέλαβον. ‖ Κατάστασις apud rhetores Exhibitio. Camer. ex orat. πρὸς Νεαίρ. ‖ Δαιμόνιον κατάστασις, Fortuna diuina, Camer. ex Euripidis Phœnissis. ‖ Apud Theophr. legitur etiam κατάστασις τῶν δένδρων καὶ θεραπεία. quod idem esse putatur cum χειμασμὸς καὶ ἀναγωγή.

F C. Ἀκαταστασία, ας, ἡ, Tumultuatio, Agitatio qua res in quiete aliqua consistere non potest. 1 Cor. 14, οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. 2, Corinth. capite 12, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Camerario interprete, ἀκαταστασίας, Ordinis turbationem & turbulentiam.

Καταστάτης, ου, ὁ, Instaurator. Sophocles Electra, ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων, de Oreste, id est ἀνορθωτὴν, vt schol. exponit. VNDE Καταστατικὸς, ἡ, ὁ, Certo statu præditus. Bud. ‖ Item Sedandi vim habens. Plutarchus G Lycurgo, de carminibus & rhythmis quibus vtebantur Lacones, πολὺ τὸ κινοῦμον ἐχόντων καὶ καταστατικὸν, ὡς ἀκροώμενοι κατεπραΰνοντο λελήθοτες τὰ ἤθη.

C. Ἀκατάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incompositus, Confusus, Certo in loco seu statu non collocatus. Vel, Non sedatus, Tumultuans. Plut. De defectu orac. ἐμπαθὴς καὶ ἀκατάστατον, perturbationis tumultuationisq; plenum. VNDE Ἀκαταστάτως, Incompositè, Confusè, Quum res certo loco constituta aut sedata non est. Isocrates ad Euthyn. ἀκαταστάτως ἐχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει. Et apud Galenū τὰς πυρετοὺς, οἱ μὴ ὁμαλῶς ἀλλὰ ἀκαταστάτως γινόμενοι, in H certis vicibus.

C. L. Δυσκατάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sedatu difficilis. X. Pæd. 5, δυσκατάστατος ἡ ὀργή. Idē, καὶ τὸ παραχθῆναι δ' ἐν τύχῃ, πολὺ μᾶλλον ἐν ὅσῳ πρᾶγμα ἢ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ δυσκαταστατώτερον.

c.1.Εὐκατάστατος,ου,ὁ καὶ ἡ, Bene constitutus, Bene compositus,Sedatus,vel Stabilis.

c.1.Νεοκατάστατος,ου,ὁ καὶ ἡ,Nuper constitutus, Nuper fundatus.vt νεοκατάστατος πόλις,apud Poll. Et ἄνθρωποι νεοκατάστατοι apud Thuc.lib.3,Noui coloni,Qui recèns in aliqua sede collocati fuerunt.

Κατάστημα,ατος,τὸ,Constitutio,Status.Dioscorides libro 6, κατάστημα τὸ κατὰ φύσιν, naturalis constitutio & habitus corporis. Et libro1, κατάστημα αἴθριον,serena cæli constitutio, seu temperies. αἰθρίου γὰρ ὄντος τοῦ καταστήματος συμμίσγειν δεῖ τὰ φάρμακα. Et κατάστημα ἀέρος νεφελῶδες.Et σφοδρὸς ἀσταθὴς κατάστημα,Stabilis corporis habitus. B.ex Gell. Sic κατάστασις suprà. Itẽ,Cõstãtia,& habitus vultúsque hominis compositæ mentis nec conturbatæ. B.ex Plut.in Marcello,οὔτε θυμοῦ πρὸς τοὺς Συρακουσίους τὸ συνήθης μεταβαλὼν καταστήματος,ἀλλὰ πράως πάνυ καὶ κοσμίως τὸ τῆς δίκης τέλος ἐνδεχόμενος. Idẽ B.interpr.Cõstantem mentis hilaritatem in hoc loco Bas.De vita solit.τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παραγγελίαι χαρίζονται. Exponitur ab eodem Æquabilitas. ‖Κατάστημα pro σχῆμα & καταστολὴ, Chrysost.ad Timoth. 101.Et καταστήματα eadem quæ τὰ προσέλαια,apud Œcumen.teste B. ‖Κατάστημα,τὸ δὲ καταστήριγμα καὶ ἀπόσκιμμα,hoc est quædam veluti confirmatio & animaduersio,apud Hippocr.l.2 Epidem. Gorr.ex Gal.Lex.Hipp.

VNDE Καταστηματικὸς,ού,ὁ, Sedatus & qui nullo motu agitatur.Plut.Gracch.in principio,βλέμματι καὶ κινήματι πρᾶος καὶ καταστηματικός. Laert.libro 2.p.101.τὴν καταστηματικὴν ἡδονὴν τὴν ἀπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων καὶ ἀοχλησίας.

c.1.Ἀντικαθίστημι,Contrà statuo,Aduersus aliquem statuo seu constituo,Oppono. vnde passiua vox Ἀντικαθίσταμαι capitur pro Obsisto, Sto contrà, quasi Contra seu aduersus statuor.Xen.πρὸς τὸ περὶ στράτευμα ἐξικνούμενον,ᾧ μηδὲ ὅλη ἡ πόλις θέλει ἀντικαθίστασθαι. Thuc.l.3,καὶ τῶν ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος σύμμαχον ἔχοντες. i.ὁμοίως ἀντικαθισταμένης. Apud eundem verò lib.7, ἀντικαταστάντες ταῖς ναυσὶ, schol. exponit ἀντιπαρατάττοντες ἀλλήλοις διὰ τῶν πλοίων.

Ἀντικαθίστημι, Substituo, quasi Statuo pro alio,Sufficio in locum alterius.ἀντικαταστῆσαι apud Plut. est In locum demortui substituere, teste Budæo.Itidem in passiua voce Ἀντικαθίσταμαι, Substituor. ἀντικαθιστάμενοι(inquit idem)sunt Sublecti.i.demortuorum loco lecti:sicut προσκαταλεγόμενοι,allecti.i.numero additi.

c.1.Ἀποκαθίστημι,Fut.στήσω,Restituo,Reddo. Apud Demosthenem ex psephismate Byzantiorum,καὶ ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους. Polyb.in 4,ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἀντίγονος Ὀρχομενὸν κατὰ κράτος ἑλὼν,οὐκ ἀποκατέστησε τοῖς Ἀχαιοῖς,ἀλλὰ σφετερισάμενος κατεῖχε. ‖Item Restituo.i. In locum pristinum repono. Athen.de delphino, καὶ ἀναλαμβάνων ἐπὶ τὰ νῶτα ἔφερεν ἐπὶ πλεῖστον τεχνάζων,καὶ πάλιν ἀπεκαθίστα εἰς τὴν γῆν. ‖Item,Restituo in pristinũ statum,vt apud Herodianũ,ταῖς τοῦ Κομμόδου εἰκόσιν ἀποκαταστήσαντες ἃς ἡ σύγκλητος καθεῖλε.Obseruandum est autem in loco illo Athenæi præteritum imperfectum ἀπεκαθίστα à themate Ἀποκαθιστάω,ῶ, quo vtitur & Aristot.in Metaphys. Inuenitur etiam thema Ἀποκαθιστάνω,& infinit.ἀποκαθιστάνειν.

Ἀποκαθίστημι,Restituo sanitati,Sano.Diosc.lib.4,ἰχθύας ἀποκαθίστησι.Idem lib.1.ἀποκαθίστησι διαφορουμένας φωνῆς.Est autem affinis hæc significatio proximè præcedenti.nam quem sanitati restituimus, eum in pristinũ statum restituere dici possumus.

Ἀποκαθίστημι pro καθίστημι, Efficio,Reddo. Luc.καί σε στρατηγὸν ἀκαταμάχητον ἀποκατέστησα, Te effecissẽ vel reddidissem inuictum imperatorem.

Ἀποκαθίστημι,Contrarium τῷ καθίστημι, Dissoluo,διαλύω,apud Aristot.teste Bud.

Ἀποκαταστῆναι autem dicitur neutra significatione pro καταστῆναι,Considere,Subsidere, vt aqua turbulẽta, apud Diosc.

Passiuum est Ἀποκαθίσταμαι, & passiuam signific. habens.pro Restituor,Reddor. Apud Theophrast.De plantis l.7,τὸ ἐξιστάμενον dicitur ἀποκαθίστασθαι, id est reddi sibi,quod ad naturam suam redit,inquit Bud.subiũgens hæc eius verba,αἳ δὲ ἐπικείρονται ἅπαξ μόνον, ἐξίστασθαι τὸν πορφύραν καὶ γίνεσθαι μακρὸν,ὃν καλοῦσι καμακίαν,καὶ οὐκ ἀποκαθίστασθαι πάλιν σπειρόμενον.Secundum quã Budæi interpretationem,ἀποκαθίστασθαι sine adiunctione idem valet quod ἀποκαθίστασθαι πρὸς τὴν φύσιν,quod alibi ab eodem Theophr.vsurpatur.

Ἀποκαθίστασθαι dicitur à Plutarcho quod est πεπαγμένον, in hoc loco, De sera numinis vindicta, μικτὴν πάντα φέρεσθαι καὶ τεταραγμένην κίνησιν,καὶ πολλῷ πάνυ χρόνῳ καὶ μόλις ἀποκαθισταμένην.Sic aqua turbulenta à Dioscoride dicitur ἀποκαταστῆναι,vt paulo antè annotatum est.

Ἀποκαθίσταμαι,Redigor,Euado. Theophr.De plant. lib.4.τὰ δὲ σκωλήκων εἰ μὴ ἐκ ταύτης τῆς αὐτῆς γίνονται,εἰ δὲ ἐπιτίκτεται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου.πάντως δὲ εἰς τὸν κεράστην ἀποκαθίστανται.i.Rediguntur.vel Conformãtur, vt Bud. vertit.Gaza autem reddit,Figurantur.

Ἀποκατάστασις,εως,ἡ,Restitutio,Redditio. Item,Restitutio in pristinam formam,vel statum. Greg.De baptismo,καὶ ταύτης,οὐκ οὔσης δευτέρας ἀναγεννήσεως,οὐδὲ ἀναπλάσεως,οὐδ' εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως.i.Natalium restitutionis.Idem,μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀποκατάστασιν,Post resurrectionem.Ad verbum,Post restitutionem Seruatoris.id est Post seruatorem vitæ restitutum seu redditum.

Ἀποκατάστασις,Circuitus solis & lunæ & aliorum errantium, anno vertente in eodem signo, inquit Bud. Plut.in Cæsare,de fastis loquens,ὃν μὲν Νουμᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος λέγεται ἐμβαλεῖν,μικρὰν βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Cui loco Plutarchi subiungit Bud.hũc Columellæ l.4,Tẽpus quo sol in eandẽ partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium ceperat, ἀποκατάστασιν vocãt studiosi rerum cælestium. Dicitur & ἀποκατάστασις περιοδικὴ à Dionysio Areop.vbi scribit,ἢ τὰς τῶν δύο φωστήρων,οὓς τὰ λόγια καλεῖ μεγάλους,ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἰς τὰ αὐτὰ περιοδικὰς ἀποκαταστάσεις.Eius autem schol.hæc alibi annotat,κατάστασις ἐστὶν ἀπὸ σημείου τινὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἐπαναδρομή,ἣν ὁ ἥλιος δι' ἐνιαυτοῦ περιπολεῖ τὰς ιβ' οἴκους, ἀπὸ τοῦ λεγομένου κριοῦ ἐπὶ τὸν αὐτὸν κριὸν ἐρχόμενος. A quibusdam exponitur Anniuersarius reditus in idem signum.Quum enim sol & luna in idem signum redeunt, tum velut in pristinum locum restituuntur & reponuntur. Diximus autem ἀποκαθιστάναι inter cætera significare In locum pristinũ reponere,seu restituere. At Honoratus Seruius longè aliter videtur hanc vocem accepisse, (nisi fortè ea perperam à librariis pro alia posita est) quum sic scribit in Eclog.4 Virg. Videtur tamen loc⁹ hic dictus per ἀποκατάστασιν.i. per omnium rerum volubilitatem,ex siderum ratione venientem, vt diximus suprà.

Ἀποκατάστασις ab Hesych.exponitur τελείωσις. Reperitur etiam alia expositio incerti autoris, τέλος τῆς καταστάσεως.Et quidam putant Act.Apost.c.3, vbi dicitur ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως,significare πληρώσεως.

c.1. Ἐγκαθίστημι,Colloco. Isocrates, φρουρὰς μείζους ἢ τοῦ ἐν αὐταῖς ἐγκαταστήσας. Sic apud Plutarchum, καὶ ὀκνηρῶς τὴν τοῦ Σιλβίου φρουρὰν, καὶ κρατήσας, ἰδίους ἐγκαταστήσαι ἐπιλαμβάνεις ἄνδρας. ‖Item,Constituo(idem quod καθίστημι)vel potius Constituo in.Thucyd.libro 1,Κάρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας, & suos filios duces seu principes constituens. Eodem libro,τύραννον δὲ ἐᾶσθαι ἐγκαθεστάναι πόλει,τοὺς δὲ ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν, tyrannum sinimus constitui in ciuitate.

c.1.Ἐπικαθίστημι,Substituo,Sufficio. Polybius libro 1,ἐν δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ Ἀδιμίου τοῦ στρατηγοῦ τελευτήσαντος,Μάρκον ἐπικατέστησαν τὸν Κόρακα.Eodem libro pag.22.à tergo,ἔδοξε τοῖς Αἰτωλοῖς,ὅς αἰ ἐπικαθισταμένοις στρατηγὸς κρατήσῃ τῆς πόλεως,κοινὴν ποιεῖν τῷ προϋπάρχοντι καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων,Substitutus,Suffectus,Successor magistratus, Budæo interpr. Apud Plat.autem in Tim.ἐπικαθιστάναι προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαντείαις. v.l.interpr.Prophetarum genus præesse vaticiniis.

c.1.Παρακαθίστημι,Iuxta colloco seu appono. Demosth. παρακαταστήσας ἕνα τῶν οἰκετῶν φυλάττειν, Apponens custodẽ, Apponens asseruatorem. Idem, παρακατέστησε φυλακήν, Lucianus, τὸν αἰτὸν αὐτῷ παρακαταστήσας τῷ ἤπαρ ἐπαμήσασ

παρακαθιστᾷ. Plutarch. ὃν αὐτῷ ἑαυτοῦ τῇ ἀδελφῇ Δαδύχῳ παρακατέστησεν, consiliarium & quasi consortem imperii apposuit, hoc est, sub persona legati, quasi custodem & moderatorem. Budæus. Item, Altrinsecus colloco, ἐξ ἐναντίας καὶ παρακειμένως καθίστημι. Budæus p.683, ex Isocrate.

c.2 Προκαθίστημι, Prius constituo seu colloco. Thucydides libro 1, ἅτε οὐκ ἐλάσσονος φυλακῆς οὐ προκαθεστηκυίας, Nulla præposita custodia, seu, Quũ nulli ibi custodes ante ipsos collocati fuissent. Exponitur etiam Præparo. B VNDE Προκατάστασις, εως, ἡ, apud Hermogenem lib.1 De inuent. Narrationis præparatio, ἡ πρὸ διηγήσεως. v. lex.

c.2. Συγκαθίστημι, Vnà cõstituo, Confirmo. Thucyd. libro 4. πασαν δὲ καὶ Περδίκκας ἄδηλ' μετὰ τῶν ἄλλων, ξυγκαθίστη πάντα. id est συνεβεβαίου, vt schol. exponit. Apud Polybium autem libro 16, τῶν ἐπὶ τοῦ Φιλίππου τῶν νεῶν τὸ πλῆθος τὸ συγκαταστὰν εἰς τὸν ἀγῶνα, Bayf. interpr. Nauium numerus prælio aptarum. C

c.2. Ὑποκαθίστημι, Substituo, Sufficio. idem quod ἀντικαθίστημι. Herodian. καὶ ἐφοβοῦντο αὐτοὺς ὑποπίπτειν, εἴ ποτε δ' ὅλως ἀποζωσθεῖεν, ἐκεῖνοι καὶ αὐτοὶ παρόντες ὑποκατασταῖεν, si ipsi dolo quodam exautorarentur, ne illi præsentes protinus substituerentur. B. VNDE Ὑποκατάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Substitutus. idem ex Pand.

c.3. Ἀντυποκαθίστημι, In locum alicuius substituo, Loco alicuius subrogo. Vnde ἀνθυποκατασταθεὶς apud Plut. In locũ demortui vel abeuntis magistratu suffectus.

C. ΜΕΘίστημι, Statuo aliud pro alio. Aristot. Ethic. 5. σπουδάζουσι ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας πολιτείας ἄλλην μεταστήσωσι. B. D Huc autem pertinere videtur μεθεστάναι πάλιν apud Thucyd. Sed generalius pro Muto accipi sciendũ est, (vt qui aliud pro alio statuit, mutationem facit.) Aristot. οὐ γὰρ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημμένα μεταστῆσαι. Plut. De def. or. καὶ τὰ σύμπαντα μεθιστάντας, καὶ τὸ μάθημα πολὺ ἄλλην ἀναιροῦντας. Et apud Antiphontẽ, γνώμην ἐξ ὀργῆς μεταστῆσαι, Bud. vertit, Conceptam ab ira sententiam mutare. Affertur & cum genitiuo Attico, ex Aristophane, μεθίστημι τοῦ χρώματος, pro Muto colorem. A Platone accipi pro Muto & degenerare facio, testatur idẽ Bud. | Et quoniam locum mutare facit qui ex vno loco in alium trãsfert, seu traducit, aut submouet, E seu expellit, sic etiam accipitur μεθίστημι. Pausan. ἐς Ἐπικυδίδαν τὸν ἀδελφὸν μετέστησε τὴν ἀρχήν, transtulit imperiũ. Gregor. de Iuliano inuadente imperium, ὡς μεταστήσων εἰς ἑαυτὸν ἅπαν τὸ κράτος. (Apud Xenophontem tamen, ὁ δὲ Ἐτεόνικος δέκα ἑαυτοῦ πάντα τὰ ἐκεῖ χωρία πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους μετέστησεν, Bud. μετέστησεν exponit non simpliciter Transtulit, sed in ditionem & imperium subegit & subiugauit.) Synes. ἄγων καὶ μεθιστὰς οὐχ ἣ λυσιτελέστερον ἦν, ἀλλ' ἣ κερδαλεώτερον, ducens & traducens. Greg. καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς πλάνης μεταστήσας εἰς εὐσέβειαν. Apud Platonem cum αὐτὸ in Epist. τὴν ἀρχὴν αὐτὴ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταστῆσαι, (vbi tamen non solùm Traducere sed & Mutare vertitur.) At pro Submoueo, seu Expello, aut Facessere iubeo: vt μεθίστημι τινὰ τῆς καθέδρας. sed frequẽtius etiam sine genitiuo, & quidem in aoristo medio interdum. vt Thuc. 5, εἰ μὴ μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς, ἀλλό τι τοῦδε σωφρονέστερον γνώσεσθε. Æschines, καὶ τοὺς μὲν ἐναγεῖς μεταστήσωμεν, τοὺς δὲ δι' ἀσέβειαν φυγόντας κατάγωμεν. Lucian. μεταστησάμενος ἅπαντας, ἐδιαλέγετο πρός με. Nonnunquam verò magis peculiarem significationem habet, videlicet pro In exilium mitto, (ad quam significationem Summoueo quoque & Expello alicubi restringuntur) apud Plutar. in Aristide. Ex Chrysost. etiam affertur pro eadem significatione, πρὸς τὴν ὑπερορίαν μεταστῆσαι. Apud Isocratem autem Budæus exponit item Migrare cogo. | Μεθίστημι, Dimoueo, Retraho, Reuoco. Gregorius, ὃν καὶ χαλεπὸν μεταστῆσαι κακίας. In quodam autem Thucydidis loco μεθιστάναι legisse mihi videor pro Dimouere de sententia, quod E pottius Deducere dicitur. | Μεθίστημι ἄγαλμα φόνου, ex Euripide, in vulg. lex. pro Arceo, seu Prohibeo statuam à cæde.

Μετίστημι ET Μεθίστημι vide in Μεθίσταμαι.

Μεθίσταμαι, Statuor pro alio. Item Mutor. Aristophanes, ἐκ πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχε τρόπων. Plato, λοιπὸς δή ὁ τυραννικὸς αὐτὸς σκέψασθαι πῶς τε μεθίσταται ἐκ δημοκρατικοῦ. Ex Herodoto affertur μεθίστασθαι & pro Mutari animo, id est Mutare sententiã. Pro Degenero autem sicut ἐξίσταμαι, (mutantur autem quæ degenerãt) Bud. ex Polybio profert, μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία. Μεθίσταμαι, Trãsferor, Traducor. Plutarchus in Apophth. μετέστησαν εἰς δουλείαν. vbi tamen redditur & aliis verbis. Interdũ Submoueor, vel A- B moueor. vt Lucæ c.16, v.4. ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, Amotus fuero, vt vetus quoque interpres reddidit. Sic apud Æschinem μεθίστασθαι Bud. vertit Submoueri. vt ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἀρχῆς του καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν μεθειστήκει. Sæpe autẽ redditur verbo neutro, Migro aut Facesso, aut Secedo. Bud. ex Athen. 115. Sic μεθίστασθαι εἰς ἕτερον τόπον, apud Plat. Migrare. Et cum ἀπὸ vel ἐκ habentibus suum genitiuũ: vt ἐκ σανίδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου Κάλχας μεταστάς, Soph. Digressus, Quum C recessisset. Sic, μεταστῆναι ἐκ τῆς χώρας, vel ἐκ τῆς πατρίδος, Migrare è regione, Migrare è patria, seu Demigrare. Et sine præpos. apud Eurip. μεταστῆναι βίου, Migrare è vita. (sed interdum μεθίσταμαι, sine adiectione etiam, vtranque harum significationum habet: & quidem in participio præsertim. dicuntur enim μεθιστάμενοι exules qui migrant è patria, & solum vertunt. vnde ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς μεθεστηκότες. Demosth. Et ψηφίσασθαι τοὺς μεθεστῶτας κατιέναι, Plutar. A quo μεθεστῶτες dicuntur etiam pro μεθεστῶτες τοῦ βίου, Qui migrarunt è vita, Defuncti) Μεθίσταμαι redditur etiam Transeo. item Deficio. Plato in epist. D ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀληθῆ λόγον μεταστῆναι. Xenoph. Hellen. 1, χωρία πρὸς Λακεδαιμονίους μεθεστηκότα, quæ ad Lacedæmonios defecerãt. Qua dixit signif. Chrysost. ὅτι τὸ διάβολον μεταστῆναι. Sic & apud Plutarchum in Demetrio 888, Bud. exponit Deficio, item Transitionem facio: sed & Secessionem facio exponit idem apud eundem Plutarchum. | Μεθίστασθαι ἐπὶ πόδα, Retrocedere, Se recipere. Cam. ex Polybio. | Μεθίσταμαι inuenitur & cum genitiuis diuersis à superioribus, vt cum λύπης & φόβου. Exponitur autem μεθίστασο λύπης apud Euripidem, Depone mœrorem: & μεταστάντες φόβου apud eun- E dem, Desiimus timere: sed si verbum verbo reddendum sit, crediderim μεθίστασθαι λύπης esse Discedere à mœrore, itidémque μεθίστασθαι φόβου esse Discedere à metu, id est Liberari mœrore, seu solui, Liberari metu seu solui. | Μεθίσταμαι apud Homerum, Sto inter, Versor vel sum inter. vt ἑτάροισι μεθίστατο, versabatur inter socios.

Μετάστασις, εως, ἡ, Mutatio, qua videlicet aliud pro alio statuitur, vel qua status alicuius rei in alium traducitur. Demosthenes Olynth. 2, πολλὴν δὲ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν. | Item Submotio, E Amotio. Andocido, τὴν ταχίστην τοῦ νῦν παρόντος κακοῦ μετάστασιν. Sic ἡ εἰς τὸ δαιμόνιον μετάστασις τῆς αἰτίας τοῦ κακοῦ, qua in diuinum numen causa malorum remouetur. Vnde apud rhetores inter sex status genera numeratur. Quintilianus libro 3, cap. 5, Et translationem: cuius ab hoc nouum nomen inuentum est μετάστασις: nouum tanquam in statu, alioquin ab Hermagora inter species iuridiciales vsitatũ. Est verò & figura oratoria, de qua Aquila, Μετάστασιν (inquit) quidã inter figuras no- O minant, quũ res à nobis aliò transmouemus in aliqua parte orationis, non ita vt ibi causam constituamus: alioqui iam non figura erit, sed species quædam eius status quẽ qualitatis aut ex accidenti appellant, secundum Hermagoram. Rursus Quintil. lib. 9, c. 1, De figuris sententiarum, scribit μετάστασιν propriè esse translationem temporum. | Item Transitus, idem quod μετάβασις. Pro transitu ab hac luce in aliam, ponitur apud Gregorium, teste Budæo. Sic apud Lucianum ἡ ἐκ βίου μετάστασις. In hac significatione, figuræ quoque oratoriæ nomen est. quæ & μετάβασις dicitur. Vnde Iulius Rufus, Metastasis est, vel Metabasis, quum à persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua vel affectu. Quidã Trãsitum interpret. & Variationem. | Μετανάστασις idem quod μετανάστασις, Migratio qua è loco in locum imus: interdum

Digitized by Google

Exilium,aut Exilii species quædam.Plato epist.7,δίαιτα δ' ἄξιον διανοεῖσθαι μὴ φυγὴν αὐτοῦ γεγονέναι τότε, μετάστασιν δὲ,non exilium, sed sedis mutationem. Idem libro 9 De leg.μεταστήσειν εἰς τὴν γείτονα πόλιν αὐτοῦ γίγνεσθαι διὰ βίου, in vicinam vrbem per totam vitam relegetur. Plut. Aristide 103,ἐξοστρακισμὸς,μετάστασις δέκα ἐτῶν,exilium decennale.Sicut verò in superiori loco Platonis differentia statuitur inter φυγὴν & μετάστασιν , ita & in hoc Plutarchi De orac.Pyth. vbi loquitur de quodam qui περὶ φυγῆς αὐτοῦ καὶ μεταστάσεως oraculum sciscitabatur,ἀνεῖλεν αὐτῷ ὁ θεὸς, διδόναι Γρυλλοῦ φυγὴν καὶ μετάστασιν ὅπου τὸν φορμὸν ἐκβὰς καθέσθαι τὸν Αἰγυπτίων ξένον, id est εἰς τὴν θάλασσαν. At in hoc Polybii loco, libro 2,διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν χώραν εἰς ἀναχώρησιν καὶ μετάστασιν αὐτοῖς,Cam. interpr. Ad recedendum & recipiendum sese. | Μετάστασις,Sublatio de medio.Polyb.lib.5.p.95,παρόντος κατὰ τὴν δίοδον ἐπισημαινομένων τὴν Ἑρμείου μετάστασιν , id est Transeunte rege plausu approbantium mortem Hermiæ.Bud. | Apud Soph.autem in Antig.Ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου,schol.exponit μετάνοιαν. Cam. ait illum his verbis iuberi,concedere iracundiæ,& mutare quasi statū cogitationū. | Arist.l.5 De gen.an.μικραὶ μεταστάσεις μεγάλων αἰτίαι γίνονται , Paruæ commotiones,causæ magnarum esse solent. Cam. In scenicis autem, ἡ μὲν εἴσοδος τοῦ χοροῦ,πάροδος vocatur:(vt Poll. tradit)ἡ δὲ κατὰ χρείαν ἔξοδος ὡς πάλιν εἰσιόντων , μετάστασις.

Μεταστατικὸς, ἡ, ὁ, Translatiuus. Vocabulum rhetoricum.

C. Ἀμετάστατος,Immutabilis,Constans,Qui de statu in statum traduci non potest. Plato Polit.2,ἔτι ἀμετάστατος μέχρι θανάτου.Idem eodem libro de adolescente loquēs, ἀλλ' ἐὰν αὖ πλησιάζῃς ὧν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. Sic ἐπιστήμη ἀμετάπτωτος καὶ βεβαία.

C.2.Ἀντιμεθίστημι,In contrariam partem transfero. vel Vicissim loco moueo. At Ἀντιμεθίσταμαι,In locū discedentis subeo. Aristot.in Meteorolog.192. Et Themist.in princip.4 Phys. ἀντιμεθίσταται ἀλλήλοις τὰ σώματα, Alterum in alterius locum subit, Aliud pro alio subit. Bud.

VNDE Ἀντιμετάστασις,εως,ἡ,In contrariam partem trāslatio seu transmutatio.

C. ΠΑΡίστημι(interdū & Παριστάω , ac Παριστάνω)Sisto prope, seu iuxta,(vt παρίσταμαι est Sto prope, Adsto: de quo infrà.)Luc.οὐ δὲ ὦ Τρίτων δελφῖνά τινα τῶν ταχέων παράστησον ἰέρον ἐπὶ ὅπως ἐγὼ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα. Vbi de delphine, vtpote equi vicem præbente, loquitur vt de equo. dicimus enim παραστῆσαι τὸν ἵππον τινὶ , pro Sistere equum alicui ascensuro.Sic apud Lucam Act. Apost. cap.23, κτήνη παραστῆσαι. | Item pro Sisto,quod est forense verbum vt in Pand.Græcis,πολλοὺς δ' ἐγγύους παραστᾶν. quod Vlpianus dixit Iudicio sistere. Act. Apost.capite 23, versu 33, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ.videlicet τῷ ἡγεμόνι. Chrysostomus,τῷ κριτῇ παραστῆσαι τὴν χεῖρα. Item παραστῆσαι ἑαυτὸν,Præsto se exhibere ad mandata accipienda. Bud. pag.119. | Ponitur etiam generaliter pro In medium produco,(nec enim placet cum Budæo,restringere signific.exponendo In iudicium produco)Repræsento,Exhibeo.Demosth.in Midiam,παιδία γὰρ παραστήσεται(vbi obserua futurum medium in actiua significatione: sicut & παραστησάμενος sæpe pro παραστήσας , ponitur.) Herodianus libro 1,καὶ τὸν παῖδα παραστησάμενος. vbi vertit Politian.Constituto in eorum conspectu filio.Lucian.De sacrif.ὁ μὲν γε Σκύθης αὐτοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἀρτέμιδι παρίστησι.Quidam apud Athenæum lib.4, πάντα δὲ λαμπαδηφόρους παῖδας Αἰθίοπας παρέστησε. Sed accipitur & pro Repræsento metaphoricè sumpto, quum videlicet animo alicuius ita repræsentamus rei cuiuspiā imaginem, vt quasi in rem præsentem eum perducamus. Dem.in Midiā, τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσι,rei atrocitatem animis audientium repræsentare, & quasi ante oculos ponere.Synes.ἵνα τὴν ὅλην κακίαν ἐμφανέστερον παραστήσωμεν. vbi exponi etiam potest Demonstrem, Ostendam. Sic & apud Plut.in vita Homeri,de eo dicitur,ἐξ ὧν δῆλος ἐστι παριστὰς διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος,ἀνδρίας σώματος,διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας,ψυχῆς γενναιότητα. Hermog. σαφῶς παραστήσω,apertè ostendam. Interdum & Exprimo,Significo:item Doceo: quæ affines sunt significationes verbo Repræsento.Basil.ὀλίγα γὰρ ἦν τὰ ῥήματα πολλὴν διάνοιαν παριστῶντα, multam sententiam exprimentia seu significantia. Themist.in Phys.lib.4,τοῦτο δὲ Εὔδημος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἑαυτοῦ φυσικῶν παρίστησι. His autem accensendum videtur παρίστημι quod apud Lucam redditur Probo,(nam qui aliquid probat,illud ostendit,& docet tale vel tale esse) Act.cap.24,οὐδὲ παραστῆσαι δύνανται περὶ ὧν κατηγοροῦσί μου. Nec verò separandum videtur ab his παρίστημι quo Plato vtitur lib.10 De rep.ita scribens, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος,καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παριστάναι,ἰδίᾳ συγγιγνόμενοι,ὡς &c. Exponitur autem hic Persuadere , sed possumus etiam reddere Probare,aut certè Persuadere probando. At verò apud Plut. cū accusat.pers. & infin. pro Persuadere,παρέστησεν Ἀθηναίους τὸν Θησέα τιμᾶν,si locus mendo caret. Huc autem pertinet παρίστημι pro Cieo voluntatem rei alicuius faciendæ. de qua signif. dicam paulo pòst.

Παρίστημι,Sisto ad latus,παραστάτης appono,id est Ad latus admoneo. Vide B.p. 117 ex Polybio & Appiano.

Παρίστημι,Sisto,sed pro Inhibeo, Reuoco. vt παριστᾶν τὸν ἵππον,Sistere equum currentem. B.p.121 ex Xenoph.

Παρίστημι,Confero, Contendo, vel Res inter se compositas æstimo , vt interpr.Budæus p.121,ex Isocrate,τὰ πόλεις παριστάναι δεῖ τὰς παραπλησίαν δύναμιν ἐχούσας. Vide ibidem & Platonis locum. Hanc autem verbi παρίστημι signific.ab ea quam primam illi dedi,pendēre arbitror. sistimus enim vnū prope alterum,vt conferri possint.

Παρίστημι,Cieo,Commoueo,Excito. Demosth.in Midiam,οὐ γὰρ ἡ πληγὴ αὐτοῦ παρέστησε τὴν ὀργήν. Æschin.De falsa leg.ὁ κίνδυνος καὶ διαλογισμὸν παρίστησι, Ratiocinandi vim excitat & comminiscendi,in v.l. Exponitur & Stimulo , Concito. vt παρίστησι δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια,Dioscor. Plura harum significationum exempla habet Bud.pag.119 & 120. Item παριστάναι pro Ciere voluntatem consiliúmque rei alicuius faciendæ , seu Admonere,pag.119,ex Pausania. Sed potest fortasse ad illam persuadendi significationem referri , de qua paulo antè. Puto autem similem significationem habere παρίστημι in hoc Demosth.loco , et quam habet in illo Pausaniæ:videlicet vbi scribit,(in exordio orationis Pro corona) ἔπειθ' ὅ,τι μάλιστα συμφέρει καὶ πρὸς δόξαν κοινῇ καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ,τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι. Vide Παρίσταται pro In mētem venire.

Παρίσταμαι actiua sign. (in futuro medio præsertim, & aoristo):interdum quidem, sicut & παρίστημι,In medium produco,vt suprà dictum est. Sed peculiariter etiam Produco in medium aliquem vt testimonium dicat. παραστήσασθαι μάρτυρας(inquit B.)Testes corrogare & conuocare, vt contestaturi faciunt. Sed hoc debuit addere Bud.interdum quidem addi accus.μάρτυρας,interdum non addi.certe quum additur, nō video cur Bud. aliā quā per verbū Producere interpr.quæsierit. Vtriusque autem vsus exempla leguntur apud eum,ex duobus Dem.locis , in quorum tamen altero fateor post πολλοὺς παραστησάμενος sequi ἐπιμαρτυρομένους,quod accus.illius detectum quodammodo supplere videri possit. sed & non sequente hoc aut simili participio,in ea signif.positum obseruaui. | Est præterea παραστήσασθαι Ad deditionem compellere, Subigere, Diripere. Thuc.lib.1, pag.40 ; καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον παραστησόμεθα, παραστησόμεθα,i.δουλωσόμεθα,inquit schol. Ex aliis autem scriptoribus exempla Bud.affert pag.120. & inter alia ex Plat. παραστήσεσθαι cum præpositione εἰς pro Adegit,

P. Παρίσταμαι neutris verbis Latinis redditur : & quidē in prima simpliciq; signif.verbo Adsto, Prope sto , Assisto. Homerus Iliad.ε,versu 70,Τῷ δὲ βαρυστενάχων παρέστη πότνια μήτηρ. (Alicubi tamen addit ἄγχι. Demosthenes in Midiam,οὐδένα οὖν καλυμμένον τῶν κριτῶν παρεστηκότα.) Sed interdum παρίσταμαι non est simpliciter Adsto , sed Præsto sum , Appareo , Apparitoris munere fungor. vt apud Lucianum oportet Mercuriū

παρεστάναι τῷ Δ: item παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ, In foro apparituras facere. Sæpe verò & pro Opitulor, Auxilior, Subsidio sum, Faueo. quæ affinis est significatio. Hom. Il. κ, ὡς πῶ μοι ἐθέλουσα παρέστασο, καί με φύλασσε. Sic & Odyss. ν, — ἥ τέ μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω. Sæpe verò copulat & cum ἀμύνειν, alicubi & cum ἀρήγειν, sed huic verbo priorem locum dans. Sic Hesiodus, Ἐσθλὴ δ' ἵππεσσι παρίσταμαι. Sophocl. ὅς τῷ μόνος παρίστης χερί, pro συμμαχήσας. vnde παραστάτης. In soluta autem oratione dicitur παρίστασθαι βοηθόν. Xenophon Pæd. 5, ὡς σοι, ἣν δυνώμεθα, πειρασόμεθα μὴ χείρους βοηθοὶ παραστῆναι. Sic Plut. in Themist. παρεστᾶσιν ὑμῖν βοηθοί. Xenophon tamen vsus est & sine hoc nomine, Hellen. 6, ὡς ἀεί ποτε ἀλλήλοις ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς παρίσταντο ἐπ' ἀγαθοῖς. Aristoph. Vespis, ἴθι μοι παράστηθ', αὐτὸν λαβὲ σὺ πρὸς τῶν θεῶν. Demosthenes, οὐ παρέστη πώποτε, οὐδ' ἐβοήθησε. Sic Plut. in Pol. præc. βοηθεῖν τοῖς φίλοις καὶ παρίστασθαι. Et παρίστασθαι τῷ ἀπολογουμένῳ, vel τῷ φεύγοντι, Reo adesse & fauere, Patronum esse causæ. Vt autem Lat. verbum Adesse hanc auxiliandi seu fauendi significationem habet, sic Gallicum *Assister* (id est Assistere, παρίστασθαι, in prima signif.) vnde & *Assistance*, Auxilium. Sed alicubi redditur παρίσταμαι, vel Auxilior, Patrocinor, &c. vel Astipulor, Assentio, Subscribo, vt in hoc loco Philoponi, τῇ Πλάτωνος ὁ Πρόκλος παριστάμενος δόξῃ. At apud Alex. Aphrodiseum, παρίστασθαι βουλόμενος τοῖς τὰς μαντείας ἐπαγγελλομένοις, est potius Patrocinari quàm Astipulari. quum tamen alioqui illud ex hoc pendeat.

Παρίσταμαι alicubi apud Homerum motus etiam signif. habet, (sicut apud Latinos interdum Adsum) vt Iliados γ, — δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης; Huc accessisti, Huc aduenisti. Budæus autem Aduentare exponit: afferens etiam ex Plutarcho, ἤδη τοῦ δεινοῦ παρεστῶτος, pro Iamiam affuturo discrimine. A Budæo apud Gregorium exponitur etiam In naturâ rerum prodire. quam signif. habet itidem aliquam motus significationē. Vide pag. 221, in principio.

Παρίστασθαι est etiam Animo obuersari, In mentem venire, Subire. Pausanias, παρίσταται μὲν Ἀργείοις, τὰ μὲν, Γελάνορα, Δαναοὶ δὲ εἰκάσαι τῷ Λύκῳ, subitò in mentem venit assimulare. Et apud Platonem, ὥστε μοι παρίστασθαι, ita vt mihi videatur. Quarum significationum exempla vide apud Budæum pag. 217 & 218. (Sed quod affert ex Homero, — τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα Οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται, οὐδὲ γάνυνται, minimè huc pertinet, & perperam ab eo redditur, Liberorum & vxoris surrepit obliuio. Significat. n. Hom. Non adstant ei reuerso vxor & liberi, neque gratulantur, id est non reuertitur. Quo dicitur modo Iliad. ξ, circa finem, Οὐδὲ γὰρ ἡ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο Ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται.) Huc pertinet ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν, pro Dicere quicquid in mentem subitò venit, Ex tempore dicere. de quo loquendi genere lege quæ traduntur ibidem. Animaduertendum est autem, sicut παρίστασθαι dicitur pro In mentem venire, ita παριστάναι, pro Menti alicuius velut indere, In mentem dare, Mentem alicuius velut impellere ad aliquid, Ciere voluntatē rei alicuius faciendæ, & Persuadere. vt dictum est in Παρίστημι. ‖ Παρίστασθαι de animo dicitur & in alia significatione, ab hac diuersa: videlicet pro Animi fiducia præditum esse, Confirmari animo, Non labascere, Non linqui animo. vt ostendit Bud. afferens tamen ex Diodoro exempla in quorū altero datiuus ψυχῇ, in altero datiuus θυμῷ, adiungitur verbo παρίστασθαι. Vide eundem Bud. p. 221. Hanc signif. sequitur verbale παράστημα.

Παρίστασθαι, q. d. Consistere & absolui, de iis quæ naturæ suæ perfectionem & vigorem adepta sunt: post quem statum dicuntur ἐξίστασθαι quasi Exolescere. Theophrast. in 6 De caus. plant. loquens, περὶ τοῦ οἴνου (id est de vino) καὶ γὰρ παριστάμενος καὶ ἐξιστάμενος, καὶ τὸ γηράσκειν, ἐν ὡρισμένοις τισὶ μεταβάλλει καιροῖς. Ibidem θᾶττον παρίστασθαι τὰς ἡδύτητας τῶν οἴνων, vertit Budæus Celerius perfici: addens, statum rerum inter incrementum & decrementum, hoc verbo παρίστασθαι significari, id est ἀκμήν.

Παρίστασθαι, Conari, Eniti. In v. l. ex Polybio, ὅπερ ἡμεῖς αὐτοί τι παραστησόμεθα ποιεῖν.

Παράστασις, εως, Exhibitio eius pro quo intercessit quis in vadimonio promittendo. Budæus pag. 222. vbi locum ex Pand. & Vlp. confert. In lexico autem παράστασιν esse dicit quum quis sistit se iudicio: citans ex Pand. ἐγγυητὴν δοῦναι ἐπὶ παραστάσει. Et ἐπερωτῆσαι παράστασιν ἐπὶ τῷ αὐτὸν δικάζεσθαι. Vide apud eundem in Comm. pag. 22, in παρακαταβολὴ & πρυτανεῖα, locum ex schol. Aristoph. ‖ Παράστασις dicebatur etiam drachma quā litigatores in exordio litis dependebant in causis priuatis: nomine inde tracto quòd hæc merces erat apparitorum qui sistebant homines in iudicio, hoc est euocabant. Bud. pag. 222, ex Andoc. At Demetr. Phaler. apud Harpocr. & Suid. scribit, τοὺς διαιτητὰς λαμβάνειν τὰς δραχμὰς, μίαν μὲν ἀπὸ τῆς λήξεως, ἣν παράστασιν ὀνομάζουσιν, ἑτέραν δὲ κατὰ ὑπωμοσίαν ἑκάστην. Apud eosdem habes locū ex Menādro & Aristot. De polit. Athen. Præmiū iudiciorū interpr. Cam. ‖ Παράστασις Repræsentatio, qua quid velut præsens ostēditur, i. repræsentatur. Porphyrius, πρὸς τῆς κοινωνίας παράστασιν, ad communionis repræsentationem. Vnde παράστασις de iis dicitur quæ præ se ferunt splendorem, atque augustam magnificentiā repræsentant. Maccab. lib. 1, cap. 15, καὶ εἶδε τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ κυλικεῖον χρυσωμάτων μετὰ ἀργυρωμάτων, καὶ παράστασιν ἱκανὴν, splendoris atque magnificentiæ sumptuosum apparatum. v. l. ‖ Exponitur etiam Documentum, Demonstratio, à Budæo p. 223. vbi exemplū habes ex Alex. in 5 Topic. ‖ Item Significatio, vt Bud. apud eundem in 6 Top. interpretatur. ‖ Παράστασις est etiam Impetus animi fiducia sui præditi, Animi præsentia, vt παράστημα. Bud. ibidem ex Polyb. lib. 4. Et apud Suidam, καὶ λαβόντες παράστασιν εἰς τὸ γνήσιος ἀποθανεῖν. i. ὁρμὴν, τόλμαν, vt ipse exponit. Vnde Παραστατικῶς, quod vide. At Polyb. alibi pro fiducia posuit & persuasione, καὶ μεγίστη δὲ παράστασις ἐπὶ τούτοις εἶχε τόν τε βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν φίλους, ὡς δικαίως ταῦτα πραττόντων, animi inductio & credulitas v. l. ‖ Itē Vehementia. Camer. ‖ Significat etiam Exilium & fugam eius qui extorris esse iussus est. Aristoteles in 5 Polit. εἰ δὲ μὴ, ἀποδημητικὰς ποιεῖσθαι τὰς παραστάσεις αὐτῶν, alioquin eos quoquo modo ciuitate procul submouere. significās simile quippiā, ὀστρακισμοῦ & relegationis, vt Budæo videtur. ‖ Παράστασις, Vilis ac stataria quædam negotiatio: pars vna mercaturæ. Aristot. Polit. 1, cap. 7, τῆς δὲ μεταβλητικῆς, μέγιστον μὲν ἐμπορία. καὶ ταύτης μέρη τρία, ναυκληρία, φορτηγία, παράστασις. vulg. lex.

Παραστάτης, ου, ὁ, Qui iuxta aliquem stat, Qui à latere stat. Vocabulum est militare quo significatur is qui latus alicui⁹ cingit, ὁ παρ' ἕκαστον παρόμενος. Adstes, vt Gaza vertit. Exēpla habes apud B. p. 216, ex Herodoto, X. & Chrysostomo. Aristot. Eth. 5, cap. 1, εἰ ἐγκαταλείπει τὸν παραστάτην. Arrian. apud Suidam ἐν τῷ ὕδατι προσεσμένον τὸν παραστάτην οἱ ἑσπόμενοι. Quidam (vt tradit Cam.) interpr. Manipularem. In lib. περὶ τάξεως πολεμικῆς, παραστάται esse dicuntur, οἱ ὁμόλοχοι (id est alarii milites, vt vulg. lex. interpretātur) numero 64, eorumque dux, πτεράρχης. Apud Xenophontem παρασταταὶ sunt etiam pedites qui equitibus auxiliares dantur, teste Bud. Inde παραστάτης metaphoricè pro socio, auxiliario & opitulatore, ponitur, qui alicuius latus veluti stipat. Cuius significationis exempla ex Xenophonte & Gregorio habes apud Budæum p. 216. Sic apud Plutarchum in Alcibiade, de illo Potidæam bello petente, Σωκράτη σύσκηνον εἶχε καὶ παραστάτην ἐν τοῖς ἀγῶσι. Plut. De frat. charit. ἀλλὰ καὶ νῦν πολλαχοῦ σύμβωμος ἐστὶν Ἰόλαος αὐτῷ, καὶ συγκατεύχεται, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες. Eodem modo apud Synes. θεοῦ δὲ ἴσθι δίκην καὶ Ἡρακλέους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰόλεω, συμμάχου καὶ παραστάτου. ‖ In choreis etiam παραστάτης dicitur qui præsultori secundus est: qui præsultor, etiā κορυφαῖος dicitur & ἐξάρχων & κατάρχων & χοροστάτης. Est enim hic ordo, vt præcētori proxim⁹ sit ὁ παραστάτης, & huic deinceps proxim⁹ sit ὁ τριτοστάτης. Exēpla

Digitized by Google

ex Aristot.& Basil. habes apud Bud. p. 217. Cam. interpr. adiunctum. ‖ Est etiam vocabulum architectonicum. Apud eos enim parastatæ dicuntur pilæ quadratæ, aut lapides pilarum modo, columnarum astantes lateribus: prominentibus ipsis columnis partibus duabus, aut secundum alios, tãtùm sui medietate. De quibus vide Vitruu. lib. 5, cap. 1. A quorum similitudine, alterum cruris os, parastates nominatur in iumentis à Vegetio, quod & παραστάτιμον appellatur Polluci. In catapulta autem παραστάται vocantur arrectariæ tabulæ, dextra ac sinistra, vt Turnebus annotat Aduersar. lib. 2, cap. 4, vbi catapultæ descriptionem quæ est apud Vitruuium lib. 10, cap. 15, explicat. ‖ Apud anatomicos autem duo testium sunt παραστάται, (id est, vt Camer. ex Poll. tradit, meatus quibus de testiculis ad canalem virgæ semen deriuatur) quorum alter κιρσοειδὴς dicitur, hoc est varicosus: corpus id quod vtrique testi antestat in modum pyramidis efformatum, incipiens paulo supra testem, quâ venæ & arteriæ spermaticæ coeunt & commiscentur, deinde post multos gyros & circumuolutiones, varicum in modum paulum latescens, & in superiorem testis partem insertum. alter ἀδενοειδὴς, glandulosus: corpus seu glandula meatui vrinario suprapositа, vasorum semen deferentium insertionem excipiens. Est autem ad humillimam vesicæ partem sita, media quodammodo inter vesicæ corpus & eius ceruicem. Verùm hanc aliqui non παραστάτην sed προστάτην appellant, quò vitent ambiguitatem. Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις annotauit παραστάτας ab Hippocr. ἐν τῷ περὶ φλεβῶν vocari τοὺς ἐπιδιδύμους. Hæc inter alia Gorr. improbans παραστατῶν definitionem apud Paulum Æginetam. Quos intellexit Athen. lib. 9, παρῆσαν δὲ τὰ μάκις ἡμῖν καὶ οἱ καλλίμβροι παραστάται. de quibus paulo pòst, εἰσὶ δὲ οἱ ὄρχεις οὕτω καλλίμβροι. Eorũdem fit mentio apud eundem lib. 10, ex Platone comico. vbi & πλακιούντος ἐνόρχου meminit. ‖ Παραστάτης dicitur etiam ossiculũ laryngis quod à similitudine literæ Υ appellatur ὑοειδής. Os gutturis cõsilus subiectum, τοῖς αὐτοῖς ... ἑκατέρωθεν παρεμπλακὲς τὴν τοῦ βρόγχου κεφαλήν, vt Pollux tradit: Herophilus autem (vt idem annotat) παραστάτην appellauit διὰ τὸ παρεστάναι τοῖς αὐτοῖς. ‖ Παραστάται Hesychio sunt οἱ περὶ τοὺς ... Etymologico οἱ ὑπηρετικοὶ τῆς βασιλικῆς. Fœmininum à παραστάτης EST Παραστάτις, ιδος, ἡ, quod metaphoricè accipitur pro socia & auxiliatrice, seu opitulatrice. Greg. in Epitaph. patris, ἀρωγοῦ καὶ χειρῶν παραστάτις. Bud. Et apud Xenoph. Apomnemon. 2, virtus est ἀγαθὴ παραστάτις τῆς νίκης, benignè illis adest. Camer. COMP. Συμπαραστάτης, ου, ὁ, Qui vnà à latere adstat, Socius, Adiutor. Aristoph. Ὅπως δὲ μοι καὶ πάντα συμπαραστάται ἔσεσθε, καὶ ... id est ξύμμαχοι, vt ex sequentibus patet. hoc est, Vt mihi adsitis & opem feratis, Simul vindices & defensores sitis. Bud. ET Παραστατέω, ῶ, A latere sto, Adsisto, Sto apud seu iuxta. Sophocl. Œdip. tyr. Ὁ ... Παραστατοῦσιν ὡς Κρεοντείοις πύλαις. Et metaphor. Adsum, Auxilior, Opitulor. Aristoph. in Thesmoph. ἡμῖν θεοὺς παραστατεῖν, deos nobis auxilio affuturos. COM. Συμπαραστατέω, Vnà à latere sto, Vnà adsisto. Item, Vnà auxilior, Vnà adsum & opitulor. συμμαχῶ. Aristoph.

Παραστατικός, ή, όν, q. d. Exhibitiuus, Repræsentatiuus. Syn. De insomn. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἡμῖν παρῃρήσθω παραστατικὸν τῆς ἀξίας τῆς κατὰ τὴν ἐν φαντασίᾳ ζωήν, Istud quidem nobis ademptum sit ad ostendẽdã dignitatem. δίκη παραστατική, Actio ad exhibendum, quam intendit is qui rem præsentem vindicaturus est, Bud. ‖ Παραστατικοὶ ἄνδρες, Qui præsentia animi præditi sunt: quæ dictio non solùm robur animi καὶ τὸ ἐνθύμιον τοῦ φρονήματος significat, sed etiam extemporalem expromptámque solertiam, ac nusquam deprehẽsam, sed vbique instructam & consultam. Sunt igitur παραστατικοί, οἱ περὶ τὰ παρόντα χρῶνται ... καὶ ..., καὶ ... Βουλευτικοί, Qui nunquam sibi desunt, Qui aut animi præstantiam aut consultæ mentis copiam tanquam in numerato habent, οἱ ἐκ τοῦ καιροῦ ..., οἱ ἐπὶ καιροῦ βουλευτικοί τε καὶ ἐπινοητικοί, οἱ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐνθυμηματικοί. B. Et παραστατικὴ διάθεσις, Præsentis animi affectio, quæuis pericula subire parata. At in malam partem accipi videtur apud Polybium lib. 1, ἀλλ᾽ ἀποθηριοῦσθαι τὸ πλεῖστον καὶ παραστατικὴν λαμβάνειν τὴν διάθεσιν. vbi Camer. interpr. Efferari tandem, & induere animum immanem. ‖ Item Excitandi vim habens & irritandi. idem quod διεγερτικός, παροξυντικός, παρορμητικός. Plutarchus Lycurgo, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη εἶχεν ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους. Et in Instit. Lacon. eadem de re, κέντρον δ᾽ εἶχε ... ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ φρονήματος, καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πρακτικῆς. Vbi possit etiã exponi Addens animo impetũ (vt addere animum Lat. dicũt) aut Excitãs in animo impetũ: sicut res παραστατικὸν θάρσους ἐς τὸ κίνδυνον, apud Polyb. VNDE Παραστατικῶς, Præsenti animo, Prompto animo, Intrepido & fidenti animo. Polyb. παραστατικῶς καὶ δαιμονίως ὁρμῶντες εἰς τοὺς ἐπιτηδείους καιρούς, præsenti animo atque admirando sese præsentibus temporibus accommodabat. Et apud Suidam, ὁ δὲ λέγει πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλλὰ ... καὶ ... τῆς ἐπιστολῆς. Apud eundem, διελέχθη παραστατικῶς ἅμα καὶ παρρησιαζόμενος. Itẽ, παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμεινεν. ‖ A Camerario exponitur Vehementer.

Σύστασις, Coitio, Coniuratio, Conspiratio, Sodalitium in perniciem legum. Budæus ex Demosthene, καὶ τὰς ἑαυτῶν συστάσεις κυριωτέρας τῶν νόμων ἀξιοῦσιν εἶναι. Thucydides, κατὰ συστάσεις γιγνόμενοι. vbi συστάσεις appellari mihi videntur Cœtus eorum qui coeunt & conspirant, seu conspirationem moliuntur. (Quidam tamen interpretantur In stationibus & circulis consistentes constantesque, id est Vnà stantes & circulantes: vt stationes ac circuli sint loca in quæ conuenitur confabulandi caussa.) Plutarchus in Numa, ἐπιβουλαὶ καὶ συστάσεις αἰσχρῶν. Idem in Coriolano, ἐν δὲ συστάσει καὶ λόγοις στασιαστικοῖς ἐσομένους πρὸς ἀλλήλους ὄντων. | Σύστασις generalius etiam pro Cœtus, Conuentus populi. vt quum Xenophon in Hipparch. de equis agitatis descensionem fieri non vult παρὰ σύστασιν ἀνθρώπων, id est in cœtu hominum. Camer. Et pro συνάθροισμα ex Polluce, καὶ τὸ πολλῶν σύστασις, καὶ ταυτῶν συναγωγή. | Sunt qui alicubi exponant etiam Congressus, Colloquium. vt apud Plutarchum in Themistocle, τῷ Θεμιστοκλεῖ τὴν πρὸς βασιλέα ἔντευξιν καὶ σύστασιν γενέσθαι. | Affertur in vulgatis lexicis & pro Dissensio, Dissidium, ex Thucydide, σύστασιν τῆς γνώμης ἔχει: quæ suspecta sunt. Itidémque quod ex Aristotele citatur, videlicet σύστασις pro Sustentatio, διὰ τὸ κάμνειν τῇ συστάσει, quòd fessus sustinere nequeat.

Σύστασις, Commendatio, (vt συνίστημι, Commendo: & συνίσταμαι, Commendor.) Sed latius etiam extenditur, & quidem ad ἀγάπην vsque, si Suidæ credimus, ita exponenti in hoc Polybii loco, ὁ δὲ οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, παρεικὴν ἔχων σύστασιν. & addenti esse metaphoram ab equis qui vnà aluntur ὁμοῦ ἱστάμενοι. Exponitur ergo Affectus, Amor, Studium erga aliquem. Sed Suidas post ἀγάπην addit & ὁμόνοια. Itidémque Bud. σύστασιν vult esse Conciliationem & reductionem ad concordiam, in hoc Isocratis loco in Paragr. περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πολλαὶ πόλεις ἂν εὑρεθεῖεν καλῶς βεβουλευμέναι· περὶ δὲ συστάσεως οὐκ ἔστιν ἥντιν' ἂν τις ἐπιδείξειεν ἄμεινον τῆς ἡμετέρας βεβουλευμένην.

Σύστασις in Pand. dicitur Quum contrahitur, id est contractus initur: & λύσις, quum dissoluitur. B.

Συστατικὸς, οῦ, ὁ, Constituendi vim habens & compingẽdi, Faciens vt res consistat. | Item Commendatitius, 2 Cor. 3, εἰ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν, literis commendatitiis.

Συςάτης, ου, ὁ, Qui simul stat. In ædificiis συςάται dicuntur A Trabes seu tigna tectum sustinentia: ἀμείβοντες Homero. δοκοὶ μεγάλαι ἀλλήλοις προσεστῶσαι, ὥστε βαστάζειν τὴν ὀροφὴν, vt schol. Homeri exp.

Συςατέω, Commendo, Probo, συνίστημι. v.l.

C. Ἀσύςατος, ου, ὁ καὶ ἡ, q.d. Qui consistere nequit, Qui non potest esse in rerum natura. (In vulgatis lexicis exponitur etiam Qui stare nequit, Parum sibi constans) Plutarchus, ἀσυςάτου καὶ ἀνυπάρκτου ὑφισταμένης. Idem De primo frigido, αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ διαρρέχυτον καὶ ἀπαγὲς καὶ ἀσύςατόν ἐστι. quæ Turnebus ita vertit, Humor enim omni concretione vacans & soliditate, suapte na- B tura liquefactus & dilapsus diffunditur. Budæus pag. 499, συςατικὸς, inquit, dicitur Quod consistere potest: vt συςατικὸν ζήτημα, quæstio est quæ ita controuersiam in iudicio facere potest, vt ab vtraque parte argumenta & probationes in medium adduci possint (&c.) ἀσύςατον autem ζήτημα est in quo τὸ κρινόμενον consistere non potest. Exemplum autem ibi vide. Ἀσύςατα (inquit Camerarius) sunt apud rhetores quæ non veniunt in disceptationem, vel vbi causa non potest ex- C plicari, vt si fur furem furti accuset.

Τὸ ἀσύςατον refertur etiam inter vitia orationis, simile ei quod appellatur ψευδόμενον. Fit autẽ quoties eiusmodi res proponitur vt ne possit quidem esse quod fingitur. Erasm. Ab Aristophane Æschylus vocacatur ἀξύςατος, in Nebulis: id est (vt quidem scholiastes exponit) οὐ συνεςὼς, οὐδὲ πυκνὸς ἐν τῇ ποιήσει, ἀλλ' ἀραιὸς καὶ κομπώδης. affertur autem & alia expositio, videlicet ἀδιάθετος, ἀπίθανος συνιςὰς τοὺς μύθους.

C. Ἰδιοσύςατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per se consistens. ET Ἰδιοσυ- D ςάτως, q.d. Ex propria consistentia. quorum vtrunque Budæus affert ex hoc Damasceni loco, pag. 71, οὐ γὰρ ἰδιοσυςάτως ὑπέστη ἡ τοῦ Θεοῦ σάρξ, οὐδὲ ἑτέρα ὑπόστασις γέγονε παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν· ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὑποςᾶσα, ἐνυπόςατος μᾶλλον, καὶ οὐ καθ' αὐτὴν ἰδιοσύςατος γέγονεν. In vulgatis lexicis exponitur Propriam habens hypostasin, apud Cyrillum.

C. Κακοσύςατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè consistens. In vulgatis lexicis ex Trapez.

C. Νεοσύςατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nuper concretus, Qui nuper coa- E luit. In vulgatis lexicis annotatur νεοσύςατα dici nuper concreta, seu quæ nuper coaluerunt: & subiungitur ex Galeno κατὰ τόπους libro 5, de lichenibus, συγκρίνοντες ἀπὸ τῶν κεχρονισμένων τὰ νεοσύςατα, discernentes recentes ab inueteratis. pro τὰ νέως συςάντα. Ibidem νεοσύςατοι, Qui recèns professi erant sectam Pharisæorum, ex Iosepho.

Συςάδες ἄμπελοι, Vites ordine non plantatæ. Putat enim Hesychius ita dici τὰς εἰκῇ καὶ μὴ κατὰ στοῖχον πεφυτευμένας, potius quàm τὰς ποικιλάς. Aristoteles Politicῶn 7, ἐνδέχε- F ται γὰρ εἴ τις οὕτω κατασκευάζοι, καθάπερ ἐν τοῖς γεωργοῖς, ἃς καλοῦσί τινες τῶν ἀμπέλων συςάδας. Meminit & Pollux, sed nullam addens explicationem. AT VERO Συςαδὸν ET Συςάδην aduerbia sunt significantia Cominus. vt συςαδὸν μάχεσθαι vel συςάδην, cominus pugnare. Et ἡ συςαδὸν μάχη vel συςάδην, Pugna quæ committitur cominus, Pugna stataria. Thucydides lib. 7, τοιαύταις δὲ προσβολαῖς καὶ οὐ ξυςαδὸν μάχαις οἱ Συρακούσιοι εἰκότως ἐχρῶντο. Galenus, τὴν συςάδην κρατεῖν δυναμένων τὸ νικᾶν.

Σύςημα, ατος, τὸ, Coagmentatio, Concretio, Compages. G Exponitur etiam Compositio, item Collectio, vel Congregatio. Item, Aceruus, Cumulus. Aristoteles De mũdo, κόσμος ἐστὶ σύςημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. quod Budæus vertit, Mundus est compages è cælo terráque coagmentata, atque ex iis naturis quæ intra ea continentur. (Fortasse autem sic quoq; reddi potest simplici⁹, Mundus è cælo terráque cõstat. Nam quod Stoici dicebant, τέχνη ἐστὶ σύςημα ἐκ πολλῶν καταλήψεων, Cicero interpretatur, Ars ex multis animi perceptionibus constat) Plutarch. in Numa, λοιπαὶ τέ- H χναι εἰς ταυτὸ συναχθεῖσαι, ἐν αὐτῇ ἐκ πασῶν ἀπέδειξε σύςημα. Aristoteles καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιικὸν σύςημα τραγῳδίας.

‖ Σύςημα, Cœtus, Conuentus. Item peculiariter, Turma, Globus, Manus militum. Polybius de copiis Gallicis lo- A quens, lib. 2, τίς οὐκ ἂν ἐφυλάξατο τὴν αὐτοῦ τοῦ συςήματος ἐκείνου προαίρεσιν; Idem lib. 1, τῆς γεμούσης ὅλης τάξεως τὸ σύςημα, διὰ τὸ βάθος τῶν ἐφεςώτων, ἕως ἐπὶ αὐτοὺς ἀθρόοι ἔμειναν. quem locum Camerarius ita vertit, Copiæ tamen vniuersæ ordines aliquantisper seruabant, & suum quisque locum tenebat: quòd agmen densum esset, & præcedẽtes vrgerẽtur à sequẽtibus. Idem Pol. ubi velitationem tantùm extitisse scribens, non conflictum pleno exercitu collectisque in vnũ copiis, his vsus est verbis, ὁλοσχερεῖ μὲν οὐδενὶ προσέπιπτον ὅπλων συςήματι τῶν βαρβάρων. In vulgatis lexicis, subiungitur his locis Polybii, σύςημα sumi etiam pro quauis collecta multitudine & cœ- B tu: adeo vt idem Polybius armenta regia vocarit συςήματα βασιλικὰ τῶν ἱπποφορβιῶν. ‖ Ibidem scribuntur quæ sequuntur, Σύςημα pro constitutione vox est propriè musicorum: à quibus interualla dicuntur διαςήματα, id est vocis spatia, quibus acuta & grauis includitur. Ex eis fiunt constitutiones quæ συςήματα appellantur, vt ipsa interualla constãt ex phthongis (hi sunt sonitus Vitruuio) qui elementorum vice in musica funguntur, autore Adrasto Peripatetico. Vel sic ex C Chalcidio, Apud musicos συςήματα principales partes vocantur. hæc autem ipsa constant ex certo tractu pronuntiationis: quæ dicuntur διαςήματα διαςημάτων. Porro ipsorum partes sunt φθόγγοι, qui sonitus dicuntur: suntque cantus elementa atque fundamenta. Ibidem hæc subiunguntur, συςήματα alii ἁρμονίας & τόνους exponunt, id est modos: Boetius constitutiones vocauit. Est autem constitutio (inquit lib. 4. Mus. cap. 14) plenum veluti modulaminis corpus ex consonantiarum D coniunctione consistens, quale est διὰ πασῶν, vel διὰ τεττάρων, vel διὰ πέντε, vel δὶς διὰ πασῶν. HINC Συςηματικὸς, Collectitius, & q. d. Acerualis. vt συςηματικὸς ῥυθμὸς, qui plurium pulsuum quasi aceruo constat. Est autem pulsus inæqualis, in pluribus pulsationibus magnitudinem non parem retinens. Et συςηματικὴ ἀνωμαλία, inæqualitas huius pulsus dicti συςηματικοῦ. Galenus lib. 2 De prænotione ex pulsibus, ἡ ἀθρόισματι σφυγμῶν ἀνωμαλία, ἀνωμαλία συςηματικὴ καλεῖται. & subiungit, ideo sic vocari quòd recentiores medici ἄθροισμα E appellarint σύςημα.

c. 2. Διασυνίςημι, Constituo, Instituo. V. lex. sine exemplo.

c. 2. Ἐπισυνίςαμαι, sicut & συνίςαμαι (vt supra dictum fuit) Coeo, Conspiro, Insurgo in aliquem. Plutarchus, πρὸς οὓς τὰ πολλὰ τῶν νομοθετημάτων χαλεπήναντες οἱ ἱερεῖς ἐπισυνίςανται. Affertur & pro Concresco, ex Dioscoride. VNDE Ἐπισύςασις, Cõspiratio, Coitio factiosa. Act. Ap. 24, ἐπισύςασιν ποιοῦντα ὄχλου, turbæ coitionem.

C. Ὑφίςημι, (q.d. Statuo sub, Colloco sub, Suppono, Subiicio. Pindar⁹ Olymp. ode 6, in principio, χρυσέας ὑποςάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου κίονας. Athenæus libro 6, ὑποςήσαντα τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ὥσπερ αἱ καρυάτιδες. Plutarchus in Othone, ὑποςήσας τὸ ξίφος ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ καὶ περιπεσὼν αὐτῷ. Aliud exemplum eiusdẽ sign. habes in σπεγγὸς ex eodẽ. ‖ Interdum verò pro Substituo, id est Sufficio in locum alterius. Xenophon Hellen. 4, ὑποςήσας δὲ Ἡριππίδας ταξιάρχας καὶ λοχαγούς. ‖ Atque vt Suppono in locis præced. sic & Propono in nonnullis exponitur. vt apud Soph. Aiace, μὴ γνώμας ὑποςήσῃς σοφάς. Sic apud Naziãzenum, ὃ πάντων ἐστὶ θεὸς, πρότερον ὑποςησώμεθα, redditur Proponemus. Sed videtur accipi pro Supponemus tanquam fundamentum. At G verò apud Athenæum, quum dicit, οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποςησάμενοι, καὶ τὰ περὶ τὰς ἑορτὰς διετάξαντο. Bud. exponit, Supponentes, item Ponentes. (accipit autem Supponere pro eo quod vernaculo sermone dicitur Presupposer: qua in significatione licet vulg⁹ vtatur verbo Supponere, Latinum tamen non esse, satis constat) At pro eo quod habemus apud Laertium, οἱ ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς τῆς Ἀριςίππου μείναντες, καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες, τὴν ἡδονὴν τέλος εἶναι ὑπέςησαν, dixerat H Cicero Tusc. quæst. lib. 3, At qui ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt.

Ὑφίςημι, In naturam rerum produco. vt ὁ θεὸς ὑπέςησε πάντα ἐξ οὐκ ὄντων. Vide Bud. p. 494 & 495.

P. Ὑφίσαμαι, (quasi dicas, Statuor sub, Collocor sub,) A Supponor. Item Substituor, Sufficior. quarum tamen significationum exempla non afferuntur. Frequenter autem dicitur ὑφίστασθαι quod extat, & in natura rerum est: q. d. Substare, (sicut ὑπόστασις interdum redditur Substantia) seu Subsistere. Sed vertitur etiam In naturam vel in naturam rerum produci. vt Bud. vertit apud Gregorium De baptismo, ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ὄντας ὑπέστησεν, οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, sic in naturā productos denuo finxit. ὑφιστάμενος (vt idem scribit) dicitur quod in naturam rerum cadit, vt Quintilianus loquutus est. B Philo De mundo, οὐδὲν τῶν ὄντων ἰσόσημον ὑφίστασθαι, Nihil in naturam rerum proditum est, Nihil extitit.

Ὑφίσαμαι, Subeo, Succedo. vt ὑπὸ πυρὸς ὑποστάς, Plato apud eūdē. Item Subeo, i. Sustineo, Suscipio. vt ὑπέστη ταύτην τὴν λειτουργίαν, Lysias apud eūdē. Et ὑφίσταται δὲ τὴν πρᾶξιν Πελοπίδας, Plutarch. in Pelop. pro Facinus sibi deposcit, Aggreditur rem audendam: vt reddit idem Budæus: (sed malim Suscipit. Sic apud Thucydidem, ὑφίσταται τὸν πλοῦν: & apud Synesium, ὑφίστασθαι ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν. quinetiam ὑποστὰς τὸν κίνδυνον apud Thucyd. C cui opponitur ὁ φυγών) At Budæus addit significare etiam Suscipio, id est Aggredior, Instituo, Incepto. vt ὑφίσταμαι ποιῆσαι ἀγῶνα, apud Aristidem. Item Recipio, Polliceor. vt ὑφίσαμαι ἕξειν, Xenoph. Pæd. 6, Recipio & polliceor me habiturum. sed dicit Budæus ὑφίσαμαι poni poetice pro ὑπισχνοῦμαι, legique in hac significatione apud historicos quoque: ego contrà non apud solos historicos, verumetiam apud cæteros prosæ scriptores rarò quidem, sed legi tamen puto. At Thomas Magister ὑφίσαμαι pro ὑπισχνοῦμαι in vsu esse apud λογογράφους D tradit, subiungens ex Luciani Timone, ὑπέστη ὦ Τίμων δὲ ἐμὲ. At pro ὑπισχνοῦμαι vsos esse poetas dicit, & cum illis Thucydidē semel, scribentē, ἤγαγε δὲ ἄνδρας ὥσπερ ὑπέστη· qui locus habetur lib. 4, pag. 135. Aristophanes cū infinitiuo (qui etiam subauditur in proximè præcedente loco Thucydidis) in Vespis, καὶ ὅπῃ ὑφίσταται κατὰ πεντήκοντα μεδίμνους πορεῖν. Apud Homerum autem interdum cum accusatiuo personæ, interdum cum infinitiuo. vt Iliad. φ, Μισθοῦ χωόμενοι τὸν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσε. Sic E Odyss. γ, Ἤ τις τοί τι ἔργον ὑποστὰς ἐξετέλεσσε. Et cum accusatiuo ὑπέσχετο, Iliad. β, Οὐδέ οἱ ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν ἥνπερ ὑπέσταν. Et Odysseæ κ, — πλεόνων μοι ὑπέσχετο ἥνπερ ὑπέστη. At cum accusatiuo in vna parte orationis, cum infinitiuo in altera, Iliad. τ, circa principium, Παντα δὲ τοι ἐνθάδε πάρεστιν ὅσσα τοι ὑπέστην, (id est, omnia iam tibi præsto quæ pollicitus sum: videlicet) Ἑπτὰ μὲν ἀπύρους τρίποδας, αἴθωνας δὲ λέβητας εἴκοσι, ... δώσειν, ... &c. [Ὑφίσαμαι, Sustineo, id est Δέχομαι, Excipio, Non cedo irruenti. (ad verbum Subsisto, F vt quidem vsus est Liuius) Plutarch. μαχόμενοι σὺν φείδοντες τῶν ἐνδιδόντων, αἱροῦντες δὲ τοὺς ὑφισταμένους. Idem in Demetrio, οὐδενὸς ὑφισταμένου τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ φευγόντων καὶ ἐνδιδόντων τὰς πόλεις. Quæ exempla Budæus affert, addens & tertium ex eodem Plutarcho, itémque vnum ex Synesio: sed veteres quoque scriptores ita vsos esse hoc verbo sciendum est. Thucydides lib. 1, ὑποστάντες Μήδους. Vsus est autem & cum datiuo, lib. 2, χεῖρον καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν. Vbi tamen datiuus est rei, non personæ. at G Xenophon vsus est & cum datiuo personæ, Hellen. 7, ἔξεστι δὲ λέγειν ὡς τοῖς ... οὐδεὶς ἂν ὑπέσταιη. Vtroque autem in loco non incommodè fortasse reddetur ὑφίστασθαι verbo Resistere, si constructionem illam Græcam retinere libeat. Euripides vno eodémque in loco vtranque constructionem huic verbo dedit. nam quum dixisset τὰς συμφορὰς ὑφίσταται, (sicut loquutum esse Thucydidem ostendi modò) subiunxit ὑποστῆναι βέλος. Locus est in Hercule furente, Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις H οὐχ ὑφίσταται, Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος; quos versus ita quidā reddidit, Nam sustinere aduersa siquis nō valet, Quo tela pacto sustinebit hostiū? Sed videtur quærendum esse aliquod aptius verbum quàm Sustinere, quum ὑποστῆναι βέλος dicatur qui telis se offert impauidus, ad differentiam eius qui teli metu, hostis impetum non sustinet. At ὑφίσαμαι cum accusatiuo rei, vertitur non solùm Subeo, sed & Tolero, Suffero. vt ὑφίσαμαι πόνους apud Hermog. & apud Plut. ἐκ τῆς ἀδεξίας ὑφιστάμενος. Affertur præterea ex Alex. Aphrodisæo de vitro, θλᾶται οὐχ ὑφίσταται, Problem. libro primo, τὸ μαλακὸν τῆς ὕλης εἴκει τῇ ἐπιφορᾷ τοῦ πάχους, θλᾶται οὐχ ὑφίσταται. Cæterùm affinitatē magnam habent inter se istæ significationes, Subeo, Suscipio, Aggredior, item Sustineo, vel Non cedo, item Polliceor. (hanc enim significationem posteriorem illis esse puto, sed ordinem Budæi sequutus sum paulo antè) eandémque omnes originem habent. siquis enim rem aliquam aggressurus est, seu onus aliquod subiturus, si irruentem sustinere paratus futurus sit, eique minimè cedere, si denique polliceri aliquid velit, & fidem suam de eo obstringere, oportet animi robur ὑφίστασθαι ei, id est subsistere: eo ferè modo quo dixit Tibullus vires subsistere. At Liuius imitatione Græcorum accusatiuo iunxit, dicens (si non mentiuntur exemplaria) Non feras tantùm subsistere: item, Et posteaquam præpotentem armis Romanū nec acies subsistere vllæ nec castra poterant. At Cæsar sine casu vsus est, alioqui pro ὑφίστασθαι & ipse, seu ὑπομένειν: ita scribens, De Gallico bello lib. 1, Quo prælio sublati Heluetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere: nonnunquam ex nouissimo agmine prælio nostros lacessere cœperunt. Sic Thucydides ὑφίστασθαι sine casu posuit libro 4, pag. 138, καὶ μάχης γενομένης ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὑπέστησαν οἱ Κυθήριοι, ἔπειτα τραπόμενοι, &c. [His autem addo, verbum ὑφίσαμαι interdum alteram quoque verbi Subsisto significationem habere. vt in hoc Aristotelis loco, de ceruis loquentis, ἐν δὲ τῇ φυγῇ, ... , καὶ ὑφιστάμεναι μένουσιν ἕως ἂν πλησίον ἔλθῃ ὁ διώκων, τότε δὲ καὶ πάλιν φεύγουσι. Plinius tamen Stantes maluit reddere, quàm Subsistentes, quum hunc locum ita interpretatus est, Et aliâs semper in fuga acquiescunt, stantesque respiciunt: quum prope ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes.

Ὑφίσαμαι, Subsideo, Sido, Pessum eo, cui opponitur ἐπιπολάζω. Aristoteles Problem. ἐπεὶ τὰ μὲν ὑπέρ... ... τῆς γῆς· διαλυομένων δὲ, ἀεὶ μάλιστα ὑφίσταται τὸ παχύτατον καὶ βαρύτατον, ἐκκρίνεται δὲ τὸ κοῦφον. Apud eundem opponitur ὑφιστάμενον & ἐπιπολάζον, De cælo libro 4, ... μὲν ..., βαρὺ μὲν ἁπλῶς τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον, κοῦφον δὲ, τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον. Hinc & ὑπόστασις, Sedimentum, vt infrà dicetur.

Ὑφίσαμαι est etiam κρυφίως ἵσταμαι & ὑποχωρῶ, vt inquit idem Budæus, exemplum tamē non afferens: sed habetur apud Thomam Magistrum, ex quo has expositiones desumpsit. hic enim postquam dixit ὑφίσαμαι, inter alia significare κρυφίως ἵσταμαι, addit ex Luciano, in Philopseude, ὁ σωτὴρ ὑποστάς. Quibus subiungit, accipi & pro ὑποχωρῶ: ex eiusdem Luciani Timone afferens, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. De illa autē expositione κρυφίως ἵσταμαι (quod ad verbum sonat, Occultè sto) dicam & in Ὑπόστασις.

Ὑφίσαμαι actiua signif. Suppono, Pono, vide in Ὑφίστημι, vbi afferuntur exempla huius significationis in aoristo medio.

Ὑπόστασις, Substantia, seu Naturæ subsistentia, vt Budæus vertit in hoc Aristotelis loco De mundo, συλλήβδην δὲ, τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μὲν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν. hæc enim ille sic reddit, Ad summam, eorum quæ in aere apparent, alia specie tenus existunt, alia etiam habent naturæ subsistentiam. Idem Budæus in Comm. postquam dixit ὑπόστασιν esse rem natura & re vera subsistētem, illum Aristot. locū profert, itémque hunc Themistii in Phys. 2, εἰ δὲ καὶ ἰδέας λέγοιτε, ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωριστὰ, ταῦτα καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι. Ibidem docet ὕπαρξιν interdum & ὑπόστασιν pro eodem accipi. In alio autem eiusdem libri loco ὑπόστασιν rursus Subsistentiam reddit apud autorē epist. ad Hebr. cap. 11, ἔστι δὲ πίστις, τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγ-

χέας οὐ βλεπομένων. id est, Est autem fides, subsistentia eorum quæ sperantur. Sunt & qui ita reddant, Est autem fides, illud quod facit vt extent quæ sperantur. Scholiastes Græcus ὑπόστασιν & οὐσίαν coniungit, in exponendo hoc loco, quum dicit, ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀνυπόστατα ἐστὶν ὡς τέως μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν καὶ ὑπόστασις γίνεται, μᾶλλον δὲ αὐτὰ καὶ παρεῖναι ἐστὶν πως παρασκευάζουσα. Cæterùm sunt qui his in locis nomine Extantia vti malint, ex Columella & Vitruuio. ‖ Ὑπόστασις in Trinitate diuina (inquit Bud.) idem est quod ἰδιότης & quod πρόσωπον. Greg. in Epiph. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράπτεσθε καὶ τρισί· τρισὶ μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, εἴτουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτουν θεότητος. Et Dionysius de Deo loquens, τριάδα τρισυπόστατον dicit, id est τριπρόσωπον. Sacrosancta enim concilia statuerunt vnam in Trinitate esse οὐσίαν, & tres ὑποστάσεις, vt docet Basilius. Hæc Bud. quibus subiungit, interdum tamen οὐσίαν & ὑπόστασιν dicta pro eodem fuisse, vt substantia & essentia apud Latinos. affértque exemplum ex decreto Sardicensis concilii, quod exēplum simúlque alia de differentia quæ alioqui statuitur inter hæc duo, habes pag. 496. Apostolus ad Hebr. cap. 1, de Filio sic loquitur, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. vbi vetus interpr. ὑποστάσεως vertit Substantiæ. Quidam Personæ vertere maluerunt (sequendo eum vocis πρόσωπον vsum qui modò ex Gregorio allatus fuit, & qui apud cæteros quoque inuenitur) ne Substantia cum Essentia confunderetur, & ὑπόστασις pro οὐσία accipienda putaretur. absurdum enim esse dicere essentiam Patris impressam esse in Christo, quum eadem sit & quidem simplex vtriusque essentia: contrà verè aptéque dici, quicquid Pater proprium habet, in Christo esse expressum: vt qui Christum videt, videat & Patrem, Ioan. 14. Præterea hoc commodi habere istam interpretationem, in qua vtimur voce Personæ, quòd hypostases aduersus Sabellium apertè distinguat, & τὸ ὁμοούσιον confirmet aduersus Arianos. Arius enim impiè deitatis essentiam trifariam diuidēs, tres deos statuebat: Sabellius autem impiè & ipse personis Trinitatis in vnam conflatis, ὑποστάσεις confundebat. Greg. τὸ ἀσύγχυτον τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τῆς θεότητος. Plura de hac voce apud eum cæterósque theologos, nécnon apud Suidam legenda tibi relinquo.

Ὑπόστασις, (ab ea verbi ὑφίστασθαι significatione qua respondet verbo Subsistere, eo sensu quo dicuntur vires subsistere, aut quo dicitur Subsistere feras: vt sit quasi Subsistentia quædam animi) Præsentia animi & fortitudo, Audacia. Polybius de Coclite loquens, οὐχ οὕτω τὴν δύναμιν ὡς τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ἐναντίων. Sic apud Paulum 2 ad Corinth. cap. 9, versu 4. itidémque cap. 11, versu 17, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, redditur, In ista gloriationis confidentia, seu In confidente ista gloriatione, aut præfidente. Quidam etiam, In imperterrita ista gloriatione. At vet. interpr. malè vtrobique ὑπόστασιν, Substantiam, malè Erasmus Argumentum, malè quidam alius Materiā est interpretatus.

Ὑπόστασις, Sedimentum, & quod ex vrina subsidit, vt Celsus loquitur. Bud. Ὑπόστασις (inquit Gorr.) est crassior vrinæ portio secreta & subsidens. Sed generalius etiam ὑπόστασις, sicut ὑπόστημα, exponitur Alicuius rei fæx subsidens, Crassamen vel Crassamentum, ex Colum. affertúrque non solùm οὔρων ὑπόστασις, sed etiam ὑπόστασις ἱδρῶτος, ex Aphrod. Probl. Et ὑπόστασις τοῦ περιττώματος, ex Aristotele. Item, ὑπόστασιν χολώδη ἔχουσα σύῤῥευσις. ‖ Ὑπόστασις aliquando Hippocrati est Humorum consistentia seu status, & concretio. hoc est, quum humores intus manēt quos vacuari oportebat. vt annotauit Galenus Comment. 2 εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Gorr. ‖ Ὑπόστασις in vulg. lexicis exponitur etiam Compages. vt Ὑπόστασις κανονώδης, apud Theophrastum lib. 5, De causis plant.

Ὑπόστασις, Insidiæ quæ struuntur ab eo qui ὑφίσταται, id est κρυφίως ἵσταται (vt exponit Thomas magister) id est Stat in latebris. In vulgatis lexicis exponitur Insidiæ, item Subsessæ ex Seruio & Vegetio. Quo fortasse modo ὑφίστασθαι in illa τοῦ κρυφίως ἵστασθαι signif. reddi possit Subsidere.

Ὑπόστασις, Statio militum, vide in Ὑπόστημα.

Ὑπόστασις, Suid. exp. ἀπόστασις in hoc Æliani loco, vbi videtur esse Defectio, Rebellio: ἀπέστη τὸ ἔθνος τῶν Σύρων, καὶ Φοινίκων ἐπεὶ γίνεται περιέλαβεν εἰς τὴν αὐτὴν ὁρμήν τε καὶ ὑπόστασιν. Sed ego non dubito quin mendosè ὑπόστασιν pro ἀπόστασιν hic scriptum fuerit.

Ὑποστάτης, ου, ὁ, Qui in naturam rerum produxit, & subsistere fecit, Qui condidit & in naturam rerum edidit. ET Ὑποστάτις, fœminino gen. Vtrunque Bud. ex Areopagita affert. ‖ Ὑποστάτης, Furca qua quid fulcitur, teste Plutarcho in Coriolano, vbi scribit, ὃ γὰρ οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην καὶ στήριγμα, τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσι.

Ὑποστατός, Tolerabilis, Ferendus. ἀνασχετός. v. l. ex Euripide.

C. Ἀνυπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Subsistentiam non habens. cui opponitur ἐνυπόστατος, quod vide. ‖ Item Intolerabilis, Cuius impetus sustineri nequit, Cui resisti non potest. Polybius, κατ' ἴλας μὲν καὶ φαλαγγηδὸν ἀνυπόστατοι. Hieronymus enarrans quod Græci Bibliorum interpretes reddiderunt ὕδωρ ἀνυπόστατον, Verbum, inquit ἀνυπόστατον apud Græcos ambiguum est, & potest sonare Quod non subsistat: (ita enim ibi legendum est, non autem Quod subsistat) & quod intolerabile sit. id est, quod nemo ferre queat.

C. Δυσυπόστατος, Cuius impetus vix sustineri potest. vt ἀνυπόστατος, est Cuius impetus sustineri non potest.

C. Ἐνυπόστατος, Subsistentiam habens, oppositum præcedenti. Damasc. αἰεὶ δὲ ἔχει τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον, οὐ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον, ἀνυπόστατον καὶ εἰς ἀέρα χεόμενον ἀλλ' ἐνυπόστατον, ζῶντα, τέλειον. & identidem apud eum hoc vocabulum legitur pro persona. B.

C. Ὁμοϋπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Eandem hypostasin habens. accipiendo hypostasin in ea significatione qua accipi dictum est quum de Trinitate diuina loquimur.

C. Τρισυπόστατος, Tres hypostases habens, vel In tres hypostases diuisus. vt Dionysius τριάδα τρισυπόστατον vocat, quod exponitur τριπρόσωπον.

Ὑποστατικός, Autor & conditor substātiæ. Budæus ex Dionysio Areopagita, μᾶλλον δὲ ὡς πάσης σοφίας ὑποστατικόν. ‖ Ὑποστατικός, Præfidens. vt ὑπόστασις est Præfidentia, seu Animi præsentia, &c. ET Ὑποστατικῶς, Præfidenter, Confidenter. Item Asseueranter, Affirmatè, vt quidam interpr. in hoc Polybii loco, τοῦ δὲ βασιλέως ὑποστατικῶς αὐτῷ φήσαντος συντετάχθαι. At Suidas exponit ὑπομονητικῶς & καρτερικῶς, in hoc quem affert loco, ὁ δὲ ὑποστατικῶς κεχρημένος τοῖς ἐπιτυχοῦσι κινδύνοις, δόξαν ἀνδρείας ἀπενήνεκται.

Ὑπόστημα, ατος, τὸ, Sedimentum, (&c. vt in ὑπόστασις) vt ὑποστήματα τῆς κοιλίας, Aristoteles De animalibus libro 1. ‖ Ὑπόστημα pro hypostasis, (in ea significatione qua sumitur hoc vocabulum à theologis) Gregorius in libro De theologia, de prophetis loquens, πολλοῦ γε δεῖ εἶναι περὶ ὧν ὁ λόγος, οὔτε τις ἄλλος τῶν κατ' αὐτούς ἔστη ἐν ὑποστήματι καὶ οὐσίᾳ τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Οὐδὲ Θεοῦ φύσιν εἶδεν ἢ ἐξηγήσατο. ‖ Ὑπόστημα, Statio militum. pro qua significatione affertur ex Græcis Bibliorum interpret. lib. 1 Regum cap. 13. Itidem verò ὑπόστασιν Budæus pro eadem significatione affert ex 1 Reg. cap. 13, in fine, item ex 14, ἰδὲ ἡμεῖς διαβαίνομεν εἰς τὴν ὑπόστασιν τῶν ἀλλοφύλων. ‖ Ὑπόστημα, Pudendi virilis pars ea quæ minimè pendula est, apud anatomicos, vt ait Rufus: addens, alio nomine πρόσμαιον vocari. στῆμα autem idem dici testatur partem eam pudendi quæ propendet: inde quod ei subest, ὑπόστημα nuncupatur. ‖ Ὑπόστημα est etiam πλῆθος, si Hesychio & Suidæ credimus. affértque hic exemplum istud, τῷ δὲ ὑποστήματι τῶν ἀνδρῶν ἀντεῖχον ἐῤῥωμένως οἱ Ῥωμαῖοι.

C. 2. Παρυφίσταμαι, Subsisto vnà, vel Existo vnà, Vnà sum in natura rerum, pro συνυφίσταμαι, (vt παραδυναστεύω accipitur pro συνδυναστεύω) vel idem quod κατ' ἀκολουθίαν ὑφίσταμαι. Damasc. de libero arbitrio loquens, εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ

αἰσθήσεις παρυφίσταται ἐν λογικῷ τι αὐτὴ ζούσιν. Alia exēpla vide ex Basil. apud B.497. vbi tamē παρυφίσταται paulo aliter sumi videtur. A ‖Παρυφίσαμαι, Propemodū subsisto, Fere in natura sum rerum. est enim minus quàm ὑφίσαμαι, vt inquit idem Budæus, huius quoque signif. exemplum afferens pag.497, ex Dionysio. (Alibi autem παρυφίσαθαι ait posse etiam significare Obiter subsistere: accipiendo præpositionem παρὰ vt in παρένθημα) VNDE Παρυπόστασις, quod itidem minus est quàm ὑπόστασις apud eundem Dionysium, διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν, τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καὶ οὐχ ἑαυτοῦ γιγνόμενον. B

Παρυφίσαμαι, Significor, Demōstror, Repræsentor. vt quidem Budæus exponit in hoc loco Apollonii grammat. τὸ γὰρ ἐξ ἑκάστης λέξεως παρυφισάμενον νοητὸν, τρόπον τινὰ στοιχεῖόν ἐστι τοῦ λόγου. Sed ita exponendo, vacaret præpositio ὑπό.

C.2. Προϋφίσημι, Prius in naturam rerum produco, sicut ὑφίσημι significat In naturam rerum produco apud Gregorium. Qui & hoc bicomposito vtitur, scribens, τοῖς ἄλλοις τὴν ὕλην προϋφιστάσας. C Itidem verò Προϋφίσαμαι, Prius in naturam rerum producor, seu prodeo, Prius subsistentiam habeo. προϋπάρχομαι. nam προϋπάρχοντα vocantur τὰ προϋπάρχοντα ὄντα. quæ ἐν τοῖς προηγουμένοις censentur, & τοῖς προκαταβεβλημένοις. quæ præeuntia & antegredientia Latinè dici possunt, vt προϋφισάμενα præorsa & primordia naturæ. B. Alicubi tamen etiā προϋφίστασις, seu προϋφεσις, exponitur Antegressus, vt in hoc loco Hermogenis, μὴ γὰρ προϋφισάσης τῆς ὕβρεως, οὐδὲ τὸ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδίκημα συνίσταται. Sic προϋφίστασθαι redditur Antegredi, Antecedere, in hoc Plutar. loco, D in libro De fato, πέφυκε δὲ τὸ δυνατὸν, ὡς φησὶ, προϋφίστασθαι τοῦ ἐνδεχομένου. Sed Bud. vertit Prius esse natura.

HINC Προϋπόστασις, q.d. Præsubsistentia, seu Præexistentia: de re quæ prius in naturam rerum prodierit. At ex Dioscoride affertur pro Antecedens corporis compages. sed aliter pro hac signific. scripsisse Dioscoridem verisimile est.

C.2. Συνυφίσαμαι, Vnà subsisto. i. Vnà sum in rerum natura. Pro quo συνυφίσαμαι dici aliquando & παρυφίσαμαι, (vt παρυδιαστώ pro συνδυαστικῶ) scribit Bud. E

¶ Στάσις, σεως, ἡ, Factio. (hinc, vt suspicor, orta hac significatione, quòd in factione pars vtraque suam veluti στάσιν seorsum habeat, id est stationem. Viderit tamen lector an aptiorem aliquam huius significationis rationem excogitare possit) Aristot. Œcon.2. ὅρων στάσεις οὔσας δύο, duas factiones. Plut. in Sertorio, Κίννας δὲ πιστεύων ὑποφερομένην ἀνεκαλεῖτο τὴν Μαρίου στάσιν. id est (Budæo anterprete) Cinna autem labantem iam Marii factionem rerum nouarum molitione reparabat. Sæpe redditur voce Seditio habente affinem significationē. F Plato libro 5 De republica, ἐπὶ μὲν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις, ἐπὶ δὲ τῇ ἀλλοτρίῳ πόλεμος ὀνομάζεται. Thucydides lib.4, τῶν Μεγαρέων στάσεις φοβούμενοι. Isocr. De pace, σφαγὰς καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπιποιοῦσιν. (Seditionem facere itidē Lat. dicunt.) Apud eūdē legitur, στάσεις ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, seditiose inter se certare. Idem ad Nicocl. στάσεις καὶ διαφορὰς copulat. Plato autem dicit αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ διαφοραί. Et εἰς στάσιν ἐμβάλλειν apud Xenophontē, Ad seditionem concitare, vel inuerso ordine, Inducere seditionem in. Item, τὴν παλαιὰν αὖθις στάσιν στασιάζειν G apud Plut. Veterem seditionem redintegrare: vt Tacitus dicit Redintegratur seditio. Et ἐν στάσει εἶναι apud Thuc. Seditionibus agitari.

Στασιώδης, εος ὁ καὶ ἡ, Seditiosus. Xen. στασιῶδές τι ἐστι καὶ ἄλλων πολλοῖς τοῖς φίλοις ἐχθροὺς παρέχειν.

Στασιώτης, ου, ὁ, Qui factionis alicuius est. Ex Herodoto, στασιῶται ἐκείνου, qui sunt contrariæ illi factionis. Item στασιῶται συνομνύμενοι, coniurantes inter se. v. lex.
‖Στασιῶται, Seditiosi, Qui seditiones concitant, οἱ στάσεις ἐγείροντες. Suid. ‖Στασιῶται, Qui eiusdem ordinis H sunt. οἱ ὄντες αὐτῆς τάξεως, Hesych. ‖Apud Antiphontem autem στασιώτης videtur accipi pro δορυφόρος, Satelles, vt Harpocr. & Suidas tradūt, apud quos locum reperies. ‖At στασιώτας τοῦ ὅλου Plato in Theæteto iocans appellauit Parmenidem & Melissum qui vniuersitatem rerum consistere perhiberent: vt docent v.l. COMP. Ἀντιστασιώτης, ου, ὁ, Qui contrariæ factionis est: vt Bud. interpr. citans Appian. in Parth. ET Συστασιώτης, ου, ὁ, Factionis socius seu particeps. Luc. De salt. DERIV. Στασιωτικός, οῦ, ὁ, Factiosus. Item Seditiosus. Thucydides l.8, pag.291, πολλῶν καὶ στασιωτικῶν λόγων καὶ ὑποψιῶν προσφερομένων, seditiosis & turbulentis orationibus. Ex eodem στασιωτικὸς καιρὸς, Seditionis reipublicæ tēpus. A Bud. exponitur nō solūm seditiosus, sed etiam Seditioni obnoxius, citante ex Aristot. Eth.5, στασιωτικὸν γὰρ ἦν μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. At κατὰ τὸ στασιωτικὸν, Seditiose, More eorū qui seditiones faciunt, κατὰ τὸ ἔθος τῶν στασιαζόντων, vt Thucyd. schol. exponit in hoc loco lib.4, pag.163, καὶ ὅπως αὐτοὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου αἰτιωτάτης κατὰ τὸ στασιωτικόν. AT Στασιωτία, ας, ἡ, Seditiosus status, vt apud Platonem exponitur, lib. 4 De rep. στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας τούτους τοὺς νόμους φαμέν. Idem lib.8 De rep. pag.295, de statu populari, statu optimatum & tyrannide, τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία, στασιωτεῖαι δὲ πᾶσαι λέγοιντ' ἂν ὀρθότατα. Vbi non incommodè videtur verti posse Factiones.

Στασιάζω, Factionibus contendo. vel Seditiosè dissideo. Plato epist. στασιάζουσα πόλις ἐν αὐτῇ, ciuitas intestinis seditionibus laborans. Et ex Thucydide, στασιάζοντες ἐν ἀλλήλοις. Item ex Xenophonte Apomn.2, cum datiuo στασιάζειν ἀλλήλοις. Et στασιάζειν πρός τινα apud Plutarchum. Et in pass. apud Nanzianzenum, ὅπουδὲν καὶ τὰ ἐκείνων ἐστασιάσθη, in seditionem res eorū versæ sunt. B. Interdum commodius exponitur Dissideo. vt apud Herodianum lib.3, πρὸς ἀλλήλους ἐστασίαζον οἱ ἀδελφοί, inter se dissidebant. Sic apud Synesium epist.105, οὐδὲ στασιάσει μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ γνώμη. Interdum Contendo, Certo. Vnde quod Plato dicit de nautis, στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, Cicero vertit, Si nautæ certarent quis eorum potissimūm gubernaret. Sic apud Thucydidem lib.4, pag.148, περὶ τὸ δέχεσθαι αὐτὸν κατ' ἀλλήλους ἐστασίαζον, de recipiēdo eoseditiosè certabant, vel Seditio inter eos orta erat. VNDE Στασιασμὸς, οῦ, ὁ, Seditio, vel potius Seditionis concitatio. Aristoteles in 2 Œcon. διὰ στασιασμὸν τῆς χώρας ἀργοῦ γενομένης, quum per ciuilem discordiam ager non coleretur. ET Στασιαστής, οῦ, ὁ, Qui seditiones concitat, Seditiosus. A QVO Στασιαστικὸς, οῦ, ὁ, Ad seditiones concitandas aptus, seu Seditiosus. vt στασιαστικοὶ λόγοι apud Plutarchū & Æschinē. VNDE Στασιαστικῶς, Seditiose, Factiosè. Aristot. Polit. στασιαστικῶς ἔχουσι τοῖς ὀστρακισμοῖς. Demosthenes Phil.3, ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς οἱ ἄλλοι, Inter se dissident, πρὸς ἀλλήλους στασιάζουσι. Sic Pro cor. κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ στασιαστικῶς.

C. Ἀντιστασιάζω, Cōtrariā factionem moueo, vel sequor, Contrariam partem sequor in seditione. VNDE Ἀντιστασιαστής, οῦ, ὁ, Qui est cōtrariæ factionis, Qui sequitur contrariam partem in factione, seu seditione. In vulgatis lexicis Græcol. exponitur Qui est in seditione partis aduersæ.

C. ΔΙΑστασιάζω, Factionibus & seditionibus implico, Seditionem inter aliquos concito. Plutarchus ὁ δὲ Μάλλιος διεστασίασε τὴν πόλιν. Idem in Romulo διεστασίασε τοὺς Σαβίνους. Aristoteles Polit.5, διεστασίασαν αὐτοὺς πρὸς τοὺς ἀπόρους, Ad seditionem contra opulentiores concitādam induxit. Item, Dissidiis seiungo ac segrego, vt Lucr. loquitur. Synes. epist.95, διεστασίασαν ἡμᾶς, ad dissensionem nos induxit.

C. ΚΑΤΑστασιάζω, Seditione opprimo & affligo, Seditione circumuenio. Budæus ex Plutarcho, πάντα πράγματα καταστασιάσουσι καὶ καταβαλοῦσιν αὐτοὶ τὴν ἀριστοκρατίαν. Apud Plut. autem in Pericle, καταστασιάσαι τὴν βουλὴν, vulg. lex. interpr. Concitata seditione senatum delere gestiebat. At Καταστασιάζομαι, Factione vincor, Seditionibus premor. Xenophon, καταστασιαζόμενος ὑπὸ τῶν Λυσάνδρου φίλων. Plutarchus Them. καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, factione vict' à Themistocle.

C. ΣΥστασιάζω, Seditionis vel potius factionis socius sum,

Factionē aliquam adiuuo. Thucyd. lib. 4. pag. 149, οὐ γὰρ συστασιάσων ἥκω. Potest tamen & aliter hic accipi. A

ΣΤΑΔΙΟΝ, ου, τό, ΕΤ Στάδιος, ου, ὁ, Stadium, Mensura pedum sexcentenûm, vt Budæus tradit ex Herodoto lib. 2, de labyrintho loquente, αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαι, εἰσὶ στάδιον ἑξάπλεθρον, ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρουμένης καὶ τετραπήχεος, τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου, id est Budæo interpr. Iustæ orgyiæ centum, stadium implent sex plethrorum, ita vt orgyia senûm sit pedum & quaternûm cubitorum, cubitum verò senûm palmorum, & pes quaternûm. Plinius autē, Stadium (inquit) centum & vigintiquinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos vigintiquinq;. Suidas scribit septem stadia & semis, facere milium, seu miliare: vnum autem stadium πόδας χ, milium autem πόδας δ͵φ, pedē verò δακτύλους ις. Thuc. l. 4, p. 123, καὶ μάχεθος περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα. Xenoph. Hellen. 3, πλέον ἢ στάδιον ὑπὸ ψάμμου. Aristophan. Ranis, Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα, Euripidis loquacitatem superantes stadio vno & amplius. Idem in Nebulis, Τῶν Ἑλλήνων εἶναι λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον, vt dicatis me Græcis omnibus præstantia antecedere centum stadiis. id est, vt dicatis me Græcorum omnium præstantissimum. Archestr. apud Athenæum libro 3, καπρωροῦχαι σταδίους εἰσαριθμοῖς. Eodem genere apud Plutarchum, σταδίους πεντακοσίους. Polybius de Hannone, ποιησάμενοι τὴν πορείαν ὡσανεὶ τοῦ ῥεύματος ἐπὶ τὸν ποταμὸν ὅτι ἔξωθεν στάδια. quod Liuius de eodem dicit, Aduerso flumine iter vnius diei. Interdum dicitur de curriculo quod hoc spatium æquabat. Sic legerunt quidam apud Homerum Il. η, Οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῳ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ, vt dicat nouisse se modos martios in hostili stadio. sed melior scriptura est σταδίῃ, vt suprà annotaui. Herodotus Terpsich. ἀγωνιζόμενος στάδιον συνεξέπεσε τῷ προτέρῳ. Xenoph. Hellen. 2, τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας. Epigramm. libro 1, ἔδραμε τὸ στάδιον. Lucianus, τοῦ γὰρ ἤδη στάδιον τοῦθ' ... ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότα. Pro loco etiam certaminis accipi apud Theophilum libro 1 Institut. annotant v.l. Deriuant autem hoc vocabulum à στῆναι, διὰ τὸ τοὺς περὶ αὐτὸ ἀγωνιζομένους μὴ πρὸς δίαυλον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καθ' ἑνὸς στάδιον, ἀλλ' ὥστε περὶ ἆθλα ἱστάναι. Eust. Pro στάδιον autem Dores DICVNT Σπάδιον. B C D E

C. Σταδιοδρόμος, ου, ὁ, Qui stadium seu spatium sexcentenûm pedum decurrit, Cursor stadii, seu Stadiodrom*, vt quidam etiam Latini appellant, inter quos Plinius. Strattis comicus apud Pollucem, Τί ὅτι ... οἱ σταδιοδρόμοι παραγίγνονται; Lucill. Epigramm. libro 2, Ἦν Ἐρασίστρατος ... Εὐτυχίδης σταδιοδρόμος, ἀλλ' ὅτι δύναται ... Vtitur & Plato De leg. VNDE Σταδιοδρομέω, ῶ, Stadiū curro. Demosth. Ἀπηλαύσαι τὴν σταδιοδρομοῦντι.

C. Σταδιάρχης, ου, ὁ, Stadio seu curriculo præfectus, seu Præfectus certamini stadii. Poll. F

C. Ἑξαστάδιος, ὁ, ἡ, Qui sex stadiorum est.

Σταδιεύς, έως, ΕΤ Σταδιάς, άδος, ὁ, idem quod σταδιοδρόμος, Qui stadium currit, Qui stadio certat. Lucill. Epigramm. libro 2, Τὸν σταδιέα ... μεγάλην ... Παίσων ... οὐκ ... μόνον. Idem eodem lib. Καὶ ... Μενεκλῆς.

Σταδιαῖος, α, ον, Stadii mensuram æquans. Athen.

Σταδιασμός, οῦ, ὁ, Dimensio terræ per stadia. B. ex Ptolem. 6. 7. Videtur autem dici quasi à σταδίζω, quod significaret Dimetior per stadia. G

ΣΤΑΤΗΡ, ῆρος, ὁ, Stater, Pondus drachmarum quatuor, quod Hebræi siclum dicebant, vt Budæus tradit, scribens alibi, staterem à mensoribus vocari semunciam. Varii autem erant stateres. Aureus minam argenti valebat, vt idem Budæus ex Polluce tradit, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἑκατὸν ... τῆς ... στατῆρα ὀνομάζουσι. Aureus stater minam valebat. nam & in iis quæ appenduntur, pōdus minæ staterem nominauerunt. vnde colligit, staterem aureum quaternos aureos numos Romanos valuisse, vt fuerint stateres aurei vnciales, cuiusmodi ferè Lusitanici aurei visuntur, denis aureis æstimabiles. At Cyzicen* 28 drachmas Atticas, vt Demosth. tradit in orat. πρὸς Φορμ. i. paulo minus trib* aureis coronatis. Sed Attici stateres & H

Persici hoc Cyziceno multo vberiores fuerunt & pondere & indicatura, & præsertim Persici, quum Babylonium talentum ephectam proportionem ad Atticum habuerit. At Daricus non minus denis aureis Francicis, id est Argenti mina. Plutarchus Κροισείων etiam meminit, scribens, Κροισείων ἀριθμοῦ στατῆρας. Thuc. libro 4, pag. 138, nominat etiam στατῆρας Φωκαΐτας. Et Athenæus libro 4, ἕκαστος Αἰγιναῖον φέρει στατῆρα. Item Φιλίππειοι nominantur & Ἀλεξάνδρειοι: Philippos Horatius & Plautus nomināt. At pro στατὴρ χρυσοῦ, Synesius dicit στατὴρ χρυσίου, siue ὁ χρυσίου, epist. 127, τὸ μὲν ... ὀβολοῖς ἐκ χαλκοῦ, τὸ δὲ, στατῆρας χρυσίου. Deriuāt autem ab ἱστάναι, quod appendere significet. VNDE Πεντεστάτηρος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Qui quinque staterum est, seu quinque minarum. idem quod πεντέμνεως, teste Poll.

ΕΤ Στατηρίζω, ὁ, Statere valens, Qui stateris pretio æstimatur. στατῆρος ἄξιος.

ΣΤΑΜΙΝ, ῖνος, ὁ, Lignum in naui rectum stamini simile, vt Aristarch. apud Etymologisten docet. Eustathius ex veteribus grammat. tradit esse ξύλα ὀρθὰ ... ἃ στήμονος ... ἔχοντα, περὶ ... τῆς ἰκρίοις ἑκατέρωθεν, ... quamobrem ab ἵστημι deriuant. alii esse volunt ligna recta quibus τὰ πηδάλια ... : alii verò τὰ ἐν τῷ χείλει τοῦ πλοίου ... ὀρθὰ ξύλα ... τοῦ ... Hæc verò ad suam vsque ætatem σαμινάδια vocata fuisse in Lycia, idem Eustathius tradit. Sūt qui Statumina à Cæsare nominari scribant. Odysseæ ε, Ἴκρια δὲ στήσας ἀραρὼν θαμέσι σταμίνεσσι. Athenæus libro 5, γόμφοις τε καὶ ... καὶ σταμῖνας καὶ ... τὴν ... ὕλην. (quem locum Eustath. quoque citat.) Et paulo pòst, de clauis æreis, διὰ ... πρυμναίων δὲ ... τοὺς ... τὰς σταμῖνας συνέχοντες. vbi notandus articulus masc. g.

ΑΤ Σταμινίδες, itidem Ligna in naui quibus tabulæ superimponuntur, quæ & κανόνια: τὰ ξύλα ἐφ' ὧν αἱ σανίδες ἐπίκεινται, vt Poll. tradit.

Σταυρός, οῦ, ὁ, Vallus, Palus ligneus acutus & erectus. ab ἱστάναι dictus, quoniā ἵσταται εἰς ἀέρα ὀρθός, vt Eust. tradit. οὐ ... κατ' Αἰλίου ... γραμματικοῖς ... vnde quidam σταυροῖς ... τὴν ... dixit ... vt Eustathius tradit, idem esse dicens quod σκόλοπα. Il. ω, de tentorio Achillis, Ἀμφὶ δέ οἱ μεγάλην αὐλὴν ποίησαν ἄνακτι Σταυροῖσιν πυκινοῖσιν. Odysseæ ξ, de stabulo porcorum, Σταυροὺς δ' ἐκτὸς ἔλασσε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα Πυκνοὺς καὶ θαμέας, τὸ μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας. quales esse videntur apud Virgilium, — acuto robore valli, 2 Georg. & sudes præustæ, Æneid. 7. nam vallos & sudes idem esse tradit Seruius. Thuc. libro 4, pag. 150, καὶ σταυροὺς παρακαταπηγνύντες. Idem libro 7, pag. 140, σταυροὺς περὶ τῶν παλαιῶν νεωσοίκων ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῦσαι, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν ἐμβάλλοντες. Et paulo post, ... τῶν σταυρῶν οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν, pali qui è mari non extarent. quam appellat κρύφιον σταύρωσιν. Ibidem, σταυροὺς αὐτοὺς καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον.

Sic dicitur etiam crux, seu palus erectus, plerunque cū ligno in superiori parte transuerso, è quo malefici suspendebantur. Lignum figuræ literæ T, ἐφ' ὃ ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζουσι, vt tradit Lucianus in Δίκῃ φωνηέντων. Plut. De iis qui tardius à diuino numine puniuntur, καὶ τῷ μὲν σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος τῶν κακούργων ἐκφέρει τὸν αὐτοῦ σταυρόν, vnusquisque crucē suam. Idē in Artox. 307. ... καὶ τὸ μὲν σῶμα ... διὰ τριῶν σταυρῶν ἀναπῆξαι, tribus palis affigere. At apud Aristophanem Auibus, de aucupe, Ἱστὰς βρόχους, παγίδας, ῥάβδους, pro ῥάβδους scholiastes annotat in quibusdam exemplaribus scribi σταυρούς, esseque εἶδος δικτύου ὃ χώννυσι ... Sed quid ibi vetet in propria signific. accipere hoc vocabulum, non video. nec enim retia visco oblinuntur, sed calami, & fortassis etiam valli quibus retia suspenduntur.

C. Σταυροειδής, ἑος, ΕΤ Σταυρότυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Crucis formam & typum gerens. VNDE Σταυροειδῶς, ΕΤ Σταυροτύπως, Forma & typo crucis. IDEM Σταυρηδὸν quoque dicitur, aduerbio à nomine substantiuo formato: vt βοτρυδὸν à βότρυς.

Σταυρόω, ῶ, Vallum seu palum depango. σταυροὺς καταπηγνύω.

Thucyd.lib.7,pag.241, ὅμως δ' αὖθις οἱ Συρακούσιοι ἐσταύρωσαν, palis in terram depactis se munierunt. ¶Item Palo seu cruci affigo. idem quod σκολοπίζω. quod periphrasticè Alexis dicit ἀνασπηγνύναι ἐπὶ τοῦ ξύλου. Ioann.19, ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν. Apoc.11, ὁ Κύριος ἐσταυρώθη. VNDE Σταύρωμα, ατος, τὸ, (q.d. Vallamētū) Plures valli seu pali ī terrā depacti, seu, Munimētū ex vallis seu palis in terrā depactis. Thucyd. libro 6, pag.219, πρό τε τῶν νεῶν σταύρωμα ἔπηξαν, videlicet ex cæsis arboribus, id est (vt Valla vertit) Ex illis cancellatim fixis naues prætexuerunt. X. Hell.4. pag 206, σταυρώματ' ἐποιήσαντο καὶ τάφρον οἷαν ἐδύναντο περὶ αὐτῶν. ET Σταύρωσις, εως, ἡ, Vallorum seu palorum depactio. Thucyd. libro 7, pag.240, χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σταυρώσεως ἡ κρύφιος. vide Σταυρός. ¶Item, Crucifixio. ET Σταυρωτὴς, οῦ, ὁ, Qui vallos seu palos depangit. Item, Qui cruci affigit, Qui in palū attollit.

C. ΑΝΑσταυρόω, ῶ, Iterum crucifigo. In epist. ad Hebræos cap.6. ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, denuò crucifigentes. ¶Item, In palum seu crucem attollo. idē quod σταυρόω. nisi quòd præpositio signif. euectionem seu eleuationem in altum. idem quod ἀνασκολοπίζω. Plut. Fabio, ἀνεσταύρωσε τοὺς ὁδηγούς, de Annibale, pro eo quod Liuius dicit, Virgis cæso duce, & ad reliquorum terrorem in crucem sublato. Thucydid. libro 1, προδοσίᾳ ληφθεὶς ἀνεσταυρώθη, in crucem sublatus est. Herodian. libro 3, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ δημοσίᾳ προθεῖναι ἀνασταυρωθεῖσαν, in palum seu crucem attolli. Plutar. De fort. Rom. ...ἀνεσταυρωμένος.

C. ΑΠΟσταυρόω, ῶ, Fut. ώσω, Vallis in terram depactis munio, seu cingo. Thucyd. lib. 4, κόψαντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην, ἀπεσταύρωσαν εἴ τι δέοιτο. vbi scholiastes ἀπεσταύρωσαν exponit, δρυφάκτοις περιέβαλον. Xenoph. Hellen. libro 7, ἐκκόψαντες τὰ δένδρα πεποιημένα ἐν σταυρώματα καὶ ἀποσταυρώσαντες. Plut. in Dione, τοὺς δὲ ξένους ἐπιστήσας, λαθὼν ἀπεσταύρωσε τὴν ἀκρόπολιν. Vulgò exponitur etiam Cancellis firmo. ¶Ἀποσταυρῶ, Affigo cruci, Crucifigo. Idem quod simplex σταυρῶ.

C. ΠΑΡΑσταυρόω, ῶ, Palos seu vallos depango, vel, Iuxta aut à latere palos figo.

C. ΠΕΡΙσταυρόω, Vallis seu palis in terram depactis circūcirca munio, seu circundo. Thuc. l.2. περιεσταύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσι, eos arborum cancellato vallo circundedit. VNDE Περισταύρωμα, ατος, τὸ, Munimentum ex vallis circumcirca depactis.

C. ΠΡΟσταυρόω, Vallis seu palis in terram depactis præmunio, aut antè munio. Thucydides libro 4, προσεσταυρῶσθαι τὰς ναῦς, id est σταυροὺς πρὸ τῶν νεῶν καταπηγνύναι, vt alibi loquitur.

C. ΣΥσταυρόω, Vnà crucifigo, Vnà in crucem tollo. Marci c.15, καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. Et apud Nazianz. συνεσταυρωμένοι Χριστῷ. Et metaphoricè apud Paulum ad Galat.2, ἵνα Θεῷ ζήσω, Χριστῷ συνεσταύρωμαι.

Στήλη, ης, ἡ, Lapis è terra extans, vel munitionis gratia, vel signi, erectus: ab ἵστημι quod est Statuo. Iliados μ, Στήλας τε προβλῆτας ἐμόχλεον, ἃς ἄρ' Ἀχαιοὶ Πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν, ἔμμεναι ἔχματα πύργων. vbi quidam ἀντηρίδας intelligunt, quidam πλάκας μεγάλας περὶ τὸ τεῖχος, προσβεβλημένας τοῖς ἐδάφεσι καὶ συμπεπηγμένας ἀλλήλοις ὑπὸ τὰ τοῦ τείχους αὐτὰ ἐρύματα. Sophocl. Electra, Κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων, sub ipsam stelen extremā. vbi loquitur de lapide in stadio erecto. ¶Plerunque accipitur pro cippo seu columna quæ in sepulchris statuebatur, aut in qua fœdera inscribebantur, aut alia quæ posteritati mandare cuperent. Stelen Plinius appellat: nonnulli Lapidem titularem. Suidas esse dicit lapidem aut æs in altum euectum figura quadrata: apud quem diuersorum illustrium virorum ac fœminarum στῆλαι commemorantur. Iliados ρ, — ὥστε στήλη μένει ἔμπεδος, ἥτ' ἐπὶ τύμβῳ Ἀνέρος ἑστήκει τεθνειότος, ἠὲ γυναικός. Sic Iliad. λ, στήλῃ κεκλιμένος ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ... & Il. π, Ἔνθά ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Thuc. lib.1, παλαιαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων. Apud eundem libro 2, στηλῶν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπιγραφὴ virorum fortium & illustrium memoriam celebrat. Pausanias Atticis, καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. Has stelas Horatius vocat cippos, & Cic. Columnas. Columnarū autem quibus fœdera inscribebātur meminerunt frequenter Æschin. & Demosth. vt in orat. Pro cor. στήλας διαλαβεῖν τοὺς ὅρκους. Idem contra Phil. γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δίκαιον, ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες εἰς ἀκρόπολιν. Plinius dicit, Stelæ lapideæ literis incognitis scriptæ. Æschin. εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγράφεσθαι, id est ἔναρχον καὶ ἔνσπονδον φυγεῖν, vt Bud. exp. Et Ἡράκλειοι στῆλαι apud Isocratē Aristot. & historicos ac chorographos: item Διονύσου στῆλαι, Columnæ Herculis & Bacchi, quas suorum laborum metas & monumenta in extremis orbis partibus statuerunt. Στήλην ἀναγράφειν, In cippo proscribere, vt Bud. interpr. apud Isocr. περὶ ζεύγους, Ἐς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθεν ὥστ' ἠνάγκασεν ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος καὶ στήλην ἀναγράφειν. Pro στηλίτευμα & στηλίτευσις accipi apud Greg. in fine secundi στηλιτευτικοῦ testatur idem Bud.

C. Στηλογραφία, ας, ἡ, Inscriptio in cippo seu stele. ET Στηλογραφέω, ῶ, In stele seu cippo, inscribo.

C. Στηλοειδὴς, vide infrà in Στηλοειδής.

C. Στηλοκοπέω, ῶ, In stele seu cippo incido. Pro Infamia noto citatur ex Hermogene. Et apud Pollucem ἐστηλοκοπημένος synonymum τῷ ἐστηλιτευμένος.

C. Ἄστηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Stelen seu cippum nō habens. aut Cui stele seu cippus erectus & positus non est.

Στηλόω, ῶ, Stelen seu cippum erigo. Item Erigo & stabilio vt cippum, vel Statuo & pono. Thren. Ierem. cap.3, ἐστήλωσέ με ὡς σκοπὸν εἰς βέλος, Posuit me quasi signum ad quod sagittæ mittūtur. 2 Reg.18, ἐστήλωσεν ἐπ' αὐτὸν σωρὸν λίθων, posuit super eū aceruū lapidū. Metaph. verò στηλοῦν est Affigere se alicui rei, Ita alicui rei dedere se & quasi iuxta eam statuere vt ab ea non discedas, perinde ac stele alicubi constituta, firma & immota in loco suo manet, μένουσα ἔμπεδος & ἀτρέμας ἑστηκυῖα, vt Homerus de ea paulo antè dixit. Gregorius in Epitaph. patris, τὸν μᾶλλον ψαλμῳδίαις ἑαυτὸν ἐστήλωσε, dedidit, vt Budæus interpr. Ide, ἐστηλωμένος (ἵν' οὕτως εἴπω) θεῷ, Deditus, seu Affixus, Fixus & hærens Deo in modum cippi firmus & constans: de Basilio resistente tyranni violentiæ, ἀκλινὴς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ὄψιν, ἐστηλωμένος (ἵν' οὕτως εἴπω) τῷ θεῷ καὶ τῷ βήματι. Στηλοῦσθαι neutraliter etiam capitur, pro Immotus sto instar cippi. Interdum etiam simpliciter pro Sto. vt 1 Reg.17, ἐστηλωμένοι παρὰ τὴν θύραν, immoti & cipporū instar ad ianuam stantes, aut etiam simpliciter Stantes. vnde & ἐστήλωτο Hes. est εἱστήκει.

C. ΑΝΑστηλόω, ῶ, Erigo super cippū, Statuo super cippum. Plutarchus, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστηλώσας, i. statuens super cippo, inquit Bud.

C. Ἀνιχνεύω, Peruestigo, Diligenter inuestigo. B. interpr. Indago, Persequor, in hoc loco Plutarchi in Cæs. de eius genio loquens, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης ἐλαύνων καὶ ἀνιχνεύων, μέχρι τοῦ μηδένα λιπεῖν τῶν αὐτὸν κτεινάντων. Et ἀνιχνευτὰ dicitur fera, quũ à vestigantibus venatoribus quæritur, .i. vestigiis suis indagari. διώκεσθαι ἢ ἀναζητεῖσθαι vt Poll. docet. ¶Capitur etiã metaph. aliquando sicut Vestigo, Peruestigo & Indago à Latinis, pro Perscrutor. VNDE Ἀνιχνευτής, οῦ, ὁ, Peruestigator, Indagator, Perscrutator.

C. Ἐξιχνεύω, idem, hoc est Vestigo vel Inuestigo, Vestigiis consequor. Plut. λανθάνοντας ἐξιχνεύειν ἢ λαμβάνειν. Et alibi Diligenter inquiro, de coniuratione loquens. B. Sic ἐξιχνεύει τὰς ἁμαρτίας apud eundem. Et in passa. apud Luc. ἐξιχνευτέον τὰ θηρία, vestigandæ & indagandæ sunt feræ.

¶ Ἴχνιον, ου, τὸ, Vestigium. idem quod ἴχνος, vt αὔλιον, item οἰκίον (à quo οἰκία plur. apud Hom.) diminutiua esse negat Eust. Od. ε & κ, μέτ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. Il. ν, de deo qui Græcos pugnare iubebat, Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος. Il. σ, Πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν Εἴ ποθεν ἐξεύροι, omnibus indagans vestigiis, vt Cicero loquitur: Vestigia lustrans, vt Virgil. Exemplũ ex Xen. habes in Ἴχνευσις paulo antè.

C. Ἐξιχνιάζω, idem quod ἐξιχνεύω. v. l. VNDE Ἐξιχνιασμός, οῦ, ὁ, Inuestigatio, Indagatio. ET Ἀνεξιχνίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui inuestigari nequit, Qui nullis vestigiis indagari potest, Quem nullis vestigiis consequi possumus. Areopag. & Naz.

¶ Ἰχνοῦσα vocabatur olim insula Sardo seu Sardinia, διὰ τὸ ἐσχηματίσθαι τῷ περιμέτρῳ ὁμοιότατα ἀνθρώπου ἴχνει, à similitudine vestigii humani, vt tradit Aristoteles περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vnde & Plin. lib. 3, cap. 7, Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ: Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigii. AT Ἴχναι eidem Plinio oppidũ in ora Macedoniæ: cui afferitur Steph. citãs Herodoti l. 7: (ab Eratosthene verò VOCARI Ἄχναι annotat. Philetas autẽ aliã esse vrbẽ Ἴχναι aliã Ἄχναι apud eundẽ asserit.) Cuius gentile nomen EST Ἰχναῖος. Vnde Ἰχναία Νέμεσις, quòd à Ioue eam persequente in Ichnæorum solo cõprehensa fuerit: vel ἀπὸ τοῦ διώκεσθαι κατ' ἴχνος, vt ibidem docet Steph. Malè igitur in v. Lichnæa Νέμεσις, sequax seu quæ per vestigia sequitur. Suidæ est ἡ Μακεδονία, Macedonia, synecdochicè.

ἸΧὨΡ, ῶρος, ὁ, Tenuis & aquosa humiditas cuiuscunque ea sit facultatis, siue in corpore adhuc contineatur, siue ab hulcere emanet, siue etiam à mortuis corporibus profluat. Habent enim singuli ferè humores corporis, sed maximè sanguis, tenues quasdam & aquosas superfluitates, eiusdem ferè facultatis cum iis humoribus à quibus proficiscuntur. Vnde Diocl. apud Paul. Ægin. lib. 1, cap. 100, scribit sub æquinoctium vernũ γλυκεῖς ἰχῶρας τοῦ αἵματος, at circa virgiliarũ ortũ πικροὺς ἰχῶρας augeri. Similiter Galen. lib. 6 De sanitate tuenda, scribit, in temperie corporis biliosa, si aluus sit ὑπόπικρα, eam cibis stomacho commodis esse firmandam: sin minus, defluere in ipsam ἰχῶρας οὓς ἀθροίζει τὸ σῶμα περιττούς. Et paulo pòst, ἡ κεφαλὴ θερμοὺς ἰχῶρας ἀποπέμπει τοῖς κατὰ γαστέρα χωρίοις. Idẽ rursum de frigidis, οἱ θερμοὶ γαστέρα κατερρύησαν ἐκ τῆς κεφαλῆς οἱ ψυχροὶ καὶ φλεγματώδεις ἰχῶρες. Plato verò ἰχῶρα tribuit non solùm sanguini, sed & bili. vt in Tim. pag. 175, τὰ δὲ ἄλλα ὅσα χολῆς εἴδη λέγεται, κατὰ τὰς χρόας ἔσχε λόγον αὐτῶν ἕκαστον ἴδιον. ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀρρὸς, πρᾷος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε, ἄγριος, vbi interpres, At serosus sanguinis humor, mitis est: nigræ verò & acerbæ bilis, ferus. Hippocr. etiã libro 4 de ratione victus in morbis acutis, δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας dixit: de quibus Galen. ait, ὅτι δὲ ἰχῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας, εὔδηλον. Idem lib. 3 Methodi med. καὶ δίκαιόν ἐστιν ἔλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν περίττωμα, ῥύπος δ' ὁ παχύ. Præterea Aristot. lib. 3. De hist. anim. ἰχῶρα definit, sanguinem crudum qui vel nondũ concoctus sit vel in serum versus. A quo non discrepat Galeni sententia, qui lib. 2 De elem. ἰχῶρα appellat id quod sero lactis respondet. Itaque quid ἰχὼρ Græcis significet, non est dubium: sed quomodo Latinè reddi debeat, paulo magis incertum est. Alii serosos humores, alii aquosos, alii tenues, alii verò saniem interpretantur. Corn. Celsus lib. 5, cap. 26, dicit ἰχῶρα saniei speciem esse, tenuis, subalbidæ, & ex malo hulcere exeuntis, maximéque vbi neruo læso inflãmatio sequuta est. Verùm sunt qui ita distinguẽdũ cẽseãt, vt intra corpus quidem ἰχὼρ, aquosa vel serosa humiditas, siue sanguinis siue alterius humoris, Latinè reddi possit: extra corpus verò, sanies verti debere. Sic Plinius inassati iecinoris saniem dixit quod Dioscorides lib. 2, τοῦ ἥπατος τῆς αἰγὸς ὀπτωμένου τὸν ἀπορρέοντα ἰχῶρα: (Celsus sanguinem quoque appellat, quum ait lib. 6, De imbecill. ocul. Sanguis iecinoris, vbi id coquitur, exceptus) cum humorẽ significans qui à iecinore, dum assatur, emanat. Itaque apud Galenum, tenue in hulceribus excrementum nó absurdè sanies exponitur. Et in capitis vitiis quæ ἀχῶρες vocantur, ἰχῶρες sanies non ineptè verti potest. Hæc ferè ex Gorr. Aristot. de leone, ὅσα δ' ἂν δάκῃ ἢ τοῖς ὄνυξιν ἑλκώσῃ, ἐκ τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα. Pro quo Plinius, Ex omni vulnere, siue vngue impresso, siue dente, ater profluit sanguis. Poll. lib. 4, καλεῖται δὲ καὶ ῥεῦμα ὕδωρ, ὅ ἐστιν ὑδατώδης ἰχὼρ, ὅταν ἤδη τὰ ἕλκη καθαίρηται. Bud. vertit cruorem in hoc loco Gregorii in Maccab. encom. εἴθε μοι καὶ διὰ πασῶν ἐλθεῖν τῶν κολάσεων, ἵνα τοὺς ἐμοὺς ἰχῶρας ἀναμίξω τοῖς ἐκείνων ἰχῶρσι, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἐνδέξωμαι γηραιὰς σάρκας. Apud Homerum autem ἰχὼρ est humor qui è deorum cute vulnerata effluit. nec enim eos sanguinem habere, sed ἀναίμονας esse docet, sicut nec σῖτον ἔδειν nec πίνειν αἴθοπα οἶνον, sed ambrosia & nectare victitare. vnde Il. ε, de Venere vulnerata à Diomede dicit, ῥέε δ', ἄμβροτον αἷμα, Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. (Ad quem locum respiciens Alexander apud Plutarch. ad adulatores qui deũ eũ esse dicebãt, Τοῦτο μὲν, εἶπεν, ὦ φίλοι, τὸ ῥέον, αἷμα, καὶ οὐκ Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι) Et paulo pòst Dione postquam filiam consolata est, – ἀμφοτέρῃσιν ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ, à filiæ vulneratæ manu ambabus manib' ἰχῶρα abstergebat. (Est autem ibi ἰχῶ accusatiuus ab ἰχὼρ per apocopen, vt ἱδρῶ ab ἱδρὼς, teste Eustathio. Sed quædam exemplaria habent ἰχῶρ, inter quæ & textus Eust. scholiis insertus.) Tribuitur etiam rebus inanimis. vt apud Dioscor. de corno, ὁ δὲ τῶν χλωρῶν φύλλων καιομένων ἰχὼρ ἁρμόζει πρὸς λειχῆνας καταχριόμενος. vbi Plinius vertit Sudor, libro 23, cap. 8. Gorræus ibi putat non ineptè verti posse Sanies. Et lib. 5, cap. 1, περὶ τοῦ δακρύου τῆς ἀμπέλου, de lacryma vitis, ψιλοῖ τὰς τρίχας, καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ καιομένου κλήματος ἀφριζόμενος ἰχώρ. id est (Plinio interprete) lib. 23, initio, Psilothri effectum habet, maximéque aqua quam virides accensæ vites exudant. Sed & lacti ἰχὼρ tribuitur: id autem est serum. Aristoteles De historia animalium lib. 3, cap. 20, πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἰχῶρα ὑδατώδη, ὃ καλεῖται ὀρρὸς καὶ σωματῶδες, ὃ καλεῖται τυρός. Quod verò ad etymon attinet, Eustath. scribit antiquos deriuare ab ἴχω.

C. Ἰχωροειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Humoris aquosi & serosi speciem habens, Saniem referens. vt ἰχωροειδὲς αἷμα apud Aristot. ὑγραινομένου δὲ λίαν τοῦ αἵματος, νοσοῦσι. γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς καὶ διαρρεῖ ταῖς πως. Apud Hippocr. verò ἰχωροειδὲς αἷμα non accipiendum est pro λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες, sed

τὸ μετά τινος ἰώδους καὶ κακοήθους δυνάμεως: vt Galen. tradit Comm. 2, sect. 28, in Hippocr. lib. 6 De morb. vulg. Et paulo post, ἰχωροειδὲς οὖν αἷμα καλεῖται τὸ περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λεπτήν, οὐχ ὑδατώδη καὶ ἄδηκτον, ἀλλὰ δακνώδη καὶ διαβρωτικήν.

C. Ἰχωρρόεω, ῶ, Humore seroso aut sanie fluo. ἰχωρροοῦντα ὦτα, aures saniosæ. Dioscor. lib. 3, cap. 26, de absinthio, καὶ πρὸς ἰχωρροοῦντα ὦτα ἁρμόζει· καὶ ὁ ὑποθυμιασμὸς δι' αὐτοῦ

ἀφεψήματος πρὸς ὠταλγίας. Pro quibus Plinius lib. 27, c. 7, Aures decoctum eius vaporis suffitu sanat: aut, si manat sanies, cum melle tritum.

C. Ἐξιχωρίζω, Humorem serosum aut saniem exprimo. nam ἐξιχωρίζεσθαι Suidæ est ἀποπιέζεσθαι τὸν ἰχῶρα, ἐκβάλλειν: addenti exemplum, εἰς χάρον ἐξιχωρίζεσθαι. quæ verba leguntur apud eundem & in Ταριχεύειν.

LECTORI HVIVS THESAVRI LINGVAE GRAECAE.

QVVM quarto & vltimo huius operis tomo colophonem imposuissem, & voces quæ eo continentur recensuissem, vel potius index, alphabetica serie digesta vocabula habens, eas mihi recensuisset, id euenisse comperi quod euenturum esse iam inde ab initio præuideram: nimirum vt præter vocabula quæ consultò à me prætermittebantur, & in indicem reiiciebantur, aliqua ex iis quoque quæ prætermissa minimè vellem, me subterfugerent, aut (si potius ita loquendum est) mihi tanquam è manibus elaberentur. Vocabula quæ consultò prætermittebam, & in indicem reseruanda iudicabam, erant ea quæ omni siue socio siue comite carebant, & soliuaga animantia (si hoc vti exemplo licet) imitabantur: aut saltem quæ huiusmodi erant vt eorum origo OEdipo quopiam inuestigatore opus haberet. quod non solùm de peregrinis & γλωσσηματικοῖς, sed & de plerisque aliis dici potest. Quum enim mihi propositum esset ea demum vocabula intra huius operis (vt ita loquar) pomœria recipere, quorum vnumquodque pro stirpe haberi posset, eíque omnia quæ inde prouenissent germina surculósque omnes, tanquam suam familiam suúmque comitatum, adiungere, minimè profectò consentaneum huic meo instituto fuisset locum hîc dare vocibus huiusmodi quales sunt (vt eas duntaxat quæ in alphabetica serie primæ occurrunt, commemorem) Αα, Αάβακτις, & Αάβυκτις, Ααναίμα, Αβάγητξον, Αβάθμαζα, Αβαλαία, Αβαλις, Αβαρλεῖτη, Αβαρκνα, Αβάρνου. Vt autem & horum significationes noris, quas quidem eis Hesychius adiungit, (talia enim haud facilè apud alium inueniri queant) en tibi illas singulas singulis nominibus subiunctas. Αα, σύστημα ὕδατος: Αάβακτι, ἀβλαβεῖς. (at in quodam meo lexico vet. incerti autoris, habetur, Ααβυκτι, μέλαν, ἀβλαβεῖς. Varinus autem vtranque vocem itidémque significationem vtranque coniungens, scribit, Αάβακτι καὶ Αάβυκτι, ἀβλαβεῖς, ἢ μέλανες) Sequitur illud præ quouis alio admirationem mihi afferens, Ααναίμα, πλαχὴ χάρις. Proximum illi Αβάγητξον ab eodem lexicographo exponitur λεπτόν: Αβαθμαζα, στίμματα: Αβαλαία, συγγραφὴ, ὁμολογία: Αβαλις, μοχθηρὰ ἐλαία: Αβαρλεῖτη, ταράσσεται, κρότει: Αβαρκνα, λιμός: Αβάρνου, σῦς, οἴμωζε, βόα. Quarum vocum (nam hoc vnum in præsentia quod de illis dicam occurrit) bonam partem γλωσσηματικὴν esse existimo, licet ipse lexicographus minimè hac de re nos admoneat. In multis enim prætermissam ab eo admonitionem hanc fuisse, vel illæ voces suspicandum nobis relinquunt quas eo etiam tacente tales esse compertum habemus. Tale enim est apud eum, non procul ab ea voce cui vltimum locum dedi, nomen Αβελ, quod exponit πένθος, nihil addens. Quis enim hoc Αβελ, esse Hebraicum אבל ignorat? Sed qualescunque & ex quibuscunque scriptoribus petitæ sint illæ voces, (peregrinas enim esse certò pronuntiare non ausim) ex earum sunt numero quæ prorsus incomitatæ & velut soliuagæ apud Græcos lexicographos, præsertimque Hesychium, nobis occurrunt. Súntque illæ ipsæ voces quas prudens sciénsque prætermisi, vel potius quas hinc exclusi, sedem tamen illis in indice daturum me promittens. At verò quæ me subterfugerunt, sunt, magna quidem ex parte, composita vel verba vel nomina, (nec certè mirum, in tanta compositorum multitudine, quantam habent nonnullæ voces, aliquas se velut è grege subduxisse) aut etiam deriuata simplicia: verùm elapsa mihi sunt & paucula quædam vocabula ex iis ex quibus, tanquam stirpibus, multa germina multósque surculos prouenire videmus. Quid? (dicet aliquis) potuerúntne vocabula hæc tanto comitatu stipata tuos oculos itidem subterfugere? Imò verò de his nequaquam idem quod de illis dico, sed vt & ipsa prætermissa fuerint, aliunde accidisse aio. Exempli gratia, in tomo secundo quum diu de nominibus Κράτος & Κάρτος dubitassem, vtri priorem sedem dare deberem, tanquam magis ea digno, & quum vtrinque rationes propemodum ἰσοκρατεῖς & ἰσοῤῥόπους habere mihi viderer: accidit tandem vt quum nomen Κράτος priorem locum occupare permisissem, tanta stipatum caterua venerit, vt dum cogitationem meam in instruendis suis ordinibus detinet, competitorem suum ex memoria velut detruserit. Sic in tomo primo, quum post Νοῦς collocandum censuissem, primùm quidem Αγνοῶ, deinde verò & Γινώσκω, (tanquam & ipsum ex illo nomine habens originem, si quidem Heraclidi grammatico credere dignum est, cuius, licet magna autoritate præditi, pleraque alia commenta parum fidei apud me impetrant) contigit vt aliorum nominis Νοῦς deriuatorum ingens numerus memoriam meam quodammodo obrueret, adeo vt finito illo Αγνοῶ, deriuata omnia ad finem perduxisse mihi viderer. In huius autem generis voca-

zed by Google

bulis non idem quod in aliis feci, vt ea indici insererem: sed singula suis tomis adiungere visum est: id est, iis ad quos pertinent. In quorum tamen verborum nonnullis si series alphabetica non seruetur, (cum enim locum hîc illis dedi quem dare totius operis index coegit: nimirum vt inter illa quæ deesse ostenderet, ea quæ prima essent, prima adderentur. verbi gratia, propter Αγνώμων & ab hoc deriuata, Αγνωμόνως, Αγνωμοσύνη, Αγνωμονῶ, quæ in principio aut certè circa principium indicis desiderabantur, incipio à verbo Γινώσκω, ex cuius deriuato γνώμη ortum est illud Αγνώμων) id sine vlla prorsus tua iactura, atque adeo nullo id tuo incommodo fiet: quippe qui ipsum indicem habiturus sis, qui te rectà ad ea verba quæ hîc reponuntur, sicut & ad reliqua, sit deducturus.

TVVS

Ἑρρίκος

ADDENDA TOMO I. HVIVS
Thesauri linguæ Græcæ.

ΓΙΝΩ´ΣΚΩ, VEL Γιγνώσκω, (de qua A scripturæ diuersitate dicam infrà, vbi agam & de huius verbi deriuatione à Νοῶ) Præt. ἔγνωκα, Fut. γνώσομαι. Præt. pass. ἔγνωσμαι. quæ sunt tanquam à Γνόω, ῶ. (vnde etiam aor. 1, ἔγνωσα. cuius partic. legitur apud Herodotum, ἄλλοι γνώσαντες Κροῖσον. Sed ex Hesychio videri potius legendum ἀπογνώσαντες. docebo post Ἀπέγνωκας) At verò aor. 2, EST ἔγνων. vnde ETIAM Γνῶθι, in imper. ITEM Γνοίην, in optatiuo: ET Γνῶ in coniunctiuo, tanquam à Γνῶμι. Lat. Nosco (detracta priore syllaba) item Cognosco, Noui. B Alicubi & pro Agnosco. Hom. Odyss. λ, Ἔγνω δ᾽ αἶψ᾽ ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν. Xenoph. Pæd. 8, ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστιν. ἐκ πολλῶν τοῦτο σημείων γιγνώσκω. Cic. apud Democritum, οὔτις με ἔγνωκε, vertit, Non me quisquam agnouit. Idem illud Apollinis celeberrimum dictum, γνῶθι σεαυτὸν, vertit, Nosce te. Apud Platonem autem in Gorg. diuersis modis verbum hoc reddit, vt videbis pag. 6. mei Cic. Lexici. Ibi autem animaduerte simul diuersas huius verbi γιγνώσκω constructiones: videlicet, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι C εὐδαιμονεῖ; & cum participio, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Et γιγνώσκω σε ἐπιθυμοῦντα, apud Xenophontem. Habet vero & aliam cum hac eadem parte orationis, nimirum cum participio, constructionem: quum dicitur ab Aristoph. in Pluto, γιγνώσκω ἥττων ὤν, pro Cognosco me inferiorem esse. Vbi reddi etiam potest Intelligo, vel Animaduerto. Tale est apud eundem comicum, χρυσῷ πάττων μ᾽ οὐ γιγνώσκεις, Non cognoscis te conspergere me auro. vel, Non intelligis, Non animaduertis. Quidam interpr. etiam, D Non sentis. Apud Lucianum, καὶ ἐγὼ δὲ γιγνώσκω ἔχων ἐρωμένην: eodem modo quo dicitur οἶδα ἔχων. Itidem cum participio passiuo, vt ἔγνωσαν ἀποπεμπόμενοι, apud Thucydidem, Cognouerunt se dimitti. Dicitur etiam οὐ γινώσκω σε τίς εἶ, vt si dicas Latinè, Non cognosco te, vel, non noui te quis sis. vt Terent. dixit, Scin' me in quibus sim gaudiis? Item, Neque eius patrem se scire qui fuerit. Sed & alia voce sequente quàm τίς. vt Iliad. χ, — οὐδέ νύ πω με ἔγνως ὡς θεός εἰμι. Et Iliad. ι, Τυδείδην δ᾽ οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Apud eundem aliquoties legimus γιγνώσκειν adiecto datiuo φωνῇ. Interdum hoc B verbū vel Cognosco vel Intelligo reddi potest, (vt dixi) sed alicubi non vtrunque itidem admittit, verùm hoc posterius duntaxat. veluti quum Thucyd. scribit τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω.

Γινώσκω, Censeo, Existimo, Iudico, Statuo. Item Sentio. Isocr. in Archidamo, τὸ δ᾽ ἴσως μανιῶδες ἔγνω τινὰ ἡμετέραν εἶναι τὴν Μεσσήνην. Xen. ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, οὐκ ἐκ τοῦ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, viri virtutem esse censes, vel existimas, aut iudicas. (nam hic ἔγνωκας est pro γινώσκεις. Itidémque PARTICIP. Ἐγνωκὼς pro γινώσκων, C Censens, Iudicans, Existimans, Sentiens, Statuens: quas interpretationes ei dat Bud. in isto Demosthenis loco, Philipp. 3, τὸν χρόνον καὶ ἐάσαι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπολλυται, ἱκανῶς ἐγνωκὼς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, οὐχ ἵνα μὴ συμβαίνῃ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἐκ τούτων, οὐδὲ περὶ θεῶν) Affert etiam ex Plutarcho hoc participium ἐγνωκὼς pro Certus, Cui certum est & decretum aliquid facere: μάχεσθαι μὲν ἐγνωκὼς αὐτοῖς χρῆται. Sic ἐγνώκασι aut ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, Decreuerunt hoc non facere, vel statuerunt, vel, Statuerunt hoc sibi faciendum non esse. Nonnunquam cum aduerbio iungitur: D vt ὀρθῶς γινώσκειν, Bene sentire: & contra κακῶς γινώσκειν, male sentire. Sæpe verò αὐτὸ γινώσκειν, Ita sen-

tio, Hæc est mea sententia. Xenoph. Pæd. 4, ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω γιγνώσκω. εἰ δὲ ἄλλος τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. (Apud Thucydidem, οὕτω γνούς, pro Quum hoc decreuisset, vel statuisset) Interdum additur περὶ cum suo genitiuo: diciturque, οὕτω γιγνώσκω περὶ τούτου, siue τούτων. Xenophonti autem familiare est οὕτω γιγνώσκω sequente ὡς cum participio. vt Pæd. 2, γίγνωσκε οὕτως ὡς ἐμοῦ δε ἀγγελουμένου. Sed in huiusmodi locis paulo aliam interpretationem poscere videtur. Bud. totum illum Xenoph. locum affert, qui ita scriptus extat, ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγγελουμένου, καὶ, ὁπότε τις αὖ ὑπ' ἐμοῦ τὴν ἀξίαν, τιμήσαντος ἀξιώσεως, οὕτως, ἴσθι, ὦ Κῦρε γίγνωσκε. vbi vertit, Compertum omnino hoc habe, Certum habe, me sic acturú. Simile est hoc Luciani in Dialogo qui Πλοῦτος, ἢ κατὰ Μισάνθρωπον inscribitur, οὕτω γινώσκετε ὡς οὐδὲ πώποτε ... Et sequente participii præsentis nominatiuo, apud eundem in Scytha, οὕτω δ' ὅπως γιγνώσκετε ὡς ἀδικομένους ὤν. (Scribo autem diuerse apud vnum eundemque autorem hoc verbum, prout diuersam apud eum scripturam inuenio) Venio ad γινώσκω cum περὶ, cuius constructionis paulo antè facta fuit à me obiter mentio. Dicitur οὕτω γινώσκω περὶ τούτου vel τούτων: item ταῦτα vel τοῦτο γινώσκω περὶ τούτου. interdum quidem eadem significatione, interdum verò diuersa. Nam περὶ τούτων οὕτω γινώσκω, cum apud alios, tum apud Xenophontem sonat, Ita sentio de his rebus, Hæc mea est de hisce rebus sententia, seu opinio. Eadémque signif. dixit Lucian. initio libelli De sacrificiis, καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, Quæ sit eorum opinio de ipsis, Quæ sentiant de ipsis. Vbi genitiuus αὐτῶν de re dicitur, sicut τούτων apud Xenophõtem. At verò in hoc eiusdem Luciani loco, in Prom. ἄδικα ἔγνω περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεύς, significationem illam minimè admittit verbum ἔγνω: sed ἄδικα περὶ ἐμοῦ ἔγνω reddendum est Iniqua de me statuit, vel potius in me, vel, Iniquum in me iudicium tulit. Bud. ἔγνωσαν eandem constructionem habens, vertit Pronunciarunt, in isto Demosth. loco, οἱ δικασταὶ δ' ἀκούσαντες, οἷς οὐκ ἐφῆκε, ταῦτα καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτοῦ ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐτίμησαν, Iudices porro ad quos prouocauerat, quum causam cognouissent, eadem ipsi cum arbitris compromissariis istius amicis, cum ipsóque sorte dato arbitro, pronuntiarunt, litémque homini talentis decem æstimauerunt.

Γινώσκω obseruaui in quadam significatione apud solum Plutarch. ex omnibus profanis scriptoribus: sed eam antea apud Matthæum me vidisse meminerams cap. 1, in fine, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Atque vt hic vir dicitur mulierem γινώσκειν, id est cognoscere, pro cum ea consuetudinem habere, ita vicissim à Luca mulier virum γινώσκειν cap. 1, Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο; ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Hunc autem vsum verbo γινώσκειν dedisse existimantur exemplo Hebræorum qui itidem ידע hac de re honestè vsurpant. Sed Plutarchum vnde accepisse dicemus? Vereor certè ne Græcum etiam loquendi genus fuisse dicendum sit: qua de re tamen ἐπίσχω, & ad Plutarchi exempla venio. Ita igitur in Alexandro, οὔτε ταύτην ἔγνω, [videlicet τῶν γυναικῶν] οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης. siue Βαρσίνης. Itidémque in Eumene, non procul ab initio, Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα, &c. Itidémque in vita Põpeii, pag. 1166, meæ editionis, ὅσας δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων αἰχμαλώτους ἔλαβεν, οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀπέπεμψε.

MONOSYLL. Γνῶ non solùm est coniunctiui modi (& tum existimatur potius debere SCRIBI Γνῷ cum ι subscripto, præsertim in tertia persona) sed inuenitur & pro ἔγνω. Affertur enim ex Hesiodo, γνῶ ῥ', οὐδ' ἠγνοίησε.

PASS. Γινώσκομαι, Noscor, Cognoscor. Xenoph. Hell. 5, Θηβαῖοι δὲ γε ἐπὶ τῆς γνωσθῆναι τῷ Ἀγησιλάῳ βουλόμενοι. Aristophan. Nub. γνωσθήσῃ Ἀθηναίοισιν οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους. Vide & γνωσθῆναι pro Innotescere, in Γνῶσις. Herodianus libro 4, οὐδεὶς δὲ περιελείφθη τῶν καὶ μετρίως ὁπωσοῦν γνωσθέντων, Nec quisquam superfuit ex iis qui leuem

modò cum Geta notitiam habuissent. Res autem aliqua dicitur etiam ἐγνῶσθαι, quæ constituta est, seu decreta. Thucyd. libro 3, ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. SIC PARTICIP. Ἐγνωσμένος, Decretus, Statutus. Lucian. εἶτ' ἄρ' ἔδει δίκην τὴν ἐγνωσμένην. Apud eundem, ἐγνωσμένον ἐστὶ πεισθῆναι. Bud. ἐγνωσμένην vertit Iudicatam, in isto Isocr. loco in Archidamo, καὶ πῶς ἂν περὶ τὴν δικαίαν κρίσιν ἀκριβέστεροι ταύτης εὑρεθεῖεν, τῆς ὑπὸ μὲν τῶν ἐχθρῶν ἐγνωσμένης, ὑπὸ δὲ τοῖς ἡμετέραις διαπραξάμενης γεγενημένης? Sed inueniri sciendum est hoc participium in actiua etiam significatione, apud Demosthenem in orat. Pro corona, οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ ἀσφαλὲς τοῦτο πραγματευσαμένους, ὁμολογεῖ καὶ ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, ἐμοῦ μὲν λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, αὐτὸν δ' ὑπὲρ Φιλίππου. pro ὑπάρχειν ἐγνωκότας. quem passiuæ vocis vsum rarissimum esse arbitror.

Γιγνώσκω, & Γιγνώσκομαι, alicubi, contrà alibi Γινώσκω & Γινώσκομαι scripta inueniuntur. De hac autem scripturæ diuersitate ita Eustath. Attici (inquit) cum vno & altero γ dicunt γιγνώσκειν: sicut etiam comicus declarat: eodem modo quo γίνεσθαι, γίγνεσθαι. Homerus tamen ἀρχαϊκώτερον in neutro duplex γ agnoscit. quum alioqui sit ἀκριβέστερον illud quo vsi sunt illius posteri, vt vicissim ἀφωνέστερον quo ipse est vsus. Quibus addit, ex Heraclide, à verbo Νοῶ fieri Νοίσκω, & per synæresin Νώσκω, & addito Æolicè γ, Γνώσκω (quia & pro Νοῶ Æoles DICVNT Γνοῶ. vnde cum priuatiua particula, VERB. Ἀγνοῶ: ex Γνώσκω autem omnino per reduplicationẽ fieri Γιγνώσκω. De addititio autem γ vide plura ibidem. Quinetiam γνώμη dici pro νώμη ibidem traditur.

Γνῶσις, εως, ἡ, Cognitio. Aristot. Ethic. 1, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Theophyl. in epist. 22, εἰ μὲν οὖν ἀπαιτοῦσαι τὰς ἐπιστάς τὴν φύσιν ἐγένεσθε, μετ' οὐ πολὺ τὴν πεῖραν ἐφ' διδάσκαλον, καὶ τῆς γνώσεως ἕξεις πρεσβύτερα τὰ μαθήματα. Inuenitur etiam plur. hac in significatione, quum videlicet de cognitione agitur quæ ad doctrinam pertinet. Herodian. de Marco imperatore, φιλοσοφίαν δὲ οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνοῖς δ' ἤθεσι καὶ βίου σώφρονι ἐπετήδευσε. Philosophiam non perdiscendis philosophorum decretis, cæterùm vitæ temperantia se colere, præ se tulit, fidemque fecit, vt Bud. vertit. Politian. autem hoc modo, Solusque imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed grauitate morum vitæque continentia vsurpauit. At verò in hoc eiusdẽ historici loco, lib. 7, ἐν τῷ συνέδρῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄτιμος καὶ τιμῇ ἔνδοξος ἦν, [potius quàm τιμῆς] habet γνῶσις aliam signif. nimirum qua dicitur aliquis innotescere. vt apud Ouidium, — nostris innotuit illa libellis. Sic & apud Lucianum in Herodoto, seu Aetione, circa initium, ὅπερ ἡμεῖς καθεστώσης, ὅτι τιμήν τινα ταύτην οὐδεὶς ἐς γνῶσιν. vbi positis ἐς γνῶσιν exponere ἐς τὸ γνωσθῆναι, siue ὥστε γνωσθῆναι. vt circa finem eiusdem opusculi dicitur, καὶ ὁ μὲν ἴσως ἔσται ἱκανὰ γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόσιν δόξαι τιμιά.

Γνῶσις, Cognitio, de iudice. vt κυρίαν γνῶσιν appellat Demosth. ratam iudicis cognitionem: ἄκυρον verò, irritam. Sic Bud. Comm. p. 40. Idem p. 401, τὰς τῶν δικαστηρίων γνώσεις vertit Iudiciorum cognitiones.

Γνῶσις, Scientia, Doctrina, Sapientia, apud Græcos Bibliorum interpretes. Itidémque apud Paulum redditur Scientia, ad Corinth. 1, initio cap. 8, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ex vet. autem scriptoribus non habeo γνῶσις sine adiectione ita positum, sed potius cum genitiuo aut subaudito, aut adiecto: vt suprà, δογμάτων γνώσεσι.

HINC VERB. Γνωσιμαχέω, ῶ, de quo quæ ex Budæo habeo, deinde & meam sententiam proferam. Ita igitur Bud. de illo, Γνωσιμαχεῖν, κυρίως τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν καὶ τὴν ἐχθροῦ δύναμιν, εἶτα μετανοεῖν τι καὶ ἡσυχάζειν. propter quod pro Resipiscere post cœptum bellum ponitur. Herodot. lib. 3, οἱ μὲν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ὅτι τῇ ἀρχῇ ... Cui loco subiungit

hunc eiusdem historici, ex libro 8, ὦ Φωκέες ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν. Affert verò & ex aliis exempla, nimirum ex Pausan. & Isocrate. Ex Paus. in Bœoticis, Σύλλα δὲ ἐσβαλόντος εἰς τὴν Βοιωτίαν, δεῖμα ἔσχε τοὺς Θηβαίους· καὶ ἐγνωσιμάχησάν τε αὐτίκα, καὶ ἐτράποντο αὖθις εἰς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Ex Isocr. autem ad Philippum hunc locum profert, πάντων δὲ ὄντων τῇ πόλει τῶν λεγομένων ὑμῖν, ἤλπισας, ὥσπερ ἤκουσαν, διαλυθέντος τοῦ λόγου διαλύσασθαι τὸν πόλεμον ἡμᾶς, καὶ γνωσιμαχήσαντας βουλεύσασθαί τι κοινὸν ἀγαθὸν περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Hactenus Bud. in Comm. Superest vt dicam quid & ipse de hoc verbo sentiam. Dico igitur videri quidem habere illam resipiscendi significationem quam ei dat Bud. post Hesych. Suidam, & schol. Aristophanis: sed propriè γνωσιμαχεῖν esse Repugnare suæ sententiæ, seu priori sententiæ, & eam veluti reprehendere. vt γνῶσις in hoc verbo idem valeat quod γνώμη. Quoniam autem qui repugnat priori suæ sententiæ, eam mutat, commodè etiam reddi potest Mutare sentētiam: sic tamen vt hoc tenendum sit, γνωσιμαχεῖν, multo ἐμφατικωτέραν significationem habere, quum propriè id significet quod dixi: nec esse Mutare sentētiam, eo modo quo leues & inconstantes eam mutant, sed mutare sententiam velut præcedente quadam in animo nostro disceptatione. Quod autem addunt quidam lexicographi & scholiastæ, γνωσιμαχεῖν, esse Cognoscere vires suas infirmas, & aduersariorum robur, siue Cognoscere & perpendere quanto vires nostræ sint inferiores aduersariorum viribus: vel, Vbi cognoueris tibi μάχην esse aduersus potentiorem, quiescere, seu sententiam mutare: hæc inquam, quæ inter alios affert Hesychius, nimium restringunt huius verbi significationem, habita ratione (vt opinor) duorum locorum Herodoti. Nisi potius propter verbum μάχεσθαι inclusum hoc in verbo, imaginati sunt hanc expositionem: quum alioqui minime eò spectet, vt apparet ex iis quæ dixi. Hoc porro addendum est superioribus quæ de significatione huius verbi disserui, quum Herodotus ei infinitiuum addit (& siquis præterea sic vtitur) tunc vt cohæreat oratio, verti non posse Mutare sententiam, sed debere verti, Mutata sententia cognoscere, seu agnoscere, aut etiam fateri. vt in illo loco libri 8, pag. 299, meæ editionis, ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν. Hæc enim ita vertenda censeam, Nunc Phocenses, mutata sententia, magis etiam quàm prius vos nobis nequaquam pares esse agnoscite. At Valla duobus modis in huius loci interpretatione peccauit: tum quòd interrogatiuè hæc legerit, tum quòd verbo γνωσιμαχέετε interpretationem planè ab eo alienam dederit. Vertit enim, Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares? Sed vnum peccatum ex altero est ortum. quum enim hæc interrogatiuè legeret, verbo isti interpretationem ab eo alienam excogitare necesse habuit. Suspicor autem Ionum fuisse hoc vocabulum, ideóque lubenter Herodotum eo vti solitum, à quo cæteri mutuati sint.

VOX ITEM Ἀγνωσία hunc ad locum pertinet, siue ex γνῶσις facta sit, siue cōmunem saltem cum ea formationem habeat. Est autem Ἀγνωσία, Ignoratio. Eurip. Medea, Πατὴρ δ' ὁ τλήμων, συμφορᾶς ἀγνωσίᾳ, Ἄφνω προσελθὼν δῶμα, προσπίτνει νεκρῷ. Dion historicus, τὴν γὰρ ἀγνωσίαν τῶν χρειῶν ἐδεδίει. Affertur ex Thucyd. libro vltimo, διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν, itidem pro ignoratione. Sed dicemus potius Quòd sese mutuò non cognoscerent, vel agnoscerent: quàm, Quòd sese ignorarent. Sic certè apud Lucianum in Timone ἀγνωσία videtur esse Non cognoscere, potius quàm Ignorare: vbi scribitur, διωρίσθω δὲ ταῦτα καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον ἀμιξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπεροψία. Existimo enim ἀγνωσία hic esse Neminem cognoscere: ideóque parum probo Erasmi interpretationem, quæ habet Ignorantia. Fortassis actiuè simul & passiuè sumi posset, pro Neminem cognitum habere & nemini cognitum esse. Apud Pollucem Ἀγνωσία est etiam Ignobilitas: seu Ignobilem esse, inglorium, incelebrem. Siquidem huic voci Ἀγνωσία subiungit, Ἀδοξία, Κακοδοξία, Δυσκλεια.

Γνωστέον, Cognoscendum est, Cognoscere oportet.

Γνώστης, ου, ὁ, Cognitor, item Gnarus. Composita VOC. Καρδιογνώστης dicitur Deus, Cordis cognitor, seu cordium, Act. apost. cap. 1. Sic autem & cum aliis nominibus iungi per compositionem potest.

Γνώστης, pro ariolo, apud Græcos Bibl. interpretes aliquoties, in libris Regum.

Γνωστήρ, ῆρος, ὁ, Cognitor, Explorator, vt in v. l. redditur, autorem Xenophontem nominantibus, sed eius locum non indicantibus. Non alium autem esse existimo quàm hunc, Pæd. 6, pag 96, meæ editionis, circa finem, εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἡμέραν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγών, καὶ ἐγγυητὰς ἦ μὴν πορεύσεσθαι σὺν στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν. Vbi non placet γνωστῆρας reddere, Exploratores, multo etiam minus Cognitores. Quidam interpr. Illos quibus est notus: sed dura est hæc per passiuum verbum interpretatio. Philelphus autem verterat, Qui sui notitiam faciant. Videndum annon γνωστῆρας vocet qui eum in posterum agnoscant. vt si dicas Gallicè, *Qui le recongnoissent*. vel *Qui le puissent recongnoistre*.

Γνωστὸς, ού, ὁ, (q.d. Cognoscibilis) Qui cognosci potest, vel Cognitu facilis. Xenoph. Hellen. 2, εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω, αὐτὸ ἐπισκέψασθε. Nam Bud. huic loco vtranque expositionem conuenire posse existimat: at ego priore contentus fuissem. Idem annotat γνωστὸν & νοητὸν pro eodem poni à Platone, De rep. lib. 7. differre autem τοῦ δοξαστοῦ. Affertur verò & pro Cognitus, Notus: ex Gregor. μηδενὶ γνωστὸν τοῦτο. Dicam porrò de hoc deriuato & vbi agam de Γνωτὸς, quod poeticum potius est. Nunc ad composita venio ex illo Γνωστὸς facta.

COMP. Ἄγνωστος, Δυσγνωστος, Εὔγνωστος. Est Ἄγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Incognitus, Ignotus. Homer. Odyss. ζ. Ἄγνωστον πάντεσσι ἐλθέμεναι. Idem eiusdem poematis libro η, — ὄφρ' ἐγὼ μιν αὐτὸν Ἄγνωστον τεύξειεν. Lucill. in Epigramm. Οὐ κοινὸν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας. Apud Pausaniam quidam perhibentur dii ἄγνωστοι, in Atticis, circa principium, βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ ἡρώων, &c. Sic apud Lucam Act. apost. cap. 17, mentio fit ἀγνώστου θεοῦ. apud Lucianum autem in Philopatride (si modò is est eius autor: quoniam νόθος à nonnullis existimatur) habemus etiam τὸν ἄγνωστον, sine adiectione substantiui θεόν. Ibi enim quidam ita iurat, νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποβιώσεως. Idem in fine eiusdem dialogi, ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι. vbi planè existimo illum irrisoriè alludere ad illum Actorum locum: quoniam vult Paulus Athenienses credere ab illis esse inuentū (& quidem ipso indicante) quem antea vt ignotum quærebant. nam περὶ τοῦ ἀγνώστου θεοῦ dicit, ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Sed hæc obiter. Ἀγνωστότατοι superl. apud Thucydidem extat, lib. 3, & quidem cum accusatiuo (subaudita nimirum præpositione κατὰ) ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἶναι, Ignotissimi lingua, siue incognitissimi: vel, quod ad linguam attinet. Id est, Ignotissima lingua vel ignotissimo sermone vtentes. Item aliquid dicitur esse ἄγνωστον, Ignotum, Incognitum. Herodian. lib. 8, cum ἄπυστα coniunxit, ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα εἶναι Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ πεπραγμένα. Nonnunquam autem Ἄγνωστος de persona dictum, est Ignobilis, Inceleber, Inglorius. nam Pollux inter Ἄδοξος & Ἀκλεὴς, atque alia huiusmodi, ponit etiam Ἄγνωστος. itidémque ADVERB. Ἀγνώστως inter Ἀδόξως & Ἀκλεῶς. vt sit Ἀγνώστως, Ignobiliter, Ingloriè. Possumus autem Ἄγνωστος hac quoque in significatione interpretari Ignotus, ex Horatio: quippe qui mortes ignotas appellarit ignobiles, inglorias, incelebres: Serm. lib. 1, sat. 3, — sed ignotis perierunt mortibus illi. id est, ignobilibus. quemadmodum Silius dixit Lethum ignobile. Liuius, Ignobili atque inhonesta morte occubuit. Cui opponitur clara mors: quod & apud Ciceronem extat. Sed enim nomen Ἄγνωστος actiuam quoque significationem habet apud Lucianum in Al-

cyone, circa principium, θαυμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστοι ὄντες, καὶ ἄπειροι, καὶ ἀόρατοι. vbi redditur Ignaram. Sic certè alia pleraque verbalia actiuam significationem interdum accipiunt, quum passiua sit eorum propria. Puto tamen in hoc Ἄγνωστος id esse rarissimum: licet & ἀγνὼς pro ignaro itidem & inscio inueniatur apud Xenophontem, vt docebo quum de illius nominis significatione agam. Secundum COMPOS. Δύσγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Cognitu difficilis, apud Polybium. Cui opponitur tertium ILLVD Εὔγνωστος, Cognitu facilis. In v. l. redditur etiam Bene notus, item Notabilis.

COMP. Ἀγνὼς & Ἄγνωτος eandem cum ἄγνωστος significationem habent: sed de Ἀγνὼς nunc dicendum censeo, at de Ἄγνωτος, in Γνωτός: quod præter significationem τοῦ Γνωτός, aliam etiam accipit. Ideo autem prius de ἀγνὼς dicam, quòd & ipsum literam ς retineat, quam illa duo amittunt. Alioqui dubiam mihi esse eius formationem fateor. Potest enim esse ab ἔγνωσαι, (& quidem potius quàm ab ἔγνωσμαι aut ἔγνωσται) potest etiam fortasse existimari factum ex Ἄγνωστος, per syncopen. Quod si verum esset, hic locus post Ἄγνωστος ei optimè conueniret: quem certè dare cogor, quoniá aptiorem non inuenio. Sonat autem Ἀγνὼς (itidem vt ἄγνωστος) Ignotus, Incognitus. Homer. Odyss. ε, Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτες γε θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται Ἀθάνατοι. Atque vt hic cum datiuo, sic apud Xenophōtem Hell. 1, ἀγνῶτας τοῖς οἴκοι. Itidémque apud Platonem, αὐτόθι καταλαβεῖν πάνυ πολλούς, τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοί, τοὺς δὲ πλείστους, γνωρίμους. Atque vt hic ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις, sic apud Aristotelem aliquoties, sed absque datiui adiectione. (vt si Latinè opponas virum ignotum viro noto & familiari) Exemplum habes Polit. libro 7, φιλητικοὺς μὲν γὰρ τῶν γνωρίμων, τοῖς δὲ τοὺς ἀγνῶτας, ἀγρίους. Item Ethic. 4, ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Sic & libro 5, eiusdem operis, ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις. Inuenitur autem Ἀγνὼς & in fœm. genere. vt ἀγνῶς δόκησις apud Sophoclem. (quod exponitur Incerta suspicio) Sic ἀγνῶτα φωνὴν dixit Æschyl. in Agam. pag. 208, meæ editionis, Ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη. Lucianus quoque ἐν τῷ περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων [illegible] in fœminino genere hoc nomine vsus est. Interdum ἀγνὼς (sicut ἄγνωστος) ponitur pro Ignobilis, Inglorius, Inceleber. (quam significationem habere itidem Ignotus apud Horatium, docui suprà) Eurip. Iphigenia in Aulide, Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής. id est, Inglorius atque ignobilis, vt Cic. vertit. Vide pag. 147 & 148 Cicer. lexici, à me editi. Atque vt hic ἀγνὼς cum ἀκλεὴς, sic cū ἀφανὴς copulatur à Luciano, De somnio, οὐδ' ὅστις τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς οὐδ' ἀφανὴς ὤν.

Ἀγνὼς actiua signif. (cuius exemplum & in ἄγνωστος allatum fuit) Ignarus, Inscius. apud Xenophontem, εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς εἴη τί δυνατὴ ἡ γῆ φέρειν. Apud Platonem quoque ἀγνῶτες crediderim positum actiuè: in hoc loco qui ex eius opere De legibus affertur, ἀγνῶτες ἀλλήλων. vt videlicet sint ἀγνῶτες ἀλλήλων qui se inuicem non norunt. In vulg. lex. tamen per passiuum participium exponitur, Sibi inuicem incogniti: perinde acsi legeretur, ἀγνῶτες ἀλλήλοις: manente alioqui eodem sensu.

Subiungendum huic nomini ADVERB. Ἀγνῶς, pro Ignoranter, Inscienter, Per ignorantiam, Per imprudentiam. Phocylides, Μήτ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί. Vbi quum ἀγνῶς & ἑκοντὶ inter se opponantur, posset ἀγνῶς exponi ἀκουσίως. Sic Xenophon dicit, quæ peccantur ἀγνοίᾳ, (quod valet idem cum illo ἀγνῶς) esse ἀκούσια. Aristot. quoque Rhet. 1, ἀγνοοῦντας cum ἄκοντας, vt ἑκόντας cum εἰδότας copulat. Cæterùm pro ἀγνῶς sciendum est legi etiam ἀγνὼς, vt sit nomen: sed longè melior est altera scriptura per circunflexum, vtpote cum ἑκοντὶ cōueniens: quam etiam in editione mea alteri prætuli. Alioqui legendo ἀγνὼς, esset ἑκὼν pro ἑκών.

Etiam VERBO Ἀγνώσσω locum hic dabo: quòd fortassis ex hoc Ἀγνὼς (quatenus quidem & actiuam significationem habet) factum fuerit. Non ignoro alioqui aliam deductionem afferri: vt videlicet ex Γνώσω futuro verbi Γνῶ sit præs. temporis VERBVM Γνώσσω: vnde Ἀγνώσσω. Sed illius Γνώσσω (quod esse dicitur simile τῷ Κνώσσω) exemplum nullum affertur. At hoc Ἀγνώσσω pro Ignoro, Nescius sum, inuenitur apud autorem poematii quod vulgò Musæo inscribitur: hoc in versu, Ἀγνώσσεις ὅτι Κύπριν ἀποσπέρχεις θαλάσσης; Ab Hesychio ἀγνώσσει exponitur ἀγνοεῖ.

Ex hoc Ἀγνώσσω factum fuit παράγωγον, siue κατὰ παραγωγὴν, VERBVM Ἀγνωσσάσκω, vnde est apud Homerum ἀγνώσασκε, Odyss. ψ, Ὄψει δ' ἄλλοτε μέν μιν ἐνωπαδίως ἐσίδεσκεν, Ἄλλοτε δ' ἀγνώσασκε, κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα. id est ἠγνόει, vt habet breuium scholiorum autor. Sed perperam in quibusdam editionibus legitur ἀγνώσασκε pro ἀγνώσασκεν.

NVNC AD Γνωτὸς venio, sequens à me paulo antè propositum ordinem: vt ab eo ad Ἄγνωτος, aliáque composita, Ἀλλόγνωτος, Ἀρίγνωτος, Πολύγνωτος, transeam. Sciendum est igitur inueniri Γνωτὸς pro γνωστὸς apud poetas, (quod γνωτὸς est ἀναλογώτερον quàm γνωστὸς, si Eustathio credimus) Notus, Cognitus. Sophocl. in OEdipo tyranno, γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι. ita enim legit etiam Eustath. Sed huic Γνωτὸς non contenti poetæ eam significationē dare quam apud prosæ scriptores habet Γνωτὸς, restringunt interdum ad significationem consanguinei, seu propinqui, interdum verò fratris. vel (si ita mauis) restringunt notitiam quæ hac voce declaratur, ad eam quæ nobis est cum consanguineis, aut etiam peculiarius cum fratribus. Homer. Iliad. ο, circa finem, — τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ Γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις ἀρῆος ἀλκτῆρα λιπέσθαι. id est ἀδελφὸν, pro quo dixerat κασίγνητον. Sic eiusdem poematis libro χ, — ἦ μέν μοι ἑταῖρος πολὺ φίλτατος ἦεν Γνωτῶν, οὓς Ἑκάβη ἠδὲ Πρίαμος τέκε παῖδας. Sic exponitur & libro γ, — θαλαμοι γνωτοί τε λιποῦσα. In hoc autem Apollonii loco, Argon. 2, γνωτοὶ πατρῷοι ἄμμιν ἔσαν, expon. συγγενεῖς.

FOEMIN. Γνωτὴ, Soror. Aut etiam Amica, inquit Hesych. Sed quin possit & propinquam seu consanguineam significare, sequendo illum masculini γνωτὸς vsum, minimè dubitandum est. I. COMPOS. est Ἄγνωτος, ου, ὁ & ἡ, idem valens quod ἄγνωστος, Incognitus, in illo Sophoclis loco quem protuli in Γνωτός. II. COMPOS. est Ἀλλόγνωτος, quod existimo sonare potius Aliis cognitus, siue notus, quàm Alibi notus, vt vulgò exponitur. Ex eo enim velut consequitur, Nobis ignotus. Vnde ponitur pro extraneo siue peregrino. Homer. Odyss. β, — ὁ δ' ἄλλοθι τηλόθι πάτρης Διογενὴς Ὀδυσεὺς, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. Vbi inuenio tam Eustathium quàm autorem breuium scholiorum mihi de illa expositione assentiri. Neque enim expon. ἄλλοθι γινωσκομένῳ, sed ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γινωσκομένῳ. Afferunt tamen & alias explicationes huius vocabuli: ac præsertim Eustath. cui ἀλλόγνωτος est ὁ πολέμιος, (sic autem exponens, minimè eius etymon aperit) vel ὁ ἄλλα γινώσκων ἤπερ ἡμεῖς. Quibus addit illam expos. quam modò attuli, & quæ mihi itidem in mentem venerat: videlicet, ὁ ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γινωσκόμενος. Deinde admonet hoc ἀλλόγνωτος esse compositum ex γνωτὸς, pro quo dicitur γνωστὸς ab Homeri posteris. Quæ tamen velut retractans, subiungit, videri ἀλλόγνωτος esse potius ὁ ἄλλοις γνωτὸς, id est κατὰ γένος οἰκεῖος, nimirum à γνωτοῖ significante τοὺς ἀδελφούς. Alioqui enim nihil prohibebat quin diceret ἀλλογνώστῳ ἐνὶ δήμῳ, vt paulo antè dixerat ἄγνωστον τελέθοντα. Itidémque breuium scholiorum autor, postquàm ἀλλογνώτῳ dixit esse ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γινωσκομένῳ, ἢ (quæ disiunctiua particula nō aptum hîc locum habet) ἄλλοις γνωτῷ: subiūgit, ἢ κατὰ γένος οἰκείῳ. Rationémque eandem affert quam Eust. sed quæ nisi ex huius verbis intelligi vix possit. Ad me autem quod attinet, nimis longè petitam expositionem hanc esse, & parum valida niti ratione existimo: quum γνωτὸς etiā dici pro γνωστὸς, ipsemet Eustathius fateatur: addēs, ὅτι δὲ ὅμως καὶ γνωτὸν λέγεται τὸ γνωστὸν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς

ἐν τῷ, Γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες. Quid verò obstat quominus dicamus ἀλλογνώτῳ visum fuisse Homero ἀφραδέστερον quàm ἀλλογνώτῳ. (Antequam ad tertium compositum digrediar, dicam de PARTICIP. Ἀλλογνώσας: quòd nullam ei aptiorem sedem habeam. Extat id apud Hesychium, exponentē ἀγνοήσας. sed aut Herodotum, id est Herodoti exemplar, ex Hesychio, vel contrà hunc ex illo emendandum esse suspicor. Legitur enim apud Herodotum, lib. 1, ἀλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων. Cui loco optimè conuenire Hesychii expositionem existimo, siue ἀλλογνώσας siue ἄλλον γνώσας legamus: sed lectionem Hesychianam fide digniorem esse persuasum habeo: quòd ἄλλον γνώσας pro ἀγνοήσας durum esse videatur: at vtendo compositione, nō item: præsertim si hoc cum aliis huiusmodi compositis cōparetur) Sed venio ad III. COMPOS. Ἀρίγνωτος. Id poeticum est itidem, significans Valde notus vel celeber. Hom. Odyss. ρ, Ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα. vbi tamen ironicè ponitur. Ita enim malo quàm vt Eustath. ἄγαν γνώρισμα ἐπὶ αἰσχρῷ τίχει. siue, ὃν πάντες συβώτην οἴδασι. aut ὃ τὸ σημεῖον γνώρισμα, τὸ συβώτην εἶναι. Affertur & FOEMIN. Ἀριγνώτη, ab Eustathio. Hesych. autem HABET Ἀρίγνωτοι cum ο, quod exponit εὔγνωστοι, item πάνυ ἐγνωσμένοι. ita enim legendum est, non ἀγνωσμένοι. IIII. COMPOS. est Πολύγνωτος, Multis notus, seu cognitus: sequendo expositionem aliis compositis datam, atque adeo significationem quam habent. In v. l. tamen redditur Multiscius. Est præterea nobilis pictoris nomen.

QVINETIAM Γνωτίδια ET Ἀγνωτίδια aliquem sibi angulum hîc postulant, ob similem deriuationem: licet eius ratio minimè inueniatur. Sunt enim hæc ambo vocabula piscium nomina apud Athenæū: nisi potius ex vno facta fuerunt duo, quum ille vtrobique vel γνωτίδια vel ἀγνωτίδια scripsisset. Siquidem lib. 3, quum dixisset, τοὺς δὲ προσαγορευομένους φησὶ μύλλους ὑπὸ μέν τινων καλεῖσθαι γνωτίδια, ὑπὸ δέ τινων πλατιστακούς: paucis interiectis subiungit, οἱ μὲν οὖν μείζονες αὐτῶν ὀνομάζονται πλατίστακοι· οἱ δὲ μέσην ἔχοντες ἡλικίαν, μύλλοι· οἱ δὲ βαιοὶ τοῖς μεγέθεσιν, ἀγνωτίδια. Vbi obserua simul VOCEM Πλατίστακοι, nomen eiusdem piscis: in cuius scriptura vno eodémque loco variant exemplaria: vtpote priore quidem loco πλατιστακούς, posteriore autem πλατίστακοι habentia.

Γνωστικός, οῦ, ὁ, Cognoscendi facultate præditus, seu vi. Ex Gregor. Naz. γνωστικὸν γὰρ ἀνοσιοῦν. Item τὸ γνωστικόν, Potentia & vis cognoscendi, in v. l. Ibidem γνωστικὰ ῥήματα, verba cognitionē significantia. Item, γνωστικοὶ hæretici quidam sic dicti ob insignem eruditionem quam sibi vēdicabant. Hinc ADVERB. Γνωστικῶς, Cum cognoscēdi facultate, Ita vt adsit cognoscendi facultas, seu vis. γνωστικῶς εἰδέναι & αἰσθητῶς, differre apud Dionys. Areop. testatur Bud.

AT NOMEN Γνώμη in hunc locum reseruaui, partim quòd sub se deriuata multa habeat, quæ secundæ & tertiæ personæ præt. passiui verbalia (id est, quæ à secunda & tertia persona sunt formata) nimis procul à verbo remouissent: partim quòd σ non habeat tanquam ab ἔγνωσμαι, vt habent reliqua. Longè tamen magis consentaneum rationi videtur vt γνώμη ab ἔγνωσμαι esse dicamus, quàm vt Heraclidi assentiamur, dicenti poni pro νώμη. Scribit enim is apud Eustathium in γνώμη abundare γ. siquidem à νοῶ, νοήσω, esse νώμη. ex quo γνώμη. Est autem Γνώμη, Sententia, Opinio. Idem enim valent, ἡ ἐμὴ γνώμη, & ὃ γινώσκω, quod sentio. Sed pro loco alias etiam admittit interpretationes nomen hoc γνώμη: redditúrque interdum Propositū, aliquando Voluntas, interdum Consilium, nonnunquam Cogitatio, aliísque modis, vt ex sequentibus patebit. Pro sententia variis verbis iungitur. Dicitur enim, ταύτην τὴν γνώμην ἔχω, sequēte præpositione περὶ cum suo genitiuo. ad verbum, Hanc habeo sententiam, pro Hæc mea est sententia, vel In hac sum sententia, Ita sentio. Itidémque τίνα γνώμην ἔχεις, & τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω. Xenoph. Pæd. 6, τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς διελεύσεως τῶν στρατιωτῶν. Isocr. Archidamo, περὶ τοῦ δικαίου ταύτης τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, περὶ δὲ τοῦ συμφέροντος ἀντιλέγομεν. Ibidem, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων. Apud Aristoph. Nub. sequente infinitiuo, ὁποτέραν τὴν γνώμην ἔχει, τὰς ἐμπίδας κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρροπύγιον. Apud Thucyd. sequente itidem infinitiuo, lib. 2, γνώμην ἔχοντες, οἱ μὲν, μὴ ἐκπλεῖν. vbi reddi potest, Sentientes non esse nauigandum. vel, Statuentes nō nauigare. Apud eundem scriptorem τὴν γνώμην ἔχειν, cum præpos. πρὸς, alium vsum habet, de quo alibi dicam: quod in eo loquendi genere nomen γνώμη aliam significationē habeat. Quinetiam quum dicitur γνώμην ἔχειν sine adiectione, tum aliud declarat γνώμη, vt suo loco docebo. At verò οὕτω τὴν γνώμην ἔχω, sequente aut etiam præcedente ὡς, prout interpretabimur, ita vel locū hîc habebit, vel non. quod exemplis declarabo. Thucyd. lib. 7, pag. 237, meæ editionis, καὶ νῦν ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν πεπράχαμεν, καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῶν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ δὲ &c. Hic certè οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε, est Ita sentite, Ita existimate, In ea opinione estote. Nec malè reddetur etiam, Hoc persuasum habetote: vt olim reddidi in iis quæ adscripsi interpretationi Vallæ, in margine meæ editionis. Ibi enim totum hunc locum ita sum interpretatus, Et hoc quidem persuasum habetote, ita milites pariter & duces officio suo functos esse in iis rebus quarum causa huc veneramus, vt nullus sit vobis de iis conquerendi locus. Sic apud Xenoph. cum οὕτως, sequente ὡς cum præterito, necnon cum præsenti: Pæd. 6, pag. 93, meæ editionis, circa finem, καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων, Bona pars exercitus in ea opinione erat vt plenam victoriam se adeptam esse crederet. Minus enim commodè hîc voce sententia vtemur. Sed & simplicius ac breuius interpretari possimus, non minus rectè tamen, vt opinor, Existimabat se &c. Id certè est quod Gallicè dicimus, *Il faisoit son conte d'auoir tout gagné*. Vel (vt nunc loquuntur quidam, formula dicendi vtentes magis recenti) *Il faisoit estat d'auoir tout gagné*. Philelph. quoque satis aptè reddidisse videtur, Et quamplurima exercitus pars hac erat mente, tanquam omnino iam vicisset, essénque res hostium nihil. Neque verò prætermittendum est, subiungi à Xenophonte, ἐπεὶ δὲ οὕτω διακειμένων ἦλθον οἱ Ἰνδοὶ &c. vbi si dicamus οὕτω διακειμένων esse idem quod οὕτως ἐχόντων τὴν γνώμην, vel potius hoc esse idem quod illud, quoniam ei subiungitur, alia interpretatio quærenda videri possit. Verùm vt idem vtroque loquendi genere significetur, necesse non est: sed potius dicendum, οὕτω διακειμένων, vt videlicet διέκειντο illi εἰ οὕτως εἶχον τὴν γνώμην ὡς παντελῶς κεκρατηκότες. Est certè οὕτω διακειμένων, Sic animo affectis. Sed venio ad illud loquendi genus οὕτω γνώμην ἔχω, non cum præterito sed cum futuro iunctum. Thucyd. lib. 7, pag. 258, meæ editionis, καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀναχωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον. In hoc certè loco aliísque huiusmodi aliam interpretationem poscit istud loquendi genus, οὕτω γνώμην ἔχω, quàm in præcedentibus. Valla reddidit, Ita cuncti ad discedendum terrestri itinere animum adiecerunt. Existimo autem & his modis posse reddi, De discedendo cogitabant, Discedere in animo habebant, Ea mente erant vt discedere vellent, vel, discessum pararent, Eorum consilium erat discedere. Valebit autem & hîc illud loquendi genus Gallicum, licet in diuersa constructione, *Ils faisoyent leur conte de se retirer*. Antequàm verò discedam ab accusatiuo γνώμην cum verbo ἔχω, dicam & de genitiuo γνώμης cum ἔχομαι, afferens exempla ex Thucydide. Is igitur libro 8, pag. 287, circa finem, αἰεί τε τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος, Suam sententiam retinens, In sua sententia permanens. vel, In proposito manens, seu permanens. Apud eundem scriptorem dicit Pericles, libro 1, τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, αἰεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι. sequēte infinitiuo, μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις. Et quemadmodum dicit τῆς αὐτῆς γνώμης ἔχεσθαι, sic etiam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι, sed alia significatione. nā τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι est Idem sentire cum aliis

ad verbum, Eiusdem esse sententiæ. nam & Latini hac constructione vtuntur. Vtitur autem lib. 1, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν, Et quotquot eiusdem sententiæ erãt. Sed redditur etiam, Earundẽ partiũ erant. Pendet certè vnum ex altero. Apud eundem scriptorem legitur aliquoties γνώμην ποιοῦμαι, sequente infinitiuo. vbi γνώμη licet nemo negare possit habere sententiæ significationem, siue propositi, aut consilii, potius tamẽ vnico verbo illum accusatiuum vnà cum suo verbo interpretamur: videlicet Statuo, Delibero, Cogito: aut certè Statui, Decreui. Thucyd. lib. 1, καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ, ξυγγνώμην τῶν σῶν γάμων, Decreui, Statui. Idem lib. 2, γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, χρήμασί τε χρήσασθαι ὅπη... Cogitabant, Statuebant, Deliberabant. Gallicè verbum ποιοῦμαι ad verbum reddi possit in hoc loquẽdi genere, si γνώμην interpretemur deliberationem. Est enim γνώμην ἐποιοῦντο, quod dicimus, *Ils faisoyent leur deliberation.* Vsus est hoc loquendi genere eodem modo Arrianus: vt quum scripsit lib. 3, γνώμην δὲ ἐποιεῖτο Δαρεῖος, εἰ μὲν ἔτι Σοῦσα καὶ Βαβυλῶνος μένοι Ἀλέξανδρος, αὐτοῦ περιμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις. Sic & Plutar. in Themist. γνώμην ἐποιεῖτο λύειν. Quãuis porro dixerim γνώμην ποιοῦμαι reddi potius vnico verbo, ex eorum numero quæ paulo antè protuli: possumus tamen & nomine vti, habente nominis γνώμη significationem. vt in illo Arriani loco, γνώμην ἐποιεῖτο περιμένειν, Consilium eius erat manere, vel In animo habebat. At verò, Ita ferebat sententia, est παντάπασιν. Sed possit reddi etiam, Certum illi erat. Cæterùm quoniam in exemplis omnibus quæ attuli, γνώμην ποιοῦμαι iungitur infinitiuo, addam vnum in quo accus. plural. γνώμας cõstruitur cum præpos. περὶ: ex eodem Thucyd. lib. 3, περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο. vbi aliam interpretationem istud loquẽdi genus postulat. Dicitur enim γνώμας ἐποιοῦντο, tanquam de iudicibus. Bud. vertit Censebant, In suffragia ibant. Sequendo autẽ Vallam, redderemus, Ad consilium referebant. Quidam interpr. etiam Consultabãt. Vt autem eadem opera agam de aliis loquendi generibus in quibus γνώμη de iudice aut tanquam de iudice vsurpatur: sciendũ est dici γνώμην ἀποφαίνεσθαι, & γνώμην λέγειν, siue εἰπεῖν, necnon γνώμην εἰσηγεῖσθαι, item γνώμην θέσθαι. Apud Demosth. γνώμην ἀποφαίνεσθαι, Sentẽtiam pronuntiare. Ex eodem Bud. γνώμην θέσθαι affert, γνώμην θέσθαι περὶ τοῦ τῶν Φωκέων ὀλέθρου. (At verò γνώμας προθεῖναι producit ex Thucydide, pro In consilium mittere, Censendi potestatẽ facere. sed ego προθεῖναι apud Thucydidem repono, & quidem ex aliis eius ipsius locis) Illud denique γνώμην λέγειν siue εἰπεῖν, (quod est ad verbum Sententiam dicere) idem reddit Censere, necnon Autorem sententiæ esse, (sicut εἰσηγεῖσθαι γνώμην) afferens ex Plutarcho in Demetrio, pag. 287, ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος αὐθημερὸν τὴν μουνυχίαν ἐψηφίσαντο καλεῖν. Venio tandem ad eum vsum quem habet γνώμη cum præpositionibus, aut etiam absque illis, vbi itidem voce Sententia, simul verò & aliis reddi potest. Dicitur aliquis à Demosthene facere quidpiam ἀπὸ γνώμης huius vel illius, quum ex sententia huius vel illius id facit, & eum autorem habet. Quidam interpr. etiam Iussu, quæ interpretatio minimè placet. At verò apud Thucydidem libro 4, pag. 143, meæ editionis, in fine, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γνώμης vix reddi itidem queat Ex sua sententia, propter ambiguitatem. Ita enim scribit, ξυνέπεσε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γνώμης κηρύξαι, τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα. Vbi Valla vertit Suopte consilio, ita hunc locum interpretans, Contigit enim vt præco Atheniensium suopte consilio denuntiaret, Quisquis vult Megarensium ad Athenienses transeat armis depositis. Fortassis reddi possit Suo ipsius impulsu, aut etiam Sua sponte. Videtur certè hic ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γνώμης esse quod Gallicè dicimus *De son propre mouuement.* In alio autem eiusdem scriptoris loco ἀπὸ τοιαῦδε γνώμης commodius reddi posse non videtur quàm Isto consilio: nimirum libro 3, vbi scribit, ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίᾳ ἀποικίαν καθίσταντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης. Vbi tamen Valla vertit, Hac de causa. Vt porro cum ἀπὸ, sic cum ἐκ iungitur genitiuus γνώμης: sed in diuerso loquendi genere, quũ videlicet dicitur ἐκ μιᾶς γνώμης, pro Vno consensu. Demosth. Philipp. 4, ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε. Sed posset videri abundare ἐκ μιᾶς γνώμης post ὁμοθυμαδὸν, præsertim quum particula copulatiua non inferatur: quæ præfigi solet iis quæ velut per epexegesin ponuntur. Quidam hæc interpr. Concorditer vnóque animo: quidam simpliciter, Cõmuni consensu. Accusatiuus γνώμην iungitur frequenter cum κατὰ, itémque cum παρὰ, in cõtraria significatione. cum quibus præpositionibus habet γνώμη eum vsum quem Latinis Sententia, præfixo genitiuo Animi: qui tamen non semper præfigitur. Nam κατὰ γνώμην redditur Ex animi sententia: at παρὰ γνώμην, Cõtra animi sententiam, à Polit. in hoc loco Herodiani, lib. 6, καλούντων δ᾽ αὐτὸν καὶ τῶν ἐκεῖσε ἡγεμόνων, ἀχθόμενος μὲν ἢ παρὰ γνώμην, ὅμως δ᾽ οὖν περὶ ἔξοδον, Vocantibus illuc se ducibus, ægrè scilicet tandem contráque animi sententiam ad expeditionem se præparat. Legitur παρὰ γνώμην non rarò & apud Thuc. sed qui videtur non vna in significatione vti. nam quum dicit lib. 5, παρὰ γνώμην μὲν ἀποβαίνοντος σφίσι τοῦ πολέμου, non idem sonat παρὰ γνώμην hoc in loco quod lib. 1, οἱ μὲν παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί. Nam παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν dicitur bellum quod non habet exitum ex animi sententia, siue cuius exitus est contra opinionem à nobis conceptam: at verò παρὰ γνώμην κινδυνευταί, sunt qui periclitantur præter consilium etiam. id est, etiam vltra id quod initum consilium suadet. Vel (vt exposui in iis quæ adscripsi margini interpretationis Vallæ) Quum ad rem ventum est, etiam maiora aliquando iis quæ deliberarint gerunt. Valla reddiderat, Maiora hominum opinione pericula subeuntibus. Alicubi autem παρὰ γνώμην apud eundem scriptorem idem propemodum esse videtur quod ἀπροσδοκήτως. Sed vt reuertar ad illud huic oppositum, κατὰ γνώμην, sciendum est, quum inseritur pronomen ἐμὴν, & dicitur κατ᾽ ἐμὴν γνώμην, tunc id esse quod Latinis est Mea quidem sententia, vel Meo quidem iudicio. Verùm omissa interdum præpositione dicitur ἐμῇ γνώμῃ, siue γνώμῃ ἐμῇ. vt γνώμῃ ἐμῇ [illegible] μένειν, quod ex Aristophane affertur. Datiuus autem γνώμῃ quũ iungitur particulæ μιᾷ, idem valet quod ἐκ μιᾶς γνώμης: & significat Vno consensu. Quidam interpr. etiam Vna eadémque sententia, apud Isocratem. At γνώμῃ sine adiectione, nonnunquã sonat, Consultò, De industria. Lysias, ὅτι ἢ τύχῃ γνώμῃ ἐξήμαρτον, οὐδὲ μιᾶς συγγνώμης ἄξιοί εἰσι.

Γνώμη, Decretum, Senatusconsultum, B. ex Plut. Pertinet autem hæc significatio ad proximè præcedentem, qua vsurpatur pro Sententia: atque adeo sub ea tanquam generaliori includi potest. Huc referri debet & illa interpretatio loci Thuc. quam suprà ex eo attuli: videlicet, περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, In suffragia ibant.

Γνώμη, Consilium, Prudentia, vt idem interpr. afferens ex Demosth. τοῦτο ἡ γνώμη χρησαμένων ἀνθρώπων ἐστί. (fuit quidẽ & suprà reddita hæc vox nomine isto Consilium: sed in ea potius significatione qua dicitur Cõsilium est hoc facere) at in v. l. γνώμῃ χρησαμένων apud Demosth. redditur Ratione vtentium. quum alioqui in iisdem afferatur ex Aristoph. Acharn. εἰ γνώμην ἔχεις pro εἰ φρόνιμος εἶ ἢ συνετός. ibidémque ex Sophocle pro Prudentem esse. Additur tamen expositio Græca non omnino alteri illi similis. nã οὐ γνώμην ἔχεις apud eum exponitur οὐ νοεῖς, οὐ γινώσκεις.

Γνώμη, Ingenium. Aristoph. ἐξάγεις τὸν νοῦν αὐτοῦ ἢ τῆς γνώμης ἀπόπειραν. Hoc enim exemplum affert idem illius significationis.

Γνώμη, Mens, Animus. Demosth. in Philipp. δεῖ γὰρ ἐκεῖνο τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ ἐκ παρασκευῆς. Lysias, τοῦτο ταῦτα ὡς τὴν γνώμην εἴσῃσαν, hæc mentẽ subibant. Quemadmodũ autem accus. γνώμην, significans sententiam, seu consilium (id est quam vocamus vulgò deliberationem) iungitur verbo ἔχειν, ita etiam quum mentẽ significat, siue

animum. vt γνώμην ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην apud Thucyd. A
lib. 5 (quod nos diceremus *Auoir le cueur à la paix*) Esse animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacẽ. Redditur etiam Spectare ad pacem. Idem dixit lib. 5, ἢ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν. vbi Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabãtur, vt cum eis conuenirent. Dubito certè an reddi possit, Minus Atheniensibus mentem adhibebant, vt transigerent cum illis. vel, vt componerent. Affertur ex eodem scriptore, γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmoniis. (Huc per- B
tinet & προσέχειν τὴν γνώμην: atq; adeo possit in huiusmodi locis videri ἔχειν simplex fungi officio compositi προσέχειν: nisi quod hoc datiuũ potius habet) Sunt & alii duo vsus præterea huius accusatiui γνώμην cum verbo ἔχειν. duo, inquam, quorum exempla proferre possum. (fieri enim alioqui potest vt plures sint duobus) Vnus extat apud Demosthenem Pro cor. οὐχ ὡς αὐθαδῶς οὐδὲ δίκαιος πολίτης ἔχει τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν τοιοῦτον τῇ ψυχῇ. Vbi reddendum censuerim, Non ita fuit affectus animo. Alter vsus est a- C
pud Isocratem in Trapezitico, παντάπασιν δέ μοι τοσούτων κακῶν προσπεπτωκότων, τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν; Qui locus mihi in memoriam aliquot Nasonis locos reuocat, ex quibus interpretandum illud loquendi genus lectori relinquam. Ita enim ille, Metam. lib. 5. Quid mihi tunc animi miseræ fuit? ánne quod agnæ, Siqua lupos audit circum stabula alta frementes? Idem in alio eiusdẽ operis loco, Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse? Et in quadam epist. Quid mihi tunc animi credis germane fuisse? Nec verò dicit so- D
lùm Quid animi, verumetiam Quem animũ, (vbi ipsa quoq; orationis forma Græcæ respondet. nam Quem animum est τίνα γνώμην: at Quid animi, q. d. τί γνώμης) ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione iacenti Inter Sauromatas esse Getásque putas? Addam ex eodem illo scriptore, nimirum Isocrate, hunc eundem accus. cum eodem verbo, sed longè diuersa signif. ob præpositionem περὶ quæ ei adiungitur. Locus est in orat. De pace, τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ ἡμᾶς, ad verbum, Hunc animum habuerunt erga nos. pro, Eo E
animo fuerunt in nos, videlicet ita infenso, Adeo male animati in nos fuerunt. siue, erga nos. Apud Thucyd. quoque γνώμη pro animo plerisque in locis occurrit, necnon apud alios. Sed apud Herodianum aliquoties inueni γνώμην & ψυχὴν copulata: quod apud alium inuenire me non memini.

Γνώμη reddi Iustitia, à Polit. apud Herodianum, testantur v. l. sed locum non afferunt: nec verò, etiamsi afferatur, ei possim hanc interpretationẽ concedere.

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim ex ge- F
nere eorum quæ ad nos instituendos conducunt. Latinis itidem Sententia. Ideo autẽ contra morẽ meum, hanc significationem sententiæ non tractaui suprà vnà cũ altera, quòd multa deriuata hinc manarint, quæ inter reliquas significationes minimè miscenda (ne ipse veluti cursus tractationis interrumperetur) sed potius ad calcem reiicienda existimaui. Ab Aphthonio γνώμη definitur, λόγος ἐν ἀποφάνσεσι κεφαλαιώδης, ἐπί τι προτρέπων ἢ ἀποτρέπων. A Cornificio autem (si his est autor rhetorices ad Herenniũ) hoc modo, Oratio sum- G
pta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit. Denique & Fabius ita de hac voce, Sed consuetudo iam tenuit vt mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita, sententias. Paucis interiectis, Antiquissimæ sunt quæ propriè, quamuis omnibus idem sit nomen, sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Vtrunque autem nomen ex eo acceperunt quòd similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua apud eum videnda tibi relinquo, lib. 8, cap 5. Quid autem de præ- H
cedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tractatu quodam quem comicorũ Græcorum sententiis præfixi: mihi illa mea definitio, licet extẽporalis, non pœnitenda videtur. Dicebant autẽ veteres scriptores plerunque cum adiectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr.

A ad Nicoclem, ἔτι δ' οὕτως ἐκλέξειεν καὶ τὰς προεχούσας τῶν ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας. additque, illos ἐπὶ ταύτας μάλιστα σπουδάσαι. Æschines itidem in Ctesiph. διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα. id est, Ideo enim nos in pueritia sententias poetarum ediscere existimo, vt quum ad virilem ætatem peruenerimus, iis vtamur. Quo ex loco obiter & consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum genitiuum non addidit Xenoph. in suo De venatione libello, vbi in sophistas in-
B uehitur, ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐξήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, ἀφ' ὧν παιδεύοιντο οἱ νεώτεροι ἐπ' ἀρετήν, οὐδαμοῦ. Obseruanda sunt autem hæc verba quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσαι. quæ an ad restringendam huius nominis significationem, tanquam alioqui latius patentem, adiecta fuerint, dubium alicui fortassis videri posit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa addici tanquam perpetuum illarum epithetum, vt ita dicam. Plut. in Homero, γνώμας & παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit. Ad deriuata venio, deriuata inquam à
C γνώμη significationẽ istam habente. Compos. NOMEN Γνωμολόγος, ου, ὁ, sonat q. d. Sententiæ proloquutor, vel sententiarum. A quo est FOEM. Γνωμολογία, ας, ἡ, Sententiarum proloquutio, siue sententiæ. Aut etiã, Sententia quam aliquis loquitur. Plutar. καὶ πολλὰ μεθηρμηνευμένα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίαις τίθησι. Idẽ in Polit. præceptis, δεῖ χρῆσθαι ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίαις καὶ ἱστορίαις ἢ μύθοις καὶ μεταφοραῖς. Quidam annot. esse verbum sophistarum Platoni in Phædro. In v. l. Γνωμολογία red-
D ditur Dictio sententiæ, item Collectio sententiarum, & Dicendi acrimonia. Quarum significationũ exempla desidero. Apud Suidam quidem certè γνωμολογία de libro dicitur γνώμας complectente. nam de Theognide inter alia scribit, ἢ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν [ἔγραψε] δι' ἐλεγείων. Bud. vertit, Librũ sententiis confertum & coagmentatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας. quo magis mirũ est addi γνωμολογίαν. HINC Γνωμολογικός, οῦ, ὁ, Gnomologiæ conueniens, seu Ad gnomologiã pertinens. Quo-
E niam autem γνωμολογία redditur interdum Sententia, sicut γνώμη, quidam γνωμολογικός interpr. Sententiosus. In Thucyd. vita legimus, τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετόν. vbi dicere possumus τὸ γνωμολογικὸν nihil aliud esse quàm αἱ γνωμολογίαι: & hoc non aliud quàm γνῶμαι. Nisi quis malit τὸ γνωμολογικὸν intelligere rationem & methodũ qua vtitur in vtendo γνώμαις, seu in adhibendis orationi γνώμαις. Apud Demetr. Phalereum autem γνωμολογικὸν est cõueniens gnomologiæ, seu conueniens γνώμαις, siue sententiis: eodem modo
F quo ἀποφθεγματικόν, Conueniens apophthegmatis: vbi scribit, ἔτι γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης καὶ γνωμολογικόν. ADVERB. Γνωμολογικῶς, Sententiosè. Suid. γνωμοτυπικῶς exponit per hoc γνωμολογικῶς. Addendum his & VERBVM Γνωμολογέω, ῶ, Sententiam eloquor, seu sententias. vel, Sententias loquor, vt Terent. Vtitur Plut. in lib. De fraterna charitate, πῶς δ' αὖ λαβὼν ὁ Ἀτρεὺς εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφόν, ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας; Extat & apud Athen. lib. 10, ἐν τούτοις φαίνεται ἡ αὐτοῦ λαιμαργία, μετὰ τὸ μηδὲ ἐν δεῖπνῳ
G τὸ περὶ τῆς γαστρὸς γνωμολογεῖν, sententiosè loqui de ventre. Inuenitur item apud Diog. Laertium, in Epicharmo, οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν ἐν οἷς γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, ἰατρολογεῖ. A cõposito Γνωμολόγος transeo ad simplex NOMEN Γνωμικός: quod fortassis aliquis huic præfigi maluisset: nec ego quin hoc fiat valde repugnarim. Est autem Γνωμικός, Pertinẽs ad γνώμας, id est sententias, Conueniens sententiis, vel Sententiosus. veluti si dicam alicuius orationem esse γνωμικήν. In v. l. γνωμικὴ περίοδος, Sentẽtiosa periodus, &
H arguta sententiis: sed absq; autoris nomine. Donatus in illud Terentianũ dictum, Andriæ Act. 3, scena 3, Amantium iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia γνωμική, in qua à specie receditur, & in omnes aliquid dicitur. παροιμία est autẽ sine autore sententia. Hæc ille. Ab Eustathio τὸ γνωμικὸν substantiue vsurpa-

Digitized by Google

tur pro γνώμη: cum alibi, tum cõm. in librum α. hunc enim in versum, Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ, annotat primũ hîc esse γνωμικὸν apud hunc poetam. (Sed γνωμικὸν ab alia etiam nominis γνώμη significatione sumptum, vsurpat Damascenus, quum γνωμικὸν θέλημα vocat τὸ θελητὸν, Quod constituimus, Propositum, quod διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος) Apud eundem Eustath. legitur ADVERB. Γνωμικῶς: vbi scribit, ὁ δὲ Νέστωρ, εἰπὼν ὅτι μάλα μέμνη ἐγὼν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς οὕτως εἶναι, ἐπάγει γνωμικῶς τὸ, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. Vtitur & Plut. in Homero, πάντων ποιητῶν καὶ φιλοσόφων γνωμικῶς τινα ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευσάντων. Vtrobiq; γνωμικῶς reddi potest Sẽtentiosè. Cæterùm pro illo γνωμολογῶ, verbo composito, inuenitur & simplex VERBVM Γνωματεύω. quo tamen an vsi sint veteres, mihi dubium est: apud illum quidem certè grammaticum aliquoties occurrit. vt cõm. in lib. γ, p. 388, ἔνθα καὶ γνωματεύει ὁ βασιλεὺς οὕτως, Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. id est, Sententiam eloquitur, seu loquitur, Sententiosum dictum profert. Apud eundem habetur & huius VERBALE Γνωμάτευμα, in illo ipso loco vnde attuli paulo antè vocem γνωμικόν. Postquam enim dixit, προσέτι δὲ καὶ ὅτι γνωμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ, καὶ κατὰ τὸ εἰπόντα ὑφιστάμενα γνώμη ἐστί: subiungit, ἤγουν γνωμάτευμα καθολικὸν περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος. Vbi γνωμάτευμα nihil aliud est quàm Dictum sententiosum. perinde acsi à γνωμολογέω formaretur γνωμολόγημα. Verùm sciendum est, verbũ hoc γνωματεύω aliam quoque significationem habere: nimirum Dignosco, Iudico: vt interpr. Bud. afferens ex Philostrato in vita Apollonii, lib. 2, πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι, πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τι καὶ θεωρεῖν. Inuenitur etiam apud Synesium, necnon apud Themistium. At in v. l. γνωματεύω redditur Discerno, Cõsilium capio: sine vllo exemplo, aut autore.

C. Γνωμοδοτέω, ῶ, Sententiam do, Consilium do. γνώμην δίδωμι, Suid.

C. Γνωμολογέω, ῶ, vide in Γνώμη significante sententiam, id est sententiosum dictum.

C. Γνωμοτύπος, ου, ὁ, q. d. Sententiarum excusor. Sic enim ad verbum reddi posse existimo, quum simile sit τῷ χαλκοτύπος, atque aliis huius generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In v. l. redditur Sententiarum effictor. Inuenitur apud Aristoph. hoc vocabulum: eúmque eius inuentorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem. in Ranis, Δὶς ἀνία παρθένοι ἁγναὶ Μοῦσαι, λεπτολόγους ξυνετὰς φρένας αἳ καθορᾶτε ἀνδρῶν γνωμοτύπων. Vbi scholiast. γνωμοτύπων esse vult τῶν τὰς οἰκείας γνώμας διὰ τῶν λόγων τυπούντων. vel, τῶν τύπους αὐταῖς τοῖς ὕστερον καταλιμπανόντων. vel, τῶν τὰς γνώμας ἀγάλματος τυπούντων. Apud eundem comicum in Nubibus legimus γνωμοτύπους μερίμνας: vbi scribit, Τοῖς περιδεξίοισιν λόγοισιν, καὶ φροντίσι καὶ γνωμοτύποις μερίμναις. vbi quis γνωμοτύπους interpretari fortasse possit Cum consilio excusas, seu fabricatas: vel cum prudentia. V. l. interpr. Animo impressas cogitationes. HINC EST Γνωμοτυπικὸς, οῦ, ὁ, quod in iisdem redditur Qui animo sententias imprimit, Facilè formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus autor producitur. Videtur certè γνωμοτυπικὸς esse Qualis est τῶν γνωμοτύπων. vt si dicas λόγοι γνωμοτυπικοὶ, Sermones tales quales sunt οἱ τῶν γνωμοτύπων, vel Conuenientes ἀνδράσι γνωμοτύποις, vt quidem vocat Aristoph. in loco quem modò protuli. Apud Suidam legitur ADVERB. Γνωμοτυπικῶς, & quidẽ expositũ γνωμολογικῶς, de quo dictum fuit suprà.

C. Ἀγνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Mente carens, Consilio carens, Iudicio carens, Stolidus, apud Herodotum (sicut ἀγνωμοσύνη eidem est Stoliditas) Apud Plut. Turn. interpr. Amens, in hoc loco libri De defectu orac. ἡ μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἄγνωμον καὶ ἄλογος, καὶ μηδαμῇ προσιεμένη θεὸν, Quo fit vt infinitas modis omnibus amẽs sit, & inconsiderata. Hesychius ἀγνώμονας inter cætera significare vult ἀβούλους, id est consilii expertes, & ἀναισθήτους, id est sensu carentes. Quo vsurpauit modo Æschines contra Ctesiphontẽ, ligna, lapides, ferrũ, appellans muta & ἀγνώμονα. Vt autem ἀναίσθητος etiam de homine dicitur, stolidũ & stupidum significãs: ita & ἀγνώμων apud Herodotum, vti dixi. Aliquando ἀγνώμων dicitur Imperitus rerum. in qua significatione opponitur ei πολυγνώμων apud Platonem in Symposio, πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν, ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ὄντες. Demosthenes autem ἀγνώμονα & ἄπιστον copulauit, aduersus Phil. orat. 4. Iulius Pollux τῷ ἀνεπιστήμονι (id est Imperito) proximum synonymum addit ἀγνώμων.

Ἀγνώμων, Improbus, Iniquus. vt ἀγνώμων κριτὴς, Iniquus iudex: apud Xenophontem, ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν. Dicitur autem hac in significatione non solùm de persona, sed etiam de re. vnde ἀγνώμονα ποιεῖν, cui opponitur εὐγνώμονα ποιεῖν, apud Athenæũ. Cæterùm nõ absque ratione, meo quidẽ iudicio, ἀγνώμων, quum propriè & iuxta suum etymum, mentis vel iudicii expertem hominem imperitúmque significet, pro improbo & iniquo etiam capitur. quia verè dixit ille apud comicum, Homine imperito nunquã quicquam iniustius. Idem Xenophon ἀγνώμων cum ὠμὸς (id est crudelis) coniungit, Pæd. 4, λέγεται ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων. Huic autem significationi vicina est illa qua pro ἀσύγγνωστος ponitur, id est ἀσυγγνώμων, Qui veniam non dat, & per consequens inclemens. sic autem exponitur in loco Sophoclis quem mox proferã. Idem Xen. ἀχαριστότερα & ἀγνωμονέστερα copulat, de animalibus loquens, Pæd. 8. significat autem ἀχάριστος ingratum, id est beneficii immemorem.

Ἀγνώμων, Non agnoscens debitum, Inficians debitum, vel Inficiator debiti. Pollux. vide Ἀγνωμονεῖν.

Ἀγνώμων, Qui est eiusdem sententiæ. Nam ἀγνώμονες ab Hesychio explicatur etiã σύμψηφοι. Tunc autem α intellexit (vt opinor) denotare ὁμοῦ: vt ἀγνώμων idẽ valeat quod ὁμογνώμων. Idem planè oppositã dat huic voci significationem, ἀγνώμονες exponens ἐναντιογνώμονες. id est, contrariam sententiam habentes. Quæ explicatio habetur & apud Suidam, qui eam tribuit huic Sophoclis loco, qui est ex Col. Œdipo, Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες. Sed & altera expositio coniungitur & ab illo, & ab Hesychio, & ab ipso Sophoclis scholiaste. ea est ἀσύγγνωμον: quod vocabulum modò exposui. Quomodo autem ἀγνώμονες exponendo ἐναντιογνώμονες, possit α significare ἐναντίον, alii viderint, mihi certè violenta videtur huiusmodi explicatio.

Ἀγνώμων, à γνώμων, (quæ vox inter cætera dentem ætatis indicẽ in equis significat) præfixo α priuatiuo. vnde ἀγνώμονες equi dicũtur siue λειπογνώμονες, qui dentes amiserunt ætatis indices, & per consequẽs annosi. Iul. Pollux. Suidas. Vide Γνώμων.

Ἄγνωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀγνώμων. Vsurpatur præsertim in genere neutro, & substãtiuè, pro Res iniqua & iniusta. Lucianus, ἄγνωμον γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾶν. Sic τὸ ἄγνωμον ποιεῖς, Rem iniquam facies, Præter æquum & bonum facies. Nonnunquam ἄγνωμόν ἐστι dicitur pro Stultum est. Sic & Hesychius ἄγνωμον explicat ἀσύνετον, ἀλόγιστον.

Ἀγνωμόνως, Sine cõsilio, Sine iudicio, Stultè, ἀνοήτως. Hes. & Suidas. Sed hic exponit etiã ἀχαρίστως, id est Ingratè. Pro Stultè vsurpat Demosth. Olynth. 2, εἶτα οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε &c. Sic Xen. ἑλλ. 6, δέομαι δὲ ἀγνωμόνως προαχθῆναι. Aliquando etiã Iniquè sonat: vnde ἀγνωμονέστερον, iniquius. vt, ἀγνωμονέστερον αὐτῷ προσφέρομαι, Iniquius erga eum me gero, Minus æquus sum erga illum.

Ἀγνωμόνως, Non agnoscendo debitum, Inficiando debitum. Pollux. vide Ἀγνωμονεῖν.

Ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ, q. d. Consilii carentia. Pro quo dici fortasse possit Mens consilii expers, ex Horatio. A Bud. redditur Stoliditas, in isto Herodoti loco, in Melpom. pag. 159, meæ editionis, οἱ δὲ Γέται, πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν. Item pro ἀνεπιστημοσύνη, id est imperitia, vt vult Pollux: sicut eum τῷ ἀνεπιστήμονι proximũ synonymum addere ἀγνώμων dictum est.

Ἀγνωμοσύνη, Improbitas, Iniquitas. Dem. Pro corona, πολλαχόθεν μὲν ἔστιν αὐτοῦ ἰδεῖν τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν, οὐχ ἥκιστα &c. id est improbitatem, Bud.

interprete. Apud eundem ibidem, τύχης ἀγνωμοσύνη, fortunæ iniquitas.

Ἀγνωμοσύνη, mihi videtur aliquando poni pro ipso facto quod ἐξ ἀγνωμοσύνης prouenit: vt sit Factum improbum & iniquum, aut Factum stultum, Quod stultè, sine ratione & iudicio fit. Aristid. Panathenaico, περὶ δίκης δὲ ἔπειγεν ἀγνωμοσύνην ἐν μείζονι. Vnde & ἀγνωμοσύναι plurali numero apud Plutarchum in Pericle, ἀγνωμόνως facta. quum dicit, δύναται φέρειν δῆμον ἢ συνάρχοντων ἀγνωμοσύνας. vbi fortasse Indignitates pati, vertere possimus ex Liuio. nam Indignitates pati, sonat apud eum, vt opinor, Indignè facta. Latinis autem indignè facta dicuntur nonnunquam, Præter ius & æquum, seu, Improbè & iniquè facta.

Ἀγνωμοσύνη, Inficiatio debiti. Pollux. vide paulo pòst in vltima significatione verbi Ἀγνωμονέω.

Ἀγνωμονέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα. Ignoranter & imperitè ago, Imperitè versor in re aliqua. Pollux.

Ἀγνωμονεῖν, Iniquè & improbè agere, inquit Budæus, citans hunc Plutarchi locum in Camillo, τῶν δὲ Κελτῶν περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων.

Ἀγνωμονεῖν significat etiã ἀχαριστεῖν, inquit Budæus: sed exemplum nullum proferens. Videntur autem exempla huius significationis apud Demosthenẽ esse. vt Pro corona, περὶ ὧν ἠγνωμονήκασιν εἰς ἡμᾶς. Hic cum præpositione εἰς. at cum πρὸς in alio eiusdem orationis loco, ἡνίκα οὐδ' ἀγνωμονῆσαί τι δυνάμενοι ἦν τοὺς πολλοὺς πρὸς ἐμέ. His enim in locis nullam aptiorem quàm τοῦ ἀχαριστεῖν significationem reperio.

Ἀγνωμονεῖν habet & aliam significationem, quam Bud. annotat in Gr. ling. Commentariis. ait enim Ἀγνωμονεῖν esse Fidem bonam agnoscere, Esse bonæ fidei: de debitore videlicet dictum. contrà Ἀγνωμονεῖν esse inficiatoris, quod & ἀποστερεῖν dicitur & ἀποτρίβειν. Libanius, οὐδὲ γὰρ αὖ τοῦτο ὁμολογῶν ἠγνωμόνει πρὸς τὴν ἔκτισιν. Hæc ille. Notandum est autem hic apud Libanium, ἀγνωμονεῖν absolutè non poni, vt illic apud Plutarchum Ἀγνωμονεῖν. Nec ἀγνωμονεῖν inficiari debitum significare per se, sed cum adiuncto πρὸς τὴν ἔκτισιν. vt hoc totum, ἀγνωμονεῖν πρὸς τὴν ἔκτισιν, sit Non agnoscere debitum. ad verbum, Iniquè agere circa solutionem. Videtur tamen Iul. Pollux intellexisse ἀγνωμονεῖν per se id significare. qui ἀγνωμονῆσαι, ἀποστερῆσαι, item ἀποστέρησις, ἀγνωμοσύνη coniungit, eandem significationem tribuens nomini ἀγνώμων, & aduerbio ἀγνωμόνως. Vide ἀγνωμονεῖν & ἀγνωμονεῖσθαι in significatione hinc accepta, in Cõst. Nou. Iustiniani, pag. 65 meæ editionis.

PASS. Ἀγνωμονοῦμαι, Iniqua patior, interpr. Bud. in hoc Plutar. loco in Antonio, ἰσχυρὰ μαρτύρια καὶ πρὸς αὐτὴν ἐξομολογήσεις τῆς ἀγνωμονηθείσης. Significare dicit & ἀχαριστοῦμαι.

C. Ἀντιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui contrariæ est sententiæ, seu opinionis. Vnde VERB. Ἀντιγνωμονέω, ῶ, Contrariæ sum sententiæ, Contraria sentio, Dissentio, Refragor, apud Xenoph. Illud autem nomen Ἀντιγνώμων nullius autoritate confirmatur. Ex Hesychio addere ei possumus SYNON. Ἐναντιογνώμων. Is enim Ἀγνώμονες exp. ἄβουλοι, item ἀσύγνωστοι, & ἐναντιογνώμονες. Cui opponitur apud eundem σύμψηφοι, ibidem. addit enim, ἀδιάθετοι, σύμψηφοι.

C. Ἀπογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, vide post Γνώμων, vbi & Ἀποογνώμων. Dictum autẽ fuit & Ἀγνώμων pro illo Ἀπογνώμων.

C. Αὐτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, q. d. Qui suæ est sententiæ. id est qui suam duntaxat sententiam sequitur. Bud. αὐτογνώμων vertit, Qui ex sui animi sentẽtia iudicat, vel ex sua conscientia. Affértque ex Aristot. Polit. 2, ἔτι δὲ καὶ τῶν κρίσεων εἰσὶ μεγάλων κύριοι οἱ τυχόντες· διόπερ οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. Sed quum hîc addatur verbum κρίνειν, dicere non possumus αὐτογνώμονας per se significare, Qui ex sui animi sententia iudicant. Ego αὐτογνώμονας κρίνειν satis aptè reddi posse existimem, In iudicando sententiam suam sequi, seu in ferendo iudicio. vel, In iudicando ex sua duntaxat opinione pendere. vel, Ex sua vnius sententia iudicium ferre. Subiungit autem ex eodem libro, ἢ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές.

Cui loco vna ex præcedentibus interpretationibus accommodari queat, aut certè ad exemplum alicuius earum excogitari. Hinc & VERB. Αὐτογνωμονέω, ῶ, quod ille interpr. Ex mei animi sensu & meo arbitratu, non de consilii sententia, facio, vel iudico & decerno: αὐτοβούλως διαγινώσκω. Xenophon Hellen. libro 7, in Thebanorum oratione, οὗτοι δὲ τοσοῦτον πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλήκασι τόλμῃ τε καὶ μιαρίᾳ, ὥστε παρ' αὐτοὺς τε τὰς ἀρχὰς καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς τοὺς κυρίους οὕστινας δεῖ ἀποθνήσκειν καὶ οὕστινας μή, αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα.

C. Διχογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cuius diuersa est sententia, Cuius sententia dissidet ab aliis sententia. In v. l. redditur, Ancipiti tractus sententia. Hinc VERB. Διχογνωμονέω, ῶ, Dissentio, Dissideo. B. ex Xenoph. καὶ διχογνωμονοῦντας ἐναντιοῦνται. Illa autem interpr. (sequendo interpretationem quam dant nomini Διχογνώμων) Duplici sententia distrahor, Dissentio animo.

C. Ἐναντιογνώμων, vide in Ἀντιγνώμων.

C. Εὐγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Æquus & bonus vir, Vir proba mente præditus. Est enim Ἀγνώμων (inquit Æschines) ὁ τὰ βέλτιστα προαιρούμενος. Hæc Bud. qui etiam subiungit ex Aristotele, Ethic. lib. 6, ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας, καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην. ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ. τὸν γὰρ ἐπιεικῆ, φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν, καὶ ἐπιεικὲς, τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. Quo in loco vnus ex recentioribus interpretibus vertit Ἀγνώμονας, In sententia dicenda moderatos: alter, Bene sentiẽtes. (Atq; vt obiter & NOMINIS Γνώμη vsus hicquoq; obseruetur, pro ἔχειν γνώμην hic habet Sententia præditi: ille, Sententia dicenda valere) at verò nomini ἐπιεικὴς eam interpretationem dat vnus quam Bud. voci Ἀγνώμων. itidem enim reddit æquum & bonum virum. Prior autem ille interpres vertit virum bonum & moderatum. Ego quidem certè alicubi cum Budæo verterem Ἀγνώμων Æquus & bonus vir. (quanuis & alia interpretatio posse afferri videatur, paulo aptior, de qua mox dicam) sed hoc in loco videtur ista interpretatio reseruanda fuisse nomini ἐπιεικὴς, præsertim quũ vocem illam Ἀγνώμων examinet Aristoteles subtilius, & ad ipsum etymum reuocet. Cui tamen in eo minimè assentior, quòd ex nominibus συγγνώμη & συγγνωμονικὸς probare vult quæ dicit. Neque enim eadem est alius quæ horum ratio: quum hæc verbi συγγινώσκω naturam (vt ita dicam) accipiant, ceu verbalia. Sed hoc more suo facit Aristot. vt in examinanda vi vocabulorum grammaticam analogiam parum curet. Verùm vt hoc sermone omisso, tandem & meam de interpretatione nominis Ἀγνώμων sententiam proferam, existimo Ἀγνώμων melius posse reddi Æquus rerum æstimator, Qui ex æquo & bono res æstimat. Ita enim interpretando habeo nominis etiam γνώμη hoc composito inclusi rationem: & quidem significationem ei tribuendo illam quam & Aristoteles, quum κρίσιν ὀρθὴν esse dicit. Sed à Bud. in Lex. Ἀγνώμων redditur etiam Qui fidem bonam agnoscit, item Candidus. quod tamen aliis potius vocibus Græcis exprimi puto. Xen. τοὺς Ἀγνώμονας opposuisse videtur τοῖς φιλαιτίοις, quum scripsit, χρὴ πειρᾶσθαι τοὺς τε φιλαιτίους φεύγειν καὶ τοὺς Ἀγνώμονας διώκειν. In v. l. ex Plut. in Numa, Ἀγνώμων λόγος, Haud absurda ratio. Cæterùm non tantùm de persona dicitur Ἀγνώμων, verumetiam de re. Athen. lib. 12, ὁ δὲ Ἄνυτος τῶν ἐλευθερίως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν ὡς ἀγνώμονα εἴη πεποιηκὼς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' Ἀγνώμονα. ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίση καταλέλοιπεν. (vbi videri possit deesse particula γὰρ post ἔχων. nisi quis malit καὶ γὰρ ἔχων &c. Quinetiam articulus ὃς cõmodè præfigeretur participio ἔχων) Quòd si ἀγνώμονα hic reddas Iniqua siue rem iniquam, necesse fuerit Ἀγνώμονα vicissim interpretari Æqua, siue rem æquam. Sed quomodo dicitur æquum facere qui aufert quæ sua non sunt, etiamsi dimidiam duntaxat partem auferat eorum quæ auferre potuit? In nostro autem sermone Gallico vocem habemus exprimendæ significationi huius vocis valde accõmodatam: videlicet Raison: qua vtrobique aptissimè vti possumus. Eo-

dem enim modo siquis de quopiā querens quòd abstulerit quæ sua non essent, dicat, ἀγνωμόνως πεποίηκε, *Il a faict contre droit & raison*: respōdebitur cōtrà, ab eo qui iocari volet, *Mais au contraire il s'est mis à raison, car ayant la puissance de prendre tout, il n'a pris que la moitié*. Hoc autē loquēdi genus *Se mettre à raison*, est potius Ex æquo & bono agere, quàm Æqua agere. Hinc ADVERB. Εὐγνωμόνως, Ita vt æquus rerum sis æstimator, Ita vt æquum & bonum virū te præbeas, Ita vt ex æquo & bono agas. Has enim periphrases ad bene exprimendam vim huius adverbii necessarias esse puto. Redditur alioqui & aliis modis. Nā Bud. bona fide aliquid facere, ait esse εὐγνωμόνως πράττειν καὶ ὁσίως. Idemque in Lex. ἀγνωμονέστερον vertit Modestius: in isto Luciani loco, ἐπεὶ δὲ οὐδὲν εἶχον ἀληθὲς ἱστορεῖν, ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην, πολὺ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερον. κἂν ἓν γάρ τι ἀληθεύσω λέγων, ὅτι ψεύδομαι. Multo modestius quam alii. nam hoc saltem verè dico, quòd mentior. Is certè εὐγνωμονέστερον quàm alii facit aliquid, qui *se desraisonne moins*. (sicut paulo antè ostendi vocabulum *raison* interpretationi nominis εὐγνώμων optimè conuenire) At Modestius non video quomodo exprimendæ huic rei aptum esse possit: censerémq; potius eum εὐγνωμονέστερον facere aliquid à Græcis dici quem Latini dicerent maiorem rationem habere eius quod ius & æquum postulat. Atque hæc à me lector habeat, dum meliora aut à meipso aut ab alio proferantur. Aliam apud Lucianum significationem habet istud adverb. vbi dicit φέρειν εὐγνωμόνως. Tale enim esse videtur quale Latinis Æquo animo ferre. Locus est in dialogo Alex. Annib. & Scipionis, καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέχων, καὶ κατάδικα ὢν ἐς ξένην εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. Dicam autē de hac significatione & in verbo Εὐγνωμονεῖν. Nunc de NOMINE Εὐγνωμοσύνη. quod est Æquitas animi & probitas, Bona mens. Itē, Virtus ea quæ beneficium & fidem bonam agnoscit, vt Bud. reddit. Quidam interpr. etiā Æquanimitas, & Candor. (Vtitur Æschines in Ctesiphontem) AC VERBVM Εὐγνωμονῶ idem interpr. Fidem bonam agnosco: hoc in loco Plutar. in Consol. ad Apoll. οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται (καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις) ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάν περ εὐγνωμονῶσι, Siquidem fidem bonam agnoscant, Si sint bonæ fidei debitores. (Ego εὐγνωμονεῖν esse puto aut idem aut proximum ei quod Latini dicunt Ex æquo & bono agere: licet in illo Plutar. loco interpretationem illam non improbem. Inuenitur autem apud eundem scriptorem in lib. De Socr. dæmonio, οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν ἄνευ σιδήρου καὶ πυρὸς ὑπισχνούμενον τὸ νόσημα παύσειν, ἀγνωμονοίης ἄν, οἶμαι, τέμνειν ἢ ἀποκαίειν βιαζόμενος. vbi οὐδὲ γὰρ ἀγνωμονοίης putem reddi posse, Haud æquum facias, vel faceres: aut etiam, rem minimè rationi consentaneā. Sensus enim hic est illius loci, Neque enim æquum faceres, opinor, si medicum qui absque ferro & igni sanaturum se morbum polliceretur, secare aut vrere cogeres) Idem interpr. etiam Æquo animo esse, necnon Tolerare: sed exemplum nullum affert. Posset alioqui referri hæc significatio ad illud εὐγνωμόνως φέρειν, de quo paulo antè dictum est: aut certè illud huc referri.

Εὔγνωμον autem in neutro genere, (sicut ἄγνωμον habuisti suprà) Plut. De def. orac. ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν περὶ μὴ παρόντας, οὐκ εὔγνωμον φαίνεται. quæ Turn. vertit, Sed in absentes declamare, animi fortasse non ingenui nec æqui esse videatur.

C. Ἰδιογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui sibi propriam & peculiarem sententiam habet. Bud. quum de hoc composito nihil aliud dixisset, quàm esse fere idem quod αὐτογνώμων, aliquanto pòst apud Aristot. ἰδιογνώμονες vertit, Qui ex suo arbitratu priuatóque sensu statuunt. Locus autem est hic, Ethic. 7, cap. 9, εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες, οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι. Vbi ἰδιογνώμονες vnus ex recentioribus interpret. vertit, Qui præcipuas quasdam sibi sententias in animū induxerunt: alter, Qui suas quasdam habent sibi opiniones ac sententias. Quæ interpretatio magis mihi placet quàm altera, propter vocem præcipuas: quippe quæ nominis illius significationem restringere videatur. Vide compos. Ἰσχυρογνώμων quod proximè sequitur.

C. Ἰσχυρογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Obfirmatus in sua sententia, siue pertinax. Bud. tamen propositum dicere maluit quàm sententiam: interpretans, Peruicax, tenáxque propositi. Sed in loco Aristot. ἰσχυρογνώμονες reddit simpliciter Peruicaces. Quidam interpr. Pertinaces. Dixerat autem Aristot. paulo ante locum in Ἰδιογνώμων allatum, εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ, οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, ὡς δύσπειστοι καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι.

HINC EST Ἰσχυρογνωμοσύνη, Pertinacia seu peruicacia in sua sententia. A Bud. redditur Propositum tenax & validum. nam hæc Iosephi, παρέχεται δὲ καὶ τεκμήρια τῆς τῶν Ἰουδαίων ἰσχυρογνωμοσύνης τῆς περὶ τὸν νόμον Ἑκαταῖος, vertit, Propositi tenacis & validi circa legem obseruandam.

C. Λεπτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cuius subtilis est sententia. In v. l. Subtilis, Acer, Argutus. Puto extare hoc compositum apud Aristoph.

C. Μαλακογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui molli est mente seu animo, id est miti. Vtitur Æschylus, & quidem in Prom. si bene memini.

C. Μεγαλογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui magno est animo, Qui animo seu mente res magnas cōcipit. Redditur etiam Qui est animo excelso. In v. l. ex Xen. in fine Œcon. affertur μεγαλογνώμονες ἄρχοντες, de iis qui ingeniosi & prudentes sunt. Sed non satis attentè considerata fuerunt illius verba: qui quum dixisset, ἀλλ' οἱ ἂν [ἄρχοντες] δύνωνται ἐμποιῆσαι τοῖς στρατιώταις ἀκολουθητικοὺς εἶναι καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ παντὸς κινδύνου, τούτους δὴ δικαίως ἄν τις καλοίη μεγαλογνώμονας: subiunxit, paucis interiectis, καὶ μέγας τῷ ὄντι οὗτος ἀνὴρ ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ. Nam hic μέγας ponitur pro illo μεγαλογνώμων: ad vitandam enim huius compositi μεγαλογνώμων repetitionem, hoc simplici vtitur. Id autem ex eo apparet quòd dicat μεγάλα τῇ γνώμῃ διαπράξασθαι. Nisi fortè quis dicere malit quem μεγαλογνώμονα vocasset, voluisse vocare absolutè μέγαν, perinde ac si diceret, eū demū esse μέγαν qui esset μεγαλογνώμων. Verùm vtrolibet modo se res habeat, μεγαλογνώμονα non poterimus dicere vocari ab illo eum simpliciter qui sit ingeniosus & prudens, sed qui ingenio suo seu prudentia ad res magnas gerendas vtatur: si tamē γνώμην ita hic interpretari debemus.

Μεγαλογνώμων, Qui grandibus sententiis vtitur. vtquidem interpretatur Budæus, afferens Philostrati locum in epistola ad Iuliam Augustam (hæc enim reponenda pro Iulium Augustum) vbi de Gorgia loquens, scribit, Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοεῖται τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρὺν παρ' αὐτοῦ κεκτημένοι, μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν, ὑπ' εὐγλωττίας, ὁ δὲ αὖ, ὑπὸ ῥώμης. Verùm hoc exemplum non vsquequaque conuenit: quum non dicatur hîc à Philostrato aliquis μεγαλογνώμων, sed substantiuè τὸ μεγαλόγνωμον, pro ἡ μεγαλογνωμοσύνη, id est Granditas sententiarum. vt Cic. dixit granditatem verborum. Obseruandus est porro iste vsus nominis γνώμη in hoc composito, qui haud facilè in aliis reperiatur.

Μεγαλογνωμοσύνη, ης, ἡ, Magnitudo animi, Magnus animus. Aut certè, Animus magna cogitans, siue gerendis rebus magnis deditus: respiciendo ad ea quæ Xenophō de voce μεγαλογνώμων tradit. Alioqui eadem prorsus interpretatio videri possit huic nomini μεγαλογνωμοσύνη conuenire quæ & τῷ μεγαλόνοια: sicut τῷ μεγαλογνώμων eadem quæ τῷ μεγαλόνους.

C. Ὁμογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui eiusdem est sententiæ. Vnde VERB. Ὁμογνωμονῶ, ῶ, Eiusdem sum sententiæ, Idem sentio, Consentio, Assentior. Nec dicitur solùm ὁμογνωμονῶ σοι, sed interdum & cum accusatiuo: vt ὁμογνωμονῶ σοι καὶ τοῦτο apud Xenoph. Hoc quoque tibi assentior: vel potius, de hoc quoque. Alioqui dicitur etiam ὁμογνωμονῶ σοι περὶ τούτου. vt legimus apud Aristot. Ethic. lib. 9, οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασιν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων. οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν. (vbi obiter obserua etiam, licet VERB. Ὁμονοεῖν interdum ponatur pro ὁμογνωμονεῖν, vt hic,

περὶ τούτων ὁμονοεῖν: propriè tamen latius patere: vt patet A
etiam ex proxime sequentibus, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι, τὰ κοινῇ δόξαντα. At verò ὁμογνωμονεῖν ἑαυτῷ dicitur aliquis ab eodem pro Constare sibi: cui opponitur is qui secum dissidet ipse, vt loquitur Flaccus. id est ἑαυτῷ διαφέρεται. Cic. quoque dicit A seipso dissidere, secúmque discordare. Locus Aristot. est Ethic. 9, ἔοικε γὰρ (καθάπερ εἴρηται) μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. B

C. Πολυγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui est multi consilii. Hoc enim significare videtur γνώμη in hoc composito, potius quam id quod in præcedentibus. Vulgo tamen ex Platone affertur, tanquam pro multum perito seu multarum rerum perito: quippe qui ei opponat ἀγνώμονα pro imperito. Tunc certè γνώμη alium vsum habebit quàm in vllo præcedentium: vel aliam huius compositi quàm illorum esse formationem dicendum erit. Platonis autem locus est hic in Symposio, πολυήκοοι γάρ σοι γενόμενοι ἄνευ διδαχῆς, πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν, ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ὄντες, καὶ χαλεποὶ ξυνεῖναι, δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν. C

Γνωμίδιον, ου, τό, Sententiola: vt vertit Bud. in hoc Equitum Aristoph. loco, Ἦν γὰρ μαθεῖν δεῖ, ταῦτα τὰ κατὰ πόλιν Βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοιδίων. Redditur etiam Ranuncula, afferturque & ex aliis eiusdem comici locis.

Γνώμων, ονος, ὁ vel ἡ, Cognitor, seu Cognitrix, Index. Xen. Apomn. lib. 1, πῶς δ' ἂν αἰσθάνοιο ἢ γλυκέων ἢ δριμέων, εἰ μὴ γλῶττα τούτων γνώμων ἐνειργάσθη; Vbi non verear reddere D
etiam Diiudicatrix, aut Exploratrix. Itidémque apud Plut. in lib. De prud. anim. ἀλώπεκα ποιοῦνται γνώμονα τοῦ τὸ πάγου στερρότητος, verterim γνώμονα, exploratorem. Quibus in locis γνώμων genitiuum additum habet: sed affertur & γνώμων sine hac adiectione, ex Sophocle, pro συνετὸς, id est Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνώμονες, quasi accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, vt ann. Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, in hoc Lysiæ loco, pag. 109, γνώμονας πέμποντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. E

Γνώμων, (interdum addito genitiuo ὡρολογίου, vt in hoc Plutarchi loco, in Plat. quæst. καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες, οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα χρόνου καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ) Stylus horas indicans, Solis vmbilicus, cuius vmbra internoscuntur horæ: quem Latini Græco nomine gnomonem vocant. Ita v. l. ex Plinio, scribente lib. 2, Solis itaque vmbilici (quem gnomonē appellant) vmbra in Ægypto &c. In iisdem exponitur etiam, Veruculum quod stans in medio amussio collocatur ad vmbras indagandas. Vnde & σκιαθήρας dicitur. Vitruu. lib. 1, cap. 6, Collocetur æneus gnomon, indagator vmbræ, qui Græcè σκιαθήρας dicitur. Huius antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis vmbra, & puncto signanda. Deinde &c. Additur ex eodem, γνώμονα esse etiam totam illam machinulam qua vtimur in designandis & metandis vrbium viis, ad auertendam eis vim ventorum molestam. eiusque fieri mentionem & à Plinio, lib. 18, cap. 34. Est verò & Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. Γνώμων (inquit Bud.) rectè redditum est Norma à Laurētio apud Herodotum. Est enim norma Latinè (quemadmodū Græcè γνώμων) pars & geometrici & architectonici instrumenti: qua norma vt recti anguli à geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, id est rectis angulis exactæ, ab architectis & fabris deprehenduntur. Vulgo quadra vocatur, id est *squierra*: vt κανὼν id quod regula Latinè dicitur. Luc. ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem & gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. Item, ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῆς τοιούτων. F

Γνώμων, Dens pullinus, quòd sit ætatis in iumentis index. ὁ ἀποπίπτων ὀδοὺς, τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστής, inquit Pollux. Frequentius tamen plur. num. γνώμονες, quod & apud Xenoph. extat, de equis. Hinc ἀγνώμονες & λειπογνώμονες equi dicuntur annosi, aut certe nō amplius iuuenes, vtpote qui γνώμονας amiserint. Quibus opponuntur ἄβολοι, qui eos nondum amiserunt. q. d. qui eos non eiecerunt. Sed equus dicitur quidem Ἀγνώμων (de qua significatione huius vocabuli simulque de cæteris quas à nomine γνώμη accipit, dictum & suprà fuit) quasi Non habens gnomones, Carens dentibus qui gnomones appellantur: AT VERO Λειπογνώμων sonat q. d. Quē deficiunt gnomones, Destitutus dentibus qui gnomones dicūtur. Ita enim malo quàm, Qui reliquit gnomones. Vtrunq; autē apud Pollucē legitur coniungentem, πολιὸν ἵππον, & γηραλέος & ἀγνώμονες, λειπογνώμονες. Sed Germanica editio habet γηραλέοι, ἀγνώμων, λειπογνώμονες, sine ι. errore fortasse nato ex quadam notula, quæ quum nihil aliud valeat quàm ι, existimata fuit valere ες. Vtut sit, errorem illum sequentia, vel potius ex eo occasionem alius sumentia vulg. lex annotant in voce Λειπογνώμων, dentes illos de quibus dictum est, γνώμονες plurali numero dici. Atque vt ad Pollucem redeā, idem λειπογνώμονα vsurpari vult & περὶ ὀρνίθος. Ita enim scribit, τὸ δὲ ἐπὶ ὄρνιθος, ὅπερ αὖ ἀμνὸν, ἢ ὄρνιον, εἴτε εἴποις ὄρνιον (ὃς καὶ ὁ ὄρνιθα περὶ ποιητῆς) εἴτε λειπογνώμονα. His porro compositis est addendum COMPOS. Ἀπογνώμων, eiusdem significationis, sed mihi sanè suspectum. Quum enim apud Suidam in Ἀβολήτωρ legamus, καὶ ἀπογνώμονας, ὅτι ἀπογηρασκόντας, & his verbis subiungatur, οἷς ἐκλοίπει τὸ γνωρίσματα suspicor enim λειπογνώμονας non ἀπογνώμονας scriptum reliquisse. vel (quod mihi magis fit verisimile) cum post ἀπογνώμονας addidisse λειπογνώμονας dicendum est. De hoc certè cōposito ne dubitemus facit Hesychius, (præterquam quòd præpositio ἀπὸ in nonnullis aliis nominibus officio α στερητικοῦ fungitur) apud quem legitur, ἀπογνώμων, ἀποβεβληκὼς πάντας τοὺς ὀδόντας, καὶ μὴ ἔχων ἔτι οὐ γνωστήν.

Γνωμονικὸς, οῦ, ὁ, Peritus, Sciens, Doctus, vt reddit Bud. afferens ex Xenoph. Apomnem. lib. 4, ἀλλὰ μὴν ἄρχειν γε βούλει γενέσθαι, γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο δεῖ. Videtur alioqui γνωμονικὸς aliam potius ἀπὸ τῶν γνώμονος significationem accipere: velut quum idem in Annot. γνωμονικὴν esse scribit partem astrologiæ quæ solariorum discriminatis vmbris horas gnomone pernotat. (Afferuntur enim ista ex eius Annot. vbi alioqui & hæc verba inuenio, Gnomon pro vmbilico solis: à quo ars γνωμονικὴ dicta, quæ solariorum rationem perquirit. Et aliquot paginis antè, Solarium autem præter alia significata, locum significat in quo horæ ad solem denotantur, veruto vmbram faciente, vel pinnula. cuius rei inuentionem & rationem γνωμονικοὶ profitentur) Vitr. autem lib. 1, cap. 3, architecturæ partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ (inquit) sunt tres, ædificatio, gnomonice, machinatio.

C. ἈΝΑγινώσκω, Agnosco. ἀναγνωρίζω. Aristoph. in Ranis, οὐδέπω σου μα προσέσχηκας, ὅτι καθορῶ τινας εἶχες, ἀναγιγνώσκω σ' ἔτι; Latini particula Re compositis verbis addi solita secus vtuntur in verbo Recognosco: (quum alioqui in multis hæc Græcæ præpositioni respondeat) nostri autem Galli in illo ipso verbo hunc vsum ei particulæ tribuunt, quum dicunt *Recognoistre* pro Agnoscere.

Ἀναγινώσκω pro διαγινώσκω, Dignosco, Internosco. Cuius significationis (quam rarissimam alioqui existimo) exemplum extat apud Herodianum, lib. 7, αἱ τε ῥάβδοι ἐλαφηφόρων. ὅσπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ ἀναγινώσκειν βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν.

Ἀναγινώσκω, pro simplici γινώσκω. vt in hoc hemistichio Il. 1, — μάλιστα δὲ καὶ αὐτὸς ἀνέγνω. pro ἔγνω, inquit Eustathius: vel ἀνέγνω, ἐπεμέλησεν δηλαδὴ τὸ καλοῦ. καὶ ἑτέρως δὲ &c.

Ἀναγινώσκω, Suadeo, item Persuadeo. Sed hunc verbi istius vsum Ionicum esse puto, vtpote quem apud Herodotum frequenter repererim, apud cæteros scriptores legere me non meminerim. (licet ex Antiphonte quoque & Isæo afferatur, vt paulo pòst docebo) Eustathius quoque Ionibus adscribendum putauit, quippe qui hæc tradiderit, τὸ δὲ ἀναγινώσκειν μὲν καὶ ὅτι πείθειν λέγουσι,

Digitized by Google

πλέοντι, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ, Ἀναγινώσκεις βασιλέα στρατεύεσθαι ἐπὶ αἰαπείθης. Habes autem hunc locum pag. 146 meæ editionis: cui præfixa sunt cum de aliis Ionicis vocabulis, tum de isto quædam, quæ vide. Hoc certè constat, quemadmodum πείθω est vel simpliciter Suadeo, vel Persuadeo, ita etiam ἀναγινώσκω vtrunque vsum habere. Nam in loco illo, ἀναγινώσκεις βασιλέα στρατεύεσθαι, est potius Suades. tum enim suadebat quod postea tandem persuasit. At pag. 172. circa finem, ἐδέξαντο δὲ σφέας ἐπὶ παραιτησάμενοι Λίβυες ὡς ἀμείνονα χώρην ἄξουσι, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν, non est simpliciter Suaserunt, sed Persuaserunt. Eodemque modo, quum dicit ἀνέγνωσε Πυθίην λέγειν, est Persuasit, non simpliciter Suasit. Vbi redditur etiam, Pythiam corrupit ad dicendum. Sed si verbo hoc vti vellem, dicerem potius, Pythiam corrumpens, ei persuasit. Itidem ἀναγνωσθεὶς χρήμασι redditur apud eundem, Corruptus pecuniis. Sed & Hesych. ἀναγνῶναι exp. ἀναπεῖσαι. Suidas itidem, postquam ἀναγνώσεις exposuit ἀναγνώσεις, necnon ἀνάπεισις, addit, καὶ ἀναγινώσκειν παρὰ ῥήτορσι, ὅτι τὸ ἀναπείθειν. Sed ratio quam subiungit, planè aliena est, meo quidem iudicio. Addit enim, ὁ γὰρ ἀναγινώσκων, τὸ γνῶναι διεξελθὼν. Illud quoque non probo, vsum hunc verbi ἀναγινώσκειν, oratorium esse dici. Quamuis enim Harpocration scribat, (nam eò respexisse Suidam suspicor) Ἀναγνωσθέντες, ἀντὶ τοῦ ἀναπεισθέντες, Ἀντιφῶν, Ἰσαῖος, Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, non ob duos oratores istos (si verum est eos ita esse vsos) oratorius debet censeri hic verbi istius vsus: sed potius ex Ionicæ linguæ consuetudine mutuatos eum esse dixerim: sicut γυμνάζειν, quod Ionum proprium est, ab iis quoq; qui Attica lingua vterentur, vsurpatum fuisse constat. Sed multo magis mirum videri possit quod apud Erotianum pariter & Galenum legitur: nimirum ἀναγνῶναι esse μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι, apud Hippocratem. Quum enim hunc scriptorem eadem qua Herodotum lingua vti sciamus, qui fieri dicemus vt alium & quidem tam diuersum vsum huic verbo, vel potius præpositioni hoc in verbo tribuat? Neque tamen video quid aliud statui hac de re possit (si quidem Erotiano & Galeno fidem derogandam non esse censeamus) quàm verbum γινώσκειν hoc in composito esse quidem itidem πείθειν apud vtrunque: sed in præpositione eos variare, quum vni quidem præpositio ἀνὰ velut superuacanea sit, eodem modo quo ἀναπείθειν non aliud est quàm πείθειν: alteri autem ἀνὰ in hoc cōposito idem significet quod μετὰ in μεταπείθειν.

Ἀναγινώσκω, Lego. (ea significatione qua dicitur legere librum) Xen. in Symp. τί, τὸ ὅτι τὸ ἔργον ἅμα εὐδοκιμοῦντι χαίρειν τὸ δ' ἀναγινώσκειν, θαῦμα οὐδὲ ἴσως τι ὅτι.

Ἀναγινώσκομαι, Agnoscor, sequendo vsum illum quem habet ἀναγινώσκω apud Aristophanem. Eam autem significationem sequendo quam obtinet in illo Herodiani loco, esset Dignoscor, Internoscor. ‖Item Persuadeor. vnde ἀναγνωσθέντες exponit Suidas ἀναπεισθέντες, vt dictum modò fuit. Sic etiam participium ἀναγνωσθεὶς vsurpatur hoc in loco, qui citatur à Suida. (est autem Herodoti, si bene memini) ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐχ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρί. Sunt qui ἀναγνωσθεὶς χρήμασι vertant Corruptus pecunia: vt & ἀναγνώσειν corrumpere interpretantur: de qua interpretatione paulo antè dictum à me fuit.

‖Ἀναγινώσκεσθαι etiam dicuntur quæ sunt scripta, id est legi. Plut. in Public. ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα, Literæ fuerunt lectæ. non (vt in v. l. habetur) apertæ sunt.

Ἀναγνωστέον, aduerb. positionis, Legendū est, Legere oportet. vnde Ἀναγνωστέος, veluti gerūdiuum apud Latinos, Legendus. Athen. l. 11, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον.

Ἀνάγνωσμα, ατος, τὸ, Agnotio, ἀναγνώρισις. item Lectio, id est Quod legitur. sicut ἄκουσμα, Auditio, id est Quod auditur. Synesius, οὐδὲν αὐτοῖς ἦδιον ἀνάγνωσμα ἢ τὸ Παλαμήδους γράμματα. A Budæo ἀνάγνωσμα exponitur Lectio, item Recitatio, ex Basilio.

Ἀνάγνωσις, Agnotio. ‖Item Lectio, id est Ipsa legendi actio. Plut. De præc. san. ὅταν γὰρ ἀνάγνωσις πρὸς γυμνάσιον ᾖ, ... πρὸς διάλεξιν ἀνάγνωσις. ‖Item Persuasio. ἀνάπεισις, vt Suidas ex Herodoto.

A Ἀναγνώστης, ου, ὁ, Lector. Cuius est munus legere alicui scriptum quodlibet. vt ὁ ἀναγνώστης τὸ Καλλισθένους, apud Plutarchum in Alexandro. Cicero vocem Græcam tanquam Latinam vsurpauit, scribens ad Atticum 1, Puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Reperitur etiam scriptum ἀναγνώστης accentu in vltima, sed malé. Hinc Vocab. Φιλαναγνώστης, Cupidus legendi, seu Studiosus legendi. Itidemq; Verbum Φιλαναγνωστεῖν, Cupidum esse legendi, Libenter lectitare, ex Diodoro Siculo.

B Ἀναγνωστικός, ἡ, ὁν, Ad legendum aptus, vt quidem exponitur in vulg. lex. Ibidem est etiam Nomen Ἀναγνωστήριον, quod interpr. Lectorium, quæ vox minimè Latina est. Videtur autem nomen illud locum in quo legitur significare.

c.2 Μεταγινώσκω, De sententia deduco. Vnde pass. Μεταγινώσκομαι: ex quo μεταγνωσθῇ apud Sophoclem, de quo multa infrà in verbo Μεταγινώσκω: quoniam ibi μεταγνωσθῇ etiam legitur.

c.2 Παραναγινώσκω, q.d. Iuxtà lego. Aut, Ex aduerso & altrinsecus lego. vt apud Demosthenem, quum duæ leges à duobus leguntur, vt fiat contentio legum & περιεξετασμός. veluti in oratione aduersus Timocratem, καὶ νόμον εἰσήνεγκεν ἅπασιν ἐναντίον, ὡς ὅπως εἴπω, ὃν παραναγνώσεται, οὐ λύσας, οὐ δοὺς αἴτιον, οὐκ ἄλλο ποιήσας οὐδὲν τῶν προσηκόντων. Alibi, παραναγίνωσκε, Lege alteram legem vicissim. Æschines, ὑπομνήσατ' αὐτὸν τὸ ψήφισμα λαβόντα, καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι παραναγνῶναι.

C. ἈΠΟγινώσκω, Non agnosco, Abnuo, οὐκ ἀποδέχομαι, οὐ προσίεμαι. Synes. κατὰ δὲ Δελφικὸν γράμμα ἐμαυτὸν ἐγνωκὼς, καταγινώσκω πενίαν τῆς φύσεως, καὶ ἀπογινώσκω εἰς ἥρωας οἰκειότητα, id est, Naturam humanam ipse damno inopiæ, nec istam agnosco heroicam cognationem. Quod ideo dicit quia cum Proteo comparatus fuerat. Hæc Bud. Videtur autē sic accipi ἀπογινώσκω & in hoc Plut. loco, vbi eandem quoque habet constructionem: in Romulo, ἀπογνῶναι τῆς θειότητος τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ. Sed & cum genitiuo iungitur pro οὐ προσίεμαι, seu ἀποδοκιμάζω, Improbo: vt docet idem Bud. hunc locum Synesii citans, ex epistola ad Troilū, ὥστε νῦν ὅ τις ἀπογινώσκεται προσήκει τῶν ὁμολογουμένων τοῖς νόμοις, i. Iam primùm isti ab hac sorte reiiciendi. Suidas quoque ait ἀπογνώσεις genitiuo iūgi apud Demosth. pro ἀποδοκιμάσαι. Est autē ἀποδοκιμάζω, Repudio, Reiicio. Eandem signific. habere quidā volunt & in hoc eiusdē Demosth. loco aduersus Androtionē, ἐὰν μὲν ἀπογνῶτε τὴν γραφὴν ταύτην. vt sit pro Si accusationem hanc reieceritis, rationibus videlicet.

Ἀπογινώσκω, pro ἔγνωκα τὸ μὴ ποιεῖν, hoc est, Statui vel statuo hoc non esse faciendū. Plut. Ουεντίδιος δὲ Πάρθους μὲν ἀπέγνω προσωτέρω διώκειν, φθόνῳ Ἀντωνίου δείσας. Hæc Bud. Sic autē cum infin. ponitur & eadē, vt opinor, signif. verbum ἀπογινώσκω, in hoc loco Demosth. ἀπέγνω βοηθεῖν, Censuit nō esse ferendū auxiliū. & in hoc Plut. in Theseo, ἀπέγνω πλεῖν. i. Statuit non esse nauigādum. Quod vulgò exp. Nauigare se pernegauit. Inuenitur itidem cum infin. pro Despero, vt paulo pòst dicetur.

Ἀπογινώσκω, Absoluo. Bud. postquam citauit illum Plutarchi locum vbi ἀπέγνω ponitur pro Statuit non facere, vel non esse faciendum: subiungit, Simile est ἀπογνῶναι pro Absoluere, hoc est Iudicare non esse crimen perpetratum. Demosthenes aduersus Androtionem, ἐὰν μὲν ἀπογνῶτε, ὅτι τοὺς λέγειν τὸ βουλευτήριον ἔγραψε. Quo sensu ἀπογινώσκω & καταγινώσκω inter se opponuntur. Æsch. aduersus Ctesiphontem, μήτε ἀπογνῶναι μηδὲν, μήτε καταγνῶναι, πρὶν ἀκοῦσαι. Sic apud Demosthenem iudices ἀπογνώσεις & καταγνώσεις inter se opponuntur: item ἀπογινώσκουσαι ψυχαὶ, & καταγινώσκουσαι.

H Cæterùm varia est huius verbi in hac significatione constructio. iungitur enim & accusatiuo & genitiuo: interdum vtrique simul. Demosthenes, καὶ τοὺς βουλομένους ἀδικεῖν οὐ καλῶς ἔχει ἀπογινώσκειν τὴν ὑπόθεσιν. quem locū affert Budæus, vbi agit de ἀποδιαιτῶ & καταδιαιτῶ quibus iungit ἀπογινώσκω & καταγινώσκω. Videtur tamen eadem forma dictum ἀπογινώσκειν τὴν ὑπόθεσιν qua ἀπογνῶτε τὴν γραφὴν in loco eiusdem paulo antè citato. vt vtrobique significet Absoluere ab accusatio-

ne, vel reiicere accusationem. Cæterùm in his exemplis est ἀπογινώσκειν iunctum accusatiuo rei: at quum dicitur ἀπογινώσκειν τινὰ τοῦ ἐγκλήματος, (id est Absoluere aliquem à crimine) iungitur accusatiuo quidem personæ, genitiuo autem rei. (Cui tamen cõstructioni planè contraria est ista verbi synonymi ἀποδιαιτᾶν, apud Demosthenem, εἴ φασιν ἀδίκως ἀποδιαιτῆσαί μου τὰς δίκας τὸν διαιτητὴν, id est, Absoluisse me controuersiis) Certè Iulius Pollux genitiuo personæ iungit, in hac significatione, libro 8, vbi ait ἐπὶ τοῦ κρινομένου νικῶντος hæc dici, ἀπέφυγεν, ἀφείθη, ἀπέγνω αὐτοῦ τὸ δικαστήριον, ἀπεψηφίσαντο, ἀφεῖσαν. Sic apud Gregorium, ἵνα σὺ μάθῃς σαυτοῦ ῥᾳδίως μὴ ἀπογινώσκειν. Lysias autem dixit ἀπογινώσκειν τινὸς μὴ ἀδικεῖν, pro ἀπογινώσκειν τινὸς τὸ ἀδίκημα. vbi scribit, ἐμοῦ τοίνυν οἱ νόμοι ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν. id est, Absoluãt me leges hoc crimine, & insontem iudicant, vt vertit Budæus.

Ἀπογινώσκω, Renuntio, Valere iubeo, Salutem vltimam dico. Synesius, ἀπεσπασμένῳ γὰρ τὴν ἱερωσύνην ἀπογνωστέον ἐστὶ καὶ τῆς πατρίδος. Sic & in tabula Cebetis Thebani, ἀπογινώσκειν τῆς ψευδοπαιδείας. Est autem hæc significatio affinis ei qua pro Reiicio seu Repudio vsurpatur. nam valedicimus iis quæ reiicimus.

Ἀπογινώσκω, Despero. quæ significatio omnium frequentissima est. Constructiones autem habet in ea diuersas, sed præcipuè cum genitiuo construitur. Demosthenes, ἀπεγνώκατε ἑαυτῶν. Nazianzenus, ἀπογινώσκω ἐμαυτοῦ, Despero de meipso. Plutarch. in Fabio, πρότερον εἰς τὴν οὐχ ἑκὼν ἄρας ἀναρρίψει τὸν στρατὸν, ὡς γῆς ἀπεγνωκώς. Idem in Alcibiade, φοβούμενος δὲ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ παντάπασι τῆς πατρίδος ἀπεγνωκώς. Synesius, πείθειν ἀπεγνωκότες ἀναδεῖν ἤδη προσηγμένον, Quum desperaremus ei posse persuadere. Diodorus Siculus de Alexandro loquens, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν ἀπέγνω. Interdum cum futuro infinitiui, præcedente τοῦ, vt in hoc Xenophontis loco, ἀναβάσ. 1, ἔδοξε καὶ Κύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπεγνωκέναι τοῦ μαχεῖσθαι. Nonnunquam & sine genitiuo τοῦ iungitur infinitiuo. vt apud Plutarchum, ἀπεγίνωσκεν ἐκβιάζεσθαι τοὺς πολεμίους, Desperabat fieri posse vt &c. Simile est ἀπογινώσκω ἀκούσεσθαι, Despero futurũ vt audiã. Affertur verò ex Aristide præfixa particula μὴ, hoc loco, ἀπέγνω μὴ διαβαίνειν, pro Desperauit de transitu, vel de transeundo. Nisi fortè interpretandum sit potius, Statuit non esse transeundũ. Lysias quidem certè iunxit & ipse infinitiuo, præfixa hac particula, sed alio sensu quum dixit, ἐμοῦ τοίνυν οἱ νόμοι ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν. quem locum exposui quum agerem de ἀπογινώσκω significante Absoluo. Porro ἀπογινώσκω declarans Despero, iungitur etiam accusatiuo. Aristoteles Ethic. lib. 3, cap. 6, οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσιν. Plutarchus in Fabio, τὴν πόλιν οὐκ ἀπέγνω μετὰ δυστυχίας τηλικαύτην. Idem in Publicola, ἐκ προσδοκίας ἀπογνοὺς τῆς ἀρχῆς ἀνάληψιν, Quum desperare cœpisset de recuperãdo imperio. Vulgò tamen exponitur, Frustratus spe recuperandi imperii. Demosthenes autem dixit ἀπογινώσκω σε, paulo alio sensu, videlicet pro Spem nullam in te habeo. nam in epistola περὶ τῆς ἰδίας καθόδου ita scribit, οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς, οὐδ' ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ, μετέστην. Plutarchus ἀπεγνωκότας vocauit sine adiunctione, homines quos vocamus *desesperez*: quod sonat desperatos. id est, quos desperatio ad perditã quãdam audaciã impellit: in Alexandro, ὁκνεῖ συμβαλεῖν κινδυνεύειν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπεγνωκότας καὶ μαχίμους συμπλεκόμενος.

PASS. Ἀπογινώσκομαι Desperor: si vti liceret pro Desperatur de me. Plut. in Galba, τὰ Νέρωνος ἀπέγνωστο παντάπασι, Res Neronis prorsus desperatæ erant. i. in desperationem adductæ. Vsurpatur frequenter participium præteriti temporis. vt quum ægrotus dicitur ἀπεγνωσμένος, Desperatus, Conclamatus, Deploratus, apud Lucianum. Et ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος, Plutarcho in Pericle, A medicis desperatus. Id est, De cuius salute medici spem omnem abiecerunt. Inuenitur etiam ἀπεγνωσμένη πρᾶξις pro desperato incepto. id est, vecordi ac præcipiti, seu vesano. vt docet Budæus, citans hunc locum Herodiani, μὴ προχωρούσης γὰρ τῆς κακοθελούσης ἐπιβουλῆς, ἀναιρεθείης ἐγνώκει τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ ἀπεγνωσμένην. Gallicè diceremus, *Vn acte d'un homme desesperé*. Huc pertinet suprà, ἄνθρωποι ἀπεγνωκότες *gens desesperez*.

Ἀπεγνωκότως, Aduerb. Desperatè, Per desperationem. ἀπεγνωκότως ἔχειν, In desperationem adductum esse, Spem omnem abiicere, Nihil spei reliquum habere, Animũ despondere.

Ἀπόγνωσις, εως, ἡ, Desperatio. ἐν ἀπογνώσει γενόμενοι, In desperationem adducti, vel Ad desperationem redacti. Interdum genitiuo addito dicitur ἐν ἀπογνώσει πάντων γενόμενοι, Quum res omnes in desperationem adductæ essent. Dicitur & ἀπόγνωσις τῶν πραγμάτων, Desperatio rerum, id est Status rerum desperatus & deploratus, Res desperatæ.

Ἀπογνώστης, ου, ὁ, sequendo Hesychium, est ἀνέλπιστος: sicut & ἀπόγνωσις exponit ἀνελπιστία. Videtur autem ἀνέλπιστος in actiua significatione accipere. vt sit ἀπογνώστης quasi Desperator, id est Qui desperat vel Qui desperare solet.

Ἀπόγνοια, ας, ἡ, Idem quod proximè præcedens ἀπόγνωσις, sed non ita regulariter formatum ab ἀπογινώσκω, quin potius eandem formationẽ habens quam ἄγνοια. Thuc. lib. 3, καὶ τὰ πλεῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς. id est ἀπόγνωσις, inquit scholiastes. Sic μετάγνοια pro μετάγνωσις habebis infrà.

C. ΔΙΑγινώσκω, Dignosco, Internosco, Diiudico, Discerno. Hom. Il. ψ, — αὐτὰρ ἔπειτα Ὀΐλιάδης Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγομεν, Εὖ διαγινώσκοντες, ἀριπρεπέα δὲ τετυκται. Apud eundem in eodem libro legitur hoc verbum, & quidẽ cum eodem aduerbio: Ἀλλὰ ἴδεσθε καὶ ὑμεῖς ἀνασταδόν. οὐ γὰρ ἔγωγε Εὖ διαγινώσκω· δοκέει δέ μοι ἔμμεναι ἀνὴρ Αἰτωλὸς γενεήν. Aristoph. Pluto, — ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλὸν, ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα. Idem dixit διαγιγνώσκειν τὸ δίκαιον. Plutarch. in Alcibiade, αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι καὶ τοὺς συνήθεις αὖ πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. Sic & apud Lucianum, οὐ διαγνοίην ἄν, discernere nequeam. Legimus apud eundem, ἄδηλον ἔτι ἡμῖν εἰ ὁ ὑπογνώμων ἔσται εἰδὼς διαγινώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα.

Διαγινώσκω, Statuo, Delibero, Decerno. Herodian. 4, διέγνω δρᾶσαί τι ἢ παθεῖν γενναῖον. Luc. ἔγνω καῦσαί με διεγνώκατε. Idem, εἰ κλαίειν διέγνωκας, Si flere statuisti, vel Si flere in animo habes, vt quidam interpr. Διαγινώσκειν (vt inquit Bud. sed nullum afferens exemplum) est Pro potestate iudicare, & ius dicere, vt iudex in sua prouincia. Est etiam Statuere & deliberare. Apud Thucydidem lib. 1, legitur pass. διέγνωσο: vbi scribit, αὐτοῖς μὲν οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις διέγνωστο λελύσθαι τι τὰς σπονδάς. Vbi schol. vertit διεψήφιστο. At διεγνωσμένη δίκη ex eodem historico vide in Προκαταγινώσκω.

Διάγνωσις, Dignotio, Diiudicatio. Isocr. ad Demon. τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Apud eũdem dicitur aliquis λαβεῖν διάγνωσιν alicuius rei: in Helenes encomio, τῶν μὲν σωμάτων οὐ δυνηθεὶς λαβεῖν διάγνωσιν. Apud Thucyd. verò & Demosthenem legimus ποιεῖσθαι διάγνωσιν pro διαγινώσκειν.

Διαγνώστης, ου, ὁ, Diiudicator, Qui dignoscit, seu internoscit. Vtitur Isocr. Extat verò apud Lucianum & aliud VERBALE Διαγνωστικὸς: in libro De saltatione, ἔτι δὲ κριτικόν τε ποιημάτων καὶ ᾀσμάτων, καὶ μελῶν τῶν ἀρίστων διαγνωστικὸν, καὶ τῶν κακῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν. Vbi διαγνωστικὸν vocari manifestum est eum qui est dignoscendi & diiudicandi peritus.

Διάγνωμα, ης, ἡ, (sequendo significationem quæ posteriore loco data fuit verbo διαγινώσκω) Statutum, Decretum, Scitum. Vel, Deliberatio, Disceptatio, Consultatio: vt Budæus vertit, afferens ex Thucydide, εὐθὺς τοὺς προθέντας αὖθις τὴν διαγνώμην περὶ Μιτυληναίων αἴτιοι ἔσεσθαι. Extat autem hæc vox & in aliquot aliis eiusdem scriptoris locis.

Διαγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Idem quod διαγνώστης, paulo antè. A Suida exponitur διακρίνων, & διαγινώσκων: apud quem exemplum tibi videndum relinquo.

C. I. Ἐπιδιαγινώσκω, Recognosco, Iterum decerno. v. l. absque vllo exẽplo. At verò secundum BICOMP. Προδιαγινώσκω, apud Thucyd. extat, pro Antè considero seu perpendo, Animo præcipio: lib. 1, τὰ δὲ τοῦ πολέμου τὸν παραλογον, ὅσος ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωτε. Apud

Dionys. autem Areopag. PARTIC. Προδιηγνωσμένον Bud. vertit, In primis cognitum. ἐπειδή σοι προδιεγνωσμένον ὡς αἱ τῶν &c. Tertium COMP. Συνδιαγινώσκω in iisdem v.l. redditur Assentior. Affertur enim ex Herodoto συνδιαγινώσκω σοι pro Assentior tibi: sed non indicato loco.

C. ΕΠΙγινώσκω, Agnosco. Thucyd. lib. 1, καὶ προσποιησάμενος τὴν στρατηγίδα, ἵνα μὴ ψευδὴς τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταχειρίσαι τὴν αἰτίαν, μὴ ἐπιγνῷ. Iul. imperator in epigrammate quod lusit in vinum hordeaceum, Τίς; πόθεν εἶς Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον, Οὔ σ' ἐπιγινώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον. vbi quidam Οὔ σ' ἐπιγινώσκω vertit Te ignoro: quum multo magis conueniat Nõ te agnosco. Valde propriè vsus est Basilius in epist. De vita solitaria, ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν ὡς οἱ ἐκ τῶν φίλων παῖδες ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς πατέρας ἐπιγινώσκουσι. Quo in loco Bud. quoque ἐπιγινώσκειν ait esse Agnoscere, addens & Noscitare pro illius verbi Agnoscere expositione. Idem in hoc Synesii loco, (vbi animaduerte participio iungi) εἰ δὲ ἐπιγινώσκεις ἀληθῶς ἠγμένον κατὰ σοῦ τὴν ὑπόνοιαν τῆς λήθης, διόρθωσαι μετανοίᾳ, itidem reddit verbo Agnoscere. ista enim sic interpretatur, Si agnoscis vera me causa deductum ad hanc suspicionẽ quòd mei oblitus sis. Sed vbi locũ illum Basilii affert, alios quoque verbi Agnoscere vsus inesse isti verbo docet: ita scribens, Agnoscere autem verbum multis & aliis verbis à Græcis significatur, non tamen vt vno ipsi verbo omnia Latini verbi significata perinde complectãtur. Et paucis interiectis, ἐπιγινώσκειν τὸ παιδίον, Partũ agnoscere: quod iurisperitorum verbum est. Et ἐπιγινώσκειν τὸν κίνδυνον, Agnoscere periculum. quod venditor facit ante rei traditionem vel admensionem, vel appensionem specierum. Synes. εἰ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐλεεῖς ὅτι μόνου φιλοσοφοῦμεν, ἐπιγινώσκω τοῦ ἐλέου τὴν ἀλήθειαν. In Pand. ita legitur, ὁ τὰ τοῦ ἀπόντος διοικῶν, ἔσθ' ὅτε ἐπιγινώσκειν ἀναγκάζεται τὸν τυχηρὸν κίνδυνον, Qui absentis negotia gerit, agnoscere interdum casum fortuitũ cogitur. Hæc ille: sed fortassis locum illum Synesii his immiscere non debuit.

Ἐπιγινώσκειν apud Thucyd. non videtur solùm esse Agnoscere, (quã significationem manifestè habet in eo quem ex eo protuli loco) sed alicubi sonare quasi dicamus Post excogitare: de illis qui nouũ consilium pro re nata capiunt.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, Agnitio. Herodian. lib. 7, ἀσχολουμένῳ δὲ ἐκείνῳ περὶ τὴν τῶν στρατηγίδων ἐπίγνωσιν, προσπεσόντες ὡς δὴ ἐρωτῶντές τι, οὓς εἶχον ὑποκολπίοις ξίφεσι φονεύουσι. id est, Dein signis agnoscendis occupatum, pugionibus quos in sinu occultos haberent, de improuiso confoderent, vt vertit Polit. Est autem hoc in loco (vt istud obiter dicã) suspectus datiuus ἀσχολουμένῳ. Apud Paulum aliquoties ἐπίγνωσις ἀληθείας. apud eundem ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

Ἐπίγνωμα, accipiendo quidem pro ἐπίγνωσις, esset itidem Agnitio: sed ab Hesychio exponitur διάγνωσις, quo aliud significari vidisti paulo antè. Bene tamen conuenit hæc expositio cum loco Luciani in quo διαγινώσκειν dicitur περὶ τοῦ ἐπιγνώμονος. quem locum in nomine illo Ἐπιγνώμων habebis. Sed idem lexicographus huic expositioni aliam præfigit, quæ magis mira videri possit. explicat enim per συγγνώμη, quo veniam declarari scimus: interdum verò & quod Latini concessionem vocant, item indulgentiam, vt suo loco ostendemus.

Ἐπιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cognitor, Inspector, Qui ad cognoscendum, iudicandũ seu arbitrandũ aliquid accitus est: vt inquit Bud. afferens hunc Luciani locum, ἄδηλον ἔτι εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οὐδὲ διαγινώσκειν τὸ ὀρθῶς χρήσιμος ᾖ καὶ μή. Idẽ in hoc Demosth. loco, orat. quæ πρὸς Πανταίνετον inscripta est, ἐπιγνώμονα τῆς τιμῆς ὑπὲρ τοῦ παιδός, vertit, Pretium serui arbitrio suo constitueret & æstimaret. A Plutarcho autem ἐπιγνώμονας dici testatur cognitores & arbitros, seu disceptatores, vt fœciales rerum bellicarum.

C. ΚΑΤΑγινώσκω, q. d. Statuo aduersus, vel Decerno aduersus: sequente videlicet genitiuo. Alioqui tamẽ magis conuenit præpositionem κατὰ hic reddere præpositione De, (vt alibi quoque ita reddi scimus) & tunc verbum γινώσκω sentiendi seu existimandi aut iudicandi significationem potius habet. Neque tantùm dicitur καταγινώσκω σου, verùm plerunque καταγινώσκω σου τόδε, quod Bud. vertit, Hoc de te iudico & existimo. Affertque ex Demosthene, οὐ γὰρ ἂν καταγνοίην ὑμῶν οὐδενὸς ὡς περὶ ὧν πρὸς ἐμὲ ἐσπουδάκατε αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, οὐδ' ἀδικεῖτε, Neque enim hoc arbitrari de vobis possum, Neque enim hoc mihi iudicare de vobis persuaserim. Ex eo fit vt & dicant, καταγινώσκω σου ἀμαθίαν, vel κακίαν, vel φθόνον, & similia, pro Iudico te imperitũ &c. vt idẽ Dem. Pro corona, καί μου, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, μηδεμίαν ψυχρότητα καταγνῷ μηδείς, Me per deos immortales nullus ineptum esse iudicet. Idem affert ex Thucydide, καὶ τῶν διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες, ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι, ita vertens, Eósque qui effugerant, morte dignos iudicantes, insuper pecuniam certam pronuntiarunt, qui eorum quenquã interfecisset. Hæc ille. Quod autem attinet ad præcedentem illum locum in quo legitur, καί μου μηδεμίαν ψυχρότητα καταγνῷ μηδείς, sciendum est Polit. in loco simili καταγινώσκειν reddere Arguere, in alio Contemptui habere. Hæc enim Herodiani, καὶ τοσαύτην μου δειλίαν κατεγνωκότες, vertit, Ita timiditatis me arguere. Ista autem eiusdem, καταγνοὺς τῆς μὲν ῥᾳθυμίαν, reddit, Alterum quidem vt desidem contemptui habuit. Sed sciendum est, interdum quum interpretationi huius verbi adhibemus Latinum Arbitror, aut aliud huiusmodi, accusatiuum commodè in verbum infinitiui modi mutari. vt apud Synesium φυγὴν καὶ δέος ἡμῶν καταγνόντων, fugisse nos & perterritos fuisse arbitrabantur. vel, Fugisse nos metu perculsos arbitrabantur. Verùm & cum accus. præfixum habente articulum, ex Æschine affertur, καταγνοὺς τὴν ἀσθένειαν τοῦ δήμου. Sciendum est porro καταγινώσκειν sæpe reddi verbo Damnare, seu Cõdemnare: eámq; interpr. postremo huic loco conuenire, (cum ablatiuo Capite, vel genit. Capitis) sicut & isti eiusdem scriptoris, cum solo genitiuo, lib. 3, ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰδῆτε, δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς δὲ ἔτι ὁσιώτεροι τετιμωρημένοι. Sic verò quum dicitur aliquis καταγινώσκειν ἑαυτοῦ, reddi potest Seipsum damnare, id est factum suum, vt ille vertit apud Demosth. καταγνόντα ἑαυτοῦ πάνυ, hunc seipsum factúmque suum damnasse. Dixerat autem καταγινώσκειν ἑαυτοῦ eum quem facti sui pœnitet, qui factum ipse suum improbat. In v.l. datur verbo γινώσκω, in hoc composito, illa sentiendi significatio cuius facta paulo antè fuit mentio: in hoc Xenoph. loco, τί ἰδὼν ποιοῦντα, ταῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; ita enim hæc redduntur, Quid agentem vidisti vt ita de eo senseris? In iisdem ex Demosth. καταγινώσκω σοῦ κακίαν, malum te iudico. Et ex Phalaride, οὐ μὴν καταγνοίην ὑμῶν τοιοῦτό τι, pro Nõ tamen hoc crimen vobis adscribo. At verò θάνατον καταγινώσκειν τινός, Capite damnare, seu supplicii capitalis, in iisdem redditum est, item Adiudicare morti. (Apud Isocratem cum duplici etiam genitiuo vnà cum accus. θάνατον, vbi scribit, καὶ τοσοῦτον μὲν οἱ πατέρες ὑμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν. id est, Ob id quòd cũ Medis senserunt, morte in eos animaduerterunt, Bud.) Verùm constructionem hanc cum accusatiuo rei & genitiuo personæ alicubi conuerti sciendum est. vt enim dicitur καταγινώσκω σου φόνον, ita etiam καταγινώσκω σε φόνου. Lysias, τοῦτον μὴ καταγινώσκετε φόνου &c. Nõ damnare hunc homicidii, Non damnare vt homicidam. Huic autem simile est apud Latinos Damnare cum accus. rei & genitiuo personæ: vt apud Nasonem, Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido. Sed quod ad priorem illam constructionem attinet, videlicet καταγινώσκειν τινὸς θάνατον, vel φόνον, sciendum est huic genitiuo inueniri præfixam præpositionem κατὰ, sed cum accusatiuo significationem alius generis habente. Affertur enim ex Herodoto, οὐκ ἐπιτήδεια καταγνόντες κατ' ἐμοῦ.

Καταγινώσκω alias etiam constructiones habet. Interdum enim huic verbo subiungitur infinitiuus: vt apud Thucyd. lib. 3, καὶ οὐδεὶς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ περι-

ἡσσᾶσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι, ἄλλην ἐς τὸ λοιπόν, Ratus seu arbitratus se superiorem non fore. q.d. Concepta aduersus seipsum opinione. Aut certè quasi dicat, Lata aduersus seipsum sententia. Apud eundē cum infinitiuo præs. temporis, lib. 7, pag. 250, meæ editionis, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρείσσονες εἶναι σφῶν. Ex Platonis autem Timæo affertur cum infinitiuo itidem iunctum hoc verbum, sed præcedente accusatiuo, κατέγνωκα ταῦτα ἐμαυτοῦ μὲν αὐτὸς, μήποτ' ἂν δυνατὸς γενέσθαι τοὺς ἄνδρας ἐγκωμιάσαι. At in hoc Æschinis loco τοὺς κατεγνωκότας ἀπολλύναι ἀδικεῖν, infinitiuum quidem habet solum, sed aliam quàm in præcedentibus locis interpretationē admittere potest, videlicet per verbū Damnare, seu Condēnare. Cui loco similis est hic Antiphontis, εἰ μὴ καταγνώσεσθε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα, καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι. His addendū est, licet longè diuersum, quod affertur ex Græcis Bibl. interpr. in lib. Iudith, κατέγνωσαν τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντησίν μου. vbi κατέγνωσαν redditur Noluerunt: in hac interpretatione, Noluerunt mihi venire obuiam. Sed hunc vsum minimè apud probatos scriptores extare crediderim. Inuenitur interdum καταγινώσκειν sequente particula ὡς. vt in illo Demosth. loco quem initio protuli, οὐ γὰρ ἂν καταγνοίη ὑμῶν οὐδεὶς ὡς &c. Quinetiam ex Aristot. Probl. affertur, καταγνῶναι τοῦ δούλου ὡς ἐλεύθερός ἐστι, pro Asseruisse liberum qui seruus est. Iam verò & cum participio inuenitur apud Xenoph. & quidem non in malam partē (sicut in omnibus præcedentibus locis) sed potius in bonam: vbi scribit, τοὺς δὲ γνώμῃ συνεπιτείνοντας ἐπιμελουμένους, καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον καὶ κέρδη λαμβάνοντας καταγνοὺς ἐπαινεῖ. Quem locum Bud. affert postquā dixit καταγινώσκειν esse Intelligere, seu Percipere.

PASSIVE Καταγινώσκεσθαί τι itidem aliquis dicitur, vel aliquid καταγινώσκεται αὐτοῦ. Greg. Naz. οἱ καὶ μέθην καταγινωσκόμενοι, quibus ebrietas obiicitur, vt Bud. vertit. Ex eodem affert, μόνον μὴ μικρολογίαν καταγνωσθῶμεν τοῦ μικρὰ αἰτεῖν, ἢ τοῦ διδόντος ἀνάξια. Sed & κατεγνωσμένος sine adiectione affertur à Bud. pro ὑπόδικος, seu κατάκριτος. Alterius autem constructionis exemplum est, κατέγνωσταί σου θάνατος, Capitis damnatus es, siue capite. Itidemque per participium, θάνατος κατεγνωσμένος τινός. Ab eodem affertur & καταγνωσθεῖσα δίκη, ex Antiphonte, Causa damnata: αὕτη δὲ δίκη μὴ ὀρθῶς καταγνωσθεῖσα, ἰσχυροτέρα ἐστὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀληθοῦς, id est, Sententia qua iniustè reus damnatus est. Sed & τὸ καταγνωσθὲν ὀκνεῖν dicitur aliquis ab Isocrate, in Panath. τοῖς μὲν γὰρ ὀκνοῦσι τὸ καταγνωσθὲν ἐλπίδας ὑπάρχειν. In v. Lautem post καταγινώσκεσθαι expositum Contemni, affertur ex Polybio, μεγαλείως παραλογίζεσθαι καὶ καταγινώσκεσθαι πάντως.

Κατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio, vt interpr. Bud. afferens ex Gregorio, ὁμοίως γὰρ κακοὶ καὶ ἀθέως ἀπαρρησίαστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος, id est Damnatio sine clementia. Thucyd. ἀξιοῦντες δὲ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν ἐπιβουλευόμενοι. id est, Propter sui cōtemptum, & ob id quòd eos imbecillitatis & infirmitatis opum damnarent. Hæc ille. Sed ei non assentior in eo quòd vtrique loco eandem interpretationem tribuit: quum κατάγνωσις in illo quidem Gregorii loco sit omnino Damnatio siue Condemnatio: (sicut & in isto Thucydidis, lib. 3, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν) at verò quum dicitur κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν, debeamus interpretari hoc verbale, sequendo formam interpretationis quæ verbo καταγινώσκειν datur, quum dicitur, καταγινώσκεσθαί σου ἀσθένειαν. neque enim aliud est διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν quàm διὰ τὸ καταγνῶναι σφῶν ἀσθένειαν.

C. 2. Ἀκατάγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Qui talis est vt damnari non possit, aut etiam reprehendi, In quem reprehensio non cadit. Paul. epist. ad Tit. cap. 2, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον.

C. 1. Προκαταγινώσκω, Antè damno, seu condemno. Luc. in Ioue tragœdo, ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἀξιοῦντες μὴ προκαταγνῶναι τὴν ἐναντίαν, ἀλλὰ περιμένειν ἔτι καὶ Τιμοκλῆς εἴσεται ἐρῶν. Synes. οἱ προκατεγνωκότες αὐτῶν ἀξίωσιν καὶ θάνατον, quum suo se præiudicio iam damnauerint. Et pass. προκατεγνωσμένη δίκη, quæ præsumpta opinione damnata est, antequam causa agatur, inquit Bud. afferens tamen

A ex Demosth. locū in quo actiua voce vtitur: in princ. orationis Pro corona, τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι. Sed nullam expositionem huius infinitiui προκατεγνωκέναι affert. Quidam interpr. Nihil præiudicasse: quidā, Nullum præiudicium afferre: quidam, Nihil ex præsumptione contra quenquam iudicare. Ego mallem, Nihil præiudicatū domo afferre. Perinde est certè ac si diceret, Nullam præmeditatam condemnationem afferre. Sed quoniam dicit προκατεγνωκέναι, non προ- B καταγινώσκειν, possit etiam videri sonare, Iam domi & antequam ad audiendam causæ actionem veniatur, præiudicio suo condemnasse. Apud Thucydidem autem cū infinitiuo, in isto libri 3 loco, καὶ δεδιέναι μὴ προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων, ἔγκλημα αὐτὸ ποιῆτε, ἀλλὰ μὴ ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα. Vbi προκαταγνόντες puto esse, Cēsentes, præoccupatis quodā præiudicio animis. Sed & διεγνωσμένην κρίσιν quidam hic exp. προκατεγνωσμένην: vt habuisti paulo antè προκατεγνωσμένη δίκη.

C Προκατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio seu condemnatio quæ fit quodam præiudicio, vel ex præsumpta opinione. Redditur etiam Præiudicatio, item Præiudicium.

C. ΜΕΤαγινώσκω, Sententiam muto, siue quod decreui, Consilium aliud capio. Qui enim sententiam mutat, & aliud consilium capit, veluti pòst decernit siue statuit. Potest tamen μετὰ, sicut & in aliis multis compositis, mutandi etiam significationem habere. Interdum verò reddi potest & Resipisco, item Me pœnitet. Thucyd. lib. 3, ὥστε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοὺς ἀποστάντας ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι. D Idem lib. 1, ἐν δὲ τῇ ὑστέρᾳ μετέγνωσαν [οἱ Ἀθηναῖοι] Posteriore autem concione consilium aliud ceperunt, vel Sententiam mutarunt. Idem lib. 3, rursum, καὶ μοχθῆσαι ὑμᾶς καὶ μεταγνῶναι ὅτι ὑπὸ Θηβαίων ἐπείσθητε. Vbi tamen μεταγνῶναι crediderim non itidem absolutè poni, sed iungi cum sequente accusatiuo: sicut & μεταγνῶναι τὰ προδεδογμένα ab eodem dicitur libro eodem. Itidem apud Euripidem in Medea, μετέγνων καὶ τὰ πρόσθ' εἰρημένα. Quibus in locis μεταγνῶναι non possumus reddere Mutare sententiam, nisi accusatiuum E qui additur, in ablatiuum, præfixa præpositione De, conuertamus. Veluti si μεταγνῶναι ὅτι ἐπείσθητε (iungo enim cum accus. & hoc in loco, vti dixi) reddamus, Mutare sententiam de eo quod persuasi fueritis facere. Itidémque μεταγνῶναι τὰ προδεδογμένα, Mutare sententiam de iis quæ decreta fuerint. Alioqui si accusatiuus Græcus accusatiuo Latino reddatur, contenti esse debebimus verbo Mutare: hoc modo, Mutare quæ decreta erant, siue antè decreta. Sed vt reuertar ad μεταγινώσκειν neutraliter positum, sciendum est inue- F niri etiam μεταγινώσκειν ἐπί τινι, item sine præpositione, μεταγινώσκειν τινί. Lucian. in lib. De cal. Πτολεμαῖος οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν. Sic Herodian. lib. 1, μετεγίγνωσκε δ' ἐπὶ τῷ αὐτόθεν ἐλθεῖν. Rarior est altera cōstructio cum datiuo, præfixam præpositionem non habente: cuius exemplum est apud Philostr. in epist. 15, κλαίει γυνὴ καλὸν νέον, καὶ μεταγινώσκει τῷ φίλῳ τὸ προσχεῖν. His autem locis in quibus datiuum vel cum præpositione vel solum habet, optimè conuenit interpretatio per verbum Pœnitere: licet Polit. in illo Hero- G diani loco, μετεγίγνωσκον reddere maluerit, Pertæsi ac dolentes. Apud Hesychium legitur aorist. PASS. Μετηγνώσθη (ita enim scripsisse putandus est, aut μετεγνώσθη, non μεταγνώσθη) quod expon. μετεμελήθη. Existimo autem sumptum esse ex Sophocle hoc verbum, in Aiace, pag. 43, meæ editionis. vbi tamen non μετεγνώσθη sed μετανεγνώσθη legitur: hoc in loco, ἐπεί γ' ἐξ ἀέλπτων Αἴας μετανεγνώσθη θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων. Sed quædam exempl. μετεγνώσθη habent. Vtram autem lectionem sequutus sit Hesychius incertum est: sic ta- H men vt alphabetica series pro lectione illa μετανεγνώσθη potius quàm pro hac μετεγνώσθη faciat: præterquàm quòd expositio quam ei dat, videlicet μετεμελήθη, eam comprobare videtur: quòd & hic composito vti voluerit illam præpositionem ἀνὰ habente. Verùm cur multo pòst eandem scripturam ab eo repeti dicemus?

Digitized by Google

A Post μεταμαστεύειν enim expositum μετέρχου & μετίθι, legitur μεταπεγνώσθη cum eadem illa expositione. Cui subiungitur, τὸ ἀναπείθεσθαι, ἀναγνῶναι φασί. Quæ verba addita lectionem illam μεταπεγνώσθη apertè & ipsa comprobant: adeo vt existimem priore in loco irreptitium esse μεταγνώσθη, quod ibi sedem inuenerit ratione habita seriei alphabeticæ, quum per errorem prætermissa fuisset syllaba πε. Ad illum autem Sophoclis locum vt redeam, (ex quo non dubium est quin lexicographus ille vocem hanc deprompserit) scholiastes μεταπεγνώσθη legit, exponens μετεπείσθη καὶ μετεβλήθη τὴν ψυχήν. Totius autem loci apud eum est hæc
B explicatio, ὁπότε ἐξ ἀέλπτων καὶ μεγάλων νεικέων ὁ Αἴας μετεπείσθη καὶ μετεβλήθη τὴν ψυχὴν τῆς Ἀτρείδαις ἀπὸ τῆς ἔχθρας. Sed (libet enim quædam obiter de hoc loco addere) non placet quòd ἐξ ἀέλπτων iungit cum νεικέων. existimo enim ἐξ ἀέλπτων poni pro ἐξ ἀέλπτου, quod nihil aliud est quàm ἀέλπτως. Quòd autem θυμὸν legit, in eo lubenter illi assentior, præsertim si sequatur τῶν μεγάλων νεικέων, vt ipse bis scribit: quum alioqui, dicens
C ἐξ ἀέλπτων μεγάλων τε νεικέων, non τῶν sed τε agnoscat: si tamen hæc quæ subiunguntur, eiusdem sunt: quod vix credo. Legendo autem θυμὸν, ita reddendum censuerim, Deductus est de sententia erga Atridas. Vel, Mutata sententia seu mutato animo factus est alius erga Atridas.

Μετάγνωσις, εως, ἡ, Mutatio sententiæ, vel Pœnitentia. Legitur E T I A M Μετάγνοια apud Sophoclem pro pœnitentia: sed quum sit pro μετάνοια, minimè huc pertinet. Nisi fortè tale esse velimus quale ἄγνοια: cuius formam retinet etiam ἀπόγνοια pro ἀπόγνωσις.

C. ΠΑΡΑγιγνώσκω, Præter ius & æquum statuo, vel Perperam statuo & iudico, vt inquit Bud. afferens ex Xen. Ἀπομν. lib. 1, de iudicio Socratis, ὅτι μὲν οὖν μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν, οὐδὲν θαυμάσιον ὑπὲρ τούτων περὶ αὐτοῦ παραγνῶναι τοὺς δικαστάς· ὅτε δὲ πάντες ᾔδεσαν, οὐ θαυμάσιον εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν; id est παρὰ τὸ δίκαιον γνῶναι. Apud Philostratum autem cum genitiuo παραγινώσκοντες τοῦ δικαίου pro Inique statuentes: quasi παρὰ τὴν γνώμην τοῦ δικαίου γινώσκοντες. Sed inter hunc locum Philostrati & il-
E lum Xenophôtis interserit istum Isocratis in Panath. ἴσως μὲν οὖν τοὺς λόγους ἡμῶν ἐλυμαίνοντο, παραναγινώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς ἑαυτῶν, καὶ διαιροῦντες οὐκ ὀρθῶς, καὶ κατακνίζοντες, καὶ πάντα τρόπον διαφθείροντες, οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων. Sed debuerat potius illis duobus locis tertium hunc subiungere, quum hic alia prorsus sit verbi significatio: videlicet Perperam prælegere & recitare, vt ipsemet testatur: addens tamē, scribi etiam posse παραναγινώσκοντες. Quam ego lectionem longè alteri præfero, imò verò hanc non illam esse genuinam exi-
F stimo. Apud Synesium tamen putet aliquis fortasse in παραγνοὺς aliquam legendi significationem includi: epist. 67, circa finem, καὶ τοὺς τεχυγράφους τὰ ἀσύντακτα δέδοται τῷ ἐπὶ χαρίεντι ἐπίταξιν· ἵνα εἰ μὴ τυγχάνεις δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν, ἔχῃς παραγνοὺς αἰτιᾶσθαί τι καὶ πρὸς ἐμὲ διαπέμψασθαι τὰ ἀμοιβαῖα. Sed existimo παραγινώσκειν hic habere potius intelligendi significationem: vt sit, Re vtcunque intellecta. quasi videlicet res ea non plenè ex illis quæ ἀσύντακτα vocat, intelligi posset, sicut ex ea quam miserat epistola. Quæ tamen à me obiter & ex
G tempore dicuntur, donec quis aliquam certiorem interpretationem afferat.

C. ΠΡΟγιγνώσκω, Prænosco, Præcognosco. Vel Præscio, Præscisco. Itē, Præsentio, Præsentisco. Hippocr. initio opusculi quod προγνωστικὸν appellatur, προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Thuc. lib. 2, ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. Gal. comm. 1, in προγνωστ. Hippocratis, ὡς τοῦ δυναμένου πρὸς προσεχεστάτας ἀεὶ τι προγνῶναι. A Petro apostolo dicitur προγινώσκειν
H qui de re quapiam præmonitus est: epist. 2, cap. 3, ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε ἵνα μὴ &c. (nisi quis malit post φυλάσσεσθε distinguere) A Paulo autem tribuitur Deo verbum hoc aliquoties, & quidem cum accus. personæ. vt epist. ad Rom. cap. 11, οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. Vbi vet. interpr. ver-

A tit Præsciuit: Erasmus, Antè agnouerat: nouissimus interpres, Præcognouit. Crediderim posse etiam exponi, Præscientia sua sibi delegit. Legitur idem verbum eiusdem epistolæ cap. 8, ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Secus verò homo hominem προγινώσκειν dicitur ab eodem Apostolo apud Lucam, Act. cap. 26, pro Iam antè cognoscere, siue notitiam eius habere: vbi dicit, προγινώσκοντές με ἄνωθεν (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι &c.

P A S S. Προγινώσκομαι, Prænoscor, Præcogno-
B scor. Vnde προγνωσθὲν apud Herodianum, Præcognitum: ὅπως τὸ πραττόμενον μὴ προγνωσθὲν ἀνατραπῇ, ne præcognita res omne consilium subuertat, vt reddit Polit. Apud Petrum apostolum, epist. 1, cap. 1, de Christo, προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς: vet. quidem interpr. reddit Præcogniti, sed Erasmus & alter interpr. nō itidem ad verbum, sed rectius tamen, Præordinati.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, Prænotio, Præcognitio, Præscientia, Præsagium. De huius vocabuli in arte medica vsu le-
C ge Galenum. (qui & πρόρρησιν pro eo vsurpasse Hippocratem testatur.) Sic de medico dixit Agathias in epigr. Πᾶσιν ἔχων πρόγνωσιν ἐν ἄλγεσιν. Hinc etiam medicinalia προγνωστικὰ, de quibus infrà. Sicut autem verbum προγινώσκειν tribui Deo vidimus, sic quoque πρόγνωσιν ei tribui sciendum est in iisdem Testamenti noui scriptis. & reddi præcognitionem, item præscientiam, necnon prouidentiam.

Προγνώστης, ου, ὁ, Præscius futurorum, Cui est facultas præsciendi futura.

D Προγνωστικὸς, ἡ, ὸν, adiect. vt προγνωστικὴ δύναμις q. d. Præsagitiua virtus, seu facultas. id est, Præsagiendi virtus, seu vis, vel præsciendi. Nisi quis præsagitricē vim dicendā potius existimet. Philo De vita Mos. lib. 3, μεταδόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως. Interdū verò προγνωστικὸς, Qui valet facultate præsagiendi, seu præsciendi. vt quum Galenus in hæc verba Hippocratis, δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπεῖσθαι, ἐκ τούτων προσφέρειν, annotat, προγνωστικοὺς εἶναί σε βούλεται τοὺς κινδύνους τῶν νοσημάτων, ὅπως ἁρμόττουσαν αὐτοῖς τὴν δίαιταν προσφέρῃς.
E Substantiuè autem προγνωστικὸν, Præscitum, vt Plin. loquitur. Extat & opusculum Hippocratis dictum προγνωστικόν. quidam interpr. prænotionum librum.

C. Σ Υ Γγιγνώσκω, quasi quis dicat, Simul sentio. Id est, Eadem sentio quæ & alius, Eiusdem sum sententiæ. Thucyd. lib. 7, pag. 258, meæ edit. οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι. vbi schol. exp. τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον. τουτέστιν, ὁμογνώμονες ἦσαν αὐτῷ. Sed quū addatur accus. ab ipso Thucydide, aptari nō potest ista expositio huic eius loco. neque enim dicere
F possis, τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου. Ferri igitur nō possit hæc expositio, sicut nec sequēs, nisi illum dicamus sensum omnium illorum verborum Thucyd. simul declarare voluisse. Verùm quum nō dicat simpliciter Thucydides, ξυνεγίγνωσκον ταῦτα, sed ξυνεγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, otiosa præpositio videri possit. nihil enim obstabat quominus simplici verbo ἐγίγνωσκον vti posset. At in hoc Plut. loco in Coriolano, pag. 415, meæ editionis, συνέγνωσαν ὀρθῶς τὸν δῆμον ἐπὶ τὰς διαλλαγὰς τοῦ Μαρκίου πρεσβεύεσθαι, rectè συνέγνωσαν in-
G terpreteris Consenserunt, vel Assensi sunt: aut etiam Consentientes dixerunt. quod accedit ad Bud. interpretationem. is enim in simili eiusdem scriptoris loco vertit Fateri: αἱ δὲ ἐκκλησίαι συνέγνωσαν βέλτιον αὐτοῖς τὸν Κάτωνα λογίζεσθαι περὶ τοῦ συμφέροντος. Sed illi fateri addit Agnoscere.

Συγγινώσκω alium quoque vsum habet, cui fortasse primum locum aliquis dari maluisset. In eo certè vsu itidē præpositio Latina Græcæ respōdet. veluti quum ita loquor, συγγινώσκω ἐμαυτῷ οὐ ποιήσαντι ὀρθῶς, Cōscius
H sum mihi me non rectè egisse. Sic autem vtitur Herodotus isto verbo, pagina 201, meæ editionis, συγγνωσκόμεθα αὐτοὶ ἡμῖν οὐ ποιήσαντες ὀρθῶς. Itidémque Gregorius vsus est verbo συγγινώσκειν, sed addito etiam accusatiuo: scribens, ταῦτα γὰρ οἱ συνεγνωκότες κατά γε τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνάξια. At verò apud Appianum

PARTIC. Συνεγνωκὼς præfixo articulo, absque A vlla adiectione, pro conscio itidem. sed in plurali potius: vt, ληφθέντων τῶν συνεγνωκότων. Item, βασανιζόμενος ἐς τοὺς συνεγνωκότας. (In huiusmodi autem locis possit, vt opinor, οἱ συνεγνωκότες reddi etiam Coniurationis participes, Sceleris participes) Iam verò vt dicitur non solùm, Conscius sum mihi huius rei, sed etiam Conscius sum tibi: (quo in vsu, licet minus frequenti, & poetico potius quàm oratorio, præpositio vim suam magis retinet. Quum enim dico, Conscius sum tibi huius facti, perinde est acsi ita loquerer, Vnà tecum hoc scio) ita B etiam dixit idē scriptor, pag. 148, Ξέρξης δὲ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, quasi quis dicat, Nō cōscius illi veritatis. quod nihil aliud est quàm Conscius illi mēdacii. (Sic tamen vt aliter etiā interpretari quis possit, infinitiuū infinitiuo reddens: videlicet, Nō assentiens ipsi vera dicere, ipsum videlicet) Possumus verò & in vocis PASS. Συγγινώσκομαι interpretatione apud eū vti itidem nomine Conscius: sed in illo priore vsu quo videlicet dicitur Cōscius mihi sum: vbi scribit, ἑωυτοῖς συγγινωσκόμενοι εἶναι, κακίους ἐόντες, Sibi conscii se inferiores C esse. Sic in Thalia, in fine pag. 115, & princ. pag. 116, meæ editionis, ἐπεὶ δὲ τῇ χώρῃ προσβαλόντες ὅ, τι Πελοπίδης παρεῖχε, καὶ συνεγινώσκετο ἑωυτῷ οὐκ εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐκποιεῖν τε καὶ διέπειν. Nam hic quoque non video quam vocem inuenire aptiorem possimus quàm illam Conscius: non ignorans alioqui vocem istam de re grauiori potius vsurpari, ita vt & magis in malam partem accipiatur: quinetiam genitiuū illi aptiorē esse quàm infinitiuum: veluti si dicas, Imbecillitatis suæ sibi conscius, propter quam obeundis muniis par esse non po- D terat. Gallicè autem diceremus, *Il se sentoit n'estre plus suffisant pour exercer sa charge.* Et quoniā ab istis Herodoti locis initium sumpsi, alios eiusdem subiungā, in quibus eadem voce sed aliter vtitur. Sciendum est igitur apud eum pag. 147, legi, νῦν ὦν ἐμεωυτῷ συγγνοὺς, χρέωμαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. vbi συγγνοὺς existimo sonare, Postquā mecum reputaui hanc rem, vel consideraui, vel perpendi, seu expendi. (Licet ibi interpres vertat, Agnoscens erratum meum) Sic & pag. 140, in fine, μαθόντες ὡς εἶεν ἡμάρτηκεν δοῦλοι, καὶ συγγνόντες ταῦτα. Hoc autem in loco, E συγγνόντες ἀδικῆσαι, ὁμολόγησαν, vel significationē istam habere potest, vel certè sumi pro Conscii sibi. in qua significatione habuisti suprà cum participio. Bud. vult συγγινώσκω accipi pro Agnosco culpam & deprecor: sed exemplum nullum affert. Passiuæ quidem voci conuenire videtur ista interpretatio in hoc loco, ὅταν συνεγινώσκοντο, ὅτι τι αὐτοὶ ἀδικέοιεν. Ex eodem scriptore affertur, συγγινώσκομαι τούτου εἶναι αἴτιος pro In me culpam huius rei esse agnosco. Hesych. συγγινωσκόμενοι exponit πειθόμενοι. F

Συγγινώσκω in significatione cui malè primus tribuitur locus, (licet vulgo sit vsitata, & apud quoslibet scriptores, excepto tamen fortassis Herodoto, occurrat) est Ignosco, Veniam do, vel tribuo, seu habeo. Tribus autem modis construitur. Nam interdum dicitur συγγινώσκω σοι, sine adiectione: interdum συγγινώσκω σοι τοῦτο, vel συγγινώσκω σοι τούτου. Exempla singularum constructionum hæc sunt. σύγγνωθί μοι, Aristoph. Ignosce mihi, Da mihi veniam. συγγνώσῃ μοι, Ignosces mihi, Chrys. De sacerd. Adiecto autem accus. apud Euripi- G dem, συγγνώσεταί σοι τὴν ἁμαρτίαν. (Sed apud Thucydidem longè alium vsum habet τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν: pag. 171, εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπίοις τοῦ βίου παραλόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς τὰ αὐτὰ ἔδοξε, τὴν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν. Vbi schol. exponit, εἴ τι παράλογον ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν συνεξήμαρτον. additque, τοῦτο γάρ ἐστι τό, ἁμαρτίαν συνέγνωσαν. Quam expositionem sequutus interpres, ita reddidit, Et siquid opinione lapsi sunt, prout in hominum vita contingere solet, tamē cum multis lapsi sunt, quibus fore vi- H debatur vt status Atheniensium propediem euerteretur. Sed neque illa expositio, neque hæc interpretatio quæ ex illa profecta est, quid hoc loco significet verbum συνέγνωσαν nobis indicant. Qua in significatione quærenda multum me quoque laborare fateor: nihil- A que aptius mihi in mentem nunc venit quàm vt τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν dicamus sonare, De peccato consenserunt: vt συγγινώσκω σοι τοῦτο, est De hoc tecum consentio: sequēndo significationem quæ antea verbo isti data fuit, allato etiam ex hoc ipso scriptore exemplo. Commodius tamen diceretur, Affines huic peccato seu huic culpæ fuerunt, quàm De peccato consenserunt. Et hæc quidem de isto loquēdi genere haud scio an aliis satisfactura sint, mihi certè parum satisfaciūt) Tertia constructio est cum genitiuo. vt enim dicitur B συγγινώσκω σοι τὴν ἁμαρτίαν, ita etiam συγγινώσκω σοι τῆς ἁμαρτίας. Tale est, συγγινώσκω σοι τῆς ἀπαιδευσίας. Item, συγγινώσκω σοι τῆς ἀπάτης, quod ex Philostrato affertur pro Ignosco quòd deceptus sis.

PASS. Συγγινώσκομαι, sequēndo significationem proximè præcedentem actiuæ vocis Συγγινώσκω, sonat q.d. Ignoscor: pro, Mihi ignoscitur, Mihi venia datur. Aut (si impersonali verbo vti nolis) Veniam consequor. Synes. καὶ οὐκ ἀξιῶ συγγινώσκεσθαι, Nec volo mihi ignosci: seu, veniam mihi tribui, Nec dignum me ve- C nia existimo. Sic in Pand. τῶν φονέων τινὲς τιμωροῦνται, καί τινες συγγινώσκονται. Dicitur alioqui & συγγινώσκεταί μοι, Mihi ignoscitur. Videndum autem an huius vsus exemplum sit in isto Xenophōtis loco, lib. 7, pag. 106, meæ editionis, τούτῳ γὰρ μόνῳ συγγινώσκεσθαι ἔφασαν. Philelphum certè verisimile est aliud sequutum esse: quippe qui verterit, Hanc vnam veniam sibi dari postularunt. Nec fortassis improbanda nobis hæc interpretatio fuerit: vt videlicet τούτῳ non personæ sed rei sit datiuus. & tunc συγγινώσκεσθαι non impersonale fuerit, D sed personale, sicut & in præcedentibus locis: vt ita interpretemur magis ad verbum, In hoc enim solo sibi veniam dari dixerunt. id est, in hac vna re.

Passiuum autem PARTIC. Συνεγνωσμένος affertur à Bud. in significatione cuius exemplum in ipso verbo non suppetit: videlicet pro Comprobatus, Approbatus, ex Dion. Areop. Item Deprehensus. Ex eodē affert συνεγνωσμένον pro Cognitum.

At Συγγινώσκομαι in signif. actiua potius quàm passiua, vide inter exempla actiui Συγγινώσκω, ex Herodo- E to petita.

Συγγνωστὸς, οῦ, ὁ, Ignoscibilis, (quo vtitur Gellius, Græcam vocem, vt arbitror, assequi volens) Dignus cui ignoscatur, Venia dignus. Plut. in Coriol. pag. 421, meæ editionis, τὸν Μάρκιον ὅμως οὐ πονηρὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ συγγνωστὸν, ἐπικλασθέντα ταῖς τηλικαύταις ἀνάγκαις. Idem in Marc. pag. 578, οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν Πελοπίδαν περὶ συγγνωστὸν ἅμα τῷ τῆς μάχης καιρῷ παραδέδωκεν ὄντα καὶ πρὸς τὴν ἄμυναν οὐκ ἀγεννῶς ἐκφέρων ὁ θυμός. Vbi perperam superiores editiones habent σύγγνωστον, cum accentu in prima, pro συγγνωστὸν, vt habent in illo priore loco. (Ex Sapient. cap. 6, F affertur cum genitiuo, συγγνωστός ἐστιν ἐλέους ὁ ἐλάχιστος, pro Conceditur minimo misericordia. Qui vsus à Græci sermonis consuetudine discedit) Itidem aliquid dicitur συγγνωστὸν, Venia dignum. Potiúsque, vt opinor, Gellius aliquid ignoscibile, quàm aliquem ignoscibilem dici voluit. Plut. aduersus Coloten, συγγνωστὰ νὴ Δία τοῖς λέγουσι. Item, συγγνωστὰ Atticè pro συγγνωστὸν (vt dicitur ἀδύνατα pro ἀδύνατον, atque alia) Venia dignū est, Veniam meretur, Ignoscendum est: aut etiam Ignosci- G bile est, sequendo Gellium. Eurip. in Medea, Συγγνωστὰ μέν γε σοὶ λυπεῖσθαι, γύναι. Ibidem, — εἰ γὰρ ἦσθ᾽ ἄπαις ἔτι, Συγγνωστ᾽ ἂν ἦν σοι τοῦδ᾽ ἐρασθῆναι λέχους, Venia tibi danda esset: vel, Venia tibi tribui posset: vel, Dignus venia esse posses.

Huic signif. contrariam habet BICOMP. Ἀσύγγνωστος, Non ignoscibilis, Indignus cui ignoscatur, Indignus venia. Hesychius tamē significationem actiuam dare huic nomini videri posset, (vt idem esset quod ἀσυγγνώμων) quippe qui exponat οὐκ ἔχων συγγνώμην: sed συγγνώμην ἔχειν duobus modis vsurpari videbis. Hinc H ADVERB. Ἀσυγγνώστως, Ita vt ignosci nō possit, vel nō debeat, Ita vt venia dari nō possit: vel, danda nō sit.

Συγγνώμη, ης, ἡ, Ignoscentia. vt συγγινώσκω est Ignosco. Sed Latinius Venia. nam Ignoscentia ex Gellio duntaxat affertur. Redditur alicubi & Indulgētia. Varüs au-

tem modis vtuntur hoc vocabulo. ex quibus frequentissimi sunt cum verbo ἔχειν, & cum verbo τυγχάνειν: quæ sibi mutuò respondent. Vt enim dicitur συγγνώμην ἔχειν qui veniam habet, id est veniam dat, seu tribuit: ita συγγνώμης τυγχάνειν, (ad verbum, Veniam consequi) cui venia datur. Aristot. Rhet. lib. 2. ὅτι τοῖς μαθοῦσι δεῖ συγγνώμην ἔχειν. ἀγνοοῦντες γὰρ ἁμαρτάνουσιν. Isocr. ad Phil. ἀποβλέπειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ, ἣ δικαίως ἂν ἅπαντες συγγνώμην ἔχοιεν. In eiusdem Panath. συγγνώμην ἔχειν & ἐπιτιμᾶν inter se opponuntur. Legitur itidem apud Demosth. in Midiam συγγνώμην ἔχειν, necnō apud Thucyd. & Platonem, atque alios. Sed apud hunc dicitur aliquis sibi etiam ipsi συγγνώμην ἔχειν, in lib. De rep. πᾶς γὰρ ἑαυτῷ συγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσιν οἱ θεοί. Quod autem ad interpretationem Latinam attinet, συγγνώμην ἔχειν est quidem ad verbum Veniam habere: sed frequentius occurrit Veniam dare, seu Veniam tribuere. nam illud Veniam habere, ex Fabio duntaxat affertur. Æmulari certè videtur hoc Latinum loquendi genus illud Græcum, & nouitatem aliquam redolet. Cæterùm dicitur etiam πολλὴν συγγνώμην ἔχειν. Plato De rep. lib. 2, πολλήν μοι συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις. Sic Isocr. in Euagora, καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην. Idem in Areopag. ὡς ἄξιόν ἐστι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσιν. Vbi obserua etiam, subiungi particulam εἰ. (Apud eundem, infinitiuo sequente, in Helena, τοῖς μὲν οὖν τηλικούτοις πολλὴ συγγνώμη τοιαύτην ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Sic apud Plinium, Venia sit, cum infinitiuo: Hæc bello quæsisse venia sit) Hoc quoque sciendum est, addi nonnunquā genitiuum huic loquendi generi συγγνώμην ἔχειν, vt apud Aristoph. in Vespis, Διαβορεῖν τοῦτο κράτιστόν ἐστί μοι τὸ δίκτυον· Ἡ δ' ἐμοὶ Δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου. Sic apud Sophocl. πατὴρ τούτων συγγνώμην ἔχοι. Paulo pòst autē habebis ex Herodiano, συγγνώμην τῶν ἁμαρτηθέντων. Habet porro verbum ἔχειν, cum hoc accusatiuo συγγνώμην, alium quoque vsum, quo quis passiuè dicitur συγγνώμην ἔχειν, vt contra actiuè in locis præcedentibus. Sed antequàm de hoc agere incipiam, addam duo loquendi genera quæ itidem Veniam dare, seu tribuere, significant: sed minus frequētia. Ea sunt, συγγνώμην διδόναι & συγγνώμην νέμειν. Hoc συγγνώμην διδόναι cum apud alios, tum apud Polyb. legitur, & apud Herodianum lib. 8, διδοὺς αὐτοῖς χρηστοῦ βασιλέως ἀμνηστίαν συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτηθέντων. At συγγνώμην νέμειν ex Heliodoro affertur, quod ad verbum respondet Latinis verbis, Veniam tribuere. Non dubito autem quin & aliis minus recētibus scriptoribus in vsu fuerit hoc συγγνώμην νέμειν, (quanuis exemplum in præsentia nullū suppetat) quum συγγνώμην ἀπονέμειν apud Lucianum legatur in Nigrino, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ τοιαῦτά γε ἁμαρτανομένῳ, μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. Vbi animaduertendum est subiungi participium, sicut suprà infinitiuum vno in loco, in altero autem particulam εἰ, sequente verbo indicatiui modi, præsentis temporis. Potest certè illud participiū in hanc particulam εἰ resolui, sequēte verbo eiusdem & temporis & modi: vt συγγνώμην ἔχειν τοιαῦτα ἁμαρτανομένῳ, perinde sit acsi dixisset, συγγνώμην ἔχειν εἰ τοιαῦτα ἁμαρτάνεται. Venio ad alterum illum vsum huius loquendi generis συγγνώμην ἔχειν. Vt igitur συγγνώμην ἔχειν dicitur actiua significatione qui veniam dat: (quod Fabius vocat itidem Veniam habere, vt suprà docui) sic passiuè interdum συγγνώμην ἔχει is cui venia datur, qui veniam impetrat: aut certè qui veniam meretur, qui venia dignus est. Plut. aduersus Coloten, ἐχέτω δὲ καὶ τοῦτο συγγνώμην, ὡς λέγεται, Veniam impetret, Venia donetur. Apud Hermog. autem συγγνώμην ἔχει significat potius, Veniam meretur, Venia dignus est: vbi scribit, χαλεπώτερός ἐστιν ὁ πολίτης ἀδικῶν τοῦ πολεμίου. ὅτι ὁ μὲν διὰ τὸ γένος συγγνώμην ἔχει, ὁ δὲ ἐπιτείνει, διὰ τὸ πολίτης εἶναι, τὸ μισεῖσθαι. Hunc certè vsum apud Thucydidem quoque habet verbum ἔχειν cum isto accusatiuo: lib. 3, pag. 98, ἤν τι καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης ὦσιν, Siqua venia digni sint. Ita enim malo quàm, Siquid venia dignum sit in eis. Quinetiam Euripides ita vsus est in Phœnissis, — καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει, Προδότην γενέσθαι πατρίδος, ἥ μ' ἐγείνατο. Vbi συγγνώμην ἔχει nihil aliud est quàm συγγνωστόν ἐστι, sequendo præcedens illud loquendi genus. Ex his porro Euripidis & Thucydidis locis vetus esse istud loquendi genus cognoscimus. Nunc de genitiuo συγγνώμης iuncto cum verbo τυγχάνειν: quæ verba respondent illis συγγνώμην ἔχειν, sed habentibus significationem illam de qua priore loco egi: qua videlicet ponuntur pro Veniā dare, seu tribuere. Sonat enim συγγνώμης τυγχάνειν, siue τυχεῖν, Veniam consequi, Veniam impetrare: vel Venia donari, minus ad verbum, sed eodē sensu. Isocr. Areopag. μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν. Idem in Panath. οὐ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων. (vbi obserua non genitiuum solum, sed præfixa præpositione ὑπὲρ) Apud Thucydidē cum hoc genitiuo συγγνώμης, sequente genitiuo personæ. Affertur enim ex eo, συγγνώμης ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιοῦ. Alioqui dici etiam posset, συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνειν. Dicitur quoque συγγνώμην λαμβάνειν à Demosthene, is cui ignoscitur: id est, Veniam accipere: vt vicissim συγγνώμην διδόναι dicitur qui ignoscit: id est, Veniā dare, seu tribuere. His opponitur συγγνώμης ἐξαμαρτάνειν, q.d. A venia aberrare: pro Venia excidere, seu Spe veniæ excidere. Aut simplicius, Veniam non consequi, Veniam non impetrare. At συγγνώμης δεῖσθαι & συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι priora sunt quàm hæc συγγνώμης τυγχάνειν vel ἐξαμαρτάνειν. Illud συγγνώμης δεῖσθαι apud Herodianum legitur, lib. 2, ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον, γῆράς τε προϊσχόμενος, συγγνώμης ἐδεῖτο, At ille recusare instituit, tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniámque orare. vt Polit. vertit. Illud autē συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι ex Polybio affertur pro Facere vt quis ignoscat.

Frequens etiam est συγγνώμη ἐστί, interdum & συγγνώμη, pro Venia dignus est, vel dignū est, (prout postulat locus) Veniam meretur, Venia tribuēda est. Demosth. Pro corona, ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατ' αὐτοῦ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. (Qui locus cum isto Thucydidis pulchrè conuenit, libro 3, pag. 96, οὔκουν δεῖ προσθεῖναι ἐλπίδι οὔτε λόγῳ πιστήν, οὔτε χρήμασιν ὠνητήν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν. ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. Vbi ξύγγνωμόν ἐστι τὸ ἀκούσιον idem valet quod ξυγγνώμη ἐστὶ τοῦ ἀκουσίου) Idem orator in Mediā, οὐχ ὁμοίως οὕτως τούτῳ κἀκείνοις συγγνώμην [illegible], hunc non eadem qua illos venia dignum esse. Thucyd. lib. 4, pag. 158, ἢ ξυγγνώμην εἶναι εἴ τι ἀναγκασθῶσι. Apud eundem cum infinitiuo, libro 8 pag. 279, ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτοῖς περὶ ἀνδρὸς πολεμίου καὶ μετὰ τῶν τῆς πόλεως ἀξυμφόρου κακόν τι βουλεύειν. Sic lib. 5, pag. 193, εἰκὸς καὶ συγγνώμη dicit, sequente infinitiuo. At Lucillius participium subiunxit, quod eundem quem infinitiuus vsum præstat: Epigr. lib. 1, titulo in auaros: Εἰ μὲν ζῇς ἐλάφου πλείονα χρόνον ἢ κορώνης, Συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ. Atque vt suprà ostendi dici interdum πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, ita etiam πολλὴ συγγνώμη dici sciendum est: atque vnum ex Isocrate huius loquendi generis exemplum attuli quum agerem de illo πολλὴν συγγνώμην ἔχειν. Cui addi potest ex Demosth. in Mediam, καὶ νὴ Δία αὐτοῖς πολλὴ συγγνώμη. οὐ γὰρ ἐστι φορητὸς ἄνθρωπος.

Συγγνώμη (inquit Aristot. Ethic. lib. 6, cap. 11) est γνώμη κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή. vbi quidam συγγνώμην non interpretantur nomine illo Venia, sed Moderatio animi & æquitas. Verùm non dubium est quin ibi quoq; nomini συγγνώμη solita interpretatio conueniat. Perinde est enim ac si diceret Aristoteles, quòd nos alicui συγγνώμην ἔχομεν, id prouenire ἀπὸ τῆς γνώμης κριτικῆς τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθῆς, id est, à recta sententia diiudicatrice eius quod æquum est & bonum. Totus autē Aristotelis locus est hic, ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. ἡ δὲ συγγνώμη &c. Quoniam tamen Aristot. ita συγγνώμην in illa sua significatione vsurpat vt interim ad eius originem respicere videatur, & eam ducere à γνώμη: quidam vt hoc sua etiam interpreta-

A tione declararent, ἔχει τι περὶ ἐνια συγγνώμην interpr. In nonnullis delictis consensum accommodare: addêtes, id esse ignoscere ac veniam dare. Itidémque συγγνώμη quod statim sequitur, Hic consensus, id est venia. Sic συγγνωμονικὸν, Ad consentiendum promptum ac propensum, id est ad ignoscendum. Sed videri possit Aristoteles, in illo quidem ἀγνώμων, ad originem significationis quam habet illud vocabulum respicere, eam ducendo à γνώμη: at non idem in sequentibus illis nominibus facere: sed quoniã dixerit γνώμην esse τὴν ἐπιεικοῦς κρίσιν ὀρθήν, vt hoc probet, addere quæ sequuntur,

B potius ad rem quàm ad verba respicientem. Ac profectò durum fuerit (licet Aristoteles paulo sit in huiusmodi quæ ad analogiam grammaticam spectant liberior, vt alibi docui) συγγνώμη ad γνώμη illud reuocare: quasi συγγνώμη nihil aliud sit quàm nomen illud γνώμη (à simplici γινώσκω) cui præfixa sit præpositio. Contrà enim fateamur necesse est, vt γινώσκω verbale suum habet γνώμη, ita συγγινώσκω habere suum συγγνώμη. (Ac profectò si συγγνώμη verti deberet Cõsensus, multo id maiori cum ratione fieret, deducendo à συγγινώσκειν, quod

C consentiendi significationem alicubi habere ostendi, quàm à γνώμη, præfixa præpositione, vti dixi) Hoc autem perinde est ac si quis nomen Σύγγνωμον, quum apud Platonem pro consentiente ponitur, non iam esse verbale à Συγγινώσκω, sed ex γνώμη factum, præfixa præpositione, (eodem modo quo inde fiunt ἀγνώμων & εὐγνώμων, aliáque plurima) contenderet: at quum vsurpatur de eo qui ad veniam dandam propensus est, aut simpliciter de eo qui dat veniam: (quæ significatio

D frequentissima est, quum altera illa contrà sit rarissima, ea nimirum qua pro consentiente vsurpatur) tunc non amplius ad γνώμη pertinere, sed sui verbi significationẽ sequi diceret. In qua certè & ipse opinione essem, nisi itidem verbum ipsum συγγινώσκειν pro Consentire positum inuenissem.

Συγγνώμη redditur etiam Indulgentia (vti dixi) item Concessio, necnon Permissio: in hoc loco Pauli ad Corinth. c. 7, vbi de coniugio disserit, τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ᾽ ἐπιταγήν. Vbi vet. interpr. συγγνώμην reddit in-

E dulgẽtiam, itidémque Erasm. Ideo autem quidã Concessionem aut Permissionem interpretari maluerunt, quòd Indulgẽtia dicatur de iis quæ talia sunt vt reprehendi possint. Sed sunt qui contrà in bonã etiam partem vsurpari velint. Verùm hoc sciendum est, inueniri & aliam lectionem, videlicet κατὰ γνώμην. quam ne omnino reiiciendam putem, facit eadem oppositio γνώμης & ἐπιταγῆς in eadem epistola. vt enim hîc scriptum est (sequendo illam lectionem) τοῦτο δὲ λέγω κατὰ γνώμην, οὐ κατ᾽ ἐπιταγήν: ita ibi, περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι, &c. Illud tantùm iniicit

F mihi scrupulum quòd κατὰ γνώμην ea in significatione legere me non meminerim.

Συγγνώμη, Status vnus ex assumptiuis, quum reus crimen quod obiicitur, transfert in rem aut personam quæ iudicio nõ est obnoxia, vt scribit Hermog. Concessio à Trapez. exponitur. Latinè dici etiam potest Venialis status, & Deprecatio. Hæc ex vulg. lex. Vide Hermogenẽ ex quo affertur & συγγνωμονικὸν κεφάλαιον, quod huc pertinere videtur. Exponitur autem Venialis locus.

G Συγγνώμων, ὁ & ἡ, (qui & συγγνωμονικός) Ad veniam dandã propẽsus, Qui libenter dat veniã, Facilis in dãda venia, Facilis in condonãdis peccatis. Possis etiam exponere, Placidus Facilisque, veniæq; paratus, ex Nasone. (Redditur itẽ Indulgens, itẽ Clemẽs, Mitis, Misericors) Sic in cõparatiuo gradu συγγνωμονεστέρα ψυχὴ apud Synesium, Animus ad veniã dandam propensior, vel Animus ad misericordiam propensior. Possit alioqui συγγνωμονέστερος reddi etiam vno verbo ex Terentio, Ignoscentior. Atque adeo illud συγγνωμονεστέρα ψυχὴ ex eo verti possit

H Ignoscentior animus. Interdum verò συγγνώμονα εἶναι) est simpliciter Veniam dare, Ignoscere. Xenoph. τοὺς θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι), deos precaberis vt tibi veniam tribuant. Apud Euripidem, sequente etiam genitiuo (vt nimirum συγγνώμη genitiuum habet) συγγνώ-

A μονα εἶναι τῶν εἰρημένων, Veniam dare eorũ quæ dicta sunt, Ignoscere quæ dicta sunt. Apud Thucyd. ξυγγνώμονες ἐστὲ pro Concedite, (vt Da mihi hanc veniam, pro Hoc mihi concede, Sine te hoc exorem. Gallicè, *Faite moy ceste grace*) lib. 2, ξυγγνώμονες δὲ ἐστε, τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοὺς ὑπάρχοντας προτέρους, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοὺς ἐπιφέροντας νομίμως. Quamuis autem paulo aliter hic sumatur quàm in illo Xenoph. loco, itidem tamen dis tribuitur. (NEVTR. Σύγγνωμον siue ξύγγνωμον, apud Thucyd. ab illa significatione discedit. ponitur e-

B nim passiue pro συγγνώμης ἄξιον, Venia dignum. Locum autem in quo vtitur, habuisti suprà in Συγγνώμη, col. 1862, lit. E) Contrariam huic significationem habet BICOMP. Ἀσυγγνώμων, Qui non est ad veniam dandam propensus, seu ad ignoscendum. Aut etiam simpliciter, Qui veniam non dat, apud Demosth. Redditur item Immitis, Immisericors: vt συγγνώμονα reddi etiã Mitem, Misericordem, dictum est.

Σύγγνωμον, Consentiens, Qui est eiusdem sententiæ. Plato De leg. lib. 6, ὑμεῖς δὲ ἡμῖν βουλόμεθα συγγνώμονάς τε

C ἅμα καὶ μαθητὰς γίγνεσθαι. Sic autem συγγινώσκειν pro Consentire alicubi vsurpari, dictum fuit. Alioqui non tanquam verbale huius συγγινώσκω esset, sed tãquam ex γνώμη factum, præfixa præpos. σύν. vt inde sunt ἀγνώμων, εὐγνώμων, aliáque quamplurima. Præsertim verò si reddatur Qui est eiusdem sententiæ, deductio hæc cõuenire illi videbitur.

Συγγνωμονικός, ἡ, ὁν, idem quod συγγνώμων, in ea significatione quæ priori illi data fuit, videlicet pro eo qui ad

D veniam dandam propensus est, &c. Aristot. συγγνωμονικὸν (qualem esse scribit τὸν πρᾶον) opponit τιμωρητικῷ Ethic. lib. 4, cap. 5, οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Idem Rhetor. 1, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις συγγνωμονεῖν ... ἁμαρτάνειν. Habuisti hoc nomẽ ex eodem suprà, in loco quem protuli in Συγγνώμη. Sed συγγνωμονικὸν ab eodem vsurpatur etiam pro συγγνωστός, Venia dignus, Cui ignosci debet. Rei tamẽ potius quàm personæ tribuitur, vt opinor. Sic Ethic. 7, οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται, ἢ λυπῶν, θαυμαστὸν ἀλλὰ καὶ

E συγγνωμονικὸν εἰ ἀντιτείνων. Itẽ lib. 5, ὅσα μὲν μόνον ἀγνοοῦντες ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά. Ibidem, τῶν δ᾽ ἀκουσίων [ἀδικημάτων] τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικά, τὰ δ᾽ οὐ συγγνωμονικά. ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά· ὅσα δὲ μὴ δι᾽ ἄγνοιαν ἀλλ᾽ ἀγνοοῦντες μὲν, διὰ πάθος δὲ μήτε φυσικὸν, μήτ᾽ ἀνθρώπινον, οὐ συγγνωμονικά. Quod autem Aristoteli συγγνωμονικὸν, (ex quo solo huius significationis exempla suppetũt) id Thucydidi esse σύγγνωμον ostendi in loco quem ex eo attuli post Συγγνώμων. Videtur certè magis conuenire huic σύγγνωμον quàm illi συγγνωμονικὸν ista significatio. At

F de συγγνωμονικοῦ κεφαλαίου dictum fuit suprà in nomine Συγγνώμη significante venialem statum, vt quidem interpr. v. l. Vbi & συγγνωμονικὴ αἰτίασις dicitur esse cõcessio. ADVERB. Συγγνωμονικῶς, Animo ad veniam dandam propenso, Clementer, sequendo non posteriorem sed priorem nominis Συγγνωμονικός significationem.

¶ Γνωρίζω, Noscito, Agnosco. Ponitur autem & pro Notum facio, Notitiam do, siue præbeo. (vno verbo Notifico, quod apud Nasonem & Gellium inuenitur) dubitariq; possit vtra significatio præcedere debeat. Sed illi significationi qua ponitur pro Noscito siue Agno-

G sco, priorem locum dedi, quòd plura eius exẽpla (præterquam in Testam. noui scriptis, vbi altera perfrequẽs est) inuenisse mihi viderer. Siquis tamen alterã præcedere malit, facilè cedã. Plut. in Amat. nar. πρὶν τὸ φώνημα γνωρίζειν ὅτι τὸ Φώκου εἴη, vocẽ illam, vt quæ Phoci esset, agnouisse: Polit. interprete. Herodian. lib. 1, γνωρίσαντες δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ δὲ μᾶλλον ἐπιστεῦσαν ὁ ἀξιωθεὶς τὴν γραφήν, Agnita dein Cõmodi manu, vt idem vertit.

H Eodẽ modo dixit lib. 2, λαβὼν τοῦτο τὸ γραμματεῖον (γνωρίζεις δὲ τῆς Κομμόδου χεῖρα, ἅτε σοι τῷ συνήθει) ἐπιστείλας. Sic & pass. Γνωρίζομαι, Agnoscor, apud eundẽ, lib. 2, τὸ γένειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωρίζοιτο, Derõsa barba, ne agnosceretur. Itidémque apud Lucianum in Timone, οὐκέτι γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, Non amplius a-

A gnoscor ab eis. Ita enim malo quàm Cognoscor ab eis, vt habent v.l. (Licet alioqui, vt γνωρίζω, Cognosco, ita γνωρίζομαι reddi alicubi possit Cognoscor) Bud. quũ de ὁδηγιώσιν loquutus esset, quod dicit significare Agnoscere, id est Noscitare: subiunxit, Idem γνωρίζω significat. Lucian. γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημι ὅμοιος εἶ αὐτῷ. Cui loco addit illum Herodiani, (paulo antè à me allatum) γνωρίσαντι τὴν Κομμόδου χεῖρα, Agnito Commodi chirographo. Quum alioqui (inquit) γνωρίζω significet Cognosco, & Indico, & Notum facio. Vnde γνώρισμα, Indicium, vt pulsus in febre. De quibus Budæi verbis dicam aliquato pòst. Nunc redeo ad illũ Luciani locum, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, &c. In hoc enim quũ γνωρίζω reddat Agnosco, in iis verbis quæ modò ex eo protuli: alibi vertit etiam Non renuo: exponens Græcis verbis itidem οὐκ ἀπαιτοῦμαι. Locus autem (vt melius de eo iudicari possit) est hic in principio libelli aduersus eum scripti qui ipsum in verbis Promethea esse dixerat. ita enim illum orditur, Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶ φὴς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο ὦ ἄριστε ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημι ὅμοιος εἶ αὐτῷ. Occasionem autem sumpsit Bud. interpretandi illud γνωρίζω, Non renuo, ex proximè sequentibus ipsius Luciani verbis. nam subiũgit, οὐδ' ἀπαξιοῦμαι πηλοπλάθος ἀκούειν. Non dubium est certè quin & hic locum habeat verbum Agnoscere: sed eum vsum habens quem in isto Ciceronis loco De amicitia, Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo. Sic apud eundem pro Milone, Facti illius gloriam libens agnouisset. Sed & apud Herodianum γνωρίζειν à vulgari verbi Agnoscere significatione discedit, lib. 8, vbi scribit, προθέντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξίμου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε καὶ στεφάνοις, στεφάνους καὶ δάφναις κατεστεμμένας, αὐτοί τε ἐπεφήμουν, καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον ἔπειθον γνωρίσαι καὶ ἀσπάσασθαι εὐφημίαις τε οὓς ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος εἵλοντο αὐτοκράτορας. Quæ Politianus ita vertit, Proponut Maximini & Balbini ac Gordiani cæsaris imagines, coronis & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum vt agnoscerent salutarénque & lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. Hoc certè in loco non Latinum loquendi genus è Græco, sed potius Græcum è Latino petitum esse crediderim. Existimo enim hoc loco Herodianum vocem Agnoscere, qua illi vt valde propria vsi erant, voluisse ita interpretari vt verbum verbo redditum esset: ideóque illo γνωρίζειν vti non dubitauisse, licet exemplum huius vsus fortasse non haberent. Itidem certè & alia Græca verba ad vsum Latinorum accommodasse illum memini me obseruare. Habet porro nostrum Gallicum verbum *Recognoistre* (quum propriè sit Agnosco, id est Noscito) hanc quoque verborum Agnoscere & γνωρίζειν significationem. Dicimus enim, *Ie le recognoy seigneur*, vel *roy*, aut *empereur*: pro Agnosco illum dominum, regem, imperatorem. Sæpe tamen alia quoque constructione dicere solemus, *Ie le recognoy pour seigneur*, &c.

Γνωρίζω interdum non est Agnosco, sed potius Cognosco. Bud. quum dixisset γνωρίζω esse Agnosco, & huius significationis exempla protulisset: subiunxit (vt suprà docui) Quum alioqui γνωρίζω significet Cognosco, & Indico, & Notum facio. Quibus verbis videri possit significationem illam qua pro Agnoscere ponitur, nõ censere esse primam & maximè propriam. quod ego aliter se habere existimo. Quòd autem subiungit, inde esse γνώρισμα, pro Indicium, ne hoc quidẽ affirmari potest: quum deriuando γνώρισμα ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Agnosco, possit exponi, Id quo aliquem seu aliquid agnoscimus. Sed tamen de hoc alios pronuntiare malens, venio ad exempla quibus illa cognoscendi significatio probari potest. Ibi certe nullum ipse affert: sed alibi hoc producit ex Aristot. Metaph. lib. 9, καὶ τὴν ὀλιγωτὴν μέτρον τῶν ἐπιστημάτων λέγομεν, καὶ τὴν αἴσθησιν, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς. Ex eodem, ἐκ τῶν ἐξ ἄλλου ἡμῖν μᾶλλον οὕτως ἐγνωρισμένων πολλάκις ἐστί. Quinetiam ex Demosthene affert γνωρίζω, pro Cognosco, Noui. Itidémque partic. ἐγνωρισμένος pro Cognitus, inueniri tradit. Ex Isocrate quoque affertur γνωρίζειν pro Cognoscere: vbi scribit, πειρῶ γνωρίζειν τοὺς λέγοντας ὁποῖοί τινες καὶ τίνες εἰσί, Da operam vt noris eos qui & quales sint qui loquuntur. Sic etiam ex Galeno pro Cognoscere, seu Deprehendere: ad Glauc. lib. 1, ἀμφημερινὸν δὲ πυρετὸν ἰδεῖν ἐστι μάλιστα γνωρίσεις. Item, γνωρίζεις δὲ τὰς διαίτας ἁμαρτήσεις τῆς ἀσυμμετρίας τῶν σφυγμῶν. Ad hanc significationem referẽda est ea quam dat Polit. isti verbo in hoc loco Herodiani, lib. 1. ὥστε δὲ τινες τῶν πρεσβυτέρων καὶ γνωριζόντων αὐτοῦ τὸ ἦθος. vertit enim, Qui consuetum ipsius haberent ingenium. Miror tamen cur potius reddiderit Consuetum haberent quàm Cognitum haberent: atque adeo suspicari quis possit hoc, non illud, ab eo scriptum fuisse. Inuenitur alioqui & in v.l. γνωρίζω expositum Consuetudinem ineo & familiaritatem. Cui significationi subiungitur ex Aristide, οὐ χαλεπῶς ἀλλήλοις ἐγνωρίζον. Sed incertum est an hic Aristidis locus pro illius significationis exemplo afferatur: quum ibidem illam proximè præcedat ea cui primum locum dedi: videlicet Agnosco, Noscito.

Γνωρίζω, Notum facio, Notum reddo. vel Cognitum reddo, Notitiam præbeo, Indico. Gregor. de Basilio, Ἀθῆναι δέ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον. Idem, ἵνα καὶ τὴν φύσιν ἐπιδείξη καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν. Idem, ὁποίου γνωρίζεις τὴν ἀλήθειαν. At in hoc Athenæi loco redditur Indicare: ὁ Πέρσης βασιλεὺς ἆθλα ἐτίθει τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι, is præmia proponebat qui nouas voluptates indicabant. In Testamenti noui scriptis frequentissimum est hoc vocabulum (vnde etiam videri possint Gregor. & reliqui theologi lubenter hoc fuisse vsi) in hac transitiua significatione, videlicet pro Notum facio, Declaro. (qua vsi prius fuerant Græci Bibl. interpretes: vt videmus cum alibi, tum in hoc Psalmi 15 loco, ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς) Ioann. cap. 17, vers. 26. καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω, Et notum feci eis nomen tuum & notum faciam. Sic ad Romanos capite 9, de Deo, ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. Sic ibidem, versu proximè præcedenti, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, Notam reddere potentiam suam. Aut etiam, Patefacere potentiam suam. Quo verbo reddi aptè potest & in isto loco epist. ad Ephes. cap. 1, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Vtitur autem & alibi hoc ipso verbo cum eodem accusatiuo. Apud eundẽ frequens est γνωρίζω ὑμῖν ὅτι, quum dicturus est aliquid quod ab illis sciri magni referre existimat, perinde acsi diceret, Vos autem hoc ignorare nolim. Vel potius, Vobis autem apertè significo. Non malè tamen interpr. qui & hic reddunt Notum facio. Apud eundem verò vbi dicit, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικός, reddi etiam potest, Omnia vobis exponet, vel De omnibus certiores faciet. Inuenitur tamen γνωρίζω & pro Cognosco, vel Noui: epist. ad Philipp. cap. 1, v. 22. καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω. vbi οὐ γνωρίζω redditur etiam Ignoro, rectè. At de vsu quẽ habet apud eundẽ passiua vox γνωρίζομαι, dicã mox vbi de illa agã. Nũc de alia significatione verbi huius γνωρίζω, quæ ad istam cuius exempla tot allata fuerunt, pertinet: sic tamen vt tanquam particularior sub generaliori includatur. Ea est qua ponitur pro συνίστημι καὶ συστατικὸς, vt expon. Bud. afferens ex Plutarcho in Fabio, καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἡ γυνή. Interpretationem autem ibi non addit, sed alibi reddit, Conciliat illi & insinuat. Quidam certè γνωρίζω & hic simpliciter interpr. Notum reddit.

PASS. Γνωρίζομαι (sequendo significationes datas actiuæ voci Γνωρίζω) est Agnoscor, cuius significationis habuisti duo exempla suprà in Γνωρίζω, vnum ex Herodiano, alterum ex Luciano. Item, sicut Γνωρίζω pro Cognosco etiam poni interdum dictum est, ita Γνωρίζομαι pro Cognoscor poni sciendum est. vnde ἐγνωρισμένος, Cognitus. Denique vt Γνωρίζω est Notum facio, sic Γνωρίζομαι, Notus fio, Innotesco, Patefio. Quibus modis reddi potest apud Paulum: fortassis autem alicubi & Cognoscor.

Γνώρισμα, ατος, τὸ, Id ex quo aliquem siue aliquid agnoscimus, Indicium. Synes. καὶ καθάπερ ἱερείου διὰ πυρὸς ἀφανισθὲν τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου. Lucian. ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε ἀπαιτεῖν ἐπὶ τούτῳ τὸ γνώρισμα. Plutarch. ἃ ἔχει καὶ γνωρίσματα διηγήσεως. Bud. (vt antea dixi) hoc verbale vult esse ab ea verbi γνωρίζω significatione qua ponitur pro Indico, Notum facio: exponitque Indicium: addens, vt pulsus in febre: apud Galenum, ταῦτα μὲν αὐτῶν τῶν ἐφημέρων γνωρίσματα. Apud eundem, μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἐστὶ καὶ τοῖς οὔροις γνωρίσματα. Apud Xenoph. quoque γνωρίσματα reddi potest Indicia, Pæd. 2, συναρμόσαι ταῦτα ἀπαντῶν, ἵν᾽ ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν.

Γνώρισμα, Insigne, Ornamentum, Decus, Id propter quod aut res aut ciuitas visenda est. Ita Bud. afferens ex Gregorii oratione de Basilio, ἄλλαις μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν οἰκείων· τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώρισμα. Id est, Propter literarum studia visitur: de Cæsarea Cappadociæ. Sic γνωρίσματα τῆς βασιλείας affertur pro insignibus imperii. Item, φιλοσοφίας τὰ φέρει γνωρίσματα, ex Alexand. Aphrod. in præf. Probl. lib. 1, de medicina, Insignia gestat philosophiæ.

Γνωρίσματα plurali numero, Monumenta: sed accipiendo hanc vocem Latinam in certa & peculiari significatione. Terent. in Eunucho, Act. 4, scena 6, Abi tu, cistellam Pythia domo effer, cum monumentis. Vbi Donatus, Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Cuius significationis aptissimum videtur exemplum habere iste Pausaniæ locus, in Atticis, κατέθετο Αἰγεὺς ὑπὸ τῇ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Pertinet autem potius hæc significatio ad illam cui primus locus datus est, quàm ad eam cui secundus. Cæterùm (vt de hoc obiter lectorem moneam) conuenire optimè videtur ille Terentii locus cum isto Plauti in Rudente, Quia leno ademit cistulam ei quam habebat, vbique habebat Qui suos parentes noscere posset: veretur ne perierit. Vbi obserua etiam verbum noscere quod est γνωρίζειν, vnde γνωρίσματα.

Γνώρισις, εως, ἡ, Agnitio. Item actio reddendi quempiam notum alii. Plato, πολλὴν χάριν οἶδά σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, quòd mihi notum & familiarem feceris Theætetum, vt vertit Bud. Huic autem verbali subiungam COMPOS. Ἀγνώριστος, Δυσγνώριστος, Εὐγνώριστος. quoniam & ipsa, licet eis per compositionem α accesserit, magis formam verbalis retinent quàm nomen Γνώριμος: quod alioqui factum itidem ex hoc verbo esse cõstat. Sicut enim Γνώρισμα ex ἐγνώρισμαι, Γνώρισις ex ἐγνώρισαι, sic illa ex ἐγνώρισται fieri manifestum est, & quidem tanquam præcedente γνωριστός. Est igitur Ἀγνώριστος, Non agnitus, aut Qui talis est vt agnosci nõ possit. Item, Non notificatus, seu Qui nõ innotuit, Qui in notitiam non venit. Vel, Qui talis est vt notificari seu innotescere non possit. At v. l. interpr. Incertus, Incognitus. Præceditque in iisdem VERB. Ἀγνωρίζω pro Ignoro, quod mihi valde suspectum est. Secundum COMPOS. est Δυσγνώριστος, Agnitu difficilis, Qui facilè agnosci non potest. Vel, Qui non facilè notificari potest, seu innotescere. Cui contrariam significationem habet tertium COMPOS. Εὐγνώριστος. Sonat enim, Agnitu facilis, Qui facilè agnosci potest. Vel, Qui facilè notificari queat, seu innotescere. His addam & VERBALE Γνωριστικός, quo significatur Notitiam præbens, & quasi quis dicat Notificatorius. Sed apud Pollucem reddi potest Index, vbi scribit γνώμονα vocari τὸν ἀποπίπτοντα ὀδόντα τῆς ἡλικίας ὄντα γνωριστικόν.

Γνώριμος, ου, ὁ & ἡ, Notus, Cuius notitiam habemus. Demosth. Olynth. 3, ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ᾽ οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. Plut. in lib. De Pyth. orac. ἀμαθὴς γὰρ ἔσται νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία· καὶ δόκιμον καὶ αὐτὸ τὸ συνήθες ἐστὶ καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. Alexander lib. 1 De anima, γνώριμον τὴν & ἀγνωστότατην inter se opposuit: eodémque in loco voci γνώριμον addidit ἀναμφίλεκτον, ita scribens, ἀλλ᾽ ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων ἃ τὴν μὲν ὕπαρξιν ἔχει γνωριμωτάτην, ἀγνωστοτάτην δὲ τὴν οὐσίαν· ὥσπερ ἥ τε κίνησις καὶ ὁ τόπος ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ χρόνος. ἑκάστου γὰρ τούτων τὸ μὲν εἶναι γνώριμον καὶ ἀναμφίλεκτον· τίς δὲ ποτ᾽ ἐστιν αὐτῶν ἡ οὐσία, τῶν χαλεπωτάτων διαγνῶναι. quæ Bud. ita vertit, (sensum exponens, non singula verba interpretans) Tempus esse & locum omnes nouerunt, sed quæ sit eorum essentia siue natura, & definitio, scire difficillimum. Γνώριμος annotatur significare etiam Cognitu facilis, sed nullum significationis huius exemplum additur: videndum autem annon illi Demosthenis loco conuenire possit: vt videlicet γνώριμος ibi non sit Notus sed Cuius facilis sit notitia, Cognitu facilis. Neque tamen & illam interpretationem ferri posse nego. Γνώριμον alicubi legisse mihi videor non simpliciter pro eo qui notus sit, sed pro eo qui sit clarus & celeber. Apud Aristotelē Polit. lib. 4, οἱ γνώριμοι distinguuntur ἀπὸ τοῦ δήμου: dicunturque δήμου εἴδη esse, οἱ γεωργοί, τὸ περὶ τὰς τέχνας, τὸ ἀγοραῖον &c. at γνωρίμων εἴδη esse, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετή, παιδεία. In v. l. ponitur & Γνώριμον, tanquam substantiuum, quod redditur, Fides, reique exploratæ & compertæ fiducia. Quibus verbis additur hæc expositio Græca, sine autoris nomine, πιστὸν καὶ ἀσφαλές· ὃ ὑμεῖς πιστὸν ἔσμεν. Sed quanuis de hac expositione, nisi locus adeatur, difficile sit iudicare, quicunque eius est autor, non videtur γνώριμον illud pro substantiuo accipere.

Γνώριμος, Notus. Sed hîc me loqui scito non tam de participio Notus, quod est Cognitus: sed de nomine Notus: id est de Notus quod ex participio in nomen, sicut & alia quædam apud Latinos quoque, transiit, & pro familiari ponitur. (Scio enim & extra hanc significationem, nominis loco haberi nonnunquam) vt in hoc versu Horatii, Sat. 1, lib. 1, Non vxor saluum te vult, non filius: omnes Vicini oderunt, noti, pueri atq; puellæ. Vsus est autem hoc γνώριμος & Homerus, sed vno duntaxat (vt tradit ex aliis Eustath.) in loco: videlicet Odyss. π, non procul à principio, Εὔμαι᾽, ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ᾽ ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Vbi annotat idem grammaticus, discrimen poni inter ἑταῖρον & γνώριμον: ac fortasse τιμιώτερον esse ἑταῖρον quàm eũ qui simpliciter sit γνώριμος: fortasse etiam esse γνώριμον quiddam generalius, sub quo comprehendantur & ἑταῖροι & alii quolibet modo συνήθεις. Ego certè illi in vtroque assentior: nam latius multo γνώριμον patere quàm ἑταῖρον, & maiore hũc quàm illum in pretio esse, varii scriptorum apertè ostendunt loci. Apud Demosthenem certè vt φίλος minus quàm ξένος, ita hoc φίλος plus esse quàm γνώριμος videmus, in isto orationis Pro corona loco, ἐκ ποίας γὰρ ἴσως ἢ δικαίας προφάσεως Αἰσχίνῃ τῷ Γλαυκοθέας τῆς τυμπανιστρίας, ξένος ἢ φίλος ἢ γνώριμος ἦν Φίλιππος; q. d. Tantum abest vt iusta aliqua de causa potuerit illi esse ξένος, vt nec φίλος, atque adeo ne γνώριμος quidem. Sæpe autem redditur hoc γνώριμος Latina voce Familiaris. Bud. interpr. Familiaris & quicum consueuimus: afferens ex Xenophonte, ὥσπερ κύνας οἱ σὺ τρέφεις, θεραπεύων, γνωριμωτέρους ἑαυτῷ ἢ σοι ποιήσεις. Interdum οἰκεῖοι & γνώριμοι, nonnunquam γνώριμοι & συνήθεις copulantur. vtriusque vsus exemplum extat apud Plat. Legitur enim apud eum De rep. lib. 1, ἀπεχθάνεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ γνωρίμοις. Apud eundem libro eiusdẽ operis 2, τοῖς γνωρίμοις καὶ συνήθεσιν opponũtur οἱ ἀγνῶτες. Ita enim scribit, οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος, πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόν τε πρᾳοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον. Itidẽ copulantur ista duo nomina ab Aristotele: sed duobus his alia duo opponuntur. neque enim ἀγνῶτες solum illis duobus opponit, sed ἀγνῶτες & ἀσυνήθεις: ita scribens, Ethic. lib. 4, cap. 6, ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Rursum autem Plato in Charmide ἀγνῶτας & γνωρίμους inter se opposuit, scribens, τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοί, τοὺς δὲ καὶ πάνυ γνωρίμους. Nec verò solum γνώριμος τινι, sed & γνώριμος τινος dicebant. vnde affertur etiam γνώριμος ὁ-

Digitized by Google

μος. Peculiari magis significatione γνώριμοι appellabantur οἱ μαθηταί. Suidas postquam γνώριμοι exposuit φοιτηταί, hunc locum affert, Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. Quò pertinet hic Plutarchi locus in lib. De virtute moral. τινὶ γνώριμοι καὶ μαθηταὶ ἑταῖροι καλούμενοι καὶ ὄντες.

ADVERB. Γνωρίμως, Familiariter, More eorũ qui sunt familiares. Possint verò & aliæ interpretationes huic aduerbio dari, sequendo eas quæ nomini γνώριμος datæ fuerunt.

C. AN Ἀγνωρίζω, Agnosco. Sonat q.d. Recognosco, non in ea signif. quam habet apud veteres scriptores, sed in ea potius quæ barbara est pro Gallico *Recognoistre*. Plato in Politico, δεῖ δὴ τις συγγενῆς ἡμᾶς ἀεὶ προθύμως δι' ἀλόγου ἀναγνωρίζειν. vbi Bud. vertit Agnoscere, Noscitare. B

A Pass. Ἀναγνωρίζομαι, Agnoscor. At in v. l. Innotesco.

Ἀναγνωρισμός, οῦ, ὁ, ET Ἀναγνώρισμα, ατος, τό, Agnitio. Synes. epist. 100, ὦ παρ' ὧν ἐν ἐμοὶ συνελθόντες πάλαι, τὸν συντυχίαν ἀναγνωρισμὸν ποιούμενοι. Interdum verò ἀναγνώρισμα est potius Specimẽ & documentũ, teste B. Ἀναγνώρισις, εως, ἡ, apud Plat. idem quod ἀναγνωρισμός, Agnitio.

C. ΔΙ Διαγνωρίζω, Dignosco, Internosco. Apud Lucam autem, cap. 2, ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου. pro Diuulgauerunt, Notum fecerunt, vt Bud. vertit: rectius quàm vet. interpr. Cognouerunt. Erasm. tamen quum alioqui reddat & ipse Diuulgauerunt, putat & pro Pernouerunt posse accipi. sed perperam: quum cõstet positum esse pro διεφήμισαν quo Marcus vsus est.

Quod sequitur vocabulum δάπεδον, vel post πέδον, vel post ἔδαφος ponendum fuisset, prout quis ex duabus etymologiis quæ ei dantur, alterutram sequi voluisset. Affertur verò & tertia, quam itidem declarabo. Cæterùm quòd non sit παραγωγόν, sed aliunde deriuatum, (licet & ipsum non pauca ex se deriuata habens) ideo notulam ei, sicut aliis plerisque, præfixi.

—ΔΑΠΕΔΟΝ, ου, τό, Pauimentum. Generalius verò & Solum. Homer. Iliad. δ, in principio, Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, in aureo pauimento. Quẽ locum affert & Cam. postquam dixit δάπεδον esse pauimentum, id est, complanatum & spatiosum locum in ædibus. Sed malim simplicius interpretari Pauimẽtum (non addita illa vocis huius expositione) tum in hoc tum in aliis eiusdẽ poetæ locis. Ex quibus est hic, Odyss. κ, Ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστὸν, Καλὸν ἀοιδιάει, δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν. Vbi Eustath. annotat δάπεδον non γῆν ὑπαιθρον videri significare, sed τὸ τοῦ δώματος ἔμβαδον. Apud eũdem eiusdem operis lib. λ, Ὡς ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας Κείμεθ' ἐνὶ μεγάρῳ, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν. Vbi annotat idem scholiastes, ὅτι δ' ἐν τοῖς ῥήτορσι καὶ ὅτι δάπεδον καὶ τοῦ ὅπως ποτὲ μεγάλου ἔδαφος εἶναι, ἴσθι καὶ αἱ βάσεις αἱ οἱ κρητῆρες. Vbi obseruandũ est, eum, tanquam nõ affirmantem, addere ἴσως, i. fortasse. Sic quoq; in loco præcedẽte non dicit significare, sed videri significare τὸ τοῦ δώματος ἔμβαδον. Qua voce alioqui vtitur in eiusdẽ vocabuli expositione, in illo etiã loco quẽ primum protuli. Postquã enim dixit δάπεδον esse τόπον ἐγγὺς οἰκημάτων, αὐτὸν μὴ ἔχοντα οἰκήματα: siue τόπον ἐν πόλει, ψιλὸν οἰκημάτων: (vt in hoc eiusdem scriptoris loco, ἀφαιροῦντι τὴν ἀσπίδα ἐπὶ χαλκοῦ οὔδεος, ... τῷ δαπέδῳ ἐπὶ τοῦ τείχους) siue χωρίον ἡμαλὸν εἰς διατριβὴν αἴθριον, (quod in Odyssea vocari ab illo τυκτὸν δάπεδον, vbi proci se exercent) addit, posse & hic, sicut in quibusdam Odysseæ locis, hac voce intelligi τὸ ἐντὸς οἰκίας ἔμβαδον. adeo vt δάπεδον non sit αἴθριον dũtaxat, sed ὑπόροφον quoque. Quibus hæc subiungit, quæ de etymo huius vocis disserit. Ortum est δάπεδον ex vocula δᾶ (quæ Doricè terram significat) & nomine πέδον. Idem enarrator in hunc locum qui extat Odyss. χ, Αὐτὰρ Τηλέμαχος καὶ βουκόλος ἠδὲ συβώτης Λίστροισιν δάπεδον πύκα ποιητοῖο δόμοιο Ξῦον, annotat δάπεδον hic quoque significare τὸ ὑπόστεγον ἔδαφος. idque manifestum esse ex eo quod dicatur δάπεδον δόμοιο, nimirum ad differentiam τοῦ αἰθρίου. Sciendũ est porro vocem istam pro pauimento reperiri apud eos quoque qui soluta oratione scripserunt. Athenæus lib. 12, ἔρραινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ σπουδαίῳ καὶ οἴνῳ ἀνώδει τὸ δάπεδον. Quinetiam apud Xenophontem vocẽ istam habemus, Pæd. libro 8, pag. 142, meæ editionis, vbi de Persarum luxu & mollitie loquitur, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ δάπιδες.

Δάπεδον, interdum est potius Solum: vt quum dicitur quis natus vel ἐν δαπέδῳ regionis vel vrbis alicuius humatus esse: cuius vsus exemplũ in Anthol. epigr. extat. Sed & pluralis pro singulari positus hunc eundem vsum obtinet. vt in hoc Biantis epitaphio, Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει Ἥδε Βίαντα πέτρα, κόσμον Ἰωσι μέγαν. Inuenitur & cũ aliis genitiuis, siquidẽ apud Eurip. legimus πέδων δαπέδοις, periphrasticè pro πέδοις. Eadem periphrasi dicitur γῆς δάπεδον, (vt Latini poetæ dixerunt Terræ solum) quod Aristophanes non tanquam comicum, sed tanquam tragicum vsurpauit, in Pluto, Ἢ γῆς ἀρότρῳ ῥήξας δάπεδον, καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι. Sic autem pleraque extant apud hunc comicum, quæ minimè ex comico sermone sumpta sunt, quin potius ab eo abhorrent: sed ad tragicam grandiloquentiam alludens aut etiam nominatim ad alicuius tragici locum, iis vtitur.

Δάπεδον, (vti dixi) quidam ex πέδον, alii ex ἔδαφος deriuarunt. Eustathius ex iis est qui ex πέδον deductum esse volunt: vt nimirum δάπεδον dicatur quasi δᾶς πέδον, quod δᾶς est Doricum pro γῆς: à NOMIN. Δᾶ. Sonabit autem δᾶς πέδον quasi quis dicat Terræ solum. Sic non solùm γῆς πέδον, sed etiam χθονὸς πέδον inueniri apud tragicos, docui in πέδον: genitiuum illum ex Æschylo, initio sui Promethei vincti, hunc autem ex Sophocle afferens. Etymologus nomen hoc δάπεδον deducit quidem & ipse ex πέδον, cui præfixa sit particula δα. sed huic aliam hic significationem inesse existimat. vult enim esse ἐπιτατικήν. id est, habere vim intendendi. vt δάπεδον sonet τὸ μέγα καὶ πλατὺ πέδον, quod est ἔδαφος. Fieri autem ait hoc δα ex ζα, per metathesin literæ δ in ζ. vnde ζάπλουτος dicitur ὁ πάνυ πλούσιος. Vbi obserua obiter eundem vsum PARTIC. Ζα, ET Δα, si eius sententiã sequamur. Ad ζα quidem quod attinet, in multis vocabulis hanc intendendæ significationis vim habere cõstat: at particulæ δα hunc vsum habentis, non obuia itidem exempla sunt. Dicitur quidem in δάσκιος esse itidem ἐπιτατικὴ hæc vocula, sed alii esse volunt per syncopen factum ex δασύσκιος. Sic & in Δαφοινὸς vsum isti m à quibusdã habere existimatur. Altera autem etymologia (cuius nullam scholiastes ille mentionem facit) ea est qua δάπεδον ab ἔδαφος deducitur. Sed hæc mihi multo minus placet, minusque verisimilis videtur. Alioqui pro ea facere videri queat VOX Ἔδαπεδον, quippe quæ habeat ε, & in qua aspiratæ duntaxat in tenuem mutatio facta dici possit: vt videlicet ex ἔδαφος primùm ἐδάπεδον pro ἐδάφεδον factum sit, deinde δάπεδον, ablata prima illa vocali. Sed vocem illam ἐδάπεδον nullo testimonio nobis comprobant vulg. lex. ego autem nec apud Hesychium nec Suidam, nec Etymologum, nec alium quenquam, eam reperio: adeo vt valde suspectã habeam, & verear ne, vt aliæ quamplurimæ, errore alicuius ex illorum vulg. lex. consarcinatoribus in ea irrepserit. Hæ sunt illæ duæ etymologiæ quæ apud veteres grammaticos extant: sic tamen vt prior magis apud eos recepta sit. At Camer. hanc falsam esse arbitratur, (nam esse quasi γάπεδον, id est γήπεδον, falsum est inquit) qui alterius ne mentionẽ quidem facit. Putátque δάπεδον esse potius à δάπτω significante κόπτω: sicut pa-

nimentum est à Pauio, quod est ferio. Ego autem non video cur ex duabus illis priorē repudiare debeamus: nisi infinitas alias, quæ alioqui recipi solēt, reiicere velimus. Sed vndecūque tandem originem habeat vox δάπεδον, ex ea orta esse constat nomina composita, Ἀλλοδαπὸς, Ἡμεδαπὸς, aliáque de quibus ordine agam: atque ita ἀλλοδαπὸς dicetur tanquam ἀλλοδάπεδος, vel tāquam ἀλλοδαφές. idémque & de cæteris dicemus. Sed mirari quis possit, idque non immeritò, quomodo Eustathius δάπεδον ex πέδον non ex ἔδαφος deducens, ἀλλοδαπὸς tamen exponat non ὁ ὢν ἐξ ἄλλου πέδου, siue ὁ τοῦ ἄλλοθεν πέδου, sed ὁ τοῦ ἄλλοθεν ἐδάφους. Qua de re dicam & in composito secundo Ἡμεδαπός.

C. Ἀλλοδαπὸς, οῦ, ὁ, (siue tanquam ἀλλοδάπεδος siue ἀλλοδαφὴς, vt modò dicebam. nam à quibusdam exponitur ὁ ὢν ἐξ ἄλλου δαπέδου, ab aliis ὁ ὢν ἐξ ἄλλου ἐδάφους) Qui est ex alio solo, non ex nostro, Qui est ex solo peregrino, Peregrinus, Alienigena, Extraneus, Exterus, Externus. Homerus Iliad. γ, Μιχθεὶς ἀλλοδαποῖσι, γυναῖκ' ἀνάγοι τ' ἀλλόχους. id est exteris. Eiusdem poematis libro π, — ἐπεὶ σφίσιν ἔμμα πόληος Ἔσκε, καὶ ἀλλοδαπὸς περὶ εἶεν. Et lib. τ, ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ. pro eo quod alibi dicit, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. Vsus est hoc nomine (licet alioqui sit ποιητικώτερον) Xenophon quoque Pæd. 8, πολῖται δὲ ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκηνῶν. Xenophontem verò in vsurpanda voce ista imitatus est Herodianus præsertim: apud quem plerisque in locis occurrit ἀλλοδαπή, subaudito substantiuo χώρα, vel γῆ. vt libro 8, βιῶναί τι καὶ κατὰ γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες. Et libro 5 αὐτοὶ μὲν ὑπὸ σκηναῖς καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ διαιτώμενοι. Sic in alio eiusdem loco vsurpatur genitiuus ἀλλοδαπῆς. Vsi sunt verò & alii eodem modo: ex quibus est Philo libro 1, De vita Mosis, καὶ ἄρτι παρελθὼν εἰς ἀλλοδαπὴν ἀφιγμένος.

Ἀλλοδαπὸν, interdum aliquid vocatur quod est inusitatum & insolens, seu formæ inusitatæ. (qua in significatione videndum est an vsurpari Peregrinum possit) Interdum verò & Prodigiosum reddi posse videtur, sicut ἀλλόκοτον. Herodianus lib. 1, ζῶά τε παντοῖα, καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήματί τε ἀλλοδαπῷ, καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις πολλάκις ἀπεκυήθη. vbi Polit. σχήματί τε ἀλλοδαπῷ vertit figura prodigiosa: ita hunc locum interpretans, Præterea animalia omne genus, minimè naturam suam seruātia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. In alio tamen eiusdem historici loco eadem verba haud eodem interpretari modo possimus. haud enim liceat σχῆμα ἀλλοδαπὸν itidem reddere figuram prodigiosam, in isto eiusdem loco, libro 5 μὴ ἀλλοδαπὸν ἢ παντάπασι βάρβαρον τὸ σχῆμα ἐσθῆτι, λυπῇ τοὺς ἰδόντας. Hic enim ἀλλοδαπὸν σχῆμα est simpliciter Peregrinus habitus, id est Peregrinæ genti vsitatus.

C. Ἡμεδαπὸς, οῦ, ὁ, Qui est è nostro solo, id est nostrate: (sicut ἀλλοδαπὸς proximè præcedens, Qui est ex alio solo) Vno verbo reddi potest Nostras. Sonat enim ἡμεδαπὸς, q. d. ὁ τοῦ ἡμετέρου δαπέδου, quasi diceretur ἡμεδάπεδος. Vel, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, sequendo Eustathium: qui postquam scripsit τηλεδαπὸν fieri ex τῆλε & ἔδαφος, & esse νήσους τηλεδαπὰς apud Homerum, ὧν τῆλε καὶ μακρὰν τὸ ἔδαφος ἐστι: addit talem deductionem habere etiam ἡμεδαπὸς & ἀλλοδαπὸς: vtpote significantia, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, & ὁ τοῦ ἄλλοθεν ἐδάφους. Sic ποδαπὸς sonare ποίου ἐδάφους, ἤτοι χώρας, γῆς. Iure autem optimo mirum alicui videatur (vt antea dixi) cur Eust. alibi δάπεδον nō ex ἔδαφος deriuās, sed ex πέδον, præfixā habente voculā δᾶ quæ Doricè vsurpetur pro γῆ: in istis cōpositis non itidem genit. πέδου, sed genit. ἐδάφους mentionem faciat. Non video certè quid aliud hic dici possit quàm eum ista composita non ex δάπεδον facta esse, sed sibi peculiarem deriuationē habere censuisse. Verùm hanc sententiam nulla defendi posse ratione existimo. Erat tamen alioqui dicendum, ἀλλοδαπὸς, ἡμεδαπὸς, & reliqua, ex δάπεδον fieri, quasi ἀλλοδάπεδος, ἡμεδάπεδος: illud autem δάπεδον ex πέδον vel ex ἔδαφος esse ortum. Vnica esset excusandi Eustathii via: dicēdo nimirum eum, quum scripsit, ἡμεδαπὸς, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, intellexisse ὁ τοῦ ἡμετέρου δαπέδου, id est ἐδάφους: itidémque in cæteris. Sed vereor vt parum verisimile iudicetur eum ita intelligendum relinquere nobis voluisse. Equidem Hesych. quoque & Suidas in expositione genitiui ἡμεδαποῦ afferūt illud ἐδάφους. Exponitur porro ἡμεδαπὸς, ἰσχόριος, siue ἐπιχώριος, necnon αὐτόχθων. Sæpe verò & ἡμέτερος, id est Noster. vt ἡμεδαπῆς γῆς Hesych. exp. ἡμετέρας. item ἡμεδαποῦ, ἡμετέρου. Idem postquam dixit ἡμεδαπὸν opponi τῷ ἀλλοδαπῷ, & declarare τὸ ἐπιχώριον addit, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον. Sic apud Aristophanem Suidas, Ὁ γεῶν χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων, exponit ἡμέτερος. Et in alio eiusdem loco, καὶ τι καὶ παιδίον τῶν ἐρίων μεταβάλοντες ἡμεδαπῶν, exponit ἡμετέρων. Sed pronomen ἡμέτερος, sicut & Latinè Noster, interdum & pro Nostras accipitur.

COMP. Ὑμεδαπὸς illi Ἡμεδαπὸς proximè subiungendum est, vtpote ei respondens: sicut Latinè sibi respondēt Nostras & Vestras. Est igitur Ὑμεδαπὸς itidem Qui est è vestro solo, Vestras. Hesych. ὑμεδαποῦ exp. τοῦ ὑμετέρου ἐδάφους. Suidas, τοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐδάφους ὑμῖν συγγενοῦς τῆς αὐτῆς χώρας. vbi pro ὑ credo reponendū ἤγουν, aut ἤτοι: vt genitiuo χώρας exponatur ille ἐδάφους. At in v. l. legitur Ὑμεδαπὸς, έος, ὁ, quod interpr. Cōterraneus, Vestras, quasi Eodē vobiscum loco natus. Hisque subiungitur nomen Suidæ, tanquam testis. Vnde apparet eum qui hæc scripsit, existimasse ὑμεδαποῦ, quod apud Suidam legitur, esse à nominatiuo contracto ὑμεδαπὴς. Sed miror cur potius ab ὑμεδαπὴς quàm ab ὑμεδαπὸς esse putauerit: præsertim quum non ἡμεδαπὴς in iisdem, sed ἡμεδαπὸς duntaxat legatur. Quòd si vsquam ὑμεδαπὴς extaret, & quidem apud idoneum quempiā autorem, non dubium est quin & ἡμεδαπὴς itidem dici posset: quinetiam reliqua composita fortasse eādem accipere formam possent. Inueniri quidē certè & παντοδαπὴς, mox docebo.

C. Παντοδαπὸς, οῦ, ὁ, q. d. Qui est ex omni solo: sequēdo interpretationem quæ aliis compositis datur. Sed Latinè redditur, Omnifarius, Omnigenus, Omnis generis. Interdum Varius, Multiplex. Quas duas posteriores interpretationes ei dat Bud. apud Platonem. Παντοδαπὸς, (inquit) Varius, Multiplex: vt χίμαιρα, & similia, apud Platonem De rep. Sic παντοδαπώτατος vertit Valde multiplex, in isto Theophrasti loco, ἅπαντα δὲ καὶ μάλιστα ἐν τῷ Πόντῳ καὶ παντοδαπώτατα καὶ χρηστά. Apud Aristophan. in Ranis, θηρίον quoddam (cui nomen datur Ἔμπουσα) dicitur fieri παντοδαπόν: nimirum ποτὲ μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεύς, ποτὲ δ' αὖ γυνή· quinetiam κύων. Vbi παντοδαπὸν γίγνεται quidam interpr. Aliud atq; aliud fit, In omnes formas se commutat. Apud Synesium, παντοδαπὴ ἀρετή, Omnifaria virtus, Virtus omnigena, seu omnis generis. Sæpe autem in plurali vsurpatur. vt παντοδαπὰ ζῶα apud Aristot. Animalia omnis generis, siue omne genus, vt etiam loquuntur Latini interdum. Sic παντοδαπὰ νοσήματα, apud Aristoph. Morbi omnis generis: vel, mutata structura orationis, Omne morborum genus. Ex Theophrasto affertur & παντοδαπαῖς ἐν ὥραις.

Affertur ETIAM Παντοδαπὴς, ex Aristot. in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Sed addit Bud. (à quo affertur) Nisi sit menda. Quibus verbis, suspectum sibi fuisse, apertè ostendit. Verùm suspicionem eam si non tollunt, at certè minuunt Dionys. Areop. & Herodianus, apud quos etiam reperitur. Locus Herodiani est lib. 5, pag. 511, meæ editionis, ὁ δὲ δῆμος ἐθεᾶτο παρὰ τὸ μετὰ παντοδαπῆς εὐωχίας. Posset tamen aliquis rursum suspicari ab ipso autore παντοδαπὸς non παντοδαπὴς scriptum fuisse: præsertim quum in eadem pagina declinationem illam non hanc vsurpet, scribens, ἐσθῆτάς τε καὶ ἐσθῆτας παντοδαπάς. Alioqui pro illo παντοδαπὴς facere posset ὑμεδαπὴς quod suprà ex v. l. attuli, si aliquo testimonio confirmatum ibi esset.

Παντοδαπῶς, aduerb. Omnifariam, Omnibus modis, vel Omni modo. Vno verbo, Omnimode, quo Lucretius vtitur. Extat apud Aristot. in Ethic. lib. 1, cap 6, pentameter, sine autoris nomine, in quo ἁπλῶς & παντοδαπῶς inter se opponuntur. Eius enim pentametri verba hæc sunt, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Vbi quidā παντοδαπῶς

Digitized by Google

παντοδαπῶς interpr. Multis modis: ego malim, magis ad verbum, Omnibus modis.

C. Ποδαπὸς, οῦ, ὁ, (q.d. ποίου δαπέδου) Ex quo solo, Cuias. Conuenientem significationem habet cum Ἡμεδαπὸς & Ὑμεδαπὸς, eodémque pertinentem. Xenophon, ἐπερωτώμενος δὲ ποδαπὸς εἴη, Πέρσης ἔφη εἶναι. Plato in Apol. Socr. τίς καὶ ποδαπός. Aristoph. Nubibus, ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία; Cuiates feræ? Quidam exponunt etiam, Quales feræ?

Inuenitur ETIAM Ποταπὸς, sed significãs potius Qualis. Suspecta autem hæc scriptura esset, nisi in variis locis reperiretur. Atque adeo quidam annot. ποταπὸς dici ἐπὶ τρόπου, sicut ποδαπὸς ἐπὶ χώρας. Lucianus in dialogo qui περὶ παρασίτου inscriptus est, ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, Ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, ὅς τις οὐ βιβρώσκει οὐδὲ πίνει μεθ᾽ ἡμῶν; Vbi ποταπὸς à quibusdam redditur Qualis, siue Cuiusmodi. Hermog. De inuentione, σκοπητέον τὸ πρᾶγμα ποταπόν ἐστι, καὶ ποταπὸν ὑπείληπται χρηστὸν, ἢ φαῦλον, Considerandum est qualis res sit, & qualis existimetur, bona an mala. Iulianus imperat. in Misopogone, ὃς ὑπὸ ἀφροσύνης οὐ συνῆκα ποταπὸν τῆς δὲ τῆς πόλεως ἦθος. Libanius, ποταπὴ τὴν φύσιν ἡ παρθένος. Inuenitur & in aliquot Testamenti noui scriptis. Lucas cap. 1, v. 29, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος Cogitabat apud se qualis esset ista salutatio, Quod esset illud salutationis genus. Ab eodem cap. 7, personæ tribuitur: subiungiturque particulæ τίς: versu 39, οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ. ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. Vbi ποταπὴ sonat perinde acsi diceretur, Qualibus moribus prædita. Secus apud Matthæum cap. 8, vbi personæ itidem tribuitur, ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; Qualis est iste? Sic ποδαποί εἰσιν οὗτοι; Quales sunt isti homines? vel, Quod genus hoc hominum? vt Maro loquutus est. Sciendum est autem, quanuis ποταπὸς reddatur Qualis, aliud tamen esse quàm ποῖος, aut saltem esse significantius. perinde videlicet acsi non simpliciter interrogaretur qualis, sed simul etiam ex quali regione ortus. Ideoque optimè reddi possunt illa Maronis verba, Quod genus hoc hominum, istis Græcis, ποταποί εἰσιν οὗτοι; siue οὗτοι οἱ ἄνθρωποι. quoniam sequitur, — quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? Perinde est enim acsi dictum esset, Quales sunt isti homines? & ex qua regione orti, quæ tam babara est? Apud Petrum autem epist. 2, cap. 3, legimus ποταποὺς cum præpositione ἐν, habente suum datiuum, τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις; At Phrynichus hanc vocem reiicit, tanquam ἀδόκιμον. ποταπός (inquit) διὰ τοῦ τ, μὴ εἴπῃς. ἀδόκιμον γάρ. διὰ τοῦ δ δὲ λέγειν. ἐπὶ χώρας θέσεις. ποδαπὸς ἐστι; Θηβαῖος, ἢ Ἀθηναῖος. ἐστὶ γὰρ ἐκ τίνος δαπέδου. Sed quanuis ἀδόκιμον esse dixerit illud ποταπὸς per τ, subiungit, ποταπὸς δὲ ἐστὶν εἴπῃς, ποταπὸν τὸν τρόπον Φρύνιχος; ἐπιεικής. Quibus hæc addit, quæ non satis cum superioribus conuenire videntur, χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν, Ποῖός σοι τὶς δοκεῖ εἶναι; Sed existimo eum intellexisse, ποταπὸς non esse dicendum, nisi cum adiectione accusatiui: ideóque quum adiiciendus accusatiuus non est, vtendum esse potiùs ποῖος. Mirum est interim, eum antea generaliter ἀδόκιμον pronuntiasse illud ποταπός: præsertim quum reperiatur tum in iis quos protuli locis, tum in aliis plerisque, & quidem sine accusatiuo etiam. Lucianum quidem certè non vsurum fuisse, si ἀδόκιμον foret, persuasum habeo.

Ποταπὸς alicubi existimatur reddendum potius Quantus. vt Marci 13, ποταποὶ λίθοι, & ποταπαὶ οἰκοδομαί. Sic 1 Ioann. cap. 13, in principio, ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατήρ. Sed alii in huiusmodi quoque locis interpretari malunt Qualis: potéstque certè his etiam locis hæc interpretatio conuenire.

Ϛ. Τηλεδαπὸς, vide post Τῆλε, t. 3, c. 1461.

Ϛ. Ὑμεδαπὸς, vide suprà, post Ἡμεδαπός.

Quod sequitur vocabulum, minimè πρωτότυπον est, sed deriuatum: ideóque præfixa & illi lineola fuit. Quũ autem duæ eius afferantur deriuationes siue etymologiæ, sequendo eam quæ mihi magis probatur, ponendum fuisset tomi 3, col. 82, post verba ex Πατέω composita.

— ἈΠΑΤΆΩ, ῶ, F. ήσω, Fallo, Decipio, Impono. Magis tamen aptè Seduco; quòd in hac interpretatione retineatur idem metaphoræ genus: quum ἀπατῶ sonet quasi ἀπάγω τοῦ πάτου. qua de re fusius differam in ἀπάτη. Homerus Odysseæ ρ, — οὐκ ἂν ἔγωγε Ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ᾽ ἀπατήσω. quibus verbis & alibi vtitur. Apud eundem legimus ἀπατᾶν præfixum habens datiuum ἀφραδίῃσιν. In vulg. lexicis Ἀπατῶ exponitur etiam Dolo non malo decipio, sine vllo exemplo. Quædam tamen quæ pro illa interpretatione facere possunt, afferam in nomine Ἀπάτη: sed talia vt apud me paruĩ sint ponderis. Pass. Ἀπατάομαι, ῶμαι, Decipior, Fallor. vnde participium ἠπατημένη apud Sophoclem in Aiace, Ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη, pro ὑπὸ φωτὸς, Noui me à viro deceptã. Aliud particip. ἀπατηθέντες apud Thucyd. libro 1, ἀπατηθέντες ὑπ᾽ αὐτῶν ἐκ ὁμολογίας πιστῆς. Cæterùm de verbi huius deriuatione dicam in Ἀπάτη, vbi etiam docebo non temerè à me positum fuisse Ἀπατῶ ante Ἀπάτη. quum enim verbale sit Ἀπάτη, (quod ex verbali composito Ἐξαπάτη probabo) sequi, non præcedere, debuisse constat.

Ἀπάτημα, ατος, τὸ, Fallacia, Captio, Impostura. Atque vt substantiuum hoc formatum est ex ἠπάτημαι, sic ex ἠπάτηται est formatum adiectiuum NOMEN Ἀπατητικὸς quod sonat, Qui talis est vt fallere possit. vel Fallendi vi seu arte præditus. Potest & vno verbo reddi Fallax, sicut ἀπατηλὸς, quod proximè sequitur.

Verùm eadem opera agendum & de nominibus COMPOS. Δυσαπάτητος ET Εὐαπάτητος: quòd & ipsa ab eadem illa tertia persona fiant, tanquam videlicet præcedente ἀπατητὸς. quod tamen non dicitur. Sonat autem Δυσαπάτητος, Difficilis deceptu, Qui difficilè decipi potest: vicissimque Εὐαπάτητος, Qui facilè decipi potest, Facilis deceptu, Qui talis est vt ei facilè imponi possit.

Ἀπατηλὸς, οῦ, ὁ, Fallax, Deceptorius. Exponitur in vulg. lex. Fraudulentus, non malè: sed illa duo magis apta sunt Græci huius nominis interpretationi: quòd verbalia sint à Fallo & Decipio, eodem modo quo ἀπατηλὸς ab Ἀπατῶ. (Sic ἀπάτη commodius Fallacia vel Deceptio redditur quàm Fraus) Possit alioqui non solùm Fraudulentus reddi, sed & Dolosus, necnon Captiosus. Homerus Iliad. α, — οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ᾽ ἀπατηλὸν, Οὐδ᾽ ἀτελεύτητον γ᾽ ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω, Minimè fallax, Minimè fraudulentum, seu dolosum, Nihil fallaciæ aut fraudis habens. Plato in Cratylo, καὶ τὸ κλεπτικόν τε καὶ τὸ ἀπατηλὸν ἐν λόγοις καὶ τὸ ἀγοραστικόν. Lucianus, νομίζει ἄδικον καὶ ἀπατηλὴν εἶναι. Inuenitur in eadẽ significatione & QVINQVESYLL. Ἀπατήλιος, sed apud poetas tantùm, vt opinor. Homer. Odysseæ ξ, Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι Γίγνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει. Quod acrostichion habetur in alio eiusdem libri loco, Ἐλθὼν ἐς δίαιταν ἐμὴν ἀπατήλια βάζει. Apud eundem legimus etiam ἀπατήλια εἰδώς. Sed & aliquis vocatur ἀπατήλιος, id est, Fallax, Impostor: pro qua significatione ex Nonno affertur. Cæterùm ex ἀπατήσω futuro verbi ἀπατῶ fieri ἀπατήλιος traditur: quod de ἀπατηλὸς potius dicendum fuerit, ex quo illud factum esse manifestum est.

Ἀπάτη, ης, ἡ, Deceptio, Fallacia, Fraus. Atque vt illa duo priora nomina verbalia sunt à Fallo & Decipio, ita nomen istud ἀπάτη pro verbali habere malui. Etymologici autor quum nominis ἀπάτη etymologiam affert, non verbi ἀπατῶ, videtur hoc ex illo deducere: Eust. contrà, quum verbi ἀπατῶ non nominis ἀπάτη etymum affert, videtur illud prius hoc velle constitue-

re. Sed idem alibi nominis ἀπάτη & verbi ἀπατᾶν etymologiam simul ponit. Verùm vt ἀπάτη verbale esse censerem, impulit me quædam non parui ponderis ratio, atque adeo plus apud me quàm illi grammatici autoritatis habens. Ea autem est, quòd inuenitur ἐξαπάτη: cui præfixam præpositionē quum ex verbo ἐξαπατῶ manasse, ita manifestum sit vt controuersum esse nequeat: quis ἀπάτην ex ἀπατῶ itidem factum, atque adeo formandi illius verbalis ἐξαπάτη exemplum præbuisse non fateatur? Vtrunque autem tam ipsam B decipiendi seu fallendi actionem, quàm technam qua vtimur ad decipiendum, seu techniam deceptoriam sonat. quod itidem sonat Latinis Fallacia. Nunc de deriuatione. Ἀπατᾶν (inquit ille scholiastes) τὸ ἀπάγειν τοῦ πάτου. quum antea dixisset, inde (videlicet à nomine πάτος) esse & ἀπάτη & ἀπατᾶν, quasi μὴ ἀληθείας ὁδὸν ἔχειν καὶ ὡς δεῖ ἀπαρατρέπτως βαδίζειν, ἀλλὰ καμπὰς ἑλίσσειν, καὶ περιάγειν ὧδε κἀκεῖ. Idem comment. in Iliad. librum 2, Ἀπάτη & ἀπατῶ ex α priuatiuo fiunt (inquit) & nomine πάτος, quo significatur ἡ πεπατημένη ὁδός. Nam ἀπάτη est ἡ τοῦ ὀρθοῦ ἐκτροπὴ εἰς τὸ πλάγιον καὶ δόλιον. Sequendo au- C tem hoc etymum, optimè conueniet metaphora, id est metaphorica significatio, verbi ἀπατῶ cum ea quã Latini dederunt verbo Seduco. Satis enim constat Seduco sonare quasi quis dicat Seorsum duco: atque hinc tamen ad decipiendi significationē transferri apud classicos etiam autores videmus. Equidem tam bellè hoc Latinum cum Græco illo in ista traslatione conuenit, vt huius exemplo significatio ista illi data esse videri possit. Cæterùm quod dixi metaphoricam esse verbi ἀπατῶ significationem pro Decipio, nō D ita accipiendum est quasi extra metaphoram quoque vsurpetur, sicut Seduco: sed ita loquens, respexi ad significatum illud quod ei conuenit illam ἀπὸ τοῦ πάτου deriuationem sequendo. Sed venio ad alteram illam deriuationem, siue etymologiam: quanuis multo minus mihi probetur, ac verisimilis videatur. Ἄτη, (inquit Etymologus) & per pleonasmum literæ π, ἀπάτη. Ac ne ipse quidem Eustath. hoc etymum ignorauit. In illo enim quem ex comment. in librum secundum protuli loco, Fortassis (inquit) ἐκ τοῦ ἄτω quod E est βλάπτω, & ἐκ τῆς ἄτης, sit ἀπάτη & ἀπατᾶν: sicut ἀποιδεῖν fit ex ἰδεῖν. Sed ἀπάτην deducendo ex ἄτη, esset non tantùm literæ π, sed syllabæ πα pleonasmus. Omisi autem verba quæ apud Etymologum præcedunt, tanquam nihil fide dignum habentia. Legitur enim apud eum, ἐκ τοῦ ἀπαφῶ, ἀπάτη καὶ ἀπατῶ. quibus subiunguntur illa, ἢ ἄτη &c. Cæterùm vt ad exempla vsus illorum veniam, sciendum est eum prosæ scriptoribus cum poetis communē esse. Homerus Iliad. Δ, de Ioue, Τῶν δ' ἀπάτης κοτέοι. vbi scholiastes exponit, τῆς παραβάσεως τῆς πλάνης. Idem Odysseæ ν, genitiuum pluralem ἀπατάων copulat cum μύθων κλοπίων: vbi canit, — δόλων ἆτ', οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδ' ἐν σῇ περ ἐὼν γαίῃ λήξειν ἀπατάων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν φίλοι εἰσίν. Apud eundem legimus ἀπάτην cum κακὴν: Iliad. Β, Νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην βουλεύσατο. Vbi Eustathius existimat ἀπάτην dictam esse κακὴν ad differentiam τῆς ἀγαθῆς. vt apud Æschylum est ἀπάτη quædam δικαία, hoc in versu, Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός. Fuerit autem ἀπάτη ἀγαθὴ (inquit) ἡ ἐν καιρῷ, καὶ οὐδ' ἐπιβλαβής. Additque huc pertinere quod apud Herodotum legitur, ἔνθα χρή τι ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Hinc & Vlyssem ita δόλιον appellari, in laudem, quinetiam quemlibet belli ducem. Atque hoc quod de imperatore dicit, cum illo Virgilii dicto cōuenit, — dolus an virtus, quis in hoste requirat. Quinetiam in istum locum Iliadis ι, Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε, καὶ ἤλιτεν· οὐκ ἂν ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν, annotat, optime adiici τὸ ἤλιτε post ἀπάτησε. sicut enim non omnis dolus, ita nec omnis ἀπάτη vituperanda est: sed ea duntaxat quæ proficiscitur ab iis qui sunt ἀλιτροί. Quibus subiungit eundem illum Æschyli senariū, perperam tamen scribens, ἀγαθῆς ἀπάτης pro ἀπάτης δικαίας. Hæc Eustathius: cui de expositione adiectiui A illius κακὴν minimè assentior: potiusque κακὴν ἀπάτην ita vocari, vt κακὴν νοῦσον ab eodem poeta, initio Iliad. existimo. Neque enim appellari κακὴν νοῦσον ad discrimen τῆς ἀγαθῆς, quisquam dicturus sit. (Quomodo autem ibi interpretandum sit κακή, suo loco docui. Exemplis tamen ibi allatis huius significationis quam habet interdũ NOMEN Κακός, hoc quoque diligens lector addere meminerit) At verò περὶ τῆς ἐν καιρῷ ἀπάτης, cuius ab Eustathio fit mentio, aliquid præterea mox dicam. Nunc exempla ex solutæ orationis scriptoribus proferam: primùm à Platone incipiens, apud quem legimus, libro 11, Legum, ψεῦδος μηδεὶς μηδὲν, μηδ' ἀπάτην, μηδέ τι κίβδηλον, γένος ἐπικαλούμενος θεῶν, μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ πραξάτω, ὁ μὴ θεομισής ἔσεσθαι μέλλων. Dixerat autem paulo ante, κιβδηλείαν δὲ χρὴ πάντα ἄνδρα διανοηθῆναι καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτην, ὡς ἕν τι γένος ὂν τοῦτο ᾧ τὴν φήμην ἐπιφέρειν εἰώθασιν οἱ πολλοί, κακῶς λέγοντες, ὡς ἐν καιρῷ γιγνόμενον ἑκάστοτε τὸ τοιοῦτον, πολλάκις ἂν ὀρθῶς ἔχει. Libuit autem totum hunc locum afferre, vt cum eo possent conferri illa Eustathii verba, ἡ ἐν καιρῷ ἀπάτη. Itidem enim hic constituit Plato τὴν ἐν καιρῷ ἀπάτην, sicut τὴν ἐν καιρῷ κιβδηλείαν, & τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος: quũ tria hæc sub illo quod γένος vocat comprehendantur: cuius meminit & quum dicit, ἐν καιρῷ γιγνόμενον τὸ τοιοῦτον. Ad tertium autem istud, τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος pertinet ille Herodoti locus, ἔνθα χρή τι ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Sed de his alius fuerit philosophandi locus. Venio ad Xenophontis locum, Pædiæ lib. 1, ὅτι δεῖ ἐν τούτῳ πάντα κακουργίας πεῖς καὶ ἀπάτας, καὶ δολιότης καὶ πλεονεξίας. Sæpe etiam in re militari vsurpatur ἀπάτη. vt apud Plutarchum in Fabio, Φαβίου δὲ πάσαν ἀπάτην καὶ διάπειραν ἐπάγειν πολλάκις. Apud eundem legimus in libello illo De superstitione, ἀπάτη φλεγμαίνουσα. Et in Apophthegm. δι' ἀπάτης τι πρᾶξαι. Item ἀπατῶ τι ἀπάτην ex eodem dicere possumus. apud eum enim in libro qui Πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκούειν inscribitur, Gorgias tradit tragœdiam esse ἀπάτην, quam ὅ, τε ἀπατήσας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Apud Alexandrum Aphrodis. ἀπάτη τῆς ὄψεως redditur Hallucinatio visus.

Ἀπατηλὸς, ὁ, Deceptor, Impostor. Xenoph. Pædiæ 1, δεῖ τὸν μέλλοντα τοῦτο ποιήσειν, καὶ ἐπίβουλον εἶναι, καὶ κρυψίνουν, καὶ δολερὸν, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ κλέπτην, καὶ ἅρπαγα. Herodian. libro 3, ἄνδρα ἀπατεῶνα, σοφόν τι περὶ ἐπιβουλάς. Plutarchus De Pyth. oraculo, ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις.

C. Ἀπατήνωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Virum fallens seu decipiens, Hominem decipiens, vel Hominis deceptor. Vtitur Nonnus. Item Iouis epithetum, de quo lege Etymologũ, in Ἀπατούρια.

C. Διαπατάω, ῶ, Fallo, Decipio. pro simplici ἀπατῶ. Affertur ex Platone De legibus. Ab eius passiuo Διαπατῶμαι est præt. διηπάτημαι, cuius plur. persona tertia est διηπάτηνται, Decepti sunt.

C. Ἐξαπατάω, ῶ, Fallo, Decipio. Et ipsum significationem simplicis habet: potius enim ornatum simplici, (vt fit & in aliis plerisque) quàm vim eius significationi addere videtur. Est porro in frequentiore vsu compositum hoc ἐξαπατῶ quam illud διαπατῶ. Homerus Iliad. ι, Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν· οὐκ ἂν ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν· ἅλις δέ οἱ. Est enim iungenda præpositio cum ἀπάτησε. Xenoph. Pædiæ 3, οἱ δὲ οἶδεν, ἃ μὲν ἐβούλοντο ἐξαπατῆσαι αὐτὸν, οὕτως ἐξαπατήσοντα ὡς περ οἱ τὰς πτῆνας ἐκκαρφεῖ καὶ μηδ' ὅπου φροντίζοιται ἐξαπατηθῆ. Vbi obserua constructionem cum duplici accusatiuo: ita vt liceat dicere, ἐξαπατῶ σε τοῦτο: subaudiendo videlicet præpositionem κατὰ. Apud eundem legimus ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ, Meipsum decipio, Meipsum fallo. (Cui simile est apud Demosthenem, αὐτὸν ἐξαπατῶν, Olynth. 3) Idem Xen. de canibus vaniloquis sæpe dixit, vt annot Budæus. Item de mulierib⁹ fucatis, & viris purpurissatis, in Œ-

conom. pag. 493, meæ editionis in fine, εἰ μὴ μέλλω δ᾽ ἀφρόνως, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπ᾽ ἀνοήτου αἰσθανόμενος, ὅτι ἐξηπατηκὼς τὸν ἐμαυτόν, καὶ σαυτὸν ἐξαπατῶν σε. Demosth. ἐξηπατηκότα & παρακεκρουσμένον copulauit: Plato autem ἐξαπατῶντας & γοητεύοντας: sicut antea ἀπατῶν cum γόησι copulatum ex Plutarcho attuli. Demosthenis locus est Philipp. 2. ὑμεῖς δ᾽, ἐὰν ἐγὼ δεδιότα μὲν καὶ ὑποχωροῦντα θεωρεῖτε Φίλιππον, ἐξηπατηκότα δ᾽ ἤδη καὶ παρακεκρουσμένον ἀπηχθεσθαι σωφρονῆτ᾽, ἰδεῖν. Platonis autem locus extat Politic. libro 2. non procul à fine, ἀλλ᾽ ἆρα ἐκεῖ ἀξιοῦμεν τὸ εἰ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιεῖν δοκεῖν σφᾶς παντοδαπούς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντας καὶ γοητεύοντας; Et statim post dicitur ψεύδεσθαι, φάντασμα προτείνων, qui hic ἐξαπατᾶν & γοητεύειν. Pass. Ἐξαπατῶμαι, Fallor, Decipior. Xenoph. Pædiæ 8, ἄλλοι ἄλλως πιστοὶ ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο. Plutarchus in libro De audiendis poem. οἱ δὲ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷ Θετταλούς; ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν ἢ ὡς ὑπ᾽ ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Sed actiuè etiam vsurpari sciendum est ab Aristotele Problematū sect. 18, διὰ τί παρακαταθήκην αἴσχιον ἀποστερῆσαι μικρὰν, ἢ πολὺ δάνεισμα; ἢ ὅτι ὁ παρακαταθήκην ἀποστερῶν, τὸν ὑπολαβόντα εἶναι αὐτὸν ἐπιεικῆ ἐξαπατᾷ.

Ἐξαπατᾶν τὴν νόσον dixit Lucianus pro παραμυθεῖσθαι, & auertere sensum doloris & morbi. Ita Budæus. At ego & hic verbo Fallere vti nos posse existimo, quemadmodum dicitur aliquis fallere laborem, seu curas: sicut & fallere tempus.

Ἐξαπάτη, Fallacia, Deceptio, Impostura. Hesiod. in Theogon. μειδήματά τ᾽ ἐξαπάτας τε. Gregor. Nazian. πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων, Ad deceptionem simpliciorum, Ad decipiendos eos qui sunt simpliciores. Sicut enim ἀπάτη, ita & hoc ἐξαπάτη interdum est ipsa decipiendi actio, interdum verò ipsa techna qua vtimur ad decipiendum seu fallendum, quod itidem sonat Latinis Fallacia: vt dictum est & in Ἀπάτη.

C. Δυσεξαπάτητος, ET Εὐεξαπάτητος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, idem quod δυσαπάτητος & εὐαπάτητος paulo antè. Sed inuenitur ETIAM Ἀνεξαπάτητος, Qui falli non potest, seu decipi. Ex Aristot. Pol. 8, pro eo qui non decipitur.

Pro Ἐξαπατῶ dicitur ETIAM Ἐξαπαπίσκω, sed poeticè. Hes. Theog. Ζηνὸς νόον ἐξαπαπίσκων, Iouis mentem decipiens, seu fallens. Sed ibi est & alia lectio, videlicet ἐξαπαφίσκων, quam magis receptam magisque fide dignam esse puto.

¶ Ἀπατούρια, τά, Festum quoddam Atheniensium, dierum quatuor. quarum prima est DICTA Δόρπεια, sicut SECVNDA, Ἀνάρρυσις, TERTIA Κουρεῶτις, QVARTA Ἐπίβδα. Dictum autem esse παρὰ τὴν ἀπάτην, seu ἀπατᾶν creditur. Ἀπατούρια, Fallaciarum solennitas Athenis, inquit Budæus ex Euseb. chronic. Vide Suidam & Aristoph. scholiastem, duobus in locis: in quorum altero tradit placuisse quibusdam dici ἀπατούρια quasi ὁμοπατόρια. Vide & Etymologici autorem. Hesychius autem nullam deriuationis mentionem facit: sed quatuor eius festi dies enumerat, quum Suidas & scholiast. Aristoph. tres duntaxat recenseant.

ἈΠΑΦΩ, ET Ἀπαφῶ, idem quod ἀπατῶ, Decipio, Fallo. Sed ἀπατῶ ab vtroq; scriptorū genere vsurpatur, ἀπαφῶ à poetis duntaxat: habens etiam quædam composita, vt paulo pòst videbis. Ab hoc ἀπαφῶ est ἤπαφεν, quod Hesychius exponit ἠπάτησεν, & ἐχλεύασεν, & ἐπλάνησεν. Quum autem apud Homerum legimus, παρά μ᾽ ἤπαφε δαίμων, ibi non est ἤπαφε accipiendum seorsim, sed vnà cum præpositione παρά: vtpote à themate παραπαφῶ, de quo infrà. Habet & vocē PASS. Ἀπαφῶμαι. vnde ἀπάφοιτο, item ἐξαπάφοιτο apud Homerum, significationē actiuam seruans. Sed quod ad deriuationem huius verbi attinet, ego ab Eustathio & Etymologo dissentio. Subiūgo enim ipsum verbo Ἀπατῶ, tanquam inde deriuatum: at Eustathius vult Ἀπαφίσκειν esse propriè δι᾽ ἀφῆς ἀπατᾶν. scribit enim, κυρίως, τὸ δι᾽ ἀφῆς ἀπατᾶσθαι. quod κυρίως quum dicit, intelligit, sequendo etymologiam. Paucis enim interiectis subiungit, ἀπαφίσκειν, esse Æolicum verbum, itidémque ἔστι κατ᾽ αὐτό: idque patere ex tenuatione literæ α. Nam τὸ κοινὸν (inquit) esset ἀφάφοιτο & ἀφαφᾶσθαι. (hoc enim repono apud eum pro ἐφαφᾶσθαι) Vbi τὸ κοινὸν significat Communi linguæ conueniens. Quinetiam DEA Παφία, si ei credimus, hinc deductum nomen habet, per ἔκθλιψιν literæ à qua præpositio incipit. (Sed dicit, κατ᾽ ἔκθλιψιν τοῦ τῆς προθέσεως ι. affertque nomina in quibus omissa est itidem hæc litera: quum tamen non ι sed α ἐλλείπει in Παφία, deducendo ab ἀπαφῶ, dicere necesse sit. Fortassis autē aliquis perperam pro α reposuit ι, sequentium potius habens rationem, in quibus deest illa litera, quàm præcedentium: quum Eustathius contrà censeret in Παφία sic omissum esse α, vt in illis ι) Et hæc quidem Eustath. Iam verò Etymolog. tantum abest vt Ἀπαφῶ seu Ἀπαφῶ, mecum deducat ab Ἀπατῶ, vt contrà in Ἀπάτη hoc nomen inde deriuet, sicut & ipsum verbū Ἀπατῶ. nā ἐκ τοῦ Ἀπαφῶ, inquit, Ἀπάτη καὶ Ἀπατῶ. Apud eundem hæc legimus, Ἀπαφῶ, τὸ Ἀπατῶ. ἀφῶ, τὸ καλῶς λέγω. ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα. & per compositionem ἀπαφῶ: vnde ἀπαφίσκω. Sed hæc mendosa esse, cuiuis manifestum esse potest: in quibus tamē nihil mutare ausus sum, nisi q ex λε feci λέγομεν. Magnū certè huic loco auxilium vetus meum lexicum afferre poterit: cuius hæc sunt verba, Ἀπάτη, ἐκ τοῦ Ἀπαφῶ. τοῦτο παρὰ τὸ Φῶ τὸ λέγω· καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ σημαίνοντος τὸ κακὸν, Ἀφῶ, καὶ Ἀπαφῶ. ὅθεν καὶ Ὅμηρος παρήπαφεν, ἀντὶ τοῦ ἠπάτησεν. Hinc certè perspicere possumus vnde natus sit error qui huic loco subest, τὸ καλῶς λέγω: & quorsum afferat nomen ἄμορφον. Aut enim valde fallor, aut κακῶς λέγω scriptum reliquerat etymologici autor. quum antea dixisset itidem ἀπαφῶ esse ex Φῶ significante λέγω. ex quo Φῶ, accedente α, quo declaratur τὸ κακὸν, fieri ἀφῶ. His enim aptè subiungi potuit, Ἀφῶ sonare κακῶς λέγω. At ea quæ proximè sequuntur verba, ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα, ita intelligo, Quemadmodum dicimus mulierem ἄμορφον, litera α significante τὸ κακὸν. perinde acsi dixisset, ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα ἀντὶ τοῦ κακόμορφον. quæ posteriora verba aut eum addidisse, aut certè subaudienda reliquisse verisimile est. Ex his autem quid Etymologus quoque de huius verbi deriuatione censuerit, liquere potest. Sciendum est tamen adiici & aliam deriuationem. ἡ ἀπὸ (inquit) significat ἄνωθεν. καὶ ἔγκειται τὸ φῶ, τὸ φαίνω: VNDE Φαινῶ & Φαίνη. Sed mea deductio omniū simplicissima & maximè verisimilis mihi videtur: qua mecum fruatur is cui magis quàm aliæ placebit.

CIRCVNFL. Ἀπαφῶ, quod apud Etymologum scribi vides, in eo loco quem protuli, apud Eustathium quoque legitur. Verbo Ἀπάφοιτο (inquit) cuius aorist. 2 act. est ἤπαφεν, prius est Ἀπαφῶ. vnde deriuatum Ἀπαφίσκω.

C. Ἐξαπάφω, SIVE Ἐξαπαφῶ, idem quod ἀπάφω, Decipio, Fallo, (sicut ἐξαπατῶ pro ἀπατῶ ponitur) Apoll. l. 1, Ῥεῖαν ἐξαπάφων παρελέξατο.

C. ΠΑΡαπάφω, SIVE Παραπαφῶ, idem quod præcedēs. Apoll. Arg. l. 2, ἐπέεσσι παρήπαφε. Apud Homerū per dialysin, παρά μ᾽ ἤπαφε δαίμων.

¶ Ἀπαφίσκω, itidē poeticū, idē significans quod Ἀπάφω. A quo est etiā VERB. Ἐξαπαφίσκω, per cōpositionem. Hes. in Theog. Ζηνὸς νόον ἐξαπαφίσκων. (Sed inuenitur & alia lectio, videlicet ἐξαπαπίσκων: quā antea habuisti) Annotaui paulo antè ex Eustath. verbo Ἀπάφοιτο, prius esse Ἀπαφῶ. vnde esse deriuatum Ἀπαφίσκω. Cur autem Ἀπαφίσκω ex Ἀπαφῶ potius quàm ex Ἀπάφω originem habere censeat, aliis iudicandum vel potius diuinandum relinquo.

Ἀτρεκὴς, de quo nunc agam, vix certò statui potest vbi collocandum fuerit, quum de eius etymologia vix quicquam satis probabile afferatur. Est autem apud solos poetas, & quidē tragicos præsertim, vsitatum. In hexametro autem & pentametro carmine ἀτρεκὴς & aduerbiū ἀτρεκέως cōmodā sedem habent.

ἈΤΡΕΚΗ͂Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, Verus, Certus. Hesychius ἀτρεκῆ exponit ἀληθῆ & ἀκριβῆ: itidémque ἀτρεκὲς, ἀληθές. Eustathius ἀτρεκὲς αἷμα exponit τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ ψεῦδον τὴν ὄψιν, in isto Homeri loco, Iliad. β, — ὀκ δ' ἀμφοτέρων ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσυτο βαλών. Ex Euripide affertur ἀτρεκὴς δόξα, Fama tam certa vt negari non possit. Interdum ἀτρεκὲς aduerbialiter ponitur pro ἀτρεκῶς. Sic apud Theocritum, εἰδέναι ἀτρεκὲς scholiastes exponit ἀτρεκῶς: addens ἤγουν φανερῶς. Extat autem illius poetæ locus, Idyll. 2, quod Pharmaceutria inscribitur, Κεῖνί μοι αὐτὴ γυναικὸς ἔχει πόθος, εἴτε καὶ ἀνδρὸς, Οὐκ ἴσατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν. Sic ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι in v. lex. aduerbialiter, pro Certò audire. sed autoris nomen tacetur.

Ἀτρεκὴς valde dubiam etymologiam habet, vti dixi. Etymologici autor non vnam affert. A δέρκω, (inquit) significante βλέπω, est nomen δερκὴς, & cum α epitatico, ἀδερκής. id est, ὁ λίαν ὑποβλεπόμενος. Deinde per traiectionem literæ ρ, & mutationem literæ δ in τ, fit ἀτρεκής. quoniam ὑπὸ πολλῆς ἐξετάσεως τὸ ἀληθὲς θεωρεῖται. Secunda etymologia est hæc apud eundem: A τρέχω fit τρεχὴς, & ἀτρεχὴς, id est, ὁ μὴ παρατρέχων τὴν ἀλήθειαν. vel, ὃν οὐδεὶς δύναται παραδραμεῖν δι' ἐρευνῶν. Tertia est ista: A τρέω significante δέδοικα, fit τρεὴς & ἀτρεής: & per pleonasmum literæ κ, ἀτρεκής. quoniam ὁ ἄφοβος καὶ ἄτολμος τὴν ἀλήθειαν λέγει. Additur & quarta, à τρέπω, vt sit ὁ μὴ τρεπόμενος. Hæc sunt quæ illic leguntur. Quod autem ad quartā etymologiam attinet, eam sequendo, ἀτρεκὴς existimandum esset dici quasi ἀτρεπής. At in meo veteri lexico vnica affertur, ea nimirum cui secundus apud Etymologum datus est locus, paucis mutatis. Ego in aduerbio Νητρεκῶς, (quod paulo pòst sequetur) quod etymum præ cæteris arrideat, docebo.

Ἀτρεκῶς, aduerbium, Verè, Certó. In hexametro autem & pentametro versu DICITVR Ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ἀγορεύειν, apud Homerum non semel. Odysseæ α, Τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω. Iliad. ο, εἰπὸν & ἀτρεκέως coniunxit, hoc in versu, Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Inuenitur & apud Herodotū hoc aduerbium ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ἐπίσταμαι, Compertum habeo. Vel potius, Certò compertum habeo, Certò scio. Hesychius ἀτρεκέως exponit ἀληθῶς & ἀκριβῶς.

Ἀτρέκεια, ας, ἡ, Veritas. Inuenitur & scriptura IONICA Ἀτρεκείη, tum apud poetas, (vt apud Nonnum & Epigr lib. 1) tum apud Herodotum.

Ἀτρεκέω, ῶ, Verè dico. Ita vulg. l. sed absque vllo testimonio. Ab Hesychio autem ἀτρεκήσασα exponitur ἀκριβώσασα....

C. Πανατρεκὴς, Omnino verus, Verissimus, Certissimus, in Epigr. eadem omnino forma & signif. qua dicitur πανάληθες. Hinc ADVERB. Παναπρεκῶς, VEL Παναπρεκέως, Omnino verè, Verissimè, Certissimé.

¶ COMP. Νητρεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀτρεκὴς, Verus. Videndum est autem an dici possit νητρεκὴς sonare quasi πανατρεκὴς, particula νη augendi vim habente, sicut & in aliis quibusdam compositis: ex quibus est νήχυτος. Hoc enim NOMINE Νήχυτος declaratur δαψίλεια κύματος, à Dionysio De situ orbis, vbi κόλπος νήχυτος ab eo vocatur. (Estque obiter animaduertendus hic VOCVLAE Νη vsus. Alioqui enim plerunque non intendendi sed priuandi vim habet. vt videmus in Νηλεὴς, in Νηκερδὴς, in Νήπιος, in Νήελθμος, aliisque quamplurimis) Videndum est inquam an νητρεκὴς dicendum sit sonare quasi πανατρεκὴς, an potius eadem illi quæ & præcedenti ἀτρεκὴς etymologia tribuenda sit: de qua disseram in proximè sequente aduerbio Νητρεκῶς.

Νητρεκῶς, Verè, Certó. Lycophron initio suæ Alexādræ, Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς ἅ μ' ἱστορεῖς. Vbi Tzetzes, postquam νητρεκῶς exposuit ἀληθῶς, subiungit, deriuari à νη priuatiua particula, & τρέω quod significat φοβοῦμαι. quoniam qui vera loquuntur, non verentur reprehensionem, sicut ii qui mentiuntur. Hoc autem etymum non dubium est quin itidem præcedenti Ἀτρεκὴς cōuenire possit, quantum ad deriuationem à verbo τρέω attinet: vt videlicet Ἀτρεκὴς sit ex α priuatiuo & verbo τρέω: sicut νητρεκὴς est ex particula νη, priuandi vim habente, & verbo τρέω. Quod etymum lubentius dederim nomini ἀτρεκὴς, quàm reliqua quæ allata antè fuerunt. sed ratio etymi quæ hic affertur magis mihi placet quàm quæ allata fuit. Addendum autem hoc esset, vt ἀτρεκὴς, sequendo illud etymum dicitur quasi ἀτρεής: sic νητρεκὴς quasi νητρεής. Ac profectò inueniuntur & alia composita idem significantia, quorum vnum α priuatiuum, alterum particulam νη habet. At νητρεκὴς dici quasi πανατρεκὴς, parum verisimile est.

Quod subiungitur compositum Ἄσωτος, locū habere potuit, atque adeo debuit, post deriuata ex verbo Σώζω, tam ea quæ deriuationem simplicem habent, quàm ea quæ sunt composita.

ἌΣΩΤΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Qui seruari nequit. (vtendo hoc verbo in ea significatione qua dicitur à Terentio, — ipsa, si cupiat, Salus, Seruare prorsus non potest hanc familiam) Non malè fortassis eius vis exprimatur, reddendo Luxu perditus. Alioqui inuenitur etiā Perditus, sine adiectione, ad eandem significationem pertinens: vt quū dicitur Perditus ac dissolutus adolescens, à Cicerone. Dicitur enim ἄσωτος pro ἄσωστος, à σέσωσται tertia persona præteriti verbi σώζομαι. Perperam autem quidā ex α priuatiuo & voce actiua σώζειν factum esse putāt: vt eum significet qui nihil sibi seruat. Aristot. Ethic. 4, cap. 1, de eo qui ἄσωτος appellatur, cum alia pleraque dicit, tum verò hoc nomine vocari τὸν δι' αὑτὸν ἀπολλύμενον, id est, qui per se suáque opera perit, vt quidam interpr. Quidam verò sic, paulo liberius, Qui salutē suam negligens, per se ipse perit. Subiungit Aristoteles, δοκεῖ δ' ἀπώλειά τις αὑτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορὰ, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος. id est, Videtur autem seipsum quodammodo perdere qui facultates profligat, quòd harū adminiculo viuatur. Vulgò tamen ἀπώλεια hic redditur Interitus: sed durè hoc dicitur Interitus suipsius. Quidam verò, vt hoc vitent, ita interpr. quasi non αὑτοῦ sed αὐτοῦ legeretur, Ipsius interitus. Ego αὑτοῦ retinens, malim accipere actiuè vocem ἀπώλεια. q. d. Perditio suipsius. Ibidem legimus, τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς, ἀσώτους καλοῦμεν. Eodem capite scribit τοὺς πολλοὺς αὐτῶν esse ἀκολάστους: subiungens, ῥᾳδίως γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι. Cæterùm ex his Aristotelis verbis, quis ἄσωτος vocetur, cognoscere possumus: sed quomodo Latinè reddi aptè verbo vno queat, ambigitur. A Cicerone vertitur Luxuriosus: qui hæc Epicuri verba, εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, &c. sic interpretatur, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu. Cætera vide in lexico meo Ciceroniano, pag. 55. Vide & 163 eiusdem pagina alium eiusdem Ciceronis locum, in quo ἄσωτος ita interpretatur. Gellius libro 7, cap. 11, Et nequam hominem, nihili, neque rei neque frugis bonæ: quod genus Græci ferè, ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακόπρακτον, ἢ μαρὸν dicunt. Hæc ille. Placet autem mihi ex his interpret. illa maximè qua redditur Nequā: quòd à Cicerone hominē nequā homini frugi non vno in loco opponi videam. A quibusdā redditur etiā Prodigus, itē Decoctor. sed prius illud malim. Nec dubitarim ex

Digitiz

A Tacito vertere etiam Ganeo & profligator. ab eo enim hæc duo copulantur. Atque adeo ad hæc eius verba respiciens, in Aristot. loco qui modò allatus fuit, vbi φθορεῖν τῆς οὐσίας dicit, verti Facultates suas profligare: quum alioqui possem vti verbo Dissipare, seu Dilapidare. Illud autem vocabulum Ganeo vel eā ob causam conuenit, quòd itidem Ganeum sit Latinis seu Ganea quod Græcis ἀσωτεῖον. Budæus ad ipsum nominis huius etymum respiciēs, & id exprimere conans, vertit ἀσώτους, luxu & ganeæ studio perditos. Cicero De fin. lib. 2, B vocem Græcam retinuit, ita scribens, Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderint, nec orientem: qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrûm istius generis asotos iucundè putat viuere. Sed venio tandem ad exēpla vsus nominis istius: cui quanuis Gellius aliquot alia tāquam synonyma adiungat, (vt vidisti in loco quem ex eo paulo ante protuli) aliquam tamen vim sibi peculiarem habere existimo. C Illa quidem certè synonyma quæ Pollux affert, aut saltem eorum aliqua, magis mihi conuenire videntur: sunt autem hæc, Ἀφειδής, Ἀπημίβωτος, Ἐκκεχυμένος, Ἀθησαύριστος, Ῥίπτων τὰ χρήματα, Κατεδηδοκὼς τὰ πατρῷα, καταναλίσκων, ἐκ χειρὸς ἀπολλύς, &c. Sed excusari potest Gellius, si dicamus, quanuis vtatur particula ἢ, non tamen eôdem illas omnes voces Græcas, sed primam ἄσωτον, fortasse & secundam, ad Latinam vocem Nequam, cæteras autem ad sequentes voces Latinas potius retulisse. Certè ἀκόλαστον quoque ἀπὸ τοῦ ἀσώτου D differre, ita vt quicunque sit ἄσωτος, non protinus etiā ἀκόλαστος, vel ex iis Aristot. verbis discimus, in quibus nō πάντας τοὺς ἀσώτους, sed τοὺς πολλοὺς τῶν ἀσώτων ait esse ἀκολάστους. Apud Ath. l. 4. Alexis hisce duob⁹ versibus ἄσωτον quendam, siue ἀσωτίαν cuiusdam ita describit, Διόδωρος οὑπίτριπτος ἐν ἔτεσιν δύο Σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν. Οὕτως ἐμμανῶς ἅπαντα κατημάσησε. Dictum enim erat, antequam afferrentur hi versus, ἀσώτους μὲν γὰρ εἶδα διαβοήτους ἵνα μὲν, οὗ μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Κνιδίᾳ. Quæ autem de aliis ἀσώτοις subiunguntur, illic videnda tibi E relinquo. Ibidem legimus Areopagitas solitos ad se vocare & punire τοὺς ἀσώτους καὶ μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας. Plutarch. in libro De discernendo amico ab adul. τοὺς ἀσώτους & πολυτελεῖς copulauit: scribens, ἢ τοὺς ἀσώτους αὖ πάλιν καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσι. Ibidem legimus ἄσωτοι καὶ ἄτακτοι. Inuenitur & superlatiuus gradus Ἀσωτότατος, apud Athenæum libro 4, ex Axionico comico, ἐπικαλούμενος ἀσωτότατος.

Ἄσωτος in propria significatione, (sic appellando eā quæ deriuationi omnino conuenit) pro eo qui seruari non potest: id est, de cuius salute nulla est spes, vide F post deriuata ab eo Ἄσωτος de quo nunc agitur. Illud enim alterum cum Ἄσωτος coniungam.

C. Ἀσωτοδιδάσκαλος, ου, ὁ, Luxuriosorum magister, Luxuriosorum præceptor. Titulus est vnius ex comœdiis Alexidis, apud Athen. lib. 8.

C. Ἀσωτοποσία, ας, ἡ, Luxuriosorum potatio, vel Luxuriosa potatio: seu, qualis est luxuriosorum. In v. l. redditur simpliciter Crapula.

Ἀσώτως, Luxuriosè, Luxuriosorum more. Athen. libro 4, G ζῇ μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως. Cum eodem verbo, saltem cum eius participio, iunctum habemus apud Lucam, cap. 15, v. 13, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως. Quidam interpr. Profusè viuendo. non malè: sic tamen vt Luxuriosè magis mihi placeat. In vulg. lex. ἀσώτως redditur Turpiter, Immodicè, Prodigè, Perditè: quarum interpretationum vnicam tantùm admittendam censuerim, videlicet Prodigè: sed ei vnā ex illis duabus proximè præcedentibus præferens, ac H præsertim Luxuriosè. (Possit verò & Nequiter addi, quatenus ei Cicero opponit Frugaliter: sicut homo nequam opponitur homini frugi) Ibidem subiungūtur illis interpretationib⁹ hæc Isocratis, ἀσώτως περὶ τὰ χρήματα διακείμενος. quarū tamē nulla istis verbis aptari posse videtur. Ego vel hoc vel simili modo vertenda censuerim, Qui luxuriosè prodigit pecunias, vel dissipat facultates: aut, Luxuriosorum more. Nisi fortè interpretandum sit simplicius (locum enim non adii, vtpote non indicatum) de affectu, Qui ita est erga pecunias affectus vt esse solent luxuriosi.

Ἀσωτία, ας, ἡ, Luxuria, Prodigalitas, Profusio. Aptè reddi potest & nomine Nequitia, (sicut ἄσωτος, Nequam: ἀσώτως, Nequiter) id est, Luxus vitæ prodigus effusúsque: vt Gellius apud Q. Claudium exponit, luxuriam B cum nequitia copulantem. ita enim scribit, Sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat. Bud. ἀσωτίαν à Gellio reddi Luxum & popinationem scribit: sed locum eum apud Gellium nondum inueni. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 1, ἡ μὲν οὖν ἀσωτία τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δ' ἀνελευθερία τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ἐπὶ μικροῖς. Sic verò & in aliis locis ἀσωτίαν ἀνελευθερίᾳ opponit, vt vitium vitio. at μεσότητα esse dicit τὴν ἐλευθεριότητα. vt Ethic. libro 2, cap. 7, περὶ C δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν, ἐλευθεριότης· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. Sic Plutarch. quoque hanc μεσότητα constituit: sed τῇ ἀσωτίᾳ opponens μικρολογίαν, non ἀνελευθερίαν, in libello quem περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς inscripsit. (Obiter autem annotentur & hæc de NOMINE Ἐλευθεριότης) Athenæus libro 4, πάντα γὰρ ἀνήλωσε τὰ πατρῷα εἰς ἀσωτίαν. Apud eundem legimus de Apicio, ibidem, ἐν αὐτῇ ἐπ' ἀσωτίᾳ διαβόητος. Idem vsurpat ἀσωτίας cum genitiuo τοῦ βίου. Polit. apud Herodianum ἀσωτίας vertit Sumptus insanos: l. 2, D οὐ μὴν δημοσίοις θησαυροῖς εἶχεν· ἀλλὰ πάντα κεκενωμένα τῇ Κομμόδου ἀσωτίᾳ. Ita enim hæc reddit, Et ærarium publicum sumptibus illis insanis iampridem à Commodo exhaustum. Quæ interpretatio minimè mihi probatur: quòd immanes sumptus fieri possint ab iis etiam qui non sint ἄσωτοι, nec luxuriosè viuant. Apud eundem scriptorem habemus pluralem numerum ἀσωτίας. vbi Politianus ἔν τε ἀσωτίαις καὶ κραιπάλαις vertit Inter vina & epulas, paulo liberius, nec satis expressa vi Græci vocabuli. Ego in huiusmodi E quidem loco ἀσωτίας exponendum censerem potius Luxuriosa conuiuia, vel Luxuriosas comessationes: vel Helluationes. Quæ autē interpretatio huic loco conuenit, eadem & isti Athenæi conuenire existimanda est in quo itidem ἀσωτίας & μέθας copulat: lib. 11, vbi loquitur de poculo quod λεπαστὴ vocabatur: ταύτῃ δὲ τὴν προσηγορίαν ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων εἰς λαφύκτας καλουμένων.

Inuenitur etiā SCRIPTVM Ἀσωτεία, cū ει: cum alibi, tū in illo Herodiani loco quem protuli priorem. sed multo magis recepta est scriptura cum ι solo. Alioqui ἀσωτεία per ει, esset tanquam à verbo Ἀσωτεύομαι.

F Ἀσωτεῖον, ου, τὸ, (inuenitur etiam SCRIPTVM Ἀσώτιον, sed minus mihi scriptura hæc probatur) Locus in quo luxuriosi & prodigi epulantur & comessantur: aut etiā suas libidines exercent. Aptè reddi potest Ganeum, siue Ganea: sicut ἄσωτος, Ganeo. Redditur & Popina. Pollux lib. 9, inter partes vrbis, sed minus honestas, enumerat ἀσωτεῖα, & πορνεῖα, & κυβευτήρια, atque alia. Altera autem scriptura quæ habet ι solum, G apud Athenæum extat, in isto Stratidis comici loco, Εἰ μηδὲ χόνδρον γ' αὐτοῦ χολὴ γενήσεται, Μηδ' εἰς ἀσώτιον τραπήσεται. Extat & in alio eiusdem libri loco, τί ὀδύρεσθε, μηδὲ κλαύσητε; ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον, μαγειρικὰ σκεύη καταπλεῖν μαθησόμενοι; Sed non dubito quin mendosa hæc scriptura sit pro ἀσωτεῖον: præsertim quum hoc admittat versus, & nomina huiusmodi significationem habentia (id est, quibus significantur loca in quæ aliqui congregantur) itidem per ει scribi soleant.

Ἀσωτεύομαι, idem quod ἀσώτως ζῶ, (quæ verba habuisti su-H prà ex duobus locis) Luxuriosè viuo, Omnia per luxum profundo, seu in luxum, Prodigè viuo. Aristot. Polit. lib. 5, in fine, ὅτι ἀσωτευόμενοι, καταπτωχευόμενοι γίγνονται πένητες. Apud Athenæum l. 8, ἀσωτευόμενος νεανίσκος, Adolescēs luxuriosè viuēs, vel Luxuriosus, Nequā, &c.

sequendo interpretationes quæ nomini ἄσωτος datæ fuerunt. Libet verò hic lectorem risus mei participē facere, id est, eius quod me, licet occupatissimum, ridendi otium suffurari coegit. Ἀσωτεύομαι, (inquiunt vulgaria lexica) Luxu diffluo: sumptum à populo Asotorum, quòd essent luxu perditi, perpetuóque in comessationibus versarentur. Meminit Cicero De fin. l. 2, Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur: crudique postridie se rursus ingurgitent. Hoc illud est, lector, quod tu, intellectis iis quæ iā de hac voce ἄσωτος eiúsq; origine dicta sunt, si absque risu legere poteris, alterum Heraclitum esse putabo. Hic autem considera quàm callidi fuerint vulgarium lexicorum consarcinatores, qui, quum vocis huius etymologiam nullam inuenirent, populum à quo deriuaretur, commenti sunt. In qua igitur orbis parte constituendus hic Asotorum populus erit? in eadem in qua populi Hessones & Hœtines, necnon Hales, vrbs Machus, mons Hirus, à Valla constituuntur. De quibus si consulere non pigeat epistolā quam editioni Latinæ Herodoti præfixi, omnino eandem risus materiam inuenies, eúmque hic inceptum, illic persequi poteris.

C. ΚΑΤασωτεύω, in v. l. & quidem iis etiam quæ prima omnium in lucem edita fuerunt, exponitur Consumo, Dilapido: sine vllo autore. Ego (vndecunque sumptū sit) non dubito quin significet, nō simpliciter Dilapido, sed Dilapido luxuriosorum more, vel Dilapido seu profundo per luxum, seu in luxum. Eadémque forma dictum videtur quã καταδυναστεύω. eundem certè vsum præpositio κατὰ habere dici potest.

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φάος, vel in Καίνω collocari posset, sequendo eam quæ illi à plerisque tribuitur, etymologiam. quænā autem ea sit, mox docebo.

ΒΑΣΚΑΊΝΩ, Fascino. primum enim huic significationi locū esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo conuenire videtur. Volunt enim plerique grammatici βασκαίνω dici quasi φασκαίνω, id est φάεσι καίνω, oculis occido: id est aspectu. Quò pertinet hic Virgilii locus, Ecloga 3, His certè neque amor causa est, vix ossibus hærent. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic & ὀφθαλμὸς βάσκανος, oculus fascinator, apud Plutarchum, vt paulo pòst docebo. Quinetiam & apud Horatium epist. 14, lib. 1, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, quidā obliquo oculo interpr. inuido. Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus inesse, discimus ex Plinio, scribente libro 7, cap. 2, Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis, adiicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimántque quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis. quod eorum malum facilius sentire puberes. Proximè autem præcedentia verba sunt hæc, In eadē Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus & Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescāt arbores, emoriātur infantes. De quo loco disseram mox quum agam de passiuo Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βάσκανος (inquit schol. Theocriti) propriè ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς καίνων, καὶ φθείρων τι ἐκ τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ. Sic & apud Etymol. ὁ τοῖς φάεσι καίνων, quasi φάσκανος. Et à Βάσκανος vult esse verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω præcedere, præsertim quum in eo verbum καίνω incorruptum extet, & quædam à similibus verbis similem formam habentia nomina inueniantur. Parui alioqui refert veri priorem locum demus. Quæcunque autem sit huius verbi etymologia, accipi pro Fascinare, constat, cum alibi, tum apud Aristotelem, vt sect. 20, probl. 34, ὅθεν λέγουσιν, ὅπως τῆς αὐτῆς πράξεως ἰδίᾳ περιφέροντες, μετὰ δίδοντες, ἵνα μὴ βασκαίνῃς με. Sic & apud Alex. Aphrod. lib. 2, problemate 53, διὰ τί οἱ βασκαίνοντες καὶ μάλιστα παῖδας. Quod autem addit ἢ μάλιστα παῖδας, pertinet ad hæc quæ ex Plinio attuli de fascinatoribus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. Apud Plutarchum quoque Sympos. lib. 5, problem. 7, habes quæ huc pertinent. vbi extat & compositum καταβασκαίνω in eadem significatione. Sic PASS. Βασκαίνομαι, Fascinor. Theocr. Idyllio 6, ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. vbi scholiastes annotat, suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, nimirū sinui suo inspuere, τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν πρεσβυτίδων. Atque huc certè pertinet quod ī Plinii loco paulo antè habuimus, de illa laudatione familiarū quæ effascinant. Itidem enim hic pastor dicit, postquam sibi tam pulcher visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne fascinari posset: quasi laudatione illam de sua forma opinionem consequente, à qua laudatione periculum impenderet. Ita enim existimo intelligendum esse hūc locum: eius tamen expositionem aliorum iudicio relinquens, quibus attentius eum expendere vacabit. Vtitur porro passiua illa voce & Aristot. Probl. 34 sect. 20.

Βασκαίνω, Inuideo. quoniam videlicet qui fascinant, id faciunt quòd inuideant. vt discimus ex iis etiā quæ leguntur apud Alex. Aphrodis. libro 2, problemate 53. Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοί τινι, aut τινι. Item, βασκαίνω ἐπί τινι. Demosth. εἰ μὴ γάρ τις ἰσχύει πολλά, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχ ὅτι δήπου τούτῳ βασκαίνειν. Apud Philostratum epist. 12, duplicem constructionē habet hoc verbum, diuersis in locis: in priore, cum datiuo personæ: in posteriore, cum accusatiuo rei. Ita enim orditur illam suam epistolā, Οὐδὲ ὁ Ἥλιος Πλάτωνι τοῖς ἐρωτικοῖς ἐβάσκηνε. καὶ σφόδρα οἶος δοκῶ τινα. (sed repono hic, εἰ δὲ σφόδρα, &c.) Aliquanto pòst, ἢ βασκαίνω μέν τις τὸ μὲν ἑαυτοῦ ἔρωτα· ἀλλ' ἀμείνων ὁ μὲν χείρων ἐξ διαιτῆς, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. (Vbi obiter obserua etiam quod sit discrimen inter VERB. Φιλοτιμεῖσθαι & verbum Βασκαίνειν. itidem certè φιλοτιμία distinguitur ἀπὸ τοῦ φθόνου, vt ibi videbis) Sic apud Herodianum βασκαίνειν cum accusatiuo rei: ἐβάσκηνε ταύτῃ καὶ ἀσύμφορα ταῖς τύχαις. Sed & cū datiuo personæ & accus. rei simul iunctum reperitur: interdum cum datiuo pers. & genitiuo rei. Quinetiam cum genitiuo solo. Lucian. in Philopseude, τότε ἐγὼ ταῦ ἐπιθυμήσας, γε τίχει ὁ παῖς ὁ μαθητὴς μὴ παρ' αὐτοῦ. ἐβάσκηνε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος. Sic autem vtūtur & verbo φθονῶ, & quidem frequentius quàm hoc. Eodémque modo Latini verbum Inuideo vsurpant, sed cū accusatiuo. Quanuis autem in isto Luciani loco non additus sit ille datiuus personæ, ex eo tamen probari illa constructio potest: quòd relinqui subaudiendum, longè manifestissimum sit. Apud eundem Luc. extat cum præpositione ἐπί, vbi scribit, βασκαίνειν ἐπὶ τοῖς ἀτυχίαις. Libanius iunxit etiam accus. personæ hoc verbum, vt testatur Suid. qui hanc constructionem improbare videtur. scribit enim, βασκαίνω σοι αἰεί· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ, τὸν φθονεῖν τὸ βασκαίνειν.

Βασκαίνω, Criminor, Reprehendo, apud Demosth. & Plutarch. vt testatur Budæus, qui ex illo affert, ὁ δὲ, φησὶ τοίνυν ἰδεῖ λέγει, αἱ ν δυσκολοι συμβῇ, τινὰ βασκαίνει, hoc criminatur, seu reprehendit. Sic autem Harpocr. à Demosthene poni testatur βασκαίνει pro αἰτιᾶται & μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hesych. βασκαίνει exp. λυπεῖ, φθονεῖ, μέμφεται.

Βάσκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fascinator, Fascinatrix. vt βάσκανος ὀφθαλμός, Plut. Sympos. lib. 5, Probl. 7, Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμόν ἐμπεσόντος λόγου περὶ δεῖπνον. Sic à Virgilio dicitur oculus fascinare, vt antea docui. Apud Plutarch. in libro De virt. mulierum, βασκάνου τάφος redditur Fascinationis sepulcrum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit, αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις ἀφανισθεῖσα τοῖς πολίταις, ἀπαντώντας αὐτῇ μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμαζόντων, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα πρὸς τὴν πύλην ὅπου τέθαπται καὶ καλεῖται βασκάνου τάφος, ὡς βασκανίᾳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονήσαντος ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Ibi enim quidam interpretatus est Fascinationis sepulcrum, (quam interpretationem & v. lex. seruarunt) itidémque βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Inuidi cuiuspiā fascinatione. Alii βασκάνου τάφον reddere maluerunt In-

Digitized by Google

uidiæ sepulcrum, seu liuoris: sic tamen vt in βασκάνῳ, quod sequitur, fascinationis & ipsi significationem inesse voluerint. At ego non video cur huic datiuo potius quàm illi genitiuo significatio ista tribuenda sit. qua de re dicam & in proximè sequente thematio, vbi agam de Βάσκανος significante inuidum. Sed & illud suspectum esse possit, quòd adiectiuo βασκάνου tribuitur substantiui βασκανίας interpretatio. Quamuis enim dici possit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία, (vt passim adiectiuis hunc substantiuorum vsum dari videmus) non fuerit tamen verisimile βασκάνου itidem pro βασκανίας vsurpatum hîc fuisse.

Βάσκανος, Inuid'. Plutarch. in eo loco qui paulo antè allatus fuit, βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Inuida quadam fortuna, vel Inuidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr. Inuidi cuiuspiam fascinatione: quidam Inuidia quadā fortunæ fascinata. Sed non magis crediderim nomini βάσκανος vllam hîc subesse fascinationis significationē, q̃ inest verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quē paulo antè attuli, ἐβάσκηνε ταῦτα καὶ ἀνέτρεψε τινὰ τύχη. Redditur etiam Obtrectator, Maleuolus. Demosthenes, πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον, καὶ φιλαίτιον. Quo ex loco crediderim Harpocrationem sumpsisse occasionem exponendi apud eundem oratorem, βάσκανον πολίτευμα, φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν: vbi ille scribit, βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδὲν ἔστι πολίτευμα ἐμόν. In genere fœminino apud Aristoph. in Pluto, ὦ ψιθύρισμα τοῦτο γ' οὐδὲν, καὶ σὺ πρὸς ἄρα βάσκανος εἶ.

C. Ἀβάσκανος, & Ἀβάσκαντος, vide in Indice.

Βασκάνως, Inuidè, Inuido animo. φθονερῶς.

Βασκανία, ας, ἡ, Fascinatio. (sicut Βάσκανος, Fascinator) Aristot. sect. 20, probl. 34, διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι. Sæpius autē Inuidia, seu Inuidentia. Philo De vita Mos. lib. 1, ἀλλ' ἔγωγε τὴν τούτων βασκανίαν ὑπερβάς, τὰ περὶ τὸν ἄνδρα μηνύσω. Chrysost. De sacerdotio, βασκανίας ἔστι αἱ τῶν πολλῶν ἀδοκιμασίαι. Interdum etiam est Obtrectatio. Bud. συκοφαντίαν exponit in hoc Demosthenis loco Pro corona, πολλαχόθεν μὲν τοίνυν ἄν τις ἴδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν. ETIAM Βάσκα ponitur pro βασκανία, si Hesychii exemplaria nō mentiuntur. In iis enim scriptum est, Βάσκα, μαυλὶς, βασκανία. Sed suspicor βασκανία cum illis verbis iungi nō debere: seorsim enim ab Hesychio cum sua expositione scriptum fuisse. Apud eundem LEGITVR Βάσκας, sed pro quodam auis genere.

Βασκάνιον, ου, τὸ, Fascinum. Βασκάνιον dicunt antiqui, (inquit Phrynichus) non προβασκάνιον, cum præpos. πρό. Vbi simul obserua istam VOCEM Προβασκάνιον, quam à nonnullis pro βασκάνιον vsurpatam fuisse, ex eius verbis colligimus. In vulg. lex. βασκάνιον redditur non solùm Fascinum, sed & Odium. In iisdem annotatur ex Polluce, βασκάνια vocata fuisse quædam ridicula, quæ apud veteres fabri ferrarii ante fornaculam appendere solebant, inuidiæ auertendæ gratia. Affertur autem à Polluce & in numero singulari, ex Aristophane, πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος βασκάνιον ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Sed apud Pollucem pro βασκάνιον legitur βασκάνιον & βασκανία pro βασκάνια, non sine manifesta deprauatione vtrobique.

Βασκοσύνη, Fascinatio, Fascinum. in v. l.

C. ΚΑΤΑβασκαίνω, idē quod Βασκαίνω, Fascino. sicut Effascino non plus est quàm Fascino. Legimus apud Plut. Sympos. lib. 5, problematis septimi initio, Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου περὶ δεῖπνον.

Γέφυρα, de qua nunc agetur, post alia à γῆ deriuata locum habere posset: siue id etymum quo dicitur esse quasi γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, siue id quòd à γῆ & φυρῶ deducit, sequamur. Sed quàm tutū sit hæc sequi, aliorum esto iudicium.

ΓΕΦΥΡΑ, ας, ἡ, Pons. Dicitur autē propriè γέφυρα, (si Herodiano grāmatico apud Eustathium credimus) γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, id est, terra super aquam. Etymologus quoque huius deriuationis mentionem facit. ἡ ἐφ' ὑγροῦ γῆ (inquit) quasi γέφυγρά τις οὖσα. Sed affertur & alia ab eodem, & quidem priorē locum apud eum habēs: videlicet à γῆ & φυρῶ, vt sit quasi γέφυρα, id est, ἡ τῇ γῇ φυραθεῖσα. Quibus verbis subiungitur, καὶ ἐφ' ὑγροῦ πάγη κειμένη. In meo autem vet. lexico additur, ἢ ἀπὸ τοῦ, ἀπὸ γῆς εἰς γῆν μεταφέρειν. Communis porro est huius nominis γέφυρα vsus prosæ scriptoribus cum poetis. Homer. Iliad. ε, Θύνε γὰρ ἀμ πεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάρρῳ, ὅς τ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας. Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν. Apud Plutar. in Quæst. Rom. ἡ ξυλίνη γέφυρα. Legitur sæpe ζευγνύναι γέφυραν, eique oppositum λύειν, siue διαλύειν. Herodianus lib. 7, τὴν δὲ τὴν γέφυραν ζεῦξας, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβαίνειν. Apud eundem legimus, λύσαντες τὰς γεφύρας. Apud Thucyd. τῆς γεφύρας διάλυσιν.

Γέφυραι apud Homerum sunt etiam Interualla & semitæ inter binos aciei instructæ ordines, per quas vltrò citróque commeare licet. vt vulg. lex. annotant ex Eustachio, in Iliad. Δ.

Γέφυρα est item nomen vrbis Bœotiæ, quæ & Tanagra vocata fuit. Affert autem aliquam illius appellationis rationem Etymologus. Qui ex ea est, DICITVR Γεφυραῖος. Apud eundem LEGES Γεφυρεῖς esse δῆμον Ἀθηνῶν, vnde Γεφυραία Δημήτηρ, de qua plura apud eum vide. Sed in meo vet. lex. Γεφυραία Δημήτηρ non ab illo nomine Γεφυρεῖς, sed à Γέφυρα, quod est vrbis nomē, appellata esse traditur. AT VERO Γέφυροι vnde sint dicti quidam fratres, te docebit Eustathius, pag. 933.

C. Γεφυροποιός, οῦ, ὁ, Pontifex, accipiendo in prima significatione pro eo Qui pontē facit. ex Plutarch. in Numa. Vnde VERBVM Γεφυροποιῶ, Pontem facio, vel Pōte iungo. Polyb. l. 3, Πέπλος γὰρ τὸν Τίγριν κρίνων εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀν διαβαίνειν, τοῖς ἐπιτηδείοις γεφυροποιεῖν παρήγγειλε. Quem vsum frequentius habet verbum γεφυρῶ.

C. Καλλιγέφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ. vt ποταμὸς καλλιγέφυρος, Fluuius pulchrum pontem habens, Pulchro ponte iunctus. Affertur autem ex Eurip. hoc compositum.

Γεφυρότης, Pontium fabricator, vt quidem legitur in v. l. illis etiam quæ prima omnium in lucem prodierunt. Sed mendosum esse suspicor, pro γεφυρωτής, verbali à γεφυρόω.

Γεφυρόω, ῶ, Ponte seu pontibus iungo, Pontem impono. vt γεφυροῦν ποταμὸν, Ponte iungere fluuium, vt loquitur Curtius. Quidam interpr. Pontem imponere fluuio, & Pontem construere supra fluuium. Herodianus lib. 7, γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβαίνειν. Quæ Polit. vertit, Pontem cōstruxerat Maximinus supra flumen, quo aduersus Germanos transiret. (Legitur tamen in vulg. edit. quā: sed cū scripsisse puto quo) Paulo pòst dicit Herodianus τὴν γέφυραν ζεῦξας, eadem de re loquens. Apud eundem γεφυροῦν τὸν ποταμὸν idem Polit. vertit Ponte iungere fluuium. Ex Polybio affertur etiam γεφυροῦν τὴν διάβασιν pro Firmare transitum. Inueniuntur autem illa verba & apud Plutarchum. Lucian. in Demonacte dixit etiam γεφυροῦν τὰ δύσπορα: scribens, ὁ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, ὁ γεφυρῶν τὰ δύσπορα. Apud eundem legimus etiam τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς, Cadaueribus tanquā ponte seu pontibus iungere fluuios. vel, Corporibus cæsorum consternere fluuios, vt vertit Budæus: qui affert etiam γεφύρωσε κέλευθον ex Homero, pro, Obruto fossæ aggere muniit viam. Hesychius exponit διαβατὴν ἐποίησε.

Γεφυροῦσθαι dicitur itidē ποταμός, qui ponte iūgitur, seu cui pons imponitur. Herodian. τὸν τε ποταμὸν ταχέως διαλαμβάνειν, ὡς πρὸς ἀλλήλας συνδεθεισῶν γεφυροῦσθαι, &c. Atque vt habuimus ex Luciano, ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς, sic apud Plutarchum legi sciendum est ποταμοῖς γεγεφυρωμένοις νεκροῖς, De Alex. fortuna, aut virtute, lib. 2, αἵματι νεκροφόρους ποταμοὺς ἔπινε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη. id est, Amnes sanguine mixtos bibebat, quos cæsorum corporibus iunctos traiiciebat: vt vertit Budæus.

Γεφύρωμα, ατος, τὸ, Ipsum opus iungendi fluuium ponte.

In vulg. lex. redditur Transitus. quum sit potius, Pons transitum præbens. nisi & ipse pons transitus appelletur. Atque vt hoc nomen Γεφύρωμα à prima præter. passiui persona γεγεφύρωμαι formatum est, sic à tertia γεγεφύρωται est NOMEN Γεφυρωτής, Qui pontē seu pōtes construit. Pro qua significatione in vulg. lexicis legitur Γεφυρώτης: sed non sine mendi suspicione, vt suprà declaraui.

Inuenitur etiā COMPOS. Ἀπογεφυρόω, ῶ, quod sicut simplex Γεφυρόω, redditur Ponte iungo, seu pontibus. &c.

Γεφυρίς, Extranea, Peregrina. Vide Suidā: quem si sequaris, fuerit hoc nomen γεφυρίς deductum à γέφυρα quod est vrbis nomen. Hesych. autem scribit, Γεφυρίς, πόρνη τις ἐπὶ γεφύρας. Quod autem subiungit, videtur hoc γεφυρίς cum nomine γεφυριστὴς confundere, vt docebo paulo pòst, quum de hoc agam.

AT VERO Γεφυρίζω est propriè Ex ponte scōmata in aliquē seu aliquos iacio, Sedēs in ponte, inde aliquē dicteriis peto, vel scommatis insector. De quo more dicam in verbali Γεφυριστής. Accipitur autem generaliter γεφυρίζω pro Scommata in aliquem iacio, seu probra, Derideo, Cauillor, Subsanno. Plutarch. ἐδόκει δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπισπιχθῆναι τραχύτερον, ὅτι τὴν Μίτυλαν ἀπὸ τῶν τειχῶν γεφυρίζοντες ἐλοιδόρησαν. Apud eundem legimus, ἔτι θυμῷ τὰ σκώμματα φέρων καὶ τὰς βωμολοχίας, αἷς αὐτόν τε καὶ τὴν Μίτυλαν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἑκάστοτε γεφυρίζων ἢ κατορχούμενος ἐξυβρίζεν ὁ τύραννος Ἀριστίων. Affertur verò & ex Polybio exemplum vsus verbi huius, à Suida, quē consule.

Γεφυρισμός, οῦ, ὁ, Actio illa ita iaciendi scommata, & deridēdi. Sed affertur hoc nomen & cum ASCRIPTVM, Γεφυριασμός, ex eo libro in quo Atticæ voces annotantur: diciturque significare σκῶμμα, & additur, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς γεφυρῶν χαίρειν ἤτοι ἔμμετρα ἢ δίχα μέτρων, ἀσχημοσύνας τινῶν ἔχοντα. Habes autem hæc ipsa & apud Ammonium in voce Σκῶμμα.

Γεφυριστής, οῦ, ὁ, Qui scommata è ponte iacit in aliquem, &c. sequendo expositiones quæ verbo γεφυρίζω datæ fuerunt. Γεφυρισταὶ, (inquit Hesych.) οἱ σκῶπται. quoniam οἱ Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. Sed his addi possunt & quæ apud eū proximè præcedunt, in voce Γεφυρίς. quæ enim ibi adduntur, ἄλλοι δὲ οὐ γυναῖκα, ἀλλὰ ἄνδρα ἐκεῖ καθεζόμενον, &c. perperam hic collocata fuisse arbitror ab aliquo qui illud γεφυρὶς cū γεφυριστὴς cōfunderet. Interim verò & ex illis verbis possumus huius vocabuli significationem certius cognoscere. Generalius autem pro cauillatoribus, seu irrisoribus. Plutarch. in Sylla, circa principium, καὶ τῶν Ἀθήνῃσι γεφυριστῶν ἐπισκώψεις τις εἰς τοῦτο πεποίηκε.

Γόνυ, quod proximè sequitur, varias etymologias habet: ex quibus maximè probabilis est quæ à verbo κάμπτειν deducit: minus certè lōgè quàm cæteræ petita est. Siquis tamē [illegible] esse malit, non minus quàm illud ipsum verbum κάμπτειν, non valde repugnabo.

ΓΌΝΥ, genit. casum habet Γόνυος, pro quo per metathesin dicitur ET Γουνός. Sed in soluta oratione vsitatior genitiuus Γόνατος, tanquam à NOMINAT. Γόνας, quod alioqui in vsu minimè esse traditur. Est autem γόνυ Græcis quod Latinis Genu. Homer. Iliad. λ, Ἐν δ' ἄρα πληξάμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων. Apud eundem frequens est γόνυ κάμπτειν, genu flectere, seu incuruare. ἐπὶ τῷ καθίσαι, ad differentiam τοῦ ἑστάναι, si Eustathio credimus. At Hesych. exp. ἀναπαύεσθαι. Variis autem loquendi generibus adhibetur ab hoc poeta nomen istud, & quidem in plurali præsertim: vt ex eius locis quos afferam patebit. Afferam autem eos primùm in quibus vigorem corporis è genuū vigore seu robore æstimat. (vt Theocritus dixit, ὡς γόνυ χλωρόν: itidemque Horatius, dúmque virent genua. Quò pertinet & quod apud Plinium legimus, genibus inesse vitalitatē) Iliad. υ, – αὐτὰρ ἐμὰ Ζεὺς Εἰρύσατο, ὅς μοι ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα. Sic omnino λαιψηρὰ γοῦνα & μένος coniunguntur, & quidē verbo eidem affixa, cum alibi tum Iliad. χ, Ὥς οἱ ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα. Huc pertinent apud eundem, γούνατα δ' ἐρρώσαντο, & γούνατ' ὀρώρῃ. ac quemadmodum μένος & γοῦνα illic copulat, sic alicubi ἀϋτμὴν dicit, subiungens γούνατα cum illo verbo ὀρώρῃ. Odyss. ε, Ὄφρ' ἀϋτμὴ περὶ χαίρει, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ. Inueniuntur coniūcta itidem γούνατα & βίη: vt Iliad. λ, Ὥς τοι γούνατ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη. Huc pertinet Il. ρ, Εἰ δὲ βίην ἤνοσα καὶ ἐν γούνεσσιν ἕσπετο. Atque vt hic dicitur τὸ μένος ἐν γούνασι, sic alibi βαλεῖν μένος ἐν γούνεσσι: sed additur καὶ ἐνὶ θυμῷ (vt in loco proximè præcedente βίη est in duob⁹, ἐν γούνεσσι, & ἐν ὤμοισιν) Iliad. ρ, Σφῶϊν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένος ἠδ' ἐνὶ θυμῷ. Apud eundē legimus βλάβεται γούνατα, item λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ. Atque vt alicui λύεσθαι γούνατα dicit, ita sæpenumero aliquē alicui λῦσαι γούνατα, vel ὑπολῦσαι, etiam pro Vitam eripere. Habet alioqui nonnullis in locis simpliciorem significationē istud γούνατα λῦσαι, & talem qualem γούνατα δαμνᾶν, aliquot in locis. Frequens est, vel potius frequentissimum, apud eundem poetam hoc nomen, vbi de precādo vel potius supplicando agitur. (vnde Plinius, Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium, hac supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorāt: fortassis quia inest iis vitalitas) Iliad. λ. Νῦν ὀΐω περὶ γούνατ' ἐμὰ στήσεσθαι Ἀχαιοὺς Λισσομένους. Sic Iliad. θ, Ἤματι τῷ ὅτ' ἐμεῖο Θέτις λάβε γούνων, Λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον. Apud eundem aliquis dicitur ἅψασθαι γούνων, non λισσόμενος, sed ἱέμενος λίσσεσθαι. vt Iliad. υ, – ὁ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων, Ἱέμενος λίσσεσθαι. In quibusdam autem aliis locis vtitur verbo λιτανεύειν post γούνων ἁψάμενος seu ἁψαμένη. Sic Iliad. χ, Γούνων ἁψάμενοι λιτανευσέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ. Alicubi vtitur verbo λαβεῖν cum eodem genitiuo γούνων. vt Odyss. κ, Αὐτὰρ ἐγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλλίσσετο γούνων Sic eiusdem operis libro ζ, Ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην. Inuenitur apud eundem & participium ἑλὼν pro λαβὼν, vbi cætera alioqui sunt præcedentibus similia: Iliad. φ, Αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων. Cæterum ex his locis implere alios possumus quibus aliquid deest: id est, in illis subaudire (vt grammaticorum verbo vtar) quod subaudiendum relinquitur. Interdum enim verbum λίσσεσθαι, aut λιτανεύειν, vel siquod est apud hūc poetam synonymum, subaudiendum esse dico: nonnūquam contrà vnum aliquod ex illis participiis: ἁψάμενος videlicet, aut λαβὼν, aut ἑλών. Nam Odysseæ ζ, circa finem, (haud enim se offert in præsentia commodius exemplum) – μητρὸς περὶ γούνασι χεῖρας Βάλλειν ἡμετέρης, ἵνα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι. Hic enim puto subaudiri debere λισσόμενος, vel λιτανεύων, aut aliud simile: licet his vocib⁹ infinitiuum soleat subiungere, non particulā ἵνα, quod sciam. Vicissim autē ἁψάμενος, vel λαβὼν, vel ἑλὼν subaudiendum esse aio, cum alibi, tum hoc in loco, Odyss. κ, Αὐτὰρ ἐγὼ Κίρκης ἐπιβὰς περικαλλέος εὐνῆς, Γούνων ἐλλιτάνευσα. Sic Odyss. χ, Ἢ γούνων λίσσοιτο μεταΐξας Ὀδυσῆα. itidemque in hoc loco, Iliad. ι, fœm. participium ἁψαμένη, vel λαβοῦσα, siue ἑλοῦσα subauditur: – πολλὰ δ' ἄρ' αὐτὸν ἐμὰ λισσομένη γούνων Παλλακίδα μιχθῆναι. Sed hoc in loco aptius poni potest participium quàm in duobus præcedētibus, quòd in vtroque iam aliud præcedat. Nisi quis participio particulam καὶ præfigere velit: hoc modo, καὶ ἁψάμενος γούνων ἐλλιτάνευσα: vel, καὶ λαβὼν γούνων. Quod tamen de altero loco dici itidem non potest, vtpote in quo participium non itidem præcedat, sed sequatur. Sed participia bina interdum à Græcis, non interiecta copula, poni sciendum est. Omitto alia pleraque eiusdē poetæ loquendi genera, eodem pertinentia, quibus nomen istud adhibetur: & ad longè diuersum loquendi genus transeo: si prius ex poetis Latinis locos aliquot attulero cū Homericis illis conuenientes: in quibus nimirum itidem genua tangunt seu potius amplectuntur qui supplicant. Virgil. Æneid. 10, Et genua am-

plectens effatur talia supplex. Eiusdem poematis lib.3, Dixerat:& genua amplexus, genibúsque volutans Hærebat. Naso Metam.9.— tremit ille, pauetque Pallidus: & timidè verba excusantia dicit. Dicentem, genibúsq; manus adhibere parantem Corripit Alcides. Eiusdē operis lib. 13, hæc canit,— sed crine soluto, Sicut erat, magni genibus procumbere non est Dedignata Iouis. Quinetiam dicunt aliquem supplicem genibus eius cui supplicat aduolui. In soluta etiam oratione multi loci morem hunc nobis ostendunt: è quibus est ille Taciti in quo dicit, Prensare circumstantium genua. Cicero in orat. post reditum, in Senatu, Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Dicunt verò & Accidere ad genua, quod est ad verbum προσπίπτειν πρὸς γόνατα, vel εἰς γόνατα. Plutarchus in Quæst. Rom. ὁ δὲ προσπεσὼν εἰς γόνατα. Euripides autem vsus est & cum solo accusatiuo, in Hecuba, Πρόσπιτνε δ' οἰκτρῶς τῆσδ' Ὀδυσσέως γόνυ. At Homer. dicit ἱκάνειν γούνατα. vt Odyss. η,— σόν τε πόσιν σά τε γούναθ' ἱκάνω πολλὰ μογήσας. Sic Odyss. γ, Τοὔνεκα νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπεῖν. Eiusdem operis libro ι,— ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα Ἱκόμεθ', εἴ τι πόροις ξεινήϊον. Sed hoc loquendi genus nihilo plus quàm præcedentia, quæ ex eo attuli, habet affinitatis cum illo προσπίπτειν πρὸς γόνατα, siue γόνασι. At verò αἰτεῖσθαι πρὸς γονάτων, quod apud eundem tragicum legitur, ex Homero sumptum videri possit, dicente Iliad. υ,— ὁ μὲν αὐτὸς ἤλυθε γούνων, Εἴ πως εὖ πεφίδοιτο λαβὼν, καὶ ζωὸν ἀφείη. Euripidis autem locus est in Medea, Ἀλλ' αἰτοῦμαί σε πρὸς σε πρὸς φυτεύσας, Γονάτων τε σῶν ἱκεσία δ' ἱκνοῦμαι, Οἴκτειρον. Quanuis enim hic αἰτοῦμαι accipiatur non in propria significatione, sed pro Obtestor: possit tamen ita loquens Euripides, ad illum Homeri locum videri respexisse. Cæterùm potest his Eurip. locis adiici & iste ex Phœnissis, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, implicitis manibus circa tuum genu.

Venio nunc ad quoddā genus loquendi quod Latinis haud itidem notum esse puto, id est, ἐν γούνασι κεῖται, pro Situm est in potestate. (Cui rei alioqui significandæ adhibetur & χειρὸς seu χειρῶν appellatio a Græcis: eodémque modo dicunt Latini, In manu tua est, pro In potestate tua) Sic certè aliquoties dixit Homerus θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. vt Od. α, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Et Iliad. ρ, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Quem versum consequitur hic, aliquid habens eodem pertinēs, Ἥσω γὰρ καὶ ἐγώ· τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει. Alicubi verò cum adiectione partic. αἴκε, vel ἤκε. vt Iliad. υ, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Αἴ κέ σε χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι, Δουρὶ βαλών. Cum ἤκε autem Odyss. α, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Ἤ κεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἦε καὶ οὐκί. In eodem libro habetur sequente ὅσπις in altero versu, cum futuro itidem: Ταλίμαχ', ἤτοι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Ὅστις ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλεύσει Ἀχαιῶν. Exponitur autem ἐν τῇ τῶν θεῶν ἐξουσίᾳ καὶ τῇ δυνάμει, in deorum potestate. Affertur tamen ex Eustathio, ἐν δυνάμει καὶ ἱκεσίᾳ. In qua expositione, θεῶν ἱκεσία accipiendum esset passiuè, de ea qua supplicatur ipsis. Sed durè hoc dici videtur, præsertim præcedente substantiuo δυνάμει. Potiúsque crediderim hæc duo nomina ad diuersas expositiones pertinere. sed, nisi inspecto Eust. loco, plura de his verbis differere nolim. Hoc vnum addo, eleganter vsurpatum à Diogene fuisse hoc loquendi genus. Quum enim quēdam ἄσωτον poposcisset minam, isque rogasset cur à se minam, ab aliis obolum duntaxat peteret, Quia, inquit, ab aliis iterum me accepturum spero: at verò à te, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται εἰ πάλιν λήψομαι. Sunt porro & in soluta oratione aliquæ ex hoc nomine sumptæ phrases: ex quibus sunt hæ duæ, Εἰς γόνυ κλίνειν, & Εἰς γόνυ βάλλειν: de quibus dicam in composito nomine Γονυκλινής. At de εἰς γόνυ πεσεῖν, verba faciam in composito Γονυπετῶ.

Γόνυ καλάμου, Herodot. Internodium arundinis, apud Plinium & Columellam. Sed & de vite dictum ex Philostrato in Heroicis affertur. Γόνατα (inquit Cam.) sunt Genicula, & de vitibus, & de aristis, & de arundinibus. Herodot. Thalia, καλάμου δ' ἐν γόνυ παχύτητα πίεσται. Vnde Plin. lib. 16, cap. 36, de arundine loquens, Nauigiorúmque etiam vicem præstant (si credimus) singula internodia. Idem paulo pòst, Alia spissior densiórque geniculis, breuibus internodiis. Ex quibus manifestum fit, genicula Latinos appellasse ipsos nodos: internodia verò, inter hos excrescētes culmos. Sed Græcum nomen est commune. A geniculo, Geniculatus. vt radix geniculata, Plinio: & Culmus geniculatus, Ciceroni, distinctus geniculis. Et panicum in culmum geniculatū, Plinio. Possumus autem his participiis vti in interpretatione quorūdam compositorum, quæ hanc nominis γόνυ significationem, sed nominatiui γόνας declinationem sequuta sunt: cuiusmodi sunt ὀλιγόνατος & πολυγόνατος.

Γόνυ genitiuum habet Γουνὸς, factum ex γόνυος per metathesin, vt dictū fuit. Sic verò & plur. NOMIN. Γοῦνα, pro Γόνυα: GENIT. Γούνων, pro Γονύων: DAT. Γούνασι, (siue Γούνεσσι, metri gratia) pro Γονύασι dici existimant quidam grammatici. Alii tamen malunt Γοῦνα pro Γούνατα dici per apocopen. itidémque Γούνων pro Γουνάτων per syncopen, & Γούνασι pro Γουνάτασι dici existimandum erit. Affertur porro & tertius GENIT. singul. Γουνάτος. At ILLVD Γούνατα, tanquam à nomin. singul. Γοῦνας, habuisti in locis suprà citatis. Idem & de cæteris casibus censendum est.

A Γόνυ deriuata, compositionem habentia.

C. Γονυκλινής, έος, ὁ καὶ ἡ. Genu flectens. In Eccles. historia. ὑπὸ τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι γονυκλινής. Γονυκλινεῖς (inquit Cam.) Qui prouoluuntur genibus, & abiiciūt se, atque iacent ante pedes supplices. Hinc VERB. Γονυκλινέω, ῶ, Genu flecto. κάμπτεται δὲ γόνυ (inquit Eustath.) ἐστὶν ὅτε καὶ ἱκετικῶς, ὃ καὶ γονυπετεῖν λέγεται, καὶ γόνυ κλίνειν, καὶ συνθέτως γονυκλινεῖν. Inuenitur & nomen SVBST. Γονυκλισία, Genu flexio, Supplicatio quæ fit genibus flexis. Ex Basilio. Affertur præterea ex Cyrillo, γονυκλισία αὐντπρόσωπος. Schol. Euripidis in hunc Phœnissarum locum, Γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ' ἄναξ, τὰν οἴκοθεν νόμον σέβουσα, annotat, ὡς τῶν Φοινίκων διὰ γονυκλισίας πεσόντων εἰς Σαλαμῖς. Vide aliquid de hac voce & in Γονυπετῶ. Sciendum est porro, quanuis hæc istam significationem habeant, tamen εἰς γόνυ κλίνειν aliud sonare: nimirum Prosternere, aut etiam Subigere: vt Budæus vertit in isto Appiani loco, Ciu. bell. l. 3 αὐτοῦ γὰρ ἀπειπόντος ἐπὶ τὸν ἀπιστίαν τῷ Καίσαρι, καὶ ἐς γεγηράκως τὴν Κελτικὴν ἐς γόνυ κλίναντα. Idem, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν, vertit, Afflictam admodum reddidit: in isto Herodoti loco, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν ἡ ναυμαχίη. (Quidam autem interpr. Prostrauit) Ex eodem scriptore affert etymologici autor εἰς γόνυ πεσεῖν. quod illum metaphoricè dixisse tradit, significare volentem ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἀπαγαγεῖν. (ita enim scribendum est, non ἐπαγαγεῖν) At compositum Γονυπετῶ nihil cum hoc loquēdi genere commune habet.

C. Γονύκροτοι, sunt οἱ βλαισοί: & apud Anacreontem, οἱ δειλοί. Vide Eustath. p. 932. Aristoteli in Physiognomonicis (inquit Cam.) γονύκροτοι sunt impuri, quibus genua trepidant.

C. Γονυπετής, έος, ὁ καὶ ἡ. Qui genu succiduo procumbit, (vt loquitur Naso) In genua procidens. Vel, Accidens ad genua alicuius, seu procumbens. Synes. epist 57, καὶ ὀρνεῖς καὶ γονυπετὴς ἱκέτης γενόμενος. Euripid. Phœnissis, γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ' ἄναξ. Hinc VERB. Γονυπετέω, ῶ, Genu succiduo procumbo, In genua procido. Vel, Accido ad genua alicuius, seu procūbo. Redditur γονυπετῶ vno etiam verbo Ingeniculo, de quo dictū in Γουνάζομαι. Eustath. scribit ex Homeri verbo Γουνάζομαι posteros eius excogitasse hoc Γονυπετῶ, componentes ex γόνυ & πίπτω à quo πίτνω deriuatur πιτνῶ, sicut πιλνῶ à πίλνω. Quibus addit ἀκολούθως δὲ τούτῳ καὶ ἡ γονυκλισία ἐσχημάτισται. Construitur porro cum datiuo personæ hoc verbum Γονυπετῶ: habétque hanc constructionem apud Matthæum: apud Marcum autem, cum accu-

satino, γουνοπετεῖς αὐτόν.

Γόνυγρος autem suspectum esse potest: quod in vulgat. lex. redditur Sterilis, Aridus: quoniam Hesychius post γόνυγρον, addit, τὰ ἄκαρπα καὶ ξηρὰ πεδία. Quibus verbis hæc subiungit, ἢ ἡ μαλακὴ νόσος ἀπὸ τῶν γονάτων, μηκέτι ἐῶσα δύνασθαι βαίνειν εἰς γόνατα. vnde videri possit in priore expositione aliam quàm in hac deriuationem sequi. Affertur ETIAM Γονυκρότερος, ex Aristotele De animal. lib. 4, capite vltimo, pro eo cui sunt genua planiora. Aristotelis locus est hic, καὶ ὑγροσαρκότερα δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, καὶ γονυκρότερα, καὶ αἱ κνῆμαι λεπτότεραι. Quæ Theodorus ita vertit, Caro quoque humidior est fœminæ quàm maris, & genua planiora, & crura tenuiora. Sed hanc quoque vocem non immeritò fortasse suspectam quis habeat: possitque suspicionem adiuuare litera ω: quippe quæ locum in hoc comparatiuo habere non videtur.

A γουνὸς deriuata, & primùm ea quæ compositionem habent.

C. Γουνοπαχής, έος, ὁ καὶ ἡ, Genua crassa habens, Qui crassis est genibus. Item generaliter pro Crassus. Ab Hesiodo sic vocatur ἀχλύς, loquente de ea tanquam de fœmina.

C. Βαρύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauis genibus, Cui grauia sunt genua, ideóque tarda. Redditur etiam, Cui genua sunt infirma.

C. Καμψίγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incuruās genua. Sic dicta fuit Erinnys, quòd genua peccantium incuruet.

C. Ταχύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui velocia sunt genua, Velox, Celer.

Ἐπιγουνίς, ίδος, ἡ, SIVE Ἐπιγουνατίς, Os toti genu superiectum, seu Os quo tegitur genu, q. d. Supergenuitas. Os est cartilaginosum, latū, rotundum, intus læue & cauum: quod contegit femoris tibiæque articulum, alioqui nimis patentem, prohibétque ne introrsum luxetur. Latinè Mola & Patella dicitur. nam & hoc vtitur Celsus.

Ἐπιγουνὶς, Musculus ipsius genu. Sunt autem intelligendi illi tori qui circa genu in robustis corporibus apparent, bonæ constitutionis indices. Ita Camer. afferens ex Homeri Odyss. σ, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. In vulg. lex. hæc de ista significatione annotātur, Etiam corpulentiam (vt loquitur Plinius) vel corporaturæ amplitudinem (vt Columella) indicare volēs Homerus, inquit Odysseæ ρ, Καί κεν ὀρὸν πίνων, μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, Serum lactis bibens, bonam firmámque corporis habitudinem assequeretur. πλὴν τὸ σώματος ἀξίας, significando à parte totum. Vel, In corpulentiā excresceret, essétque robustus & validus. Roboris enim indicium, femorum genúque amplitudo. vt & Odyss. σ, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

Ἐπιγουνὶς, Genu, vt quidem à Cicerone redditur apud Aratum, duobus in locis: quos in meo Cic. lexico videndos tibi relinquo, pag. 76, 77: & 102, 103. Sic & apud Apollonium Argon. 1, — αἱ δὲ χιτῶνας Λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. Dicit enim famulas Medeæ sustulisse vestes vsque ad genua, assectantes essedum dominæ. Cam. Ego potius dicerem ἐπιγουνίδα in his quoque locis suam significationem retinere, sic tamen vt à parte totum significari putandum sit: ideó que non malè reddi Genu.

HINC Ἐπιγουνίδιος adiectiuè positum, & significans Impositus genibus, (vt apud Pindarum Pyth. ode 9, ἐπιγουνίδιον βρέφος) eam significationem illius nominis ἐπιγουνὶς sequitur qua pro genu ponitur, vt quidē nonnulli putant. Alioqui, quoniam ἐπιγουνὶς videtur potius suam significationem retinere, vt docui, videri queat ἐπιγουνίδιος minimè inde deriuari, sed ex ἐπὶ & nominè γόνυ fieri, vtpote quorum simpliciter significationem habeat: illam autem terminationem ex obliquis casibus nominis ἐπιγουνὶς mutuari. Idem enim & aliis quibusdam eiusdem formæ deriuatis vsuuenire obseruaui.

Γουνόομαι, οῦμαι, Genua amplectens oro, Genua amplector supplex. Cum accusatiuo. Homer. Il. φ, Γουνοῦμαί σ' Ἀχιλεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον. Tale est Od. χ, Γουνοῦμαί σ' Ὀδυσεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον. Apud eundem legimus Odysseæ δ, — πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Inuenitur etiam habēs adiunctum infinit. futuri temporis: Il. κ, Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥτις ἀρίστη, Ῥέξειν ἐν μεγάροισι. id est, Suppliciter vouebam, inquit Bud. Ac videtur certè rationi cōsentanea esse hæc interpretatio: nisi dicamus subaudiri verbum quo significetur Pollicens.

Γουνάζομαι, idem quod proximè præcedens, & in vsu apud eundem poetam. vt Odyss. ν, Νῦν δέ σε πρὸς πατρὸς γουνάζομαι. Et cum genitiuo γούνων, Iliad. χ, Μή με κύον γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων. Dixi autem antea, in Γόνυ videlicet, de hoc loquendi genere quid mihi videretur. Eustathius autem vult phrasin esse similem illi qua dicitur οἶνον οἰνοχοεῖν, & πόλεμον πολεμίζειν. Cæterùm (vt annot. vulg. lex.) Diomedes testatur à priscis dictum Ingeniculare: quod & Congenulare dicitur, autore Nonio: legit tamen Egnatius Congenudare, hoc est, Ingeniculari, & Ad genua accidere, Flectere genua, inde orare suppliciter.

A genitiuo γόνατος, aut alio ex obliquis nominatiui γόνας, alioqui inusitati, deriuata, quæ compositionem habent. Vel ita, Composita quæ nominis γόνας declinationem sequuntur.

C. Ἀγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Genu carens, Cui non est genu. Aristot. in lib. περὶ πορείας ζώων hoc composito vtitur, ὥσπερ ἀγόνατον ἦν τῶν βαδιζόντων. At verò ἀγόνατος ab illa altera nominis γόνυ significatione, reddendum potius Non geniculatus. de qua voce dictum fuit suprà.

C. Διαγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, in vulg. lex. Duplici geniculorum nodo cinctus, tanquam ab illa nominis γόνυ significatione qua pro internodio ponitur, quale calamo tribuitur. Sed quicunque est illius interpretationis autor, videtur LEGISSE Διγόνατος, aut certè illud pro hoc malè accepisse. Ab illa nominis γόνυ significatione sūt & ista COMPOS. Εὐγόνατος, Ὀλιγογόνατος, Πολυγόνατος. Nam Εὐγόνατος redditur Pulchra genicula seu internodia habens, Pulchrè seu bene geniculatus. Sic COMP. Ὀλιγογόνατος, vt ὀλιγογόνατος κάλαμος, ex Theophr. De hist. plant. lib. 12, Arundo paucioribus geniculis, & longioribus internodiis. Vide Plinium libro 16, cap. 36. CONTRA Πολυγόνατος, Multa genicula seu internodia habens, Multum geniculatus, Frequentib⁹ geniculis cinctus. ET SVBST. Πολυγόνατον, ου, τὸ, Polygonaton, herba, à geniculorum frequentia. Officinæ & herbarii sigillum Salomonis appellant.

C. Μεσογονάτιον, ου, τὸ, SIVE Μεσογόνιον, q. d. Quod est inter genicula, (ab illa nominis γόνυ significat. metaphorica) Internodium calami seu arundinis, Theophr. libro 4, Hist. plant. c. 11.

C. Ὑπογονάτιον, ου, τὸ, (q. d. Subgenuale) Quod genibus subiicitur. Ita v. l. ex libello Chrysostomi De re diuina.

C. Ἐπιγονατὶς, vide in Ἐπιγουνίς.

Alia deriuata, compositione carentia.

Γονατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Geniculatus, Geniculis cinctus, Nodis geniculatus. Sic redditur apud Theophr. Hist. plāt. l. 4, cap. 12, ex Plinio.

Γονατίζω, Ingeniculo, Genua flecto. Affertur autē ex Cratino comico à Poll. In v. l. exp. Geniculor, ἀντιβολῶ, & γουνάζομαι.

Γονατόομαι, οῦμαι, Geniculor, In geniculum nodor. Camer. Affertur ex Theophr. Hist. plantarum lib. 8, cap. 2. ET PARTIC. Γεγονατωμένος, Geniculatus, ex Dioscor. lib. 3, cap. 58.

AT VERO Ἐγγόνασι, (quod ad verbum sonat In genibus) videtur potius disiunctim scribendum esse Ἐν γόνασι. Sic autem dicitur stella, (vt vulg. lex. ann.) quam Iulius Firmicus Ingeniculum vocat, Ouid. Metamor. 8, Nixum genu, Vitruuius Nixum in genibus, Cicero Nixum, Manilius Nixam genu speciem. Sic dicitur ab Eratosthene Hercules in cælo supra dracone collocatus. Alii Thamyrin esse aiunt, à Musis excæcatum, vt supplicem ad genua iacentem: alii Ceteum seu Cetea

esse affirmant. Vide Aratum in Phænomenis. Apud Ciceronem in eorum interpretatione extat hic versus, (proximè præcedentes & proximè sequentes desiderantur) Ἐγγόνασιν vocitant, genibus quòd nixa feratur. vel potius Ἐν γόνασιν, disiunctim. Apud Hyginum tamẽ legitur Engonasin, coniunctim, libro 2: vbi scribit, Nã qui dicitur in astris Engonasin, is Theseus esse existimatur. Et paulo pòst, caput cui titulus est Engonasin, ita orditur, Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo antè diximus: eúmque paratum vt ad decertandum, sinistra manu pellẽ leonis, dextra clauam tenentem. Paulo pòst, Habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, sinistro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur: dextra manu sublata, vt feriens, sinistra proiecta cum pelle leonis, vt is quammaximè dimicans appareat. Alibi, Præterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Sed non video quomodo hæc scriptura ferri possit ἐγγόνασιν coniunctim. præsertim quũ nominatiuum non esse ἐγγόνασις (vt quidam existimarũt) ostendat superior ille locus, Nam qui dicitur in astris Engonasin.

Addendum his censui & ADVERB. Γνὺξ, eo enim significatur ἐπὶ γόνυ, siue ἐπὶ τὰ γόνατα, (vt exponit Hesychius) id est In genu, siue In genua. vt πεσὼν γνὺξ, vel ἐριπὼν γνὺξ, Lapsus in genu, seu in genua, Qui cecidit in genua. Adeo vt non dubitem quin γνὺξ dictum fuerit quasi γονὺξ. Extat autem apud Homerum istud aduerbium, cum alibi, tum Iliad. υ, Γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας. quod exponitur ἐπὶ γόνυ ἔπεσε. Sic Iliad. ε, Ἔστη γνὺξ ἐριπών. Apud eundem poetam cum genitiuo, eodem libro, Ἡ δὲ γνὺξ ἐριποῦσα κασιγνήτοιο φίλοιο. vbi genitiuus huic aduerbio additur, perinde acsi dictum esset πρὸς γόνατα, vel ἐς γόνατα, aut etiam ἐν γόνασι: vt ipse poeta paulo pòst loquitur, hoc in versu, Ἡ δ' ἐν γούνασι πῖπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Μητρὸς ἑῆς. Redditur alioqui γνὺξ & aliter: videlicet Genu flexo. Sed flexus in genua potius declaratur ADVERBIO Ὀκλὰξ, at prolapsus isto Γνύξ. Cæterùm in vulg. lex. inuenitur NOMEN Γνύα, pro poplite: cui subiũgitur hoc aduerbium Γνύξ. Ac posset certè Γνὺξ ab illo Γνύα deriuatum videri: sed alibi nusquam nomen istud inuenio: verùm Ἰγνύα tantùm, & Ἰγνύς. adeo vt per errorem hoc vocabulum, sicut alia quamplurima, in vulgaria lexica irrepsisse crediderim.

VERB. Γνυπετεῖ, quum ab Hesychio exponatur γονυπετεῖ, ab illo Γνὺξ originem habere manifestum est. Affertur & VERB. Κατηγνυῶσθαι, dictum pro παρειμένον εἶναι καὶ μαλακόν. nimirum ἀπὸ τοῦ εἰς γόνυ πεπτωκέναι. Ita enim lego apud Varinum, Κατηγνυῶσθαι, ἀντὶ τοῦ παρειμένον εἶναι καὶ μαλακόν. quum alioqui apud eum scriptũ sit, ἀντὶ τοῦ παρειμένος εἶναι καὶ μαλακός. Vnde autem expositionem illam sumpserit, incertũ mihi est: sed suspicor eum illam ex Hesychio excerpsisse, aliam quàm apud eum habetur lectionem sequendo. Siquidem in vulg. huius lexicographi editionibus est NOMEN Γνυπῶνες, expositum συγκοί, & κατηφεῖς, & ἄπληκοι. Quibus additur παρειμένοι καὶ μαλακοὶ ἀπὸ τοῦ (ita enim scribendum, non ἐπὶ τοῦ) εἰς γόνυ πεπτωκέναι. Quinetiam NOMEN Γνυπτοί, apud eum exponitur ἐκπεπληγμένοι, & δειλοί: item κατηφεῖς. Quibus additur verbum illud Κατηγνυπῶσθαι, sed expositũ μετεγνωκέναι, haud certè sine mendi suspicione. Vt verò γνυπῶνες ei sunt μαλακοί, sic VERB. Γνυποῦν est μαλακίζεσθαι, sicut & ἀσθενεῖν. Habet ETIAM Γνυπετῶ, quod itidẽ exp. ἀσθενοῦντι. His addendũ & NOMEN Γνυπτὸς, pro ἀργὸς, vel ἴκλυτος. Quinetiam videndũ an PARTIC. Γνύαν huc pertineat, quod exponit τεθλιμμένων. ADVERB. Πρόχνυ est itidẽ à nomine γόνυ deriuatum. Existimatur .n. πρόχνυ dictũ quasi προγόνυ: ex quo πρόχονυ, & per syncopen πρόχνυ. Redditurque In genua, sicut & γνύξ. Homer. Iliad. ι, de matre Meleagri, diras illi imprecante, Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχνυ καθεζομένη. vbi autor breuium schol. exponit εἰς γόνατα. Accipitur alioqui πρόχνυ & pro Funditus, Radicitus: vt ὀλέσθαι πρόχνυ, Interire funditus. Odyss. ξ, ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι Πρόχνυ, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν. Vbi Eustathius exp. παντελῶς: addens, Vel προγόνυ, quod est πρόρριζον. Et aliquanto pòst scribit, hæc verba, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν, videri posita ἀντιθέτως ad illud πρόχνυ. vt dicat, ὡς ἐπὶ γόνυ πέσοι τὸ τῆς Ἑλένης φῦλον, ἐπεὶ πολλῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν. Hic autem obserua obiter quæ sit huius quoque significati ratio, aut saltem quam Eustath. esse putauerit. Inuenitur & Il. φ, — οὐδέ μ' ἔτ' ἤμελλον Πειράσεσθ' οὐδὲ Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται Πρόχνυ κακῶς, σὺν παισὶ καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισι;

Ἔρανος, quod proximè sequitur, an ponẽdum fuisset inter deriuata à verbo Ἐρῶ, sequendo etymum id quod ab Etymologo ei tribuitur, & Athenæi quoque testimonio comprobatur, incertũ mihi est: iudicet ipse lector ex iis quæ de illo etymo disserã.

ἜΡΑΝΟΣ, ου, ὁ, Collatitia cœna, Conuiuiũ ex collecta, Conuiuium quod instruitur à symbolarũ collatoribus, vt loquitur Plaut. (ita enim apud eũ legendum est, non symbolorum) Conuiuium in quod suam quisque symbolam confert, siue suam partem. (Nisi tamen illa significatio qua simpliciter pro ipsa symbola ponitur, prior est hac) Redditur à Bud. Collecta. Exponitur τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον, in illo Homeri loco, Odyss. α, Τίς δαίς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρεώ; Εἰλαπίνη, ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. Apud eundem poetam, Odyss. λ, habemus tria hæc itidem coniuncta, Ἠ' γάμος, ἠ' ἔρανος, ἠ' εἰλαπίνη τεθαλυῖα. Eustath. in Iliad. π, Ἴσμεν δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον ἐκ κοινοῦ Ἡσίοδος φησί. ἔστι δὲ τοιοῦτον ὁ ἔρανος. Idẽ in illum locum qui ex Iliad. α sumptus est, annotat itidem ἔρανον esse τὴν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς. ἤγουν καταβολῆς καὶ δαπάνης εὐωχίαν. Vbi annotat etiam, ἐράνους fuisse κοσμίους, ac minimè πολυτελεῖς. solitos enim fuisse τοὺς ἐρανιστὰς vt plurimũ φειδωλῶς ἐσθίειν: quoniam vnusquisque τὸ ἴδιον ἐσθίει. Idem alibi ex Athenæo scribit, ἐράνους esse, κατὰ τοὺς παλαιούς, τὰς ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσφοράς. additque, ἀπὸ τοῦ συνεράσθαι καὶ συμφέρειν ἕκαστον. Dicam autem infrà de hoc etymo plura. Vide Ἐρανιστής.

Ἔρανος, generaliter Collatio, Cõtributio, Quod quis pro virili parte cõfert. Redditur et. à Symbola. Apud Antiph. pro eo quod sodales seu amici cõferũt ad leuandã sodalis inopiã: κἂν ἔρανον παρὰ τῶν φίλων συλλέξας, οὐκ ἂν εἰς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον. Sic Luc. vsus est in Tim. Πυθίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρῴην ἔρανον αἰτήσας μοι ὀρέξας τὸν δέρχει. Optimè autem cum his locis conuenit (quod ad significationẽ attinet) iste ex Anthologia epigrammatum in quo ἔρανος ponitur cum genitiuo δυστυχίης: libro 3, Γήρας καὶ πενίη πεπεδημένος οὐδ' ὀρέγοντος Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον. Quæ ita verti, (in libro quem nuper edidi, cui titulus, Epigrammata Græca, selecta ex Anthologia, interpretata ad verbum & carmine) Quum me pauperies premeret, paritérque senectus, Nec qui porrigeret vel stipis æra foret. In interpretatione autem quæ est ad verbum, verti, Infelicitatis [sustentatricem] stipem. Demosth. πρὸς Ναύσιμ. Χιλίας τε δραχμὰς ἔρανον αὐτῷ εἰς τὰ λύτρα εἰσοίσω. id est, Collationem, donum munúsque conferam pro virili parte amici, ad λύτρα conficienda, vt vertit Bud. Apud eundem in orat. κατὰ Νεαίρας legitur, ἔρανον εἰς τὴν ἐλευθερίαν συλλέγουσα. Ab eodem redditur etiam Beneficium, Beneficentia, Munificentia. item Gratia. Demosth. in epist. ad Heracleodorum, καλὸς οὖν ἔρανος χάριν δικαίαν, ἣν καὶ σὺ μοὶ παρ' ἐμέ, Honestum igitur est beneficiũ gratia iure inita. Verba sunt Demosthenis pro homine reo deprecantis: acsi diceret, Honestius ab amico, id est à me, gratiã inire non potes, quam si infortunati reo mea causa negotium facessere deberis. Gregor. in orat. quæ περὶ τῆς φιλοπτωχίας inscripta est, καὶ προσεπιτίθεσιν ἀνθρώποις ὄντας ἀνθρώποις τὸν ἔρανον τῆς χρηστότητος, Benignitas humanitatis conferenda est & beneficentia, Isocr.

in Busiride, ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, οἷς ἐκ φι- A λοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλεῖον πεφρονηκότας καὶ μᾶλλον ἀπηκριβωμένους προσήκειν ἐθέλοντας ἔρανον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον. quæ idem ita reddit, Existimo enim bonis moribus conuenire, vt iis qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi sunt, & vitæ subsidium ex literarum studio sibi comparare instituerũt, cuncti qui in literis amplius commentando profecerint, & exactius eruditi sint, hanc munificentiam conferant & gratiã. Apud eundem in Plataico, itidem pro gratia, ὀφείλετε δὲ μόνοις τῶν Ἑλλήνων τοῦτον τὸν ἔρανον, ἀναστάντες ἡμῖν γεγενημένοις ἐπαμῦναι, Huius gratiæ suppetias eundo hominibus ineundæ sedibus suis eiectis, solis nobis Græcorũ B debitores estis. Apud Demosthenem in orat. aduersus Neæram, τὸν αὐτὸν ἔρανον ἀποδοῦναι, Parem gratiam referre. Alicubi redditur etiam Præmium, Merces, (quæ interpretatio extat in lexicis quæ prima omniũ in lucem prodierunt, sed absque exemplo) vt in isto Isocratis loco, in Hel. enc. νομίζων ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον αὐτῇ ἂν ἐκείνης αὐτῷ συνεκινδύνευσε. Sed nihil obstat quominus vt in præcedente huius scriptoris loco, sic & in C isto, ὀφείλει ἔρανον reddamus Debere gratiam. Potest alioqui hic reddi etiam Beneficium, vt in aliis qui paulo antè allati fuerunt locis.

Ἔρανος in quibusdam vulgat. lexicis redditur etiam Mandatum. quam interpretationem planè falsam esse existimo. Sumpta est tamen ex Etymologo, exponente, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον, ἢ ἐντολή, ἢ συλλογή, ἢ εἰσφορά. Sed non dubium est quin vox ista ἐντολή, (quæ in illis lex. reddita fuit Mandatum) alienam sedem occupauerit: licet apud Suidam quoque legatur. Idem tradit Etym. D ἔρανον dici ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ συνεισφέρειν τοῖς φίλοις, καὶ διαχεῖσθαι. Quibus subiungitur, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν, τὸ ἐπιθυμεῖν, ὁ μᾶλλον ἐράστω ἐκ αὐτοῦ ἔρανος. Sed malim meum vetus lexicum sequi, in quo eadem quidem etymologia affertur, sed melius declaratur: vel potius, quæ ad eam pertinent, emendatius scribuntur: hoc videlicet modo, Ἔρανος, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν συνεισφέρειν τι τοῖς φίλοις καὶ διαχεῖσθαι. vt dicatur ἔρανος, quia est illorum qui ἐρῶσι καὶ ἐπιθυμοῦσι συνεισφέρειν τι τοῖς φίλοις. ideóque omnino tollenda sit particula copulatiua quæ E apud Etymologum habetur inter ἐπιθυμεῖν & συνεισφέρειν. At verò Athenæus quum hanc vocem ἔρανος à συνερᾶν deducit, haud itidẽ addit ἐπιθυμεῖν, sed καὶ συμφέρειν. Eius verba sunt Dipnosoph. libro 8, ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων συναγωγαί, ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν ἕκαστον. At Eustathius hanc deductionem ex eo afferens, passiua voce συνερᾶσθαι vtitur. Non video autem quid potius, hoc quidem in loco, vel actiua voce, (quã malo) vel passiua intelligere possimus, (si verbi ἐρᾶν passim obuiã significationẽ sequamur) quàm inter se F colere amicitiam. Estque obiter hic VERBI Συνερᾶν vsus animaduertendus: si modò is est quem Athenæus ei dare voluit. De hoc enim pronuntiare non ausim: quum constet, in plerisque etymologiis non exactè seruari signific. eius vocabuli à quo deductio petitur. Longè aliam certè Budæus huic verbo subesse putauit: quippe qui συνερᾶν & συμφέρειν tanquam synonyma poni annotauerit. In qua significatione deducẽdum esse ab ἔρα dicerem, si admittendam esse censerẽ. G vnde fortasse sunt etiam ἐράνιον, ἐράνιος, atque alia: in quorum classe videndum est an & hoc collocari posset.

Ἔρανα plur. numero tanquam ab Ἔρανον, ου, τὸ, vide in Ἐράνιον.

C. Ἐρανάρχης, ου, ὁ, Qui stipibus erogandis præest. Ita v. l. At Budæus reddit, Qui est caput collectæ: affértque hunc Diog. Laert. locũ, ἔρανον αἰτούμενος πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη, τοῖς ἄλλους ἐράνιζε. Ab Artemidoro quoque vsurH pari testatur.

C. Ἐρανέμπολος, ου, ὁ, Qui circa ἐράνους mercaturam exercet, Qui ἐράνους quæstui habet. Ἐρανέμπολοι, οἱ ἐκ ἐράνων ἐμπολῶντες. Hesych. Videri autem posset scribendũ ἐρανέμπορος, ea forma qua dicitur ψυχέμπορος, item χειρέμπορος, atque alia. Sed apud Suid. eadem illa scriptura extat: qui etiam illis Hes. verbis addit ἀπὸ τῶν ἀρχῶν.

Ἐρανικός, Pertinens ad ἐράνους. Dicitur etiam aliquid ἐρανικόν, Cuius nomine conferuntur & contribuuntur ἔρανοι, Siue quod fit ad corrogandos ἐράνους, vel ad corrogandam stipem. Apud Suidam, ἐμμήνους δίκας, ἄπερ ἐμπορικαὶ καὶ ἐρανικαί. Athen. libro 5, ὁπότε Ἀθηναῖοι ὁ πάντες καὶ τὰς ἐρανικὰς ποιησάμενοι ἀκροάσεις, διὰ τὸν βασιλέα ἀπεκρίθησαν διὰ τῆς χώρας καὶ πόλεως πομπεύει.

Ἐράνιον, ου, τὸ, diminutiua forma, q. d. Parua symbola, aut Exigua stips. Hesych. exponit, ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον. itidémque Suidas. In vulg. lex. perperam in hac voce Ἐράνιον exempla vsus vocis Ἔρανος afferuntur. Sciendum est porro apud Suid. inueniri plur. NOMEN Ἔρανα, quod exponit δῶρα τὰ ἐκ συλλογῆς, vt Hesych. ἐράνιον, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον.

Ἐρανίζω, Fut. ίσω, Pr. ικα, Collationem obtineo, seu impetro, Facio vt amici aliquid in me conferant. Vel, Peto ab amicis vt aliquid in me conferant: sequendo eam expositionem qua dicitur esse ἔρανον αἰτῶ. Cuius exemplum manifestum habes in Ἐρανάρχης, sed videndũ est pro loco, quomodo interpretari debeamus ἐρανίζειν. Generalius, Corrogo, Emendico, Colligo: quæ interpretationes Budæi sunt, afferentis ex Æschine in Ctesiphõtem, ὅπως οὖν τοῖς δημοσίᾳ στεφανουμένοις καὶ φυλεῖς ἀπείπῃ μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς, ἵνα μηδεὶς ἐρανίζων στεφάνους καὶ κηρύγματα ψευδῆ φιλοτιμίαν κτᾶται, τὰ τῇ καταλειπόμενα ὅσα: In eo autem quem huic subiungit loco, habetur quidẽ accusatiuus itidem, sed diuersæ, vt ita dicam, naturæ. est enim personæ accusatiuus: ex Demosth. in epistola quæ περὶ τῶν Λυκούργου παίδων inscribitur, ἵνα αὐτὸς τὸ ὄφλημα εἰσπράξας, καὶ τοὺς φίλους ἐρανίσας, τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικήσω, Vt possim, quum nomina mea exegero, & ab amicis collationem coegero, publico debito satisfacere. Id est, iudicatum facere. Est autem similis hic vsus ei quem apud Platonem habet, sed cum diuersa constructione: De legibus libro 11, ἐράνων δὲ πέρι, τὸν βουλόμενον ἐρανίζειν φίλον παρὰ φίλοις. Nisi fortè legendum sit potius φίλον παρὰ φίλου. Inuenitur porro & PASS. Ἐρανίζεσθαι in hac significatione actiua interdum. Luc. πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι πλὴν εἰδυλλίω, Vndique colligere, seu corrogare, Vndique emendicare. Themist. in 3 De anima, καὶ τὰ ἐν δὲ καὶ τὰ δύο καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἐρανίζεται. Idem in 1, ὡς καὶ αὐτὰς ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐρανίζεται. Sic & apud Laertium in Eudoxo, καὶ πρὸς τῶν φίλων ἐρανισθέντα εἰς Αἴγυπτον ἀπάραι, putat Budæus ἐρανισθέντα accipi pro ἐρανίσαντα. (Sed fortassis ἐρανίζεσθαι dicitur etiã pro Donari aliquo munere quod ἐράνου nomine censeatur) Ex eodem affert ἐρανίζεσθαι pro Quæstum facere, Capturas factitare: in Protagora, ἐπεὶ καὶ Πρόδικος λέγοις ἀναγινώσκοντας ἐρανίζοντα.

Ἐρανίζω, non solùm est ἔρανον αἰτῶ, sed etiam ἔρανον δίδωμι. Videtúrque hoc censuisse Harpocration. postquam enim dixit ἐρανίσαι significare ἔρανον αἰτήσας, in epistola περὶ τῶν τοῦ Λυκούργου παίδων: subiungit, ὅτι δὲ τὶ περὶ τοῦ ὀνόματος φησί. Affert enim locum ex oratione quæ inscribitur ὁ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος, in quo significatio hæc optimè verbo illi conuenit. videriqꝫ possint deesse aliqua ad secundam hanc expositionem pertinentia verba. Meminit huius loci Demosth. & Budæus: cuius Comment. vide, pag. 354. Redditur etiam Confero symbolam, aut generalius, Confero, Contribuo.

Ἐρανιστής, οῦ, ὁ, Qui est ex eorũ numero qui ἔρανον in cœnã seu conuiuium dederunt, Vnus ex iis quibus structa est collatitia cœna. tanquam ab ἐρανίζω significante peculiariter, Confero ἔρανον in cœnam seu conuiuium: id est symbolam. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 2, περὶ τοῦ βαναύσου loquens, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος· ἢ ἐρανισταῖς γαμικῶς ἑστιῶν. Ex eodem affert Bud. ἐρανισταὶ & θιασῶται pro iis qui sacrificiorum & cultus deorum obtentu, sodalitates temporarias quotannis coibant, in iisque vino & epulis indulgebant. Athen. libro 8, postquam dixit ἔρανοι & θίασοι pro eodem poni, addit, καὶ συνιόντες, ἐρανισταὶ καὶ συνθιασῶται. Apud eundem comicus quidam dicit, ὅταν ἐρανισταῖς καρύων δέηται τις.

C. ΑΝΤεραιζομαι

C. ἈΝΤΕρανίζομαι, Vicissim ἔρανον cōfero, seu symbolam. Aut etiam, Beneficium in me collatum alio beneficio compenso. Exponitur & vno verbo, Retribuo. Item participium ἀντερανιζόμενος passiuè, Repensus, Relatus.

C. ΣΥΝερανίζω, sicut & simplex ἐρανίζω, interdum est Colligo: item Cogo, Congero. Isocrates ad Philippum, ὅπως ἂν συνερανίσαιμι τοὺς λόγους τούτους. Idem putat Budæus significare & in isto Gregorii loco, vbi de autoritatibus propheticis loquens, quibus in oratione sua vtitur, hæc scribit, ὅπως ἂν ἕκαστον ἐπὶ τὸ μνήμην τῶν συμπληρωσάντων μοι τὴν ᾠδὴν, καὶ συνερανιζόντων τὸ χαριστήριον λόγον. sed non lubenter Budæo de illa significatione isti loco danda assentior. Aristoteles De generatione animalium, lib. 3, cap. 1, κἂν πολλὰ συνεράνισας τις εἰς μίαν κύστιν, ἢ τι τοιοῦτον, ἕψῃ τινί, Siquis oua multa in folliculum congesserit.

Συνερανίζω habet & alteram verbi ἐρανίζω significationem, qua ponitur pro Confero symbolam: vel generalius, Confero, Contribuo. Affertur autem & sine accusatiui adiectione positum, ex Diogene Laertio in Arcesila, vbi de ei⁹ liberalitate loquitur, συχνοῖς τι φίλοις ἐπήρκει, καὶ πολλοῖς συνηράνιζε. Vbi Budæus vertit, Pecuniam necessariam conficiebat. Idem interpr. Opitulor ad aliquid conficiendum: afferens ex Appiano, τοῖς χρείας ἀλλήλοις συνηράνιζον, Inter se ita coniuncti erant vt quod vni opus esset, alii ad id perficiendum operas darent, & conficerent. In vulg. lex. Συνερανίζω redditur etiam Mutua conuiuia agito, & vno verbo Murito ex Gellio. Sed illa significatio verbi συνερανίζειν nullo nec exemplo nec teste ibi probatur. Sicubi autem extat, dicendum erit sequi eam nominis ἔρανος significationem cui primus locus datus fuit, & qua Homerus vtitur.

PASS. Συνερανίζομαι, Congeror, Colligor. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, ὡς ἂν συνερανισμένοι ἐκ συγκλύδων ὄχλου. Dionysius Halic. de Isocrate, τὰ σώματα δὲ Λυσίου λεπτὰ καὶ ... τὴν ἀρετὴν, ἴσον τῶν φύσει καλῶν σωμάτων τὰ συνερανιζόμενα κόσμοις ἐπιθέτοις. id est, Congesta, Adornata, Composita, quasique coagmentata, inquit Budæus. Sed parum mihi istæ interpretationes placent: ac potius mutata orationis forma vertendum ita censuerim, Corpora in quæ corrogati fuerunt ornatus ascititii: Vel, Corpora corrogatis ornatibus & emendicatis prædita. Dicitur item aliquid συνερανίζεσθαι pro Conferri, vt apud Philonem De mundo, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ [videlicet τοῦ κόσμου] συνερανισθέντων, quum omnia ad complementum eius collata fuerint. Bud. autem verbo neutro vtens, vertit, Quum omnia ad complemētum eius in vnū coierint.

Quod proximè sequitur vocabulum, meum quidem etymum sequendo, post Εἴρω ponendum fuisset, (de quo agitur priore loco, t. 1, c. 1142) at sequendo id quod Etymologus affert, alius ei locus dandus fuisset.

ΕἸΡΟΣ, τος, τό, Lana. Hom. Odyss. Δ, —αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ Ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα. Etymologus εἶρος fieri ex ἔρος tradit, per pleonasmum literæ ι. vel ex ἔρρω significante κάμνω, fieri ἔρρος: deinde mutando ρ in ι, εἶρος. vt sit ὁ μετὰ ταλαιπωρίας ἐργαζόμενος. Quæ postrema verba sequendo, dicendum esset εἶρος masculini esse generis. alioqui enim respiciēdo ad neutrum genus nominis εἶρος, scribere debuisset, τὸ μετὰ ταλαιπωρίας ἐργαζόμενον. Verùm illa verba nequaquam hoc mihi persuaserint, nimirum εἶρος in masculino etiam genere vsurpatum reperiri: siue librarii incuriæ siue etiam ipsius Etymologi fallaci memoriæ error ille imputādus sit. Sed (quod maioris est momenti) etymum hoc, sicut alia quamplurima, nimis longè petitum, & coactum, vt ita dicam, mihi videtur: de meo autem etymo, quod εἶρος à verbo εἴρω deducit, nihil tale dici posse existimo: sic tamen vt aliorum iudicio id relinquam. Vide Εἰροπόκος, quod est secundum compositum.

Εἶρος ab Hesychio exponitur non solùm ἔριον, sed etiam πωχός. quod corruptè scriptum esse pro πόκος annot. v. l. Sed contrà mendo carere hanc scripturam, & de eo mendico id intelligendum esse dico qui potius Ἶρος nominatur, cum ι, non cum ει. Fortasse etiam de quouis mendico vsurpari hanc vocem significare voluit: vt Latinis quoque Irus interdum est quiuis mendicus: vt vicissim Crœsus vocatur quilibet qui sit prædiues.

C. Εἰροκόμος, ου, ὁ & ἡ, Lanam tractans, vel potius Lanam excolens. (vt Ouidius dixit Rudem lanam excolere) In v. l. redditur Lanarius, ex Plauto: item Cui lanificium curæ est. Hom. Iliad. γ, ἀσκεῖν εἴρια καλὰ tribuit ei quam εἰροκόμον appellat. vbi Eustath. annotat, κομεῖν & ἀσκεῖν idem valere, & addit verba illa ab Homero nequis intelligat τὴν εἴρουσαν κόμας, ἤτοι πλέκουσαν. Hesych. εἰροκόμῳ (sumptum, vt opinor, ex illo Homeri loco) exponit ἐριουργῷ.

C. Εἰροπόκος, ου, ὁ & ἡ, epithetum ouis, apud Homerum pariter & Hesiodum, sicut à Latinis poetis dicitur lanigera. Hom. Iliad. ε, —ἵν' εἰροπόκοις ὀΐεσσι. Hesiod. in Theogonia, Ποίμνας τ' εἰροπόκων οἰῶν. Idem in Ergois, Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι. Cæterùm huius compositi duæ sunt expositiones. quidam enim putarunt ei inesse duo eiusdem significationis nomina, εἶρος & πόκος, idque ἐκ παραλλήλου. alii autem ex εἶρος & πέκω factum esse dixerunt. Quinetiam tertia deductio afferri possit, ad quam respexerunt qui εἰροπόκος exposuerūt, Habens vellera innexa. Si enim hanc expositionem sequamur, ex πόκος & verbo εἴρω deductum dicemus illud vocabulum: conuenietque hic verbi εἴρω significatio cum illa quam habet quum εἶρος ex eo deducitur. Sed minimè dubium est quin optima omnium deductio sit ea quæ ex εἶρος & verbo πέκειν deducit. Pro qua voce actiua tamen afferenda potius passiua fuerit: vt εἰροπόκος sit ἡ πόκαις εἰς εἶρος, siue ἡ πεκομένη. Hesych. quoque passiuo verbo in hac expositione vtitur: quum εἰροπόκοις exponit ἔρια κειρόμενα ἔχουσι. At verò Hesiodi schol. Tzetzes εἰροπόκοι exponere maluit, πόκους ἐρίων τρέφοντες.

Εἰροπόκος est etiam ἐριουργός Hesychio. Apud eum enim legitur εἰροπόκοι, ἐριουργοί. pro quo εἰροπόκοι eum scripsisse ἐριουργοί, aut illi nomini significationem huius dare voluisse, persuasum habeo. Sed quid si aliquis hanc expositionem non datiuo εἰροπόκῳ sed datiuo εἰροπόκοις Hesychium dedisse suspicetur? Is certè facilè in suam sententiam vel potius suspicionem me pertrahet.

C. Εἰροπόνος, ου, ὁ, Cui labor est circa lanas, Qui lanis excolendis aut lanificio laborem impendit.

C. Εἰρόπης, in v. l. dicitur esse itidem ouis epitheton, & significare Lanigera: sed vereor ne hoc vocabulum multis suppositiis & ex errore ortis, quæ in illis leguntur, addi debeat.

Εἰρέινος autem, quo significatur Laneus, fortassis ab εἰρίον potius fuerit, quod lanam itidem declarat.

TRISYLL. Εἰρίον, idem quod εἶρος, Lana. Sed εἰρίον dicitur forma diminutiua, vt πηχίον à πῆχυς. & quum vulgatæ editiones habeant εἴρια cum accentu in prima syllaba, Iliad. γ, Ἤσκειν (siue ἤσκειν) εἴρια καλά: in meo veteri codice scriptum est contrà εἰρία. Quinetiam quamuis Eustath. suis in eum locum commentariis vbique εἴρια scribat, (si tamen hanc eius scripturam esse putandum est) apud eundem tamen in expositione huius versus Odyss. Δ, Ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα, legimus, τὸ δὲ εἶρος, παρώνυμον ἐστὶ τὸ εἰρίον, ὡς πηχίον. ὅθεν ἔριον, ὡς ἰχνίον. Legitur aliàs quoque & apud Suid. εἴρια, assentiente vulgatis editionibus meo etiam exemplari manuscripto.

HINC Εἰρέινος, Laneus. nam hinc potius quàm ab εἶρος deducendum mihi videri, antea docui.

¶ Ἔριον, ου, τό, idem quod εἶρος, siue εἰρίον. sed poetica sunt ista, at illud prosæ scriptoribus cum poetis est commune. Fieri autem εἰρίον quidem ex εἶρος, sicut πηχίον

ex πῆχυς: at ἔριον ex εἴριον fieri, & sequi formam nominis ἴχνιον, paulo antè docui. Fortasse tamen malit aliquis, sicut εἴριον, ita etiam ἔριον ex εἶρος deducere. Cui deductioni non valde refragabor: præsertim quum vt πηχύϊον à πῆχυς, ita etiam ἴχνιον (quanuis accentu differens) ab ἴχνος deriuari constet. Homerus Odysseæ δ, Ἀλκίππη δὲ τάπητα φέρεν μαλακοῦ ἐρίοιο. Plato in Sympos. ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν. Plutarchus De audiendo, μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι χλανίδος, εἰ μὴ προβάτων ἀπαλῶν εἴη τὸ ἔριον. Apud eundem legimus ἔριον esse τῶν θερμαντικῶν. Frequens est & pluralis numerus. vt apud eundem, τῶν ἐρίων τοῖς πόκοις. Et alibi, τῶν δερμάτων τοῖς δέρμασιν αὐτὶ τῶν ἐρίων ἀμφιέννυνται. Lucianus De sacrificiis, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ πῦρ ἀνακαύσας, ἐπέθηκε φέρων αὐτῷ δορὰν τὴν αἰγὸς, καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὰ πρόβατα. vbi obserua eum de vnica etiam loquentem, maluisse dicere τὰ ἔρια quàm τὸ ἔριον. Legimus hunc pluralem & apud Xenoph. ἐσθῆτα τὰ ἔρια.

Ἔριον, id est Lana, magni in medicina est vsus. Eius duæ differentiæ sunt: vna pura est, altera sordida. Pura dicitur quæ lota est: sordida verò, illota. quam Græci ἔριον ῥυπαρὸν & οἰσυπηρὸν, Hippocrates verò πινόεν & πινώδες appellat. Est autem πίνος idem quod ῥύπος. Gorr.

Ἔριον redditur & Lanugo à Plinio: vt quum pro his Theophrasti, ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ, ἐκπετάννυται καὶ ἐξαίρει τὸ ἔριον, ἐξ οὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνουσι πολυτελεστάτας, ista scribit, de laniferis arboribus loquens, Ferunt cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

C. Ἐριόξυλον, ου, τὸ, Lana siue lanugo xyli, id est gossipii fruticis: de quo Plinius lib. 19, cap. 1. Sed & de gossampinis arboribus lanigerisque scribit, lib. 12, cap. 10, & 11. vt & Theophrast. περὶ ἐριοφόρων δένδρων, Histor. l. pl. 9, cap. 4. Vlpianus in Lege, Si cui lana legetur, ff. De legatis, 3, Lana legata, etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant. Quod ἐριόξυλον huic iurisconsulto, DICITVR Βομβάκιον Nicolao Myrepso, at SVIDAE Βάμβαξ ET Πάμβαξ, id est gossipium. Ita vulg. lex. Sciendum est autem apud Suidam extare & tertium NOMEN Παμβακίς: atque adeo & QVARTVM Βαμβάκιον. sed hoc tanquam ex vulgi sermone petitum affert. Scribit enim, Βάμβαξ ἢ Πάμβαξ, καὶ Παμβακὶς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Et alibi itidem, Πάμβαξ καὶ Παμβακίς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Obserua autem Βαμβάκιον ibi scribi, quum ex Nicolao Myrepso afferatur Βομβάκιον, per o in prima syllaba. Qua scriptura cum appellatione Italica conuenit, Bombazo. (at nobis Bombazin aliud est: vocantibus Cotton quod illi Bombazo) Quinetiam cum nomine Bombyx scriptura illa conuenit. Tribuit autẽ bombycẽ Plinius xylo siue gossipio, quod idem cum bõbace seu bãbace esse existimatur. Ita enim scribit, lib. 19, c. 1, Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossipium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec vlla sunt eis in candore mollitiáve præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Sed quanuis bombycem tribuat Plinius huic xylo, aliud tamen ESSE Βόμβυξ constat. (Alioqui eum Propertius Arabium vocat, sicut Plinius xylon nasci tradit in superiore parte Ægypti quæ in Arabiam vergit) Vnde fit vt apud Dioscoridem, lib. 3, c. 18, pro βαμβακοειδὴς reponendum esse putem βομβυκοειδὴς. mirérque interpretes, lectionẽ illam sequendo, vertisse Vestes bombycinis similes. Nam Plinium quidem ita reddidisse fateor, sed βομβυκοειδὴς legisse persuasum habeo. (licet xylo quoque bombycem tribuat, vti dixi) Siquidem vt hoc ADIECT. βομβυκοειδὴς sonat Bõbyci similis, ita alterum ILLVD βαμβακοειδὴς sonare debere Bãbaci similis, nemo negauerit. Adde quod recentem esse hanc βάμβακος siue βαμβακίδος & παμβακὸς appellationem constat: quod de βόμβυκος appellatione minimè dici potest. Cæterùm obseruãdum est Vlpianum VOCEM Ξύλον in hoc etiam composito pro ligno accepisse, quippe qui ἐριόξυλον ligneam lanam reddiderit: quum alioqui Plinius vocem Græcam xylum retineat. Pollux pro ἐριόξυλον dixit, ἀπὸ ξύλου ἔριον: scribens l. 7, c. 17, ἤδη δὲ καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λινοῦ ἂν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι πλὴν τοῦ πάχους. (vbi suspectum est illud vocabulum λινοῦ) Sic autem scribens, videtur & ipse voci ξύλον suam illam generalem significationem dedisse. Ibidem autem qui sint βόμβυκες declarat.

C. Ἐριοπλύτης, Qui lanam seu lanas lauat, Fullo. vtitur Diosc.

C. Ἐριοπώλης, ου, ὁ, Lanæ venditor, seu lanarum. VNDE Ἐριοπώλιον, ου, τὸ, Locus in quo lana venditur, Emporium lanæ. Item VERBVM Ἐριοπωλέω, ῶ, Lanam vendo, Sum lanæ venditor. Quinetiam ADVERB. Ἐριοπωλικῶς, More eorum qui lanam vendunt. Ex quo intelligitur Dolosè: quoniam illi eã humectant, vt pondus augeant. Vide quæ Suidas de hoc metaphorico istius aduerbii vsu tradit.

C. Ἐριουργὸς, οῦ, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium exercet. Vnde VERB. Ἐριουργέω, ῶ, Lanificium exerceo. Xen. in Laced. polit.

C. Ἐριοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Laniger, seu potius Lanifer. vt arbores dicuntur laniferæ, potius quàm lanigeræ. sic enim ἐριοφόρα δένδρα apud Theophr.

C. Ἐριώλη, Iocosè ab Aristophane vocatur ἐρίων ἀπώλεια, in Vespis: vbi quum περὶ καυνάκης quidam dixisset, — αὕτη γέ τοι Ἐρίων τάλαντον καταπίνει ῥᾳδίως, respondet alter, Οὔκουν ἐριώλην δῆτ᾽ ἐχρῆν αὐτὴν καλεῖν, Δικαιότερόν γ᾽ ἢ καυνάκην. Alioqui Ἐριώλη non ex ἔριον fit, sed ex particula ἐρι, (quæ vim augendæ significationis habet, vt antea dictum est) & verbo ἄω, si Etymologo credimus. Est autem ἄω idem quod πνέω. Significatur certè hoc nomine ἐριώλη impetuosus ventus & præceps, seu Turbo. qua in signific. vsus est hic ipse poeta in Equitibus, καὶ θυραίως πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην. Hinc est DICTVS Ἐριώλης vnus ex equis Neptuni, vt annotat Eust. (secundum quem est etiam alius quidã equus habens NOMEN Σθένων, in quo respicitur ad τὸ σθεναρὸν τοῦ Ἐννοσιγαίου: QVIDAM Ἐγκέλαδος, propter pontum κελάδοντα) idque διὰ τοὺς ὀχοῦντας αὐτοὺς ἀνέμους. ὧν καὶ ἡ σφοδρὰ καὶ καταιγιδώδης ἐριώλη, ἧς μέμνηται καὶ ὁ κωμικός. Intelligit autem (vt opinor) illum ipsum Aristophanis locum, quem modò ex eius Equitibus protuli. Solet enim comici appellatione Aristophanem significare.

Ἐριώδης, εος, ὁ & ἡ, Cui lana inest. Ex Plinio & Colum. Lanatus, ex Varrone Lanaris.

Ἐριοῦς, vide in Ἐρεοῦς, post Ἐρέα, quo itidem lana significatur.

Ἐριθεύω, ῶ, Laboro circa lanificium. Ita vulg. lex. nisi quòd addunt aduerbium Maximè post verbum Laboro: hoc modo, Laboro, maximè circa lanificium. Sed nullum affertur testimonium.

AT VERO Ἔριθος an ab ἔριον deriuatum sit, controuersum esse potest, quanuis eo significetur Qui vel quæ lanificium exercet, Lanificus. Si enim Hesychio credimus, ἔριθοι sunt οἱ γεωργοὶ, (id est agricolæ) παρὰ τὸ τὴν ἔραν ἐργάζεσθαι, id est τὴν γῆν: per catachresin autem, etiam οἱ ἐριουργοὶ, ἢ μισθωτοί. Sunt autem μισθωτοὶ, mercenarii. Alii volũt contrà propriam esse illam significationem qua περὶ τῶν ἐριουργῶν vsurpatur. Quidam (ex quibus est Eustathius) quum περὶ τῶν ἐριουργῶν dicitur, ab ἔριον: quum περὶ τῶν γεωργῶν, ab ἔρα deriuari. Etymologistes tradit significare τὴν ἐργάτιν, καὶ τὴν ἐργαζομένην τὰ ἔρια, afferens & ipse duplex etymum. Homero Iliad. σ, ἔριθοι appellantur ii qui metunt: — ἔνθα δ᾽ ἔριθοι Ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Vbi Eustathius admonet ἐρίθους esse non solùm τὰς ἐριουργοὺς γυναῖκας, ab ἔριον: sed etiam τοὺς μισθοῦ ἐργαζομένους, vt messores eo in loco, à nomine ἔρα. Ex eo autem quod dicit hic scholiastes, non solum significare τὰς ἐριουργοὺς γυναῖκας, hanc significationem magis vsitatam ac receptam esse colligere possumus.

(Quò pertinentia quædam afferam ex eodem in compoſito Συνέριθος) Apud Heſiodū ἔριθος pro famula, in Ergis, ὅππα δ' οἶκον ποιήσαι καὶ ἄπαιδα ἔριθον Δίζεσθαι κέλομαι. χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος. Extat verò & χερνῆτις ἔριθος in hoc Eratoſthenis loco, qui à ſcholiaſte Apollonii affertur, — ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος Δειελινὰς πύκασεν, καλὰς ᾔειδε ἰούλους. Chryſoſt. ὑφαίνας καὶ ἔριθοι. Affertur verò & ex Eſaiæ capite 19. ἔριθος de textrice, ὡς ἔριθον ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν, Tela à textrice proximè ſuccidenda. Hoc certè obſeruandum eſt, quum dicitur de exercente lanificium, potius fœminino genere vſurpari. Cæterùm aliā præterea nominis huius ἔριθος expoſitionem, ex tertia quadā etymologia profectam vide in Ἐριθεύομαι.

COMP. Συνέριθος, ου, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium ſimul exercet, Lanificii ſocius, ſeu In lanificio ſocius: vel potius ſocia, ſequendo id quod modò dixi in ἔριθος. Interdum verò generalius Socia alicuius operis, ſiue in aliquo opere, quodcunque ſit. Ab Heſychio συνέριθοι exponitur συνυφαίνουσαι, id eſt Simul texentes: item συνεργοί. (In qua expoſitione VOCAB. Συνεργοί ſonat Simul opus facientes) Homerus Odyſſ. ζ, non procul ab initio, Καί τοι ἐγὼ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι. vbi Euſtathius annotat, συνέριθον propriè, ſicut & ἔριθον, eſſe τὴν συνεργαζομένην ἔρεον: ſed καταχρηστικῶς ita vocari καὶ τὴν ἁπλῶς συνεργαζομένην. Obiter autem obſerua & quæ ad ſimplex ἔριθος pertinentia hic ab Euſtathio dicuntur: nimirum ἐρίθους propriè eſſe τὰς ἐργαζομένας τὸ ἔρεον. Quod enim ſcribit, συνέριθον propriè, ſicut & ἔριθον, eſſe τὴν συνεργαζομένην ἔρεον, ita intelligi debet.

COMP. Φιλέριθος, Lanificii ſtudioſus, in vulg. lex. ex Epigramm. Propriè tamen φιλέριθος ſonare deberet Studioſus eorum qui lanificium exercent, Studioſus lanificorum, ſeu lanificarum.

His addendum VERBUM Ἐριθεύω, vel potius Ἐριθεύομαι, ea præſertim ſignificatione quam habet apud Græcos Bibliorum interpretes, in hoc loco qui ex Tobiæ libro affertur, ἠριθεύετο ἐν τοῖς γυναικείοις: quum in Latino textu ſit, Ibat ad opus textrinum. Apud Heſychium legimus hoc ἐριθεύετο, (dubium vnde ſumptū) expoſitum εἰργάζετο. (quod conuenit cum ἔριθος expoſito ἐργάτης) quum alioqui ſcribat alibi, ἐριθεύει, ἐκ ἐργαζόμεθα τὴν. Vnde vulg. lex. ἐριθεύω interpretantur Temere laboro & in vanum. Sed ibidem redditur & Seruio. Suidas ἐριθεύεσθαι ſimile eſſe tradit τῷ δικάζεσθαι. Legitur apud Ariſtotelem hoc vocabulum, Polit. lib. 5, cap. 3, μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως, διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν Ἡραίᾳ. ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτάς, ὅτι ᾕρουν τοὺς ἐριθευομένους. vbi quædā vetus interpr. participii ἐριθευομένους eſt Turpes & pudendos. cui interpretationi, (quanuis ineptiſſimæ & à vocabuli ipſius origine alieniſſimæ) vulg. lexica tradunt ſenſum ipſum aſſentiri. Vulgò autem recepta eſt ea huius vocabuli expoſitio quæ ei contendendi ſignificationem dat: (vt apud Paulum ἐριθεία redditur Contentio) ego aliquid amplius ſignificare putarem, quale eſt quod vulgò dicimus *Briguer*. Interim tamen fateor poſſe & aliam quampiam ſignificationem huic verbo ſubeſſe. Budæus, allato illo Ariſtotelis loco, remittit ad quendam Suidæ qui extat in nomine Φιλοτιμίαν: quòd in eo legatur COMPOS. Ἐξεριθεύσασθαι: tanquam videlicet huius ſignificatione affinitatem aliquam cum ſignificatione illius habente, aut etiam cum illa conuemente, interpretatur tamen ibi Redimere, Auctorare: quidam verò Quaſi mercede allicere. Pertinent autem hæ interpretationes ad illam Suidæ expoſitionem qua ἐριθεύεσθαι ſimile eſſe tradit τῷ δικάζεσθαι: & ἐριθείαν dictam eſſe ἀπὸ τῆς μισθοῦ δόσεως. Quinetiam ἐριθείας poſtquam dixit eſſe τὰς διὰ λόγων φιλονεικίας, (vt ἐριθευόμενος ab eo exponitur etiā διὰ λόγων φιλονεικῶν) addit ita vocari καὶ τὴν μισθαρνίαν. Sciendum eſt porro has diuerſas ſignificationes ad diuerſas deriuationes referri debere. eam videlicet qua pro Contendere ponitur, ad nomen ἔρις ἔριδος referendam eſſe: alteram autem, vel potius reliquas duas, ad ἔριθος, vtpote quo inter alia μισθωτὸς declarari dictum ſit. Ad illam autem priorem etymologiam pertinent hæc quæ ab Euſtathio ſcribuntur in hunc locum Odyſſeæ ζ, — ταὶ δ' ἀπ' ἀπήνης Εἵματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐσφόρεον μέλαν ὕδωρ· Στεῖβον δ' ἐν βόθροισι, θοῶς ἔριδα προφέρουσαι. Hæc verba (inquit) θοῶς ἔριδα προφέρουσαι, videntur eſſe etymologia vocum ἔριθος & συνέριθος. quanuis enim ab ἔριον fieri dictum ſit ἔριθος, non abſimile vero eſt ἐρίθους dici etiam τὰς προφερούσας θοῶς ἔριδα.

HINC Ἐριθεία, ας, ἡ, Contentio, vt quidem exponitur in Ariſtotelis loco quem protuli in ipſo verbo Ἐριθεύομαι: ſed eadem expoſitio illi datur & apud Paulum aliquot locis. ego certè ſonare exiſtimo alicubi quod vulgò dicimus *Brigue*: ſicut ἐριθεύεσθαι dixi ſuprà mihi videri ſignificare *Briguer*. Inueniuntur etiam copulata ζῆλος & ἐριθεία. vt epiſt. Iacobi, cap. 3, ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. vbi quidam ἐριθεία interpretatur Irritatio. Sic copulantur illa vocabula à Paulo, ad Corinth. cap. 12, in fine, μή πως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Vbi obſerua addi cæteris ἀκαταστασίαι, vt in illo Iacobi loco dicitur eſſe ἀκαταστασία vbi eſt ζῆλος καὶ ἐριθεία. Alteram autem ſignificationem huius nominis ἐριθεία, quæ cum altera deriuatione conuenit, vide paulo ante in ipſo verbo Ἐριθεύομαι. Cæterùm quod ad nominis huius accentum attinet, eum illi in penultima, potius quàm in antepenultima dandum eſſe cenſui, tanquam verbali.

C. Ἐξεριθεύομαι vide ſuprà in Ἐριθεύομαι, in loco qui ex Suida allatus fuit.

¶ Ἐρία etiam dicitur in ea ſignificatione qua ἔριον, & illa duo quæ hic ipſum præcedunt. Athenæus lib. 5, ταύτας δ' ἀμφίταπι ἁλουργὲς ὑπέστρωτο τῆς πρώτης ἐρέας. In quo Athenæi loco (vt hoc obiter annotem) pro ἁλουργοῖς reponendum vel ἁλουργῆ, vel ἁλουργέσι.

Ἐρεοῦς adiectiuum ex illo ſubſtantiuo ἐρέα factum, ſignificans Laneus. Factum eſt autem per contractionem ex ἔρεος, vt alia pleraque adiectiua. Apud Dioſcoridem lib. 1, cap. 18, ἐρεοῦν ὕφος, Laneum textum, ſeu Lanea veſtis. Sed ibi legitur etiam ἐριοῦν. quæ tamen lectio nullo modo mihi probatur: atque haud ſcio an vllo exemplo confirmari poſſit, quod quidem è loco mendi non ſuſpecto petitum ſit: alteram autem alii loci confirmant. Apud Suidam legimus ἐρεοῦν, χλάσμα ποδαμαλίου.

Quod ſequitur verbum Ἐρωτῶ, ſequendo Etymologum, inter deriuata à nomine ἔρως ponendum fuiſſet: inde enim deductum eſſe tradit: ſed ab Ἔρομαι potius deriuari, & poſt ipſum collocandum fuiſſe exiſtimo.

ἘΡΩΤΆΩ, ῶ, Rogo, id eſt Interrogo, Sciſcitor, Percontor. (Ab Homero autem & aliis poetis dicitur potius Εἰρωτῶ, aſſumpto ι, ad producendam primam ſyllabam) Cum accuſ. perſonæ cōſtruitur, cui interdum & accuſatiuus rei adiungitur. dicitur enim ἐρωτῶ σε, vel ἐρωτῶ σε τοῦτο. Thuc. lib. 8, ἠρώτα ὡς ἕκαστον προσάγων εἰ ἀπαλλάγντων λιπότα ἐλπίδα ἴσχει σωτηρίας τῇ πόλει. Interdum autem accuſ. perſ. ſubaudiendus relinquitur, vt & in aliis verbis frequenter fieri videmus. Xen. Pæd. 2, ἰδὼν δ' ἐρωτᾷ ὅπου εἰμί, λέγε πάλιν, ὅτι ἔστι τοῖς ὁρίοις. ἰδὼν δ' ἐρωτᾷ τί ἡ αὐτῆς ἔρχομαι, &c. Cum duplici autem accuſ. perſonæ videlicet & rei, vt in hoc Plut. loco De garrul. πῶς οὖν οὐκ ἄθις ἔφρασας; ὅτι τοῦτό με οὐκ ἠρώτησας. Sed frequētius cum ſolo rei accuſ.

relinquendo subaudiendum alterum, vt dixi. Lucianus, δυσαπόκριτα ἐρωτᾷς. Alibi, δυσαπόκριτόν τι ἐρωτᾷς. A Apud eundem, διότι ἄπορα ἐρωτᾷς. Sic ἐρωτᾷν ἐρωτήματα, Plutarcho in Colotem. Vt autem Latinè Interrogare & Respondere sunt relatiua, (si ita vocare licet) sic apud Græcos ἐρωτᾷν & ἀποκρίνεσθαι. vt legimus apud eundem Lucianum, καὶ τὰ ἄλλα ἐρωτῶντα, τὰ δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον. Sic Plutarchus De garrulitate, τῷ δὲ ἀποκρινομένῳ μέτρον ἴσω ἡ τοῦ ἐρωτῶντος βούλησις.

Vt porro dicitur ἐρωτῶ τινα, sic ETIAM Ἐρωτῶμαι cum accusatiuo eodem. Xenophon Pæd. lib. 1, B καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ᾽ ἄλλων ἐρωτῷτο, διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι, ταχὺ ἀπεκρίνετο. Sic ἐρωτῶμαι λόγον, apud Platonem De legibus.

Ἐρωτῶ cum illo accusatiuo rei, interdum quidem commodè reddi potest verbo Interrogo habente eundem casum, vt in superioribus exemplis: nonnunquam verò potius reddendum est verbo Interrogo, aut alio eiusmodi, cum præpositione de. vt apud Aristophanem, ἐρωτᾷν πόλιν, interrogare de ciuitate, seu percontari aut sciscitari. Apud Platonem autem De republ. lib. 6, est aliquantum etiam diuersus accusatiui vsus. C ibi enim dicitur τὸν ἥλιον ἐρωτᾷς, pro Interrogas de sole: significando, Is de quo me interrogas, seu percontaris, est sol. Vel, Is quem hac tua interrogatione significas, siue innuis. Ad ista enim, τίνα οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν, οὗ ἡμῖν κύριον εἶναι τούτου καὶ τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾷν ὅτι κάλλιστα, καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; ita respondetur, ὅνπερ καὶ σύ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι. τὸν ἥλιον γὰρ δηλονότι ἐρωτᾷς. Est autem diligenter obseruandus hic accusatiui vsus, vel potius hic vsus verbi ἐρωτᾷν cum suo accusatiuo: D quippe qui haud temerè apud alium (vt opinor) inueniatur.

Ἐρωτῶ apud dialecticos peculiarem quendam vsum habet, (cuius à nemine factam mentionem inuenio) pro Argumentum proponere vel quæstionem. Quinetiam interdum dicunt οὗτος ἠρώτα, pro Hoc argumento vtebatur, vel potius Hoc argumentum proponebat, seu hanc quæstionem. Aut etiam, Ita ratiocinabatur. Memini certè hoc verbum multum negotii mihi facessere, quum Sexti philosophi Pyrrhonii interpretarer, donec hunc eius vsum perspexissem. Afferam E autem aliquod ex illo exemplum in compos. Συνερωτῶ. Cicero verbo Interrogare talem vsum tribuit, in libro De fato, quum scribit, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. appellatur enim quidam à philosophis ἀργὸς λόγος: cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces. Item, Si fatum tibi est ex hoc morbo non conualescere, siue tu medicum adhibueris, siue non, non conualesces. Et alterutrum fa- F tum est. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Rursumque hunc λόγον interrogationem appellat Cicero, ita scribens, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est, quòd eadem ratione omnis è vita tollatur actio. At quidam qui hunc Ciceronis librum commentario illustrauit, vir alioqui & doctissimus & acutissimo iudicio præditus, quum non animaduerteret Ciceronem, dicentem, Sic interrogant, suam huic verbo significationem non dedisse, G sed eam potius quam apud Græcos dialecticos habet interdum verbum ἐρωτᾷν, & miraretur eum à Cicerone dici interrogare, cuius oratio nullam interrogationis formam habet, atque adeo qui potius ratiocinatur seu argumentatur: annotauit illum dixisse Interrogant, quoniam interrogat is cui respondendum est, vt respondendum est ista ratiocinanti. Equidè vt hoc verū esse detur, Ciceronem tamen non eò, sed ad Græci verbi vsum respexisse constat: an autem ipse eos illuc respexisse putauerit, quum illū vsum ei tribuerent, incertum H est. Sed & hoc obiter hic obseruandum fuerit, NOMEN Λόγος à Cicerone reddi Ratio: quum videamus verba illa quibus ἀργὸς λόγου appellatio tribuitur, syllogismum potius & ratiocinationem efficere: & λόγον a-

libi quoq; hoc significare sciamus. Ad me quidē quod attinet, ita potius interpretandum censerem, nimirum ratiocinationem. Ciceronem autem si vocabulū Græcum generalius, Latino, quod itidem generalius esset, reddere voluit, miror non potius vertisse Orationem: vel potius vereor ne illud vocabulum sedem huius occupauerit: vt alibi apud hunc scriptorem vnum alterius loco positum fuisse satis notum est. Alioqui obseruatione dignissimus fuerit hic nominis Ratio vsus, pro Ratiocinatione: & in plerisque philosophorum locis, eorum præsertim qui dialectica tractant, λόγον ita interpretari nobis quoque licebit. veluti quū λόγου θεωροῦντος, & λόγου συγκαλυμμένου, aliorumque id genus mentionem faciunt. At de illa verbi ἐρωτῶ significatione dicam aliquid & in composito συνερωτῶ, exemplum vtriusque afferens.

Ἐρωτῶ, Rogo: sed in ea significatione qua ponitur pro Oro. Est autem frequens hic verbi ἐρωτῶ vsus apud Euangelistas: idque varia constructione. Interdum enim accusatiuo subiungitur infinitiuus, nonnunquam subiunctiuus, interiecta particula ὅπως, vel ἵνα. Aliquando autem dicitur ἐρωτῶ τι, sequente præpositione περὶ, cum suo genitiuo. Quinetiam inuenitur cum accusatiuo personæ habens & accusatiuum rei. Est denique & quintus huius verbi vsus, nimirum cum accusatiuo personæ, sequente imperatiuo: qui alioqui resolui posset in subiunctiuum, cum ὅπως vel ἵνα, vt in aliis quibusdam locis vsurpari dixi. Harum autem omnium constructionum exempla proferam, si prius lectorem monuero, idem sentiendum de hoc verbi ἐρωτῶ quod de aliarum quarundam vocum apud Euangelistas & alios testamenti noui scriptores vsu: nimirum quanuis hic ex illis tantùm afferatur, fortasse autem & reperiatur duntaxat apud illos, non esse tamen existimandum eos vel primos vel solos illis vocabulis vsos fuisse, sed ea sine delectu ex iis potius quorum minus purus sermo esset, quàm ex aliis sumpsisse. Exēplo erit verbum ἐρωτῶ de quo nunc agitur. id enim quanuis in illa rogandi, id est orandi seu precandi, significatione, ex Testamenti noui scriptis duntaxat afferatur, ac fortassis vix in aliis vllis extet eorum quæ hodie in luce versantur, (de multo recentioribus non loquor) alios tamen ita fuisse vsos, ex Hermogene colligere possumus, meo quidem iudicio. quippe qui in libro περὶ μεθόδου δεινότητος, non procul ab initio, loquens περὶ τῆς κατὰ λέξιν ἁμαρτημάτων, duobus ea modis admitti scribit, nimirum κατ᾽ ἀκυρίαν & παράχρησιν. Et esse ἀκυρίαν, veluti si quis vtatur verbis ἐρωτῶ & παρακαλῶ pro δέομαι. siquidem παρακαλεῖν esse καλεῖν, vel προτρέπεσθαι: at ἐρωτᾷν, esse πυνθάνεσθαι. Hinc, inquam, colligere nos posse arbitror, fuisse & tunc temporis qui verbum ἐρωτῶ, sicut & παρακαλῶ, ita vsurparent. Cur verò potius de illo quàm de hoc dubitemus? (Estque obiter annotandum quod de hoc VERBO Παρακαλῶ itidem dicitur) Hæc præfatus, ad exempla venio. Primæ igitur constructionis, (id est cui primum locum dedi) qua subiungitur accusatiuo infinitiuus, hæc sunt exempla. Ioann. cap. 4, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ᾽ αὐτοῖς. Lucæ cap. 8, ἠρώτησαν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν. Secundæ autem, qua iungitur subiunctiuo, inserta particula ὅπως, vel ἵνα, hæc exempla habeto. Lucæ cap. 7, ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Apud eundem Act. cap. 23, ἐρωτῶσί σε ὅπως καταγάγῃς. Rursum in illo cap. 7, euangelii eius, ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ᾽ αὐτοῦ. Extat & apud Ioannē aliquot locis hæc constructio. At tertiæ constructionis testes sunt hi loci. Ioannis cap. 16, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν. Apud eundem, ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. Item, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ. Venio ad quartam, eamque sequentibus locis probo. Ioannis cap. 16, ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Perperam enim omnes hic reddiderunt Interrogabitis: quum verbum ἐρωτᾷν sit Rogare, i. Orare, vt in proximè præcedentibus locis. Quod vel ex iis quæ subiunguntur, satis liquet, ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα, &c. (Habet autē Rogare apud Latinos duplicem itidē accusatiuū nonnunquā, vnū perſ. alterū rei)

A Apud Lucam cap.14, eadem constructione dictum est, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. id est, Legatione missa rogat [vel petit] ea quæ ad pacem pertinent. Breuius, Mittit legatos de conditionibus pacis, seu de pace. (At longè aliter redduntur hæc, libro 1, Regum, cap.30, ἠρώτησεν αὐτοὺς τὰ εἰς εἰρήνην: videlicet, Salutauit eos. Quæ expositio reuocat mihi in memoriam quoddam Anthologiæ epigrammatum distichum, lib.1, pag.130, meæ editionis: vbi NOMEN Εἰρήνη est itidem salutantis: Εἰρήνη πᾶσιν, ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών. Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει; Sed qui B epigramma scripsit, ludit in ambigua huius nominis εἰρήνη significatione: quum hæc quidem verba, εἰρήνη πᾶσιν, salutationem Iudaicam complectantur, in posteriore autem versu Εἰρήνη nomē sit mulieris quam ille πᾶσιν esse nolebat, sed sibi propriam habebat) Quinta autem illa & vltima constructio, earum quidem quæ à me propositæ fuerunt, (fieri enim potest vt aliquam prætermiserim) est ea qua subiunctum habet imperatiuum. Id autem fit duobus modis: interdum enim interiicitur participium verbi λέγω inter C hoc verbum & imperatiuum, nonnunquam autem sequitur imperatiuus, nullo participio nec vllo alio verbo interiecto. Matthæi cap.15, ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν. Sic Ioannis cap.12, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. At sine participio: vt Lucæ cap.14, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Sed in hac prima persona locum non habuisset participium: vt in tertia habere potuisset, hoc modo, ἐρωτᾷ αὐτὸν, λέγων, ἔχε με παρῃτημένον.

Ἠρώτα αὐτὸς διὰ τοῦ Θεοῦ, in vulg. lex. affertur ex Reg. D lib.1, cap.22. & redditur Consuluit Deum pro eo. Sed in Complut. editione legitur ἐπηρώτα: itidémque cap.30, eiusdem libri, καὶ ἐπηρώτησε Δαβὶδ διὰ τοῦ Κυρίου, pro Consuluit Dauid Dominum, siue interrogauit. Verùm aliena prorsus est à Græci sermonis consuetudine hæc constructio, ἐπηρώτα διὰ τοῦ Κυρίου, pro ἐπηρώτα τὸν Κύριον. adeo vt vel ipsos Bibliorum interpretes aliter scripsisse, vel nouam quampiam significationem isti verbo dare voluisse existimem.

Ἐρωτῶ (de eius enim etymologia dicendum est E antequam ad verbalia veniam) deriuatum est à nomine ἔρως, nimirum ab eius genitiuo ἔρωτος, si Etymologo credimus. Cur verò inde originem habere putat? Quoniam οἱ ἐρωτῶντες ὃ εὔχονται μαθεῖν, τοῖς ἐρῶσιν ἐοίκασι. hoc est, Quoniam qui ἐρωτῶσι, (id est interrogant) de eo quod scire optant, similes sunt ἐρῶσι, id est amantibus, seu amatoribus. At ego etymologiam hanc ridiculam esse existimans, ex ἔρομαι ortum esse dico.

Ἐρώτημα, ατος, τὸ, Id de quo quis interrogat, seu interro- F gatur, Interrogatio, Quæstio. Æschines in Ctesiphontem, ἐρώτημά τι ἐρωτᾷ, περιττὸν μὲν ὃ ἐρήσεται. Apud Plutarchum in Lycurgo, ἐρώτημά τι περιβαλεῖ περιεργῶς διεσώζοντο ἀποκρίσεις. Apud eundem in Alexandro, λαβὼν δέκα δ' εἰπεῖν δοκοῦντα. [illegible] ἀποκρίσεις καὶ βραχυλόγους, ἐρωτήματα προύθηκεν αὐτοῖς ἄπορα. Apud Lucianum autem legimus, προτείνοντας ἐρώτημά τι σοφιστικόν.

HINC Ἐρωτηματικὸς, οῦ, ὁ, Interrogatorius seu Interrogatiuus. vt ἐρωτηματικὸς λόγος, Interrogatiua o- G ratio, Oratio quæ per interrogationem effertur, seu enuntiatur, Oratio interrogationem habens. Alioqui ἐρωτηματικὸς reddi etiam potest alicubi Ad interrogationem pertinens. Est autem ab hoc nomine & ADVERB. Ἐρωτηματικῶς, Interrogatiuè, Per interrogationem.

Item VERBUM Ἐρωτηματίζω, pro Interrogo, in vulgaribus lexicis: sed tantùm ex Theodoro Gaza, lib.4, Gramm.

Necnon DIMINVT. Ἐρωτημάτιον, ου, τὸ, In- H terrogatiuncula: quo diminutiuo Cicero vtitur.

Ἐρώτησις, εως, ἡ, Interrogatio, id est Ipsa interrogandi actio. Sæpe verò est idem quod ἐρώτημα, Id de quo interrogamus. quam etiam significationem habet Latinum vocabulum Interrogatio. Redditur etiam A Quæstio, item Propositio. Xenophon Pæd. lib. 8, οὐ ψεῦδος γε οὐδὲ μία ἐρώτησις δεῖται. Atque vt habuisti ἐρωτήματα ἄπορα ex Plutarcho, sic ἐρωτήσεις ἀπόρους legimus apud eundem: itidémque apud Lucianum, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους. Ex Hermog. ἐρωτήσεις ἐλεγκτικαί.

C.ἈΝερωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo, Percontor. Cum accusatiuo rei & personæ, sicut illud. Aristophanes, μηδὲν τουτονὶ γ' ἀνερώτα. Nihil hunc interroges, B id est nullam rem: pro De nulla re. Alioqui μηδὲν accipiendum esset aduerbialiter. Apud Homer. ἀνειρόμενος ab ἀνειρωτάω, vide in Εἰρωτάω, ῶ.

C.ἈΝΤερωτάω, ῶ, Vicissim interrogo, Vicissim percontor. VNDE Ἀντερώτησις, Interrogatio quæ fit vicissim, Mutua interrogatio. In v.l. Contraria interrogatio, seu repetita.

C.ΔΙερωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Affertur ex Platone, διηρώτων αὐτοὺς τί λέγοιεν.

C.ἘΠερωτάω, ῶ, itidem pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Sed C frequentior est huius compositi vsus quàm præcedentium ἀνερωτῶ & διερωτῶ. Apud Demosthenem oratione aduersus Androtionem, ambo de eadem re dicta, & in locis omnino vicinis extant. vbi scribit, πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ τοῦτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἠρώτων καὶ διεχειροτονίαν ἐδίδοσαν ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. καίτοι τοῖς γε μὴ αἰτοῦσι μηδ' ἀξιοῦσι λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπερωτᾷν προσῆκε. quæ Budæus ita vertit, Primùm huius autor scalórque ψηφίσματος princeps Senatus præsidésque D populum in suffragium miserunt, atque vnumquenque suffragio suo censere permiserunt rectè nécne curia éque republica consuluisse et videretur, eóque nomine coronam meruisse. Qui si nec petendum id à populo existimabant, nec dignam curiam quæ eo præmio donaretur, de eo vtique populum rogare omnino non oportebat. Apud Thucydidem ἐπερωτᾷν τὸν θεὸν, consulere deum: eo sensu quo dicitur consulere oraculum. At verò Græci Bibliorum interpretes, ἐπερωτᾷν διὰ θεοῦ pro Deum consulere, mira E constructione dixerunt: de qua suprà in simplici Ἐρωτῶ.

Ἐπερώτημα, ατος, τὸ, ET Ἐπερώτησις, εως, ἡ, idem quod ἐρώτημα & ἐρώτησις, suprà. Apud Petrum, epist. 1, cap.3, συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. vbi Erasmus hoc verbale respondēdi significationem habere existimauit: vertit enim, Quo fit vt bona conscientia bene respondeat apud Deum. At vltima interpretatio habet, Quo fit vt bona conscientia Deum interroget: annotaturque, posse etiam reddi Deum interpellet, vel in- F quirat, aut consulat. Siquidem ἐπερώτημα vocari τὴν ἔντευξιν, siue αἴτησιν, postulationem & interpellationem: quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Atque adeo addi εἰς Θεὸν, ex ratione constructionis apud Hebræos vsitatæ. quippe qui dicant שאל באלהים id est Postulauit apud Deum, pro Postulauit à Deo, siue Quæsiuit ex Deo.

C.2. Προσεπερωτάω, ῶ, Insuper interrogo, Præterea interrogo.

C.ΠΡΟερωτάω, ῶ, Prius interrogo, Antè interrogo.

G C.ΣΥΝερωτάω, ῶ, q.d. Simul interrogo. Sed hoc compositum eam significationem verbi ἐρωτῶ habere comperi quam dialecticis peculiarem esse antea docui. Sextus philosophus Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων lib. 3, capite 13, quo disputat an sit ἀπόδειξις, hæc inter alia scribit, ἔτι καὶ τοιοῦτον συνερωτῶσι λόγον, Εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις. εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις. ἤτοι δὲ ἔστιν ἀπόδειξις, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Eundémque prorsus vsum dans simplici verbo ἐρωτᾷν, quem dedit illi composito συνερωτᾷν, subiungit, H ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, Τὸ τοῖς ἀντικειμένοις ἑπόμενον, οὐ μόνον ἀληθές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον. ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις, ἔστιν ἀπόδειξις, οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ὧν ἑκατέρῳ ἀκολουθεῖ τὸ εἶναι ἀπόδειξιν. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Videmus autem his in lo-

somnium. in

cis ἐρωτᾶν & συνερωτᾶν de eo dici qui syllogismo seu ratiocinatione vtitur. Posse tamen ἐρωτᾶν ad verbum reddi Interrogare, patet ex loco Ciceronis quē attuli quū de illo ἐρωτᾶν agerē. Ibi enim, Sic interrogant, nō aliud est quàm οὕτως ἐρωτῶσι τὸν λόγον, vel συνερωτῶσι. Cur autē hoc vocent ἐρωτᾶν, non liquet. suspicor quidem certè eò respici quòd is qui syllogismo vsus est, seu per syllogismū aliquid proposuit, solitus sit interrogare, id sibi tanquā verum cōcedatur, nécne. Fortassis etiam ἐρωτᾶν primò dici solebat tū demū quū oratio eius qui ratiocinatione vtebatur, ab interrogatione incipiebat. vt apud Diog. Laertium in Stilpone, p. 90, meæ editionis, οὗτός φασι περὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τοῦ Φειδίου τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι, ἆρά γε ἡ τοῦ Διὸς Ἀθηνᾶ, θεός ἐστι; φήσαντος δὲ, ναί. Αὕτη δέ γε (εἶπεν) οὐκ ἔστι Διὸς, ἀλλὰ Φειδίου. συγχωρουμένου δὲ, Οὐκ ἄρα (εἶπεν) αὕτη θεός ἐστιν. Vbi τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι interpres reddidit, Ita compellasse quendam: Erasmus, Ita percontatum esse: ego malim, Talem interrogationem proposuisse. Cæterùm quandoquidem & de verbo ἐρωτῶ hîc ago, addendum est hoc quoque iis quæ de hac eius significatione dicta sunt, quam cū composito συνερωτῶ communem habet: eius etiam passiuum verbum hanc illius significationem sequi. Vnde est apud Sextum philosophum in illo eodem loco, οἱ κατὰ τῆς ἀποδείξεως ἐρωτηθέντες λόγοι, Argumenta aduersus demonstrationem allata: seu Syllogismi allati, &c. Aut etiam, Quæ aduersus demonstrationem proposita fuerunt. Quanuis enim Cicero ἐρωτᾶν ad verbum verterit Interrogare, de ratiocinante loquens, seu vtente syllogismo: vereor tamen vt possint illa verba ἐρωτηθέντες λόγοι κατὰ τῆς ἀποδείξεως, reddi itidem, Quæ aduersus demonstrationem interrogata fuerunt. Quod ego tamen aliorum iudicio relinquo. Interim autem obseruetur hic vsus PARTIC. Ἠρωτημένος.

A C. Ὑπερωτάω, ῶ, q.d. Subinterrogo. In v.l. redditur Clam interrogo, & adscribitur hic verbi istius vsus Demostheni Olynthiaca 1. Sed videndum est ne falsò nominetur Demosthenes pro Libanio in argumento illius Olynthiacæ primæ. Is enim ibi hoc verbo vel potius huius verbi participio vsus est, circa finem: διὸ ὁ Δημοσθένης [illegible] τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς. καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα [illegible] στρατιωτικά; [illegible], μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Cui tamen loco interpretatio illa parum conuenire videtur.

B POETICE, aut etiam Ionicè, Εἰρωτάω, ῶ, quo Homerus vti solet. vt Od. ι, Εἰρώτα δ' ἤπειτα τίς εἴη. Od. ι, Κύκλωψ εἰρωτᾶς μ' ὄνομα κλυτὸν, αὐτὰρ ἐγώ τοι Ἐξερέω. Vbi obserua duplicem accusatiuum, sicut & in ἐρωτῶ huius constructionis exempla allata fuerunt. Apud eundem legitur Odyss. λ, & alibi, eadem constructione, Ταῦτα δ' ἅμ' εἰρωτᾷς καὶ λίσσεαι. sed in plerisque exemplaribus mendosè legitur ἄμ', tanquam pro ἅμα. Cæterùm inuenitur & apud Herodotum hoc verbum: quod pro iis faciet qui Ionicā esse hanc literæ ι epenthesin dixerint.

C Εἰρώτων in v.l. dicitur esse imperf. ab ἐρωτάω, pro ἠρώτων. Hoc autem εἰρώτων illud ipsum esse puto cuius Eustath. Odyss. λ mentionem facit. sed is contrà, vt à diphthongo incipit, ita esse à themate tradit quod diphthongum in principio habet, videlicet εἰρωτῶ. In eo tamen loco non est simplex εἰρώτων, sed compositum αἰ εἰρώτων: & quidem mutatum etiam in αἰνηρώτων, in plerisq; exēplaribus. Vide quæ proximè sequuntur.

D COMP. Ἀνειρωτάω, ῶ, idem quod ἐρωτῶ, Interrogo. Hom. Odyss. λ, Καί μιν ἀνειρώτων. Sed pro ἀνειρώτων legitur in plerisque codicibus αἰνηρώτων, tanquam ab αἰνερωτάω. agnosci tamen illam lectionem, non hanc, ab Eustathio, docui in proximè præcedente tmematio.

Ἔσθω, de quo nunc agam, post verbum Ἔδω collocari potuisset, sequendo deriuationem quæ ab Etymologo traditur, & Eustathii autoritate comprobatur: sic tamen vt alias quoque afferat.

ΕΣΘΩ, Edo, Comedo. apud poetas vsitatum: at in soluta oratione dicitur ἐσθίω. Homer. Od. ι, — πῆμα δ' ἐπὶ μέγα πάντας ἔσθοντ', ἔσθεν καὶ πῖνεν. Ibidem legimus, Αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἦσθε ἀφήμενος Ἀρχέπολις. Itidémque alibi hæc copulat. Infinitiuus ἐσθέμεναι extat eiusdē poematis libro κ, Ἐσθέμεναι δὲ κέλεσθ' ἐμοὶ δ' οὐχ ἥνδανε θυμῷ. At linguæ communis infinitiuus ἔσθειν, apud Hesiodum, ἔσθειν ἀμφίπολος. Quod autem ad huius verbi deriuationem attinet, eam esse ab ἔδω, non solùm Etymologus tradit, sed Eustathius quoque, vel potius Heraclides apud eum. Verùm de formatione inter eos non conuenit. Nam Etymologus ab ἔδω fieri scribit ἐδὸς: vnde fit ἔσθω, vt ex ἐγείρω fit ἐγερτής: vnde ἐγέρθω. (Quæ & in meo vet. lexico habentur, sed cum alio etiam exemplo: hoc modo, Ab ἔδω, ἐδὸς: vt βιβάζω, βιβασίς: ἐγείρω, ἐγερτίς. Atque vt à βιβασίς formatur βιβάσθω, ex ἐγερτὶς item ἐγέρθω, sic ἔσθω ex ἐσός) At verò Heraclides grammaticus vult hoc ἔσθω esse ab ἔθω. quod ἔθω esse ex ἔδω, more Dorico: quo etiam dicitur μασθὸς pro μαζός. Atque in exemplum vsus huius VERBI Ἔθω, affert Eustath. hunc versum, Οἱ πίνουσι μέθυ, βαβάχων [illegible], οὐδὲν ἔθοντες. cuius autorem non nominat: sed eum esse puto Panyasin. Verùm apud Athen. affertur idē versus αἰνῶς μέθυ itidē, cum ἔδοντες, nō ἔθοντες. Apud Homerum autem Il. ι, ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν, longè aliam signif. habet. (exponitur enim ὡς ἔθος βλάπτων, aliisque modis) Existimatur porro analogiam nō seruasse hoc ἔσθω, in deriuatione ab ἔθω. debuisse enim dici ἴσθω: sicut ἴσχω ab ἔχω, & ἴσθω ab ἔθω dicitur. Sed Eustath. nō satis est in hac deriuatione constans: quin potius alicubi dubitare se dicit vtrum ex vtro ortum sit: ἔδω ex ἔσθω, an contrà ἔσθω ex ἔδω. Quinetiam alicubi annotat, ex ἔσω futuro verbi ἔδω, factum esse ἔσθω, adiectione literæ θ. Affertúrq; ibi ab ipso exemplum illud verbi βιβάσθω, quod & ex meo veteri lexico protuli. Loquens enim de participio ἀλέθων, quod exponit ἀλήθων apud Homerum, — ὃ δ' ἴδ' ἐρχεται θυμὸν ἀλέθων: scribit, verbi ἄλω futurum esse ἄλσω, insitatum: vnde per pleonasmum literæ θ, esse PRAESENS Ἄλσθω: vt βιβῶ, βιβάσω, βιβάσθω, (vnde μακρὰ βιβάσθων) itidémque ἔδω, ἔσω, ἔσθω.

E (AT VERO Ἐσθῶ circunflexum minimè huc pertinet: vtpote ab alia origine profectum, & aliam significationem habens. de illo tamen hîc monēdus est lector. In meo vet. lexico, vbi dictū fuit de verbi Ἔσθω deriuatione, additur, Ἐσθῶ περισπώμενον, ὅτι τὸ ἐνδύομαι. Quibus subiungitur, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἔσθω, τοῦ σημαίνοντος τὸ ἐσθίω. Ad deriuationem autem quod attinet, annotatur fieri ab ἕω quod est ἐνδύομαι. Esse porro hoc Ἐσθῶ primæ coniugationis circunflexorum, apparet ex passiuo PARTIC. Ἐσθημένος, quod apud Herodotum

F habetur pro Ἠσθημένος. Vtriusque exempla vide suprà, tomo 1, col. 1381)

COMP. Κατέσθω in v.l. vnà cum Κατεσθίω, sed absque vllo exemplo, & sine vllo etiam testimonio.

¶ Ἐσθίω, idem quod ἔσθω, Edo, Comedo. sed hoc quidem ἔσθω poetis solis (vt opinor) in vsu est: at ἐσθίω poetis cum cæteris scriptoribus commune est. Hom. Odyss. κ, Ἀλλ' ἄγετ' ἐσθίετε βρώμην, καὶ πίνετε οἶνον. Apud eundem legimus Odyss. ξ, Ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τάτε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε' ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι. vbi vides ἐσθίειν & ἔδειν esse synonyma. Xenoph. Pæd. 8, κελεύει δὲ αὐτοῖς

G ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ προϊόντας μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν. Apud eundem legimus eodem libro, οὔτε ἐσθίουσι πλείω ἢ δύνανται φέρειν. διαρραγεῖεν γὰρ ἄν. Vbi quemadmodum διαρραγῆναι dicitur ἐπὶ τοῦ ἐσθίοντος, sed vltra modum: sic apud Lucianum, in lib. De hist. scrib. ὑπερεμπιπλάμενος ἐντεῦθεν πρὸς τὸ πέλαγος, ἐστ' ἂν διαρραγῇ ἐσθίων. Apud Galen. legitur etiam ἐσθίειν τὸ φάρμακον. Quidam grammatici annotant dici ἐσθίειν τοῦ ἄρτου potius quam ἐσθίειν τὸν ἄρτον, itidémque cum aliis nominibus: sed in Test. noui

Digitized by Google

scriptis passim constructio hæc, nō illa, reperitur. Vbi A legitur & cum præpos. ἐκ præfixâ genitiuo: vt apud Paulum, 1. epist. ad Cor. cap. 9, τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Ibidem legitur, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει. Sed dubito an apud veteres scriptores huius constructionis exempla extent.

Ἐσθίειν de homine propriè dici annotant grammatici, vt τρώγειν de brutis. Inueniuntur tamen ἐσθίειν & de brutis dictum: non solùm apud Lucam, sed & apud Plutarchum. Nec dubito quin & apud alios inueniatur: sed in præsentia aliorum exempla mihi non suppetunt. B Quinetiam inuenitur ἔσθειν apud Hesychium expositū τρώγειν. Quòd si verbo ἔσθειν tribuitur ille vsus, etiam isti ἐσθίειν tribui posse constat. (Verùm & ipsum ἔσθειν idē lexicogr. exponit τρώγειν: præfigens huic expositioni aliam, videlicet ἀναλίσκειν. Fieri tamen potest vt ille non vsus sit verbo τρώγειν tanquam illam peculiarem significationem, sed potius tanquam generalem habente) Adde quòd Hom. compositum κατεσθίειν ita vsurparit.

Ἐσθίειν dicitur etiam ignis. Hom. Il. ψ, Τοὺς ἅμα σοὶ πάντας πῦρ ἐσθίει. Sic apud Latinos ignis seu flamma dicitur C edere, & vorare: vnde ignis edax, seu vorax, itidémque flamma.

Ἐσθίειν curæ etiam & mœrori tribuitur, quod conuenit cum epitheto eo quod Latini poetæ tribuunt interdum curis, quum videlicet eas appellant edaces. Dicūtur verò & rodere cor: quo modo Græcè ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Sed & aliquis suam ipsius καρδίαν, id est suū ipsius cor, dicitur rodere, quum se curis & mœroribus excruciat ac macerat. Sic in vno ex symbolis Pythagoricis iubemur μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. quod vulgò redditur, D Nō edere cor. Est certè ἐσθίειν τὴν καρδίαν, nō angi ad tempus, sed ita nos mœrori tradere, vt eo tandem, ceu lenta quadam tabe, cor nostrum absumatur. Apud Aristophanem legimus ἐσθίειν in hac significatione: in Vesp. ἀλλ᾽ οὐ γὰρ αἰσθάνει, μηδ᾽ οὕτω σαυτὸν ἔσθιε, μηδ᾽ ἀγανάκτει, Neque te macerato dolore, ac conficito.

Ἐσθίειν, Absumere. ἀναλίσκειν. vt Hesych. ἔσθει exp. ἀναλίσκει. Sic autem exponi potest quum de igni dicitur: licet alioqui & ad verbum reddi possit Edere, seu Vorare, vt docui in proximè præcedente tmematio. Vide E Ἐσθιέσθαι, quod proximè sequitur.

* A s s. Ἐσθιέσθαι, Edi. Huius particip. ἐσθιόμενος ex Gal. affertur pro Idoneus cibo. Et quemadmodum ἐσθίειν vsurpatur etiam pro ἀναλίσκειν, Absumere, Consumere: sic pass. ἐσθίεσθαι pro Absumi. Hom. Odyss. δ, Ἐσθίεταί μοι οἶκος, ὄλωλε δὲ πίονα ἔργα.

Quum autem dicitur ἐσθιόμενος ἕρπης à medicis, participium ἐσθιόμενος actiuam significationem habet. Est enim vlcus quod ita vocatur à Græcis quoniam celeriter serpendo penetrandóque vsque ad ossa, corpus vorat, vt testatur etiam Celsus. Vide in Ἕρπης, t. 1, col. 1258. F Nostrates chirurgi vocem Græcam retinentes appellant itidem vn esthiomene. licet potius ignis sacer, qui Græcis est ἐρυσίπελας, eo nomine intelligatur. Verùm A & ignis sacer ἕρπητος appellatione comprehensus fuisse existimatur.

C. ἈΠεσθίω, Abedo, Exedo. A Theodoro Gaza redditur alicubi Erodo. Reddi etiam possit Abrodo, eodem modo quo Abedo. Vtuntur Græci verbo ἀπεσθίειν pro ἀπὸ τινος ἐσθίειν, inquit Athen. lib. 14. vt Hermippus ἐν στρατιώταις dixit, οἴμοι τάλας, δάκνει, ἀπεσθίει μου τὴν ἀκοήν.

Ἀπεσθίω τινὶ est etiam Esu huius rei abstineo. vt præpositio ἀπὸ priuandi vim hoc in verbo obtineat. Mira autem & vix fide digna videri posset hæc significatio, B nisi apud Athenæum eius exemplum ex Theopompo comico deprompium extaret, in eodem illo libri 14 loco. Ibi enim quum Democritus Vlpiano hæc dixisset, ἀπέχῃς ὦ καλέ μου λεγειν. Οὐλπιανὲ τὴν κοιλίαν· τῆς συμβουλεύω τι ἀπεσθίειν, hic nihilominus οὐδὲν μαλλον, ἀπελάμβανες ἐσθίειν. Quum autem omnes ridere cœpissent, dixit Democritus, ἀλλ᾽ οὐκ ἐσθίειν τι ἀπεσθίειν εἰπὼν ἀλλὰ ἐνεμαθόμενος, ἀλλὰ μὴ ἐσθίειν. τὸ γὰρ ἀπεσθίειν οὕτως εἴρηκεν ἐν Φινεῖ ὁ κωμῳδοποιὸς Θεόπομπος. Additúrque hic ipsius Theopompi locus, in quo vsurpat ἀπεσθίειν in illa significa- C tione, Παύσαι χλιδῶν μεγαλικῶς, καὶ τῆς βλίτης διαχέας τὰ λοιπὰ κοιλίαν σκληρὰν ἔχε. Τὰ πράγμα τὰ δὲ ἔχουσα ἀπεσθίειν In v. l. annotatur hic poni pro Cibum ab ore depellere & regerere. at ego existimo esse simpliciter cōtrarium τῷ ἐσθίειν: Non comedere, Esu alicuius rei abstinere, vt modò exposui.

C. ΔΙεσθίω, Exedo, Erodo, Corrodo. Ita v. l. in quibus additur etiam, διεσθίω στόματι, Lacero dentibus.

C. ἘΠεσθίω, Superedo, (vt in hoc Plinii loco, Menander è Græcis autor est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui) Post a- D liud edo. Aut etiam, Insuper edo. Xenoph. ἐπεσθίειν μικρὸν σίτου πολὺ ὄψον, Post paulum panis multum obsonii edere. Apud Athenæum lib. 4, leguntur ἐπεσθίειν & ἐπιφαγεῖν coniuncta, sed absque exemplo, & ita vt aliquid ei loco deesse videatur. Pass. itidē dicitur aliquid ἐπεσθίεσθαι, Superedi, &c. Possunt etiam ἐπιχορηγήματα vocari (inquit Bud.) ea quæ postremo loco præbentur sodalibus: vt τὰ ἐπεσθιόμενα, quæ vltimo loco eduntur, & quæ ἐπιδόρπισματα, & ἐπιδειπνα, & ἐπιφορήματα dicuntur, vt inquit Athen.

E C. ΚΑΤεσθίω, Edo, vel Peredo, Prorsus edo, vt κατὰ hic ἐπίτασιν indicet. redditur etiam Voro, Deuoro. Hom. Il. ρ, circa principium, de delphine, μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσι. Apud eundem Il. β, legimus de dracone, Ἔνθ᾽ ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας, Vorauit, Deglutiit. Pro eodem dicit statim pòst κατέφαγε. Plutarch aduersus Colotem, πολλοὺς διέφθαρμεν ἀλλήλους κατεσθίειν, καὶ θηρίων βίον ζῆν.

C. ΠΡΟεσθίω, (q. d. Præedo) Ante edo, Ante comedo. Et τὰ F προεσθιόμενα, quæ ante alios cibos eduntur.

C. ΥΠΕΡεσθίω, Supra modum edo, Edo vltra modum, Nimium edo, Cibo nimio me onero. Redditur etiam Superedo, ex Plinio: sed illi aliud hanc vocem significare videmus, in loco qui in cōposito Ἐπεσθίω allatus fuit.

Quæ sequuntur nomina, Ζόφος & Δνόφος ac Γνόφος, eandem significationem habentia, ab eadem etiam origine esse videntur, nimirum à nomine Νέφος. Sed quum incertum sit an ex vno horum reliqua facta sint: atque vt hoc detur, quódnam sit illud, ignoretur: maiorem tamen Δνόφος & Γνόφος affinitatem inter se habere constet quàm cum illo Ζόφος: de hoc Ζόφος primùm dicetur seorsim, deinde de illis Δνόφος & Γνόφος simul.

ΖΟ´ΦΟΣ, ὁ, Caligo, Tenebræ. Hesiodus Aspide, — νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχοντα. Apud Homerum Il. ο, sicut Iupiter οὐρανόν, Neptunus πολιὴν ἅλα ναιέμεν, sic Pluto dicitur λαχεῖν ζόφον ἠερόεντα. Eodémque modo alibi has orci tenebras, seu tenebricosa hæc loca & caliginosa (quæ Euripides νεκρῶν κευθμῶνα & σκότου πύλας appellat, initio Hecubæ) vocat ζόφον ἠερόεντα. vt Odyss. λ, Τέκνον ἐμόν, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα ζωὸς ἐών; Sic Il. φ, legimus, non procul à princi- G pio, Ἤ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες οὕσπερ ἔπεφνον Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Apud eundem ζόφος est occasus, seu pars occidentalis: vt ἠώς, oriens, seu pars orientalis. Odyss. κ, — οὐ γάρ τ᾽ ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ᾽ ὅπῃ ἠώς. Quinetiam in hoc eiusdem loco qui legitur eiusdem poematis libro γ, — καὶ τότ᾽ ἐμυθεόμεθα. διὸ γὰρ ὥρη. Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ᾽ ὑπὸ ζόφον, videtur eodem modo posse exponi ζόφος: vt dicatur videlicet lux solis ad occasum abire, seu occasum subire: sicut ipse sol dicitur occasum petere, vel ad occasum vergere. Sic etiam præcipitantem in occasum diem dixit Tacitus. Legitur porro & δειελινὸς ζόφος apud Apoll. Rhodium pro vespertinis tenebris. Cæterùm est aliquis huius nominis ζόφος vsus & in soluta oratione pro tenebris seu caligine. Plutarchus in Alcibiade, πολλοῦ ὄμβρου ἐξαίφνης ἐπιπεσόντος καὶ

βρον τι, καὶ ζόφον, συνεργῆσαι καὶ συναποκρύψαι τὴν τόλμαν A σκότῳ. Vsus est & Lucianus.

Ζόφος à nomine νέφος deducit Etymologus: subiungitque, μετὰ τοῦ ζα, ζανέφος, & per syncopen ζόφος. Affert verò & aliã deriuationem à nomine φάος: vt accessione literæ ο sit ὄφαος: deinde per pleonasmum literæ ζ, ζόφος: abiecto videlicet α. Vel (inquit) à Γνόφος fit Δνόφος & Ζόφος, abiectione literæ ν. Sed mihi parum fit verisimile, ζόφος ex γνόφος vel δνόφος ortũ esse: potiúsque communem cum illis originem habere persuasum habeo. In meo veteri lexico legitur, Παρὰ τὸ νέφος, νόφος. καὶ μετὰ τοῦ ζα, ζανόφος. deinde ζόφος per syncopen, & abiectionem literæ ν. quoniã hæc litera duplici consonanti non B subiungitur. Quinetiam quod ad tertiam etymologiã attinet, multo magis rationi consentanea sunt quæ ibi leguntur quàm quæ apud Etymologum. Quale enim hoc est quod ille tradit, ex Γνόφος, reliqua duo Δνόφος & Ζόφος esse deriuata? Cur, quæso, potius Δνόφος ex Γνόφος, quàm vice versa Γνόφος ex Δνόφος deduci dicendum esset, si vnum ex altero deriuandũ foret? (licet & Eustath. quodam in loco, quem afferam in adiectiuo Δνο- C φερός, dubitet nũ facta sit mutatio literæ γ in δ. addátque, συνήθως) Idem verò & de Ζόφος obiici potest. cur enim minus ἀφρόνητον esse quàm Γνόφος censebitur? Rectius igitur in illo vet. lexico scriptum est, A νέφος, Νόφος, & Γνόφος, & Δνόφος. interdum verò & Ζόφος, per ζ, abiecta litera ν. Sed fortassis mendosa ibi sunt Etymologi exemplaria, & apud ipsum quoque ita legendum est, ἀπὸ τοῦ νέφος, Γνόφος, Δνόφος, καὶ Ζόφος.

C. Ζοφοδορπίας, Nocturna cœna: si quidem sequamur hanc Suidæ expositionem, ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. vt intelligatur D de epulis quæ celebrantur ortis iam tenebris. Quidam interpr. ex Plauto, Vesperna: qua voce redditur & VOCAB. Ἑσπέρισμα: vt Vesperna sit serotina cœna. A Festo tamẽ exponitur simpliciter nomine Cœna. Vesperna (inquit) apud Plautum cœna intelligitur. Idem alibi, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: Vesperna, quam nunc cœnam appellamus. Sed ἑσπέρισμα (cuius etymologia optimè respondet etymo nominis illius Vesperna) antecedit δεῖπνον apud Athenæum: in his quæ ex Philemone affert, Φιλήμων δὲ E φησιν ὅτι τέτταρας ἤσθιον οἱ παλαιοί, ἀκρατισμόν, ἄριστον, ἑσπέρισμα, δεῖπνον. Sed ζοφοδορπίας contrà videtur de epulis debuisse dici quæ sequerentur ipsum δεῖπνον, non præcederent. At si verum sit quod scribit Festus, vespernã fuisse antiquis quod eorum posteri vocarint cœnam, quum ζοφοδορπίας interpretabimur Vespernam, perinde fuerit acsi interpretaremur Cœnam. A Suida tamen non simpliciter δεῖπνος exponitur, sed ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Quum autem ex Plutarcho constet, δεῖπνον esse quam Latini appellarint cœnam, sonabunt illa Suidæ verba, F Cœna quæ celebratur in tenebris. q. d. Tenebrosa cœna. quo forsan pl' aliquid indicetur quàm si diceretur Nocturna: quòd & vespertinæ epulæ, nocturnæ dici possint, latius vocis huius significationem extendendo.

Sed alius hic oritur scrupulus: quòd nimirũ apud Hesychium sit SCRIPTVM Ζοφοδερκίας: & expositũ σκοτοδείπνους, item λαθροφάγους. quinetiam (quod magis mirum est) in meo veteri exemplari Suidæ non scriptum est Ζοφοδορπίας, vt in vulg. editionibus, nec Ζοφοδορπία, (vt habent v. l.) sed eadem ferè quæ apud Hesy- G chium scriptura habetur, VIDELICET Ζοφοδερκίας, vnica litera ab illa differens: quum alioqui eadem detur huic nomini expositio quæ in vulgatis editionib' datur voci Ζοφοδορπίας: nimirum ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Ego autem, vt vera lectio habeatur simúlque expositio, alterum ex altero emendandum esse arbitror. vocem enim ipsam apud Suidam, & quidem in vulgatis editionibus, rectius scriptam esse puto quàm apud Hesychium: at expositionem eius ex Hesychio esse petendam. vt nimirum Ζοφοδορπίας retineatur apud Sui- H dam, sed pro ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος (præsertim quũ vel hoc NOMEN Δεῖπνος masc. gen. meritò suspectum esse possit) reponatur σκοτόδειπνος. Hesychio autem relinquamus itidem suũ σκοτοδείπνους, sed Ζοφοδερκίας mutemus in Ζοφοδορπίας, quod sit nomen pluralis numeri, accus.

A casus: vt apud Suidam sing. numeri, nominatiui casus. Non ignoro alioqui Ζοφοδερκίας posse compositum esse ex ζόφος & δέρκω: & Ζοφοδερκίας dici eadem forma qua Ὀξυδερκίας & Πολυδερκίας, à nominatiuis Ὀξυδερκής & Πολυδερκής: quinetiam illud Ζοφοδερκίας posse ab eadẽ origine duci. sed Ζοφοδερκής seu Ζοφοδερκίας significabit Qui in tenebris cernit: quæ significatio cur τοῖς σκοτοδείπνοις potius quàm aliis plerisque conuenire dicetur? Iam verò & quod in veteri illo Suidæ exemplari legitur Ζοφοδερκίας, medium quodammodo inter Ζοφοδερ- B κίας & Ζοφοδορπίας, (vtpote ex quo literam ι seruarit) ad tuendam illam sententiam audaciorẽ me reddit. Verùm quod ad Hesychii expositiones attinet, earum posterior aliam significationem huic nomini videri potest tribuere quàm prior. Alioqui si σκοτοδείπνους & λαθροφάγους ad eandem significationem referenda existimẽtur, σκοτοδείπνοι erunt potius Qui in tenebris cœnant, id est in tenebroso loco, quàm Qui cœnant tenebris ortis.

Quum autem præcedentia in quibus de nomine ζο- C φοδορπίας differo, iam typographicæ compositioni tradita essent, (sic autem appellamus typorum elementariorum coagmentationem) venit in mentem Plutarchi Symposiac. locus, vbi ζοφοδορπίδας legitur. Is extat libri 8, quæstione 6, cuius hoc est initium: Τῶν ἐμῶν μετὰ τοὺς νεωτέρους ἐν θεάτρῳ [illegible] ἀκροάμασι, καὶ βραδέως ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλθόντας, οἱ Θέωνος υἱοὶ κωλυσιδείπνους καὶ ζοφοδορπίδας, καὶ τοιαῦτα μετὰ παιδιᾶς ἐκάλουν. οἱ δὲ ἀμυνόμενοι, πάλιν ἐκείνους τρεχεδείπνους ἀπεκάλουν. Hic certè non dubium est quin Plutarchus voce vti voluerit D illam ipsam significationem habente quam habet illud quod attuli ex Suida vocabulũ. Sed an Plutarchus ζοφοδόρπιδας scripserit, dubitari potest: ego vel ζοφοδορπίας, (quod cum illa quæ apud Suidam legitur scriptura cõueniret) aut certè ζοφοδορπίδας cũ accẽtu in penultima scripsisse arbitror: vt sit nominatiuus ζοφοδορπίδης, non ζοφοδόρπιδις. Verùm, vtrocunque modo scribendũ sit, habemus saltem quod illi lectioni quam defendebam, patrocinetur: alteram contrà, quæ & apud Hesychium extat, magis etiam quàm antea suspectam red- E dat, vel reddere debeat.

Apud Erasmum autem in Chiliad. legitur Ζοφοροδόρπιδις. Plutarchus (inquit) in Symposiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederẽt. Dictos enim tum κωλυσιδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tum τρεχεδείπνους. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse puto, quòd qui cunctarentur adire, hi, quòd aliis essent in mora, impedimento esse videbantur quominus illis cœnare liceret: deinde quòd len- F titudine sua efficerent vt conuiuium ad noctem vsque proferretur. Hæc Erasmus: qui in illa huius nominis scriptura minimè sequendus videtur: si tamen eius esse putanda est, ac non potius alicuius amanuensis incuriæ imputanda. Equidem si ex adiectiuo ζοφερὸς factum hoc compositum esset, saltem ζοφεροδόρπιδες scribendum foret, non ζοφεροδόρπιδις: sed videmus reliqua composita ex substantiuo ζόφος non ex illo adiectiuo esse facta: adeo vt minimè dubitandum esse videatur quin ζοφοδόρπιδες à Plutarcho scriptum sit, aut po- G tius ζοφοδορπίδας, (vt paulo pòst ζοφοδορπίδαν apud eũ legimus, in loco quem mox afferam) seu ζοφοδορπίαι, sequẽdo ea quæ paulo antè dixi. Iam verò quod ad expositionem illam attinet quam Erasmus huic vocabulo tribuit, ea minimè iis quæ à nobis de illius significatione dicta fuerunt, repugnat: sed malè & ipsa cum Hesychiana conuenit, ea quidem certè cui posteriorẽ locum tribuit, vtens vocabulo λαθροφάγοι. At conueni- re possit fortassis cum illa expositione quam Plutarch. huic ipsi voci tribuit: quum Pittacum ζοφοδορπίδαν H (obserua autẽ hunc accus. à nominat. ζοφοδορπίδας: qua declinatione videtur legendũ itidẽ suprà in accus. plur. ζοφοδορπίδας) appellatum ait ab Alcæo, (perperam enim scriptum est apud eum Ἀλκαῖος pro Ἀλκαίου) non quòd serotinæ essent eius cœnæ, sed quòd plerunque conuiuas haberet qui ignobiles & nihili homines erant. Cõ-

uenire inquam posse videtur illa Hesychii expositio λαθροφάγοι, cum ista quæ hic à Plutarcho affertur: quòd verisimile sit Pittacum, quum principatu potiretur, minimè palàm tales conuiuas suis epulis adhibere solitum. Cæterùm quod tradit Erasmus ex Plutarcho, cognomina illa prouerbiali ioco iactata fuisse, id ex eius verbis elici posse non videtur.

C. Ζοφοειδελος, ου, ὁ & ἡ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. Redditur & Ater, apud Nic. in Theriacis: vbi schol. exp. ζοφοειδής.

C. Ζοφοειδής, itidem Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. sicut & ζοφώδης, quod vide.

C. Ζοφομηνία, ας, ἡ, Obscuritas lunæ. Vel, Defectus lunæ. ex Suida apud quem legitur, ζοφομηνία, ἡ ἔκλειψις τῆς σελήνης. Ab Hesychio autem ζοφομηνία esse dicitur ὅταν κρυβῇ ἡ σελήνη, id est, quum absconsa fuerit luna.

Ζοφόεις, εντος, ὁ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus.

Ζοφερὸς, idem quod ζοφόεις proximè præcedens, & ζοφοειδὴς ac ζοφοείδελος. Sed hæc sunt potius poetica, (præsertim ζοφόεις & ζοφοείδελος) at ζοφερὸς in soluta etiam oratione vsurpatur: vt apud Lucianum legimus, in Nigrino, ἔχαιρον δ' ἂν ὥσπερ ἐκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος τοῦ βίου τοῦ ἐμοῦ ἀναβλέπων, ἐς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων.

Ζόφιος etiam dicitur eadem significatione. Nam Hesych. ζόφιον exp. μέλαν & σκοτεινόν.

Ζοφώδης, εος, ὁ & ἡ, idem quod ζοφερὸς, & cætera quorum modo mentionē feci. Ζοφώδης, ὁ σκοτεινός. καὶ ζοφοειδὴς, inquit Suid. Apud Herodian. l. 1, ζοφώδης εἴσοδος, obscura.

Ζοφόω, ῶ, Obtenebro, Tenebras offundo, Tenebrosum reddo. vel Obscuro. Damascen. 101, ἐπειδὴ ἐξ ἡμῶν παραβάσεως τῆς ἐντολῆς ἡμῖν τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρας ἐζοφωμένους τε καὶ συγκεχυμένους. Pass. Ζοφοῦμαι. vnde PARTICIP. Ἐζοφωμένος apud Lucianū, de Æthiopibus, ἀνθρώπους μελαντέρους καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένους. Cui simile est apud Ouidium Metamorph. Obscura forma. adeo vt Obscuratis ibi reddi posse videatur. Nisi malis Fuscatis. nam Æthiopes sicut & Indi interdum fusci dicuntur ποιητικῶς.

HINC Ζόφωσις, Obtenebratio, Obscuratio. Aut etiam Tenebræ, Obscuritas.

AT VERO Δνόφος, ET Γνόφος, de quibus hîc me dicturum promisi, magis poetica sunt: eandem alioqui quam ζόφος significationem habentia, tenebrarum & caliginis. De deriuatione autem vide quæ in Ζόφος à me allata fuerunt. Quibus tamen addendum est quod apud Eustathium legitur, nimirum γνόφος habere γ ex Æolica dialecto. ἀπὸ τοῦ νέφος (inquit) νόφος, καὶ γνόφος Αἰολικῶς: ὁ ἄλλως δνόφος. Sed δ quod habetur in isto δνόφος, ex verbo δεῖν manare existimauit, vt apparet ex ea expositione quam adiectiuo δνοφερὸς tribuit: de qua dicam paulo pòst, quum eius exempla proferam. Etymologus quoque huius deriuationis meminit. nam in γνόφος postquam exposuit, ἡ σκοτεινία, & ὁ ζοφώδης ἀήρ: addit, παρὰ τὸ κνεφαῖος φαίνεσθαι, κνόφος καὶ γνόφος: vel à νέφω, νέφος, & γνόφος, per pleonasmum literæ γ. Adiicit verò & tertiam deriuationem, vtrique communem. A δονεῖν (inquit) & νέφος fit δόνεφος, & per syncopen δνόφος, ac γνόφος. Sed perperam (vt de reliquis taceam) adiici videtur hic γνόφος: quum ex δόνεφος per syncopen fieri possit δνόφος, at non item γνόφος. Hoc quoque apud eum videri mirum queat, quòd de adiectiuo δνοφερὸν ita loquitur acsi nō extaret eius substantiuum δνόφος. Scribit enim à νέφος fieri νεφερὸν, deinde interuenire mutationem & pleonasmum. (Intellige autem, ad formandum hoc δνοφερόν) Vel à γνόφος fieri γνοφερὸν & δνοφερόν. Quinetiam adiungit, vel κνέφος, κνοφερόν. Sed puto eum scripsisse ἢ παρὰ τὸ κνέφος, κνεφερὸν καὶ γνοφερὸν καὶ δνοφερόν. Ego certè mutationem à κνέφος in γνόφος facilè fuisse non negauerim, quum & in aliarū quarundam vocū initiis hanc istarum literarum κ & γ permutationem videamus: sed de mutatione in δ haud scio an idem dici possit: licet Eustath. scribat, βαρβαρίζοντας τοῦ γ εἰς δ, συνήθως. Adde quòd illius NOMINIS Κνόφος nullum exemplum affertur, ac tantùm formationis gratia poni videtur. Longius igitur petenda esset illa deriuatio: nimirū à NOMINE Κνέφος, (quod dici sicut & κνέφας, Etymol. testatur: quemadmodum οὖδας & οὖδος) ex quo fingendum esset illud Κνόφος. Quæ quū ita sint, ab illa deriuatione à νέφος nolim discedere, ac potius sicut γνόφος habet γ ex dialecto Æolica, ita δνόφος ex alia quapiam accepisse δ dixerim. Sed quid certi de his afferri potest? Eustath. enim γνόφος Æolicum esse tradit, at Hesychius δνόφος nō γνόφος Æolibus adscribit. Venio tandem ad exempla vsus horū nominum. Huius quidē δνόφος nullū in præsentia se offert: sed ex eo facti nominis ADIECT. Δνοφερὸς exemplum in promptu est: Iliad. ι. — ὥστε κρήνη μελάνυδρος, Ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. Vbi Eustath. exp. τὸ μέλαν, ἐξ ὁμοιότητος γνόφου: τραπέντος τοῦ γ εἰς δ, συνήθως. Vel, inquit, ὡς ἐν σχήματι συνθέτῳ, τὸ μετὰ δεινότητος φερόμενον καὶ ψόφου τινός. Ab Hesychio autem δνοφερὸν exponitur σκοτεινὸν, & μέλαν. additurque, ἀπὸ τοῦ δνόφου. quod substantiuum δνόφος vult esse Æolicum, ἀπὸ τοῦ δονεῖσθαι τὸ νέφος. Contrà autem non δνόφος sed γνόφος Eustath. Æolicum esse tradit, vt antea docui. Sed quæcunque sit illius δνόφος origo, huius adiectiui δνοφερὸς ex eo facti significatio minimè dubia est. Potestque reddi Tenebrosus, Caliginosus, vel Ater, non solùm Eustathii & Hesychii, sed & Suidæ testimonio: qui hūc locum affert, — ὀλεσίγυια τε χερσὶν ἀμύνας Ἀνδροφόνοις δνοφεραῖς κρατὸς ὕπερθε κόμαις. Cæterùm vt nō ζοφερὸς solum dicitur à ζόφος, sed ζοφόεις etiam, sic à δνόφος nō tantùm δνοφερὸς, sed ETIAM Δνοφόεις, eadem significatione. Nam Hesych. habet δνοφόεν, quod exp. σκοτεινόν.

Altero SUBST. Γνόφος vsi sunt Græci Bibliorū interpretes, Exodi c. 10, καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος, καὶ θύελλα, ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου. Quæ tria itidem coniunguntur ab autore epistolæ ad Hebræos, cap. 12, οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ. vbi γνόφον vetus interpres reddidit turbinem. quam interpretationem & alii retinuerunt. In eo tamē Exodi loco, qui historiam continet cuius ibi fit mentio, Græci illi Bibl. interpretes non habent tria illa vocabula, sed tantùm νεφέλαι γνοφώδεις, id est Nubes caliginosæ. Plur. γνόφοι apud Aristot. De mundo, πνεύματος κεραυνοῖς, μυρίων τε γνόφων συμπληγάδες, conflictationes aeriæ caliginis vel opacitatis. Bud. ADIECT. Γνοφώδης est Caliginosus, Tenebrosus: vt vides in loco quē modo attuli. Affertúrque & pro Ater, ex Euripide. Ab eodem illo substantiuo γνόφος est etiam VERB. Γνοφόω, ῶ, Caligine tego, Obtenebro, Obscuro. Affertur & Γνοφίω in v. l. pro eadem signif. sed Γνοφόω magis placet, vt ζοφόω à ζόφος.

Ἰθὺς de quo nunc agendum est, post deriuata ab Εὐθὺς ponendum fuisset, sequendo eos qui inde
deriuant: at qui Etymologum sequi volet, post Ἴεναι collocandum fuisse
dicet. Eustath. autem ab Ἰθύσω futuro verbi Ἰθύω dedu-
cendum putauit Ἰθὺ aduerbium, pro
quo scribitur & Ἰθύς.

ἸΘΥΣ,

ἰθεῖα, ἰθύ, Rectus, (id est Non obliquus seu tortuosus) Directus, In rectū tendens. Ab Hesychio ἰθὺς exponitur εὐθὺς, & ὀρθός. Sic ἰθὺ σχῆμα Hippocrati ὀρθόν. Superlat. ἰθύτατα ex Theophr. affertur, De causis plant. lib. 3, ὅλως δὲ λεῖα ταῦτα δεῖ λαμβάνειν καὶ ἰθύτατα, καὶ ὡς κάλλιστα. Eodem libro legitur & FOEMIN. Ἰθεῖα. Anthol. epigr. lib. 1, pag. 54, meæ editionis, Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν Στείχοις, εἴτε νέκυς νίσεαι ἐκ Μερόης. Μὴ σέ γ' ἀνιάτω, &c. quod distichū ita sum interpretatus, in libro quem edidi selectorum epigrammatum Græcorum: Rectus ad orci vmbras descensus: seu quis Athenis, Lumine cassus vt est, seu venit à Meroe. Ex Herodoto, ἰθεῖαν ἔπλεον, (rectius ἰθέην Ionicè) Rectà nauigabant, Rectum cursum tenebant.

Vbi videtur subaudiri ὁδόν. Ex eodem, ἰθεῖη τέχνη, Recta disciplina: vbi metaphoricè ponitur. Sic per metaphoram ἰθεῖα δίκη, apud Homerum pariter & Hesiodum, Rectum iudicium, Recta sententia, quæ fertur ab eo qui iudicat. Homeri locus est Iliad. ψ. Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω, καί μ' οὔ τινα φημὶ ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν. ἰθεῖα γὰρ ἔσται. Hic enim cum ἰθεῖα relinquitur ἀπὸ κοινοῦ subaudiendum nomen δίκη, ex verbo δικάσω, vt etiam Eust. annotat. Apud Hesiodum autem legimus in Ergois, libro 1, δίκας ἰθείας, & illis oppositas δίκας σκολιάς. vbi canit, Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν Ἰθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου: quæ posteriora verba veluti ad epexegesin addita sunt. Atque illos versus præcedunt isti, Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν. Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι δωροφάγοι, σκολιῇς δὲ δίκῃς κρίνωσι θέμιστας. Quibus in locis ἰθείας δίκας, recta iudicia vel iusta iudicia, seu iusta iura: σκολιὰς δίκας contrà praua iudicia vel iniusta, aut iura iniusta, interpretari possis. Nam iniustum ius legimus apud Nasonem, Tristium lib. 5, Adde quòd iniustum rigido ius dicitur ense. Silius itidem improba iura dixit. Sed quod apud eundem poetam legitur in versibus qui illis interiecti sunt, καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν, aliud interpretationis genus postulat: si ibi δίκην vertamus Iustitiam, vt certè debet verti. Eustath. exp. τὴν δὲ θεὸν τὴν δίκην: in qua expositione non fuisse præcedentium ibi verborum memorem manifestum est. Quum enim dicatur δίκη exitium afferre hominibus qui ipsam expellunt, & ipsam οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν, non cohæret illa expositio, τὴν ἀθεώτατην δίκην. hæc enim esset orationis structura, δίκη φέρουσα κακὸν ἀνθρώποισιν, οἳ τὴν ἀθεώτατην δίκην οὐκ ἔνειμαν. Ego autem nullam commodiorem expositionem animaduerto quàm si ἰθεῖαν in aliquod aduerbium loco aptū resoluamus, aut in substantiuum pariter & adiectiuum ablatiui casus.

Ἐκ τῆς ἰθείης apud Herodotum, (subaudiendo ὁδοῦ, vt opinor) Apertè, Aperto Marte: ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης στρατὴν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκει πέμπειν, Non videbatur apertè mittēdus exercitus aduersus ipsum, Non videbatur aperto Marte oppugnandus misso exercitu. Suidas exponit ἐκ τοῦ φανεροῦ, & παρρησίᾳ. Quidam interpretantur Ex professo. Vide Ἰθυμαχία. Apud eundem legimus, ἐκ τῆς ἰθείης ἀπίστασαν. Denique ἐκ τῆς ἰθείης aliquid facere, est absq; vlla dissimulatione, & apertè voluntatē suam profitendo. Quare ἐκ τῆς ἰθείης ἀπίστασαν aliter potius reddendum videtur fuisse quàm Ingenuè desciuerunt. Sed nec illa verba Aperto Marte, ei loco conueniunt: quibus tamen quidam ibi vsi sunt.

Quæ sequuntur composita, partim ex nomine præcedente ἰθύς, partim ex aduerbio ἰθύ sunt composita: plura tamen ex nomine esse videntur, ideóque hic, non post aduerbium ἰθύ, posita fuerunt.

C. Ἰθύβολος, ου, ὁ & ἡ, Rectus, Directus in v.l. sine vllo testimonio. Videtur sonare propriè Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Sic Ὀρθόβολος in Ἰθυπτίων, aliquanto pòst.

C. Ἰθυδίκης, ου, ὁ, Cuius recta sunt iudicia & iusta, Qui rectè & iustè fert iudicium. Possit exponi ὁ ἰθείας δίκας διδούς, ex loco Hesiodi quem protuli in nomine Ἰθύς. Vtitur verò idem, eodémque loco, hoc composito, Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκῃσι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ. His opponuntur apud eundem δωροδίκαι: quales sunt apud Nasonem ii à quibus rigido ius dicitur ense.

C. Ἰθύδρομος, ου, ὁ & ἡ, Qui rectum cursum tenet, Qui rectam viam in currendo tenet, Rectè currens. Ex Anthol. Epigr.

C. Ἰθύθριξ, vide in Θρίξ.

C. Ἰθυκέλευθος, ου, ὁ & ἡ, Qui recta via incedit, Qui rectam viam tenet, Rectà ambulans.

C. Ἰθυμαχία, & IONICE Ἰθυμαχίη, Recta pugna: id est ex aperto conserta, inquit Bud. Et ἰθυμαχίην πεποιῆσθαι, Aperto Marte pugnare, & stataria pugna: in hoc loco quem ex Herodoto affert, ἰθυμαχίην μὲν μηδεμίην ποιέεσθαι ἐκ τοῦ ἐμφανέος ὑπεξιόντας δὲ καὶ ὑπεξελαύνοντας, &c. Vbi obserua ἐκ τοῦ ἐμφανέος addi: quod confirmare videtur illam expositionem quam Suidas dat apud eundem illi loquendi generi, ἐκ τῆς ἰθείης.

C. Ἰθυπτεῖν, Rectà volare, vt in v.l. redditur, nimirum tanquam ex ἰθύ & verbo πέτεσθαι. At Hesych. exponit ἐπ' εὐθείας ὁρμῆσαι. Vide sequens compos. Ἰθυπτίων.

C. Ἰθύπορος & Ἰθύπορος vide suprà, t.3, c.181, g.

C. Ἰθυπτίων, ωνος, ὁ & ἡ, Rectà volans, Qui recto cursu fertur, eóque valde citato, vt volare videatur. Hom. Il. φ, Ἀθύπρος αὐτ' Ἀχιλλεὺς μελίην ἰθυπτίωνα Ἀστεροπαίῳ ἐφῆκε, κατακτάμεναι μενεαίνων. Vbi Eustath. exp. τὴν ἰθὺ πετομένην, id est κατευθὺ & ἀπλανῶς. vt alicubi ipse poeta ἰθυπετομένως dixit ipsam ἰθὺ πέτεσθαι. Vt autem dicitur Hasta πέτεσθαι, sic à Latinis poetis volare. vt apud Virgilium Æneid. lib. 9, — hasta volans noctis diuerberat vmbras. Et lib. 10, — illa volans clypei transuerberat æra Mæonis. aliísque in locis. Magis tamen propriè sagitta dicitur volare: vnde & volatile ferrum ab eodē poeta vocatur. Cæterùm Hesych. itidem exponit ἰθυπτίωνα (pro quo perperam apud eum habes scriptum ἰθυπτίωνα) τὴν ἐπ' εὐθείας πετομένην καὶ κατευθὺ φερομένην. item ἰθυβόλον, & κατευθὺ φερομένην. Sed apud eum perperam legitur ὀρθόβολον, pro quo repono istud ὀρθόβολον. Signif. autem hoc COMP. Ὀρθόβολος idem quod ἰθύβολος, de quo paulo antè dictum est: Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Fieri potest tamen vt ab ipso Hesychio fictum sit (vt alia multa fingere solet) expositionis causa. Cæterùm quanuis ἰθυπτίωνα exponant ἰθὺ πετομένην, magis tamen commoda esse videtur à verbo ἰπταμαι idem significante deductio, cuius participia sunt ἰπτάμενος & πτάμενος.

Sed pro ἰθυπτίωνα fertur Aristarchus legisse ἰθυκτίωνα. Significaret autem hoc COMPOS. Ἰθυκτίωνα εὐθείας ἔχουσα τὰς κτηδόνας. id est, τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διαφύσεις, inquit Eustathius. Fortasse verò huic simile vocabulum apud Hesychium reponi debet, vbi legitur, ἰθυκτίωνα, τὸ ἰθὺ πεφυκὸς καὶ ὀρθὸν δένδρον. At in v.l. ἰθυκτίωνα redditur Rectè vel obuiam iens. quam interpretationem planè falsam esse arbitror.

C. Ἰθυτενής, έος, ὁ & ἡ, In rectum extensus, Rectus. vt ἰθυτενὴς ὁδός, cui opponitur λοξή. Ptolem. ἔξω τι ἀναλόγως ταῖς ἰθυτενέσι ἀποτελεῖ πορείας. Apud Hesychium, Ἰθυτενής, ἐπ' εὐθείας τεταμένον. In vulg. lex. Ἰθυτενής, εἰς εὐθεῖαν τεταμένος. Sed reponendum ibi est τεταμένος, itidémque apud Hesych. τεταμένον pro τεταμμένον, ex Suida. Est autem ab Ἰθυτενής & SVBSTANT. Ἰθυτένεια, q.d. In rectum extensio, Via in rectum extensa, Via recta. Huic autem ἰθυτένεια apud eundem Ptolemæum opponitur ἐκτροπή.

C. Ἰθύτμητος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. In rectum sectus) Rectus. vt ἰθύτμητος οἶμος, recta via, Dionys. Areop.

C. Ἰθυτειχής, vide vnà cum nominatiuo singulari Ἰθύθριξ, inter deriuata à nomine Θρίξ, t.1, c.1586, c.

C. Ἰθύφαλλος pertinet potius ad nomen Φαλλός.

ἸΘΥ ET Ἰθύς, aduerb. Rectà, vel Rectà in, aut Rectà ad: aut etiam Rectà aduersus. Redditur etiam Obuiam & Ex aduerso. Hom. Odyss. ε, Ἠ' ἰθὺς σῆς μητρὸς ἴω καὶ σοῖο δόμοιο, rectà ad matrem tuam eam & domum tuam. Sic Iliad. ω, — γέρων δ' ἰθὺς κίεν οἴκου. Ex Herodoto, ἰθὺ τοῦ Ἴστρου ἔπλεον, rectà ad Istrum nauigarūt. Ex eodē, ἰθὺς τῆς βασιλείας, rectà pergas ad occupandū regnum. At pro Rectà aduersus. vt Iliad. β, Βῆ ῥ' ἰθὺς Διομήδεος, iuit rectà aduersus Diomedem. Sic, Βὰν δ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι, Il. π. Ibidem, Ὡς ἰθὺς Λυκίων Παφλαγόνων ἐπιάλμενος Ἔσσυο καὶ Τρώων. Ibidem, — οἱ δ' ἄρ' Ἀχαιοὶ Ἀλλήλους ἐκέλευον, μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν. Vbi Eustath. annotat, ex hoc loco cognosci non esse intelligendum ἔβησαν ἰθὺς λελιημένοι τῶν Δαναῶν, in hemistichio quod allatum modò fuit: sed ἔβησαν ἰθὺς τῶν Δαναῶν id est ἀντικρὺ: λελιημένοι, id est ἐπιθυμοῦντες μάχης. vel αὐτοὶ δὲ τοῦ βῆναι ἰθὺς Δαναῶν. Quibus adiungit, ἰθὺς βῆναι πεδίον, & μένος ἰθὺς φέρειν, esse contraria τῷ ὑποχωρεῖν, & τῷ ἀναχωρεῖν. Interdum verò ἰθύ siue ἰθύς absque casu. vt ἰθὺς μαχέσασθαι apud Homerum, vnde est ἰθυμαχία. Item ἰθὺς φέρειν ὅπλα, quod exponitur αἰθύσσειν τοῖς πολεμίοις τὰ ὅπλα. Item ἰθὺ περᾶσθαι, quod apud Homerum dicitur περὶ τοῦ κατευθὺ μαχομένου. Ab Hesychio exponitur ἐπ' εὐθείας ὁρμᾷν. Eidem poetæ in

A vsu est ἰθὺς φρονεῖν: quod exponitur προθυμεῖσθαι καὶ εἰς τὸ αἰπηρὸν καὶ πρὸς ὀρθὸν καὶ πρὸς τὸ θρασυνέσθαι.

S V P E R L. Ἰθυντάτα, Rectissimè. (vt à nomine ἰθὺς est ἰθυντατος) Hom. Il. ε, Τοῦ δ' ἐμὲν ὅς μετὰ δίκην ἰθυντάτα εἴπη.

Inuenitur & A D V E R B. Ἰθέως expositum ὀρθῶς ab Hesychio & Suida: id est Rectè. Apud Herodotum autem pro εὐθέως, Confestim, Statim.

Ἰθύνω, (vt ab εὐθὺς fit εὐθύνω) Dirigo, Rego. (ea propriè signif. qua dicitur regere nauim. Quem vsum habet interdum & verbum Dirigo. vt apud Nasonem, initio B Fastorum, — & timidæ dirige nauis iter. Apud Lucanũ, Dirigit huc puppim. Habet alioqui & alteram regendi significationem interdum) Homerus Iliad. ψ, Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι. Sic Odyss. λ, — τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνε. Cui simile est Od. ξ, — τὰς δ' ἄνεμός τε κυβερνῆταί τ' ἴθυνον. Itidem de nauigio vsus est Theodoritus, Ecclesi. hist. lib. 4, allegoricè loquẽs, Εὐδόξιος γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατεῖχε τοὺς οἴακας, οὐκ ἰθύνων ἀλλὰ βαπτίζων τὸ σκάφος. Quemadmodum autem vsurpat de naui verbum ἰθύνειν Homerus, sic etiam de curru, atque C adeo de mulis qui ipsum trahunt: Iliad. ω, — ὅς ῥ' ἴθυνεν ἡμιόνους καὶ ἄμαξαν ἐΰτροχον. Apud eundem, ἐπὶ στάθμην ἰθύνειν, quod vide in comp. Ἐξιθύνω. Præterea βέλος ἰθύνειν apud eum legimus: qua etiã in re cõuenit verbũ Dirigere cum isto ἰθύνειν. nam & illud hunc vsum habet. Vtitúrque hac in signif. & passiua voce pro actiua. vt initio libri ζ Iliad. Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. pro ἰθυνόντων κατ' ἀλλήλων, seu ἐπ' ἀλλήλους. id est ἐπ' ἀλλήλους βαλλόντων, vt in mei exemplaris vetusti margine annotatum est. Sed apud eundem dicitur deus aliquis D vel dea quæpiam ἰθύνειν telum eius qui ipsum iacit. vt Iliad. ρ, Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται ὅς τις ἀφήῃ, Ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει· Ἡμῖν δ' αὔτως πᾶσιν ἐτώσια πίπτει ἔραζε. At cum duplici accusatiuo apud eundem, in eadem re significanda, Iliad. ε, Ὣς φάμενος προέηκε· βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη Ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν. Sed ante posteriorem accusatiuum subaudiri præpositionem manifestum est. In meo vet. exemplari huius poematis Homerici, scholium hoc verbis illis superpositum est, (sunt enim ibi scholia superlinearia, vt ita loquar) τὸ δὲ βέλος ἐφορμηθὲν ἐπιφέρει ἡ Ἀθηνᾶ ἐπὶ τὴν ῥῖνα, πλησίον E τῶν ὀφθαλμῶν. Pass. Ἰθύνομαι itidem pro Dirigor, Regor. Sed Hesiodus actiuam significationem ei dedit in hoc versu, Δίφρον ἐπεμβεβαὼς, ἰθύνετο καμπύλον ἅρμα. vt ἰθύνει ἄμαξαν in Homeri loco quem protuli. Sic autem & Homerus verbo ἰθύνεσθαι actiuam signif. alicubi dedit. Sed actiuæ voci ἰθύνειν Hesych. neutralem etiam significationem tribuit, quum exponit εἰς ὀρθὸν ὁρμηνεῖν.

F Ἰθύνειν μύθους, apud Hesiodum existimo posse reddi Ad rectam æquitatis normam dirigere, in Ergοις. Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες ἰθύνετε μύθους, Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε. Apud eundem initio illius operis habemus idem verbum in eadem significatione, sed cum datiuo δίκῃ: in isto hemistichio, — δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας.

Ἰθύνειν interdum est Corrigere, in significatione metaphorica, qua dicimur aliquem qui peccat corrigere. Quam metaphoram damus itidem verbo nostro *Redresser*: veluti quum dicimus, *S'il fait du mauuais, on le redressera bien*. Vel, *S'il ne se gouuerne sagement, on le redressera bien*. Hesiodus initio suorum Ergωn, de Ioue, Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει, Facilè corrigit tortuosum. Quidam tamen interpretantur, In rectam viam adducit: sed alteram interpretationem huic præfero. Sic etiam Tzetzes, πῶς οὖν (inquit) ἰθύνειν τὸν Δία πάλιν εἰς τὸ ἀπλοῦν ἐπανάγοντα ἦθος, ἤδη τῷ κολάζειν αὐτὸν ἐπὶ τῇ πανουργίᾳ. Conuenitque optimè hæc expositio cum ea significatione quam habet ἰθύνειν apud Herodotum pro Mulctare. Sic & pass. ἰθύνεσθαι apud eundem: vt ἰθύνεσθαι θανάτῳ, mulctari morte. H

Ἰθύνειν interdum eandem significationem habet quam ἰθύειν. inuenitur enim loco huius scriptum, vt dicetur in Ἰθύειν. Inde est V E R B A L E Ἴθυνσις, εως, ἡ, Directio. At in v. lex. Ἰθυνσις, E T Ἰθυνὴ, Directio. A ἰσοκρινὴς ἴθυνσις, Ad amussim directio. Sed nullus autor nominatur.

I T E M Ἰθυντὴς, οῦ, ὁ, Director, Rector. Vtitur autem hoc composito Hesych. in expositione compositi Διιθυντής. Dicitur E T I A M Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, eadem significatione. Cuius F O E M I N. Ἰθυντειρα, ας, ἡ, Rectrix. Sed ἰθυντὴρ est etiam Dux viæ. nec de gubernatore solùm, sed de gubernaculo quoque dicitur. Interdum & de fræno, quia videlicet eo ἰθύνομεν equum, vt gubernaculo nauim. (vnde apud Homerum Od. ε, B Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως Ἥμενος. vbi est ἰθύνετο pro actiuo ἰθύνει) Sic etiam vocatur quicquid est ἰθύνον, κανονίζον, καὶ ἰσότητα παρέχον, inquit Hesych. (Inuenitur verò & N O M E N Ἰθύντωρ, ορος, ὁ, itidem pro rectore & moderatore) At V E R B A L E Ἰθυντήριον, ου, τὸ, signif. Sceptrum è lauro quod vates gestabant, vt scribit Hesych.

C O M P. Διιθύνω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Indémque pass. Διιθύνομαι, Dirigor, Regor. Nam διιθυνόμενοι Hesych. exponit διοικούμενοι & κυβερνώμενοι. C Est autem à διιθύνω & V E R B A L E Διιθυντής, οῦ, ὁ, Rector, Gubernator. Διοικητὴς, ἰθυντὴς, Hesych.

C O M P. Ἐξιθύνω, pro simplici ἰθύνω, Dirigo, apud Apoll. Rhodium. Vsus est ante illum Homerus, Il. ο, de amussi, Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Alibi autem dicit ipsum fabrum ἰθύνειν ἐπὶ στάθμην: Odyss. ρ, — ὅς ποτε τέκτων Ξέσσεν ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε. Sic & lib. ε, eiusdem poematis.

C O M P. Κατιθύνω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Quinetiam pro Modulor v. l. afferũt ex Anthol. Epigramm.

D Ἰθύω, (verbum poet.) Rectà feror, seu Rectà tendo, Rectà pergo. Item Impetu feror, Prorumpo. Homerus Il. μ, Ἴθυσαν δ' ἐπὶ τεῖχος ἀολλέες. Apud eundẽ Il. π, Ἴθυσεν δὲ ποτ' αὐτὸν. Eiusdem poematis libro ο, Ὣς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρῴροιο Ἀντίος ἀΐξας. Vbi Eustath. exponit ὥρμησε κατὰ νεὼς, item κατ' εὐθὺ ὥρμησε. Idem ait posse etiam intelligi, νεὸς ἀντίος ἀΐξας. Idem poeta hoc verbum vsurpat de leone, eiusdem operis libro ρ, — ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων Ἰθύει ἀλλ' οὔ τι πρήσσει. Cum impetu fertur in septa, aut e- E tiam impetum facit. Sed videndum est ánnon reddi etiam possit Grassatur. (Neque hoc silentio prætereundum est, legi etiam ἰθύνει in hoc loco: atque adeò ab Eustathio hanc lectionem agnosci: scribente, τὸ δὲ ἰθύνει, ὁμωνυμεῖ οὕτω λέξις, τὸ μαχέσθαι ἰθύνει λέγεται δίχα τοῦ ν. Dixerat tamen antea, quum verba textus recitaret, ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων ἰθύνει, ἢ μᾶλλον ἰθύει. Atque adeo libro λ, eiusdem poematis, vbi vtitur eadem comparatione, hic scholiastes agnoscit ἰθύει, nullam alterius lectionis mentionem faciens. Quinetiam in meo veteri exem- F plari vtrobique ἰθύει legitur) Dicitur & μάχη ἰθύει ab hoc poeta initio libri ζ, eiusdem poematis, Πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο, Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. Vbi fortasse conuenire possit idem illud verbum Grassari: præsertim si quis carmine reddens μάχην interpretetur Martem. Aptè enim dici queat Mars grassari, ea in significatione. In v. l. ἴθυσε μάχη redditur Rectà ferebatur: sed hoc ineptè dici videtur de pugna. Quidam interpr. Progressum est prælium. Ego malim, Cum impetu commissum fuit prælium, vel Prælii impetus inualuit. Cæterùm quanuis verbum Ἰθύω ver- G bo Ἰθύνω postponam, non ignoro Eustathium velle Ἰθύω prius esse: vt δύω prius est quàm δύνω, & χέω quàm χώννυμι: item πλύω quàm πλύνω: sed quoniam ἰθύνω ab ἰθὺς tale est quale εὐθύνω ab εὐθὺς, & in eo analogiam sequitur, præponendum esse putaui.

Ἰθύω iungitur etiam infinitiuo, vt ὁρμῶ: cuius alioqui significationem & in locis præcedentibus habet. Est autem ἰθύω ποιεῖν τόδε, Impetus me capit hoc faciendi: vel Impetum capio hoc faciendi. Et q. d. Impetu feror ad hoc faciẽdum, aut etiam Toto animi impetu feror. Interdum tamẽ potest & simplicius reddi Animatus sum ad hoc faciendum, Animus est hoc facere, In animo habeo hoc facere. Redditur & Gestio: vt in isto Homeri loco, Odyss. λ, de Tantalo, Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,

Quum prehendere gestiret poma, Quum manibus appeteret poma, vt Budæus vertit. Idem alioqui in isto Herodoti loco, ὅταν ἰθύσῃ σπατύλᾳ, (ne mireris autẽ Herodotum hoc verbo vti quod poeticum esse dixi. habet enim multa hic scriptor vel potius huius scriptoris dialectus c ũpoetis cõmunia) reddit, Quum impetũ caperet. Rursum apud Homerũ, Od. χ, Ἴθυσέν ῥ' ὀλολύξαι, ἐπεὶ μέγα εἴσιδεν ἔργον. Vbi existimo reddi posse, Incitata fuit ad vlulandum: Aut, Prorumpere voluit ad vlulatum. Non enim satis significanter redderetur, Voluit vlulare. Neq; etiã probarim, In animo habuit vlulare: vel Parata fuit vlulare. Sed tolerabiles tamen hæ interpretationes sunt præ illis quibus redditur Cœpit vlulare: itẽ Proruipit vlulãdo. Hæ enim interpretationes planè discedunt à mente poetæ. nam eas sequendo, factum id esset quod poeta factum esse negat, ac ne fieret ipse Vlyssem obstitisse scribit: addens, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένην περ. Vbi obserua participium ἱεμένην de re eadem dici: sic tamen vt verbo ἰθύειν aliquid maius exprimi putandum sit. Inuenitur autem hoc verbum & cum accusatiuo pro Desiderio alicuius rei feror, seu agor, Incendor desiderio. Apollon. Argon. lib. 2, —ἴθυσε δ' ὅ γ' αὐτῇ Δωσέμεναι ὅ κεν ἦσι μετὰ φρεσὶν ἰθύσῃ. Neque enim placet quæ vulgo affertur interpretatio, Quicquid animo destinaret.

A

B

C

PASS. Ἰθύομαι ab Eustathio affertur ex Herodoto, ἰθύεται σπατύλῃ (eadem forma eadémque significatione qua habuisti suprà ex eodem ἰθύσῃ σπατύλᾳ) exponitúrque ὁρμᾶται.

HINC EST Ἰθύς, ἰθύος, ἡ, Impetus eius qui rectà fertur ad aliquid, seu prorumpit. Hom. Od. π, —αἰπὺρ ὀπαίρους Τρεῖς ἄγει, οἳ μάλιστα πονοῦσι πᾶσαν ἐπ' ἰθύν. vbi Eustath. exp. πᾶσαν ὁρμὴν ἐπιχείρησιν. quod possimus interpretari Quemuis conatum. Ipsi certè loco Homeri non malè conuenire hæc interpretatio videtur. Posset etiam fortassis reddi Quoduis inceptum: sed maior vis inest alteri verbo, ideoque melius vim Græci vocabuli exprimit. Est etiam Impetus animi: ἡ κατὰ ψυχὴν ὁρμὴ, vt ab eodem scholiaste exponitur in hoc versu Od. δ, v. 404, Ἀλλ' οἷον σύ τ' ἔῤῥεξε γυναικῶν γνώμην ἰθύν. Crediderim autem hunc ipsum locum esse in quo ἰθύν Hesych. exponendum putauerit φρόνησιν, ἔργον, ὁρμὴν, βούλησιν, διάνοιαν. Sed ex his omnibus vnum tãtùm deligo quod cõuenire videatur: videlicet διάνοιαν. Cæterùm quòd nomen hoc ἰθύς tanquam verbale subiunxi verbo Ἰθύω, id Eustathii etiam autoritate comprobatur: quippe qui hoc nomen ab illo verbo deriuet.

Nomen Ἴλλος, quod proximè sequitur, à verbo Ἴλλω deducendum alicui videri possit. Quum autem vnum ab altero deriuatum esse persuasum haberem, sed vtrum ab vtro, ignorarem: mei veteris lexici autoritatem sequutus sum, in quo Ἴλλω dicitur ortum ex Ἴλλος, quo significatur ὀφθαλμός.

ΊΛΛΟΣ, ου, ὁ, Oculus. Pollux Ionicum esse tradit, scribens, lib. 2, οἱ δὲ καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν. sed Eustath. hac de re tacet, quum differentiam huius ἴλλος ab ἰλλὸς annotat. Cæterum quum ex verbis hinc deriuatis nonnulla sint quæ ab vtro deriuari debeant, dubium esse possit, antequam ad verba illa hinc deriuata veniam, etiam de altero illo nomine dicam. Vt igitur Ἴλλος dicitur esse ὀφθαλμὸς, id est Oculus: sic alterum ILLVD Ἰλλὸς traditur significare eum cui distorti & strabi seu strabones sunt oculi: id est strabonem, vno verbo. Eustath. καὶ ἴλλος μὲν, ὁ ὀφθαλμός· ἰλλὸς δὲ, ὁ στραβός. Idem in Iliad. ι, loquens de vocabulo Χωλὸς, tradit παρὰ τὸ φύσει κῶλον dici Κωλὸς & Χωλὸς, quo significetur ὁ τὸ κῶλον πεπονθώς: sicut παρὰ τὸ ἴλλους ἔχειν ἴλλον vocatur ἰλλὸς oxytonè ὁ τὸ ἴλλον διάστροφος. Itidemque in hunc locum Iliad. ι, Διδύμοισιν ἐς ἴκασιν, annotat διδύμοι esse Ionicum, & esse δ' ὅτιν ἴλλους ὧδε καὶ ἰλλῶ. Addit q; ἐκ τῶν (videlicet ἴλλων) sunt ἰλλοὶ apud comicum οἱ στραβοί. Idem tamen alibi à se suo more dissentiens, à verbo ἴλλω deductum esse ait hoc ἰλλὸς, quo significatur στραβός. Cæterùm habet hoc Ἰλλὸς & COMPOS. Ἔπιλλος, quo significatur ὁ παράστραβος, vt idem scribit. Est autem obiter notãdum & hoc COMPOS. Παράστραβος, quod minus esse videtur quàm στραβός. Apud Hesychium legitur etiam FOEMIN. Ἰλλὶς, expositum στρεβλὴ, & διεστραμμένη.

D

E

F

Ἴλλω quanuis simpliciorem (vt ita dicam) formam habeat quàm quæ sequũtur, id est, minus ab Ἴλλος immutatam, & illorum πρωτότυπον esse videri possit: quoniã tamen huius significatione, sicut illorum, vox illa Ἴλλος non includitur, (quanuis quædam eius composita inclusam habeant) illa huic præponenda esse censui.

Ἰλλώπτω, & COMPOS. Ἐπιλλώπτω, Strabis oculis seu cõtortis intueor. Illud quidẽ certè ab Eustathio, ex quorundam autoritate, redditur στραβίζω. (Sonat autem VERB. Στραβίζω, Sum strabis oculis seu distortis, Sũ strabo, Oculis distortis intueor. Atq; hoc ipso verbo στραβίζω Etymol. exp. verbum ἰλλαίνω, vt postea docebo) Apud quem tamen Ælius Dionysius exponit, ὑποχλευάζειν καὶ διασύρειν καὶ καταμωκᾶσθαι, ἢ σκαρδαμύσσειν καὶ καταμικλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν. Itidemque Hesych. ἰλλώπτειν esse ait καταμικλασμένῳ ὄμματι ἐμβλέπειν. Sed addit etiam καταμωκᾶσθαι: itidem participium ἰλλώψας exponens καταμωκησάμενος. Itidémque COMP. Καπιλλώπτειν ibi à Pausania exponitur καταμυκτηρίζειν vt simplex Ἰλλώπτειν & Ἐπιλλώπτω, μυκτηρίζειν. Apud Suid. verò LEGITVR Ἐπιλλωπτῶ, ET Ἐπιλλώπτω: (pro quo reponendum puto illud Ἐπιλλώπτω, quod ex alus attuli) quæ exponit, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιστρέφω. id est, Oculos contorqueo, seu distorqueo. At v. l. interpretantur, Contortè & strabonis more intueor.

G

Ἰλλωπτιάω, ῶ, apud schol. Aristophanis. (vt ἐπιλλωπτῶ attuli ex Suida) ITEM Ἰλλωπτίζω apud eundẽ legitur, sed potius pro eo quod Latini Nictare vocant. At v. l. exp. etiã Conniuere & Hallucinari, ex Poll. qui tamen exponit παραβλέπειν: de cuius verbi significatione suo loco dictum fuit. Cæterùm apud eum legitur Ἰλλώπτειν non Ἰλλωπτίζειν: at ego hoc reponendum in illius locum existimo. Atque vt Ἰλλωπτίζειν pro Ἰλλώπτειν, sic etiam COMPOS. Καπιλλωπτίζειν pro Καπιλλώπτειν reponendum apud eum censeo. quod ille exponit καταβλέπειν ἐπὶ χλευασμῷ. id est, (vt eadem lex. interpretatur) Deiectis oculis irridere. Sed malit quis fortasse, Deiectis oculis intuendo irridere. (Significat certè COMP. Καταβλέπω, Deorsum aspicere, & defixis in terram oculis. ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανόν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν, vt inquit idem Pollux. Et ita respondebit τὸ καταβλέπειν verbo Despicere, sicut ἀναβλέπειν verbo Suspicere. Quæ obiter de verbo καταβλέπειν hic dixi, oblata occasione, quòd inter alia ex βλέπω composita collocatum non fuerit) Apud Hesychium legimus Καπιλλωπτῶ expositum καταφρονῶ: quod καταφρονῶ in propria significatione, si præpositionis ratio habeatur, cum καταβλέπω cõuenit. Sed vel Καπιλλωπτῶ itidem, vel Καπιλλώπτω reponẽdum apud eum fuerit. Cæterùm & COMP. Ἐπιλλωπτῶ habuisti paulo antè ex Suida: sed eum verisimile est, vt compositum, ita & ipsum simplex verbum aliter quàm scholiastem Aristophanis exposuisse.

Ἰλλαίνω, est etiam Oculos contorqueo, seu distorqueo, διαστρέφω τοὺς ὀφθαλμούς, vt Gal. apud Hippocratẽ exp. At Pollux scribit ὀφθαλμὸν ab Hippocrate ἰλλαίνειν dici τὸν διάστροφον ἠλλοιωμένον. quam expositionem sequendo esset neutrum hoc verbum ἰλλαίνειν. Ex eodẽ Hippocr. in lib. 3, De morbis, affertur PASS. Ἰλλαίνεσθαι: vbi scribit, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται. Legitur etiam COMP. Καπιλλαίνω in v. l. cui datur eadẽ illa significatio quæ verbo καπιλλωπτῶ data modò fuit: videlicet Deiectis oculis irrideo. Conuenit autem cum expositione quam habet apud Hesych. καπιλλώπτειν. at enim

enim esse καταμωκᾶσθαι. quo verbo exponi etiam καταμώκησιν à Pausania lexicographo, dictum paulo antè fuit. A

AT VERO Σιλλαίνω, vt eiusdem formæ, ita eiusdē deriuationis est: (ac, si Etymologo credimus, eandem etiam cum ἰλλαίνω significationem habet. exponit enim στραβίζω, id est Sum strabo, Oculos distortos habeo, seu Oculis distortis intueor) sed quum Ἰλλαίνω fiat ex solo nomine ἴλλος significante oculum, videtur Pollux existimasse Σιλλαίνω fieri ex σείω & nomine ἴλλος. Postquā enim scripsit, οἱ δὲ ἴλλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἴωνικῶς ὠνόμασαν. σιλλαίνειν δὲ, τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς. vnde, inquit, τὸ χλευαστικὸν ποίημα σίλλος. Quam Pollucis expositionem sequentes quidam interpretātur σιλλαίνω, Irridendo seu per ludibrium oculos agito, seu moueo. Cæterùm quod Pollux scribit σιλλαίνειν esse σείειν τοὺς ὀφθαλμούς, facit vt minus dubitem reponere ἴλλους (id est ὀφθαλμούς) apud Suidam: vbi scribit σιλλαίνω esse τὸ τοὺς ἵππους κινεῖν. At Hesychius σιλλαίνειν & σιλλοῦν exponens διασύρειν & μωκᾶσθαι, ait dici ἀπὸ τοῦ τοὺς ἴλλους σαλεύειν, id est τοὺς ὀφθαλμούς. Et paulo ante apud eundem, σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει. Hoc certè constat, generaliter accipi σιλλαίνω pro Dicteriis irrideo, Dicteriis & conuitiis aliquē proscindo, Dicteria & conuitia in aliquē iacio, Dicaciter alicui illudo, seu salsè. Diog. Laert. de Timone Phliasio, qui illud poematis gen⁹ scripsit, ἐν οἷς [id est, in quibus σίλλων libris] οἷς αὐ σκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. Eustathius de Homero, ἐν οἷς αὐτός τι τὸν Θερσίτην σιλλαίνει καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. Ex Luciano affertur verbum hoc σιλλαίνειν copulatum cum ἐπιγελᾶν. Apud eundem extat & COMPOS. Διασιλλαίνω, quod eandem illam irridendi significationem habet: in fine Lexiphanis, καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. Vt porro Σιλλαίνω, ac Διασιλλαίνω, ita ETIAM Σιλλόω, ῶ, ET Διασιλλόω, ῶ, dici sciendum est, atque adeo idem Pollux alio in loco cum Κωμῳδεῖν, Διακωμῳδεῖν, Διασύρειν, Διασκώπτειν, Χλευάζειν, aliisque nonnullis huiusmodi ponit hæc tria, Σιλλαίνειν, Σιλλοῦν & Διασιλλοῦν. Sed ποιητικώτερα esse tradit Σιλλαίνειν: addens, καὶ Σιλλοῦν, Διασιλλοῦν. Apud Hesychium legimus σιλλοῖ expositum μωκᾶται, & ψέγει, necnon κακολογεῖ. Etymum autem illud quod modò ex eo attuli, commune, vt opinor, esse voluit huic verbo σιλλοῦ cum illo σιλλαίνω. Nam præterquam quòd rationi consentaneum est vt eandem vtriusque deriuationem esse dicamus, ita scriptum est apud eum, σιλλαίνειν, σιλλοῦν, τὸ διασύρειν, &c. Si enim σιλλαίνειν per hoc σιλλοῦν exponere voluisset, dixisset σιλλαίνειν, τὸ σιλλοῦν. Fortasse autem scripserat σιλλαίνειν καὶ σιλλοῦν. Suidas habet Σιλαίνει vnico λ scriptum, & exponit μωμᾶται, item διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει. Sed non dubito quin librarii incuria alterum λ eo in verbo prætermissum fuerit. Verùm dicam de hac scriptura & infrà, vbi agam de nomine Σιληνός. (De σιλλαίνω autē exposito τοὺς ἵππους κινεῖν, dixi suprà) Affert alioqui & Ælius Dionysius apud Eustathium VERBVM Σιλοῦν scriptum vnico λ: quod exponit τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠρέμα παραφέρειν ἐν τῷ διαφαυλίζειν καὶ διασύρειν. Vbi forsitan aliquis reponendum existimet σιλλοῦν cum λλ. verùm sciendum est proximè præcedere apud Eustathium NOMEN Σιληνοί, quod itidem vnico λ ibi scribitur. (licet à σιλλαίνω hoc quoque deriuet) sicut & ab aliis scribi consueuit. Sunt autem σιληνοί, vt ille ait, οἱ σιμοὶ τινες κωμικοὶ τὰ εἰς ὄρχησιν καὶ εἰς Διονύσου παιδιάς. Ab Hesychio autem σιληνοὶ exponuntur Satyri: licet apud Platonem tanquam diuersi ponantur. Scimus alioqui passim SCRIBI Σειληνός, & hoc nomine illum bellum Bacchi nutricium seu pædagogum vocari. Itidémque σειληνοὶ plur. de illis dæmonibus saltatoribus, vt σειληνοὶ καὶ σάτυροι, apud Platonē. Atque adeo altera etymologia quæ nomini illi tribuitur, postulat vt prima syllaba cum ει scribatur. dicitur enim ita vocatus παρὰ τὸ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. Sed apud Suidam legimus, Σιληνὸς ὁ Διόνυσος, παρὰ τὸ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. AT VERO Σιληνός, ὁ γέρων, διὰ τὸ ι, παρὰ τὸ σείεσθαι ἄλις. Extat & tertia

illa scriptura apud eundem, Σιλληνός. verùm hoc exponit σαλὸς & φλύαρος: à verbo σιλλαίνω, quod est φλυαρεῖ. quæ etiam expositio verbi σιλλαίνω superioribus addenda est. Verùm, vt ad verbum σιλλαίνειν redeam, sciendum est, quum Pollux à σιλλαίνω velit esse NOMEN Σίλλος, contrà Eustathium existimare verbum illud ab hoc nomine originem ducere. Qui tamen non habet singul. Σίλλος, sed PLVR. Σιλλοί, cum accentu in posteriore. Σιλλοί, inquit, sunt quoddam genus poesis comicæ: & qui hanc tractabant, σιλλογράφοι vocabantur. Atque ita ludere, appellabatur σιλλαίνειν. Equidem magis analogiam seruare videtur formatio verbi σιλλαίνω à nomine σίλλος seu σιλλοί, quàm contrà formatio nominis σίλλος à verbo σιλλαίνω: sed vicissim, siue etymum spectes quod à Polluce, siue id quod ab Hesychio affertur, minus verisimiliter nomini tribuetur. At verò etymologici autor huic nomini illud etymum tribuit quod Pollux ipsi verbo ἰλλαίνειν. Postquam enim scripsit σίλλοι de scommatibus dici. (nam apud eum reponendum est ἐπὶ σκωμμάτων, aut certè ἐπὶ σκώμματος) perinde acsi diceretur τίλλοι, (quòd VERBO Τίλλειν vsus sit Anacreon pro σκώπτειν) addit significare etiam irrisorium poema, παρὰ τὸ διασείειν τοὺς ἴλλους, καὶ διασύρειν τῷ σχήματι τῶν ὀφθαλμῶν. Cæterùm quum prius numerum pluralem σίλλοι afferat, postea singulari σίλλος vtitur: scribens, ὁ γὰρ σίλλος λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς περιέχων μέτρῳ ἐκφέρεται ἐπὶ ... Habet & Suidas σίλλος singul. num. a quo exponitur μῶμος, & μῶμος, & κακολογία, & χλευασμός. Quod autem ad deductionem attinet, magis mihi quoque placet, verbum illud ab hoc nomine deriuari, quamcunque originem habeat. quæ enim affertur, in dubium vocari posse videtur. Interim inter has diuersas de deriuatione illa opiniones hoc saltem constat, à nomine Σίλλοι esse factum illud COMP. Σιλλογράφος, Sillorum scriptor: id est, carminum dicacium seu mordacium, & dicteriis ac conuitiis atque adeo maledicentia refertorum. A quo erit NOMEN Σιλλογραφία, Sillorum scriptio. Fuit autem inter σιλλογράφους celeberrimus Timon Phliasius, philosophus scepticus seu Pyrrhonius. cuius poemata vocabantur σίλλοι, vt apud Athenæum, Eusebium, Diogenem Laertium, videre est. ex quibus hic σίλλων tres libros commemorat, in quibus, vtpote scepticus, omnes dogmaticos philosophos λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει, idque per parodiam.

Nunc de VERBO Διλλίλλω agere non incommodum esse videtur, & interiecta de verbo σιλλαίνειν disquisitione, aliam de verbo διλλίλλειν interiicere: quoniam vt σιλλαίνειν deduxerunt quidam ἀπὸ τοῦ σείειν τοὺς ἴλλους, ita διλλίλλειν nonnulli deriuatum dixerunt ἀπὸ τοῦ δινεῖν τοὺς ἴλλους. Pollux exponit τοῖς ὀφθαλμοῖς παραβάλλειν. (ita enim apud eum legendum est, non τοῖς ὀφθαλμοῖς, vt habent typographicæ editiones, éstque commissus idem error & in vulg. lexicis, in verbo Παραβάλλω) Est autem τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλειν, (quod ex Aristophane puto sumpsisse Pollucem, sed mutantem τὠφθαλμὼ in τὼ ὀφθαλμώ, & vocem passiuam in actiuam: quum legatur apud eum, καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλεται, per ει Atticè pro παραβάλλῃ) Limis oculis toruisque aspicere, Oculos intorquere, vt Bud. vertit. Quidam verò interpretātur etiam Conniuere oculis. quam interpretationem non ita facilè admittere possim. Sed vtramcunque demus illis verbis, nō videtur apta fore verbo διλλίλλειν, quod per illa exponitur: quum διλλίλλειν sit apud Homerum Circumspectare, & oculos huc illuc vertere: παραβλέπειν καὶ δινεῖν τοὺς ἴλλους (id est τοὺς ὀφθαλμούς) ὧδε καὶ ἐκεῖ. vt inquit Eustathius in hunc locum Homeri, Iliados ι, Τοὺς δὲ πολλ' ἐπιτέλλων γέρων ἱππότα Νέστωρ, Διλλίλλων ἐς ἕκαστον, Oculos in vnumquemque vertens, seu flectens, per vices videlicet. At breuium scholiorum autor vult esse vel τοῖς ὄμμασι διανεύων, vel παραβλέπων. Additque, ἀπὸ τοῦ δινεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. quod δινεῖν mihi suspectum est. Sequendo autem illam priorem expositionem, tale esset quale Nictare Latinis. At ex Apollonio affert Cam. διλλίλλειν pro Conniuere, vt sagittarii solent quò certius colliment: Arg. lib. 3, ὀξέα διλλίλλων,

Ἴλλω, ὦ, de re eadem dictum fuisse videtur de qua præcedentia, ἰλλώπτω (cum suis compositis) & ἰλλωπῶ, necnō ἰλλαίνω. Inuenitur enim nomē verbale apud POLL. Ἀνίλλωμα: & verbum comp. apud EVST. Ἐπιλλῶ. Exponit autem ἀνίλλωμα Poll. ἀνάβλεμμα: quo videtur voluisse significare intuitum eius qui oculos cælum versus attollit: quum ipsemet aliquanto antè dixisset καπιλλώπτει (pro quo legendum puto καπιλλώπτει) esse καταβλέπτει ἐπὶ χλευασμῷ. Et paucis verbis interiectis, καὶ ἀναβλέπτει μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπτει δὲ εἰς τὴν γῆν. Fuerit igitur ἀνίλλωμα tāquam ab Ἀνιλλόω, ῶ. At verò compositum illud Ἐπιλλῶ dubitari possit an ab ἰλλὸς deduci debeat, (si tamen ab ἴλλος discedendum sit) an potius ab Ἐπιλλος, quod Eustath. παράστραβον significare tradit. illud autem ἐπιλλῶ exp. μυκτηρίζειν.

Ἴλλω quoque, quum composita habeat ad eandem significationem pertinentia quam in præcedentibus verbis vidimus, atque adeo ipsum sonet interdum Oculis cōniuere, (vt quidē Cam. tradit, vbi compositū ὑπίλλειν exponit, nullo tamen testimonio eam exposit. confirmans) eodem meritò referetur: licet alioqui ei insit alia significatio minimè huc pertinens, de qua dicendum postea erit. Sciendū est igitur extare apud Eustathium COMPOS. Ἐπίλλω, quod exponit, ὀφθαλμοῖς καταμωκῶμαι, id est, oculis irrideo. Hanc autem significationem cum multis præcedentibus communem habere videmus. Ab eodem COMPOS. Ἐπιλλίζω, (quo vtitur Homerus, Odyss. σ, in principio, Οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες;) exponitur ἐπινεύω ὀφθαλμοῖς ἐπιδίω, id est Oculis innuo. Sic autem & breuium scholiorum autor ἐπιλλίζουσιν in illo Homeri loco exponit διὰ ὄμμασι διανεύουσι. at Hesychius simpliciter διανεύουσι: item ἐπιλλώπτει. quod posterius verbum ei loco minimè conuenire potest: quum ipsemet poeta addat proximè sequente versu, Ἐλκέμεναι δὲ κέλονται. Camerarius putat exponi posse Nutu instigant, aut etiam Sibilis instigant. Sed posterior hæc interpretatio etymologiæ huius verbi minimè quadraret. Cæterùm apud eundem lexicographum (Hesychium dico) legitur participium ἐπιλλίζουσα expositum καταμωκωμένη. (vt paulo antè ἐπιλλω exponebatur ὀφθαλμοῖς καταμωκῶμαι) Est autem illud ipsum participium, id est ex eodē loco sumptum, vnde & illud quod Suidas exponit ἐπιγελῶσα, & ἐπινεύουσα διὰ ὀφθαλμοῖς. Additque, id proprium esse noctuarum, quod interdiu non cernant. Sed mendosè apud eum legitur ἐπιλλίζωσα per ω in tertia syllaba: quum tamen paulo antè habeatur ibi recta scriptura, vbi ἐπιλλίζω exponit διανεύω. Esse autem ab ἴλλω verbum istud testatur etiam Eustathius. Idem tamen alibi, exponens verbum διαδίδωμι, & dicens esse ἀπὸ τοῦ ἴλλεις: addit, ἐξ οὗ ἰλλοί, οἱ στραβοί· ἀφ' οὗ τὸ ἰλλίζειν καὶ τὸ Ὀδυσσεία ἐπιλλίζειν. At ego, si ἐπιλλίζω non aliam haberet quàm eam quæ ex Homero allata fuit significationem, nimirum τὸ διανεύειν διὰ ὀφθαλμοῖς, non video cur ab ἰλλοί potius quàm ab ἴλλω deduci hoc verbum deberet. Ideóque non dubito quin Eustathius hoc scribens, ad illam τοῦ καταμωκᾶσθαι significationem respexerit, quæ tam apud Hesychium quàm Suidam extat: vt nimirum sit καταμωκᾶσθαι, id est deridere seu subsannare, oculos intorquendo, strabonum more: aut (si malis) Oculos in subsannando intorquere. Camer. interpretatur, Oculos in subsannando vel indignando comprimere, aut peruertere: affértque ex Apollonii Arg. lib. 1, Καί μιν ἐπιλλίζων ἠνίκετο κερτομίοισιν. Et libro 3, Ἀλλὰ καὶ ὧς φθιμένη μοι ἐπιλλίζουσιν ὀπίσσω. Sed mihi illud comprimere minimè placet, vtpote cum deriuatione non conueniens. Sciendum est porro Eustathium annotare posteros Homeri verbo isto ἐπιλλίζειν vsos esse ἐπὶ βασκανίας. quod si verum sit, dicendum erit, meo quidem iudicio, ἐπιλλίζειν esse etiam Intueri oculo obliquo, more eorum qui inuident: & inde accipi pro Inuidere. Quum autem dico Obliquo oculo, ad illum Horatii locum respicio, epistolarum lib. 1, Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Scio alioqui βασκανίας & fascinationem posse significare: sed pro inuidia potius accepisse illum scholiastem existimo. Hoc etiam addo: Si tantùm ἐπιλλίζω inueniretur, dici posset esse ab ἔπιλλος quod παράστραβον significat: sed quum & simplex VERB. Ἰλλίζω apud Suidam extet, expositum διανεύω, & Eustathius quoque eius mentionem faciat, rectè ex ἰλλὸς aut certè ἴλλος, ἰλλίζω, ex hoc autem ἐπιλλίζω factum dicemus. Iam verò & id quod Eustath. dicit, ἴλλειν esse πρωτότυπον verbi ἐπιλλίζειν, excusari potest, & cum illis quæ alibi dicit, conciliari: si intelligamus ex ἰλλὸς fieri ἴλλειν, vnde ἰλλίζειν, & per compositionem ἐπιλλίζειν. Nam & hæc à nomine illo fieri dicentur: sed non immediatè, vt ita loquar.

Ἴλλω alioqui significationem ab hac diuersam habet: sic tamen vt ea qua ponitur pro εἰλῶ seu συστρέφω, videatur occasionem deducendi ipsum ab ἰλλὸς præbuisse, quo significatur oculus: aut certè ab ἰλλὸς, quod de strabone dicitur. Verùm huic deductioni melius conuenit generalis verbi εἰλῶ significatio, (vt intelligatur in ea quoque significatione voluendi, qua dicitur aliquis oculos voluere: præsertim quū Aristoteles ἰλλομένην putarit etiam significare κινουμένην, vt docebo infrà) quàm illa verbi συστρέφω quam ei tribuit Eustathius, pro Conuoluo & velut conglobo in fascem: vt apparet ex iis quæ subiungit. Postquam enim dixit ἴλλω esse συστρέφω, addit, Vnde ἰλλὰς apud Iones, ὁ ἀπὸ λύγου δεσμός. item ἰλάδεν εἰς ἀγορήν. Confirmatur tamen aliquot deriuatis ista verbi συστρέφω significatio τῷ ἴλλω. Nam apud Hesychium est SCRIPTVM Ἴλλω, cum ω: quod exp. πλέκω, & συστρέφω, & δεσμεύω necnon ἀγχάλω. (quum tamen sciamus alioqui inueniri & vnico λ scriptum ἴλω, ad quod te remitto) Apud eundem legitur Ἰλλάζει: cuius prima PERS. Ἰλλάζω, exponenda fuerit ex eo, δεσμεύω, συστρέφω, ἀγκάζω. Quod autem apud eundem extat PARTICIP. Ἰλλόμενος, expositum περιστρεφόμενος, suspectum esse potest. Verùm vt ad ἴλλειν reuertar, legimus apud Nicandrum in Theriacis, Φεῦγε δ' ἀεὶ σκολιὴν τ' οὐκ ἰθεῖαν ἀτραπὸν ἴλλων. vbi huic participio voluendi significationem potius quàm aliam villam inesse puto. Nec verò nimis nouum videri debet Voluere iter, quū apud Virgil. legamus Reuoluere iter. Qui autem non rectam viam conficit, sed tortuosam & multos anfractus habentem, is quodammodo in orbem sua vestigia voluere videri potest. At scholiastes postquam dixit significari οὐκ ἐπὶ ἴσα ὁδὸν βαδίζειν, addit, τὸ δὲ ἴλλειν σημαίνει καὶ τὸ συνέχειν (ita enim reponendum putatur pro συνέχῃ) καὶ συωθεῖν. Sed quum ita scribit, Significat etiam συνέχειν, (si tamen ita scriptum reliquit) non videtur velle indicare significationem istam hoc loco habere. Vt porro ἴλλω est hic Voluo, (sequēdo ea quæ dixi) sic ἴλλομαι dicere possumus accipi pro Voluor, seu Moueor: sequendo eam Aristotelis expositionem quam dat participio ἰλλομένην apud Platonem in Timæo: vbi existimauit terram ἰλλομένην περὶ τὸν πόλον dici τὴν κινουμένην. Non ignoro alioqui Proclum, sequendo eam significationem de qua dictum fuit, exponere συνεχομένην, improbantem illam Aristotelis expositionem: & dicere ἴλλομαι esse σφίγγομαι, ac συνέχομαι. Suidas quoque ἰλλόμενος esse dicit δεσμευόμενος. quos sequēdo, redditur Ἴλλομαι, Vincior, Constringor, Contineor. Pro Vinciri apud Apollonium Rhodium legitur, Argon. lib. 2, — τοὶ γὰρ πέρι πείρασι γαίης Ἰλλόμενος χαλκέῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεύς. Itidémque libro 1, δεσμοῖς ἰλλόμενοι. (At verò apud eundem lib. 2, de leone, — ὁ δ' ἰλλόμενος περὶ ὄμμασι, scholiastes exponit στρεφόμενος, & συστρεφόμενος, quæ ad illam alteram verbi Volui significationem potius pertinent) Sic actiuum Ἴλλω, Vincio, Constringo. Item συνέχω, (vt scholiastes Aristophanis exponit) Contineo. Eodemque modo ἴλλεσθαι affertur ex Platone pro Contineri. nam apud eum in Timæo, ἰλλόμεναι τὰς τρίχας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἐρριζωμένας redditur Pilos actis radicibus in capite firmari & contineri. Sed alia fortasse quærenda interpretatio fuerit. Ab illa porro verbi ἴλλειν significatione qua pro δεσμεύειν ponitur, seu συστρέφειν, id est In fascem conuoluere, est illud NOMEN

Ἱμὰς, άντος, ὁ, quo significatur vinculum contortum, seu contorquendo factum: δεσμὸς συνεστραμμένος. Sed propriè dici existimatur de vinculo quod est ἐκ λώρου. Hom. Iliad. γ, — ὅς ὅτι βοὸς ἶφι κταμένοιο, βουκόλοι ἄνδρες ἱμάντ' οὐκ ἐθέλοντες βίῃ ἀέκοντες ἄγουσιν. Quinetiam Ionicum esse tradit Eustath.

Ἱμὰς est etiam genus κίχλης, id est turdi. quædam enim κίχλη ἰξοφάγος: quædam, τριχάς: quædam, eáque omnium minima, ἰλιάς & ab aliis τυλάς. Hæc Eustath. ex Athenæo, Athen. ex Aristot.

Ἰλλω habet & aliũ vsum. nam Gal. apud Hippocr. ἰλλειν poni tradit pro συγκλείειν, postquã ἀπιλλήθη apud eũ exposuit συγκλεισθῆ. (Sed ibi quædam exemplaria habent CIRCVNFL. Ἰλλεῖν) Eustathius autem pass. Ἰλλεσθαι exponit non συγκλείεσθαι, sed ἐκκλείεσθαι: quum scribit, ὅμοιον dictum esse de pisce ὅτι ἐν τῷ ἴλλεσθαι, quod est ἐκβάλλεσθαι, ἐκκλείεσθαι, στρέφεσθαι οὕτως. Sic autem apud ATTIC. Ἐξούλης δίκη (quod ille hinc deducit) est ὅτι τις ἐκκλείεται καὶ ἀπείργεται ὧν νέμεται, vt idem tradit. Nam χύματος εἴλαρ apud Hom. Od. ε, exponẽs, περὶ ἀσφάλειαν, ἢ φράξιν τὸ ἀπείργειν τὸ κῦμα λεγόμενον ἐκεῖσε τῆς ἀφρόν: addit, ex hoc εἴλαρ ἢ ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸ ῥήματος fieri vocem ἐξούλης. quum autẽ dicit καὶ ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸ ῥήματος, nõ dubiũ est quin intelligat ἴλλειν, vel potius ἐξίλλειν, quod per compositionem ex eo factum est: præsertim quum alibi scribat, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ἴλλειν γίνεται καὶ τὸ ἐξίλλειν ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἐξούλης δίκη. fateor alioqui eum alibi ab εἰλόμενος deducere hoc ipsum vocabulum ἐξούλης. Nam in Iliad. γ, Διὸς βουλῇσιν ἐελμένοι, exponẽs εἰλόμενος, & subiungens significari ἐκκλειόμενος τοῦ πολεμεῖν: paucis interiectis adiicit, hinc deriuari τὴν ἐξούλης δίκην apud Atticos, κρατουμένην ἐφ' οἷς ἐκκλείεταί τις ὧν εἶχε. Cæterùm vt eadem opera de hoc deriuato nomine ἐξούλης dicantur cætera quæ dicenda sunt, sciendum est, Pausaniæ apud eũdem esse δίκην τῆς ἐξείρξεως. Harpocrationi quoque ἐξούλης est actio quam intendunt ii qui dicunt se ἐξείργεσθαι τῶν ἰδίων, κατὰ τῶν ἐξειργόντων. id est, Actio quam intendunt ii qui dicunt se prohiberi suis, (id est, possessione rerum suarum) aduersus eos qui prohibent. Additque, esse dictum à verbo ἐξίλλειν, (hoc enim reponendum esse pro ἐξίλλειν, vel ex Suida disci potest) quo significari ἐξείργειν & ἐξωθεῖν & ἐκβάλλειν. addo autem ἐξείργειν ex eodem lexicographo. Apud Hesychium mendosè, ὅπερ ὕλλειν λέγεται, ὥσπερ ἐκβάλλειν. quum alioqui apud eundem habeatur suo loco VERBVM Ἐξιλλεῖν, (ita enim legitur ibi, non Ἐξίλλειν) expositum ἀπείργειν, κωλύειν, κλείειν, ἐκβάλλειν. Etymologus autem affert & ipse verbum illud ἐξίλλειν tanquam originem vocabuli ἐξούλης. quod ἐξίλλειν exponit κωλύειν & ἀπελαύνειν, vocabulum antiquum esse tradens. Verùm sciendum est, inueniri ETIAM Ἐξείλλειν cum ει in secunda syllaba, (AT HESYCH. Ἐξειλεῖν habet, exponens ἐκβάλλειν. Licet & altera scriptura apud eum extet, vt modò dixi, accentus tantùm sede differens) & exponi Possessione eiicere. Inuenitur autem apud Demosth. in oratione quæ inscripta est πρὸς Ὀλυμπιόδωρον βλάβης, Παντάινετον, pag. 81, οὐχ οὕτω ὁ μὲν νόμος, ἐάν τις ἐξείλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας, τότε δίκην τοῦτ' ἐγὼ δὲ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐξεῖλλον τοῦτον, ἀλλ' ὧν ἄλλος ἀπεστέρει, τούτων ἐγκρατῆ κατέστησα, καὶ παρέδωκα. Quæ Bud. ita vertit, Ego verò non solùm ipsum non eieci, sed vnde ab alio eiectus erat, ipsum in possessionem restitui. Ab eodem ἐξούλης δίκη redditur Interdictum vnde vi, & Iudicium de vi. Hæc quoque alibi tradit, Si is qui ad pignora capienda mittebatur, aut si creditor in bonorum possessionem missus, ab eo qui condemnatus erat, vi expellebatur, inde iam erat ἐξούλης δίκη contra vim inferentem: cumulabatúrque iudicium priuatum iudicio publico. Erat enim ἐξούλη quasi vis publicæ iudicium: non quòd publicum per se crimen esset, sed quòd mulcta in publicum committebatur. vt fit hodie, quum ex disceptationibus priuatis enascitur actio procuratori regis: cuius damnatio & mulcta cedit in fiscum. Inde illud à Demosthene dictum, oratione in Midiam, τί γὰρ δή ποτε, ἄν τις ὄφλων δίκην, μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησεν τὴν ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ; id est, Quánam enim de causa, si quis debitor est ob rem iudicatam, & non soluerit, lex iudicium de vi non iam priuatum esse voluit, sed in eum animaduertendum esse mulcta iussit in publicum cessura? Et inferius, sibi respondens, ἡγεῖτο ὅτι πάνθ' ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἁμαρτήματα καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης, quoniam quæcunque quis violenter facit, communes ex eo iniurias legislator esse censuit, aduersúsque eos perpetratas ad quos res ipsa non pertinebat. Idem alibi ad declarationem illius prioris loci, hæc annotat: Pecuniæ damnato tempus rei iudicatæ faciendæ præstituebatur. quo elapso, si iudicatum non faciebat, is secundum quem iudicatum fuerat, in possessionem bonorum damnati mittebatur. Qui si inde vi expelleretur, iudicium iam non priuatum sed publicum esse incipiebat: hoc est ἐξούλης δίκη quæ actio erat pœnalis. Huc autem pertinent ista Harpocrationis, δικάζονται δὲ ἐξούλης καὶ ἐπὶ τοῖς ἐπιτιμίοις εἰ μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ προσηκούσῃ προθεσμίᾳ, ὑπερημέρων γινομένων τῶν καταδικασθέντων. οἱ μέντοι ἐξούλης ἁλόντες, καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν ἃ ἀφῃροῦντο αὐτόν, καὶ τῷ δημοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα. Iũgitur igitur interdũ hic genit. ἐξούλης verbo λαχεῖν, & dicitur ἐξούλης λαχεῖν τινι, pro Alicui intẽdere iudicium vnde vi, Cum aliquo agere vnde vi. Aristides in Panegyrico metaphoricè vsus est, ὥστε ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τε δεῖ εἰπεῖν, οὐδ' ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλον γε ἢ τῆς μητρός τινι, Id est, Quo fit vt vnis (vt dici potest) ipsi simus, quibuscum nemo vnde vi agere possit ob regionem quam incolimus: non magis quàm matris cuiusque nomine experiri quisquam cum filio ipsius iure potest. Vel ita, Proinde vnis nobis hoc contigit vt iure nemo ipsis intẽdere iudicium vnde vi possit: non magis quàm cuipiam ob id quòd in possessione matris suæ sit. Quibus verbis significatur Athenienses αὐτόχθονας esse Atticæ, nec alios vnquam homines inde ab ipsis eiectos esse, vt aliis regionibus contigit. Perinde acsi diceretur, Cæteri mortales ita vrbes suas & agros ab se denominatos possident vt tamen in agrum alienum olim venerint, indéque antiquiores possessores eiecerint: Athenienses soli, vt αὐτόχθονες & indigenæ, ita solo suo incumbunt vt vtero materno. Quibuscum nemo ambigere de ipso solo potest, quasi iniuria occupauerint vt non idem etiam conqueri possit, quemuis nobilissimo vtero editum, primùm eam sortem occupasse. Hæc Budæus: à quo affertur & hic Basilii locus, vbi est, ἐξούλης χαρὶν φεύγειν: ex epistola quadam ad Olympium, οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν καὶ φιλοσοφίας τροφὸν τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων. οἶμαι γὰρ ἄν σε καὶ ἐξούλης χαρίεν ὑπ' αὐτῆς φεύγειν, εἴ τις αὐτῇ προσεγένετο λόγος.

Venio ad alia duo COMP. Κατίλλω & Ὑπίλλω. ex quibus prius illud ex Pausania lexicographo accipio, quum κατιλλάδα dici scribit quasi κατίλλουσαν καὶ καθείργουσαν. vbi καὶ καθείργουσαν ad participium κατίλλουσαν exponendum additur. Et quoniam hoc participio vtitur ad exponendum NOMEN Κατιλλὰς, tanquam inde deriuatum, de hoc quoque dicendum hîc fuerit. Legimus ergo apud Apollonium Rhodium, Argonauticωn lib. 4, Αὐτίκα δὲ Κρηταῖον ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θέοντας Νὺξ ἐφόβει, τὴν πέρ τε κατουλάδα κικλήσκουσι, Νύκτ' ὀλοήν. eámque noctem quam κατουλάδα vocari dicit, describens, adiungit, — οὐκ ἄστρα διίσχανεν, οὐκ ἀμαρυγαὶ Μήνης, οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἠέ τις ἄλλη ὠρώρει σκοτίη μυχάτων ἀνιοῦσα βερέθρων. Eustathius autem in hos versus, qui leguntur Odyss. ξ, Νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος· ὗε δ' ἄρα Ζεὺς Πάννυχος, αὐτὰρ ἄη ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφυδρος, annotat, talem noctem vocari etiam κατουλάδα, teste Pausania: nimirum ὡς κατίλλουσαν καὶ καθείργουσαν. Sic tamen dicit τὴν τοιαύτην νύκτα, id est talem noctem, (qualis nimirum ibi ab Homero describitur) vocari κατουλάδα: vt addat, fortasse tamen potius esse τὴν πυγολίδα & χιονοβόλον, cuius in sequentibus fit mentio. Verùm nequaquam hæc adiecisset Eustathius si hunc Apollonii locum legisset: nisi fortè ab eo dissentire voluisset. Apertè enim videmus, noctem quam κατουλάδα vocat, descri-

bi σκοτιζομένων, sicut est illa Homerica: cæteráque omnia ad tenebrarum itidem, non autem ad πηγυλίδος & χιονοβόλου νυκτὸς descriptionem pertinere. Sed & poetæ illius enarrator non aliam quàm σκότους significationem voce illa includi existimauit, quippe qui καπυλάδα exponat σκοτεινὴν. Sed apud eum est NOMINAT. Καπυλὰξ, cum ξ. qui quamuis apud Etymologum & Suidam itidem extet, non dubito tamen quin mendosè sit scriptus pro καπυλάς, quod in meo veteri lexico legitur. Etymologi quidem certè & Suidæ testimonia pro vno eodémq; haberi debent, quum ea quæ de illa voce traduntur, vnum ex altero descripsisse manifestum sit: potius tamen Suidã ex Etymologo sumpsisse, vel potius Suidæ collectaneis istud à quopiam infartum fuisse, ex eo conicio quòd in meo vet. ipsius Suidæ exemplari non habeatur. Sic verò & alia pleraque ex eodem Etymologo huic adiecta esse arbitror. Alioqui certè illum ex hoc sumpsisse dicendum foret, quum eadem planè sint. Verùm vt ad etymologiam veniam, (in qua à Pausania dissentiunt) eandem affert schol. Apollonii quam & ipse Etymologus, nimirum à voce ὀλοός. Sed ille dicit παρὰ τὸ ὀλοόν: hic autem, διὰ τὸ ὀλοῶν αὐτὴν εἶναι. Hesychius verò affert primum etymum illud quod ex Pausania attuli: (nisi quòd habet καπιλλοῦσαι, tanquam à verbo CIRCVMFL. Καπιλλέω, ῶ. vt suprà ἐξιλλεῖν itidem apud eum legi docui: habet item simplex εἴργουσαι, non compositum κατείργουσαι) sed addit rectius exponi τὴν καπυλάδα, vel ζοφώδη, καὶ συνεστραμμένην χιόνα ἀνέμοις. Cæterùm à scholiaste Apollonii ex Sophocle quoque afferri καπυλάδα νύκτα sciendum est. Alterum autem illud COMP. Ὑπίλλω, extat apud Sophoclem in Antigone, pag. 234, meæ editionis, Ὁρῶσι χ' οὗτοι, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα. quo in loco Eustath. vult hoc verbo includi itidem significationẽ τοῦ κλείειν. exponit enim, ὑποβάλλουσι κλείοντες, οἷα ἰδὰξ ἐν χείλεσι φωνῆς. At ipsius Sophoclis enarrator putat significare, διά σε τὸ στόμα συστέλλουσι, καὶ σιωπῶσι: vel, στρέφουσι διὰ τοῦ στόματος λόγους. Verbum ἴλλειν (inquit Camer.) est Conniuere oculis. ita nunc translatè dixit, illos quidem intelligere furere Creontem, sed non audere proferre: verùm in illius gratiam os continere. Idem alibi scribit ὑπίλλειν huic poetæ significare Mussitare, (sed addendum est nomen στόμα ipsi verbo, vt conueniat illa interpretatio) additque has expositiones: Tua gratia os comprimunt. Vel, Tibi peruerso sermone assentantur, quod aliquos maluisse dicit. Mihi simplicissima omnium videtur illa claudendi significatio, & maximè tuta: quum & ipsum simplex alicubi eam habere dictum sit.

Extat verò & aliud COMP. Ἀπιλλέω, ῶ, circumflexè: vt nimirũ antea ex Galeno habuisti CIRCVMFL. Ἰλλεῖν: (sequendo quædam exemplaria) ex Hesychio itidem CIRCVMFL. Ἐξιλλεῖν, necnon Καπιλλεῖν. Seruat autem & hoc Ἀπιλλέω illam verbi κλείειν significationem quæ simplici ἴλλω & quibusdam compositis data fuit. Nam pass. aor. ἀπιλλήθη, Gal. apud Hippocr. exponit συνεκλείσθη.

Quod sequitur vocabulum, post verbum Εἰλύω ponendum fuisset, sequendo meum vetus lexicum, pariterque Eustathium: huic autem Εἰλύω post Ἕλος, (id est, inter deriuata ab Ἕλος) si eidem lexico creditur, dandus locus fuisset: vt ex iis quæ inde proferam verbis apertè cognosces.

ἼΛΥΣ, ύος, ἡ, Limus. Redditur etiam Lutum: sed magis propriè Limus: quum dicatur de paludibus & fluuiis. Homerus Iliad. φ, Οὔτε τὰ τεύχεα καλὰ, τά που μάλα νειόθι λίμνης Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα. Quem in locum annotat Eustath. hoc vocabulum producere hic penultimam, quum alibi corripiat: & deriuari à verbo εἰλύω εἰλύσω, quod διαφορεῖται. Quum autem scribit, ὃ διαφορεῖται, perinde est ac si diceret οὗ ἡ γραφὴ διαφορεῖται. (Obiter autem obserua hunc vsum VERBI Διαφορεῖσθαι, grammaticis vsitatum, ac præsertim isti scholiastæ. Videtur autem sumpta hæc significatio ex eo verbi φέρεσθαι vsu quem habet quum dicitur, φέρεται ἡ τοιαύτη γραφὴ παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ, vel παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, vel apud alium. id est extat. Neque enim à ratione abhorret, vt φορεῖσθαι in compositione talem significationem verbi φέρεσθαι imitetur. Extat certè hic verbi φέρεσθαι vsus in eodem illo Eustathii loco, paulo post illud verbum διαφορεῖται. vbi de εἰλύω loquens, dicit, φέρεται αὐτὸ ἐν τῷ ι στοιχείῳ. Legitur porro apud eundẽ & γραφὴ διαφορουμένη) Quomodo autem scriptura huius verbi sit διαφορουμένη, paulo pòst docet: ex autoritate cuiusdã veteris lexici, in quo hæc tradi ait: Ἰλύσω, ἀποκαλύψω ἰλυῖ. De qua scriptura suam hanc coniecturã profert: ἐρρέθη δὲ ἴσως ἡ τοιαύτη γραφὴ, ἐκ τοῦ δοκεῖν παρηχεῖν ἐν τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἰλύος καὶ τὸ εἰλύσω· καὶ τοῦτο δεξαι ἑαυτῇ γραφῆναι τὸ ἰλύσει καὶ τῇ ἰλυῖ. Id est, Profecta est autem fortasse talis scriptura ex eo quòd in iis quæ retuli, viderentur ἰλύος & εἰλύσω efficere parechesin: adeo vt existimata sint eodẽ scribi modo ἰλύσει & ἰλύς. (Vbi obserua obiter & significationem VERBI Παρηχεῖν, à quo Παρήχησις figura, quæ qualis sit, suo loco declaratum fuit: ideóque verti Efficere parechesin, Græcam illam appellationem retinens. Possis alioqui reddi παρηχεῖν, Habere parechesin, vel Dici per parechesin. Aut denique, non retinendo vocem Græcam, Sono esse assimilia, vel Sonum affinem habere. Possis fortassis reddere etiam Sono inter se conuenire) Cæterùm quum dicit ἐν τοῖς ῥηθεῖσι, in iis quæ retuli, seu quæ relata fuerunt, aut etiam recitata: intelligit verba ex Homerico contextu sumpta. (ibi enim post Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα, sequitur, κὰδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισιν) Verùm quum Eustathius deriuet nomen istud ἰλύς à verbo εἰλύω, quidam contrà εἰλύω ab ἰλύς deductum esse existimabunt fortasse. Eustathii tamen sententia autoritate mei vet. lexici comprobatur: ac possit etiam (meo quidem iudicio) nominis ἰθύς exemplo comprobari, quod itidem ab ἰθύω deriuatum est. Sed quid vicissim pro altera deriuatione facere videatur, docebo in Ἰλύω, post Ἰλύς. Quod autem attinet ad alteram huius verbi SCRIPTVRAM, Ἰλύω, sciendum est eam apud Hesychium quoque extare, vndecunque eam sumpserit. Legitur enim apud eum ἰλύσω, expositum κρύψαι & καλύψαι. Atque adeo illud ipsum futurum quod in illo Homeri loco legitur, apud eum ι solo scriptũ est, nõ ει. Habet enim, ἰλύσω, ἰλυῒ ἀποκαλύψω, κρύψω. neque enim dubium cuiquam esse debet quin hoc futurum ex eo loco depromptum fuerit. Sed enim idem lexicographus alteram quoque scripturam & indidem sumptam affert, videlicet εἰλύσω, per ει: exponens ἐν ἰλυῒ κρύψω. In meo certè veteri exemplari illius poematis Homerici scriptura hæc, nõ illa, extat: & explicatur εἰλύσω, ἰλυῒ περιχώσω. Sciendum est autem, quemadmodum inuenitur altera illa scriptura cum ἰλύς conueniens, vtpote habens ι solum: ita vicissim inueniri per ει scriptũ NOMEN Εἰλύς, conueniente hac scriptura cum εἰλύω. habente ει. Legimus enim apud Hesychium, Εἰλύς, εἰλύος, ὁ πηλώδης τόπος, item Εἰλύος, πηλώδους. Habet alioqui & alteram scripturam idem lexicographus: sed aptius exponit eo in loco quàm in ἰλύς, sicut paulo pòst docebo. (Vt autem minus duplicem illam scripturam mirer, facit compositum εἰλυσπῶμαι, nam & sine ε inuenitur scriptum ἰλυσπῶμαι, vt annotabo & paulo pòst) Hoc quoque sciendum est, inueniri hoc futurum in quibusdam Homeri exemplaribus aspiratum, quum alioqui magis recepta sit eius aspiratio. Conuenit tamen tenuatio cum ea deriuatione quæ in illo meo lexico traditur: ab ἕλος nimirum: quanuis ne ibi quidem aspiretur, sed tenuetur. Ita enim scriptum est, Ἰλύς, ὁ πηλώδης

Digitized by Google

καὶ καθυγρος τόπος, ὅπου ἡ ὑπόστασις τῶν ὑδάτων. ἀπὸ τῆ ἴλυος γίνεται ἰλύω καὶ εἰλύω, ὅπερ σημαίνει ὄνομα ἰλύς. Vbi obserua inter alia vocabulū ὑπόστασμα in expositione, quod & apud Hesychium habetur. Nam ἰλὺς apud eum est πηλὸς & ὑπόστασμα. Quibus hæc subiunguntur, ἰλύος, ὑλώδους ὑποστάθμης ποταμοῦ. Sed his expositionibus præferenda videtur illa quæ datur ab eodem nomini εἰλύς, scripto per ει. videlicet τὸ πηλῶδες τῆ ποταμοῦ. sic tamen vt quamuis dicatur τῆ ποταμοῦ, non minus intelligendum sit τῆ ἕλους, siue τῆς λίμνης, vt in illo Homeri loco quem paulo antè protuli. At ἰλυῶ τῆ ποταμοῦ legimus cum alibi, tum apud Ctesiā, καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐν τῇ ἰλυῒ τῆ ποταμοῦ διαιτῶνται. Sic apud Plutarchum, in libro De exilio, ἰλυὸ ποταμῷ τῷ Ἀχελώῳ. Et Herodian. lib. 3. postquam dixit τὰ πλεῖστα τῆς Βρεττανῶν χώρας ἐπικλυζόμενα τῇ τῶ ὠκεανοῦ συνεχῶς ἀμπώτεσιν ἑλώδη γίγνεσθαι, subiungit, εἰς ἔθος ἐσὶ τοῖς ἐκεῖ βαρβάροις ἐννήχεσθαι τε καὶ διαθεῖν βρεχομένοις μέχρις ἰξύος. γυμνοὶ γὰρ ὄντες τὰ πλεῖστα τῶ σώματος, τῆς ἰλύος καταφρονοῦσι. vbi Polit. vertit Cœnum. Suidas datiui etiam pluralis ἰλύσι meminit, postquam enim ἰλὺς exposuit βόρβορος, addit, καὶ ἰλύσι τὰ πληθυντικόν.

Ἰλὺς, Fæx vini. Aristot. De gener. anim. lib. 3, ὥσπερ οἱ οἶνοι ἐν τοῖς ἀλέαις ἐξζέωνται, μιγνυμένης τῆς ἰλύος. Idem, διὸ καὶ ἀποθολοῦται ὁ οἶνος μιγνυμένης τῆς ἰλύος. At in vulg. lex. cōtrà annotatur, (sed non addito autoris nomine) vini fæcem non rectè dici ἰλύδα, sed τρύγα. Vbi etiam accus. ἰλύδα pro ἰλυῶ mihi valde suspectus est.

(ETIAM Ἰλεὸς apud Hesychium legitur, eandem cum ἰλὺς significationem habens. Exponit enim illud ἴλεος per hoc ἰλύς: cui subiungit βόρβορος. Sed addit ἴλεος)

Ἰλυσπάομαι, ῶμαι, locum hic habet, si verum est quod in meo lexico veteri legitur: nimirum dici quasi ἐν ἰλυῒ σπᾶσθαι. Postquam enim ibi traditum est, ἰλυσπᾶσθαι esse περιέλκεσθαι ὡς σκώληξι καὶ τοῖς ὄφεσιν ἴσως, additur, εἰρεῖ ἐν τῇ ἰλυῒ σπᾶσθαι. ὅπερ ἐστι ἐν τῇ γῇ κυλίεσθαι. At suprà, nimirum tom. I, col. 1128, est SCRIPTVM Εἰλυσπᾶσθαι cum ει. quæ scriptura apud Hesychium extat, & quidem cum illa ipsa expositione quam ex meo lexico attuli: videlicet περιέλκεσθαι τοῖς ὄφεσι καὶ τοῖς σκώληξιν ἴσως. (Sed habet etiam Εἰλυσπώμενος expositum εἰλούμενος: & Εἰλυσπᾶται, ἀπὸ τῶ αὐτὸ τὴν στρέφεται μετὰ καμάτου. necnō Εἰλυσπᾶν, συμπεσεῖν) Eustathius quoque ὄφεσι & σκώληξιν hoc verbum tribuit, id est serpētibus & vermibus, sed ita vt ex εἰλεῖσθαι & σπᾶσθαι compositum esse velit. exponit enim, ὁμοίως ὄφεσι καὶ σκώληξιν εἰλεῖσθαι καὶ σπᾶσθαι ἤγουν κινεῖσθαι. Affert tamen ἰλυσπᾶσθαι solo ι scriptum: sed tanquam vnum ex iis quæ duplicem scripturam admittunt, nimirum & per ει & per ι simplex. In vulg. l. affertur itidem hæc scriptura ἰλυσπᾶσθαι, & exponitur Serpentium instar aut vermium progredi. Additúrque, expressisse id Virgilium, vbi canit, Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto Squameus in spirā tractu se colligit anguis. Item vbi canit de anguibus itidem, — pars cætera pontum Ponè legit, sinuátq; immensa volumine terga. Alibi verò dicit, Longos dat corpore tortus. necnon, Nexantem nodis seque in sua mēbra plicantem. Verùm isti verbo cōuenire videtur præsertim ille primus locus in quo dicitur anguis rapere orbes per humum. Conuenit item verbum volui, quod alibi de angue itidem vsurpat. (à quo verbo est nomen Volumen, cuius ablatiuus & hic de illo vsurpatur) Respondet enim verbo εἰλεῖσθαι. (si tamen deriuationem hanc potius sequi oportet) Quòd verò dicit In spiram se colligere, eo videri possit exprimi σπᾶσθαι. parum enim placet hoc quidem in verbo exponere κινεῖσθαι, cum Eustathio. In iisdē lex. ἰλυσπᾶσθαι redditur Contrahi, & Prouolui: affertúrque ex Iosepho, De captiuitate Iud. ὅτι τὸ τεῖχος αὐτῶν, ἰλυσπώμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων καταπίπτει, præ vulneribus reuolutus corruit. Sed mihi parum placet hæc interpretatio, crediderim enim potius ἰλυσπώμενος dici de eo qui præ vulneribus firma vestigia figere non valens, reperet seu reptaret serpentum more. Sic certè apud Gregorium rependi significationem habere videtur, licet ad animum translatum, περὶ τὰ κάτω καὶ τὴν αἴσθησιν ἰλυσπώμενος, de eo qui nihil mysteriis diuinis dignum, sed terrena tantùm & humilia sapit. Sed & Horat. serpere humi dicit eum cuius poesis humilis est: eodémque sensu sermones repentes per humum appellat. In iisdē lexicis ἰλυσπώμενος redditur Contractus per limum. Sed parum aptè subiungitur hic Platonis locus in Timæo, ἰλυσπώμενα ἐπὶ γῆς: quum reddat Serpentia humi. de qua significatione dictum modò fuit. At in isto loco quem Suidas affert, εἰς πῶμα (hoc enim reponendum est pro πόμα) βοῶν ἔμπεσὸν τε καὶ ἰλυσπώμενον, ἕως ἀπεπνίγη, non male quis suspicetur, meo quidem iudicio, ἰλύος, id est limi, significationem hoc participio inclusam esse: quamuis ipse Suidas exponat simpliciter συνειλούμενον.

Ἰλυόεις, εσσα, εν, ὁ, Limosus. Qua in significatione dicitur ETIAM Ἰλυώδης: estque hoc magis in soluta oratione receptum. Apud Galen. autem αἷμα ἰλυῶδες redditur Sanguis fæculentus: ad Glauconem, αἷμα μέλαν καὶ παχὺ καὶ ἰλυῶδες.

Ἰλύω, Oblimo, Limo obduco, Limo obuoluo seu inuoluo. Vnde COMP. Καταλύω. ex cuius pass. Καταλύομαι est part. apud Xenophontem in Œconom. καταλυθεὶς, Limo obductus. vbi scribit, τῷ σίτῳ καταλυθέντι ὑπὸ τῶ πηλοῦ τῆς ἐκβολῆς αὖ ἐπικουρήσεις; Quum seges oblimata est, Quū seges limo obducta est. Cæterùm quamuis antea dictum sit quosdam gramm. nomen ἰλὺς ab εἰλύω deriuasse, & pro hoc εἰλύω scriptum etiam fuisse ἰλύω, minimè tamen dubium est quin ἰλύω, de quo nunc agitur, collocari hic possit post ἰλὺς, atque adeo collocari debuerit. De his enim deriuationibus hoc sentio: ἰλύω quod ab ἰλὺς deriuatur, eius significationem sequi, vel potius ab eo significationē suam accipere: εἰλύω autē, à quo deriuatur ἰλὺς, non item: sed in sua significatione manere, ea quidem qua ponitur pro Inuoluo. vt ideo ἰλὺς, id est limus, deducatur ab εἰλύειν, (pro qua deductione facit etiam altera scriptura illius nominis, VIDELICET Εἰλύς) quòd alicuius pedes inuoluat, ita vt in eo hærere cogatur. Ideóque minimè probare possum illam expositionem quam illi dant qui alioqui hanc ipsam deriuationem afferunt: vt videlicet sit ἰλὺς ab εἰλύειν siue ἰλύειν, significāte ἰλυῒ κρύπτειν, seu καλύπτειν, aut compos. ἐγκαλύπτειν. Atque adeo mirror quomodo in eo quoq; Homeri loco quem attuli Il. φ, futurum εἰλύσω exposuerint ἰλυῒ κρύψω, seu ἐγκαλύψω, quum à poeta adiungatur datiuus ψαμάθοισι. Ita enim ibi legitur, — κὰδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χεράδος περιχεύας. Quomodo autem duo hi datiui, ἰλυῒ, ψαμάθοισι, stare simul poterunt? Concurrere tamen eos necesse est, sequendo illam expositionem: hoc modo, κρύψω, seu ἐγκαλύψω, ἰλυῒ, ψαμάθοισι. Sed hæc expositio cuius verba cum verbis textus non cohærent, minimè mira mihi aut noua est, quòd alias huiusmodi obseruare me meminerim, in quibus videlicet verbum explicabatur alio verbo, cui additum erat nomen, quod obstabat quominus aptari textui illæ expositiones possēt. Quòd siquis in retinēda illa de qua nunc agitur expositione pertinacior esse vellet, ad eam quā affero rationē oculos claudens, eum interrogarē cur non itidem apud hunc poetam, vbi εἴλυον iungitur datiuis βελέεσσι & αἵματι & κονίῃ, vno eodémque in loco, (Iliad. π, — βελέεσσι καὶ αἵματι καὶ κονίῃ Ἐκ κεφαλῆς εἴλυντο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους) addendus his sit datiuus ille ἰλυῒ, & dicendum, ἐνεκάλυπτο ἰλυῒ, βελέεσσι καὶ αἵματι, &c. Sic vbi scribit, νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους, item εἰλυμένοι αἴθοπι χαλκῷ, item σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους: vbi denique alii cuipiam datiuo hoc verbum iungit. Cæterùm apud Hesych. legitur & præterit. PASS. Ἔλυται, expositum κέκρυπται, & καλυπτεται. ITEM Ἰλύαται, περιειλυμένοι εἰσί. Apud eundem alteram scripturam habent actiuum FVT. Εἰλύσω, (cuius antea memini) expositum ἐν ἰλυῒ κρύψω. PASS. Εἴλυται, καλύπτεται. ITEM Εἴλυτο, κατεκεκάλυπτο. (sed huic expositioni præfixa est alia haud itidem præcedentibus consentanea: videlicet κατεκέκλειστο) Et PARTICIP. Εἰλυθεὶς, καλυφθεὶς. Quinetiā ACT. Εἰλύει passiuè exponit ἐκρύπτετο. Apud eundem habemus Εἰλύεται, expositum non solùm εἰλεῖται, & συστρέφεται, & κρύπτεται, verùm etiam κακουργεῖ, & πηγανίζει, de quibus expositionibus differam paulo pòst, vbi agam de

bi συσπώμενα, sicut est illa Homerica: cæteráque omnia ad tenebrarum itidem, non autem ad πυγλίδος & χειροβόλου νυκτὸς descriptionem pertinere. Sed & poetæ illius enarrator non aliam quàm σκότους significationem voce illa includi existimauit, quippe qui καπυλάδα exponat συστολῆ. Sed apud eum est NOMINAT. Κάπυλαξ, cum ξ. qui quanuis apud Etymologum & Suidam itidem extet, non dubito tamen quin mendosè sit scriptus pro καπυλάς, quod in meo veteri lexico legitur. Etymologi quidem certè & Suidæ testimonia pro vno eodémq; haberi debent, quum ea quæ de illa voce traduntur, vnum ex altero descripsisse manifestum sit: potius tamen Suidã ex Etymologo sumpsisse, vel potius Suidæ collectaneis istud à quopiam infartum fuisse, ex eo conijcio quòd in meo vet. ipsius Suidæ exemplari non habeatur. Sic verò & alia pleraque ex eodem Etymologo huc adiecta esse arbitror. Alioqui certè illum ex hoc sumpsisse dicendum foret, quum eadem planè sint. Verùm vt ad etymologiam veniam, (in qua à Pausania dissentiunt) eandem affert schol. Apollonii quam & ipse Etymologus, nimirum à voce ἰλλός. Sed ille dicit παρὰ τὸ ἰλλεῖν: hic autem, διὰ τὸ ἀπαλῶ αὐτῶν εἶναι. Hesychius verò affert primum etymum illud quod ex Pausania attuli: (nisi quòd habet καπιλλοῦσαι, tanquam à verbo CIRCVNFL. Καπιλλέω, ῶ. vt suprà ἐξιλλεῖν itidem apud eum legi docui: habet item simplex ἰλλοῦσαι, non compositum καθείλλουσαι) sed addit rectius exponi τὴν κατιλλῆσαι, vel ζοφώδη, καὶ συνέχουσαι ἀνέμων. Cæterùm à scholiaste Apollonii ex Sophocle quoque afferri καπυλάδι νυκτὶ sciendum est. Alterum autem illud COMP. Ὑπίλλω, extat apud Sophoclem in Antigone, pag. 134, meæ editionis, Ὁρῶσι χ' οὗτοι, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα. quo in loco Eustath. vult hoc verbo includi itidem significationẽ τοῦ κλείειν. exponit enim, ὑποδάμνουσι κλείοντες, οἷα ὀδὰξ ἐν χείλεσι φωνῆς. At ipsius Sophoclis enarrator putat significare, διὰ σὲ τὸ στόμα συστέλλουσι, καὶ σιωπῶσι: vel, στρέφουσι διὰ σὲ τὸ στόματος λόγους. Verbum ἰλλεῖν (inquit Camer.) est Conniuere oculis. ita nunc translatè dixit, illos quidem intelligere furere Creontem, sed non audere proferre: verùm in illius gratiam os continere. Idem alibi scribit ὑπίλλειν huic poetæ significare Mussitare, (sed addendum est nomen στόμα ipsi verbo, vt conueniat illa interpretatio) additque has expositiones: Tua gratia os comprimunt. Vel, Tibi peruerso sermone assentantur. quod aliquos maluisse dicit. Mihi simplicissima omnium videtur illa claudendi significatio, & maximè tuta: quum & ipsum simplex alicubi eam habere dictum sit.

Extat verò & aliud COMP. Ἀπιλλέω, ῶ, circumflexè: vt nimirũ antea ex Galeno habuisti CIRCVNFL. Ἰλλεῖν: (sequendo quædam exemplaria) ex Hesychio itidem CIRCVNFL. Ἐξιλλεῖν, necnon Καπιλλεῖν. Seruat autem & hoc Ἀπιλλῶ illam verbi κλείειν significationem quæ simplici ἴλλω & quibusdam compositis data fuit. Nam pass. aor. ἀπιλλήθη, Gal. apud Hippocr. exponit συνεκλείσθη.

Quod sequitur vocabulum, post verbum Εἰλύω ponendum fuisset, sequendo meum vetus lexicum, pariterque Eustathium: huic autem Εἰλύω post Ἕλος, (id est, inter deriuata ab Ἕλος) si eidem lexico creditur, dandus locus fuisset: vt ex iis quæ inde proferam verbis apertè cognosces.

ἼΛΥΣ, ύος, ἡ, Limus. Redditur etiam Lutum: sed magis propriè Limus: quum dicatur de paludibus & fluuiis. Homerus Iliad. φ. Οὔτε τὰ τεύχεα καλὰ, τά που μάλα νειόθι λίμνης Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα. Quem in locum annotat Eustath. hoc vocabulum producere hic penultimam, quum alibi corripiat: & deriuari à verbo εἰλύω εἰλύσω, quod διαφορεῖται. Quum autem scribit, ὃ διαφορεῖται, perinde est ac si diceret οὗ ἡ γραφὴ διαφορεῖται. (Obiter autem obserua hunc vsum VERBI Διαφορεῖσθαι, grammaticis vsitatum, ac præsertim istis scholiastæ. Videtur autem sumpta hæc significatio ex eo verbi φέρεσθαι vsu quem habet quum dicitur, φέρεται ἡ τοιαύτη γραφὴ, παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ, vel παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, vel apud alium. id est extat. Neque enim à ratione abhorret, vt φορεῖσθαι in compositione talem significationem verbi φέρεσθαι imitetur. Extat certè hic verbi φέρεσθαι vsus in eodem illo Eustathii loco, paulo post illud verbum διαφορεῖται. vbi de εἰλύω loquens, dicit, φέρεται αὐτὸ ἐν τῷ ῥητῷ στιχίῳ. Legitur porro apud eundẽ & γραφὴ διαφορουμένη) Quomodo autem scriptura huius verbi sit διαφορουμένη, paulo pòst docet: ex autoritate cuiusdã veteris lexici, in quo hæc tradi ait: Ἰλύσουσι, περικαλύψω ἰλύϊ. De qua scriptura suam hanc coniecturã profert: ὡρμήθη δὲ ἴσως ἡ τοιαύτη γραφὴ, ἐκ τοῦ δοκεῖν παρηχεῖν ἐν τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἰλύος καὶ τὸ εἰλύσω· κἀντεῦθεν δόξαι ταὐτὸν γράφεσθαι τὸ ἰλύειν καὶ τὴν ἰλύν. Id est, Profecta est autem fortasse talis scriptura ex eo quòd in iis quæ retuli, videntur ἰλύος & εἰλύσω efficere parechesin: adeo vt existimata sint eodẽ scribi modo ἰλύειν & ἰλύς. (Vbi obserua obiter & significationem VERBI Παρηχεῖν, à quo Παρήχησις figura, quæ qualis sit, suo loco declaratum fuit: ideoque verti Efficere parechesin, Græcam illam appellationem retinens. Possit alioqui reddi παρηχεῖν, Habere parechesin, vel Dici per parechesin. Aut denique, non retinendo vocem Græcam, Sono esse assimilia, vel Sonum affinem habere. Posses fortassis reddere etiam Sono inter se conuenire) Cæterùm quum dicit ἐν τοῖς ῥηθεῖσι, in iis quæ retuli, seu quæ relata fuerunt, aut etiam recitata: intelligit verba ex Homerico contextu sumpta. (ibi enim post Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα, sequitur, κὰδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισι) Verùm quum Eustathius deriuet nomen istud ἰλὺς à verbo εἰλύω, quidam contrà εἰλύω ab ἰλὺς deductum esse existimabunt fortasse. Eustathii tamen sententia autoritate mei vet. lexici comprobatur: ac possit etiam (meo quidem iudicio) nominis ἰθὺς exemplo comprobari, quod itidem ab ἰθύω deriuatum est. Sed quid vicissim pro altera deriuatione facere videatur, docebo in Ἰλύω, post Ἰλὺς. Quod autem attinet ad alteram huius verbi SCRIPTVRAM, Ἰλύω, sciendum est eam apud Hesychium quoque extare, vndecunque eam sumpserit. Legitur enim apud eum ἰλύσω, expositum κρύψω & καλύψω. Atque adeo illud ipsum futurum quod in illo Homeri loco legitur, apud eum ι solo scriptũ est, nõ ει. Habet enim, ἰλύσω, ἰλύϊ περικαλύψω, κρύψω. neque enim dubium cuiquam esse debet quin hoc futurum ex eo loco depromptum fuerit. Sed enim idem lexicographus alteram quoque scripturam & indidem sumptam affert, videlicet εἰλύσω, per ει: exponens ἐν ἰλύϊ κρύψω. In meo certè veteri exemplari illius poematis Homerici scriptura hæc, nõ illa, extat: & explicatur εἰλύσω, ἰλὺϊ περισχήσω. Sciendum est autem, quemadmodum inuenitur altera illa scriptura cum ἰλὺς conueniens, vtpote habens ι solum: ita vicissim inueniri per ει scriptũ NOMEN Εἰλὺς, conueniente hac scriptura cum εἰλύσω habente ει. Legimus enim apud Hesychium, Εἰλὺς, εἰλύος, ὁ πηλώδης τοῦ ποταμοῦ. item Εἰλύος, πηλώδης. Habet alioqui & alteram scripturam idem lexicographus: sed aptius exponit eo in loco quàm in ἰλὺς, sicut paulo pòst docebo. (Vt autem minus duplicem illam scripturam mirer, facit compositum εἰλυσπῶμαι. nam & sine ι inuenitur scriptum ἰλυσπῶμαι, vt annotabo & paulo post) Hoc quoque sciendum est, inueniri hoc futurum in quibusdam Homeri exemplaribus aspiratum, quum alioqui magis recepta sit eius aspiratio. Conuenit tamen tenuatio cum ea deriuatione quæ in illo meo lexico traditur: ab ἕλος nimirum: quanuis ne ibi quidem aspiretur, sed tenuetur. Ita enim scriptum est, Ἰλὺς, ὁ πηλώδης

καὶ κάθυγρος τόπος, ἤγουν ἡ ὑπόστάθμη τοῦ ὕδατος. ἀπὸ τοῦ ἕλος A
γίνεται ἰλύος καὶ εἰλύω, εἶτα ῥηματικὸν ὄνομα ἰλύς. Vbi obser-
ua inter alia vocabulũ ὑπόστάθμη in expositione, quod
& apud Hesychium habetur. Nam ἰλὺς apud eum est πη-
λὸς & ὑπόστάθμη. Quibus hæc subiunguntur, ἰλύος, ὑπο-
στάθμης ποταμοῦ. Sed his expositionibus præfe-
renda videtur illa quæ datur ab eodem nomini εἰλύς,
scripto per ει. videlicet τὸ πηλῶδες τοῦ ποταμοῦ. sic tamen
vt quamuis dicatur τοῦ ποταμοῦ, non minus intelligen-
dum sit τοῦ ἕλους, siue τῆς λίμνης, vt in illo Homeri loco
quem paulo antè protuli. At ἰλυὸ τοῦ ποταμοῦ legimus B
cum alibi, tum apud Ctesiã, καὶ πλὴν μὲ ἡμέρας ἐν τῇ ἰλυϊ τοῦ
ποταμοῦ διαιτῶνται. Sic apud Plutarchum, in libro De
exilio, ἰλυὸ ποταμῷ τοῦ Ἀχελώου. Et Herodian. lib. 3. post-
quam dixit τὰ πλεῖστα τῆς Βρεταννῶν χώρας ἐπικλυζόμενα τοῦ
τοῦ ὠκεανοῦ συνεχῶς ἀμπώτεσι ἑλώδη γίγνεσθαι, subiungit,
ὡς ἔθος τοῖς μὲν βαρβάροις ἐννήχεσθαί τε καὶ διαθεῖν βουχαμβάοις
μέχρις ἰξύος. γυμνοὶ γὰρ ὄντες τὰ πλεῖστα τοῦ σώματος, τῆς ἰλύος
καταφρονοῦσι. vbi Polit. vertit Cœnum. Suidas datiui e-
tiam pluralis ἰλύσι meminit. postquam enim ἰλὺς expo-
suit βόρβορος, addit, καὶ ἰλύσι τὸ πληθυντικόν. C

Ἰλύς, Fæx vini. Aristot. De gener. anim. lib. 3, ὥσπερ οἱ
οἶνοι ἐν ταῖς ἀλέαις ἐξωθοῦνται, μιγνυμένης τῆς ἰλύος. Idem, διὸ
καὶ ἀναθολοῦται ὁ οἶνος μιγνυμένης τῆς ἰλύος. At in vulg.
lex. cõtrà annotatur, (sed non addito autoris nomine)
vini fæcem non rectè dici ἰλύδα, sed τρύγα. Vbi etiam
accus. ἰλύδα pro ἰλυὸ mihi valde suspectus est.

(ETIAM Ἰλὸς apud Hesychium legitur, eandem
cum ἰλὺς significationem habens. Exponit enim illud
ἶλος per hoc ἰλύς: cui subiungit βόρβορος. Sed addit ἴλεώς)
C. Ἰλυσπάομαι, ὦμαι, locum hic habet, si verum est quod in D
meo lexico veteri legitur: nimirum dici quasi ἐν ἰλυϊ
σπᾶσθαι. Postquam enim ibi traditum est, ἰλυσπᾶσθαι esse
περιστρέφεσθαι ὡς σκώληξι καὶ τοῖς ὄφεσι ἴδιον, additur, εἴρηται
ἐν τῇ ἰλυϊ σπᾶσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῇ γῇ κυλίεσθαι. At suprà, nimi
rum tom. 1, col. 1128, est SCRIPTVM Εἰλυσπᾶσθαι
cum ει. quæ scriptura apud Hesychium extat & quidem
cum illa ipsa expositione quam ex meo lexico attuli:
videlicet περιστρέφεσθαι ὡς ὄφεσι καὶ τοῖς σκώληξιν ἴδιον. (Sed
habet etiam Εἰλυσπώμενος expositum εἰλούμενος: & Εἰλυ-
σπᾶσθαι, περὶ τὸν αὐτὸν τόπον στρέφεσθαι ματὴ καμάτου. necnõ E
Εἰλυσπῶντα, συνεσπῶντα) Eustathius quoque ὄφεσι & σκώλη-
ξιν hoc verbum tribuit, id est serpẽtibus & vermibus,
sed ita vt ex εἰλεῖσθαι & σπᾶσθαι compositum esse velit.
exponit enim, ὁμοίως ὄφεσι καὶ σκώληξι εἰλεῖσθαι καὶ σπᾶσθαι:
ἤγουν κινεῖσθαι. Affert tamen ἰλυσπᾶσθαι solo ι scriptum:
sed tanquam vnum ex iis quæ duplicem scripturam
admittunt, nimirum & per ει & per ι simplex. In vulg. l.
affertur itidem hæc scriptura ἰλυσπᾶσθαι, & exponitur
Serpentium instar aut vermium progredi. Additurque,
expressisse id Virgilium, vbi canit, Nec rapit immen- F
sos orbes per humum, neque tanto Squameus in spirã
tractu se colligit anguis. Item vbi canit de anguibus i-
tidem, — pars cætera pontum Ponè legit, sinuátq; im-
mensa volumine terga. Alibi verò dicit, Longos dat
corpore tortus. necnon, Nexantem nodis séque in sua
mẽbra plicantem. Verùm isti verbo cõuenire videtur
præsertim ille primus locus in quo dicitur anguis ra-
pere orbes per humum. Conuenit item verbum volui,
quod alibi de angue itidem vsurpat. (à quo verbo est
nomen Volumen, cuius ablatiuus & hîc de illo vsur- G
patur) Respondet enim verbo εἰλεῖσθαι. (si tamen deri-
uationem hanc potius sequi oportet) Quòd verò dicit
In spiram se colligere, eo videri possit exprimi σπᾶσθαι.
parum enim placet hoc quidem in verbo exponere κι-
νεῖσθαι, cum Eustathio. In iisdẽ lex. ἰλυσπᾶσθαι redditur
Contrahi, & Prouolui: affertúrque ex Iosepho, De ca-
ptiuitate Iud. ὑπὸ τὸ τεῖχος αὐτὸν, ἰλυσπώμενος ὑπὸ τῶν τραυ-
μάτων κατέπεσεν, præ vulneribus reuolutus corruit. Sed
mihi parum placet hæc interpretatio. crediderim enim
potius ἰλυσπώμενος dici de eo qui præ vulneribus firma H
vestigia figere non valens, reperet seu reptaret serpen-
tum more. Sic certè apud Gregorium rependi signifi-
cationem habere videtur, licet ad animum translatum,
περὶ τὰ κάτω καὶ τὴν αἴσθησιν ἰλυσπώμενος, de eo qui nihil
mysteriis diuinis dignum, sed terrena tantùm & hu-

A milia sapit. Sed & Horat. serpere humi dicit eum cuius
poetis humilis est: eodémque sensu sermones repentes
per humum appellat. In iisdẽ lexicis ἰλυσπώμενος red-
ditur Contractus per limum. Sed parum aptè subiun-
gitur hic Platonis locus in Timæo, ἰλυσπώμενα ἐπὶ γῆς:
quum reddat Serpentia humi. de qua significatione di
ctum modò fuit. At in isto loco quem Suidas affert, τὸ
πτῶμα (hoc enim reponendum est pro πῶμα) βοιωτῶν ἔκειτο
σίτῳ καὶ ἰλυσπώμενον, ἴσως πεδίαις, non male quis suspice-
tur, meo quidem iudicio, ἰλύος, id est limi, significatio-
B nem hoc participio inclusam esse: quamuis ipse Suidas
exponat simpliciter συνειλούμενον.

Ἰλυόεις, εσσα, εν, ὁ, Limosus. Qua in significatione dicitur
ETIAM Ἰλυώδης: éstque hoc magis in soluta oratio-
ne receptum. Apud Galen. autem αἷμα ἰλυῶδες redditur
Sanguis fæculentus: ad Glauconem, αἷμα μέλαν καὶ πα-
χὺ καὶ ἰλυῶδες.

Ἰλύω, Oblimo, Limo obduco, Limo obuoluo seu inuoluo.
Vnde COMP. Καταλύω. ex cuius pass. Καταλύομαι est
part. apud Xenophontem in Œconom. καταλυθείς, Li-
C mo obductus. vbi scribit, τί δέ, ὅταν καταλυθῇ πη σῖτος τὸ πεδίον
τῆς ἀνάγκης αὐ ἐπικουρήσεις; Quum seges oblimata est, Quũ
seges limo obducta est. Cæterùm quamuis antea
dictum sit quosdam gramm. nomen ἰλὺς ab εἰλύω deri-
uasse, & pro hoc εἰλύω scriptum etiam fuisse ἰλύω, mini-
mè tamen dubium est quin ἰλύω, de quo nunc agitur,
collocari hîc possit post ἰλύς, atque adeo collocari de-
buerit. De his enim deriuationibus hoc sentio: ἰλύω
quod ab ἰλὺς deriuatur, eius significationem sequi, vel
potius ab eo significationẽ suam accipere: εἰλύω autẽ,
D à quo deriuatur ἰλύς, non item: sed in sua significatio-
ne manere, ea quidem qua ponitur pro Inuoluo. vt i-
deo ἰλύς, id est limus, deducatur ab εἰλύειν, (pro qua dedu
ctione facit etiam altera scriptura illius nominis, VI-
DELICET Εἰλύς) quòd alicuius pedes inuoluat, ita
vt in eo hærere cogatur. Ideóque minimè probare po-
ssum illam expositionem quam illi dant qui alioqui
hanc ipsam deriuationem afferunt: vt videlicet sit ἰλὺς
ab εἰλύειν siue ἰλύειν, significãte ἰλυϊ κρύπτειν, seu καλύπτειν,
aut compos. περικαλύπτειν. Atque adeo miror quomodo
E in eo quoq; Homeri loco quem attuli ex Il. φ, futurum
εἰλύσω exposuerint ἰλυϊ κρύψω, seu περικαλύψω, quum à
poeta adiungatur datiuus ψαμάθοισι. Ita enim ibi le-
gitur, — κὰδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χεράδος
περιχεύας. Quomodo autem duo hi datiui, ἰλυϊ, ψα-
μάθοισι, stare simul poterunt? Concurrere tamen eos
necesse est, sequendo illam expositionem: hoc modo,
κρύψω, seu περικαλύψω, ἰλυϊ, ψαμάθοισι. Sed hæc expositio
cuius verba cum verbis textus non cohærent, minimè
mira mihi aut noua est, quòd alias huiusmodi obseruá-
F re me meminerim, in quibus videlicet verbum expli-
cabatur alio verbo, cui additum erat nomen, quod ob-
stabat quominus aptari textui illæ expositiones possẽt.
Quòd siquis in retinẽda illa de qua nunc agitur exposi
tione pertinacior esse vellet, ad eam quã affero rationẽ
oculos claudens, eum interrogarẽ cur non itidem apud
hunc poetam, vbi εἴλυτο iungitur datiuis βελέεσσι & αἵ-
ματι & κονίῃ, vno eodémque in loco, (Iliad. π, — βελέεσ-
σι καὶ αἵματι καὶ κονίῃ Ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο ἐρυμέναι ἐς πόδας
ἄκρους) addendus his sit datiuus ille ἰλυϊ, & dicendum,
G ἐπεκαλύπτετο ἰλυϊ βελέεσσι καὶ αἵματι, &c. Sic vbi scribit, νε-
φέλῃ εἰλυμένος ὤμους, item εἰλυμένοι αἴθοπι χαλκῷ, item νε-
φέλῃ εἰλυμένοι ὤμους: vbi denique alii cuipiam datiuo hoc
verbum iungit. Cæterùm apud Hesych. legitur & præ-
teritum. PASS. Ἴλυται, expositum κέκρυπται, & καλύπτεται.
ITEM Ἰλύαται, περικεκαλυμμένοι εἰσί. Apud eundem alteram
scripturam habent actiuum FVT. Εἰλύσω, (cuius an-
tea memini) expositum ἐν ἰλυϊ κρύψω. PASS. Εἴ-
λυται, καλύπτεται. ITEM Εἴλυτο, κατεκεκάλυπτο. (sed
huic expositioni præfixa est alia haud itidem præce-
H dentibus consentanea: videlicet κατεκέκλειστο) Et PAR-
TICIP. Εἰλυθέντες, καλυφθέντες. Quinetiã ACT. Εἰ-
λυεῖ passiuè exponit ἐκρύβη. Apud eundem habemus
Εἰλύεται, expositum non solùm εἰλεῖται, & συστρέφεται, &
κρύπτεται, verùm etiam κακουργεῖ, & πανουργεῖ, de qui-
bus expositionibus differam paulo pòst, vbi agam de

Ἰλύει, cui itidem valde remotas à præcedentibus significationes tribuit.

Ἰλύσω ab Hesychio exponitur ἰλυῖ ἐγκαλύψω, apud Hom. vt dixi. item Ἰλύσαι, κρύψαι, καλύψαι. Sed habet præterea Ἰλύει expositum κοιμᾶται, & κτυπεῖ, item ὀκριβᾶ, διατείνει. At quid de his expositionibus tam diuersis à præcedēte sentiendū est? Equidē ad hoc Ἰλύω, quod ab ἰλὺς deriuatum est, eas minimè pertinere existimo: sed quódnam sit illud ἰλύω (id est quam deriuationem habeat) quod sibi illas vendicare possit, mihi ignotum esse, & fortasse ipsis etiam veteribus grammaticis fuisse dico. Præsertim tamē de duabus expositionibus id à me dictum intelligi volo, nimirum κτυπεῖ & ὀκριβᾶ. Nam quod attinet ad primā & vltimam, κοιμᾶται & διατείνει, eas suspicor esse à NOMINE Ἰλυὸς, SIVE Ἰλύα, quibus significatur latibulum ferarum, seu lustrum. Neque enim dubium esse potest quin Ἰλυὸς scribi possit, aut etiam scriptum fuerit, non minus quàm Εἰλυός: tum quòd pro Εἰλύω scriptum fuerit itidē Ἰλύω, vt abundè antea docui: tum verò quòd Ἰλύαι apud Hesychium extet, expositum, ὅθι τὰ θηρία αὐλίζεται, & φωλεοί. Quinetiā VERBVM Εἰλύει, (habens ει in prima) ab eo expositum itidem κοιμᾶται, sententiam meam, vel coniecturam potius, confirmare videtur. At in εἰλύεται magis etiam hæreo: quippe quod exponatur ab eodem lexicographo, non solùm εἰλεῖται, συστρέφεται, κρύπτεται, sed quoq; κακουργεῖ & παραποδίζει. Si tamen & hic coniectura locum habet, dixerim παραποδίζει quidem dici quatenus ii qui βαδίζουσι παραποδιστί, reptātia imitantur quodammodo: at verò κακουργεῖ, quòd οἱ κακοῦργοι soleant irrepere in ea loca vbi volunt κακουργεῖν. Sed ne mihi quidem hæc mea coniecturalia commenta satis placent: qui tamen hoc addo, posse facilius aliquam idoneam excogitari harum significationum rationem, quàm illarum duarum quæ dantur actiuæ voci ἰλύει, nimirū κτυπεῖ, & ὀκριβᾶ. Verùm cur magis has expositiones quàm alias plurimas quæ apud eundem lexicographum extant, mirabimur?

C. ἜΓΧΕΛΥΣ, υος, & εως, Anguilla. A nomine ἰλὺς & verbo χέεσθαι, vel ἴσχεσθαι. Nam Eustath. vult hoc nomen ἔγχελυς esse dictum ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλυῖ χέεσθαι, Etymol. autem, ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλυῖ ἴσχεσθαι. Athenæus libro 7, ἐκ τῆς ἰλύος esse deductum scribit, sed non addit quónam verbo huic nomini præfixo fiat ista compositio. Affert enim locum ex Aristophanis Equitibus, de anguillarum piscatoribus, quibus ad capturam aqua turbida & limosa seu cœnosa cōmodissima est. (Qui locus planè conuenit cum Gallico prouerbio, *Il fait bon pescher en eau trouble.* neque enim dubium est quin hoc ab iisdē piscatoribus originem duxerit) eique loco hæc subiungit, σαφῶς δηλοῖ ὅτι ἡ ἔγχελυς ἐκ τῆς ἰλύος λαμβάνεται· ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἐκ τοῦ ἐπικρατοῦντος. Quibus subiungit, poetam (id est Homerum) volentem ostendere fundum ipsum fluuii comburi, dixisse, Τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες. Mentionem enim ἐγχελύων factam ab eo esse ἰδικώτερον & κατ' ἐξαίρετον, vt fundum ardentis seu incensæ aquæ declararet. Extat autem locus ille Homericus Iliad. φ. vbi annotat Eustath. huius nominis ἐγχέλυες nominatiuum singularem esse ἔγχελυς, proparoxytone: & ita dictam fuisse παρὰ τὴν ἰλύν. sonare enim ἔγχελυς quasi quis dicat ἐν ἰλυῖ χεομένη. generari enim ἐκ τῆς ἰλύος, idque scribere Oppianum. Quod autem ad declinationem huius nominis attinet, eadem tradit quæ & Athenæus: vel potius affert quæ ab eo traduntur: nimirum vt nominatiuum esse ἔγχελυς, sic accusatiuum ἔγχελυν. sed pluralem sequi declinationem nominis πῆχυς, cuius genitiuus est πήχεως. dici enim ἐγχέλεων in genitiuo, & ἐγχέλεις in accusatiuo. Apud ipsum Athenæum tamen legimus in plurali tam ἐγχέλυς, quàm ἐγχέλεις. vt lib. 8, circa principium, ἐν τῷ Ἐλώρῳ ποταμῷ λαβεῖν (Νυμφόδωρος videlicet) καὶ ἐγχέλυς μεγάλας, &c. (Statim pòst autem ipse Athen. non ἐγχέλυς sed ἐγχέλεις dicit) Sic ἐγχέλεις Βοιωτίας apud eum, libro 1. Inuenitur etiam ἐγχέλυες: vt apud Aristot. De historia anim. lib. 8, ζῶσι δ' ἔνιαι ἐγχέλυες καὶ ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ ἔτη. (quum alioqui paulo antè dixisset, ἀποθνήσκουσι δὲ αἱ ἐγχέλυες οὐκ ἐπιπολάζουσαι, οὐδὲ φέρονται ἄνω, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων: itidémque genitiuum ἐγχελέων paulo antè vsurpat) Quinetiam ex Luciano afferunt v. lex. nominatiuum hunc ἐγχέλυες, itidémque accusatiuum ἐγχέλυας, & datiuum ἐγχέλεσι: & quidem partim fœminino partim masculino genere. Nomin. ἐγχέλυες masc. vbi scribit, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ἐκ τῶν χειρῶν διολισθαίνοντες. At verò datiuum, fœminino genere, ταῖς ἐγχέλυσιν ἀπεικάζει: itidémque accus. τὰς ἐγχέλυας. Reperio alioqui apud eūdem alteram illam declinationem qua dicitur ἐγχέλεις, cum alibi, tū in hoc Timonis loco, οὐδὲ μίαν αἰτίαν ἀπολαβεῖν παρ' ἐμοῦ βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐγχέλεις ὑπὸ χεροῖν τῶν δακτύλων δραπετεύεις οὐκ οἶδα ὅπως. Sic & apud Plutarchum ἐγχέλεις in accus. legimus, in lib. De prud. animalium, πολλὰς μὲν ἐγχέλεις ἱερὰς λεγομένας, τιθασοὺς χειροήθεις, ὥσπερ τὰς ἐν τῇ Ἀρεθούσῃ. Vbi obserua simul genus fœmininū: quod etiā multo frequentius me inuenire passim apud autores memini. Affert verò idē Athen. ex Aristotele & NOMEN Ἔγχελις, cum ι. (neque tamen genitiuus ἐγχέλεως inde esse putandus est, si ea quæ ex Eustathio modò allata sunt, sequi volumus: nimirum ita ab ἔγχελυς dici ἐγχέλεως, vt dicitur πήχεως à πῆχυς) At verò scholiastes Aristoph. in hunc Acharnensium versum, Σκέψασθε παῖδες τὴν ἀρίστην ἐγχέλυν, annotat, Atticos ἐγχέλυν, Bœotos ἔγχελιν appellare. Scribo autem ἐγχέλυν cum accentu in penultima, sicut apud vtrūque scriptū est, nimirum apud poetam & apud scholiastem. Quæ scriptura si mendosa non est, fuerit itidem NOMINAT. Ἐγχέλις, cum accentu in penultima scribendus. Sed eam suspectam mihi reddunt Suidas & Eustath. Ille enim eadem tradens, (vt alibi docui multa illum cum schol. Aristoph. habere communia) non ἐγχέλις habet, sed ἔγχελις. ita enim scriptum est apud eum, ἔγχελυς Ἀττικῶς, παρὰ Βοιωτοῖς δὲ ἔγχελις. Hic autem illum ipsum huius comici versum afferens, (in quo non ἀρίστην sed κρατίστην legit) habet ἔγχελυν proparoxytonè scriptum: sicut etiam dixerat paulo antè hoc nomen συμπαρεξωθεῖσθαι. Sed non tam Eustathii quàm Athenæi autoritate hîc nitendum est, quum ille ex hoc eum locum sumpserit, sicut & alios in quibus itidem ἔγχελυν & ἔγχελυς inuenies, libro 7. Putauit tamen Bud. veram esse illam, non hanc, scripturam: quippe qui illam in huius locum reponat, id est accentum ex antepenultima in penultimā transferat. Sed fieri potest vt ille idem Aristoph. & eius scholiastæ locus istud ei persuaserit. Habes porro apud eundem illum poetam, paucis versibus antè, ἐγχέλεις Κωπαΐδας, item τὰς ἐγχέλεις. Sic & in variis locis quos Athenæus profert, fœminino genere, non masculino, vsurpatum est hoc nomen.

Cæterùm ex illo Aristophanis loco cuius antea memini, de iis qui anguillas in aqua turbida & limosa piscantur, manauit prouerbium ἐγχέλεις θηρώμενος, id est Anguillas venans, seu captans, vt vertit Erasmus: qui etiam docet eos dici anguillas venari qui priuati compendii causa tumultus cient. Sumpsit autem hanc prouerbii istius expositionem ex Suida. ἐγχέλεις θηρώμενος, (inquit) ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων. Non dubium est certè (vt antè dixi) quin & Gallicum illud prouerbium, *Il fait bon pescher en eau trouble*, eandem originem habeat.

C. Ἐγχελυοτρόφος, VEL Ἐγχελεοτρόφος, Anguillarum nutritor, Qui habet viuarium seu viuaria vbi aluntur anguillæ. Athen. lib. 7, Ἀρχέστρατος δὲ χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι· ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν πειρᾶσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ. At verò apud Aristotelem, (in vulgatis quidem certè editionibus) non hæc, sed altera scriptura habetur. Nam lib. 8, De hist. anim. legimus in illis, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οἱ ἐγχελεοτρόφοι, ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ᾖ, ἀπορρέον ἀεὶ καὶ ἐπιρρέον ἐπὶ πλατυμώνων, ἢ κονιῶνται τοὺς ἐγχελεῶνας. ἀποπνίγονται γὰρ ταχύ, ἐὰν μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ. Sed quemadmodum ἐγχέλεις & ἐγχέλυας, item ἐγχέλεων & ἐγχελύων, sic ἐγχελεοτρόφος & ἐγχελυοτρόφος dici posse constat. Theodorus Gaza eo in loco ἐγχελεοτρόφοι vertit, Qui viuariis anguillariis dant operā.

C. Ἐγχελυωπὶς, ίδος, ἡ, Anguillæ aspectum habens. In v. l. est ἐγχελυώπιν, (ita enim ibi scriptum est, non ἐγχελυωπὶν)

genere neutro: eique tribuitur illa expositio, sed absq; A autoris nomine. Esse quidem certè poeticum potius quàm solutæ orationi vsitatum constat.

Ἐγχέλειος, ου, ὁ & ἡ, q. d. Anguillaris, seu Anguillarius. vt ἐγχέλειοι κρέας, Anguillaris caro, seu anguillaria, Anguillæ caro. Ex Aristoph. Acharn. ἐγχέλεια, siue τὰ ἐγχέλεια, pro τὰ ἐγχέλεια, subaudiendo κρέα.

Ἐγχελεών, ῶνος, ὁ, Viuarium anguillarium, vt vertit Gaza apud Aristot. Habes autem hoc nomen in loco quem ex eo protuli in Ἐγχελυοτρόφος.

Verbum ἱμείρω quod sequitur, quidam à nomine ἵμερος deductum esse putauerunt, quum ego contrà nomen istud ab illo verbo deriuatum esse arbitrer. Vtrocunque modo se res habeat, etymologia ab ἵεμαι si nomini ἵμερος conuenire potest, (nam hæc datur illi in meo veteri lexico) non minus verbo ἱμείρω conuenire queat. Sed & alias nominis huius etymologias afferam vbi de ipso agam.

-ἹΜΕΊΡΩ, ET ἱμείρομαι, Desidero, Cupio. B Interdum cum genitiuo, nónunquam cum infinitiuo. Homerus Odyss. κ, circa finem, Ὅς μοι ἀέλδοι ἐπέων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης Ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων. Sic apud Hesiodum, ἱμείρων φιλότητος. Et in Epigr. κύματος ἱμείρων. Itidemque apud Aristophanē, in Nubibus, τυχεῖν ὅπως γ' ὧν ἱμείρεις. οὐ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς. vbi obserua ἱμείρειν & ἐπιθυμεῖν de vna eadémq; re dici. (Sed & cum accusatiuo apud Sophoclem, in Œdipo tyrãno, pag. 151, meæ editionis, —γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι Προσήλθεθ' ἱμείροντες. Memini tamen C me alicubi hunc locū legere citatum cum alio participio) Cum infinitiuo autem, vt Odyss. lib. α. θανέειν ἱμείρεται. At voce actiua itidem vsus est Solon, Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι Οὐκ ἐθέλω. Sic Epigramm. lib. 1, Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον αἰθαλοῦσθαι. In soluta autem oratione aut nunquam aut rarò inuenitur ἱμείρω: at passiuo ἱμείρομαι vsus est Theodoritus, Eccles. hist. lib. 1, ἱμείρεται τῆς τῶν Ἱεροσολύμων θέας συνήψαμένος, καὶ ἐξαιτεῖ τὸν βασιλέα βουληθεὶς. Et lib. 5, de martyribus loquens, αὐτόματοι γὰρ ἐπῄεσαν, τὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς D πρόξενον λαβεῖν ἱμειρόμενοι θάνατον. Apud Herodot. autem legitur etiam pass. AORIST. 1, Ἱμέρθην, Desideraui, Concupiui. vt ἱμέρθη ἰδέσθαι, Videre desiderauit, Subiit eum desiderium spectandi, seu cupiditas.

Ἵμερος, ου, ὁ, Desiderium, Cupiditas, Cupido. A poetis ἵμερος dicitur αἱρεῖν aliquem, id est Desiderium capere aliquem, vel (mutata forma orationis) Aliquis teneri desiderio seu cupiditate rei alicuius. Hesiodus Erg. Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ. Hom. Il. λ, Σῖτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ. Apud eundem non infre- E quens est ἵμερον ὦρσε, & quidem cum genitiuo γόου, vt Il. ψ, circa principium, —μετὰ δέ σφι Θέτις γόου ἵμερον ὦρσε. Apud eundem Odyss. δ, legimus, —τοῖσι δ' ἄρα πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο. Alicubi autem ab eodem poeta dicitur ἵμερος ὦρτο, aut ὑπῆλθε. vt Odyss. π, Ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο. Vbi annotat Eustathius ἵμερον nō esse ἁπλῶς ἄλλοις ὄρεξιν, sed ἐπιθυμίας ἐπίτασιν: Latinè fortassis vsurpetur Libido hic potius quàm Desideriū, aut Cupiditas, & quidem cum gerundio Flendi: vt ἵμερος γόοιο, sit libido flēdi. Statius dixit etiam voluptatem F flendi, Epicedio in Glauciam Melioris: Iam flendi expleta voluptas? Sunt autem hoc vocabulo vsi quidam etiam solutæ orationis scriptores. Philo De mundo, τίνα τινὰ χρὴ νομίσαι τὸν δρόμον τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων, ἃ ὑπὸ πολλοῦ τε τοῦ ἑνὸς καὶ ποθεινοῦ τηλαυγῶς ἱμέρου πτερωθέντα, οὐ μόνον, &c. quæ Bud. ita vertit, Cuius tandem esse modi oculorum animæ cursum existimare debemus, qui præ ingenti ipsi desiderio perspicuè cernendi illud vnum, quasi alites facti, &c. Apud eundem aut certè alium eiusdem nominis scriptorem, legimus, lib. 1, De vita G Mosis, ὡς πολλοὺς ἵμερον ἐνσκήψασθαι τῆς ξένου τῷ πατρί.

Ἵμερος est etiam peculiariter Desideriū amatorium, id est, quo tenentur amatores. Hom. Iliad. ξ, Ὥς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Eurip. Medea, Καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος. Aristophanes in Ranis, Τοιοῦτος ἵμερός με διαλυμαίνεται. (vbi ἵμερος vocatur quod antea dictum fuit πόθος. Quum autem dixisset Dionysius, —ἐξαίφνης πόθος Τὴν καρδίαν ἐπάταξε, interrogat Hercules, sitne γυναικὸς πόθος, an παιδός) Latinè aptè reddi posse existimo cupidinem, non fœminino genere solùm, sed & masculino, dando videlicet huic nomini eum vsum quem Latini dant quum genitiuum personæ ei tribuunt, aut certè subaudiendum relinquunt. Atque adeo possimus, vt opinor, ἵμερος αἱρεῖ με in illo Homeri loco reddere Capit me cupido, vt dicitur à Virgilio Capta cupidine coniux, Æneid. 7. Sic apud Ouidium legimus, Quid sit amor, sentit, nostrique cupidine captus Vritur. Idem alibi, Viderat hanc Ianus, visǽque cupidine captus. Alioqui dici etiam potest aliquis vel aliqua tangi cupidine, & tactus seu tacta cupidine. vt Metamorph. lib. 10, —útque rudis primóque cupidine tacta, Quod facit, ignorans, amat, & non sentit amorem. C Dicitur etiā Correptus vel correpta cupidine: vt hoc in versu, Arsit enim magna correpta cupidine regis. vbi notādus est ablatiuus Magna, genere fœminino: quum alibi sæpe masculinum genus locis huiusmodi adhibeat. vt in eo quem paulo antè protuli, habes, primo cupidine, (falsò enim credita est hic vox Primo esse aduerbium) & Metamorph. lib 8, Altera iamdudum succensa cupidine tanto, Perdere gauderet quodcunque obstaret amori. Vbi etiam obserua cupidinem & amorem de vna eadémque re dici. vt in loco alio quem pau- D lo antè attuli, Quid sit amor sentit, nostrique cupidine captus Vritur. Item in loco qui ex eiusdem poematis lib. 10, allatus fuit. Obiter autem animaduertendus est hic vsus nominis Cupido hac in signif. genere masculino: (quem quidam ignorans, putauit Primo esse aduerbium in loco illo, — primóque cupidine tacta) quum vulgò afferātur quidem exempla ex Horatio nominis huius masculino itidem genere ab eo vsurpati, verùm non significantis τὸν ἐρωτικὸν ἵμερον, seu τὴν ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, id est amatoriam cupiditatem, sed sim- E pliciter cupiditatem. vt quum scribit Carm. lib. 2, Nec leues somnos timor aut cupido Sordidus aufert. Et l. 3, Eradenda cupidinis praui sunt elementa. Itidémque in aliis aliquot locis ita vtitur. Quod si Seruius obseruasset, nequaquam, postquam scripserat genera plerunq; confundi aut metri ratione, aut hiatus causa: in exemplum attulisset illum Horatii locum, Nec cupido sordidus aufert. Atenim dicet forsitan aliquis, in his quidem Horatianis locis esse apertā generis mutationē, & quandam in hac mutatione κακοζηλίαν: at verò a- F pud Ouidium, vbi Cupido vsurpatur ἐπὶ τοῦ ἐρωτικοῦ ἱμέρου, perinde esse acsi Bacchum pro vino, Cererem pro frumento vsurparemus. Verùm quòd & altero genere interdum eadem in re vtitur, facit vt credā potius simpliciter pro cupiditate accipi, sed peculiariter pro cupiditate amatoria: vt ἵμερος est peculiariter ἐπιθυμία ἐρωτική. Vtrocunque tamen modo se res habeat, satis constat, meo quidem iudicio, ex locis quos protuli, (quibus addere possem multos in quibus cupidus dicitur is qui amore captus est, tanquam ἐπιθυμητικῶς) aptè nos red- G dituros ἵμερον, cupidinem, in isto Homeri versu, (quem & antea protuli) Ὥς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Vbi hoc quoque obseruandum est, de re eadem vsurpari verbum ἔραμαι & nomen ἵμερον, vt cupidinem & amorē vidisti coniungi in quibusdā locis quos ex Nasone protuli. Nec verò apud Hom. de re eadē tantūmodo (vt in loco illo, ἔραμαι & ἵμερος de re eadē sed separatim dicūtur) dicta, sed copulata etiā inueniūtur φιλότης & ἵμερος, perinde acsi amorem & cupidinem copules: Iliad. ξ, Δὸς νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον, ᾧ τε σὺ πάντας Δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους. Vt autem in isto Ho-

meri loco dicitur Venus donare ἵμερον, quo non solùm A homines sed deos etiam domat, sic & apud Euripidem in Medea legimus hæc chori ad eandem deam verba, Μήποτ' ὦ δέσποιν' ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων τόξων ἐφίης (sed repono ἐφείης) ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν. Quinetiam in alio Homeri loco eidem deæ vel potius eiusdem deæ cesto illa duo φιλότης & ἵμερος tribuuntur: Iliad. ξ, Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, Ποικίλον. ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο. Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Πάρφασις ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Vbi Eustathius ex veterum quorundam autoritate tradit, φιλότητα qui- B dem, esse præsentium: at ἵμερον, absentium. Sed eos id non dixisse Homericè: id est, hoc non conuenire cum eo vsu quem apud Homerum habet nomen ἵμερος. Iouem enim dicere in sequentibus, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ: Iunonis videlicet ἵμερος, præsentis tamen. Potius igitur videri NOMINE φιλότης significari simpliciter φιλίας: & interdum quidem Veneream, vt isto in loco: nonnunquam verò τὴν ὁμοτεχνικήν. vt in versu hoc, φιλότητι μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν. At verò ἵμερον dici κυρίως ἐπὶ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας: ideóque videri inesse huic C nomini Æolicam vocem ἔρος: vt ἵμερος dictus sit quasi ἔρος ἐξ ἱμάντος ἀφροδισίου. Sed quod ad hanc deductionem nominis ἵμερος attinet, in ea ludere voluisse Eustathium suspicor: pro ludicra certe habendam censeo, etiamsi ab illo tanquam seriam allatam esse constaret. Sed in eo quoq; ab eo dissentio quòd ἵμερον vult propriè de amatoria cupiditate vsurpari, quum enim extet & verbum ἱμείρειν, seu pass. ἱμείρεσθαι, quo generaliter significatur Cupere, Desiderare, vt ipsum etiam nomen generalem cupiditatis seu desiderii significatio- D nem habeat, deinde peculiariter de amatoria cupiditate dicatur (id est, qualis est eorum qui amore capti sunt seu earum quæ amore captæ sunt) rationi consentaneũ esse videtur. Cæterùm quod de deriuatione nominis ἵμερος tradit, ἐκ τοῦ ἱμάντος, idem & de verbo ἱμείρειν: quũ tamen vnum quidem inde deriuatum esse, (fingamus enim veram esse illam deriuationem) deinde alterum ex eo factum dicendum foret. Verùm vt ad alias nominis ἵμερος deriuationes seu etymologias veniam, in meo vet. lexico ab ἵημι deductum esse traditur: quoniã E ὁ ποθῶν ἵεται ἐπὶ τὸ ποθούμενον. Sed non satis inter se cõuenire videtur quæ ibi scripta sunt: quia primùm dicitur ἵμερος, quo significatur ἐπιθυμία, esse à VERBO ἵημι, quod est ἐπιθυμοῦμαι: deinde in huius etymologiæ ratione quæ subiungitur, verbi illius ἵημι locum occupat verbum ἵεμαι, quod significationem illam nõ admittit quæ verbo ἵημι tribuitur. (cuius tamen exemplum desidero) Neque enim quum dicit ὁ ποθῶν ἵεται ἐπὶ τὸ ποθούμενον, possis ἵεται exponere itidem ἐπιθυμεῖται. Ibidem dicitur ἱμείρω esse ab hoc ἵμερος, quum ego F contrà hoc ab illo deductum esse & pro verbali haberi debere censeam. Quinetiam differentia nominis ἵμερος à nomine ἔρως ibidem hæc traditur: vt ἔρως quidem sit τὸ διὰ τῆς ὁράσεως ἐρᾶν: at ἵμερος sit, τὸ μετὰ τὴν ὄρεξιν ἐπιθυμεῖν. Quid verò Plato in suo Cratylo de nominis huius etymologia? Ex eo dictus est (inquit) ὅτι ἱέμενος ῥεῖ, καὶ ἐφιέμενος τῶν πραγμάτων, καὶ οὕτω δὴ ἐπισπᾷ σφόδρα τὴν ψυχὴν διὰ τὴν ἵεσιν τῆς ῥοῆς. Repono autem ibi ἕσιν spiritu aspero pro ἴσιν quod tenuatum est: vt conue- G niat hoc NOMEN ἕσις (quod an vsitatum sit, dubium esse queat) cum præcedente participio ἱέμενος, & eo significetur Cupiditas seu Desiderium: sicut ἱέμενος aspiratum pro ἐφιέμενος poni scimus. Atque adeo hoc ipsum ἐφιέμενος legit Ficinus, non ἀφιέμενος. cui libenter de hac lectione assentior, sed de præcedentis participii ἱέμενος interpretatione ab eo dissentio. Existimo enim illud simplex ἱέμενος non aliud esse quàm compositum ἐφιέμενος: & addi à Platone καὶ ἐφιέμενος tanquam per epexegesin. At ille ἱέμενος vertit Incita- H tus: itidémque verbale ἴεσιν Incitamentum, seu impetũ: vel ἱέμενος legẽs spiritu tenui, vel certè differentiam quæ statuitur inter VERB. ἵεμαι aspiratum, & inter VERB. ἴεμαι tenuatũ, confundens. quum ἵεμαι potius scribendũ existimetur in cupiẽdi significatione, at ἴεμαι pro Incitatus feror, seu Impetu feror. Illud autem verbale nomen ἕσις inuenitur & in alio eiusdem libri loco: vbi nimirũ dicitur νόησις esse ἡ τοῦ νέου ἕσις. Ibique rectius quàm hîc ab eodem interprete redditur, videlicet Desiderium. Verùm ibi quoque perperam scriptũ est ἴσις spiritu tenui. Cæterùm ab ipso Platone hæc vocis ἵμερος à VOCE Πόθος differentia statuitur, quòd qui ἵμερος vocabatur ὅταν παρῇ οὗ τις ἐφίετο, vocetur πόθος, ἀπογενομένου.

Ἵμερος, Cupido, deus. Apud Lucianum in dearum iudicio, Venus duos filios se habere dicit, Ἵμερον & Ἔρωτα. Eius hac de re verba sunt hæc ad Paridem, παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύο καλώ, Ἵμερος καὶ Ἔρως. Τούτω σοι παραδώσω, ηγεμόνε τῆς ὁδοῦ γενησομένω. Deinde vtriusque officium describens, simulque ad horum nominum originem respiciens, addit, καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλος παρελθὼν ἐς αὐτήν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν· ὁ δ' Ἵμερος αὐτῷ σοι περιχυθεὶς, τοῦτ' αὐτὸ ἔσται, ἱμερτόν τι ἔσῃ καὶ ἐράσμιος. Apud Pausaniã non solùm coniunguntur Ἔρως & Ἵμερος, sed illis additur Πόθος: in Atticis, pag. 32, Σκόπα δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ Πόθος, εἰ δὴ διάφορά ἐστι κατὰ ταὐτὸ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἔργα σφίσι. Apud Platonem quoque in illo Cratyli loco horum trium itidem mentio fit simul, verùm non itidem de personis sed de rebus dicuntur. Vbi tria illa nomina ἔρως, ἵμερος, πόθος, tribus Latinis cõmodè reddi possunt, amor, cupido, desiderium. At quum personarum (deorum videlicet) nomina sunt, tum NOMEN Πόθος aliam interpretationem postulat, quam fortassis in illa lingua reperire haud possit. Intelligitur enim (vt opinor) ille deus qui desiderium eius quæ amatur excitat, & dulci eius recordatione animum velut titillat. Quum autem idem cum ipsa actione desiderandi (vt ita loquar) nomẽ habeat, ne idem in Latina lingua fieri possit, obstat generis differentia: quum desiderium neutrius, non masculini, vt illud, generis esse sciamus: masculinum autem nomen eandem omnino vim habens nullum afferatur.

Ἵμερος est etiam id in oculis quo intuentium amor conciliatur. Pollux libro 2, de oculis loquens, postquã docuit oculos posse describi cum aliis appellationibus tũ his: γοργώδεις, μαρμαρυγὰς ἀφιέντες, seu αἴγλην aut αὐγὴν ἀφιέντες, ὑγροὺς, ἵνα γλαυκοί, subiungit, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον, ἵμερος. id est, Et quod ab illis defluit, ἵμερος. Sed debuit fortassis alio potius vocabulo vti quàm isto ἀπορρέον: præsertim quum postea περὶ δακρύων loquens, dicat itidem τὸ καταρρέον ἐκ τῶν ὀμμάτων. debuit inquã potius (meo quidem iudicio) illud ἀπορρέον expositioni vocis δάκρυον reseruare: nequis putaret intelligi illud ἀπορρέον, esse aliquid ὑγρόν: sicut de lacryma dicit τὸ καταρρέον ἐκ τῶν ὀμμάτων ὑγρόν. Miniméque ad hoc ὑγρὸν pertinere existimandi sunt qui DICVNTVR ὑγροὶ ὀφθαλμοί, vel lubrici & mobiles, vt Cicero loquitur: vel quales sunt oculi hominum qui ὑγροὶ vocantur, id est ἀκατάφοροι εἰς τὰς ἡδονάς, sequendo Hesychii & Suidæ expositionem: (nisi quod ex Hesychio scribendum esset ἐγκαταφερεῖς) cum qua optimè cõuenit quod apud Pollucem legimus, de cinædo, ei cum alias multas appellationes tribui, (quas recenset) tum has, ὑγρὸς & ὑγρόνους. (Vbi obiter obseruandũ etiã est hoc COMPOS. ὑγρόνους, vtpote in quo nomen ὑγρὸς ipsi etiam animo tribuitur, seu ipsi menti. est enim ὑγρόνους cui est ὑγρὸς νοῦς, seu habens ὑγρὸν νοῦν. adeo vt non malè conueniat ὑγρόνοις cum θήλεσι τὴν ψυχήν: quod ab eodem Polluce de cinædo itidem dicitur: sicut & γυναικίας ac γύννις) Oculus mollis non malè reddatur, meo quidem iudicio. licet aliam significationem habeant oculi molles in isto Nasonis loco, De remedio, lib. 1, Si malè dentata est, narra quod rideat illa: Mollibus est oculis? quod fleat illa, refer. Neque enim dubium est quin molles oculi hic dicantur qui facilè ad lacrymas mouẽtur: siue oculis tribuatur mollitia quæ à corde proficiscitur, (vt apud eũdem poetam legimus molle cor) siue molles oculi eo dicantur modo quo à nostratibus teneri. vox enim nostra *tendres* est Latina Teneri, id est facta ex hac. Vocamus autem *des yeux tendres*, vel *tendres à pleurer*, qui facilè ad lacrymas mouentur seu impelluntur. quod scimus à natura muliebri sexui multo

magis

magis quàm virili esse insitum. Legitur porro illud ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ cum alibi tum apud Ælium Dionysium, A
vbi exponens ἰλλώπτειν & ὑπιλλώπτειν, dicit esse, ὑγροῖς καὶ ἐπιμύουσι καὶ καταπίπτουσι ὄμμασι ἐμβλέπειν. Quocunque autem nomine Latino debeant exponi ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ, videntur esse ii qui aliquid procacitatis seu petulantiæ habent: & quales appellamus nostrate lingua *Des yeux attrayans*, vel *Des yeux affettez*. Ac certè conuenit illa significatio verborum ἰλλώπτειν & ὑπιλλώπτειν (id est quam illis tribuit Ælius Dionysius) cum ea quā habet COMPOS. Καταιλλώπτω, in isto epigrammat. B
versu, Τῷ γλυκερὸν καὶ θῆλυ καταιλλώπτοντι Πελάγῳ. neque enim hic καταιλλώπτειν de eo gestu oculorum dicitur quo vtuntur οἱ μυκτηρίζοντες seu καταμωκώμενοι. (de qua significatione dictum antea fuit) sed potius καταιλλώπτοντι exponere hic debemus eodem modo quo Ælius Dionysius ἰλλώπτειν & ὑπιλλώπτειν exponit. Certè quòd addatur θῆλυ, eo magis impellor vt credam istud καταιλλώπτειν illis ὑγροῖς ὀφθαλμοῖς conuenire, sequendo ea quæ de nominis ὑγρὸς significatione disserui. Iam verò & limi oculi videntur posse ὑγρῶν ap- C
pellatione comprehendi: ita quidem accipiēdo illam vocem vt ab Ouidio accipitur, vbi dicit, Limis subrisit ocellis. Ipsum certè etymum (si ab ἰλλὸς verba illa deducamus) planè interpretationem huiusmodi requirere manifestum est. Et hæc quidem obiter de his dicta sint: quibus quanuis non suus datus sit locus, id est is quem series alphabetica postulat, non minus tamen lectori quàm si ibi dicta essent, sunt profutura.

Ad ἵμερος autē vt reuertar, variis modis eū poetæ describunt. neq; enim dubiū est quin illi, quum canunt oculos esse in amore duces, (vt legimus apud Proper- D
tium, Si nescis, oculi sunt in amore duces) quum canunt oculos esse fores seu fenestras quibus intrat amor, quum sagittis quæ ex oculis puellarū prodeunt, peti se conqueruntur, (quò pertinent illi Anacreontis versiculi, Σπαράξ δὲ χαρίτας ἄμος Ἀπ' ὀμμάτων βάλλων με) quū alicuius puellæ oculos vocant loquaces, vel dicunt eos non tacere, (vt Naso, Non oculi tacuere tui) quum dicūt oculos fateri ignem, quū dicunt puellam oculis aliquid promittere, (quorum vtrūque apud eū- E
dem poetam legimus) quum puellam quampiam suos oculos rapuisse queruntur, (vt Naso, Tu quoque quæ nostros rapuisti nuper ocellos) aut quum inducunt vicissim puellam raptos seu ablatos sibi oculos querentem, (vt Medea Iasoni apud eūdem, Abstulerant oculi lumina nostra tui) quum denique oculos alicuius puellæ vocant sua sidera, (quod argutis oculis præsertim conuenire, ostendit ille Nasonianus versus, Argutos habuit, radiant vt sidus ocelli) non dubium est, F
inquam, quin poetæ quum hæc aliàque id genus plurima de oculis dicūt, ἵμερον illum de quo nunc agitur, describant. Verùm ex huiusmodi locis potius quid valeat vox ἵμερος, quàm quo nomine eā debeamus interpretari discimus: ac profectò quum existimem frustra quæsitum iri vocabulum Latinum quod vnum vni Græco respōdeat, si duobus aut etiā tribus vim eius expressero, lectori satisfecisse me putabo. Reddo igitur hic ἵμερος Amoris illicium in oculis, Amoris illices oculi, (aut simpliciter Illices oculi) Oculorum philtrum, seu Philtrum ab oculis prodiens, Aspectus G
amoris conciliator.

Ἵμερος tanquam venenū quoddam Veneris fingitur ab Euripide: vt inquit Eustathius, afferens hunc eius locum, μή ποτ' ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων τόξων ἐφίεις (nisi potius scribendum ἐφεῖς) ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν. Qui locus ex Medea huius poetæ est sumptus. inde enim & ipse eum antea protuli: scribens μή ποτ' ὦ δέσποινα, vt ibi legitur. Est porro hæc δέσποινα, Venus, ad quam sermo dirigitur. Non malè autem fortassis hunc etiam locum ad ea quæ περὶ ἱμέρου in proximo thémate di- H
cta fuerunt, referemus: vt intelligamus, ἵμερον, id est amoris illicium, quod ex oculis alicuius emanat, esse venenum quo Venus suas sagittas tingit. Alioqui potest etiam generalius accipi pro cupidine, (sicut antea hanc illi significationem dedi) eo sensu quo dicitur Captus vel capta cupidine, Tactus vel tacta cupidine: aut etiam cum aliis verbis, vt in præcedentibus docui.

Ἵμερος, est etiam certa quædam ᾠδή, id est cantilena, seu canticum: siue certæ cuiusdam cantilenæ nomen, aut cantici. Vide Pollucem lib. 4, cap. 7.

ADIECT. Ἱμερὸς est Desiderabilis, Desiderium excitans, Dignus qui desideretur. Sed reddi etiam potest Amabilis, Suauis. Affertur ex Anthol. epigrammatum & in superlatiuo gradu, ἱμερώτατον κάλλος. Ab Hesychio ἱμερόν exponitur ἐπέραστον, ποθεινόν. ἱμεροὶ autem, ποθεινοὶ & ἐπιθυμητοί: necnon ἀγαθοί, ἐρατοί, ἀγαπητοί, ἀγαθοί. Rarum tamen esse puto vocis huius vsum pro adiectiuo nomine: licet inueniatur & COMPOS. Ἱμερόφωνος, in eodem libro, pro Dulciloquus.

Est denique & proprium NOMEN Ἵμερος, vnius ex tyrannis Seleuciæ. Inuenitur alioqui & VOCAB. Ἱμέριος proprium itidem nomen. Apud Plutarchum De discern. adul. ab amico, est cuiusdam κόλακος nomen. Sic vocatus fuit & quidam rhetor aut sophista, cuius declamationes à me editæ fuerunt cū Polemonis & aliorum quorundam declamationibus. Meminit Suidas: apud quem legitur ETIAM Ἱμερία, & dicitur esse fluuius. (Sed perperā in Germanica editione pro Ἱμερία scriptum est Ἱμερίαν)

Ἱμερόεις, εντος, ὁ, Desiderabilis, Optabilis. Item Amabilis, Suauis, Gratus. In Anthol. epigrammat. ἱμερόεις dicitur cestus Veneris, (cui Homerus ἵμερον inesse perhibet) Αὐτὴ σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαζῶν Κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν. Homerus Iliados ε, valde apto epitheto, ἔργα γάμοιο appellauit ἱμερόεντα, hoc in versu, Ἀλλὰ σὺ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. Apud eundem legimus ἱμερόεν κιθάριζε, Iliad. σ, vbi ἱμερόεν aduerbialiter ponitur, Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμερόεν κιθάριζε. Quod verò apud eundem legitur Odyss. κ Πᾶσι δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος, mirum videri possit, propter hoc adiectiuum ἱμερόεις. quomodo enim γόος potest ἱμερόεις appellari? Sed ego existimo Homerum, cui frequens est ἵμερος ὑπὸ γόοιο, hoc loquendi genus voluisse in illud resoluere.

Ἱμερόεις est etiam ἐπιθυμητικὸς, si Suidæ, vel potius si vulgatis exemplaribus operis illius credimus. Eum enim ἐπιθυμητὸς scripsisse (quo & ἱμερτὸς ab Hesychio exponitur) magis verisimile est. Alioqui retinendo ἐπιθυμητικὸς, actiuam etiam significationem habere nomen illud ἱμερόεις dicendum erit.

Ἱμερτὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἱμερόεις. Sed hoc ἱμερτὸς habet potius formam nominis verbalis ab ἱμείρομαι. Eustathius illud ἱμερόεντα quod paulo antè ex Homero attuli, exponit ἱμερτά. Hesychio ἱμερτὸν est ἐπέραστον, & καλὸν, ποθεινὸν, ἐπιθυμητὸν, ἐράσμιον. Itidémque Suidæ ἱμερτὸς est καλὸς, ἐπέραστος, ποθεινός. Quas expositiones sequēdo, ἱμερτὸς erit (sicut & ἱμερόεις) Desiderabilis, Optabilis: item Amabilis, Suauis, Gratus: necnon Pulcher, seu Venustus. At vulg. lex. ἱμερτοῖσιν ὑδάτεσσι interpretatur liquidis aquis, in isto Apollonii loco, Ὅν Νύμφαι ἱμερτοῖσιν αἰγλήεντ' ὑδάτεσσι. Sed fidem huic interpretationi non adhibeo. In iisdem est SVBST. Ἱμερτὴς, redditum Desideratus: subiungitúrque Suidæ expositio ὁ ἐπιθυμητής: quum tamen hoc vocabulum ἐπιθυμητὴς minimè sonet Desideratus, sed potius Desiderator, Concupitor, si his vti liceat. Sed ἱμέρτης scribendum potius esset, meo quidem iudicio, in hac nominis ἐπιθυμητὴς significatione: at ἱμερτὴς sonaret ἐπιθυμητός: atque vt ἱμέρτης, ἱμέρτου, ita ἱμερτὴς, ἱμερτοῦ, declinandum esset. AT VERO Ἱμέρτη nomen Lesbi insulæ, est fœmin. illius Ἱμερτὴς: sed ex appellatiuo nomine in proprium quodammodo transibat quum ita vocaretur Lesbus. Huius autem appellationis meminerunt Hesychius & Eustathius. In iisdem illis vulg. lex. est NOMEN Ἱμεραῖος expositum Desiderabilis & Optabilis: quum tamen reperiam duntaxat hoc Ἱμεραῖος pro eo qui est ex Siciliæ vrbe cui NOMEN Ἱμέρα. Redditurque Himeræus, & Himerensis. Est verò & heroinæ cuiusdam nomen Ἱμέρα.

Sed à Suida affertur ETIAM Ἰμεράζε tanquam nomen cuiusdam anus, necnon ciuitatis. A

Ab ἵμερος est etiam VERBVM Ἱμείρω, idem significans quod ἱμείρω. (ex quo factum esse nomen illud ἵμερος antea docui) Legitur enim apud Hesychium & alium quempiam, ἱμέρει, ἐπιθυμεῖ, θέλει. Suspecta tamē esse potest vtrobique exemplaris fides. Nam ad Hesych. quod attinet, Germanica editio ex Aldina emendari potest. (Alioqui nō minus nouum videri queat ἱμείροις quod apud eum legimus, idem valens quod ἱμέροις, quàm ἱμέρει, idem valens quod ἱμείρει. Estque notandus ibidem ille accusatiuus ἱμείροις: habens NOMINAT. Ἵμεροι, significans ἔρωτας & πόθους: sicut ille ἱμείροις exponit ἔρωτας & πόθους) AT VERO Ἱμερώδης peculiarem quandam significationem habet, de puella B dictum pro Rem habere cū viro, Coire cū viro: quòd videlicet coitus seu concubitus ab amore proficisci soleat: vnde etiam amoris opus interdum à poetis appellatur. Sic apud Hippocrat. ἱμερωθῆναι Galenus exponit ἀνδρὶ μιγῆναι. Sed in vulgaribus lexicis affertur VERBVM Ἱμέρομαι, tanquam thema illius ἱμερωθῆναι: diciturque esse, prima significatione, Induco ad desiderium. Cui interpretationi fidem derogandam esse censeo.

Ἵμεξα autem in hūc locum reseruaui quòd dubium cuipiam esse possit vtrum in numero deriuatorum ex nomine ἵμερος censeri debeat. Significantur enim hac voce ἵμεξα flores & coronamēta quæ ad expiationes lustrationésque adhibebantur. Quæ expositio petita est ex Hesychio.

Nomen ἰξὸς, de quo nunc agere oportet, valde dubium est vbi poni debuerit: quum tres eius afferantur deriuationes seu etymologiæ, sed tales vt nulla earum fide digna esse videatur. Verùm qualescunque illæ sint, (quarum alioqui duæ Etymologi simul & mei veteris lexici autoritate nituntur: tertia autem solo lexici illius testimonio confirmatur, quod sciam) post tria hæc verba, vel potius post vnum ex his tribus, ponendum fuisset, Ἄγω, Ἴκω, Ἔχω.

ἸΞΟΣ,

ἸΞΟΣ, οῦ, ὁ, Viscum. Plutarchus in Coriolano, θήρας ὄργανον φέρουσα τὸν ἰξόν. Hesychio ἀσωλὶς est φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξὸς, id est, Planta è qua prouenit viscum. A Luciano metaphoricè vsurpatur in libro De scribenda historia. quum enim dixisset, μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν ἢ τειχῶν ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾶν, παρεὶς τὴν ἱστορίαν: subiunxit, ἀλλ᾽ ὀλίγον προσαψάμενος, τοῦ χρησίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβήσῃ, ἐκφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ πράγματι καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν λιχνείαν. Vbi Micyllus interpres metaphoram retinuit, interpretans ἰξὸν non solùm viscum sed & glutinum. ita enim locum hunc reddidit, Maximè autem temperantia quædam adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut fluuiorum: vt ne vim ac potestatem verborum ineptè ac præter rem ostentare velle videaris, tuúmque ipsius negotium agere, historia omissa: sed modicè adhibitis illis, vtilitatis & perspicuitatis tantùm gratia, mox inde digrediaris, visco seu glutino quod in hac re est, atque vniuersa tali gulositate euitata. Ego autem existimo ἰξὸν, id est viscum, vocari à Luciano materiam quam res ipsa præbet ostentādæ facultatis dicendi: quæ materia talis est vt quū quis in eius tractationem se immiserit, inde orationē suam expedire seu extricare non possit, sed ita hæc illi tenaciter adhæreat vt visco aues adhærere solent. Et quoniam in huiusmodi descriptionibus sibi placere & indulgere plerique historici solebāt, atq; auidè hanc ostentandæ λόγων δυνάμεως, id est, facultatis dicendi, siue eloquentiæ, (nō potestatis verborum, vt interpres reddit) occasionem arripiebant, ideo λιχνείαν quoque vocat. Hæc mea est de isto loco sententia, dum aliquis meliorem quampiam proferre visus fuerit. Est autem obiter notandus & NOMINIS λιχνεία metaphoricus iste vsus. C D E

Ἰξὸς est etiam planta quædam, teste Hesychio. Itidem certè à Latinis frutex quidam appellatur viscum. F

Ἰξὸς redditur etiam Arundo aucupatoria: quòd ab Hesychio exponatur κάλαμος ἰξευτικός. Vide Ἰξευτής.

Ἰξὸς, sicut & ἰξία, pro varice. vide Ἰξία.

Ἰξὸς tres habet etymologias, sed tales vt nulli earū multum fidei adhibeam. Ἰξὸς (inquit Etymologus) est ἡ παγὶς τῶν στρουθίων, id est, pedica passerum. (sic autem appellat, quòd visco veluti pedica seu compedibus irretiti teneantur. Et quòd peculiariter mentionem facit στρουθίων, conuenit cum ea expositione quam Hesychius nomini ἰξευτὴς tribuit, exponens στρουθοπάγης) Quibus adiungit, quasi ἄξος τις ὤν. nimirum παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὄρνεα. Vel (inquit) ab ἵκω, ἴξω, ἰξός: videlicet ὁ φθάνων μέχρις αὐτοῦ ἢ ἐπὶ αὐτὸν τὰ ὄρνεα μέχρις ἂν αὐτοῦ φθάνωσι τὰ πτηνὰ πετεινά. αὐτὸ τὸ ἰξὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ συνάγεται. Hactenus Etymologus. At in meo veteri lexico additur tertia deriuatio, à verbo ἔχω, significante κρατῶ. vt ab eius futuro ἕξω fiat ἑξὸς, quod mutetur in ἰξός. G

VERVM Ἰξοὶ Hesychio sunt etiam οἱ γλίσχροι καὶ φειδωλοὶ, id est tenaces & parci. In qua significatione minimè necesse puto aliam nominis illius deriuationem quærere. existimo enim esse metaphoricam, & vocari hominem parcum ἰξὸν, id est viscum, quòd manus tenaces habeat tāquam viscum, siue quòd omnia eius manibus, tanquam visco, inhærescant. Tale est quod nostrate lingua de quibusdam dicimus, Ils ont les mains gluantes: id est, Habent manus viscatas: de iis quorum manus quicquid attingunt, ad se attrahunt tanquam viscatæ. Atque adeo optimè conuenit & Græci vocabuli γλίσχροι & Latini Tenaces metaphora cum ea de qua nunc agitur: quum ipsum quoque viscum γλίσχρον & tenax appellari possit. Quæ quum ita sint, non video cur aliam hæc significatio deriuationem sibi postulet. quanuis enim non dicatur pluraliter ἰξοὶ, vt nec visca Latinè, à ratione tamen non abhorret vt si ἰξὸς vocetur aliquis qui tenax sit & parcus, perinde acsi nominaretur viscum: itidem plurali numero ἰξοὶ nuncupētur qui tenaces sunt & parci. Siquis tamen aliquid melius hac de significatione attulerit, id lubenter amplectar.

C. Ἰξοβόρος, ου, ὁ & ἡ, VEL Ἰξοβόρος. (q.d. Visciuorus) Visco vescens. Valétque idem & ἰξοφάγος, seu ἰξιφάγος, de quibus mox dicetur.

C. Ἰξοφάγος, ου, ὁ & ἡ, SIVE Ἰξιφάγος, idem quod ἰξοβόρος seu ἰξοβόρος, quæ proximè præcedunt. Sed quum generalem significationem hæc habeant, & de omnibus auibus dicantur quæ visco vescuntur, (quæcunque illæ sint) peculiariter de quibusdam turdis dicuntur. Nam ex tribus κιχλῶν (id est turdorum) generibus, vnū esse earum quæ ἰξοφάγοι appellantur, dictum antea fuit: ab Aristotele autem ἰξοβόροι, nomine idem significante, nuncupantur. Κιχλῶν δὲ εἴδη τρία (inquit, libro 9, De hist. anim.) ἡ μὲν, ἰξοβόρος· αὕτη δὲ οὐκ ἐσθίει ἀλλ᾽ ἢ ἰξὸν καὶ ῥητίνην.

C. Ἰξοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Viscum ferens, seu gerens. Apud Sophoclem in Meleagro, ἰξοφόρους δρῦς sunt αἱ ἰξὸν φέρουσαι, teste Hesychio. Apud Oppianum autem legimus ἰξοφόρους δόνακας, significantem τοὺς λιθίνους λύγους, vt scribit Eustathius. Neque tamen affirmat, sed dicit videri hoc velle significare.

Ἰξώδης, εος, ὁ & ἡ, Viscosus, Visci modo lentus, Tenax.

Ἰξιόεις, εντος, ὁ. Viscosus. quo vocabulo vtitur Palladius, licet in vulgatis dictionariis non extet. Redditur etiam Lethalis: de qua significatione dicam infrà, vbi agam de nomine Ἰξίας.

Ἰξεύω, Visco aues capio. Sed generalius Capto aues, Venor aues, (nam verbum venor ad eas etiam extenditur) Aucupor. VNDE EST Ἰξευτής, οῦ, ὁ, Auceps. Magis propriè q. d. Viscator. (sicut ἰξεύτρια redditur Viscatrix) Qui visco aues capit. Ab Hesychio exponitur VOCE Στρουθοπάστης, quæ sonat (vt opinor) Passerum captor, Qui passeres capit. Videtur enim compositum esse hoc nomen (quod vix antiquum esse credo) ex nomine στρουθὸς & verbo πάσασθαι. Et quòd passerum hîc peculiariter mentio fit, conuenit (vt antea docui) cum eo quod apud Etymologum legimus, ἰξὸν esse τῶν στρουθίων παγίδα. Vtuntur autem οἱ ἰξευταὶ, id est aucupes, καλάμοις siue δόναξιν, (id est calamis siue arundinibus) qui itidem ἰξευταὶ appellantur. Legimus enim in Anthol. epigramm. ἰξευταῖς καλάμοις, necnon ἰξευτᾷ δόνακι. (Quibus in locis ἰξευτὴς ponitur pro ἰξευτικός: de qua voce dicetur infrà) Horum autem calamorum fit mentio & à Bione in quodam elegantissimo idyllio, cuius initium est, Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος. (quod NOMEN Ἰξευτὰς Doricum est pro ἰξευτὴς) Sed afferam primos huius idyllii versus, vtpote aliquid etiam habentes ad ἰξευτῶν τέχνην pertinens: Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος, ἐν ἄλσεϊ δενδράεντι Ὄρνεα θηρεύων, τὸν ἀπότροπον εἶδεν Ἔρωτα Ἑσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον. ὡς δ' ἐνόασε, Χαίρων, ὤνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ, Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων, Τᾷ καὶ τᾷ τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευε. Quos versus olim Venetiis ita reddidi, primis ferè iuuentutis annis, Auceps fortè puer dum venaretur opaca In sylua volucres, infelix omen, Amorem Fronde super buxi vidit pallente sedentem. Tunc puer exultans, magna velut alite visa, Continuò viscum calamósque recolligit omnes, Insidiásque omnes volitanti tendit amori.

FOEM. Ἰξεύτρια, ET Ἰξευτρεία, Viscatrix. Sed crediderim, vt ἰξεύτρια est tanquam ab ἰξευτής, (sicut ποιητὴς habet fœmininum ποιήτρια) ita ἰξευτρεία esse tanquam ab adiectiuo mascul. ἰξευτρεύς. Plutarchus in libro De fort. Rom. καὶ γὰρ ἰδίας τύχης ἱερόν ἐστιν ἐν Παλατίῳ καὶ τὸ τῆς ἰξευτρίας, εἰ καὶ γελοῖον, ἀλλ' ἔχον ἐκ μεταφορᾶς ἀναθεώρησιν, οἷον ἑλκούσης τὰ πόρρω, καὶ κρατούσης συμπροσισχόμενα. Quæ Budæus ita reddidit, in ea quam edidit illius libelli interpretatione, Iam primùm igitur idiæ [id est priuatæ] fortunæ delubrũ in palatio situm est. est & ixeutriæ, [id est viscatricis] tametsi id nominis ridiculum est, sed non abs re tamen, translatione id dante, ac si dicas, tenaciter attrahentis quicquid illi hæsiſſet. Et hoc quidem in loco (vti vides) extat prior illa scriptura ἰξεύτρια, quæ magis mihi placet. At in alio eiusdẽ Plutarchi reperitur posterior ἰξευτρεία, vbi ipsemet interpretatur Viscata. Is legitur in Rom. quæst. seu problem. καὶ τί αὖ τις ἐπιζητοίη τὰς ἄλλας ἐπωνυμίας, ὅπου τύχης ἰξευτρείας ἱερόν ἐστιν, ἣν Βισκᾶταν ὀνομάζουσιν, ὡς πόρρωθεν ἡμῶν ἁλισκομένων ὑπ' αὐτῆς, καὶ προσισχομένων τοῖς πράγμασι; Extat verò & substantiuum NEVTRVM Ἰξευτήριον, quod redditur Aucupium. In vulg. lexicis habetur ETIAM Ἰξευτείας, quod exponitur, Quæ, tanquam viscum, procul existentia detinet. Sed mendosam esse hanc scripturam arbitror, & pro ἰξευτρείας per errorem irrepsisse, ex illo Plutarchi loco quem paulo antè protuli: præsertim quum expositio etiam cum illa cõueniat. Credibile est certè aliquem ex illo Plutarchi loco margini sui dictionarii adscripsisse, deinde alium inde hoc vocabulum describentem, non ἰξευτρείας (vt erat huius linguæ rudis) sed ἰξευτείας scriptum esse credidisse.

Ἰξευτικὸς, οῦ, ὁ, Ad aucupes seu ad aucupum artem pertinens. vt ἰξευτικὸς κάλαμος apud Hesychium: vbi scribit, Ἰξὸς, εἶδος φυτοῦ, καὶ κάλαμος ἰξευτικός. Sonat autem κάλαμος ἰξευτικὸς, q. d. Calamus viscatorius, seu Arundo viscatoria. (nam viscatrix arundo responderet potius illi præcedenti ἰξευτὴς κάλαμος) Ex Ouidio autem reddi potest Viscata arundo: vt ille dicit Aues fallere viscata virga.

Ἰξευτικὸς, si Suidam sequimur, capitur etiam pro ἰξευτὴς, id est Auceps, Qui visco capit aues. Nam ἰξευτὴς ab eo exponitur hoc nomine ἰξευτικός: & additur, ὁ δι' ἰξοῦ τοὺς ὄρνεις θηρῶν, ἤτοι κάλλης τινός. Sonabit autem propriè ἰξευτικὸς (dãdo illi eum etiam vsum quem alia eodem modo terminata obtinent) Peritus capiendi visco aues.

Ἰξία, ας, ἡ, etiam dicitur, eadem significatione qua ἰξὸς, pro Visco. Theophrast. De caus. plant. lib. 5, cap. 22, ἐπεὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φύεσθαι. Legitur apud eundem hac in significatione cum alibi, tum verò l. 3, De caus. plant. c. 16, vbi differit de arbore quæ πρῖνος vocatur, id est ilex: φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον, κόκκον τινὰ φοινικοῦν. ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὑφέαρ. ὥστε ἐνίοτε συμβαίνειν τέτταρας ἅμα καρποὺς ἔχειν αὐτήν· δύο μὲν, τοὺς ἑαυτῆς, δύο δ' ἄλλους τόν τε τῆς ἰξίας, καὶ τὸν τοῦ ὑφέαρος. καὶ τὴν μὲν ἰξίαν &c.

Ἰξία vocata fuit & quædam planta, quæ alio nomine chamæleon albus. Ideo autem ἰξίαν vocauerũt quia ἰξὸς (id est viscum) quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Dioscorides l. 3, c. 10, Χαμαιλέων λευκός. ἰξίαν ἔνιοι ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι περὶ τὰς ῥίζας αὐτοῦ. ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. Dubium porro esse posset vtrum à nominato ἡ ἰξία esset ille accusatiuus ἰξίαν, an potius ὁ ἰξίας pro eius nominatiuo haberi deberet: sed Plinius nominatiuum facit Ixia, non Ixias: si vulgatæ eius editiones non mentiuntur. Legimus enim l. 22, c. 18, ex Dioscoride, Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Et paulo pòst, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maximè circa canis ortum: (quomodo thura nasci dicuntur) vnde & ixia appellatur. Hoc vt mastiche vtũtur mulieres. Galenus quoque in lexico vocum Hippocrat. ἰξίνη interpretatur φύλλον τι λευκοῦ χαμαιλέοντος. Quæ VOX Ἰξίνη suspecta esse possit: atque adeo in vulg. lex. alia affertur lectio, nimirum ἰξίαν, & φύλλον: non addito tamen vllius veteris exemplaris testimonio. Ego ex quodam annotatũ reperio ἰξίνη quidem eodem modo, sed φύλλα pro φύλλον. Sciendum est porro Theophrastum lib. 9, cap. 13, De hist. plant. chamæleonis duo genera describentem, ἰξίας non meminisse, (vt annot. vulg. lex.) nec ἰξοῦ, id est visci, quod chamæleonis albi, vt tradit Dioscorides, vel vtriusque radicibus, Plinio teste, innascitur. AT VERO ὁ Ἰξίας alia esse videtur radix, (vt in iisdem annotatur) licet Galen. Simpl. lib. 8, chamæleonis nigri radicem aliquid δηλητήριον habere scripserit. Inter lethales enim radices separatim enumerari à Dioscoride τὸν ἰξίαν: scribente lib. 6, cap. 21, ἰξίας δὲ, ὃς καὶ οὐλοφόνον καλεῖται, ἐν τῷ πίνεσθαι ὁμοιόν τι ὠκίμῳ κατὰ τὴν ὀσμὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαίνει. (ita enim scribendum est, non εἶδός τι ὠκίμῳ) Nicander autem ἰξίαν periphrasticè appellauit ἰξόεν πῶμα, in Alexipharm. Ἰξόεν δ' εἴ τι μὲν τι δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα Οὐλοφόνον λάψειεν, ὅ, τ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε. (Vbi obserua obiter, ὠκιμοειδὲς ὄδωδε, conueniens cum eo quod Dioscorides dixit, ὅμοιόν τι ὠκίμῳ κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφαίνει. Obserua item VOCEM Οὐλοφόνον, quæ itidem apud Dioscoridem est nomen quo à quibusdam vocatur ὁ ἰξίας. adeo vt non simpliciter considerandum sit hoc vocabulum οὐλοφόνον tanquam epithetum, vt censuisse videtur scholiastes: quum exponit, τὸ οὖλα βλάπτον, ὅλον φονευτικόν. De hac autem voce οὐλοφόνον hæc Gorr. scribit: Οὐλοφόνον dicitur chamæleo herba: non omnis tamẽ chamæleo ita vocatur, vt quibusdam placet, sed tantùm is qui viscũ profundit. vnde Nicander in Alexipharm. οὐλοφόνον ἰξόεν dixit, quasi viscosum. Hæc ille: cuius de adiectiuo ἰξόεις sententia animaduertenda est: quum alioqui illi à quibus ἰξόεις redditur etiam Lethalis, ex hoc loco istius interpretationis occasionem sumpsisse videri possint. Nisi potius quoniam ἰξία est nomẽ certi cuiusdam medicamenti lethalis siue lethiferi, ideo ἰξόεις generaliter pro lethali accipi putauerunt. Scribit

verò εὐλόφωνον, cum accentu in antepenult. quæ scriptura apud Dioscoridem extat: quum apud Nicādrum alteram illam scripturam εὐλοφόνον habeamus) Reprehenditur porro Nicandri scholiastes, qui in illum eius locum annotarit ἰξίαν esse γένος τῆς σίλφης, τῇ χροιᾷ μέλαν: quum post Dioscoridem Aetius lib. 13, cap. 71, ἰξίαν non inter blattas sed inter radices venenatas reposuerit: itidémque Paulus libro 5, cap. 29, scribens, περὶ δηλητηρίων δὲ ῥιζῶν, χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θάψια, ἰξίας. Dicitur porro hoc venenum non solùm ὁ ἰξίας, sed etiam ἡ ἰξία. Affertur enim ex Galeno lib. 2 De antidotis, τῇ δὲ τὴν ἰξίαν πιούσῃ βοηθεῖ ἀψίνθιον μετ' οἴνου καὶ κασσείου. & ex Theophr. lib. 9, De hist. plant. ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἡ προσάγουσα καλουμένη. Plinius ἰξίαν interpretatur viscum, cum alibi passim, tum in hoc loco, vbi differit de fibris qui castores appellantur, & castorea, testes eorum: scribens, Auxiliantur priuatim contra viscum ex aceto. In qua interpretatione Pliniū lapsum esse quidam existimant, quòd venenum quod ἰξίας dicitur, chamæleonis albi viscum esse falsò crediderit. Alii (quibus potius assentior) mirantur quidem Plinium maluisse interpretari viscum, quàm Græcam vocem, cum Scribonio Largo, retinere: sed ex magna similitudine quam ἰξίας cum aucupatorio visco habet, effectum esse putant vt Plinius viscum reddiderit: quoniam sicuti viscum, cuiusque rei, cui hæserit, tenax est, ita, si deuoretur ἰξίας, omnia glutinat interanea, omnésque contrahit & colligat excrementorum exitus. Tale quid autem de eo testatur Nicandri scholiastes, qui alioqui blattæ genus esse existimauit, vt dictum est. Addam porro his & Gorræi περὶ τοῦ ἰξίου verba, tanquam corollarium: Ἰξίας dicitur chamæleo, vt patet ex Scribonio Largo, vbi de venenis agit, similiter ex Hesychio. Verùm non omnis chamæleo est, sed qui viscum fert: cuiusmodi habetur qui in Creta prouenit, quem Theophrastus lacrymam reddere scripto testatus est. Dioscorides autem ad radices eius profundi viscum quibusdam in locis affirmat, quo mulieres vtatur pro mastiche. Itaque non omnis chamæleo, sed qui viscū remittit, ἰξίας dicitur. Quod discrimen intelligens Nicander, quum in Alexipharmacis vlophoni veneni (quod omnium consensu chamæleo censetur) meminit, adiecta nota εὐλοφόνον ἰξόεν, quasi viscosum, dixit: quod idem erat atque ἰξίας dicere. Non est igitur idem chamæleo & ἰξίας: hoc speciei, illud generis rationem habet. Ac quum chamæleonem veteres in duo genera distinxerint, album & nigrū, & videatur Dioscorides ἰξίαν speciem albi facere, (quod tamen mirum est, quum album bibi posse constet, ἰξίαν verò longè perniciosissimum esse venenum) attamen patet ex eorum dictis chamæleonem ἰξίαν multum esse differētis naturæ à chamæleone viscum non ferente. Nam qui viscum non fert, si albus quidem est, nō est venenatus: (quòd Dioscorides, Galenus & Plinius eum propinent aduersus interaneorū animalia, hydropas & dysuriam) si verò niger est, venenatam quidem & lethiferam radicem habeat, autore Galeno: (qui propterea suadet tantùm ea foris vtendum esse, aduersus scabiem, impetiginem & vitiliginem) sed longè variis ab ixia modis nocentem, multumque diuersa symptomata inuehentem, & notas similiter differentes, & alia quoque remedia poscētem. Testis Paulus Ægineta, qui seorsum de ixia deque chamæleone scripsit, quòd differant tum symptomatis tum curatione. Ex eo enim iudicari potest, Dioscoridem in proœmio libri sexti, venena in suas quæque classes digerentem, non temerè chamæleonem & ixiā inter radices separatim recensuisse. Cæterum ἰξίας dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ, hoc est à visco, quasi viscaria planta. Nanque visco redundat tam tenaci & pernicioso, vt nonnisi interaneorum conglutinatu interitum afferre videatur. Hæc Gorr. apud quem plura vide.

Ἰξία (sicut & ἰξός interdum) Varix. Poll. Onomast. lib. 4, Κιρσός, ἡ κιρξός, οἴδημα φλεβῶν περὶ κνήμην ποδός, παρ' ἄλλοις ἐπὶ γαστέρα, μηρούς, ὄσχεα. Vocatur autem & ἰξίας, (inquit) ἀπὸ τῆς ἐν ταῖς πίτυσι τῆς πίτυος ὁμοίας συστροφῆς necnon ἰξός. Itidémque à Galeno apud Hippocratem ἰξίαι exponuntur κιρσοί. Sed affertur alia etiam SCRIPTURA, Ἰξαί: ex Plut. in Mario, ἰξῶν αἰσθάνεσθαι. vbi tamen meritò suspectus fuerit genitiuus ἰξῶν, quòd facilis fuerit alicui librario lapsus ex ἰξιῶν in ἰξῶν.

Inuenitur ETIAM Ἰξίνη, SIVE Ἄκανθα ἰξίνη, sed non de eadem planta. Fert tamen ἰξίνη quoque mastichen. Theophr. De hist. pl. l. 9, de iis quæ lacrymam ferunt, συνίσταται καὶ ἐπὶ τῆς χίου καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης· ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. Ab eodem eiusdem operis l. 6, c. 3, inter aculeatas reponūtur ἰξίνη & χαμαιλέων. (Reprehenditur autem Gaza qui ἰξίνην carduum pineam interpretatus sit) Idem l. 6, c. 4, hanc describens, ait, ἡ δὲ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ, ῥιζόφυλλον δὲ ἐστιν. ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σφαιρωματικὸς ἄκανθος ἐπιφύεται, ὥσπερ μῆλον ἐπὶ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔοσμον· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀκάνθινη καὶ ἡ μαστίχη. Quæ verba Plinius interpretans habet Hexine: sed nemo dubitat quin Ixine (ex illo ἰξίνη) reponi hîc debeat pro Hexine, & alibi itidem pro Helxine. Verba ipsius Plinii sunt, lib. 21, cap. 16, Hexine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, cōtectum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, acanthicen appellatam. Vicissim autem ex postremis hisce Plinii verbis rectè emendantur postrema Theophrasti verba, reponendo ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη.

In deriuatione verbi sequentis ἰύζω, illorum autoritate nitor quibus placet ab aduerbio ἰοὺ esse deductum. Fateor alioqui, significationem illius verbi quæ vulgò affertur, nō satis cum illa deriuatione consentire. Sed fieri potest vt ἰύζω primò dictu fuerit de eo qui clamaret ἰοὺ, (sicut αἰάζω scimus dici de illo qui clamat αἶ) licet exemplum huius significationis nullum nobis extet.

Ἰ ΟΥ, aduerb. Hei, Heu, Eheu. sicut οἴμοι. Sed geminari solet hoc aduerb. ἰοὺ: sicut & cætera id genus. Habes in Aiace Soph. p. 44, meæ editionis. Apud Lucianum is qui vapulat, clamat, ἰοὺ, ἰού: in Timone, τί ἐστι; παίεις ὦ Τίμων; μαρτύρομαι. ὦ Ἡράκλεις. ἰού, ἰού. προσκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. Plutarchus in libro De def. orac. ἀναβοήσαντα, ἰοὺ, ἰού· δυσχερὲς τὸ σχῆμα καὶ ζητήσεως δεόμενον πολλῆς ἥκειν κομίζοντας ἡμῖν. Legitur & apud Platonem in Gorgia, ἰού, ἰού. Non solùm autē geminatum, sed multoties repetitum inuenitur apud Aristophanem. Ex Luciano affertur & genitiuo iūctum, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰού, δεινῶν βουλευμάτων.

Ἰοὺ interdum non gementis est, sed contrà exultātis. Sed hàc in significatione quidam SCRIBI Ἰοῦ cum circunflexo tradunt. ἀφεσαντῶν ἐπὶ χαρᾶς, (inquiūt) ἰξαυόεται δὲ ἐπὶ θλίψεως. Neque tamen hæc scriptura vulgatis Platonis editionibus confirmatur: vtpote apud quem De rep. libro 4, sit vox exultantis propter rem deprehensam quæ inuestigabatur, ὀξυτόνως tamen scripta: ἰοὺ, ἰού, εἶπον, ὦ Γλαύκων, κινδυνεύομέν τι ἴχνος ἔχειν· καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφευξεῖσθαι ἡμᾶς. Ne autem valde mirer particulam istam, quæ alioqui gemētium est, exultationis contrà indicem nonnunquam esse, facit particula ἰὼ, quæ itidem contrarium hunc vsum interdum obtinet.

¶Ἰύζω, Clamo ἰού: si quidem verum sit ab ἰοὺ esse deductum hoc verbum, vt αἰάζω ab αἶ. Sed nullum affertur huius significationis exemplum: ac fieri potest vt ob-

soleuerit. Alioqui pro ea videri queat facere copulatio A
verbalis ἰυγὴ cum σόνος apud Sophoclem. A grammaticis dicitur esse, Vocem talem edo qualis est sibilantis. Homerus Iliad. ρ, de leone loquens bouem ex armēto raptum vorante, — ἀμφὶ δέ τόν γε κύνες τ' ἄνδρες τε νομῆες Πολλὰ μάλ' ἰύζουσιν ἀπόπροθεν, οὐδ' ἐθέλουσιν Ἀντίον ἐλθέμεναι. Vbi Eustathius annotat ἰύζειν esse εἶδος συριγμοῦ. Apud eundem poetam legimus Odyss. ο, Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις Αἰετὸς ἀργὴν χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ἥμερον ἐξ αὐλῆς· οἱ δ' ἰύζοντες ἕποντο Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. Vbi idem scholiastes annotat duntaxat ἰύζειν esse φωνὴν ἀφιέναι. In quendam autem locum libri ε Ilia- B
dis, vbi poeta verbali ἰυγμός vtitur, subiungens nomini μολπῇ, annotat idem enarrator, ἰυγμὸν & ἰύζειν esse φωνὴν ἀφιέναι, ὁποίαν καὶ τὸν συριγμόν. Autor breuium schol. in illo loco libri ρ Iliadis, ἰύζουσιν exponit ἀγροικικὴ φωνῇ προσφωνοῦσι, item προσφωνοῦσι. addens factū esse hoc verbum ex aduerbio ἰού. At verò idem scholiastes (si tamen eiusdem & hæc scholia esse credendum est) in illo altero loco qui legitur Od. ο, ἰύζοντες exponit βοῶντες, id est clamantes. Sed magis mihi placet expositio C
quæ apud Etymologū legitur, videlicet συρίζοντες, (nā reponi debet συρίζοντες pro συρίζοντος, vt ἰύζοντες pro ἰύζοντος) ac melius cum iis quæ ab Eustathio traduntur conuenit. Quæ autem apud eundem grammaticū (Etymologum dico) subiunguntur, καὶ ἰύζουσι, ἀγροικικῇ φωνῇ προσφέρονται &c. eadem sunt cum illis quæ modò ex scholiaste Homeri attuli: atque adeò inde à quopiam adiecta fuisse puto: vt alia pleraque apud eum legi existimo, quæ illius non sunt, sed hinc inde addita. In vulg. lex. redditur Fistula cano, item Agresti voce profero. quæ secunda expositio ex illis scholiastæ verbis sumpta est. At prima nescio cuius autoritate nitatur, estque mihi suspecta. Aliud enim est Sibilo, aliud, Fistula cano. Additur verò & tertia interpretatio, Clamo vt mulieres. Cui interpretationi occasionem putarem præbuisse locum Homericum qui ex Odyss. ο, allatus fuit, nisi ibi non γυναικῶν tantùm, sed ἀνέρων etiam, & quidem priore loco, fieret mentio. Illi certè interpretationi videri queat patrocinari expositio quæ à scholiaste Sophoclis datur nomini ἰυγὴ, videlicet ὀξεῖα βοή. Quinetiam schol. Theocriti ait esse E
τὸ λιγυφωνεῖν, & propriè de mulierib⁹ dici. Non minus tamē tutū fuerit simpliciter & generaliter interpretari Clamo. potest enim hæc interpretatio Hesychii pariter & Suidæ testimonio confirmari. Sed apud Hesych. legitur ἰυζεῖ, tanquam à prima circumflexorum coniugatione: quam scripturam mendosam esse puto pro ἰύζει. In iisdem illis lexicis affertur ex Callimacho, ἰύζων δ' αἰν' ὄρος. subiungiturque mira expositio, λαχὼν καὶ κληρωθείς. Verùm non mira tantùm sed prorsus aliena esse hæc expositio, atque adeò alienum locum occupare facile iudicari potest. Indicabo autem huius tā F
crassi erroris originem in Ἰυκτής: vbi & de ipso verbo Ἰύζω aliquid addam.

Ἰυγμός, οῦ, ὁ, Vox tanquam sibilantis, seu Vox sibilo similis. Aut etiam Sibilus. Reddi potest & Clamor, sequēdo ea quæ de verbo ἰύζω dicta fuerunt. Homerus Iliad. σ, — τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ, Μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Vbi annotat Eustathius & ἰυγμοῦ eam esse differentiam quæ sit λόγου ἐμμελοῦς & βοῆς ἀμελοῦς. nam μολπὴν esse μετὰ μέλους ἔπος: at ἰυγμὸν, esse φωνὴν G
ἄσημον, ὁποῖον καὶ τὸν συριγμόν. In vulg. lex. exponitur etiam Fistulæ cantus. Vide Ἰυγή. Apud Hesych. legitur ETIAM Ἰυχμός.

Ἰυκτής, οῦ, ὁ, Sibilator, Qui sibilat: aut certè, Qui vocem edit sibilo similem: sequendo ea quæ in ἰύζω dicta fuerunt. In v. l. redditur Edens sibilum, item Vocalis. adduntúrq; hæ expositiones Græcæ, συρικτής, ὁ ληρόφθογγος. quæ ex scholiaste Theocriti sumptæ sunt, in hunc versum Idyllii quod Βουκολιασταὶ inscribitur, Γελᾶντι δ' ἐκ τᾶς λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας. Ita enim versum illum H
explanat scholiastes, γελῶντος δ' ἐκ τοῦ ἔξω ὁ Μενάλκας συρικτὸς, ὁ ληρόφθογγος. Et addit, ἔοικε γὰρ σημαίνειν τὸ ἰυκτής. Καλλίμαχος, Ἰύζων δ' αἰν' ὄρος. Quoniam autem illis Callimachi verbis subiunguntur ista λαχὼν καὶ κληρωθείς, inde factum est vt in postrema vulgatium lexicorum editione (qui error tam fœdus támque crassus est vt fœdior & crassior vix vllus esse possit) ita posita sint quasi iis exponeretur verbum ἰύζειν. Atqui satis superque manifestum est scholiastem non iam de participio ἰύζων loqui, sed exponere illam Theocriti vocem λαχὼν, voce κληρωθείς: vt etiam particula καὶ, quæ & alibi sæpe hunc vsum habere cōperitur. Verùm & iis quæ de ipso verbo ἰύζω dicta fuerunt suprà, hoc addēdum est, scholiastem illum ibi scribere ἰύζειν esse τὸ λιγυφωνεῖν, & propriè de mulieribus dici. Legitur porro in v. l. & Ἰυγκτής.

Ἰυγή, ῆς, ἡ, idem quod ἰυγμός, de quo paulo antè dictum fuit. Soph. in Philoctete, pag. 411, meæ editionis, Τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου Τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς; Vbi scholiast. ἰυγὴν exponit ὀξεῖαν βοήν. Obseruandum est autem copulari ἰυγὴν & στόνον. hæc enim copulatio pro ea significatione verbi ἰύζειν cui primū locum dedi, facere videri potest. Atque vt ἰυγὴν scholiastes Sophoclis tradit esse ὀξεῖαν βοὴν, ita ἰύζειν exponi possēt ὀξέως βοᾶν. Extat & apud Nicandrum illud verbale ἰυγὴ, in Theriacis, de basilisco, Οἷα δέ οἱ κείνου πολυσχιδέα κνώδαλα γαίης Ἰυγὴν μίμνουσιν. vbi scholiastes ἰυγὴν esse ait φωνήν τινα vel βοὴν ἀλλόκοτον, ἀπὸ τῆς συμβαινούσης περιπετείας. Cæterùm I. ἰυγμός reddi posset Fistulæ cantus, (quæ interpretatio habetur in vulg. lex.) non dubium est quin & hoc ἰυγὴ ita interpretari possimus. Sed hæc interpretatio cōueniet cum ea quæ in iisdem tribuitur verbo ἰύζω, videlicet Fistula cano: cuius significationis exemplum desidero.

AT VERO Ἴυγξ, γγος, ἡ, (quod itidem ab ἰύζω deriuatū existimatur) nomen est auiculæ quam Torquillā necnon Verticillam quibusdam appellare placuit. Eam describit Aristoteles Hist. anim. l. 2, cap. 12. A quibusdā dicta etiam fuit Motacilla, tanquam vna eadémque cum illa quæ σεισοπυγὶς siue κιναιπυγὶς nominatur, (assentitúrque illis Suidas, scribens, ἴυγξ τὸ ὄρνεον τὸ καλούμενον σεισοπυγὶς) sed reprehenduntur qui illam cum hac confundunt: quam κίναιδιον etiam vocatam fuisse Hesych. & Suidas autores sunt. A Galeno autem libro 4, τῶν κατὰ τόπους fertur dicta κιναιδος.

Ἴυγξ, (vt quædam poetica fabula perhibet, cuius meminerunt scholiastæ Pindari & Theocriti, necnon Suidas) mulier quædam fuit quæ quum Iouem incantamentis quibusdam & magicis artibus ad amorem sui vel ad amorem Ιûs pellicere conaretur, à Iunone in auem mutata fuit, seruato eodē nomine. Hinc autem factum est vt auem istam ad amatorias illecebras iuuare, eáque magas ad suas incantationes suáque venēficia vti creditum sit. Bud. ἴυγγας vertit Veneficia illecebrosa, in hoc Synesii loco, πρὸς δὲ Αἰγύπτιοι φαρμακῆς. καὶ σὺ πάντα ὅμηρ.. φείδιτω, ὅτι καὶ αὐτὸς ἴυγγας πλήρεις ἐπιπλακὰς ἐκπίμπτεις ἀπ' Αἰγύπτου. Cui loco hunc Xenophontis subiungit, οὐκ ἀπὸ τῶν φίλτρων τι καὶ ἐπῳδῶν καὶ ἰύγγων. Vtitur autē Synesius & aliis in locis voce ἴυγγες pro illecebris. Itidémque ἴυγξ generaliter pro quauis illecebra interdum ponitur, & eoquod nos ad aliquid pellicit. Ex Xenophontis Apomnemon. affertur ἴυγγα ἔχειν pro Habere illecebram, & pelliciendi artificium tenere. Exēpla huius metaphoricæ significationis & apud Suidam inuenies. Apud Pindarum Nem. ode 4, ἴυγγι ἕλκομαι ἦτορ scholiastes exponit ἐπιθυμίᾳ.

Ἴυγξ fertur dictus & ipse magarum turbo seu rhōbus. Vide Suidam. Sunt qui in Theocriti Pharmaceutria in hoc intercalari versu, Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, vocem ἴυγξ significationem illam habere crediderint. Sed scholiastes Veneream auem esse tradit, quam magæ ad suas incantationes adiutricem habeant. Vide plura de eadem voce ibidem.

Digitized by Google

Digitized by Google